XV.
F.
20.

BIBLIOTECA NAZ
Vittorio Emanuele III
XV
F
20
NAPOLI

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

CONTROVERSARVM
IVRIS
VTRIVSQVE RESPONSIONVM
EARVMQVE DECISIONES.

PER

CAROLVM MARANTAM

V. I. D. EPISCOPVM IVVENACEN.

Digitized by Google



CONTROVERSARVM IVRIS VTRIVSQVE RESPONSIONVM IN FORO CAVSARVM,

ECCLESIASTICO PRÆSERTIM DISCVSSARVM,

ET AD PIAS CAVSAS;

TVM ETIAM BENEFICIALES, PENSIONVM, MATRIMONIALES, Iuriſdictionales, Spoliorum, ac Criminales, Adiectis ad calcem, earum Deciſionibus.

IN QVIBVS EX VTRIVSQVE IVRIS FONTIBVS, atque ex Sacra Scriptura, & Patribus, ac etiam ex Sacra Theologia, inconcuſſiſque rationibus, placido cuncta digeſta ſunt artificio.

OMNIBVS IN FORO VERSANTIBVS, TVM AVDIENDIS CONFESSIONIBVS præpoſitis, non iniucundum, nec ineptum, quin magis apprimè vtile, ac neceſſariū Opus.

PER

CAROLVM MARANTAM V.I.D.

COMITEM PALATINVM, AC S. OFFICII SANCTISSIMÆ Generalis, & vniuerſalis Inquiſitionis de Vrbe contra hæreticam prauitatem in hoc Regno,

Etiam mandato Sanctiſsimi D. N. VRBANI Papæ VIII. Ordinarium Conſultorem. Olim Cauſarum Patronum.

EPISCOPVM IVVENACEN. REGIVM CONSILIARIVM.

Ad calcem cuius adiectus eſt Apologeticus tractatus pro Eccleſia Iuuenacen. contra Archipresbyterum, & Clerum Terræ Terlitij Iuuenacen. Diœceſis. Pro Iuriſdictionis Epiſcopalis tutamine.



NEAPOLI, Typis Camilli Caualli. MDCXLIII.

Expenſis Petri Agnelli Porrini Bibliopolæ Neapolitani.

MARIAE
INTEMERATAE SEMPERQ.
VIRGINI DEIPARAE.

Sanctitate poſt Deum,& Ieſum primæ
Magni Parentis Filiæ
Verbi Dei Parenti
Spiritus Sancti Sponſæ
Totius Trinitatis nobiliſsimo Triclinio.
Gratiſsimo Dei Templo.
Secundi Adam Paradiſo. *S. Proculus. Ciricus.*
Spiritus ſancti Sacrario.
Diuinitatis Theſauro *Origenes*
Animato Altari. *S. Method.*
Excellentiarum omnium Dei incomprehenſibilium Compendio. *S. Andreas Cretenſis.*
Regni Cœlorum Ianuæ. *S. Io. Chryſoſtomus.*
Magno Orbis vniuerſi Miraculo.
Cœleſti Prodigio. *S. Ignatius.*
Pellucidiſsimo Cœlo.
Omnia potentis Dei Throno. *Damaſcen.*
Eccleſiæ Decori, Gloriæ,& firmamento. *S. Cirillus.*
Puellæ, quæ mundo vitam genuit. *S. Epiphanius.*
Viuëtium Matri, per quā genita eſt nobis vita *S. Bernard.*
Vnionis duarum naturarum Diuinæ, & Humanę Magnæ officinę. *S. Proculus*

Pecc-

Peccatorum Aduocatæ.

Omnium firmamentorum Firmamento.

S.Bernard. Pretioſę Margaritae Orbis terrarum.

Lampadi ineſtinguibili.

S.Cirillus. Virginitatis Coronæ.

Orthodoxæ fidei Templo indiſſolubili.

Orbis vtriuſque Imperatrici,

Inuincibilem Vincenti.

Dei,& hominum Mediatrici.

S.Epiphanius. Peccatorum cum Deo Conciliatrici.

Deſperantium Spei ſecurisſimæ.

Matri ſalutis

S.Bernard. In hora mortis ſuſceptrici.

CAROLVS MARANTA V.I.D. INDIGNISSIMVS. Iuuenacen Eccleſię humillimus Epiſcopus, additiſsimus ſeruus, & Cliens.

AD Maieſtatis Tuæ Sacratiſsimos pedes en Tertio redeo, (Beatiſsima Cæli, Terræque Imperatrix MARIA Intemerata Virgo) vt ad illos hanc Reſponſionum mearum tertiam quoque partem ſubmittam. Tibi enim illæ, nec im merito debentur: quòd me ipſum ab ineunte ætate tibi ſacrarim, ac mea conſequenter omnia. Mea dixerim, an Tua? Quin tua. Nam tuum eſt, quãtum in me eſt Qui dat arborem, & fructus arboris dediſſe videtur. Imò tua:

quòd

quòd à te factum eſt, tuaque gratia, vt litteras appræhenderim, atque hæc ipſa præſtarem. A tè ingenium agnoſco, atque vim omnem, & facultatem. Tu vt hæc ipſa prælo darem præſtitiſti. Accipe igitur tuum. Nihil ergo ex meo præſto? Nihil vtique, ni obſeqnentiſsimam hanc voluntatem. Et tamẽ tua illa eſt. Vt enim vellem tu dediſti. Tuus ergo totus ſum. Totum itaque interiùs, exteriùſque accipe; Animam, voluntatem, mentum, corpus. Poſside me totum tua Benignitate, tua pietate, tua Miſericordia; meque, & omnia hæc Dulciſsimo filio tuo IESV Chriſto, Dei Vnigenito, Redẽprori amantiſsimo redona; & vt mei miſereatur impetra. Ni enim hoc egeris à tuis Sacratiſsimis pedibus non diſcedam, illis firmiter inhærebo; illos exoſculans, eiulanſque, Benedic quoque, & mihi depræcans. Num vnam tantum benedictionem habes Mater? Mihi quoque (obſecro) vt benedicas. Fac (benigniſsima (quod tuum eſt. Mater es, ſuſcipe filium: Domina es, agnoſce ſeruum. Regina es, eijectũ admitte; Imperatrix es, rege ſubijectum. Aduocata es, tuere Clientem. Præſta te ipſam (vt es omnibus pietate obia) Matrem, Dominam, Reginam, Imperatricem, Aduocatam, inter Gen. 27. 38.

Deum,

Deum,& homines Conciliatricem, mihique ſcelerum meorum veniam impetrare,atque in hora mortis ſuſcipe. Vt te tandem in illa æterna gloria videre merear,tuoſq; beatiſſimos pedes exoſculari.Deoque Trino,& Vno, tecum vnà (tua benignitate,tua gratia,tuoque auxilio) frui.Aue igitur(vt cum Beato Ioanne Chryſoſtomo tui amantiſsimo te alloquar) Mater,Cœlum,Puella,Virgo, Thronus, Eccleſiæ noſtræ decus,gloria,& firmamentum:aſsiduè pro nobis præcare IESVM Filium tuum Dominum noſtrum; Vt per te miſericordiam inuenire in die Iudicij,& quæ repoſita ſunt ijs,qui diligunt Deum,bona conſequi poſsimus; gratia, & benignitate Domini Noſtri IESV Chriſti, cum quo Patri ſimul,& Sancto ſpiritui gloria,& honor,& imperium nunc,& ſemper,& in ſecula ſeculorum.Amen.

ARGVMENTORVM
ELENCHVS RESPONSIONVM,
Quæ hac Tertia Parte complectuntur.

I.

Legatum factum Studentibus, Doctoriſq; laurea donatis in Legibus, vel Medicina, num etiam Sacræ Theologiæ operam dantibus, & in ea Magiſtris appellatis debeatur? quòd ſub Legis laxitudine ipſa Sacra Theologia, quæ in ſacra pagina, & lege diuina fundamentum habet, comprehendatur. Erudita, ſatiſq; acuta reſponſio.

II.

Ambitioſum indignum eſſe, qui ad Eccleſiaſticam eligatur Prælaturam: neque Electum, tuta conſcientia vti illa valere: non inconcinnè oſtenditur.

III.

Teſtem vnicum ſufficientem haud eſſe, vt cauſa per eius dictum finem videat. Mortem verò ex illato vulnere, vel ex ſuperuenienti cauſa, vnde febris orta fuit, ſecutam fuiſſe; non inutiliter diſſeritur. Et quid quoad irregularitatem? Deciſiua reſponſio.

IV.

An, qui metu conſtantem in virum cadẽte ſacro Subdiaconatus ordine initiatus fuit, ad continentiam teneatur ſeruandam; vel iurè, nec illiberaliter vxorem ducere valeat? non inconcinnè, nec ratione ſine diſſeritur.

V.

Fideicommiſſum generale ſuper omnibus bonis, iuribus, &c. an comprehendat ea quoque, quæ ſub ſpe ex contractu dotis datę, cum clauſula (*quod ſoluto matrimonio dos reuertatur ad dotantem*) nobis aperienda fuerant? Et num ſpes hæc tranſmitti poſſit, atque in noſtro computetur patrimonio; & quanti facienda ſit huiuſmodi ſpes? Argumentoſa, nec inutilis, minuſque incurioſa reſponſio.

VI.

Litteræ Apoſtolicæ iuſtificatæ exequutionem paratam habent. Et ex quibus iuſtificatæ dicantur? Clericatus quomodo probetur in hac parte? Inſtitui is debet, qui à maiori patronorum parte pręſentatus eſt. Præſentatio à Moniali Monaſterij nomine, conſenſu accedente Abbatiſſæ, & Ordinarij an ſubſtineatur? Donatio abſenti facta an firma ſit, ſi donatarius non acceptauit? Et an interim per donantem præſentatio facta firma ſit? Et num in hæredem transfundatur? & num ius, & poſſeſſio per vnum ex compatronis ex eodem ſtipite, conſeruetur alijs, qui non præſentauerunt? latè, nec ſanè inutiliter diſcutitur.

VII.

Conſenſu conditionaliter præſtito (ſaluo, & reſeruato aſſenſu Apoſtolico, & non aliter) an interim liceat per pœnitentiã actum tali cõſenſu veſtitum, reuocare?

VIII.

Eccleſiaſticorum cenſuum redemptio, ſi ex pecunijs alijs, ex cenſibus Eccleſiaſticis redemptis, peruentis fiat: iurè nè fieri valeat; vt non dicatur rerum, bonorumq; Eccleſiaſticorum alienatio? Inutiliter haud diſcutitur, quin ſatis è rè, fructuosèq.

IX.

Irregularis an dicendus ſit Sacerdos, qui in oculo canonis maculam contraxerat ex infirmitate?

X.

Funerandi poſſeſſio datur exiſtenti in poſſeſſione de tempore motę litis.

XI.

Finium deſignatio diſtinctionem quòd arguat locorum, ſatis accurata perpenſione demonſtratur. Et num fines ipſi præſcribi valeant? ad intellectum *text. in cap. ſuper eo, 4. de paroch. extrà. & can. licet*

S 5. can.

Digitized by Google

I N D E X

5, can. inter memoratos, 6. 16. q. 3. plenè, nec ſanè inutili diſcurſu oſtenditur.

XII.

Ad interpretationem voluntatis vltimæ plura. Et num facta facultate per diſponentem alicui Confeſſario, interpretãdi voluntatem in caſu dubio, poſſit ille interpretationem omninò contrariam diſpoſitioni iam rogatę aſſumere? Num verò Monialis poſt emiſſam profeſſionem valeat teſtamentum iam rogatum interpretari?

XIII.

Teneatur nec ne ſucceſſor in beneficio Papales ſoluere decimas, quas prædeceſſor non ſoluit? Et num cenſuris ligari ſi negligens, vel in ſoluendo contumax fuerit?

XIV.

Inſtitui is debet ad beneficium iuriſpatronatus, qui maiora habet patronorum ſuffragia, Quid præſtare probatione debet, qui gratiam habet à Summo Põtifice derogationis pro medietate? Quidue operetur præſentatio cumulatiuè facta? Et an ſupplicans pro derogatione exprimere debeat alium præſẽtatum, atque litem iã cæptam per præſentationem? Et quando beneficium vacare dicatur? Admiſſuſq; ad præſentandum cumulatiuè, an etiam priuatiuè admiſſus cenſeatur?

XV.

Stauritarum bona laycalia ne, an Eccleſiaſtica dicantur? Et num beneficium ſextæ feriæ in Eccleſia S. Georgij Maioris Neapolis, ad quod Stauritarij præſentant, de iure patronatus laycorum æſtimari debeat, an verò Eccleſiaſtico, vt in eo locum habeat regula reſeruatoria octo menſium?

XVI.

Nominatio ad beneficium quid præſtet nominato? Et an ſubſequi confirmatio debeat nominati, ni approbatus prius ab Epiſcopo fuerit? ad ornatum *tex. Sac. Trident. Concilij cap. 18. §. quod ſi ius patronatus, ſeſſ. 24. de reformat.* Et num Syndici, & Electi, Vniuerſitatis valeant nomine, inſtituendum nominare? Quidue confirmatio operetur?

XVII.

Præcedentis argumenti reſponſio, quã etiam Aduerſariorum iacula retunduntur; eorumq. reijcitur duplicatio.

XVIII.

Preuentionis in materia multa deducuntur; & corã quo Iudice eam fieri oporteat? Et quis reus originarius, quiſque actor neceſſarius dicatur? Et num ſi exceptio per viam principalis libelli proponatur; actor nihilominus proponens dicatur, vel verò reus perſeueret? Et de exceptione implementi non ſecuti. Ac de liquidatione exceſſiua, etiam ſi obligatio Cameralis fuerit, an reſcindatur? Et quod falſitatis exceptio, & quę oritur ex ventre, obligationi etiam Camerali obluctatur. Cappellani Regij exempti ſunt à iuriſdictione Ordinarij ſoli Cappellano Maiori ſubiecti.

XIX.

Monachus ad Epiſcopatum aſſumptus, an mutare poſſit ſuæ Religionis habitum, atque illo indui, quo ex Clero ad Epiſcopalem euecti dignitatem vtuntur? Quam verò in pœnam dabit, ſi illum de facto mutauerit? Et num à ieiunijs, alijſq; abſtinentijs eximatur, atq; à quarto voto non comedendi carnes, ſi ex Ordine fuerit Minimorum S. Franciſci de Paula? Non inutiliter reſpondetur.

XX.

Domus appellatione, quid comprehendatur? Cùm æquiuocum nomen ſit. Et an pro Parentela, an pro Familia ſtare in facto occorrenti debeat? Diſcutitur non inconcinnè.

XXI.

In ſuo ædificare cuilibet licitum ſit, vel vſq; ad cœlum, vel ad centrum vſq. fodere. Et quid ſi ad æmulationem ædificem? Quidue ſi nè ædificet, feneſtraſq. aperiat vicino ex inuidia prohibuero? Et quid in Eccleſia, vel Monaſterio? Num cogi quis rem propriam poſſit vẽdere, vſui ſi Eccleſiæ fuerit, vt dilatari valeat?

XXII.

De ſubſtitutione, & pupillari, & reciproca. Et num facta ſubſtitutione, ſi ſine filijs deceſſerit; fœmina ceſſare faciat ſubſtitutum? Et an in conditione poſiti vocati cenſeantur? Quidue valeant coniecturæ? Non inutilis reſponſio.

Pen-

XXIII.

Penſio, niſi aliter inter partes actum fuerit, ſolui debet in loco beneficij. Quid ſi nihil de loco actum fuerit; & extra locum beneficij; in loco, in quo, & Titularis, & Penſionarius degunt, an acquiſita quaſi poſſeſſio videatur pẽſionario, vt ſolutio fiat in eodem loco, quo per prius facta fuit, extra locum beneficij?

XXIV.

Cõſuetudo, quæ cultui diuino fauet quoad quotidianas diſtributiones minimè improbatur. Ad ornatum *text. Sac. Tridenti Concilij ſeſſ.21. cap. 3. de reformat.* Et num Camera Apoſtolica ius habeat in diſtributionibus quotidianis iure ſpoliorum, & an de eis poſſit Canonicus diſponere? Et quid de replicis in Eccleſia Cathedrali Capuana?

XXV.

Mulierum ingreſſus intra Monaſteriorum ſepta, etiam non cauſa licentiarum, & facultatum; & ad malum præſertim finem, an comprehendatur ſub pœnis, & cenſuris in Conſtitutionibus Pij V. & Gregorij XIII. hac de re editis? Et quid quoad introducentes? Deq; modo procedendi in cauſis Regularium.

XXVI.

Profeſſione nulla, atque inualida declarata; an profeſſus, qui ad ſua reuertitur, iure etiam ad factam quoque bonorum donationem, vel renunciationem reuertatur? In difficultatem vertitur.

XXVII.

Debeatur nec ne ſalarium Vicario Apoſtolico pro tempore, quo in officio non ſtetit; ſed voluntariè diſceſſit, quamuis anticipatè quadrimeſtris ſolutionem acceperit: & an acceptum reſtituere debeat? Et num ipſe charitatiuum ſubſidium à Capitulo exigere potuerit; an verò ad reſtitutionem teneatur?

XXVIII.

Nominatus à Fundatore pro præſentato habetur ad beneficium iuriſpatronatus laycorum; & aliter facta per compatronos præſentatio, nulla æſtimatur. Lineę nomen an ex fœminis quoque prognatos compræhendat? Et quid ſi teſtator deſcendentes ex linea maſculina vocauerit? Lineæ nomen quomodo exaudiatur? Et quantam vocum partem adipiſcatur ad præſentandum admiſſus?

XXIX.

Accedere ne teneantur Regulares ad proceſſiones à Capitulo Sede vacante indictas ad impetrãdum bonum à Deo Paſtorem? Et num cogi, compelliue ni acceſſerint? Ad apparatum *tex. Sac. Tridẽtini Concilij.cap. 1.§.itaq.ſtatuit, ſeſſ.24. de reformat. & cap.13.ſeſſ.25. de Regular.*

XXX.

Teneaturne Clericus hæres layci coram layco Iudice ab hæreditarijs creditoribus in iudicium appellatus reſpõdere? Non inutili reſponſione differitur.

XXXI.

Teſtamentum filijfamilias Clerici an teneat viuente adhuc patre? Et quid ſi proprium habeat peculium? Et num Sacerdos per Sacerdotium à patria eximatur poteſtate? Et quid ſi aliquid ſibi parcè viuendo reliquauerit beneficiarius? Num autem id poſſit peculio ex negotiatione parato?

XXXII.

Quantum leges voluntati deferant de rebus ſuis diſponentium in ſupremo vitæ ſpiritu; quantumq. valeant verba, quibus mens aperitur? Pluraq. ad interpretandam mentem diſponentis, quòd non receſſerit à diſpoſitis in teſtamento per codicillos, quibus ad teſtamentum ſe retulit. Quòd vocato à Fundatore ad beneficium iuris patronatus, ius acquiratur in re, non ad rem tantum. Nouèq. declaratur quid collationis verbo inferatur, confundaturq. inter inſtitutionẽ, & collationem. Et quando tempus pro forma adiectum ſit? Non inutilis reſponſio.

XXXIII.

Collectorum, & ſubcollectorum beneficia omnia reſeruata ſunt per regulam 4. Cancellariæ. Verùm vnicitas in illis deſideratur. Vnde plura ad huius regulæ dilucidationem non incongruè afferuntur.

XXXIV.

De translatione Feſtorum ob eorum coincidentiam. non iniucunda reſponſio.

XXXV.

Eccleſiæ immunitate tutus an ſit, qui ad Xenodochium, ſeù Hoſpitale confugit, quod eſt quidem ſub Epiſcopi protectio-

ſtione, atque cura, non tamen habet Eccleſiam, neque campanam, neq. certò apparet, an Epiſcopi authoritate erectum ſit? Et an præſumatur, & ex quibus?

XXXVI.

Aſſaſſinij pœnis an feriatur iuſtè ita mandans, ſicut & mandatarius? Et quid in proxeneta, ſiuè mediatore? Et an ille aſſaſſinus quoq. iurè dici valeat? pluraq. ad ornatum *text. in cap. pro humani 1. de homicid. in 6. atque Conſtitutionis Gregorij XIV. de immunitate Eccleſiaſtica.* non inutilis reſponſio.

XXXVII.

De impunibili aſſaſſinorum nece libellus extemporalis. Syluij Marantæ.

XXXVIII.

Clericus ad ſeculare iudicium Clericum pertrahens qua feriatur pœna? Vnde Conſtitutio elucidatur Martini Papæ V. Et quodnam crimen hoc ſit? An ſacrilegium?

XXXIX.

Ad materiam ſimoniæ: quòd ſit illa concludenter probanda, atq. in dubio excludenda magis, quàm includenda, quæq. requirantur, vt ſimoniæ crimen admiſſum dicatur? Arguta, nec infructuoſa reſponſio.

XXXX.

Grauare quando Iudex dicatur? Et num Iudici grauanti reſiſti poſſit? pluraq. de facultate confeſſarios approbandi ad fidelium confeſſiones excipiendas, ad *Sacri Trident. Concilij decreti ſeſſ. 23. c. 15. de reformat.* ornatum.

Rotæ deciſio coram R.P.D. Veroſpio, ſeù Marſicen. iuriſdictionis.

XXXXI.

Poſſint ne iure, nec iniuria Iudices layci Regium denegare beneplacitum, ſiue exequatur petentibus illud, eo prætextu dumtaxat, quod velint de iuſtitia cognoſcere ſententiarum à Romana Curia latarum, ſuper quarum exequutione beneplacitum petitur? Et num patroni non accedente ſuper beneficio de iure patronatus laycorum penſio imponi poſſit? Quidue ſi penſio de vna in aliam fuerit tranſlata perſonam, num nouus requiratur conſenſus? Non inutilis reſponſio.

XXXXII.

Mandatum de manutenendo datur exiſtẽti in poſſeſſione de tempore motę litis; & anterior poſſeſſor manutenẽdus eſt. Habens gratiam cum derogatione pro medietate patronorum quid præſtare debeat? Maior pars præſentantium ex vno ſtipite minorem abſorbet. Delegatus latam ſententiam, neq. decretum reuocare poteſt. Quid ſi duo fuerint pares in eadem gratia? Qui primò præſentauit ſuam potiora obtinet, pluraq. in materia iuris patronatus. Iudex, qui nec iurè, neq. rectè proceſſit, poſſeſſione alterum non priuat.

XXXXIII.

Ius patronatus inſolidum eſt apud eos, qui illud obtinent, & fructus dicitur preſẽtatio, qui carpitur ab obtinente illud. Quam ob cauſam vnus præſentãs præſeruat iura alterius, vt & ille alter præſentare dicatur, & in quaſi poſſeſſione in futurum conſtituatur? Et num pendente iudicio coram Ordinario cum duobus præſentatis, quis eorum inſtitui debeat; poſſit vnus ex compatronis cumulando præſentare alium. Non inutilis reſponſio.

XXXXIV.

Citatio ad ſentẽtiam omninò exquiritur pro certa die, & hora, neque ſubſtinetur facta pro proxima die, & deinde cũ continuatione. Ius patronatus, quod familiare eſt, & gentilitium, qualitatem hæreditariam haud requirit, ſed ſatis erit, ſi de familia ſe probet. Neq. ſubſtinetur inſtitutio ni præceſſerint contra intereſſe habentes edicta, ad formam *text. in cap. fin. de elect. in 6.* Iſq. debet inſtitui, qui à maiori parte fuerit præſentatus.

XXXXV.

Legatum de ſumma, quæ relinquenti non debebatur, factum non debetur. Hærede teſtamento dato præueniente teſtatorem per fati tempus; qui in re particulari hæres datus fuerat, per ius accreſcẽdi vniuerſæ hæreditatis fit dominus. Legatum dotis à patre filiæ relictum, ſoluendum tempore matrimonij, an purum, vel conditionale cenſeatur? Et prẹmoriente ea antequam matrimoniũ contrahat ad ſuos illud tranſmittat? Le-

gi-

gitimæ onus nullum affigi poteſt, neq. temporis,neq.conditionis.

XXXXVI.

Inſtitui is debet ad beneficium iuris patronatus, qui ab exiſtentibus in poſſeſſione,vel quaſi præſentatus fuit.Sufficit verò deſcendētiam probaſſe ab ijs, qui aliàs præſentauere,atque per præſentationem actu, defuncti poſſeſſionem cæpere, inſtitutio vt ſequi poſſit. Ius autē patronatus hæreditarium magis præſumitur,quàm ex pacto, & prouidentia. Et quomodo deſcendentia probetur? Non inutilis reſponſio.

XXXXVI.

De probatione iuris patronatus ex fundatione,vel dotatione ex authenticis documentis, ad mentem *Sacri Tridentini Concily ſeſſ.24.cap.9.de reformat.* Et an in dubio fundatio, vel dotatio præſumatur:& quid accedente quaſi poſſeſſione præſentandi cum fama?Et quid in non potentioribus, quidue in potentioribus? Et an vſurpatio præſumatur? latè diſſeritur.

XXXXVIII.

Legatum certæ annuæ quantitatis vxori factum,donec vita ſuperſtes erit,& non vltrà;ſi illa quinquennio vixerit,& quatuor menſibus, an ſexti anni legatum vxoris hæredibus lucro cedat? Expenditur *text.in l.à vobis. 5. ff.de ann.legat.* multaq. ad rem non inconcinnè congeruntur.

XXXXVIIII.

Legatum durante vita factum, an ſi legatarius aliquam ratam non exegerit,trāſmittat hoc ius ad hæredem?Et num annus cæptus pro completo habeatur in eius beneficium; ita vt hæres poſſit petere exactionem?Eſt Roberti Marantæ Authoris Genitoris.

L.

Quiſnam collectas ſoluere debeat,venditor ne,an emptor cenſus?In controuerſiam reuocatur.

LI.

De præcedentia inter Patres Prouinciæ,& Diffinitores in Religione S. Franciſci Conuentualium, inter Prouinciales, & Regentes Studiorum.ad interpretationem Conſtitutionum Vrbanarum nuncupatarum,plura, neq.inutiliter diſſeruntur.

LII.

Muſica quid præſtet hominibus,quanteq. eius ſint laudes, vt in diuinis etiam adhibeatur,non inutiliter deducitur.Præcedentia,quæ Magiſtris Muſices debetur aduerſus omnes Patres ſimplices non graduatos in Conuentualium Religione(ad interpretationem Conſtitutionis Vrbanæ) quo pacto exaudiatur? Et quinam in hac parte graduati habeātur,quiq.ſimplices patres? Argumentoſè,nec iniucundè diſſeritur.

LIII.

De nullitate profeſſionis tàm ex cauſa metus, quam quòd annus probationis diſcontinuatus fuit,atq.interruptus, & an integer eſſe debeat? Multaq. ad ornatum *text. Sacri Tridentini Concily ſeſſ. 25.cap.15. de Regularib.* Et num reclamaſſe ſat fuerit,etiam extraiudicialiter intra quinquennium, vt cauſas poſt illum coram Superiore ſuo,& Ordinario poſt quinquennium deducere valeat? ad ornatum *text. eiuſdem Sacri Concily eadem ſeſſ.25.cap.19.*

LIV.

De nullitate profeſſionis Regularis ex cauſa metus per proprium patrem incuſſi, plura deducuntur. Et quid ſi iudicio inſtituto ad nullitatem,iudicio agens nūcium miſerit,an audiatur dicens etiam ex cauſa metus id feciſſe? Non inutilis reſponſio.

LV.

Monachus ad Epiſcopalem euectus dignitatem,an iurè ad renunciata reuertatur vt poſſit ea ab illis,quibus reſutauit vēdicare?Et an præſtationes annuæ plures videantur,vt tot illæ dicantur, quot sūt anni?Non inelaborata reſponſio.

LVI.

Regularis iuſtè è Religione pulſus, cùm habitum clericalē aſſumere teneatur, atque ſub loci Ordinarij obedientia viuere, vt cœteri clerici; ſi habitu huiuſmodi clericali excuſſo, militiæ ſe aſcribat Seculari, facinoribus irretitus, an dici apoſtata debeat? Et num in excommunicationem dederit *cap. vt periculoſa,2.ne Clerici,vel Monachi. libr.6.* Et ſi diù, etiam per plures annos in excomunicatione perſtiterit, de hæreſi ſuſpectus habeatur? Et num denunciari debeat?

An

LVII.

An vendens rigoroſo, ac ſupremo pretio ob dilatam ſolutionem, licitè vendat, vel contrà vitium aliquod vſuræ incurrat, vnde ad reſtitutionem aliquam teneatur? differitur.

LVIII.

Pecuniam inter mobilia abſolutum iurè eſt numerari. An igitur capitali relicto Monaſterio, facultate facta illud diſtrahendi; pecunia relicta videatur? Vt iurè capitale ipſum vendere licuerit abſque pœnarum *Extrauag. Ambitioſæ* incurſu, ac decretorum Sacræ Congregationis? Num verò Superior Regularis ſibi ſubiectum criminoſum, proceſſu minimè formato, carceri trudere potuerit?

LIX.

Terratici nomine an decimæ prædiales comprehendantur? Et num decimarum quota præſcribi valeat?

LX.

Regularis Superior, qui in vita diſpoſuit de nonnullis in miſſarum celebrationē pro animæ ſuæ ſalute, in vtilitatem tamē Monaſterij, cui præerat; proprietariorū crimine ſe fœdarit, ſi in extremis agens Superioribus id minimè edixerit, atq. ita animam egerit; & num ſanè in pœnas dederit Sacrorum Canonum; vt Eccleſiaſtica ei deneganda ſit ſepultura, vel ab illa extrahendus, ſi humatus fuerit? Non inutiliter reſpondetur.

LXI.

Beneficium, penſionem, ſiuè patrimonium ad quod ſufficiens promotus quis ad ſacrum Subdiaconatus ordinē fuit, alienas, renuncians, vel diſtrahens, in quas incurrat pœnas? ad *Sacri Trident. Concilij textus ornatum ſeſſ. 21. cap. 2.* haud diſſeritur inutiliter.

LXII.

Incompatibilis ne dicatur Rectoria Eccleſiæ ſecularis, quæ beneficium non eſt, & per laycos ad illam Rector conſtituitur, cum Parochiali Eccleſia? Et num ſanè ſi Parochus propè confines reſideat ſuæ Pareciæ, modo tamen per ſe ſuo muneri facere ſatis poſſit, reſidere dicatur? Non inutilis reſponſio.

LXIII.

Manutentio datur exiſtenti in poſſeſſione exigendi.

LIV.

Oblatus an verè dicatur qui ſe, & ſua obtulit Monaſterio, habitum tamen mutare noluit, neque ſe ad regulæ aliquam obſeruantiam aſtringere; Et quid ſi ad ſeculum redierit, an donata recuperet?

LXV.

Reſponſio ad oppoſita in eodem argumēto antecedentis reſponſionis.

LXVI.

Subſtitutio etiam piæ cauſæ fauore facta vltimo decedenti ſine filijs; ſi omnes ſubſtituti primo inſtituto præmoriantur, an locum habeat in excluſionem etiam alterius piæ cauſæ per primum inſtitutum hęredis nuncupatę?

LXVII.

Legato relicto ſemel præſtando pro tot miſſis faciendis, ſi illas annuas fieri fecerit legatarius, velitq. poſtmodum ab annuis faciendis recedere; an valeat, vel cogi poſſit ad proſequendum, quòd ab initio præſtationem hanc elegerit? ad intellectum regulæ, *quod ſemel placuit, 21. de regul. iur. in 6.* Et an conducat animę teſtatricis multiplicatas offerri, vel annuas? Non inutiliter diſſeritur.

LXVIII.

Quoniam ſunt Epiſcopi piarum diſpoſitionum omnium exequutores; & poſt Tribunalis Fabricę Baſilicę S. Petri erectionem, intra annum à die obitus defunctorum tantum: an poſt illum poſſit Fabrica pro ſuo intereſſe ab ordinarijs cauſas auocare? latè diſſeritur.

LXIX.

Sint ne Conſultores S. Officij, qui Miniſtro S. Inquiſitionis in Regno Neapolitano, Neapoli aſſident, ab Ordinarij iuriſdictione exempti, ipſoq. S. Inquiſitionis Tribunali in omnibus ſubiecti? In difficultatem à nonnullis reuocatur.

LXX.

Delegatus Papæ poteſt alteri vices ſuas delegare, modo tamen, cui delegauerit perſona ſit in dignitate Eccleſiaſtica cōſtituta. Et num extrà Diœc. delegare valeat? Et an tacitus partium conſenſus ſufficiat? ad elucidationem *text. in cap. ſtatutum, 11. §. in nullo quoque, de reſcrip. in 6.*

LXXI.

Tacita pupillaris in compendioſa incluſa, an

Digitized by Google

an æquè à luctuoſa, atque legitima matrem in medio repertam excludat,ſicuti & expreſſa? Et num pupillaris hæc in compendioſa comprehenſa,expreſſa & ipſa dicatur?Non inutiliter diſceptatur.

LXXII.

Negotiator quiſnam dicatur?Et num Clericus negotiator habeatur, ſi torcular habeat, vel molendinum, ex quo mercedem accipiat operum per miniſtros? Et an gabellam ſoluere debeat? Latè differitur,atq.veritas aperitur.

LXXIII.

Agnationis conſideratio an habeatur in materia iuris patronatus?Et nũ extenſio fieri debeat de perſona in perſonam fauore agnatorum in hac materia?Verba intelligenda erunt de prima vice. Ius patronatus aliud hæreditarium, aliud familiare,aliud ex pacto, & prouidentia. Atque aliud actiuum, aliud paſſiuũ, quemadmodum & præſentatio. Et ex quibus colligitur in hac materia iuris patronatus teſtatorem ad agnationem reſpectum minimè habuiſſe? Nõ inutilis reſponſio. LXXIV.

Num ne per decretum Sacræ Congregationis de celebratione Miſſarum,a ſanctiſſimo DominoNoſtro Vrbano VIII. approbatum,reuocatæ quoque cenſeãtur reductiones antea factæ, atque etiã commutationes à ſancta Sede factæ? Et num tranſlata Eccleſia,priuilegia quoq. eius tranſlata videantur?

LXXV.

An in conditione filij poſiti cenſeantur vocati? vel ſaltim ex coniecturis. Et quid ſi inter deſcendentes res agatur? Et num matris renunciatio filijs ex propria venientibus perſona,maleficio ſit? Quidue matre prædecedente? pluresq.enumerantur coniecturæ.Et an filij per repræſentationem ad parentis prædefuncti perſonam ferantur, vel ad gradum?Non inutilis reſponſio.

LXXVI.

Pannamentorum legato à teſtatore vxori facto, quid comprehendatur? Et an materia legata, materiatum quoque legatum videatur? Quidue pannorum legato contineatur?pluribus,nec ineruditè differitur. LXXVII.

Priuilegium exemptionis non comprehẽdit diſpoſitionem *Conſtitutionis Innocẽtij IV.in Concilio generali Lugdunen.edita,in cap.1.de priuileg.in 6.*redacta, *& à Sacro Concilio Tridentino ſeſſ. 7. cap. 14. de reformat.* innouata, niſi ei fuerit ſpecialiter derogatum. Iniuria quæ atrox dicatur?Et num poſſit pro contumacia quis excommunicari? Et an per gradus Eccleſiæ aliquem pertrahens,eumq.in Eccleſia ipſa carcerans, violare Eccleſiaſticam immunitatem dicatur, vt in cenſuras,pœnaſq.à Conſtitutione Gregorij XIV. innouatas dediſſe videatur? Et quid in exemptum, an poſſit illum Epiſcopus ordinarius denunciare?

LXXIX.

Ad publicas ſupplicationes, ſiuè proceſſiones accedere quinam teneantur? Et num exempti? Quidue ſi beneficiarij in Diœceſi fuerint?Et an compelli? ad ornatum *text. Sacri Tridentini Concilij ſeſſ.25.cap. 13. de Regularib.* Quiue ad Diœceſanam Synodum accedere teneantur?An etiam exempti? ad ornatũ *text.Sacri Tridentini Concilij ſeſſ. 24. c.2. §.Synodi quoque in materia reform.*

LXXX.

Eiuſdem argumenti cum duabus prioribus. LXXXI.

Eiuſdem Argumenti.

LXXXII.

Qui præſentatus non fuerit, inſtitui minimè poterit. Quia reſcinditur inſtitutio ſine patroni præſentatione facta. Nec proficit nominatio coram Notario facta.Quiſuæ in concurſu cęteris paribu, ſit præferendus? Et num mulier dotatas quę hæres minimè ſit, ex *Regni Conſtitutione,In aliquibus*, ad ius admittatur patronatus,& præſentandi?Non inutiliter differitur. LXXXIII.

Iuſtificari debet gratia derogationis pro medietate in beneficio iuris patronatus. Deſcendentia verò probanda, & quomodo,& à quibus? Domo vocata, quinam veniant? Et quomodo verbum illud exaudiatur, quiue comprehendatur?Quid differat hęreditarium,vel gẽtilitium ius patronatus: Et an in dubio hæreditarium præſumatur magis,quàm gentilitium? Non incongrua,neque ſine fructu reſponſio.

LXXXIV.

Ex quibus inſtrumentum ſuſpectum reddatur, vt fides ei minimè deferatur?

Digitized by Google

Multa non inutiliter proferuntur. Et de quibus Notarius ſe rogare in inſtrumento valeat? Et num Epiſcopus ſententiam ex ſe legere debeat? Et quoquomodo confeſſio in iudicio facta firma ſit? Non iniucundè diſſeritur.

LXXXV.

Tranſactio firma reddit tranſigentium pacta, iuſq. dat aduerſario firmum, vt iurè ex illa compenſatio ſortiri valeat, quaſi liquida crediti ſcriptura. pluraq. nec cōtemnenda ad intellectum *Capituli Regni Ladislai Regis*, reiecta ſententia *Molfeſij, atque Nouarij*. Et num legis prohibitio actum faciat ipſo iure, & ex ſe nullum? Et num bona fides dari poſſit in eo, qui ſciens, volenſq. contra legem facit? Num verò Iudicis decretum firmum reddat, ac validum quod erat aliàs nullum? Et quodnam liquidum dicatur, vt compēſatio admitti valeat de liquido ad liquidum? Quidue valeat obſeruantia, vel ſubſequuta inobſeruantia? Non inutiliter diſſeritur.

XXXVI.

Gratia Principis, vel Papæ, vel Prelati an morte expiret concedentis? Et quando illa perfecta dicatur? Et quid in litreris dimiſſorialibus pro ordinibus ſuſcipiēdis, an illæ morte, vel etiam translatione expirent Epiſcopi concedentis? Et an ſuſpenſio morti æquiparetur? Diſpēſatio amotio dicitur impedimenti, quo amoto, diſpenſatus liber manet in eo, quo diſpenſatus eſt.

LXXXVII.

Comunionem diſcordias excitare. S. Tereſia à Ieſu inſtitutrix fuit, & fundatrix Diſcalceatorum Reformatorum S. Mariæ de Carmelo. Atq. de Fratribus Carmelitis Calceatis de obſeruantia plura: Expenditurq. Conſtitutio Vrbani Papæ Octaui (*Romanus Pontifex*) de hac re. Et num in pœnas dederint Conſtitutionis præfatę Patres Calceati, nomen aſſumēdo in eorum Eccleſia S. Tereſiæ. Delegatus delegationis ſue fines prætergredi non poteſt, ni inutiliter agat. Regulares Ordinarj iuriſdictioni num ſubijciātur Eccleſiam fundare volentes, ac nomen Sancti alicui Eccleſiæ dare? Et num id poſſint in aliorum præiudicium?

LXXXVIII.

Legatum pro matrimonio locandis puellis relictum: ſi quæ uiuente adhuc teſtatore uiro iuncta fuerit, an legatum conſequatur? Et an purum, uel conditionale legatum dicatur, quod in nuptiarum tempus ſolutio adiecta fuerit? Quid uerò de legato puellis tam natis, quàm naſcituris relicto, an maritatis uitalem attrahente aurā teſtatore debeatur? Quātum uerò proſit in gratia teſtamentum rogare, uel ſaltim in gratia illud confirmare, atq. per miſericordiæ opera lumē prę mittere, priuſquam ex hac diſcedamus uita. piè diſſeritur.

XXXIX.

Pœnitentię locus an ſit re integra, ut diſcedere cuiq. liceat ab eo, quod primò dixerat? Quæue uoluntas perfecta, & quæ imperfecta dicatur? Et aliud ſit nō uelle facere, aliud uerò facere, uel ideā præſtituere faciendi? In contractu quæ requirantur, ut perfectus dicatur? Et num cogi quis poſſit facere, uel extruere Cappellam, quam conſtruendam deſtinauerat? Sacrificia in loco deſtinato facienda, neq. ille mutandus. Quæ ex falſo procedunt aſſumpto corruunt, neque ſubſiſtunt. Ius conferendi beneficia de iure patronatus ad Epiſcopum deuolui ob patronorum negligentiam in præſentando quomodo exaudiatur? Neque procedere poſſe iuris patronatus fundationem ſine conſenſu Epiſcopi, uel ante, uel conſequenter. Latè, neque inutiliter, quin argumentosè diſſeritur.

XXXX.

Eiuſdem Argumenti. Et habetur ex principio.

LXXXXI.

Ad materiam Conſtitutionis Regis Ladislai in Regno Neapolitano. Quod inſtrumentis celebratis per Notarios uaſſallos nulla præbetur fides, ſiue pro; ſiue contra Baronem celebrata fuerint. Decretum Iudicis licet ſuppleat nullitates contractus ex ſui carentia; non ſupplet tamen inhabilitatem Notarij. Acta iudicij debent confici per Notarium à Iudice deputatum. Onera realia poſſeſſores ſequuntur bonorū.

Nouiſſime omnium ſequitur Apologeticus Tractatus pro Iuribus Eccleſiæ Iuuenacen. contra Archipræsbyterum, & Capitulum, ac Clerum Terræ Terlitij Iuuenacen. Diœceſis.

Finis Indicis Argumentorum.

Digitized by Google

CAROLI MARANTAE

V. I. D. NEAPOLITANI EPISCOPI IVVENACEN.

ET SANCTI OFFICII ORDINARII CONSVLTORIS,
Olim Cauſarum Patroni.

Vagas complectens iuris vtriuſq; controuerſas Reſponſiones in foro cauſarum datas, earumque deciſiones.

MATRIMONIALES, BENEFICIALES, IVRISDICTIONALES, Spoliorum, Criminales.

PARS TERTIA.

Ad calcem cuius adiectus eſt apologeticus tractatus pro Eccleſia Iuuenacen. contra Archipresbiterum, & Clerum Terræ Terlitij Iuuenaceñ. Diœceſis;

SVMMARIVM.

1 *GENVS omnes ſub ſe comprahendit ſpecies, de quibus prædicatur. prædicatur autem de pluribus differentibus ſpecie.*
2 *Theologia legis diuinæ ſpecies, ſub legis genere, & laxitudine comprehenditur.*
3 *Lex quid ſit ex Diuo Thoma definitur.*
4 *Homo ad finem ordinatur vltimum, & ſupranaturalẽ Beatitudinis; indiget igitur aliquo directiuo ex parte rationis ſupra legem naturalem; hoc autem eſt lex diuinitus data.*
5 *Lex in quatuor diuitur membra.*
6 *Lex æterna quid?*
7 *Peccatum ex S. Auguſtino, quid?*
8 *Lex diuina quid? & quotuplex.*
9 *Lex diuina Naturalis.*
10 *Lex diuina poſitiua.*
11 *Locus Apoſtoli primæ ad Corinth. 11. Probet autem ſeipſum homo. elucidatur.*
12 *Lex humana quid?*
Duplex eſt. nu. 13.
14 *Lex naturalis quid?*
15 *Mendacium, adulterium furtum quare lege naturali prohibeantur?*
16 *Famam proximi conſeruare naturale præceptum eſt, & quare?*
17 *Lex omnis à Deo originem ducit, & eſt inuen-*

A tio

tio quadam, ac donum Dei.

Eſtq; omnium diuinarum, atque humanarum rerum Regina.18.

19 Lex cum mente dinina orta fuit.

Pythagoræ ſymbolū;Coronā ne carpito,elucidatur.

20 Leges ſine Deo conſtitui haud poſſunt.

21 Leges à Ioue per Mercurium (à Deo videlicet per Augelum) cæteras vero humanas diſciplinas à Promothæo (humana ſcilicet prudentia) profluxiſſe Plato dicebat.

22 Reges à Deo principatum obtinent, atque iuſta decernunt.

23 Lex eſt recta, & à numine Deorum tracta ratio, ſecundum Ciceronem.

24 Lex prima lata fuit à Deo in Paradiſo Terreſtri.

25 Iuditium primū in Paradiſo Terreſtri dictū fuit.

26 Adam poſt decimam horam, poſtquā creatus fuit, peccauit, & iudicatus fuit.

27 Citatio vnde originem traxit.

28 Exceptio prima ab Adam.

Serpentem quare non interrogauit Deus. Sicuti Adam, & Heuam.

29 Sententia condemnationis in Adam, & Heuam à Deo, atque in ſerpentem.

30 Lex ſecunda tradita à Deo per Moyſem, & per ſui ipſius ſcriptas duas tabulas præceptorum.

31 Lex nouiſſima fuit per filium in Euangelio.

32 Sacræ Scripturæ magna eſt authoritas, quoniam à Deo reuelata eſt, ipſumq; authorem agnoſcit.

33 Locus Pſalmi 118 nu.130. Declaratio ſermonum tuorum illuminat elucidatur.

34 Theologica ſcientia omnibus alijs ſupereminet.

35 Theologia ſubiectum.

36 Theologia vnde dicta?

37 Theologia quomodo procedat circa doctriam.

38 Deus veritas eſt, & tenebræ in eo non ſunt vllæ.

39 Verius nihil eſſe pōt, quàm quod ab infallibili veritate profertur.

40 Fidei Chriſtianæ nihil poteſt ſub eſſe falſum.

41 Theologica ſcientiā de quibus principaliter agit.

42 Theologia finis.

43 Theologia Magiſter Chriſtus Dominus.

44 Theologia eſt ſciētia de lege Dei, & circa legem Dei in Scripturis ſanctis traditam, verſatur.

Ideo ſub generalitate legis comprehenditur.

45 Doctores legis dicebantur, qui in lege veteris teſtamenti eruditi erant.

Elucidatur pluribus Sacræ Scripturæ locis.

46 Gamaliel fuit legis Doctor, & honorabilis.

47 Legis ſcientia pars eſt Theologia. & vtraque habet idem ſubiectum, nu.58. Tribuitq; de Deo notitiam.49.

48 Legis ſubiectum eſt Ius.

Quod eſt ars boni, & æqui.

50 Bonitas, & æquitas eſſentialiter in Deo ſunt.

Attributa omnia in Deo eadem ſunt diuina eſſentia & nu.56.

51 Bonus nemo niſi ſolus Deus.

52 Deus ſubiectum eſt legalis ſcientiæ, ſicuti & Theologiæ.

53 Legalis ſapientia res eſt ſanctiſſima.

54 Iuris prudentia finis, & effectus quis?

55 Deus ſumma Bonitas, ſumma æquitas, ſumma Iuſtitia, nullum malum impunitum dimittit, nullum bonum irremuneratum.

56 Theologia eadem reſpicit, quæ iuris prudentia, accuratiùs tamen, ac ſtrictius Theologia.

57 Iuris prudentia circa facta, & cauſas verſatur.

59 Theologiæ triplex diuiſio ſecundum Euſebium.

60 Theologia circa ſpeculatiuam, & practicam verſatur.

Ita quoq. & Iuris prudentia.61.

62 Iuris prudentiæ tria præcepta Legis propter quæ condita.

63 Theologia ſterilis videtur, niſi legum Ciuilium adiumento fulciatur.

64 Theologia lex Theologica ab Hoſtienſe appellatur.

65 Theologica lex ſola non ſat eſt ad Dei Eccleſiam regendam, ſed & Ciuilis, & Canonica ſimul iunctæ requiruntur, ſecundum Hoſtienſis Cardinalis ſententiam.

66 Lex Canonica pars eſt Theologiæ moralis, & circa eadem verſatur circa quæ Theologia.

67 Auguſtinus Triumphus de Anchona Auguſtinianæ Religionis fulgor celebratur.

68 S. Antoninus Archiepiſcopus Florentinus Dominicanæ Familiæ ſplendor extollitur.

69 Decretum à Gratiano compilatum in Eccleſia receptum ex quibus conſtat.

70 Theologiæ ſacræ magiſter tenetur ex conuenientia etiam ſacrorum Canonum peritiam habere ad animarum ſalutem procurandam.

71 Lex Canonica ſub legis Genere comprehenditur.

72 Iuris prudentiæ profeſſores vtriuſque Iuris Doctores ſunt, & nuncupantur.

73 Legatum relictum Doctori in legibus, debetur Doctori Iuris Canonici.

Ita quoq; Doctori Sacræ Theologiæ, quod Doctor legis Diuinæ ſit, & dicatur nu.74.

75 Canones ſacri à Deo per Pontifices conditi ſunt, & pars moralis Theologiæ ſunt.

76 Lex per Moyſen ſcripta, lex Diuina eſt.

77 Ratio eadē, quæ de toto ad totum procedit, eadem pariter de parte quoad partem locum habet, & Argumentum firmum præſtat.78.

Præſertim vbi eadem viget ratio 79.

80 Theologia totum quid eſt, humanam, atque diuinam legem complectens.

81 Lex in genere omnes legis ſpecies comprehendit, atque proinde diuinam, & humanam. & 83.

82 Theologus legem diuinam callet, & profitentur.

84 Expreſſum dicitur, quod ſub genere comprehenditur.

85 Generis expreſſione & ſpecies exprimitur.

86 Genus in qualibet ſpecie repreſentatur.

87 In genere ſpecies continentur, neque ſpecies ſine genere eſſe poſſunt.

88 Verba diſpoſitionis in quo conueniunt, & eius diſpoſitio conuenire debet.

89 Diſparitatem dicens, ipſe probandi onus ſubire debet.

90 Medicinæ nomen in genere, omnes medicinæ ſpecies complectitur.

Non tamen quæ per incantationem, & exorciſma fiunt.91.

92 Ob-

Digitized by Google

92 *Obſtitrices medicam artem exercere dicuntur.*
93 *Circulatores medici, qui circumforanei dicuntur; medicorum nomine comprehendunt, & qui illi ſint.*
Hi ſub Epiſcopi loci cura, & gubernio viuere debent. 94.
95 *Chirugiam, qui exercent, inter medicos agnoſcuntur.*
96 *Chyrurgus in Chyrugia doctoratus doctorum privilegijs perfruitur.*
97 *Chyrurgus conſequetur legatum factum Medicis.*
98 *Chyrurgia medicinæ pars agnoſcitur.*
99 *Theologiæ ſtudium tantò inſignior, quanto lex diuina humanæ præfertur.*
100 *Legatum puellæ ſi nupſerit factũ, debetur eidem etiam ſi monialis cum Chriſto effecta nupſerit.*
101 *Matrimonij, ſiue nuptiarum nomen, quod Genus quid eſt, comprehendit matrimonium, ſiue carnale, ſiue ſpirituale.*
Multoque magis ſpirituale, quantò nobilius eſt hoc vinculum carnale.
102 *Matrimonium ſpirituale, quo anima, iugatur Chriſto ſponſo, multo ſtringit poſt funera fortius, cum in æuum produret. Matrimonium carnale morte finitur, non vero ſpirituale.*
103 *Theologiæ ſacræ ſtudium fauorabilius aliarum ſcientiarum eſt ſtudio.*
104 *Declarans, rem in apertum magis deducit, & factum dubium aperit, atque elucidat.*
105 *Declaratio operatur, vt habeamus veram, & effectualem prouiſionem ab initio.*
106 *Teſtatoris diſpoſitio verbis expreſſa inutilis reddi haud debet, ſed operari eam oportet.*
Nihilq; in teſtamentaria diſpoſitione eſſe debet, quod non operetur aliquid.
107 *Ferdinandus Brandolinus laudatur, eiuſque mors refertur.*
108 *Caducis non fidendum.*
Breues dies hominis.
109 *Vanitatis vitæ præſentis deſcriptio per Nazianzenum.*
110 *Chriſto adherendum.*

.ARGVMENTVM.

Legatum factum ſtudentibus, Doctoriſq; laurea donatis, in Legibus, vel Medicina, num etiam Sacræ Theologiæ operam dantibus, & in ea Magiſtris appellatis debeatur, quòd ſub legis laxitudine ipſa ſacra Theologia, quæ in ſacra pagina, & lege Diuina fundamentum habet, comprehendatur? Erudita, ſatiſque acuta reſponſio.

RESPONSIO PRIMA.

ANtonius (quondam) Saluius, rogato elogio, quo vniuerſalem heredem ſibi dixit Eccleſiam, ſiuè ſacrum Hoſpitale Santiſſimæ Annuciatę Ciuitatis Neapolis, qua in ſuprema voluntate vitę terminũ fecit: voluit, totius hęreditatis inſtituta hęres Eccleſia, vt medietatem in vſus hoſpitalis, ſacręque domus erogaret: reſiduam verò medietatem alteram, in locandis matrimonio virginibus puellis ſibi ſanguine (etiam per affinitatem deuinctis) ſeruata tamen, & coniunctionis, & ętatis prærogatiua, datis cuique earum centum dotis in ſubſidium, impenderet. Cauitque vt maſculis ab ſanguine ſibi iunctis deſcendentibus, etiam ex affinibus, (ſanguinis tamen præualente prærogatiua,) litterarum ſtudijs operam nauantibus, quiue ad doctoratus palmam peruenirent, vel in legibus, vel in medicina, triginta ducati in ſingulos annos, ſtudiorum curriculo perdurante, ſoluerentur; ſequentibus loquens:

Debbano pagare à ciaſcuno di detti giouani,
„ *che ſtudiaranno, e ſi dottoraranno docati trenta*
„ *l'anno durante detto loro ſtudio; e finche ſi dotto-*
„ *raranno: Ma dottorati, che ſaranno, non ſe li deb-*
„ *ba pagare coſa alcuna, lo quale dottorato non ſi*
„ *poſſa prarogare oltre ſei anni, ò al più ſette anni.*

Hos inter vocatos, ex teſtatori ſanguine iunctis, adeſt Frater Theophraſtus Gaeta ex Ordine Diui Auguſtini profeſſus, qui ſacrarum litterarum ſtudio vacauit, atque in ſacra Theologia nuper Magiſter eſt appellatus: petit propterea ab ſacræ domus, & hoſpitalis præfati œconomis anuua triginta, vt teſtator ſuis edixit ſupremis tabulis. Fit ei ſcrupulus, quòd neque legibus operam dedit, neque medicinæ vacauit, & ad doctoratus lauream in ſacra theologia ſcriptus fuit, non in legibus, vel medicina; Obſtare proinde illi teſtatoris legem.

Ex duobus deberi legatum dixi, atque reſpondi.

Primò ex verbis, quibus teſtator loquutus fuit. Sequentibus enim legem bonis ſuis
„ dixit: *Et anco in ſouuentione di figliuoli ma-*
„ *ſcoli di detti miei parenti, conſanguinei, ò affini*
„ (prærogatiua ſeruata) *che voleſſero ſtudiare,*
„ *e con effetto ſtudiaranno, e ſi dottoraranno ò in*
„ *lege, ò in medicina, alli quali ſi debbano pagare*
„ *ogni anno docati trenta per ciaſcuno per ſoſsidio*
„ *di loro ſtudio, e dottorato.*

Non itaque ex his verbis (*ò in lege, ò in medicina*) ſacram theologiam exemptam, atq. ſecluſam voluiſſe teſtator arguitur. In laxitudine ergò legis incluſit illam. Debetur itaque legatum.

Secundò, quòd per ſubſequentia verba, ſuis ipſis tabulis aſcripta, deflexiſſe teſtato-

rem ab ita arcta diſpoſitione ſtudij, vel in legibus, vel medicina, quæ ſubſequuntur verba non vuulgari demonſtrant indicio, dùm
„ ſuam aperit voluntatem. *Dico* (inquiens)
„ *che ſi debbano pagare à ciaſcuno delli detti gio*
„ *uani, che ſtudiaranno, e ſi dottoraranno docati*
„ *trenta l'anno, finche ſi dottoraranno.*

Perpendit hic ſtudium dumtaxat, & doctoratum, vt legatum conſequantur, neque ad leges, & medicinam ſe concluſit dumtaxat, vt in primis fecerat.

Omnibus igitur litterarum ſtudijs operã nauantibus, atque ad doctoratus gradum peruenientibus, ſolui legatum voluit. Non ergò arctanda voluntas, quæ laxa fuit.

Quòad primum itaque, quòd ſacrã theologiam à legis verbo, quod ſatis laxè teſtator expreſsit, non exemerit per verbum, (*ò in lege*) ſequentibus in apertum ducitur.

1 Quia nimirũ genus omnes ſub ſe cõprehẽdit incluſas ſpecies, de quibus prædicatur. Prædicatur nẽpè genus de pluribus differẽtibus ſpecie in eo, quod quid eſt. *Ariſt. 1. topic. cap.* 4. ex noſtratibus *tex. in l. omnes 3. vbi Angelus C. de praſcript. 30. vel 40. annorum. l. ſi duo 52. in fin. ff. de adminiſtrat. tutorum. Bald in cap. 1. §. noui verò, nu. 2. verſ. item nota in gloſſ. per quos fiat inueſtit. in vſibus feudorum Surd. conſ. 358. num. 79. lib 3. & deciſ. 255. num. 20 & deciſ. 276. num. 9 Marius Antonin. variar. reſol. lib. 2. reſol. 33. num. 2. Card. Tuſcus tom. 4. littera G. concluſ. 40. num. 17. Barboſa aſsiom. 107. n. 29 Gratian. Forenſ par. 5. cap. 862. num. 36.*

2 At qui ſacra theologia, (vt legis diuinæ ſpecies,) ſub legis laxitudine, & generalitate comprehenditur: Quia de ea legis nomen vti genericum prædicatur; de ſpeciebus nempè genus prædicatur, vt dictum eſt.

Omnes itaque comprehendere legis ſpecies teſtator voluit, cùm legis aperuit genus. Non ergò à legato ſtudentibus relicto, ſacræ theologiæ operam dantes excluſit. Solui ergò eis legatũ, vti legũ ſtudio deditis, debet.

Et ſanè maior ex ſe patet. Minorem verò vt probem, altiùs ſupponendum puto.

3 Legem (vt ex diuo Thoma recepto *p. 2. q. 91. art. 4.* communiter ſequuntur diſcipuli) eſſe ordinationem rationis promulgatam ad bonum comune, ab eo, qui curam habet comunitatis, ſeù ab eo, qui poteſtatem habet obligandi; quam ſequitur *Bonacina tom. 2. de legibus in genere diſput. 1. q. 1. punct. 1. num. 1. Ioan. Salas eod. tract. diſp. 1. ſect. 11. in fin.*

4 Cùm enim homo ad finem ordinetur vltimum, & ſupranaturalem, (Beatitudinis ſcilicèt æternæ) oporret, vt habeat aliquid directiuum ex parte rationis ſuprà legem naturalem, per quam non poteſt ſortiri intentum ſuum, niſi dirigeretur ad ſuum vltimnm finem lege diuinitus data, quæ dicitur lex diuina: vt S. Doctor *d. q. 91. art. 4. in corpor.* docet:

Hinc eſt itaque quòd ex eodem *S. Thom.*
5 *eod. par. q. 90.* lex in quatuor diuiditur membra: vt alia dicatur lex æterna; alia diuina;
6 Humana tertia; ac denique naturalis. Lex quidem æterna, latè accepta, ipſa eſt mens diuina, quę ab æterno ordinauit omniá. Vndè *prouerb.* 8. Ab æterno (Spiritus Sanctus loquitur) ordinata ſum. Strictius verò accepta lex æterna, eſt mens, & ratio Dei, bona præcipiens, & mala prohibens. Quam ob cauſam peccatum, quod cõtrà legem Dei eſt,
7 definitur ex S. Auguſtino, dictum, vel factũ, vel concupitum contra legem Dei ęternã.

8 Lex diuina eſt, quæ vim habet, quatenus à Deo proficiſcitur. Eſtque duplex vetus, & noua. Vetus quidem, qualis lex Moyſi data erat. Noua verò lex eſt Euangelica à Chriſto Domino nobis promulgata. Verum hæc diuina lex alia ſecatur diuiſione; vt altera ſit lex diuina naturalis, altera diuina poſi-
6 tiua dicatur. Diuina naturalis; qua præcipitur idem, quod à lege naturali; vt ea ſunt, quę in præceptis Decaloli continentur. Di-
10 uina poſitiua, qua præcipitur id, quod naturali ſancitum lege nunimè eſt; vt præceptum præmittendi ſacramentalem peccatorum confeſsionem ab eo, qui eorum habet conſcientiam, antequam ad Euchari-
11 ſtiæ ſacramentum accedat, iuxtà illud Apoſtoli *1. ad Corinth.* 11. 28. Probet autem ſe ipſũ homo, & ſic de pane illo edat, & de calice bibat. Probet, per confeſsionis ſacramentalis pręmiſsionẽ, ſi peccati cõſcientia teneatur; vt cõſtans eſt Patrũ omnium ſententia in dictũ locum, & ſacro ſancta Tridentina ſynodus nos docet *ſeſſ. 13. de ſacramento Eucharist. cap. 7. & nos in noſtro Apologetico num. 126.*

Dicitur autem pręceptum hoc, diuinum poſitium, quia iure naturæ tale præceptum datum minimè fuerat, datur verò iure diuino poſitino.

12 Lex humana ea eſt, quę humana fertur authoritate; depẽdenter tamen à Deo. Condit nẽpè homo leges poteſtate, quam ipſi Deus communicauit, vt ſubditi melius in officio continuantur, & à peccatis (pœnę ſaltim metu) ſe temperent.

13 Hæc duplex agnoſcitur; Eccleſiaſtica quippè, & ſæcularis. Sæcularis, quòd ſæcularium poteſtate feratur ab Imperatore, à Rege, alijſque ſupremis Principibus iura condendi poteſtatem habentibus. Eccleſiaſtica, quæ poteſtate ſancitur eccleſiaſtica à Papa, Concilio, alijſque Principibus eccleſiaſticis, vt ſunt Epiſcopi, Sanctæque Romanæ Eccleſiæ Cardinales.

14 Lex deniq. naturalis, (quam alij rationis lumen, vel dictamen appellant) eſt ipſamet cõuenientia, vel diſcõueniẽtia rei cum recta
15 rõne. Hinc ſanè eſt, quòd mẽdaciũ, adulteriũ, furtũ, homicidiũ, lege prohibentur naturali, ob diſconuenientiam, quam cum ip-
16 ſa ratione habent. Ac naturale item præceptum (famam vt ſerues proximi) ex eodem

ori-

oritur fonte, ob conuenientiam, quam re-
cta cum ratione (proximi conſeruatio famę)
habet, vt latè proſequitur *Albertus Bolognetus*
tract. de lege, iure, & æquitate cap. 3. tom. 1. tract.
fol. 291. & Martin. Bonacina dicta diſp. 1. de legib.
q. 1 punct. 2. Ioannes Salas diſput. 2. eod. tract. de
legibus.
17 Lex verò omnis à Præpotenti Deo, & im
mortali originem ducit. Eſt nempè lex in-
uentio quædam, & donum Dei, vt ex *Demo-*
ſtene Marcianus inquit *lib. 1. inſtitution. in l. 2.*
18 *ff. de legib. & ex Chriſippo ibidem.* Lex eſt
omnium diuinarum, atque humanarum re-
rum regina, vt ortam legem cum mente di-
19 uina dixerit *Ariſt. de cauſis ciuilib.* Et Pin-
darus rectiſsimè dixit: Legem omnium eſſe
dominam, cui vt Deo parendum: quod &
Ariſtoteles, multique omnes præceperunt.
Vndè Pythagoras in ſimbolis: *Coronam*
ne carpito, dixit. Quod leges violandæ haud
ſint (vt Cyrillus, Hieronimus, alijque adno-
tarũt; refertque *Ioannes Tullius in emblemata*
Alciati tractatu de ſimbolis f. 53.) Sed vt à Deo
profectæ venerandæ. Hinc Plato in libro
20 de legibus, à Deo legum conditore exor-
ditur; quòd ſinè Deo leges conſtitui haud
poſsint. Et in Protagora: Cæteras humanas
21 diſciplinas à Promothæo (humana ſcili-
cèt prudentia) ſolam verò legem à Ioue
per Mercurium (à Deo videlicet per An-
gelum) profluxiſſe aſſerit. Quod nec refu-
git Imperator Iuſtinianus *in l. vnica C. de ve-*
ter. iure enucleand. & in l. fin. C. de præſcript. lon-
gi temporis decem, vel viginti annorum Ibi: Et
diuino quodam motu ad actiones, & eorũ
iura peruenerunt.
Et Spiritus Sanctus ſapientis conteſtatur
ore *Prouerb. 8. 15.* Per me Reges regnant (in-
22 quiens ſapientia) & legum conditores iu-
ſta decernunt. Per me Principes imperant;
& potentes decernunt iuſtitiam.
Quia lex nil aliud eſt, quàm recta, & à nu-
mine deorum tracta ratio, imperans hone-
ſta, & prohibens contraria, *vt Cicero Philipp.*
11. docet, & vt Ouid. 3. faſtorum loquitur.
„ *Inde data leges, ne fortior omnia poſſet.*
„ *Ceptaq. ſunt purè tradita ſacra coli.*
„ *Exuitur feritas, armiſq potentius æquum eſt:*
„ *Et cum Ciue pudet conſeruiſſe manus.*
24 Primam itaque legem tulit, ſanxitq. Om-
nipotens rerum omnium Pſalmator Deus,
cùm protoplaſto creato homine terreſtri in
Paradiſo legem edixit, pęna in tranſgreſſo-
„ rem ſtatuta *Geneſ. 2. 17. Ex omni ligno pa-*
„ *radiſi comede,* (inquiens) *de ligno autem ſcientiæ*
„ *boni, & mali ne comedas. In quacumque enim die*
„ *comederis ex eo, morte morieris.*
25 Vndè & primum iudicium in ipſo ter-
reſtri paradiſo actum, dictumque fuit: cùm
26 poſt diruptam per Adam legem poſt de-
cimam horam à creatione (vt *Abulenſ. q. 14.*
in princip. adnotat.) In iudicium appellatus
„ à Deo fuit. *Geneſ. 3. 9. Vocauitq. Dominus Deus*
„ *Adam, & dixit ei. Vbi es?* Hinc citatio originẽ
27 traxit. Ille pęnam timens ſtatutam, exce-
ptione ſe muniuit, in coniugem, imò in Au-
ctorem ipſum Deum culpam reijciens: *Mu-*
„ *lier, quam dediſti mihi ſociam,* (aiens) *dedit*
„ *mihi de ligno, & comedi.* vt *Carthuſian. & Abu-*
„ *lenſis d. q. 14. alijque in eundem locum*, ex con-
textu ipſo aduertunt. Et dixit Dñs Deus ad
„ mulierem: *Quare hoc feciſti?* Quę reſpondit.
„ *Serpens decepit me, & comedi.* Serpentem ve-
„ rò non interrogat Deus; quia (vt *Carthuſ.*
„ *ibid art. 24.* inquit) *ſerpens ex proprio motu non*
„ *non fecit hoc; nec capax fuit cognitionis intelle-*
„ *ctualis: Et quia diabolus, qui per ſerpentem id*
„ *egerat, iam ante damnationis ſententiam ſumpſit.*
„ *Serpens quoque confiteri nequiuit, nec habuit*
„ *facultatem ſe excuſandi.* Et rurſus; *quia ſerpens*
„ *non peccauit reuera, quamuis fuerit inſtrumentũ*
„ *peccandi, ſicut & lapis, ſeù enſis.* Hæc Carthuſ.
& Abulenſ. in eundem locum.
29 Statimque condemnationis ſententia cõ-
ſequuta fuit. Et ait Dominus Deus ad ſer-
„ pentẽ: *Quia feciſti hoc: maledictus es inter om-*
„ *nia animantia, & beſtias terra, ſuper pectus tuum*
„ *gradieris, & terram comedes cunctis diebus vitæ*
„ *tuæ. Inimicitias ponam inter te, & mulierem, &*
„ *ſemen tuum, & ſemen illius; ipſa conteret caput*
„ *tuum, & tu inſidiaberis calcaneo eius. Mulieri*
„ *quoque dixit: Multiplicabo erumnas tuas, & cõ-*
„ *ceptus tuos, in dolore paries filios, & ſub viri po-*
„ *teſtate eris; & ipſe dominabitur tui. Adæ verò di-*
„ *xit: Quia audiſti vocem uxoris tuæ, & comediſti*
„ *de ligno, ex quo præceperam tibi ne comederes:*
„ *Maledicta terra in opere tuo; in laboribus co-*
„ *medes ex ea cunctis diebus uitæ tuæ. Spinas, &*
„ *tribulos germinabit tibi, & comedes herbam ter-*
„ *ræ. In ſudore uultus tui ueſceris pane tuo, donec*
„ *reuertaris in terram, de qua ſumptus es; Quia pul-*
„ *uis es, & in puluerẽ reuerteris. Geneſ eod. 3.* & no
„ tatur *in can. ſerpens. 47. de pænit. diſt. 1.* ſequturq;
Bartholomæus Caſſan. in Catbalago gloriæ mun-
di lib. 10. conſ. 19. fol. mihi 369. & hic finis fuit.
30 Deinde legẽ tradidit ſcriptam per Moy-
ſen, atque ſui ipſius digito ſcriptas duas ta-
bulas, veteris teſtamenti decem præcepta
continentes. *Exod. 34. Deutorom.* 10.
31 Nouiſsimè verò diebus iſtis, (vltima mun
di ætate) loquutus eſt nobis in Filio, quem
conſtituit hæredem vniuerſorum, per quem
fecit & ſæcula; (vt Paulus Doctor Gentium
loquitur *ad Hebræos* 1.) per legem ſcilicèt
Euangelicam, licèt multifariam, multiſque
modis olim Deus loquutus eſſet patribus in
Prophetis, vt idẽ Apoſtolus *ibid.* docet. Vn-
de Concinne Claudianus cecinit. Chriſtum
alloquens:
„ *Impia tu noſtræ domuiſti crimina uitæ,*
„ *Paſſus corporea mundum ueſtire figura.*
„ *Affarique palam populis, legemque fateri.*
32 Magnam hinc profectò ſequitur ſacræ
ſcripturæ auctoritatem eſſe, vt maior deſi-
derari minimè poſsit; quoniã à Deo reuela-
ta eſt, ipſumque Auctorem agnoſcit; legẽq.
à Deo

à Deo prolatam, & promulgatam, ip-
ſiuſque ore nobis traditam, continet. Vndè
Regius Pſaltes Dauid cecinit. *pſal.* 118. 130.
Declaratio ſermonum tuorum illuminat. Quia
ſcilicèt ſunt, à te Deo proferente. Vt
enim ait Petrus 2. *cap.* 1. 21. Non enim vo
luntate humana allata eſt aliquando pro-
phetia; ſed Spiritu Sancto inſpirati loquuti
ſunt ſancti Dei homines. Auctores videlicèt
ſacræ paginæ, vt *Sanctus Antonin. in ſum. 4 par.
tit. 11. cap. 2. §. 1.* loquitur *S. Thom. 1. par. q. 1 art.
5.* ſequiturq. *Caſſaneus d. lib. 10. conſid. 15 in fin.*
34 Theologica autē ſcientia talis eſt, vt om-
nibus alijs ſuperemineat; & ratione ſubiecti,
& ratione certioris veritatis; & ratione di-
gnitatis materiæ, & ratione finis, & ratione
denique magiſtri. *S. Thom. d. q. 1. art. 5.*
35 Ratione quidem ſubiecti, quia ſubiectum
in theologia eſt ipſe Deus Infinitus, Opti-
mus Maximus, Creator omnium. Inde nem-
36 pè theologia dicitur, quòd ſit de Deo ſer-
mo, vel ratio, vel de diuinis, iuxtà *S. Thom. 1.
par. q. 1. art. 7. S. Anton par. 4 ſum. d. tit. 11. §. 7.
Card. à Turre Cremat. in prohem. decreti Caſſa-
neum de glor. mund. d. par. 10. conſid. 10. Guillell.
in proem. lib. 1. ſent. Pelbartum in Roſario ſacræ
theol. tom. 1. littera T. uerbo theologia, & in pro-
hem. q. 7. §. 20. Petr. Gregor. Tholoſan. in ſyntaxi
artis mirabilis lib. 6. c. 6.* Circà Deū enim ver-
ſatur, ad dandum de Deo ipſo notitiam per
perfectiones diuinas, & attributa diuinæ eſ-
ſentiæ; per operationes tàm internas perſo-
narum diuinarum per perſonarum emana-
tiones; quàm externas, quæ relucent in ope-
ribus creationis vniuerſi, eiuſque conſerua-
tionis: atque in operibus reſtaurationis per
humanati Verbi myſterium in Incarnatio-
ne, Natiuitate, & Paſsione. In operibus iuſti-
ficationis per ſacramentorū nouæ legis inſti-
tutionem. Ac demum in operibus retribu-
tionis, malè operantes condignis feriens pę-
nis, benè verò æternæ vitæ retributione
remunerans.
37 Ratione certioris veritatis, nàm procedit
per demonſtrationem propter quid, à cau-
ſa ſcilicèt ſuprà effectum. Procedit namque
per principia reuelata in ſacris ſcripturis, &
lege diuina, procedentia à ſuperno lumine
ſapientiæ increatæ, quæ errare non poteſt.
vt *S. Petrus 2. c. 1. 21.* loquitur *Spiritu Sancto in-
ſpirati loquuti ſunt Sancti Dei homines.* Subeſſe
itaque illis error minimè poteſt, neque cir-
cà propoſitiones eius: quia nimirum Deus
38 veritas eſt, & tenebræ in illo non ſunt vllæ.
Prima Ioann. 1. 5. & tenebræ eā non compre-
henderunt. *Ioan.* 1. 5. facit tex. *in can. ueritate.
5. can. qui contempta 7. can. conſuetudo. 9. diſt. 8.*
39 At verius nihil eſſe pōt, quàm quòd ab ipſa
infallibili veritate profertur: Vt Regius Va-
tes *d. pſ.* 118. 160. loquitur: *Principium uerborū
tuorum ueritas, in æternum omnia iudicia iuſtitiæ
tuæ.* Vndè illud eſt theologicum aſsioma à
theologis in 3. *diſt.* 24. *S. Thom. d. q. 1. art.* 10. *in*
40 *fin.* fidei noſtræ nihil poteſt ſubeſſe falſum.
41 Ratione verò dignitatis materiæ; quippè
theologica ſcientia de his principaliter agit,
quæ ſua altitudine rationem tranſcendit.
Docet enim Deum agnoſcere, eius manda-
ta, & Eccleſię vniuerſalis ſeruare; myſteria,
& ſacramenta legis diuinæ; fęlicitatem bea-
torum, pœnas, & ſupplicia contumacium.
*S. Thom. d. q. 1. art. 5. Anton. d. tit. 11. §. 8. Caſſa-
næus d. lib. 10. conſid. 12. Tholoſat. d. lib. 6. ſyn-
taxis cap. 6.*
42 Ratione prætereà finis: quia & quòad
ſpeculatiuam, & quoad praticam hominem
ad Deum ordinat: & per contemplationem,
& notitiam in ſpeculando; & per actionem
in operando. *S. Anton. d. §. 8. Caſſanæus d. lib.*
10 *conſid.* 13.
43 Ratione denique Magiſtri, qui fuit ſapiē-
tia increata, Verbum Patris, Filius Dei, Do-
minus noſter Ieſus Chriſtus, in quo ſunt
omnes theſauri ſapientiæ, & ſcientiæ Dei,
abſconditi, vt Paulus ad *Coloſſen.* 2 3. loqui-
tur; & qui illuminat omnem hominem ve-
nientem in hunc mundum. *Ioann.* 1. 9. & vt
Auguſtin. *lib. de magiſtro* loquitur. Chriſtus
tenet cathedram in cælis, & ipſe ſpargit
git omnem veritatem in terris. Sequiturq.
Pelbart. d. tom. 1. in proem. q. 6. §. 18.
Probatur nunc minor, quæ in ſyllogiſmo
aſſumebatur, ꝙ ſit theologia legis ſpecies:
44 quia nimirum theologia eſt ſcientia de le-
ge Dei, & circà legem æternam à Deo tra-
ditam in ſcripturis ſacris verſatur. Sub gene-
ralitate itaque legis compręhendetur. Alio-
quin non de omnibus ſpeciebus ſub gene-
re comprehenſis genus ipſum prędicaretur,
quod contrà generis definitionem ab Ari-
ſtotele traditam eſt; cui nemo ſanè ſapiens
contradixerit, vti Philoſophorum Principi.
Probatur prætereà à poſteriori, & ab effe-
45 ctu; quia, qui in lege Dei in veteri teſta-
mento, eruditi erant, legis Doctores voca-
bantur, quamuis aliàs Theologi iure dici,
appellarique potuiſſent; quòd de Deo, eiuſq.
lege in ſacris ſcripturis ſermonem, rationēq.
„ haberent. Ita planè *Deuteronom.* 29. 10. *Vos ſta*
„ *tis hodiè cuncti coram Domino Deo veſto,* (dicēs)
„ *Principes veſtri, & tribus, ac maiores natu, atque
Doctores.* Legis vtique, vt ex contextus ante-
cedentibus manifeſtè patet. Et *Eſdra* 1 *cap.* 7.
12. Artaxeſſes Rex Perſarum litteras Eſdræ
dans, ſequentibus loquitur. *Artaxeſſes Rex*
„ *Regum Eſdræ ſacerdoti, ſcribæ legis Dei cæli do-*
„ *ctiſsimo ſalutem.* & in corpore litterarum: *n.*
„ 14. *Miſsus* (inquit) *vt viſites Iudæam, Ieruſalē*
„ *in lege Dei tui, quę eſt in manu tua.* Iſaiæ verò
„ 33. 18. *vbi eſt litteratus?* (dicitur) *vbi legis ver-*
„ *ba ponderans? vbi doctor paruulorum.* Ioelis
„ quoque 2. 23. (de Chriſto Meſsia loquente
Domino:) *Et filij Sion exultate* (legitur) *&*
„ *lętamini in Domino Deo veſtro, quia dedit vobis*
„ *Doctorem Iuſtitiæ.* Matthæi etiam 22. 35. *Et*
„ *interrogauit eū vnus ex eis legis doctor tētans eū:*
Ma-

Digitized by Google

,, *Magiſter quod eſt maudatum magnum in lege?*
,, In lege vtique Dei, vt ex Chriſti reſponſio-
,, ne patet. Ait illi Ieſus: *Diliges Dominum Deũ*
,, *tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, &*
,, *ex tota mente tua Hoc eſt maximum, & primum*
,, *mandatum. Secundum autem ſimile eſt huic: Di-*
,, *liges proximum tuum ſicut te ipſum. In his duo-*
,, *bus mandatis vniuerſa lex pendet, & prophetæ.*
Sic Chiſtus ad legis Diuinæ doctoris inter-
rogationem reſpondit. Sanctus itidem Euã-
geliſta *Lucas* 2.46 de Chriſto hiſtoriam con-
texens; Cùm factus eſſet annorum duode-
cim, & non inueniſſent eum mater ſua Ma-
ria Virgo, & Ioſeph; vnde triduo require-
bant eum *poſt triduum inuenerunt eum in tem-
plo, ſedentem in medio Doctorum, audientem illos,
& interrogantem eos* Doctorum vtique legis
Diuinæ. Idem quoque *S. Lucas* 5.17. *Et factũ
eſt in vna dierum* (inquit) *& ipſe* (Chriſtus
Dominus noſter) *ſedebat docens, & erant Pha-
riſei ſedentes, & legis Doctores.*
46 *Et Actorum* 5.34. Surgens autem quidam
in Concilio Phariſeus (loquitur) nomine
Gamaliel legis Doctor honorabilis vniuerſæ
plebi. Itaquoque Paulus Doctor Gentium
,, *prima ad Timotheum* 1.7. *finis autem præcepti*
,, (edicit) *eſt Charitas de corde puro, & conſcientia*
,, *bona, & fide non ficta. A quibus quidam aberrã-*
,, *tes conuerſi ſunt in vaniloquium, volentes eſſe legis*
,, *Doctores, non intelligentes quæ loquuntur, neque*
,, *de quibus affirmant.* Legis Doctores, Diuinæ
vtique, de qua Paulus tunc loquebatur, vt
ex principio contextus patet.

Legis itaque Doctores vocantur, qui in
lege Domini eruditi ſunt Ergo ſub genera-
litate legis doctorum, etiam qui in lege Do-
mini eruditi ſunt comprehendentur, qui
aliàs Theologi nuncupantur. Dum ergo te-
ſtator, qui in lege ſtuduerint, atque doctoris
laurea donabuntur, ad legatum vocauit, nõ
vtique Theologos, qui in lege Domini Do-
ctores ſunt, ſecluſit, quin illos admiſit, atque
ſub genere *(ò in lege)* comprehendit.
47 Probatur deinceps; Nam legalis ipſa ſciẽ-
tia pars eſt Theologiæ; Cùm effectualiter
(vt verbis vtar *Caſſan. in Cathalogo Gloriæ mũ-
di d. lib.* 10. *conſiderat.* 22. *ex Luca de Penna in
rub. de profeſſor. & Medic. lib.* 10. *Codic.*) vtraq;
48 habeat idem ſubiectum. Quia profectò le-
galis ſcientiæ ſubiectum eſt ius, quod eſt ars
boni, & æqui. *l. prim. ff. de Iuſt. & Iur.* Et eſt
diuinarum, atque humanarum rerum noti-
tia, iuſti, atque iniuſti ſcientia. *l. iuſtitia.* 10. *ff.*
49 *de iuſtit. & iur. & inſtitution, eod. in princ.* Tri-
buitque de Deo notitiam, vt in *tit. de ſumma
Triuit. & fide Catholic.* vt *Gloſſ.* (inquit) *in d.
l. iuſtitia. verbo diuinarum.*
50 At Bonitas, & æquitas eſſentialiter in Deo
ſunt, in quo omnia attributa eadem diuina
eſſentia ſunt. Quis enim bonus? nemo bo-
51 nus, niſi ſolus Deus. *Marci.* 10.18. & *Lucæ* 18.
19. *Matth.* 19.17. Dominus noſter Ieſus Chri-
ſtus, cuidam principi cum interpellanti (Ma-
giſter bone dicẽs:) reſpondit. Et Deus fidelis,
& abſque vlla iniquitate iuſtus, & rectus. *Deu-
teron.* 32.4.
52 Deus igitur ſubiectũ videtur legalis ſciẽ-
tiæ, ſicuti & Theologiæ; quæ ſicuti res, &
ſcientia ſanctiſſima eſt, quoniam de Deo
agit, atque diuinis; ita planè, & legalis ipſa
ſcientia. Eſt equidem res ſanctiſſima Ciui-
lis ſapientia; vt Vulpianus loquitur. *in l. prim.
§. proinde. ff. de var. & extra ordin cognit.* vbi
Gloſſ. verbo ſanctiſſima, dicti rationem reddẽs:
Quoad animam (ſubnectit) *quia eius præcepta
concordant cum diuinis.* & propter ordinem,
quem habet ad Deum, vt *Sanctus Thomas d.
q. 1. art. 7. in corp.* docet. & vt dixit Menander

Leges per quam egregie res ſunt.

Et ex Græcis comicis.

Res valida lex eſt.

54 Finis præterea, & effectus iuris prudentiæ
non aliud ſunt niſi bonum, & æquum, quæ
55 eſſentialiter in Deo ſunt. Ipſe enim ſumma
Bonitas, ſumma æquitas, ſumma iuſtitia eſt.
Qui nullum malum impunitum, nullum bo-
num inremuneratum dimittit, digna pro
meritis rependens. vt textus loquitur in *ex-
trauag. ſuper cathedram.* 2. *in finalib. verbis de ſe-
pultur. inter comunes. Hoſtienſ. in ſum. tit. de re-
miſſionib. § ad quid valent. n* 8. *verſ. peccatum re-
manet,* quem ſequitur *Abb. in cap. quod autem*
4 *ſub num.* 8. *verſ. nam ſcire debes. de pænit. & re-
miſſion. Beatus Albert. Magnus in compend. Theo-
logicæ veritat. lib.* 7. *cap.* 2. *nos reſponſione noſtra
4. num.* 24. *&* 25. *par.* 1.
56 Hæc ipſa & Theologia conſpicit; ſicuti
enim iſta diuinam eſſentiam contemplatur,
eiuſque attributa, (quæ ipſamet diuina eſsẽ-
tia, & vnum ſunt) ſpeculatur, (vt in ſuperio-
ribus diximus,) Ita & illa: At accuratius,
Theologia. ſtrictiuſque, ſubtilique modo,
etiam ſcientijs humanioribus vtens, vt *Au-
guſtinus Triumphus de poteſtate Eccleſ. q.* 108.
art. 3. *&* 5. *& Pelbartus* infra referend. docent;
quod non ita exactè, qui iuris prudentiam
57 docent, exequuntur. Sed rudiori Miner-
ua, (vt proloquio dicitur,) res ad propoſita
facta, & cauſas accomodantes decernunt. ad
*text. in l. fin. C. de præcib Imperat. offeren. & l. vt
58 reſponſum congruum.* 15. *C. de tranſact.* Eſt ergo
idem legalis ſcientiæ ſubiectum, quod & ſa-
cræ Theologiæ; quæ continetur in lege an-
tiqui teſtamenti, & noui, & vtraque ſcripta,
59 & non ſcripta. Et Euſebius (vt ſequitur *Gre-
gor. Tholoſat. in ſintaxi artis mirabilis d. lib.* 6.
cap. 4.) Theologiam in fabuloſam, naturalẽ,
& Ciuilem diuidebat: fabuloſam quidem,
quam, & hiſtoricam dicunt, poetis maximè
attribuebant. Naturalem, & myſticam, quã
ſapientes approbarunt. Ciuilem, quæ in
ſingulis Ciuitatibus conſuetudine, & legi-
bus defenditur.
60 Additur his etiam quòd quemadmodum
ad duo ſe Theologia dilatat, ad ſpeculatiuã,
& praticam, & propter finem ad quem ſpe-
cula-

Digitized by Google

culatiua tendit,& propter operari, ad quod
pratica dirigit,vt 2. *Metaphiſ.* docet *Ariſt.* &
ſequitur *Pelbart.d.tom.1.in proem q.8. §.27. & 28.S.Thom.1.par.d.q.1.art.4.& 5.*

61 Pari quoque modo,& legalis ſcientia, iu-
riſque prudentia,& ſpeculatiuam, quatenus
ius ipſum per ſe,vt ſcibile,perpendit, ſpecu-
laturque;& praticam, quatenus ad operan-
62 dum dirigit; vnde iuris prudentię tria eſſe
precépia dicuntur: honeſtè viuere, alterum
non lędere,ius ſuum cuique tribuere;vt Vl-
pianus *d.l.iuſtitia 10.de inſt.& iure tradit & in proem.decretal §.itaque lex. & can.1. diſt. 1.* Vt
enim Cicero loquitur *orat.1.de legibus.* Ad
ſalutem Ciuium, Ciuitatumque incolumi-
tatem, vitamque hominum, & quietam, &
beatam,conditę ſunt leges. Et Demoſtenes
ex *oratione 2. contra Ariſtogittum*

Duas ob cauſas omnes feruntur leges,tùm
vt nemini quicquam iniuſti liceat agere;tū
vt iis,qui iſthęc tranſgreſſi ſunt, ſupplicio af-
63 fectis,cęteri meliores efficiantur. Quinimo
ſterilis omnino videtur Theologia,niſi legū
Ciuilium adiumento falciatur, vt ex Zaſio
in oratione poſt repetitionem *l.2.ff.de origine iur.* tradit nec ab re *Caſſanens d.par. 10. conſiderat. 22. in Catalogo glor. mundi.* Aperteque
proficit quod *Hoſtienſ. Cardinalis in cap. 1. de conſanguinit.& affinit.nu. 3. verbo diſcretos* do-
64 cet, Theologiam, legem Theologicam ap-
pellans,ſequentibus loquens: *Diſcretos* (in-
,, quiens) *Non in Theologia,non in iure ciuili,ſed*
,, *in lege canonica. Ideo hæc littera eſt apertè con-*
,, *tra Theologos quoſdam dicentes, quòd Eccleſia*
,, *Dei poſſet regi per ſolam, & puram Theologiam.*
65 *Quibus reſpondeo,quod cùm ad hoc non ſufficiat*
,, *lex Theologica;Ciuilis,& Canonica ſimul iunctæ*
,, *requiruntur Imò tota die nouis emergentibus no-*
,, *ua iura condi oporteret.* ff.de pręſcript. verb.l.4.
,, ſupra de iuram.calum. cęterum: *ſatis appa-*
,, *ret,quòd ſola Theologia non ſufficeret: imo debet*
,, *ipſi,ſi ſciretur. Et Ego:ſi eſſes Deus omnia ſcires.*
,, *Non eſt tuum ergo appetere iniuriam Domini*
,, *tui Geneſ.3. Sed quæcumque prædictarum legum*
,, *ſciretur ad plenum idem eſſet; Cùm in tribus præ-*
,, *ceptis iuris, de quibus ſuprà in proem. Omnia cō-*
,, *plectantur.* his Hoſtrienſis. Apertè igitur inter
legis ſcientiam Theologicam legem agno-
ſcit,eamque inter legem Ciuilem & Cano-
nicam,vti legis in genere ſpeciem, enume-
rat.

66 Nec minorem addit lapidem, quòd lex
ipſa Canonica pars eſt moralis Theologię,
& eadem omnino agit, & circa eadem ver-
ſatur, quę ipſamet Theologia, & ſi diuerſo
modo, & quo ad ſcientię tractationem, &
conſiderationem. At illa eadem, quę in
Theologia tractantur, illa omnino eadem
in iure quoque ſacrorum Canonum per-
tractantur,& traduntur, vt de Summa Tri-
nitate:de Fide Catholica,de Deo, de Sacra-
mentis,de perſonis,rebuſque Eccleſiaſticis,
de Iuſtitia,& iure,& vt animæ ad æternam
ſalutem dirigantur conſequendam; repor-
tantes finem fidei, ſalutem animarum vt 1.
Petr. 1.9. dicitur Vnde illi iidem canones,
qui in Theologia admittuntur, & in iure
Canonico pariter recipiuntur, & quæ ibi re-
iiciuntur, hic pariter nec admittuntur vt
Auguſtinus loquitur relatus *can. omnia 12. diſtinct.12. & can. Sancta Romana 3.* per Gela-
67 ſium Papam *15.diſt.* ſequitur,quod ſatis aptè
ad rem noſtram doctiſſimus ille, ac ſancti-
tate conſpicuus Auguſtinianæ Religionis
Fulgor Auguſtinus de Anchona alias Triū-
phus *tract. de poteſtate Eccleſ d. q.108 art.3.in*
68 *reſponſ.* quem ſequitur Sanctiſſimus,doctiſſi-
muſque pariter Archiepiſcopus Florentinus
Dominicanæ Familiæ ſplendor Antonius *in ſum.par.3.tit.5.cap.2 §.2.* eoſque ſequitur pa-
riter. *Pelbartus in Roſario Theologiæ tom.1.verbo Addiſcere 5.§.15.*

69 Et ipſum met decretum à Gratiano com-
pilatum,& in Vniuerſali Eccleſia receptum,
ex Sanctorum Patrum doctrina,Sacrorum
Conciliorum Decretis, atque Summorum
Pontificium Conſtitutionibus, & Ciuilibus
legibus ſæcularium Imperatorum, compa-
ctum, atque in vnam conſonantiam reda-
ctum,conſpicitur. Vt oſtendatur ex hoc,quā
maxime inter ſe ſe connectantur ius Cano-
nicum,ius ipſum Ciuile, atque Theologalis
ſcientia, quæ Theologica lex nuncupatur,
quòd circa legem diuinam in veteri, ac no-
uo teſtamento traditam,verſetur. Vt non ab
re dicant,& ſi ſatis aptè ad rem noſtram, Au-
guſtinus de Anchona. S. Antonius, & Pel-
bartus in locis paulo antè relatis, teneri eū,
70 qui ad ſacræ Theologiæ magiſterium aſſu-
mitur,& ſi non ex neceſsitate, ex congruita-
, tate taliem,ſacros Canones addiſcere: qua-
,, tenus magis tritus & expertus aſſumatur in
,, his,quæ ſunt neceſſaria ad conſulendum Sa-
,, luti animarum fidelium; vt *Triumphus dicto*
,, *art.3.* loquitur.

71 At nemo vtique (ſi ſapit ipſe) iurè aſſeret,
ſub legis verbo,ac genere, legem Canonicā
non comprehendi:Cùm paſſim iuris prudē-
72 tię profeſſores,iuris vtriuſque Doctores nū-
cupentur,quod in vtroque iure,& Ciuili, &
Canonico laurea doctoratus decorentur.
Quinimò potiora ſemper obtinent iuris Ca-
nonici profeſſores, quàm iuris ciuilis,vt ple-
nè per *Caſſaneum d par.10.conſid.17,*

73 Quam ob cauſam,ſicuti iuri canonico ope
ram danti in ſtudio, Doctoriſque laurea in
eo donato, legatum præfatum debebitur,
quòd legis vtique doctor, quamuis Canoni-
cæ, dicatur, & ſit, quod inficias nemo ſanæ
mentis ibit.

74 Ita plane, parique modo & Doctori in
ſacra Theologia debebitur;quòd is quoque
legis diuinæ,& Theologicæ in ſacris Scrip-
turis,veteri, nouoque teſtamento contentę,
atque digito Dei deſcriptæ, & per Filium
eius Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum
ſuo

ſuo ore deprompta, Doctor dicatur.
Quòd ſi porrò iuris canonici doctores, le-
gis doctores ſunt, iureque nuncupātur: Cur
75 non itidem Theologi legis doctores dicen-
tur, qui diuinæ legis doctores ſunt, Diuinā-
que, ne dum humanam profitentur legem?
Et ſacri Canones etiam ipſi à Deo per Pon-
tifices conditi fuere, & pars Theologiæ mo-
76 ralis agnoſcūtur. Cæteroquin lex per Moy-
ſen ſcripta, lex diuina haud dicetur, quòd à
Deo per Moyſen (non ab ipſo Deo imme-
diatè) promulgata ſit. At nemo hoc niſi im-
pius, & infidelis aſſeret.
77 Quæ autem ratio de toto quo ad totum
præeſt, eadem quoque de parte quo ad par-
tem firma erit *l. quæ de tota 75. ff. de rei vendi-
cat. l. an parſ. 3. ff. pro de relicto* Hyppolit *ſingular.*
78 *256. eadem eſt ratio.* Nec improbatur hoc pa-
cto argumentum, quin firmum habeatur,
& quoad Ariſtotelis doctrinam, & quò ad
iuris prudentiæ Magiſtros, vt ſequitur, *Iaco-*
79 *bus Menoch. lib 3 præſumpt. 35. n. 27.* Vbi potiſ-
ſimum vna eademque in vtroque, ac par eſt
ratio, ſecundum *Cardin Tuſcum tom. 1. littera*
80 *A. concluſ. 499. nu. 1. & 3.* & dixit Rota *in Ro-
mana Saluiani interdicti 19. Nouembris 1593.
coram Penia deciſ. 74. n 9 apud Statilium Pacifi-
cum de Saluiano Interd. Euerard. in Topicis Iu-
ris, loco de toto ad partem n. 3. & num. 7.* dictum-
que fuit in *Ceſaraugustana iuriſdictionis 5. Fe-
bruarii 1609. coram Damaſceno deciſ. 174. nu. 5.
par. 1. tom. 1. in recent. Auguſtin. Barboſ. in locis
argum communibus loco 72. n. 1. & loco 114. n. 1.*
81 *& 2.* Idem igitur de Theologia dicetur, quæ
totum quid eſt (vt lex ſit diuina, etiam hu-
manam comprehendens) quod de lege aſſe-
ritur Canonica, quæ pars theologiæ moralis
agnoſcitur. Probata itaque remanet ne dum
minor, verum & conſequentia, quæ in prio-
ri ſillogiſmo aſſumpta fuit.
81 Præter quàm quod item, ſi lex in genere.
omnes legis ſpecies ſub ſe complectitur, ſi-
cuti genus ſpecies ſuas. Et teſtator hic noſter
in genere loquutus fuit; (*ò in lege, ò in Medi-
cina* dicens) atque Theologus legem diuinā
82 calleat, profiteaturque, in eaque verſetur,
ſicuti legiſta legem humanam poſitiuam
à laijcis Principibus traditam; Et Canoniſta
legem canonicam à Summis Pontificibus
rogatam, atque etiam legem diuinam in ve-
teri, ac nouo teſtamento contentam, quæ
etiam à ſanctis Patribus in decreto aſſertur,
ſummorumque Pontificum conſtitutioni-
bus, ſacriſque Concilijs, Tridentino præſer-
tim concinnatur, atque connectitur.
Cur vtique (quæſo te) aſſerere, admitte-
reque debebimus ſolam legem diuinam, à
Deo ipſo nobis traditam in veteri teſtamen-
to per ſeipſum, per Angelos, per Moyſen,
per Prophetas, & in nouo per ſe ipſum, in
Filio, vt Paulus loquitur ad *Hebræos 1.* atque
proinde Theologiam, quæ legem in vtroq.
teſtamento contentam profitetur, neque
canonicam abijcità genere (*O in lege*) ſeclu-
ſam videri, ne in illo comprehendatur? Cùm
alioquin ſub illo, legem humanam ciuilem,
& canonicam complecti nemo in dubium
erit, qui reuocet.
Verum teſtator neque legem humanam
ciuilem, neque canonicam, ſuas per ſpecies
nuncupauit, ſed in genere (*ò in lege, ò in me-*
83 *dicina*) legem appellauit. Vt omnes omni-
no legis ſpecies per laxam, atque diffuſam
generis nuncupationem comprehendere,
atque cogere ſe voluiſſe oſtenderet, neque
vulgari indicio demoſtraret, ac ſi ſpecies
84 omnes legis ipſe per ſe exprexiſſet. Expreſ-
ſum porrò dicitur, quod ſub genere com-
prehenditur, atque concluditur *l. fin. vbi
Gloſſ. verbo ſpecialiter C. quòd cum eo l. Lucius
Titius 45. ff. de vulgar. Barboſa* qui alios refert,
aſſiomat. 89. n. 7.
85 Idem quippè generalis præſtat diſpoſitio,
quod ſpecierum peculiaris enumeratio, *ad
tex. in l. ſi duo 53 ff. de adminiſtrat. tutor. Ripa in
l. 1. n. 50. in 1. concluſ. ff. de vulgar. & pupillar.
Rota apud Verall. deciſ 295. n. 1. par. 1. Marta de
ſucceſſion legali tom. 2. par 4. q. 18. art. 3. num. 55.
& 57.*
86 Quin imo ipſummet genus qualibet in
ſpecie repræſentatur, & exprimitur. Data
nempè ſpecie, & genus eo ipſo, (quod ſupe-
rior eſt,) oſtēditur. Quoniam in genere ſpe-
cies continentur, & comprehenduntur, vt
ſine genere eſſe ſpecies minimè poſſit, vnde
in vnaquaque ſpecie genus ſaluatur. Species
87 enim ſunt in genere vt *Ariſt. 10. metaphiſ. 24.*
docet, & *tex. cum Gloſſ. in l. ſi quid earum 45. §.
interpretum ff. de legat. 3. Dec. in l. 1. n. 6 ff. de re-
gul. Iur. Surd. conſ. 121. n. 3. vol 1. Mantica de ta-
cit. & ambig. tom. 1. lib. 1. tit. 4. n. 5. Card. Tuſcus
tom. 4. littera D concluſ. 29. Barboſ. aſſiomat. 107.
num. 30.*
Ni fortaſsis in odium legis diuinæ in Scri
pturis ſacris in veteri, nouoque teſtamento
traditæ, illam ſub legis genere haud com-
prehendi, & agnoſci, admittamus.
88 At ita diſpoſitionis verba legi humanæ
ciuili aptantur, & congruunt, ſicuti legi ca-
nonicæ humanæ pariter, & diuinæ, ac natu-
rali. Aequè igitur & eius diſpoſitio ſedebit,
vt legi quoque diuinæ congruat, quam
Theologia profitetur. Aequè ergo, pariter-
que Doctori Theologo legatum debebitur,
qui legis diuinæ Doctor agnoſcitur, ſicuti
legis humanę Ciuilis, & canonicæ doctori
deberi certū, abſolutūq; eſt; quòd illi quoq;
diſpoſitionis verba congruāt, atq. reſpōdeāt;
vt pariter diſpoſitio ipſa congruere, atquè
reſpondere debeat. *l. 4. § toties ff. de damno in-
fecto l. bos accuſare 12. §. omnibus ff. de accuſat.
Bartholomæus Socin. conſ. 2. n. 7. lib 3. Barnabas
Cornzan. dec. Lucen. 79. n. 3. Aymon. conſ. 10. n. 7.
nos reſponſ. noſtra 35. n. 7. p. 2. Rota Rom. in Præ-
tenſi fideicōmiſſi de Vrſinis 25. Martij 1585. coram
Orano deciſ. 27. n. 2. apud Picum in ſtatuto Vrbis.*

Digitized by Google

89 Alioquin diſparitatem dicens ipſe probã-
di ſubeat onus ad *tex.in l.in exceptionibus 19.*
ff de probat.l.2.ff.quibus ex cauſ.minor.
90 Quemadmodum,& verba illa (*ò in medi-*
cina)cum genus indicent, omnes ſub ſe me-
dendi ſpecies comprehendens, atque inclu-
dens, omnes vtique medicinæ, ac medicorũ
ſpecies concludet,atque continebit: vt aper-
tis verbis docere videtur, Vlpianus in *l. 1. §.*
Medicos ff. de varijs & extra ordinar. cognit. ſe-
„ quentibus loquens : *Medicos fortaſſis quis ac-*
„ *cipiet,etiam eos,qui alicuius partis corporis , vel*
„ *certi doloris ſanitatem pollicentur,vt puta ſi auri-*
„ *cularum,ſi fiſtulæ,vel dentium. Non tamen ſi in-*
„ *cantauit,ſi imprecatus eſt,ſi (vt vulgari verbo im-*
„ *poſtorum vtar) exorcizauit; non ſunt iſta medici-*
„ *næ genera: tametſi ſint,qui has ſibi profuiſſe cum*
„ *prædicatione affirment.* hæc Vlpianus .
91 Quo loci etiam obſtetricandi artem me-
dicinæ ſpeciem agnoſcit, & obſtetrices me-
dicinam exercere dicit ; paulò ante relata
„ ſcribens §.*ſed & obſtetrices : ſed & obſtetrices*
„ *audiant,quæ utique medicinam exhibere videntur*
& in l. item ſi obſtetrix. 9. (quæ eſt eiuſdem
Vlpiani) *ff. ad l.aquilam.* Modeſtinus *in l. ſi*
93 *duas 6. §. Grammatici ff. de excuſationib. tutor,*
quo loci de circulatorib. medicis meminit,
qui circũforanei aliàs vocantur qui circuire
ſolent Ciuitatẽ ſanando ægros (vt *Gloſ ibid.*
aduertit)& parabolani alias nuncupãtur *in l.*
parabolani 18.C. de epiſc.& cleric. qui ad curã-
da debilium ægra corpora deputantur. Qui
94 per Imperatorem ſub Epiſcopi loci cura,&
obedientia , vt eius obſecundent præceptis,
ſubijciuntur. Qui ſanè omnes medicorum
genere comprehenduntur; quod omnes
medicinam,ſiue medicam artem profitean-
tur , ſequiturquè Doctiſsimus *Petrus Grego-*
rius Tholoſates,(multis mihi nominibus ſu-
ſcipiendus) *Syntagmatum iuris vniuerſi tom. 1.*
lib.18.cap.25. & in libris Syntaxeon artis mira-
bilis lib.28.cap. 1.& ſeq.& cap.6.
95 Quam ob cauſam qui Chyrurgiam exer-
cent,inter medicos computantur , & agno-
ſcuntur, quòd ſit Chyrurgia medicinę ſpe-
cies,quæ in opere manuum conſiſtit; Verſa-
turque in diuiſione,& incompoſitione con-
tinui,in ſuperflui ſublatione , in vulnerum,
& vlcerum curatione,vt *Petrus Gregor. d. lib.*
23. Syntaxeon. cap. 34. docet, & eſt apertus
text.in cap.tua nos 19.de homicid. extra.
96 Hinc ſanè eſt, Chyrurgum in Chyrurgia
doctoratum, doctorum perfrui priuilegijs ,
etiam in nobilium pœnis perferendis; quòd
Chyrurgia medicinæ ſpecies , & pars agno-
ſcatur, vt deciſum fuiſſe in ſacro Neapoli-
tano Conſilio refert *Vincent.de Franch deciſ.*
564. quem ſequitur . *Ioan. Baptiſta* Thoro *in*
compend.deciſ.tom.1.verbo Doctor.
97 Qui itaque in Chyrurgia Doctoris coro-
na decoratus fuerit, Teſtatoris huius legatũ
conſequetur , quòd medicinæ operam de-
diſſe vidiatur , atq. in medicina doctoratus,
98 Cùm medicinæ pars,& ſpecies chyrurgia
ſit,& ſub laxo genere (*o in medicina*) à teſta-
tore expreſſo,comprehendatur. *Petrus Greg.*
toto d.lib.28. Sytaxeon. & faciunt illa Homeri
Carmina *lib.11.Ibid.*quæ Eobanus ſic vertit.
„ *Vir medicus ſiquidem multis virtutibus vnus*
„ *Prævalet ante alios multos ,ſeu tela ſagaci*
„ *Corporibus defixa manu trahit, intima ſcrutans,*
„ *Mitia ſeu docta miſcet medicamina dextra.*
Comprehendetur itaque, multoque ma-
gis,qui Theologiæ operam dederit,quòd le-
gi diuinæ ſtuduerit, & in lege diuina per ſa-
cram Theologiam doctoris apprimè cele-
99 brẽ laureã cõſequutus fuerit,tãtoq.inſignio
rẽ,quantò lex diuina,humanæ (ſiue ciuili,ſi
uè canonicæ)præfertur:vt inſuperioribus o-
ſtendimus docetq.*Tiraq.de nobil.c.tit.31.n.35.*
Cui perpenſioni non minimi proficit à
100 ſimili argumentum . Namque puellę ſi
nupſerit legatum relictum , ita debebitur ſi
temporales , carnaleſue admiſerit cum vi-
ro nuptias,ſicuti,multoque magis, ſi mona-
ſterio nomen Deo dederit , ſpiritualeſque
cum Chriſto animarum ſponſo nuptias iu-
gauerit. vt textus eſt diſpoſitio *in §. ſed & hoc*
præſenti cap. 37. in auth. de ſanctiſſimis Epiſcop.
collat.9.& in auth.niſi rogati.C.ad Senat.conſult.
Trebellean *Niſi rogati*,(inquit ibi Imperator)
„ *reſtituere datum dotis cauſa , vel propter nuptias*
„ *donationis,relictum ſub conditione nuptiarum ,*
„ *vel liberorum, monaſterium,vel alium locum ve-*
„ *nerabilem ingrediantur .*
101 Nec ratio ab inſtituto deflectit.Quia por-
rò matrimonij,ſiue nuptiarum nomẽ, quod
genus quodam eſt,ita,æquè matrimoniũ ,
ſiue nuptias complectitur carnales , ſicuti
ſpirituales,matrimonij ſpecies,cum ex vtriſ-
que filij ſuſcipiantur : ex hoc ſanè ſpiritua-
les,ex illo vero carnales. Validius attamen
ſpirituale vinculum eſt , atque ligamen ,
quod ex ſpiritualibus connectitur nuptijs,
quam ex carnalibus; quod hæ morte finian-
tur,*can. licitè 2.32 q.7.cap.in præſentia 19. vbi*
Abb. n.2.de ſponſa.lib c.2.& fin.de ſecundis nu-
ptijs,afferens locum Apoſt.1 *ad Corint. 7. 39.*
Mulier alligata eſt legi quanto tempore vir
eius viuit; quod ſi dormierit vir eius libe-
rata eſt. *& ad Roman. 7. 31.* Illæ vero multò
ſtrictius poſt ſuprema ligant futura , cùm
animę æterno ſponſo in æuum colligatæ
perdurent,& ſequantur Agnum quocum-
que ierit. *Apocalypſ. 14. 4. eſt tex. in cap. inter*
corporalia 2.de translat.Epiſ. Docetque S.Au-
guſtin.*tract.9.in Ioan.*ſuper *cap.2.*ſequentibus
„ loquens. *Neque illæ,quæ virginitatem Deo vo-*
„ *uent, quamquam ampliorem gradum honoris , &*
„ *ſanctitatis in Eccleſia teneant , ſine nuptijs ſunt .*
„ *Nam & ipſæ pertinent ad nuptias cum tota Ec-*
„ *cleſia in quibus nuptijs ſponſus eſt Chriſtus.* hæc
Aguſtinus, & hanc ſententiam communem
appellat, ſequiturque Molina ex Societate
Ieſu doctiſſimus Vir, *de Iuſtit. & Iur. tom. 1.*
diſput.207.col.3.in fin. verſ.dubium deinde eſt,&
col.

Digitized by Google

col 4. in 2. concluſ. Gaſpar. Anton. Theſaur. *Forenſ. par. 1. q. 60. Cardin. Mantica de coniectur. vltim. volunt 11. tit. 18. num 26. Rota apud ſ. memor. Greg. xv. deciſ. 63. n. 24. vbi* Beltramin *addenſ num. 26. & deciſ. 301. Fr. Ludouic. à Beia reſponſ. caſuum conſcient. part. 1. in vlt. caſu. fol. mihi 351. Maſtrillus deciſ. Sicilia 153. par. 2. Pater Sanchez de matrimon. tom. 1. lib. 1. diſput. 33. n. 29. & 31. & ſeq.*

Debebitur itaque Doctori Theologo legatum ijs, qui *(o in lege, ò in medicina)* ſtuduerint, rogatum, quòd ſub legis genere, lex diuina, quam profitetur Theologia, in veteri, ac nouo teſtamento comprehenſa, vti ſpecies concludatur; veluti legem humanam ciuilem, & canonicam, legis & illas ſpecies, comprehendi certiſſimum eſt.

Quod profectò eò magis aſſerendum erit, quòd (vt diximus) receſſiſſe videtur teſtator à primeua illa verborum reſtrictione *(ò in lege, ò in medicina)* per verba, quibus ſubſequente et voluntatem ſuam apertiùs declarauit, ſubnectens.

Dico, che ſi debbano pagare à ciaſcuno delli
„ *detti giouani che ſtudiaranno; ma dottorati, che*
„ *ſaranno, non ſe li debba pagare coſa alcuna, lo*
„ *quale dottorato non ſi poſſa prorogare oltre ſei*
„ *anni, ò al più ſette anni.*

Receſſiſſe nempè videtur teſtator ab illa priori ſpecificatione *(ò in lege ò in medicina)* cùm ſimpliciter poſt modum ſe ipſum declarando loquutus fuerit, vt omne litterarũ ſtudium includeret, ſacræque Theologię
103 operam nauantes nec ſecluderet: quòd fauorabilius ſit hoc ſtudium, aliarum ſcientiarum, vt notatur *in tex. in cap. ſuper ſpecula 10. ne Clerici vel Monach.* & accuratiùs per ſacrum Trident. Concil. *ſeſſ. 5. cap 1. & 3. de refor.* quod nouam condidiſſe legem, in dubium reuocari nemini debet.

104 Qui enim declarat, hoc omnino agit, quod rem, factumque, quod obſcurius antea videbatur, magis in apertum deducit, atque elucidat, *ad tex. in l. hæredes palam. 21. §. 1. ff. de teſtament.* Et operatur declaratio, vt habeamus veram, & effectualem prouiſionem ab initio *vt Rota* loquitur *apud Card. Caualer. deciſ. 145. n. 4.*

106 Alioquin inanis, futiliſque ſubſequens hæc teſtatoris declaratio aſſeretur, ſi nihil in effectum deducet, nilique operabitur. Quod non ita facile admiſerimus, ſi *Baldi* attendamus doctrinam *in rub. C. de contrahend. emptione q. 9. n. 9.* qua nos docuit: Verbum nullum, nullamque clauſulam, (etſi minimam) eſſe debere in teſtamentaria diſpoſitione ſine virtute aliquid operandi; ſequutique nos fuimus *reſponſ. noſtra 25. n 82. & 83. par. 1.*

Ita igitur ex his in hac facti ſpecie, cenſoris non recuſſa virga, emunctioriſque naris haud expuncto attractu, reſpondendum cenſui, &c.

CAROLVS MARANTA V. I. D.
Aduocatus.

Quem finem cauſa hęc viderit, ſatis compertum mihi non eſt, quòd ad Iuuenacen Eccleſiam nominatus Romam accedere ad examen me oportuit; & poſt modum (vt sũt
107 res humanæ) Dominus Ferdinandus Brãdolinus V. I. D. Cauſarum Patronus, magnæ expectationis Iuuenis, pro quo hæc ipſa dederam, repentino gutturis correptus morbo, extremum clauſit diem.

108 Ne fidas igitur rebus caducis. Præteruo-
„ lat breue hoc, atque fugax vitæ tempus.
„ Quin, Homo natus de muliere breui viuens
„ tempore repletur multis miſerijs. Qui qua-
„ ſi flos egreditur, & conteritur, & fugit velut
„ vmbra, & nunquam in eodem ſtatu perma-
„ net. vt *Iob.* loquitur 14. 1. Et idem 16. 23. Ec-
„ ce enim (inquit) breues anni tranſeunt, &
„ ſemitam, per quam non reuertar, ambulo.

Vanitas (itaque) vanitatum dixit Eccleſiaſtes (. 1.) Vanitas vanitatum, & omnia vanitas. Addens etiam 2. 1. Cumque me conuertiſſem ad vniuerſa opera, quæ fecerant manus meæ, & ad labores, in quibus fruſtra ſudaueram, uidi in omnibus vanitatem, & afflictionem animi, & nihil permanere ſub ſole. Homo enim à ſepulchro ad ſepulchrum tẽdit. Nãque ab vtero materno ad ſepulchrũ cito tendit itinere. Audi Gregorium Nanzianzen. *carmine* de externi hominis vtilitate, ac præſentium rerum vanitate *circa fin. n. 29.* dicentem.

109 „ *Quæ vita hæc? tumulum à tumulo peto rurſus. Et ignis*
„ *Poſt tumulum rurſus me tumulabit edax.*
„ *Idque ipſum eſt quod viuo velut rapidiſſimus amnis.*
„ *Qui ſurſum exoriens ſemper ad ima fluit.*
& paulo poſt.
„ *Ludus homo (poſita verùm formidine dicam)*
„ *Numinis eſt, qualis luditur orbe frequens.*
„ *Larua tegit faciem, qua dempta protinus alter*
„ *Reperior, ſubitus tingit & ora rubor.*
„ *Talis vita hominũ eſt, queis ſpes delectat inanis.*
„ *Ad tempus teneant, queis lubet, iſta breue.*
„ *Aſt ego complectar manſura in ſæcula Chriſtum.*
„ *Cum fuerint vitæ vincula rapta mihi.*

110 Chriſtum ergo totis præcordijs diligamus, eique adhęreamus, vt poſt huius vitæ exilium, ad eum duce ipſo, tandem perueniamus.

S V M M A R I V M.

1 *In facto ius eſt.*
2 *Ambitionis cupiditas ſæua, ac dira & modum inuenire neſcit n. 3.*
Et quo plus ambit deteſtabilior fit n. 3.
Vitiorum omnium fons. 4.
5 *Ambitio quid?*
6 *Ambitio charitatis ſimia, eiuſque paralella teta-*

rimaque ſua caligine, etiam probatorum virorum animos excæcat n.7.

Aerugo mentis dicitur à S. Ambroſio n.9.

8 *Mens dignitatis humanæ auida malis ſubijcitur multis.*

10 *Ambitionis epiteta, & effectus à S. Bernardo enumerantur.*

11 *Ambitio ipſa, ruina eſt. numquam quieta eſt num.27.*

12 *Locus Matthæi 4.9. Hæc omnia tibi dabo, ſi cadens adoraueris me à S. Ireneo elucidatur.*

13 *Honores vanos Diabolus appetentium ruina vendit.*

14 *Dignitatis in alto qui ſunt, grauiore cadunt caſu.*

15 *Honores qui ambiunt, Phæthontem imitantur, ſuaque ruina vnde ceciderint agnoſcunt.*

16 *Emblema Alciati de Phæthonte.*

17 *Vita eminentis exitus (cadere) eſt, Seneca dictum. Illuſtratur aliorum dictis.*

18 *Pueri ad Sacros Ordines admitti haud debent.*

19 *Neophytus promoueri minime debet, ne cadat.*

20 *Præeſſe, qui alijs debent, ambitu duci non oportet.*

21 *Eligi quis nam debeat ad Sacerdotium? qui vtique melior eſt, atquè qui optimus inter alios, num.22.*

23 *Epiſcopus eligi debet non qui ambit, ſed qui refugit, & optimus eſt. num.24.*

25 *Optimus quis dicatur?*

26 *Sacerdotes Domini nullo errore implicari oportet, nullaque cupiditate violari.*

28 *Auaritia, & Ambitio elementa malorum omnium.*

29 *Ambitio è Sacerdotum cordibus abſcindenda, alioquin Deo adherere non poſſunt, num.30.*

Adagium à fabis abſtineto: expenditur num.30.

31 *Honorum vera materia eſt bonum.*

32 *Dignitates his, qui virtute præditi ſunt, concedendæ, non ambientibus, quod verecundum etiam Ciuiles leges æſtimarunt, num.42.*

33 *Templa duo antiquitus erecta Honori, & Virtuti, ſed ad illud per hoc acceſſus erat, elucidatur.*

34 *Gloria ſequi, non appeti debet.*

35 *Prælati ſuper intendentes ſunt, capti itaquè oculi eſſe haud debent.*

36 *Honoris augumentum non ambitione, ſed labore acquirendum.*

37 *Grex in præcipitia ruit, cuius Paſtor per abrupta graditur.*

38 *Prælatura Eccleſiaſticæ ambientibus haud concedenda.*

39 *Eccleſiaſtici arctiori vinculo Deo aſtricti ſunt.*

40 *Ambitio periculoſior in Eccleſiaſticis.*

41 *Regularium, qui in religione profecerũt nemo melior, ſicuti nemo peior eorum, qui in illa defecerunt, Auguſtini dictum.*

43 *Tutores, & Curatores creandi non ſunt, qui ſe ingerunt, vt fiant.*

44 *Dignitates Eccleſiaſticæ, ſi pecunijs vendantur, nulli locus ſecurus erit.*

45 *Auri ſacra fames execranda in Eccleſiaſtis.*

46 *Gloria cupiditas libertatem admit.*

47 *Ambitio ambientium Crux à Bernardo.*

48 *Ambitioſus inordinatè honores appetens mortaliter peccat; quia repugnat charitati, quæ ambitioſa non eſt.49.*

50 *Peccator per peccatum deformis, & inuiſus Deo efficitur.*

51 *Locus Apoſtoli ad Galat, 4. imò cogniti ſitis à Deo. elucidatur.*

52 *Locus Matth.25.12. neſcio vos, pateſit.*

53 *Peccator indignus euadit, qui ad dignitates eligatur.*

54 *Ambitio peccatum eſt, & repellit ambientem à dignitatibus.*

55 *Appetitur male, quod ſine peccato retineri non poteſt.*

56 *Peccator peccat ſi eligi patiatur, ſicuti peccant eligentes, ſi peccatum notorium eſt, num.57.*

57 *Epiſcopus eſſe non debet, qui paulò ante incontinens arguitur per paruulam filiam.*

58 *Indignus electioni conſentiens mortaliter peccat, & n.60. & 93.*

59 *Irreprahenſibilis eſſe debet, qui ad animarum curam aſciſcitur, & num.80.*

61 *Prælatus, qui in peccato eſt, arguere alios non poteſt peccantes.*

62 *Locus Matthæi.7.3. quid autem vides feſtucam in oculo fratris tui, elucidatur.*

63 *Iudicat qui alios, ipſe ſine crimine eſſe debet.*

64 *Indignus honores ambiẽs infamis efficitur, quinimo ſimoniæ crimini ſe addicit, num.65. per ſimoniam ab obſequio.*

66 *Dignitatis porta vilibus, & indignis patere non debent.*

67 *Indigni ſi eligantur, Eccleſia Dei, quàm maximè officit. & nu.79.*

68 *Integritas præſidentium ſalus eſt ſubditorum.*

69 *Paſtores boni ſi Eccleſiis præficiantur ad maximam cedit Dei gloriam, animarumque ſalutem.*

79 *Affectare nemo debet in quo intelligit infirmitatem ſuam periculoſam alijs, peccat proinde mortaliter, potiſſimum, ſi quoad animas damnum inferatur.71.*

72 *Periculo ſe exponens peccandi mortaliter, peccat.*

73 *Eccleſiaſtici 3.27. Qui amat periculum in illo peribit, elucidatur.*

74 *Præſumptionis peccatum eſt, attentare; quod ſup. vires eſt.*

75 *Actio qualibet commenſurari debet virtuti, quod ſecundum naturam eſt.*

76 *Magnanimitatis virtutis eſt, non tendere ad maiora ſe.*

37 *Sine pennis volare haud facile adagium.*

78 *Sacerdos metiri debet vires ſuas, an ſit ſufficiens ad onus. quod illuſtratur.*

81 *Scandali cauſa indignus quis efficitur, vt ad Sacerdotium eligatur.*

82 *Vtilitas populi, & Eccleſiæ in electione ſpectanda eſt prælatorum, ideo eligi, qui magis eſt gratus populo.*

83 *Locus Apoſtoli prima ad Corinth.12.7. Vnicuique datur manifeſtatio ſpiritus ad vtilitatem, expenditur.*

84 *Vtilitas publica priuatæ præfertur.*

85 *Deſipit qui male ſapit.*

86 Or:

86 *Ordinandus in prælatum vitæ merito,& ſapientia eligi debet.*
87 *Electores promiſſis ſolicitare ſimonia eſt.*
88 *Charitas, & amor erga Deum exquiruntur in eo,qui ad animarum curam aſciſcitur,& n.91.*
89 *Pondere ſanctuarij expendendæ res ſacræ erunt.*
90 *Locus Ioannis vltimo Simon Ioannis diligis me plus his,expenditur.*
91 *Eligi magis idoneus in foro conſcientiæ debet:ſufficit tamen in foro exteriori,ſi idoneus eligatur.*
93 *Acceptio perſonarum in electionibus peccatum eſt ex genere ſuo mortale.*
94 *Indignum,qui eligit,contrà Chriſtum facit, & peccat.*
95 *Locus Lucæ 11.23. Qui non eſt mecum,cõtra me eſt.perpenditur.*
96 *Subornantes electores ſunt excommunicati ſicuti etiam ſubornati.*
97 *Excommunicatus neq;eligi,neque eligere poteſt.*
68 *Eligentes indignum alienis peccatis communicant.*
99 *Eligendus,qui fructificare valeat, vt filius lucis in omni bonitate,& Iuſtitia,& veritate.*
100 *Electio ambitioſè facta viribus caret.*
101 *Contra ius obtentum ambitioſè obtentum præſumitur.*
102 *Infælix exitus facti huius narratur.*
103 *Prati ſpiritualis Sophronij auctoritas.*
104 *Thallalei Archiepiſcopi Theſſalonicæ deteſtabilis mors.*
105 Dei *iudicia timenda*
106 *Prouerbium Mali bibunt improbitatis fecem elucidatur.*

ARGVMENTVM.

Ambitioſum indignum eſſe, qui ad Eccleſiaſticam eligatur prælaturam; neque electum tuta conſcientia vti illa valere, non inconcinne oſtenditur.

1 IN cauſa(in facto ſcilicet iuxta *Gloſſ.*)cũius ſit,ſecundũ Alpheni reſponſum *in l in plagis 53.§ in Cliuo Capitolino ff.ad legẽ Aquiliã.*) ex his quæ proponuntur(ſecũdum verba Sceuolæ *in l. defuncta 64.* ibi) ſecundum ea,quæ præponerentur (*ff de vſufructu.* citrà ambitionis vitium, confirmari haud poſſe, neque debere Reuerendiſſimũ Patrem Generalem,iurè reſpondi.

2 Sæuæ equidem cupiditatis,damnandæque. Ambitionis improbitas, iuxta *tex. in cap. ita quorundam 6.de Iudæis.cap.deteſtanda 2.de conceſſ. præben.in 6. cap. auaritia cæcitas 5. de elect. eod.lib.extrauag.execrabilis. Ioannis 22. in princip.de præbend.* quam diram vergilius nuncupat. *1.Georgic.*

Nec tibi regnandi (inquiens) *veniat tàm dira cupido.* Quę modum inuenire non nouit.*cap.*
3 *cùm iam dudũ 18 extrà de præben. Nã res immoderata cupido eſt.* vt Ouid teſtatur quæue plus ambiens,eò magis fit deteſtabilis.*d.extrauag.*
4 *execrabilis inprinc.* Quę vitiorũ omniũ fons à
,, Diuo Ambroſio agnoſcitur(dicente) *Omniũ*
,, *vitiorum fons eſt ambitio.* Quęue eſt dignitatis
5 appetitus immoderatus ratione honoris. vt Angelicus Doctor *S. Thomas* eam definit *2.2.q.131.art.1.in corp.*

6 Atque perbellè ſatis charitatis ſimia nuncupatur (per Originem *in Epiſt.ad Roman.*)ſiue magis per Archiepiſcopum Rauennatem S.Petrum cognomento Chryſologum, ab aureo dicendi genere ita nuncupatũ. ſerm.
,, *Eſt etenim Ambitio* (inquientem) *quædam ſi-*
,, *mia charitatis. Charitas enim patiens eſt pro*
,, *æternis;Ambitio patitur omnia pro caducis. Cha-*
,, *ritas benigna eſt pauperibus; Ambitio diuitibus.*
,, *Charitas omnia ſuffent pro veritate. Ambitio pro*
,, *vanitate.Vtraque omnia credit, omnia ſperat, ſed*
,, *longe diſſimili modo;hæc ad gloriam huius vitæ,illa ad gloriam ſine fine.* Petrus quoque Bleſenſis Archidiacon. Bathonien.*epiſt.14. fol. mihi 28.*qui tempore Diui Bernardi floruit. Qui ab illis accepit.

6 Ita ſemper teterrima ſua caligine(virorum etiam probatorum) potens eſt animi oculos excęcare,& occupare. *cap.quorundam 24. de elect.in 6.* Vt illos cogat agenda non videre,à prohibitis non declinare, atque à veritate etiam ab errare;ſecundum *Gloſſ. in d. c. Auaritia 5.verbo cæcitas.Gloſſ.in can. virum catholicum 6.verbo menſ.47 diſt.*

8 Mens quippè potentiæ(humanę ſcilicet dignitatis ſecundum *Gloſſ.*)auida (vt Leo Epi-
,, ſcopus Anatholio Epõ ſcribens loquitur *d.*
,, *can.virum*) nec abſtinere nouit à vetitis, nec
,, gaudere conceſſis, nec pietati conſenſum
,, adhibere.& ſequitur *Gloſſ. in d extrauag. exe-*
,, *crabilis verbo religioſorum de præbend.*
9 ,, Namque Aerugo mentis eſt appetentia
,, dignitatis,ſi inhis ſuprema ſpes vitæ pręſen-
,, tis locetur.Reſipiſcat vnuſquiſque à furore
,, ſecularium dignitatum,& cupiditatum,quæ
,, mentem,animumque perturbant, vt com-
,, pos ſui eſſe poſſit. *Ambroſ. ſuper Luc. lib. 3.* ſcribit.

10 Ambitio nempè ſubtile malum, ſecretũ virus,peſtis occulta,idoli artifex,mater hypocriſis, liuoris parens, vitiorum origo, tinea ſanctitatis,excæcatrix cordium; ex remedijs morbos creans,ex medicina languorẽ generãs.*vt S.Bernard.ſerm de quadrag.*melli fluo loquitur ore.Quinimò furoris vt idem ipſe *epiſt.126.*ſcribit,& res immoderata.

11 Et Ambitio ipſa honorum, ac dignitatũ, ruina eſt.*Hæc omnia tibi dabo*(Chriſto Domino Diabolus dixit,*Matth.4.9.*)*ſi cadens adoraueris me.*Verbum illud (*Cadens*)expendit rectè S.Irenæus(*lib. 5.cap. 22.*) *Ipſe* (inquiens) *Diabolus confitetur,quoniam adorare eum,& voluntatem eius facere, cadere eſt à gloria Dei. Et quid aut ſuaue,aut bonum participare poteſt, qui ceci-*

cecidit? Aut quid aliud præſtare poteſt, qui talis
„ *eſt, niſi mortem. Ei enim qui cecidit proxima mors*
„ *eſt. Deinde nec illa ipſa, quæ promiſit præſtabit ei,*
„ *qui cecidit.* Ita Irenæus.

Nam via ad honores obtinendos tempo-
rales (ipſe fatetur diabolus) ruina eſt. Vanos
13 honores diabolus, appetentium ruina ven-
dit. Deluditur planè ambitio; & honores,
priuſquàm habeat, amittit, dum ex ruina
moritur, qui habiturus aſcendebat.

14 *Et grauiore caſu decidunt turres,*
Feriuntque ſummos fulmina montes.
vt Horatius cecinit.

15 Phætontem propterea imitantur, qui ho-
nores ambiunt, vanèque appetunt: quos ca-
ſu amittunt; ſuaque ruina vnde deciderint
agnoſcunt; vellenique non ambiuiſſe, poſt
quàm cecidere: ſed fruſtra, vt *Ouid.* 1. *Triſtiũ*
dixit.

„ *Vitaret cœlum Phethon ſi viueret, & quos*
„ *Optauit ſtultè tangere nollet equos.*

Vnde Alciatus Emblemate 56. ſic de
Phæthonte luſit.

16 „ *Aſpicis aurigam currus Pathonta paterni*
„ *Igniuomos auſum flectere ſolis equos:*
„ *Maximos qui poſtquàm terris incendia ſparſit,*
„ *Eſt temere in ſeſſo lapſus ab axe miſer.*
„ *Sic plerique rotis fortuna ad ſidera Reges*
„ *Euecti, ambitio quos iuuenilis agit;*
„ *Poſt magnam humani generis cladem que ſuâque,*
„ *Cunctorum pœnas denique dans ſcelerum.*

At lepidiùs Anomalus quidã alius apud
Tuillium in cõmẽtar. ad emblema Alcia-
ti prædictum dixit.

„ *Auſus in æternos iuuenis conſcendere currus,*
„ *Igneaque audaci ſumere lora manu,*
„ *Oblitus pariterque ſui, metaque paternæ,*
„ *Quos mundo ſparſit ignibus ipſe perit.*

17 Eminentis enim vitæ exitus, cadere eſt, vt
Seneca *epiſt.* 8. dixit. &
„ *Quicquid excelſum eſt, cadet.*
vt Tragicus Seneca *in oct.* loquitur, *& in ędip.*
„ *Quicquid exceſſit modum,*
„ *Pendet inſtabili loco.*
& ille alius.
„ *A cader và chi troppo in alto ſale.*

Inde conſultè *Liuius lib.* 30. monuit, *vt cir-*
„ *cumſpicias Ne quo altius es, foedius corruas.* &
„ Gregor Columbo Epiſcopo ſcribens *in can.*
18 *pueros* 121. 1. *q.* 1. Pueros ad ſacros ordines
nullatenus eſſe admittendos iubet Rationẽ-
que reddit, ad rem noſtram accomodatam.
„ *Ne tanto periculoſiùs cadant* (aiens) *quanto citius*
„ *conſcendere ad altiora feſtinant.* vbi *Gloſſ. fin.* &
„ ipſa dicti rationem ſubnectens ad amuſſim
ad rem noſtram. *Nam caſum appetit.* (inqui-
ens.) Quod excepit ab eodem S. Gregor.
can ſicut 2. 48 *diſt.* vbi rationem afferẽs, qua-
19 re Neophytus promoueri non debeat; *Nam*
„ *caſum appetit,* (dicens) *qui ad ſummi loci faſti-*
„ *gia poſtpoſitis gradibus, per abrupta quærit aſcẽſũ.*
nec inconcinne ille alter apud Macrobium
Saturnal. lib. 2. *cap.* 7. ex Gellio *lib.* 17. *cap.* 14.

„ *Non poſſunt primi eſſe omnes omni in tempore.*
„ *Summum ad gradum cum claritatis veneris,*
„ *Conſiſtes ægre: Et citius quàm aſcendas deſides.*
„ *Cecidi ego, cadet qui ſequitur, laus eſt publica.*

Memineris quid acciderit illis, de quibus
ſacræ loquuntur litteræ, 1. *Maccabæorum* 9.
„ *Poſt hæc,* (dicentes) *renunciatum eſt Ionathæ, &*
„ *Simoni fratri eius, quia filij Iambri faciunt nup-*
„ *tias magnas, & ducunt ſponſam ex Madabà, filiam*
„ *vnius ex magnis Principibus Canaan cum ambi-*
„ *tione magna.* Nam omnes occiſi fuere vna
die. Mors igitur, & caſus ambitionis ſequela
eſt.

20 Summo proinde ſtudio incumbendum
eſt ijs, qui præeſſe alijs debent, ambitionis
aſtunè ferantur ad id.

21 Cùm, quòd, qui præſtantior eſt in omni
populo, qui doctior, qui ſanctior, qui in
„ omni virtute eminentior, ille eligitur ad Sa-
„ cerdotium, vt S. Hieronymus in *lib. Leuit.*
„ ſcribit; relatus *can. licet ergo* 14. 8. *q.* 1. Et qui
22 prior inter numeratos optim' apparuerit, is
Abbas ſit. (Pater ſcilicet aliorum) Et ordinẽ
ſimul, & virtutem ſuffragantem habens. ver-
ba ſunt Iuſtiniani Imperatoris, *in* §. *fin. in auth.*
de monach. collat. 1.

23 Tãtũ nempè ab ambitu debet eſſe ſe po-
ſitus (de præficiendo ad Epiſcopatum verba
faciũt Imperatores Leo, & Anthemius *in l ſi*
quẽquã 30. *C. de Epiſcop. & Cleric.*) vt quęratur
cogẽdus, rogat' recedat, inuitatus effugiat, ſo
la illi ſuffragetur neceſsitas excuſãdi. Profectò
.n. indignus eſt Sacerdotio, niſi fuerit ordina-
tus inuitus, ita illi, & Gregor. in Paſtorali.
Locus regiminis (inquit) deſiderantibus ne-
gandus eſt, fugientibus offerendus. Virtutibus
ergo pollens coactus ad regimen veniat, *Et*
in regiſtr. relatus *can. in ſcripturis veſtris* 8. *poſt*
princip. 8. *quæſt.* 1. Quia (loquitur) ſicut locus
regiminis deſiderantibus negandus eſt; ita
„ fugientibus offerendus eſt. Et ſicut ſcriptum
„ eſt; Nec quiſquam ſibi ſumat honorem, ſed
„ qui vocatur à Deo tãquam Aaron. Nam, vt
Leo Papa relatus *can. metropolitano.* 19. *in fina-*
lib uerbis 63. *diſt.* decernit; ad Epiſcopatum
præficiendus, ex præsbyteris, vel diaconibus
24 optimus ordinari debet. quò loco *Gloſſ. fin.*
in d. uerbo optimus in fin. interpellans qualiter
25 iſtud intelligatur? (quod ſcilicet optimus
ordinetur) reſpondet (locum referens) di-
cenſquè (inueniẽs 8. *quæſt. licet.*) qui canon ex
ceptus eſt a S Hieronymo in librum Leui-
tici, à nobis paulò ante relatus: Quod *qui præ*
ſtantior eſt omni populo, qui doctior, qui ſanctior,
qui in omni virtute eminentior, ille eligitur ad Sa-
cerdotium. Hic igitur optimus, qui eligi valeat
dicitur; & ſequitur *Gloſſ. in cau nullus,* 17 *ver-*
bo Ciuitatis, in finalib. verbis 67. *diſt* Rota *in*
Vallis obtanæ præeminentiarum 24. *nobis* 1603.
corã Cardinal. Pamphilio. deciſ. 65. *num.* 8. *part.* 1.
tomo 1. *in recent.*

26 Imò, quòd Domini Sacerdotem (vt Leo
Epiſcopus *d. can. vimon.* 6. 47. *diſt.* loquitur) ſi-
cut

cut nullo errore implicari, ita nulla oportet
cupiditate violari: dicente Sancta Scriptura:
Poſt concupiſcentias tuas ne eas. Infœliciſſi-
27 ma eſt namquè eorum conditio, qui ambi-
tione, quæ nunquam quieta eſt, ac auaritiæ
ardenti deſidero ad Eccleſiaſticos honorum
titulos tendunt ſecundum verba Petri Bin-
ſteldij, *in cap. de hoc autem 11. extrà de Si-
mon quæſt. 1. in prælud. col. 5. in princip. mihi
fol. 197.*
28 Quia profectò elementa malorum om-
niũ, auaritia, & ambitio ſunt. Vt Timō Philo
ſophus (Miſanthropos cognomento dictus)
aiebat: elementa malorum auaritiam, am-
bitionemquè appellans: eo quòd ex horum
vitiorum fonte cætera vitia omnia prouení-
re, ac manare videantur. apud *Stobeum ſer-
mon. de iniuſtitia.*
29 Abijcindẽda, itaquè cupiditatis, atquè am-
bitionis radix è Sacerdotum cordibus erit, ſi
Deo placere voluerint.
30 Alioquin Bonorum authori inhærere ali-
ter non valemus, niſi cupiditatem à nobis,
quę omniũ malorũ radix eſt, abſcindamus: vt
Gregor. Magnus loquitur, *can. Bonorum autho-
rit. 7. 47. diſt.* Quia non eſt genus mali, quòd
quandoquè non poſſit oriri ex concupiſcen-
tia, vt *Gloſſ.* inquit, *in cap. nam concupiſcentiam
4. in verbo oriuntur. de conſtitut.* Complures
enim ſe ſcelere contaminarunt Imperij cu-
piditate *Cicero. 3. de offic.* dixit. Quàm ob cau-
ſam Adagij loco illud apud Antiquos erat;
A fabis abſtineto; vt Plutarcus in commenta-
rio de liberis educandis edocet; quod abſti-
nendum à tractandis Reipublicæ muneri-
ribus, volebant: propterea, quòd antiquitùs
in creandis Magiſtratibus ſuffragia per fabas;
vice calculorum, ferebantur.
Veriſſimum, namquè eſt illud, quod Ari-
ſtoteles, 4. *Ethic. cap. 3.* ait: Veram honorum
31 Materiam eſſe bonum, idquè eo magis, quò
„ excellentiùs. Subdens. *Itaquè ſi vero iudicio res
„ æſtimetur, virtutem ſolam, & eos in quibus ea ſit,
„ honore dignos eſſe: nobiles autem, & diuites, vel
„ qui imperia gerunt, extraneam tantùm excellen-
„ tiam præ alijs habere, eoſquè à vulgo honorari; quia
„ ſcilicet nulla alia bona cognoſcit, quàm hæc exte-
riora,* ita Ariſtot.
32 Virtute, igitur præditos eſſe oportet, qui ad
dignitates euehi debent. Vt enim Plautus *in
Amph.* loquitur.
„ *Virtute ambire oportet, non fautoribus.*
„ *Sat habet fautorum ſemper, qui benè fecit.*
„ Et Claudianus ode 3. *Con. Hon.*
„ *Emitur ſola virtute poteſtas.*
33 Hinc ſanè eſt, quòd apud Antiquos, duo
erant erecta Templa, Honori vnum, Virtuti
alterum, ita tamen attemperata, atquè extru-
cta, vt ad illud, non niſi per hoc acceſſus pa-
teret, atquè ingreſſus; vt inuenerent, quòd
Honorem, & Gloriam non debet ſequi Vir-
tus, ſed ipſa virtutem. Iurè itaquè *Plinius lib.*
34 *6. epiſt. 8.* fatur: *Sequi gloria, non appeti debet.* Ve
„ rum ſubdit: *Si caſu aliquo non ſequatur; non ideo,
„ quòd gloriam meruit, minus pulchrum eſt.* Et
„ Theognes.
Si benè agis (inquit) *bene ſit tibi. quid præconia
quæris?
Virtuti facilis, promptaquè fama venit.*
Quia verò noſter hic Prælatus perbellè
(vt ſupponitur) ambitionis hoc vitio labo-
rat: Ne captum oculis gregi præponamus,
qui ſuper intendens eſſe debuerat, curã co-
rum gerens; ſecundum *Auguſtin.* ſuper illa
verba Apoſtoli 1. *ad Timot.* 3. qui Epiſcopatũ
deſiderat, bonum opus deſiderat. relatum
can. qui Epiſcopatum 10. 8. *quæſt.* 1. Ne illud ac-
cidat, quod Christus Dominus, & Magiſter
noſter Phariſæos carpens, Apoſtolis dixit:
„ *Sinite illos: Cæci ſunt & duces cæcorum. Cæcus au-
„ tem ſi cæco ducatum præſtat, ambo in foueam ca-
„ dunt. Matth. 15. 14.* atquè illud *Iſaiæ 56. 10. Spe-
culatores eius cæci omnes; neſcierunt vniuerſi.* Vn-
37 dè ſequatur illud Gregorij; *Cum paſtor* (in-
„ quientis) *per abrupta graditur, neceſſe eſt, vt grex
„ in præcipitia ducatur:* ſequiturquè *Dionyſ. Car-
„ thuſ. in D. Matth. 15. art. 28.*
36 Repellendus, vtiq; erit ne Domini rationa-
bilibus præficiatur ouibus. Quia honoris aug-
mentum non ambitione, ſed labore ad vnũ
quæmquè conuenit peruenire: vt Imperato-
res Arcadius, & Honorius loquuntur, in *l.
contrà publicam. 14 in fin. C. de rè militari. lib. 12.*
ſequiturquè, *Gloſſ. prima in fin. in cap. officij tui
38. de elect. & Gloſſ. in cap cum poſt petitam 46.
verbo requiſitum. in fin. eod. tit.*
Nulluſquè per ambitum ad prælaturæ Ec-
38 cleſiaſticæ honorem accedere permitti de-
„ bet. Nam cum hic exceſſus in laycali conuer
„ ſatione culpetur; quis dubitat, quin religioſis
„ & Deo ſeruientibus iniiciat, vel incutiat op-
„ probrium? vt ſunt verba Symmachi Papæ re
lati *can. nullus, itaquè 119. p. quæſt. 1.* & ſequitur
*Gloſſ. in l. vnica in uerbo Sacerdotum ff. ad l. Iul. de
ambitu. tex. in d. l. ſi quanquam. 30. in fin. C. de
Epiſc. & Cleric.* quem refert quoquè *Gloſſ. in d.
l. vnica.*
39 Arctiori quippè vinculo Deo aſtricti ſunt
hi per profeſſionem; qua contemptis hono-
ribus, abiectis diuitijs, ſpretiſquè delitijs, arbi-
trium proprium ſubiungauerunt alterius di-
tioni; vt Bonifacius Octauus (fatetur) *d. cap.
quorundam 24. in princ. de elect. lib. 6.* qui nomen
in Religione Deo dederunt, quàm cæteri
omnes. Periculoſior igitur eſt in illis ambitio
40 ſecundum verba, *Gloſſ. in d. extrauaganti exe-
crabilis Ioannis 22. in princ. verbo. Religioſorum.
de præbend. & dignit.* Rationem referens ex
Auguſtino ad Vincentium Donatiſtam *in*
41 *can. quantumlibet. 9. 47. diſt.* Quoniam (aiente)
„ ſicut difficile ſum expertus, meliores, quàm
„ qui in monaſterio profecerunt; ita non ſum
„ deteriores expertus, quàm qui in Monaſterio
„ defecerunt.
42 Equidẽ Ciuilis lex per Imperatores Theo
doſium, & Valentinianum in *l. ſancimus 6. C.*
ad

ad l.Iuliam repetundarum etiam in laycis digni
tatibus verecundum æſtimauit, ſi illæ am-
bientibus concedantur; vnde legem rogaue-
,, re illi dicentes : *Sancimus eiuſmodi viros ad*
,, *prouincias regendas accedere, qui ad honoris inſi-*
,, *gnia non ambitione, vel pretio, ſed probatæ vitæ,*
,, *& amplitudinis tuæ ſolent teſtimonio promoueri.*
Sic illi. Quæ lex inter Canones recepta eſt
etiam *can.ſancimus.25.1.quæſt.7.*

Et Modeſtinus de Tutoribus, & Curatori-
43 bus verba habens in *l. ſcire oportet. 21.§.fin.*
,, *ff de tutorib. & curat.* Semper enim maximè
,, hoc obſeruent Magiſtratus (,& ipſe docet)
,, ne creent eos, qui ſe ipſos, volunt ingerere, vt
,, creentur; qui què pecuniam dant: Hos enim
,, & pœnæ obnoxios eſſe, lege promulgatum
,, eſt. His Modeſtinus.

44 Quis locus igitur tutus (verbis vtar Impe-
ratorum, in allata ſuperius, *l. ſi quenquam 30.*
§.nemo gradum, C.de Epiſcop. & Cleric.) & quæ
,, cauſa eſſe poterit excuſata, ſi veneranda Dei
,, Templa pecunijs expugnentur? Quem mu
,, rum integritatis, aut vallum fidei prouide-
45,, bimus, ſi auri ſacra fames in penetralia
,, veneranda proſerpat? Quid deniquè cautum
,, eſſe poterit, aut ſecurum, ſi ſanctitas incor-
,, rupta corrumpatur? Ceſſet altaribus immi-
,, nere profanus ardor auaritiæ, & à ſacris ady-
,, tis repellatur piaculare flagitium. Ita aureis
,, verè verbis, animis inſculpendis omnium,
,, Imperiali fulgentes ſceptro loquuntur. vn-
46,, dè Cicero *primo officiorum*: Cauenda eſt
,, gloriæ cupiditas; (inquit) eripit enim liber-
,, tatem, pro qua magnanimis viris omnis
,, debet eſſe contentio.

47 O ambitio, itaquè (cum Bernardo *lib.3.ad*
Eugen.de conſiderat. exclamabo.) ambientium
Crux, quomodo omnes torques? omnibus
places? nil acrius cruciat, nil moleſtius in-
quietat; nil tamen apud miſeros mortales
celebrius negotijs eius. ita ille; quem ſequi-
tur quoquè, *Gloſſ.in d.extrauaganti execrabilis,*
in princ.verbo Ambitio.

48 Ambitioſus deinde inordinatè honores
appetens, vel ob malum finem, vel quod in
illis vltimum finem conſtituat; vel quòd ita
illos appetat, vt paratus ſit propter illos aſſe-
quendos mortaliter peccare, cum vult alijs
præferri, quibus anteſeuendus non eſt; vel
quod malo etiam modo illos appetat; mor-
taliter peccat. Ex *S. Thom.2.2 d. quæſt.131.*
art.1.& 2.Caiet ibid. & in ſum verbo Ambitio.
Armilla eod. Tabien. Angel & Sylueſt. verbo ſu-
perbia, num 7. Nauarr man cap.23. num.11. &
15. Card.Tolet. lib.8. inſtruct. Sacerdot. cap.23.
Leſſius de iuſtit.& iur lib.3 cap.2.dub.3.num.21
Pater Marcell.Megala in promptuar 1.part.ver-
bo ambitio Anton. Fernandez in exam. Theolog.
moral.part.4.cap.2.§.2.num 18.Paulus Layman.
tom.1.Theolog.moral lib.3.ſect 3.num.11.

49 Cùm enim charitati, (quæ iuxta Apoſt.
1.*ad Corinth* 13.5.non eſt ambitioſa) repugnet
Ambitio; Charitati verò, quæ non quærit,
quæ ſua ſunt, (*eod.loco Apoſt.*) nihil in oppoſi-
tum ſit, niſi peccatum; ſequetur omnino
Ambitionem formaliter acceptam cum cir-
cumſtantijs ſuis, peccatum eſſe, *S. Thom. d.q.*
131.art.1.

50 At qui vero peccator ob mortalis facino-
ris turpitudinem, quæ hominem de hone-
ſtat, cumquè deformem, & inuiſum Deo
facit, ſecundum illud Apoſtoli *ad Ga-*
51 *lat. 4. 9. Nunc autem cum cognoueritis Deum;*
immò cogniti ſitis à Deo: (per approbationem,
ad minus ſecundum præſentem iuſtitiam
quando in gratia ſtatis, vt *Dionyſ. Carthuſ. ibid.*
art.4. loquitur, & S. Hieronym. *Nullum* (in-
,, quit) *ignorat Deus ſed tamen eos cognoſcere dici-*
,, *tur, qui errorem pietate mutauerint*, ſequitur,
Cornel à lapide ibid.verſ.9. Vnde 1.*ad Timoth.*
2.19. Cognouit Dominus qui ſũt eius. Idem
Apoſtolus loquitur, & Dominus in Euange-
lio *Matthei.25.12. Amen dico vobis: neſcio vos.*
Nempè ſcientia approbationis, ſecundum
omnes Theologos: aut (vt *Auctor imperfecti*
loquitur) non video in vobis ſignaculum ſpi
ritus mei, ſecundum *Maldonat. ibidem num 12.*
& ſequitur *Pater Henriquez in ſumma Theolog.*
moral lib.4.cap.25.§.2.littera H) Indignus om
53 ninò euadit qui eligatur. Porrò quòd Ambi
54 tio, quæ peccatum eſt, quemlibet repellit à
dignitatibus, vt loquitur *Gloſſ p.in fin.in d.cap.*
55 *officij tui 38.de elect.* Quia profectò male appe
titur id, quod ſine peccato retineri non
poteſt. verba ſunt *Card.Tolet. d.cap.23.num.2.*
Indignus igitur eſt, qui eligatur; peccabit ita-
56 què ſi eligi ſe patiatur; ſicuti peccabunt, qui
ſcienter eligunt illum, vt apertè probat Gre-
gorius Magnus *in regiſtro* ad nobiles Ciues
Neapolitanos ſcribens, carpens eos, quòd
Ioannem, qui paruulam filiam habebat, in
in Archiepiſcopum elegiſſent; quod nec ip-
ſi facere debuiſſent, nec ille pati; cum ex hoc
vno indignus eſſet: ſic enim ipſe relatus *can.*
,, *priuſquam ad nos 4.28.diſt Priuſquam ad nos* (in-
,, quiens) *ſcriptura veſtra diſcurriſſet, Ioannem*
,, *Diaconum qui ab altera parte electus eſt, paruulã*
,, *habere filiam quorundam relatione cognouimus.*
,, *Vnde ſi rationem voluiſſent attendere, nec illi*
,, *eum eligere, nec ipſe debuerat conſentire. Nam*
,, *qua præſumptione audet ad Epiſcopatum accedere*
,, *qui adhuc longam ſui corporis continentiam, filia*
,, *teſte, conuincitur non habere?* His Gregor.

Ecce tibi, ex argumento ipſo, quòd non
diù Ioannes iſte Diaconus fuerat continens,
ex indicio paruulæ filiæ, quam habebat, (vt
Gloſſ.ibid. aduertit), ac propter peccatum præ-
cedens, (& fortaſſe emendatum) indignus, vt
eligeretur, euaſit; Quantò magis concedẽdũ
erit, eum, qui actuali peccato inficitur, indi-
gnum omnino fieri, qui eligatur? quodcũ-
què illud peccatum ſit, ſiue incontinentiæ
ſiue ambitionis, ſiue alterius ſpeciei. Et ita
58 *Angel.in ſumm.verbo Ambitio, num.1.* vbi pro-
bat, quod appetens, vel aliquod beneficium,
vel officium ſæculare (multoquè magis Ec-
cle-

Digitized by Google

cleſiaſticum ,) ſciens ſe indignum ratione
criminis, vel ignorantiæ, vel alterius huiuſ-
modi, mortaliter peccat, ac conſequenter
indignus, qui eligatur euadit; & eadem ſequi
tur *Syluest. verbo ſuperbia, nu. 7. Nauarr. de orat.*
59 *& honoris canon. miſcellan.* 41. Irreprehenſibi-
lem porro eſſe oportet eum, qui, vt alijs, ad
animarum curam agendam, præficiatur, eli-
gi debet, ſecundum Apoſtolum, 1. *ad Timoth.*
,, 3. 2. *Oportet enim Epiſcopum irreprehenſibilem eſſe*
,, (inquit) & ad *Titum* 1 6. *ſi quis ſine crimine eſt,*
,, *& num. 7. Oportet enim Epiſcopum ſine crimine*
,, *eſſe ſicut Dei diſpenſatorem: non ſuperbum, non ira*
,, *cundum, non vinolentum, non percuſſorem, non*
,, *turpis lucri cupidum; ſed hoſpitalem, benignum*
,, *ſobrium, iuſtum, ſanctum, continentem eum, qui ſe-*
,, *cundum doctrinam eſt, fidelē ſermonem, vt potens*
,, *ſit exhortari in doctrina ſana, & eos qui contradi-*
,, *cunt, arguere.* Ita ille. Sequiturquè *Leſſius de in*
,, *ſtit. d. lib. 2. cap. 34. dub. 14 nu. 69. in 3. obiectione.*
60 Quiſquis igitur his caret virtutibus, vitijſ-
què obnoxius eſt, (eadem eſt enim ratio de
quocunquè ad animarum regimen aſſumen
aſſumendo, ac de Epiſcopo) vt diximus *reſ-*
ponſ. noſtra 2. nu. 54. & ſeq. part. 2. indignus pla-
nè eſt, qui eligatur. Alioquin fruſtrà Paulus,
& vitia, quibus eligendus carere debet; & vir
tutes, quibus ornatus, vt dignè eligatur, enu-
meraſſet. Cæteroquin peccabit, qui hiſce ſca-
tēs vitijs, virtutibuſq; carens, vt eligatur ſe of-
fert electoribus, ſi bona fides præſertim exu-
lat, vt optimè *Leſſius d. dub. 14. n. 70.* concludit.
Indignus ergo noſter hic pater, qui ambi-
tionis peſſimo vitio notātur, erit, qui iterum
eligatur.
61 Profectò enim, quo pacto alios arguet, ne
in peccato ſint, ipſe in peccato exiſtens? ſic
nempè Dominus, ac Magiſter noſter Chri-
62 ,, ſtus, *Matth. 7. 3.* dixit: *Quid autem vides feſtu-*
,, *cam in oculo fratris tui, ex trabem in oculo tuo*
,, *non vides? Aut quomodo dicis fratris tuo ſine eij-*
,, *ciā feſtcum de oculo tuo; & ecce trabs eſt in oculo*
,, *tuo? Hypocrita eijce primum trabem de oculo*
,, *tuo & tunc videbis eijcere feſtucam de oculo fra-*
,, *tris tui.* quo loco *Dionyſ. Carthuſian art. 15.* ſe-
,, quentibus commentum agens, loquitur:
,, *Quaſi dicat Saluator hoc irrationabiliter agitur.*
,, *Charitas namquè erit ordinata, vt à ſe ipſo inci-*
,, *piat homo, nec præſumat alium increpare, iudicare,*
,, *ſeu diſciplinare, qui ſe ipſum non purgat, diſcutit,*
,, *& emendat. Dicit enim Apoſtolus:* Qui alium do
,, ces, te ipſum non doces? qui gloriaris in le-
,, ge, per præuaricationem legis Deum in ho-
,, noras? *Itaquè ſi peccatum arguentis, ſeu Iudicis*
,, *publicum eſt, & tamen iudicat alium peccat pecca*
,, *to præſumptionis, ac ſcandali: ſi vero peccatum eius*
,, *ſit abditum, peccat per præſumptionem. Propter*
63 ,, *quod dicit Ambroſ. Iudicet de errore, & culpa*
,, *alterius, qui in ſe ipſo non habet, quod iudicet: nè*
,, *cùm de alio iudicat, in ſemetipſum ferat ſententiā.*
,, *Scriptum eſt enim: Ex ore tuo te iudicabo ſerue*
nequā. Hæc Carthuſian. vir ſanctus, & doctus.
Qui habet ergo aures audiendi audiat. *Mat-*
th. 11. 15 & *Ioann. Apocalypſis 2. 7.* Qui habet au
rem audiat, quid ſpiritus dicat Eccleſijs.
64 Cæterum, quia Indignus, qui alijs per di-
gnitatem (Eccleſiaſticam præſertim) præfer
ri pertentat, infamiæ notam incurrit, *l. prima*
ff. ad l. Iuliam de ambitu: ſequitur, *Gloſſ.* in hoc
notabilis in *d. can. nullus. 119 in Gloſſ. 1. p. qu. 1.*
Miles in repertor. verbo Ambitioſus dicitur, num.
24. fol. mihi 8. Abb. in Theſauro ſingular. deciſio-
num eod. verbo ambitioſus dicitur, (quod ſanè
opus idem omnino eſt cum illo Milis, quare
65 vnus ab altero accepit.) Quin imò (quod
animaduerſione dignum eſt) in ſimoniæ cri
men dare videtur, quòd præcibus Eccleſia-
ſticam dignitatem emere pertentet, munus
ab obſequio ſoluens, iuxta Diui Gregor. do-
ctrinam receptam *can. ſunt nonnulli 115. prima*
quæſt. 1. vbi *Gloſſ. verbo ab obſequio,* Quod ſanè
peccatum eſt, vt S. Antoninus Archiepiſco-
,, pus Florntiin. *in ſumm. part. 2. tit. 3. cap. 5. §. 4.*
ſequentibus loquitur: *Nam ſecūdum Thomam,*
,, *Rayn. Hoſtienſ. & Goffred. petere* (inquiens)
,, *pro ſe aliquid eorum* (dignitates ſcilicet, of-
,, ficia, vel beneficia, Abbatiam, Prioratum,
,, Decanatum, Præpoſituram, &c.) *etiam ſi alias*
,, *ſit dignus, inducit ſimoniam: quia ſunt præces pro*
,, *indigno, ratione præſumptionis: ergo, & appetere*
,, *erit mortale, cùm ſimonia ſit mortale* Hæc Anto-
,, nin. quem ſequitur frater Iacobus Vngarel
,, lus in additionibus ad Angelicam, *d. verbo*
Ambitio. num. 1 littera D. verſ. quia tunc eſt mor-
tale.
66 Dignitatis vero portæ vilibus, & indignis
perſonis patere haud debent. ſecundum
Innocentij Papæ 3. diſpoſitionem, in *cap. in-*
ter dilectos 11. de exceſſib. prælat. quemadmod-
modum, & infamibus *text. in cap. querelam*
10. vbi Gloſſ. verbo crimine periurij. de iure iuran.
Gloſſ. in cap. per inquiſitionem, 26. verbo ſe indi-
gnum de elect. l. vnica, C. de infamib lib. 10. l. nequè
famoſis 2. C. de dignitatibus lib. 12. Nequè famo
,, ſis, (*Imperator* loquitur) & notatis, & quos
,, ſcelus, aut vitæ turpitudo inquinat, & infa-
,, mia ab honeſtorum cetu ſegregat, dignita-
tis portæ patebunt. Sic ille.
67 Qui eligatur igitur indignus omnino hic
erit. Quia profectò nihil eſt, quòd Eccleſiæ
,, Dei magis officiat, quam, quod indigni aſſu-
,, mantur Prælati ad regimen animarum, vt
,, Innocentius 3. in Concilio Generali loqui-
tur *in cap. nihil eſt. 44. de elect.*
,, Quod ſi in quibuslibet Eccleſiæ gradibus
,, prudenter, ſcienterquè curandum eſt, vt in
,, domo domini nihil inordinatum ſit, nihilq;
,, præpoſterum: quantò magis elaborandum
,, eſt; vt in electione eius, qui ſuper omnes gra
,, dus conſtituitur, non erretur? Nam totius
,, familiæ Domini ſtatus, & ordo nutabit, ſi
,, quod requiritur in corpore, non inuenitur
in capite: vt aureis verbis, rationeque
è cælo allata ſcribit Leo Epiſcopus; re-
latus *can. miramur. 4. 61. diſt.* quæ ſanè
verba ſacra quoquè Tridentina Syno-

C dus

dus vſurpauit, *ſeſſ.24.cap.1.de refor.*

68 Integritas porro præſidentium ſalus eſt ſub ditorum, *d.can.miramur.ead.Sacroſancta Synod. Trident.ſeſſ.6.cap.1.in princ.de reform.*

69 Nihil igitur erit, quod ad Dei gloriam, & populorum ſalutem vtilius fieri poterit, quã ſi boni Paſtores, & Eccleſiæ gubernandæ idonei promoueantur, vt eadẽ Sacroſancta Tridentina loquitur Synodus, *d. cap.1.ſeſſ.24. de reform.*

70 Affectare præterea quis non debet, in quo intelligit, vel intelligere debet infirmitatem ſuam aliis periculoſam futuram; vt Celſus inſinuauit in *l.idem iuris 8. §.1. ff.ad leg.Aquil. §.impetu quoquè inſtitut.eod.cap dilectus filius 13 & cap.ſignificaſti.16.vbi Gloſſ.verbo ſciuiſſet de* ,, *homicid.text.in l.paupertas.9* ibi: ſi quis impa- ,, rem ſe oneri iniucto poſſit probare. *ff. de excuſat.tutor. l.Imperitia 175.ff.de regul. iur. Petr. Greg. Tholoſanus ſyntagmat.iur. vniuerſi to.1.lib. 18.cap.25.num.6.*

71 Quod planè, cùm in damnum tendat alio rum, ac præſertim ſpirituale animarum ſubditorum, mortale eſt; prudens enim, ac ſciens

72 ſe manifeſto exponit periculo, quod pecca ,, tum, eſt, iuxta illud *Eccleſiaſt.3.27.* Qui amat

73 ,, periculum, in illo peribit; quod Dionyſ. ,, Carthuſ. explicat dicens: *Qui amat periculum,* ,, *id eſt vitiũ, ſeu peccati occaſionem; in illo peribit,* ,, *id eſt damnationem incurret iuxta illud in pſal.* ,, *10. Qui diligit iniquitatem, odit animam ſuam.* ,, *Nec poteſt peccata euadere, qui non curat vitiorũ* ,, *occaſiones effugere.* Ita Dionyſ. peccat enim

74 peccato præſumptionis ex inani gloria, attentans, vt ſibi poſſibile, quod propriam virtutem excedit. Ex eo enim quòd aliquis multum deſiderat gloriam, ſequitur, quòd attentet ad gloriam ſupra vires ſuas: vt *S. Thomas 2. 2. quæſt.21.art.3.in reſponſ & q. 130.art.1. S. Antonin.d part.2.tit.3. §.5. verſ. & vbi quis. Caiet. in verbo præſumptio primum in fin. Armilla eod nu.1. Angel.num.2. Nauarr man. d.cap.23.num.11. & 14. & de orat & horis Canonic.cap.11.num.20. & num.41 Card.Paleottus de Sacri Conciſtor.Conſultat.part 1.quæſt.1.verſ. quod eò magis.Card.Tolet.d.lib.8.cap.22. Anton. Fernandez.d.part.4.cap.1.§.2.num.19.Leſsius de iuſt.& iur.lib.3.cap.2.dub 3 num.19.& 20.*

75 ,, Quælibet namque actio, (vt *S.Thom* do- ,, cet *d. q. 130. art.1.*) commenſuratur virtuti ,, agentis: nec aliquod agens naturale nititur ,, ad agendum id, quod excedit ſuam faculta- ,, tem, & ideo vitioſum eſt, & peccatum; quaſi ,, contra ordinem naturalem exiſtens; quòd ,, aliquis aſſumat ad agendum ea, quæ præſe- ,, runtur ſuæ virtuti. His S. Thomas Doctor

76 Angelicus qui *art.2.* Magnanimitatis virtutis eſſe, quæ opponitur præſumptioni, (dicit) non tendere ad maiora, quàm ſibi conueniant; ſed eſſe in medio ſecundum proportionem ad propriam facultatem. Sicuti: *Sine pennis volare haud facile eſt.* vt Plaut. *in penulo* dixit. Et Horat. *de arte* cecinit:

,, *Sumite materiam veſtris, qui ſcribitis æquam,*
,, *Viribus; & verſate diù quid facere recuſent,*
,, *Quid valeant humeri.*

Et ſequitur *Gloſſ.in can. non eſt putanda 27. verbo prius vires.prima q.1.* quo canone Gregorius Siagrio Epiſcopo ſcribẽs, ſe quentibus

78 ad rem loquitur. *Quiſquis ergo Sacerdotium* ,, *non ad elationis pompam, ſed ad vtilitatem adi-* ,, *piſci deſiderat, prius vires ſuas cum eo, quod eſt ſu-* ,, *biturus onere, metiatur, vt ſi eſt impar, abſtineat,* ,, *& ad id cum metu etiam, cui ſe ſufficere exiſtimat,* ,, *accedat.* His Gregor. cecinitque Propertius, *lib.3.eleg.9.*

Turpe eſt, quod nequeas capiti ſubmittere pòdus,
Et preſſum inflexo mox dare terga genu.

Et Herodotus in Vrania. Nihil præter vires aggrediendum, (admonet) nec vllum ſuſcipiendum negotium, ad q od perficiendum vires non ſuppetunt. Cicero quoque *primo* ,, *officiõr. Suum quiſquè noſcat ingenium,* (dixit) ,, *acremquè ſe vitiorum, & bonorum ſuorum iudi-* ,, *cem præbeat, ne ſcenici pluſquam nos videantur* ,, *habere prudẽtiæ: neue hiſtrio videat in ſcena, quod* ,, *non videat ſapiens in vita.*

79 Non eſt hoc itaquè conſulere populo, ſed nocere; non præſtare regimen, ſed augere diſcrimen; indignis paſtorale faſtigium indulgere, & gubernationem Eccleſiarum credere. verbis, vt vtar Hormiſdæ Papæ *in d.can.miramur.4.61.diſt.*

80 Irreprehenſibiles quippe eſſe conuenit, quos preeſſe neceſſe eſt corrigendis. idem loquitur Hormiſda *can. in Sacerdotibus, 2. ead. 61.diſt.*

81 Accedit his demum, quòd preſici minimè is debet (ſac etiam Collegij intercedat electio) per quem ſcandalum in communitate timetur ad *tex. in cap. eum teneamur 6. in fin.* ibi: aut ſi non poteſt ei ſine ſcandalo prouideri. *Vbi Abb. num.2. de præben. tex.in cap. niſi cum pridem 10.poſt princip* ibi: graue ſcandalum, & *§.pro graui quoquè ſcandalo.vbi Gloſſ. de renunciat.cap.nihil prodeſt. 2.* ibi: nihil cum ſcandalo. vbi etiam *Gloſſ. de præſcript. Abb. in cap. 1.num.8.verſ ſed aduerte de elect.* ſequuta fuit Rota *apud Card. Seraphin.deciſ.5.6.n.4.*

82 Spectanda porrò eſt populi, & ſubditorum vtilitas in electionibus; vt cæteris paribus, magis idoneus dicatur Prælatus, qui licet quidem minus idoneus ſit altero, eſt tamen magis gratus ſubditis; alter verò, & ſi magis idoneus, eſt tamen illis minus acceptus, vt *Caiet.* docet *in ſum. verbo electio, verſ. & ſcito quidem* Melior enim, non quantum ad bonitatem vitæ, & ſimpliciter, ſed quantum ad regimen hic, & nunc, reſpectu talium ouiũ, reliquis alijs concurrentijs penſatis, dicitur;

83 ſecundum illud *1.ad Corinth. 12. 7.* Vnicuiquè autem datur manifeſtatio ſpiritus ad vtilitatem. *Caiet. eod. loco.* Quia diſpenſationes ſpiritualium principaliùs ordinantur ad vtilitatem communem, vt *S. Thom.* loquitur *2. 2.qu.63.art.2. & q.185. art.3. & quodlibet 8.q. 4.art.*

Digitized by Google

*4.ar.6.Couar.in reg.peccatum p.2.relectionis,§.7.
num.4. verſ.diguior. verò. Auguſtin. triumph.de
poteſt.Eccleſ.quæſt.3.art.3.& 4.Card. Paleott.de
Sacri Conciſtor.Conſult.part.4.quæſt.1.verſ.Ter
tio illud aimaduertendum. Vaſquez in opuſculis
de beneſic. cap.2.§ 3.dub.1.num.49.Caſtellinus,*
poſtmodum Epiſcopus Catacen,*de elect.cap.9
cum ſeq.Cornel. à lapide in eund. locum Apoſtoli
Pauli,num.7.& Carthuſian.ibid.* atquè idem S.
Doctor.ibid. lect. 2. Et confirmatur ex *text. in*
,, *cap.conſtitutis.46.*ibi Eccleſiæ magis vtilē,vbi
,, *Gloſſ.dicto verbo*: Ad hoc quidē (addit) de iure
,, tenentur,*& Abb.nu.3.& 11.de appellat.*
84 Non itaquè peculiari vnius commodo,
qui aſtu ad prælationem fertur,in communitate turbę excitandę erunt. Priuatę namquè
publica pręfertur commoditas, *cap.bonæ memoriæ.3.de poſtulat. l.utilitas 3.C.de primopilo,lib.12. S.Thom.2.2.quæſt.26.art.3.& 4.ad 3.
nos reſponſ.22.nu.19.par.2.*

Quas autem turbas in Congregatione fratrum ſuperioribus annis mala ſua adminiſtratione,hic noſter pater excitarit, quęue ſcandala pullularint in comune totius Congregationis damnum, ipſimet norunt,qui nunc
ad confirmandum eundem ſolicitantur.
85 Certè deſipiunt,qui ſic ſapiunt,iuxta, verba Innocent.*3. iu d. cap. uiſi cum pridem 10.§.
certe deſipis de renuciat.* ſi illum iterum confirmandum putent,vel tentent.
86 Vir porrò merito, & ſapientia eligitur,
qui ordinādus eſt,& ſi vltimus eſt in Cōgregatione, vt Palea loquitur poſt *can. nullus 12
incipiens in ordinatione.61.diſtinct.*
87 Verùm creſcit confirmandi indignitas,vt
indè magis repellendus ſit, quòd electores ad
illum iterum eligendum, etiam promiſſis,
peſſime ſollicitauit in ſimonię. itaquè crimē
dedit. *Gloſſ.in cap.tuam 10. verbo. nullum prorſus,vbi Innocent. de ætate, & qualitat.* ſequitur
*Abb.in cap.per inquiſitionem 26. num.5.de elect.
Rota apud Card. Seraphin. d.deciſ.516. num.2.
& 3.*

In manifeſto, itaquè crimine eſſe conuincitur,atquè mortali. Indignus eſt ergo
88 qui eligatur; vt pu a Chriſtum Dominum
haud dilectione proſequens ſuper omnia.
Impotens, itaquè erit Domini gregem, rationaleſquè paſcere oues verbo,& exemplo,
quod primariò in Paſtore exquiritur,ſecundum *Caiet.in ſum. verbo electio.* Per quodlibet
vero peccatum mortale, indignus quis redditur ad quodlibet ſpirituale exequendum.
S.Thom.quodlibet.8.quæſt.4.art.6. Armilla verbo electio.n.23. Vaſquez d.cap.2. §.3.dub.5.n.49.
89 Nec enim perfunctorie penſandum eſt,
ſed iuxta pondus ſanctuarij, (vt à Domino
præceptum fuit,*Numer.3.50.& cap.7. 13. 19.
& 18.*) ponderandum, quod ipſe Dominus
noſter Ieſus Chriſtus,poſt glorioſam è ſepulchro rediuiuam reſurrectionem, Petro Eccleſię Primatum daturus, an eum diligeret
plus alijs,etiam tertiò expoſtulans,dixit *Ioan.*
90 *vlt.* 15. Simon Ioannis diligis me plus his?
& ſecundo diligis me? ac tertio Amas me?
91 Quia profectò, vt pręfici quis alijs debeat,
charitate imbutus eſſe debet. *Caieta in ſum.d.
verbo elect.& 2.2.d.quæſt.63.art.2.verſ. nota 2.
Nauarr.de orat.& horis Canonic.miſcellan.39.&*
,, *ſeq.*quo loco Auguſtin.à *S.Thom. in catena* relatus:*Confitenti amorem ſuum oues ſuas commen*
,, *dauit:*(inquit) *vnde ſequitur,& dicit ei.* Paſce
,, agnos meos; *tanquam non eſſet, vbi oſtenderet*
,, *Petrus amorem ſuum in Chriſtum,niſi eſſet paſtor*
,, *fidelis,ſub Principe omnium paſtorum.* & addit.
,, *Qui hoc autem animo paſcunt oues Chriſti,vt ſuas*
,, *velint eſſe, non Chriſti; ſe conuincuntur amare*,
,, *non Chriſtum; vel gloriandi, vel dominandi,*
,, *vel acquirendi cupiditate, non obediendi,*
,, *& ſubueniendi, & Deo placendi charitate.*
hęc Auguſtin. *Et Dionyſ Carthuſ.* ſequentibus
,, loquitur *Quærit ergo an Petrus diligat eum pluſ*
,, *quam alij diſcipuli: non quod Petrus certitudinaliter ſcire potuit ſiue reuelatione diuina,quod ama*
,, *ret Chriſtum per charitatem infuſam quæ eſt vir-*
,, *tus theologica, vel quod amaret eum pluſquam*
,, *alij:ſed vt doceret, quòd aliorum Prælatus debet,*
,, *non ſolum diligere Chriſtum, ſed etiam debet eum*
,, *diligere magis feruenter,quàm alij: imò in omni*
,, *perfectione,& gratia debet abundare,atquè excel-*
,, *lere, vt de plenitudine eius accipiant vniuerſi*
,, *ſubditi ſui:poſſitquè ad iſtar Angelicæ Hierarchiæ*
,, *gregem ſibi commiſſum, & vnumquemquè ſubdi-*
,, *torum ſuorum ſecundum ſuam capacitatem, pro-*
,, *portionem,& indigentiam,purgare, illuminare,*
92 ,, *perficere.Vnde quamuis ſecundum,iura ſufficiat*
,, *eligere ſufficiētem,bonū, ſiue idoneū,nec oporteat*
,, *eligere meliorē,vel ſufficientiorē in foro contentio-*
,, *ſo,ſecundū Thomā,aliter electio poſſet penè ſemper*
,, *caſſari,& irrita fieri:propter quod in foro conten-*
,, *tioſo, iudicioque humano ſufficit eligere perſonam*
,, *idoneam:tamen in foro conſcientiæ tenetur eligens*
,, *meliorem eligere, eum videlicet, qui omnibus*
,, *penſatis melior æſtimatur, pro honore Dei, &*
,, *vtilitate Eccleſiæ* His Dioniſ.ſatis aptè ad rem
noſtram. *S. Thom. d. 2. 2. quæſt.63.art.2.ad 3.
Rota in d Vallis Obtanæ præeminentiarum coram
Cardinali Pamphilio. d.deciſ.63.num.8.Caſtellin.
d.cap 9.n.19.& 11.*
93 Haud itaquè ipſe vnus,qui, cùm indignus
ſit, ſe eligi patitur, (quin magis etiam ſimoniace perquirit) peccabit: verùm, & qui
ſcientes,prudenteſquè elegerint, ipſi quoq;
mortali ſe macula coninquinabunt, quaſi
perſonarum acceptores,non meritorum trutinatores,*S Thom.2.2.quæſt.63. art.2. & quæſt.
185.art.3.& d.quodlibet.8.quæſt.4. art.6. Caiet.
d.verbo electio iu princ.Armill.ibid.num.3.& 21
Abb.d.cap.conſtitutis 46.nu.7. de appellat.Felin.
in cap.quamuis de offic. deleg.* Perſonarum autem acceptio ex genere mortale eſt.*S.Thom.
2.2.d.quæſt.63.art.1.Vaſquez d.cap.2.§.3. num.
48. Caſtellin.d. cap.9. num.10.* Profectò enim
94 manifeſtum eſt,eos,qui Apoſtoli lege con-
,, tempta Eccleſiaſticum gradum non meritis
,, voluerint alicui conferre,ſed gratia, contra

Chriſtum facere,vt Hieronym.ad *Titum cap.* 1.relatus *can.qui vos ſpernit* 13.8.q.1. Peccant igitur, *Qui enim* (Chriſtus dici *Lucæ* 10. 28.) *non eſt mecum contrà me eſt; & qui non colligit mecum diſpergit.* Vbi Chryſoſtomus allatus à *S.Thoma in catena.* At ſi qui non cooperatur
,, (inquit) aduerſarius eſt,multò magis qui ob
,, ſtat. Hæc Chryſoſt. Quæ enim participatio
,, iuſtitiæ cum iniquitate:(Apoſtolus loquitur
,, doctor gentium, 2.*ad Corinth.*6.14) aut quæ
,, ſocietas lucis ad tenebras? Quæ autem con-
,, uentio Chriſti ad Belial? vt *Dionyſ. Carthuſ.*
,, adnotat ad dictum locum *Lucæ* 11.

96 Præter quam, quòd ex Bulla Pij Papæ Quinti,ac etiã Gregorij XIII. tàm ſubornãs, quàm ſubornati ad eligendum, in excommunicationem offendunt, voceque tàm actiua,quàm paſſiua priuantur. *Rodriquez regular.quæſtion.tom.2.quæſt.56.art.1.Gallettus in Margarita caſuũ verbo eligere,verſ.in electionib. fol.96.col.2.Nald.in ſum.verbo eligere, num.25. Nauarr.d.cap.25.num.7.*

97 Excommunicatus verò ineptus eſt,qui eligatur,ſicuti,& inhabiles eligentes,*cap.conſtitutis 23.cum Gloſſ. verbo ex communicationis de appellat.cap.cum dilectus,8.de conſuetud.cap.cum inter R.16. in fin.de elect. Armilla. verbo electio, num.11.& 23.*

98 Meminerint proinde Patres electores,eos alienis peccatis communicantes,mortaliter peccare,niſi quem digniorem, ac Religioni magis vtilem iudicauerint,non quidem prę cibus, vel humano affectu, aut ambientium ſugeſtionibus, ſed meritis exigentibus, præfici diligẽter curauerint.verbis vos alloquor Spiritu ſancto Magiſtro à Sacroſancta Tridentina Synodo,*ſeſſ.24.cap.1. de reformat.* regiſtrata.

99 Ad Carnem igitur, & ſanguinem ne reſpiciant,ſed Deum Præpotentem præ oculis habentes,eum eligant,qui fructificare valeat vt filius lucis,in omni bonitate, & iuſtitia,& veritate, vt Apoſtolus Paulus loquitur, *ad Epheſ.*5.9.

100 Alioqnin viribus facta carebit electio, quòd ambitioſè obtenta fuerit,& cõtra ius.
101 ꝙ autẽ contra ius obtinetur ambitioſè obtũ præſumitur, *l prima in princip.ff.ad municipal.Gloſ.fin.in fin.in cap.fin.de tranſlat.Epiſ.*Erit igitur nulla electio. Videat,itaque quid ipſis magis expediat.

Et ita ex his, quæ cenſoris virgæ lubens ſubijcio,conſulo,ac Reſpondeo.

CAROLVS MARANTA V.I.D.
Aduocatus.

102 Denuo tandem electus, ac confirmatus fuit hic Pater Generalis: ſuo tamen malo. Nam breui,poſt factam electionem,in ſuperbiam magis elatus,euocatus ab eo,qui(*Lucæ*
,, 16.2.) dicit: *Quid hoc audio de te? Redde ratio-*
,, *nẽ villicationis tuæ:iam enim non poteris amplius*
*villicare:*morte præoccupatus ſubitaria animã efflauit miſer,non ſine damnationis ſuæ euidenti indicio.

Cum enim ad amenum quendam locum perueniſſet, vt ibi, cum amicis epularetur ſblendidè:poſt epulas,vino fortaſſe madens, & crapula, extinctus eſt, cum adhuc eſcæ in ore eius eſſent,& aſcendit ira Dei ſuper eũ. ſuper quem extinctum maxima coruorum caterua volitare,& cocitare(dæmonum fortè) cœpit,ſicquè in æternum infœlix periit, ſepultus in inferno,Epulonem illum imitatus,de quo Lucas (16. 22.) *mortuus eſt autem diues,& ſepultus eſt in Inferno,*ſcribit.

Nõ abſimile huic eſt illud,quod de Thallæleo Archieſcopo Theſſalonicenſi narrat Sophronius Archiepiſcopus Hieroſolymæ in prato ſpirituali *cap.* 43. Quantæ autem
103 authoritatis ſit hic liber, narrat, adnotatquè Aloyſius Lipomanus Epiſcopus Veronen.in præfatione ad lectorem,quem etiã ſuis notis illuſtrauit:approbatus,vtputa in ſecunda Nycena Synado,actione quarta.

Sequentibus,itaque Sophronius.
104 ,, *Fuit quidam Theſſalonicæ Archiepiſcopus*
,, *Thallælus nomine.Hic nequè Deum timens,nequè*
,, *paratam retributionem expaueſcens, conculcauſ-*
,, *què Chriſtianum dogma, ac Sacerdotalem honorẽ,*
,, *& dignitatem ſpernens, inuentus eſt pro Paſtore*
,, *Lupus.Abnegans quippe Sanctam,& conſubſtantia*
,, *lem Trinitatem Patrem,& Filium, & Spiritum*
,, *ſanctum,idola infœlix adorabat.Quem ij,qui tunc*
,, *Eccleſiis præerant,communi decreto damnarunt,*
,, *ac de ſede deturbarunt.Pauco poſt tempore nequã*
,, *ille omni ſcelere,& impietate plenus,voluit ad Sa*
,, *cerdotalem dignitatem remeare. Quia ergo iuxta*
,, *Sapientiſſimũ Salomonẽ,omnia obediunt auro, re-*
,, *uocatus eſt in regionẽ ſuam: erat è Conſtantino-*
,, *poli.Sed Omnipotens Deus Sanctam Eccleſiam*
,, *ſuam non deſpexit.Cum enim quadam die ille pro-*
,, *ceſſurus eſſet cum ſuperbo ornatu, vt ad Imperato-*
,, *res pergeret,Sacerdotiũquè decretis illorum iterum*
,, *reſumeret, pupugit illum venter, vt per*
,, *geret ad neceſſaria natura. Cùm verò ſecretum lo-*
,, *cum ingreſſus eſſet exonerandi ventris cauſa,man*
,, *ſiſſetquè intus duas iam, vel tres horas,nequè re-*
,, *uerteretur ad ſuos:ingreſſi ſunt quidam ex his, qui*
,, *illi aſſiſtebant,vt illum iam debere progredi mone-*
,, *rent:inuenerunt què infœlicem illum capite deorſũ,*
,, *vbi egerebantur ſtercora, demerſum, pedibuſquè*
,, *ſurſum erectis.Erigentes autem illum inuenerunt*
,, *extinctum horribili,& æterna mòrte.*

His Sophronius infœlicè Thallælei caſũ
105 claudit.Timeamus proinde,& nos occulta Dei Iudicia,cautoſquè aliena pericula faciant,ſcientes,quod prouerbio fertur. *Mali*
106 *bibunt improbitatis fecem.* Quòd voluptatem ex malefactis perceptam dolor ſupplicij cõſequetur. Dicamus proinde, cum illis, qui vicerunt beſtiam, cantemuſquè, canticum Moyſi ſerui Dei,& canticum Agni. (*Apoca-*
,, *lypſ.*3.)dicentes:*Magna,& mirabilia ſunt opera*
,, *tua Domine Deus Omnipotent; iuſta, & veræ*
ſunt

Digitized by Google

„ ſunt viæ tuæ, Rex ſæculorum. Quis non timebit te „ Domine, & magnificabit nomen tuum? Quia ſo- „ lus pius es. Quoniam omnes gentes venient, & „ adorabunt in conſpectu tuo, quoniam iudicia tua „ manifeſta ſunt. Sit illi propterea in æuum Gloria.

SVMMARIVM.

1 *Teſtis vnius teſtimonio nulla cauſa terminatur. num. 7.*
2 *Teſtes duo qualibet in cauſa exquiruntur. rationem vide num. 15.*
3 *Teſtimonium vnius, etiam Domini præcepto, reprobatur. quod ratione naturali conuincitur, num. 6.*
4 *Locus* Deutoronom. 19. 15.
5 *Locus Pauli* 2. *ad Corinth.* 13. 1. *elucidatur.*
7 *Teſtimonium vnius, & nullius æqua lance penduntur.*
8 *Teſtis vnius dictum non iuſtificat, neque condemnat.*
9 *Teſti vni eo, vt plenè credatur, neque ſtatuto, neque Principis mandato decerni poteſt. eſt enim contra præceptum naturæ.*
10 *Locus Ioannis* 8. 12. *expenditur.*
11 *Trinitas Sanctiſſima non dicitur eſſe in ſolitudine.*
12 *Opera Trinitatis ad ex trà ſunt indiuiſa.*
13 *Chriſtus quicquid operatus fuit in natura aſſumpta, egit virtute Dei Patris, imò totius Trinitatis.*
15 *Certitudo requirenda eſt in rebus ſecundum ſubiectam materiam. Iudicium affirmatiuum ſuſpendi oportet in re dubia.*
16 *Teſtis vnius dicto non ſtandum: in criminalibus præſertim.*
17 *Probationes in criminalibus luce meridiana clariores eſſe debent.*
18 *Dubio in facto interpretatio illa admittenda, quæ pro reo eſt, & crimen excludit. Neque à rectæ rationis dictamine deuiat. num. 19.*
19 *Sanctius eſt nocentem abſoluere, quàm innocentem condemnare, & nu. 14.*
20 *Dubijs in factis promptiores nos eſſe oportet in abſoluendo, quàm in condemnando.*
21 *Iudicium abſolutum ad pœnam haud eſſe debet, cum dubium adhuc eſt, an quis peccauerit, nec ne.*
22 *Culpa eſt relaxare vindictam.*
23 *Veritas ſemper quærenda eſt in criminalibus.*
24 *Maleficia impunita eſſe non debent, non propterea innocens damnari debet; atquè incertitudinis cauſa, reus abſolui.*
25 *Febris quid?*
26 *Mors quid?*
27 *Mors ſubſequens vrgentiori cauſæ tribui debet, & num. 39. quod accuratiùs expenditur.*
28 *Lex in l. huic ſcripturæ* 15. §. *ſi ſeruus, ff. ad legem Aquiliam expenditur, & elucidatur.*
29 *Lex in l. ita vulneratus.* 52. *ff. ad l. Aquiliam trutinatur, & expenditur.*
30 *Mors imputanda eſt cauſæ effectiuæ, & nu.* 33. *& Vrgentiori. nu.* 39.
31 *Lex Mela* 11. §. *Celſus, ff. ad l. Aquil. expenditur.*
32 *Tex. in cap. ſignificaſti* 18. *de homic. expenditur.*
34 *Febris ſuperueniens apertum tribuit argumentum ex qua cauſa mors ſubſequuta fuerit.*
35 *Cauſa ab effectu, à poſteriori, dignoſcitur.*
36 *Cauſa naturaliter prior eſt, quam effectus, qui eſt poſterior illa.*
37 *Medicorum iudicio (vti peritis) ſtandum eſt, ex qua cauſa mors ſubſequuta fuerit.*
38 *Cerebrum diuinum membrum à Phiſicis nũcupatur.*
39 *Animam in capite ſedem habere probat Caſſiodorus.*
40 *Text. in cap. Præsbyterum* 7. *de homic. expenditur, atquè dilucidatur.*
41 *Cauſa, vt in cauſatum influat oportet.*
42 *Cauſa propinqua, quoad operationem attenditur, non remota, eique effectus tribuitur. num.* 43.
44 *Text. in cap. audientiam* 12. *de homicid. elucidatur, pariter, & expenditur.*
45 *Dubijs in factis tutiorem partem eligere debemus. & pro reo reſpondendum magis eſt in dubio, quàm pro actore.* 46.

ARGVMENTVM.

Teſtem vnicum ſufficientem haud eſſe, vt cauſa per eius dictum finem videat. Mortem vero ex illato vulnere vel ex ſuperueniẽti cauſa, vnde febris orta fuit, ſequutã fuiſſe; non inutiliter diſſeritur. Et quid quoad irregularitatem? Deciſiua Reſponſio.

RE-

RESPONSIO TERIA.

FRater N. videns Pattem O. furijs agitatatum inferni, ſe contrà venientem, minantemquè caput frangere, cum paulò ante vi extra propriam cellam eum eiſeciſſet; pręcauens ne mali quid ei accideret, ſibiquè timẽs, cum ex in opinatò in lapidem, ſiue dimidiatum laterem in pedibus offendiſſet; illo ſublato, primo impetu aduerſus dictum Patrem O. illum iactauit. Percuſſerit nec ne illum, minimè aduertit. Sic è manibus euaſit præfati O. Qui, poſt factum, capite vulneratus apparuit. Accerſito proinde perito Chyrurgo, curam eius quatuordecim diebus egit, nequè malum aliquod, vel ſynthoma iſtis diebus apparuit. Vulnus haud fuiſſe mortale ſacramento Medicus firmauit. Medico, interim extrà Ciuitatem aliò euocato; Barbitonſorem accerſiri fecit O. hic verò Chyrutgo ſe peritiorem exiſtimãs, vulnus inciſione aperit, oſſiſquè partem extrahit. Hanc ob cauſam cerebri pelliculã tangens, eam fregit. Poſt hoc ſtatim febris (qua antea totis quatuordecim diebus caruerat) illaquè peracuta, O graui conflictatione aggreditur, vt ad quartum diem animam eum agere compulerit. Defuncto hoc, in iudicium Fr. N. coram ſuæ Religionis Superiore appellatur. Qui de vulnere deponat vnus eſt tãtum teſtis, & vtriuſquè inimicus. Chyturgus, & Pharmacopula, qui vulnerati curam egerunt, vulnus haud mortale fuiſſe Sacramento Fidem fecerunt. Mortem ex oſſis extractione, atquè cerebri pelliculæ fractione ſequutam fuiſſe, quæ febrim euocauit, teſtati fuere. Nihilominus ſuperior Fratem N. Mortis Patris O. reum denunciat, atquè pœna afficit, inregularemquè declarat. Conſultus deinde Ego. Mortem Fratri N. imputandam haud eſſe; eumquè in irregularitatem, nec dediſſe: Reſpondi.

Et planè, quo modo vulnere cruentatus Pater O. fuerit; an quod inſequens N. furijs agitatus, ceciderit; an vero lapide N. iactato vulneratus, (vt vnus tantum teſtis dicit) incertum redditur. Certum igitur Iudicium aduerſus N. minimè redditur. Damnari, ita-
1 què haud poterit. Nulla eſt enim cauſa, quæ
vnius teſtimonio (quamuis legitimo) terminetur: vt Alexander Tertius Summus Romanus Pontifex Matthæo Cardinali ſcribit in *c. licet vniuerſis. 23. in finalibus verbis, de teſtib. & atteſtationib. extrà.* Percipiẽs eidẽ *In qualibet*
2 *cauſa Chriſtiani, & maxime Clerici*, (inquiens)
,, *non minus, quàm duorum, vel trium virorum, qui*
,, *ſint probatæ vitæ, & fidelis conuerſationis, teſtimo-*
,, *nium admittatis. Iuxta illud Dominicum: in ore*
,, *duorum, vel trium teſtium ſtat omne verbum. Mat*
,, *th. 18. 16.* & eſt *text. in cap. in omni negotio. 4. eod.*
,, *tit de teſtib.* Non itaquè paucorum duorum,
,, vel trium teſtium teſtimonio ſtandum erit,
vt *Glo. d. cap licet verbo duorum* aduertit. Vnius
3 igitur reprobatur teſtimonium. Præceptum
nempe Domini Dei eſt *Deutor. 19. 15. Non ſta*
4 *bit teſtis vnus contra aliquem*, (Dicentis) *quie-*
,, *quid illud peccati, & facinoris fuerit : ſed in ore*
,, *duorum, aut trium teſtium ſtabit omne verbum.*
5 Sic item Doctor Gentium Paulus, 2. *ad Co-*
,, *rinth. 13. 1. Ecce tertiò hoc venio ad vos.* (loquens)
,, *In ore duorum, vel trium teſtium ſtabit omne ver-*
bum. Quia nimirum per dicta, & depoſitionem duorum, vel trium ſtabit, vel ſtatuetur, (vt ex Græco ſonat) rata erit, confirmabiturquè omnis accuſatio, omnis quæſtio, omnis cauſa, & crimen, vt *Pater Cornelius à lapide* in dictum locum Pauli loquitur. Aduertitquè:
,, *Quod licet lex vetus, atquè proinde Deutorono-*
,, *mij (allato loco cap. 19.) quatenus iudicialis eſt*
,, *legis veteris, cum reliquis, iam per Chriſtum ſit*
,, *abolita: tamen quatenus ius naturæ, vel potius ius*
,, *gentium eandem dictat, eatenus adhuc viget: iure-*
,, *què, tàm Ciuili, quàm Canonico recepta eſt. Ratio*
6 ,, *enim naturalis omnes gentes docuit; æquum eſſe,*
,, *& conuenire, ut nemo unius; ſed duorum minimũ*
,, *teſtium depoſitione damnetur. Vnus enim teſtis fa-*
,, *cile corrumpi, falli, & fallere poteſt: duo non item.*
7 Ita Cornel. à Lapide. Aequa quippe lance vnius, nulliuſquè teſtimonium penditur. Vnde vnius teſtimonium ad condemnationẽ nõ ſufficit alicuius, vt idẽ Alexãder Tertius loquitur *cap. veniens 10. §. fin. in fin. & ibid. Gloſſ. de teſtib.* Et præceperat Imperator Conſtantinus ad Iulianum Præſidem ſcribens in *l. iuſiurandi 8. §. ſimili modo, C. de teſtib. Vnius te-*
,, *ſtimonium* (inquiens) *nemo iudicum in quacum-*
,, *què cauſa facile patiatur admitti.* ſubdens: *Et nũc*
,, *manifeſtè ſancimus, vt unius omninò teſtis reſpõſio*
,, *non audiatur, etiam ſi præclaræ Curiæ honore præ-*
fulgeat. His Imperator, & lex huiuſmodi relata per Gratianum in decreto inter Sacros. Canones recepta, atquè canonizata eſt. 4. *q. 3. can. teſtes omnes, 2. §. unius verò teſtimonium* Quia dictum vnius non iuſtificat, nequè condemnat. vt *Gloſſ. ibid. verbo unius in fine* (inquit) plenè *Farinac. de teſtib. quæſ. 63. num. 1 & ſeq. Rota apud Card. Caualer. deciſ. 110. num. 3 & deciſ. 154. nu. 3. Farinac. conſ. 37. num. 22. vol. 1* Fieri proinde haud poterit, nequè ſtatuto, nequè conſtitutione aliqua, nequè à Principe, nequè à Papa, Vice Deo in terris, vt vnico plenè teſti credatur in alterius pręiudicium, quòd hoc ipſum cum naturali præcepto pugnare videatur. ſequitur alijs relatis *Barboſa in collectan. ad text. in d. cap. in omni negotio. 4. nu. 3. de teſtibus*. Hanc veritatem comprobauit Chriſtus Dominus Magiſter, & Deus noſter qui Phariſæis opponentibus: quod dixerat
10 ,, (*Ioann 8. 13.*) *Ego ſum lux mundi, qui ſequitur*
,, *me non ambulat in tenebris, ſed habebit lumen*
,, *vitæ. Dixerunt ergo ei Phariſei:* (ſequitur Euan
,, geliſtã) *Tu de te ipſo teſtimonium perhibes: teſtimo*
,, *nium tuum non eſt verum. Reſpondit Ieſus, & di-*
,, *xit eis: & ſi ego teſtimonium perhibeo de me ipſo,*
,, *verum eſt teſtimonium meum; quia ſcio vnde veni,*
,, *& quò vado: vos autem neſcitis, vnde venio, aut*

quò

„ *quò vado. Vos ſecundum carnem iudicatis, ego non*
„ *iudico quemquam: & ſi iudico quemquam iudiciũ*
„ *meum verum eſt, quia ſolus non ſum: ſed ego, & qui*
„ *miſit me, Pater. Et in lege veſtrà ſcriptum eſt, quia*
„ *duorum bominnm teſtimoninm uerum eſt. Ego*
„ *ſum, qui teſtimonium peribeo de me ipſo; & te-*
„ *ſtimonium perhibet de me, qui miſit me Pater.*
His Chriſtus. Quo argumẽti genere ex hoc
loco vtitur Paſchalis Papa *d.c. in omni negotio.*
4. de teſtib. Comprobare, namquè voluit Chri
ſtus Dominus de ſe teſtimonium: *Ego ſum*
lux mundi, verum eſſe; quòd, & veritatem
diceret, quàm ſolus nouerat, & ſolus ad teſti
ficandum non eſſet; quod comprobat auto-
ritate legis, & per locum à maiori, vt *S. Dio-*
nyſ. Carth.. eodem loco Ioann. Inde enim dixit
11 Chriſtus ſolus non ſum. *In Trinitate enim*
„ *non eſt ſolitudo (Dioniſ.* loquitur), *quoniam vna*
„ *quæque perſona eſt in alia circumineeſſibiliter, &*
„ *opera Trinitatis ſunt indiniſa. Omne quoque,*
12 „ *quod egit Chriſtus ſecundum natnram aſſump-*
13 „ *tam, egit virtute Dei Patris, imò totius Trini-*
„ *tatis operantis per ipſum. Si ergo Deus Pater ap-*
„ *probauit, & conteſtabatur verum eſſe quicquid Fi*
„ *lius in humanitate iuditauit; propter quod filius*
„ *in iudicando non fuit ſolus, nec ſine teſte, & coniu-*
dicante. His Carthuſ. ſequiturquè: In ore
duorum, vel trium teſtium ſtabit omne ver-
14 bum. *In rebus enim requirenda eſt certitudo ſe-*
„ *cundum qualitatem materiæ ſubiectæ, ſecundum*
„ *Ariſtotelem, & Boetium. Vnde, in actibus huma-*
„ *nis, vbi non eſt certitudo demonſtratiua, ſufficit, vt*
„ *ſint duo teſtes. Quamuis enim duo mentiri poſſint*
„ *in teſtificando; hoc tamen non contingit de facili,*
„ *& frequenter: propterea quod ait; (duorum homi-*
„ *num teſtimonium verum eſt) non eſt ſic intelligen*
„ *dum: quod ſit ſemper verum; ſed quia reputatur*
„ *idoneum. Neque enim verum fuit teſtimonium*
„ *duorum filiorum Belial, ad quorum teſtimoninm*
„ *lapidatus eſt Naboth: neque duorum Senum con-*
„ *trà Suſannam: neque duorum, qni in paſſione con-*
„ *tra Chriſtum teſtati ſunt, dicentes: Nos audiuimus*
„ *eum dicentem: Poſſum deſtruere templum Dei.* ſic
Dionyſ.

16 Non ergo vnius teſtimoninm verum eſt.
Et proinde non ſtandum, ad reum potiſſi-
mum in criminibus damnandum, in quibus
canonicis, atquè diſtrictiſſimis opus eſt pro-
bationibus, vt diſponit ſacer Canon in *can.*
17 *Epiphanium 6. in fin 5. quæſt. vltim.* luceque me
ridiana clariores eſſe debent probationes, vt
condemnari quis debeat, & vt de crimine li-
queat, cuncta q; diligentius perſcrutentur. Vt
Gregorius ſtatuit *cap. quoniam 3. de teſtib.* &
apertiſſimè debent eſſe probationes, vt lo-
quitur *Gloſſ. de d. cap: veniens 10 uerbo illorum de*
teſtib. l. fin. C. de probation. Sic nempè Impera-
„ tores tres ibi loquuntur: *Sciant cuncti accuſa-*
„ *tores eam ſe rem deferre in publicam notitiam de-*
„ *bere. quæ munita ſit idoneis teſtibus; uel inſtructa*
„ *apertiſſimis documentis, uel in indicijs ad proba-*
„ *tionem indubitatis, & luce clarioribus expedita.*
His Imperatores. & lex præfata in Sacris Ca-
nonibus relata fuit per Gratianum, *Can. ſciãt*
cuncti 2. 2. quæſt. 8. Farinac. conſ. 40. num. 31. &
conſ. 55. num. 68. & conſ. 75. num. 43. & num. 53.
& 105. uol. 1. Duegna in regula 300. nu. 1. in fin.
Barboſ. in collect. ad d. cap. Veniens 10. in Gloſſ. in
in uerbo illornm num. 6. de teſtib. dictum fuit in
Firmana Cappellania coram Aldobrandinio po-
ſtea Clemente 8. 7. May 1582. & Tullen ſimoniæ
ultimo Ianuarij 1597. coram Orano, & iterum in
eadem, & coram eodem 20. Aprilis 1597. apud
eund. Farinat. d. conſ. 75 d num 43. & 105. Fran-
ſc. Merlin. deciſ. Lucenſ. 11. per tot.

18 Dubijs verò in factis in iudicijs criminum,
ne innocentẽ condẽnari contingat, ea inter-
pretatio admittenda erit, quæ pro reo eſt, &
crimen excludit, *l. merito. 51. ff. pro ſocio*, aper-
tiſſimis enim verbis Vlpianus ibi reſpondet:
„ *Et ſane plerumque (*inquiens*) credendum eſt,*
„ *eum qui partis dominus eſt, iure potius ſuo uti, quã*
furti conſilium inire. Regula, *cum ſunt partium*
iura obſcura 11. de regul. iur. in 6. Et dixit Caius
„ Iure Conſultus *in l. fauorabiliores 168. ff. de re-*
„ *gul. iuris. Fauorabiliores* (dicens) *rei potius, quàm*
„ *actores habentur.* Nequè à rectè rationis dicta
19 mine deuiat. Sanctius enim eſſe impunitum
relinqui facinus, quam innocentem dam-
nari, ex Traiani dicto ad Anfidiũ, Vlpianus
Reſpondit *in l. abſentem 5. in princip. ff. de pæ-*
nis, ſequiturquè *Gloſſ. in d. regula, cùm ſunt par-*
tium, circa med. & Sanct. Antonin. in ſumma par.
1. tit. 2. de regul. iur. littera, C. cum ſunt partium.
Farinac. d. conſ. 37. num. 20 & 21. Rota in recent.
part. 2. tom. 1. deciſ. 166. num. 8. Et in dubijs prõ-
20 ptiores eſſe debemus in abſoluendo, quàm
in condemnando, vt Lucius Papa loquitur.
in cap. ex litteris 3. §. quod ſi ambarum de probat.
& Paulus iureconſultus in *l. Arrianus ait 46.*
ff. de actionib. & obliget. & tradit. *Bald in rub. de*
contr inueſtitur. num. 7. verſ. ex his concluditur in
vſibus feudorum. Et ſequuta fuit Rota *in Cæ-*
ſaraguſtana ſtatus 9. Martij 1583. coram Bubalo
deciſ. 56. num. 12. in fin. ad calcem conſilior. Fari.
uol. 1. Grammatic. conſ. crim. 13. num. 8. & 9.

Non igitur damnari potuit, nequè poterit,
Frater N. quod reus mortis fuerit Patris O.
21 Vt quid n. certũ feras iudiciũ, & abſolutũ ad
pœnã, ſi ſub iudice adhuc pendet: peccauerit,
nec ne Frater N. qui in iudiciũ vocatur? Cer-
tum nempè debet eſſe, reum obnoxiũ eſſe
„ pœnæ, vt puniatur; Alioqnin culpa eſt rela-
22 „ xare vindictam. Quærenda proinde eſt ſem
23 „ per veritas: vt inquiri debeat vtrum accu-
„ ſatum noxam condemnet, an à pœna inno-
centia patefacta ſubducat. Vt *Gregor.* loqui-
tur, *can. quia ſunt. 10. 28. diſt.* ſequitur *Gloſſ d. re-*
gul. cum ſunt partium, uerſ. quod dicit obſcura. &
S. Antoni. ibid. & facit quod Iulianus. *in l. ita*
uulneratus 52. §. quod ſi quis, ff. ad leg Aquil. (in-
24 quit) *Cum nequè impunita maleficia eſſe oporte-*
re, neque facile, conſtitui poſſit, uter lege Aquilia
teneatur. His ille: vt ſuſpendi proinde affir-
matiuum iudicium oporteat, atquè incerti-
tudinis cauſa reus abſolui. iuxta notata per
Bar-

Digitized by Google

*Bartol.in l.inter ſtipulantem,§.1.ff.de verbor.obli
gat. meus Maranta conſ.13.num.9.*

In irregularitatem autem haud dediſſe
dictum fratrem N.(fac etiam ipſe lapide in-
iecto vulneraſſet) conſequenter affirmandũ
exiſtimo ex his,quæ in facto ſuppoſita fuere.
Nequè.n. ex accepto vulnere mors ſubſequu
ta ſtatim fuit,ſed imperitia, atquè Barbiton-
ſoris temeritate, qui os pcindere auſus fuit,
vnde cerebri pellicula tacta,ac fracta febris
25 ſtatim ſubſequuta eſt. (quæ motus eſt cor-
poris contra naturam, vt Iulianus ſcribit in
l.quæſitum 60.ff.de re iudicat.& (vt Medici lo-
quuntur) eſt calor non naturalis,qui in cor
de accenſus per venas,& arterias in totum
corpus deriuatur,ſitim accēdit,non niſi no-
xia appetens,vires debilitat,facultates, ſiue
actiones naturales impedit.)

Et ex febre peracuta, intra quatuor dies
26 mors,accita,quæ receſſus eſt animæ à cor-
pore,ſecundum *Ariſtot.lib.de morte.*vel vt *Vi-
ues de animalibus lib.3.* Mors eſt animæ à cor-
pore diſtinctio,ſeu diſcenſus. Vel Mors eſt
animæ à corpore diſſolutio, ſecundum
eundem.

27 Vrgentiori,itaquè cauſæ,atquè propterea
ſecundæ,non ſanè priori, Mors ſubſequuta
Patris O.Imputanda erit. Porrò oſſis illa ex-
tractio intempeſtiuè tacta,vndè cerebri pel-
lis tacta,ac fracta, fuit, febrim peperit, & ex
febre mors aduenit. Huic ſecundæ igitur
cauſæ mors imputanda erit. Sic nempè rem
28 hãc Vlpianus aperit, in *l.huic ſcriptura 15.§.*
,, *ſi ſeruus,ff ad leg.Aquil.Si ſeruus* (inquit ipſe)
,, *vulneratus mortifere: poſtea ruina, vel nau-*
,, *fragij, vel alio ictu maturiùs perijt: non quaſi de*
,, *occiſo agi poſſe; ſed quaſi de vulnerato*, Subſe-
quenti cauſæ igitur mortem tribuit Vlpia-
nus, quamuis ſeruus mortiferè vulneratus
fuiſſet,vt tunc occiſus videatur, cum vulne-
ratus fuit;(vt ipſe ibidem loquitur) & tamē
quia non eſt paſſa ruina, apparere, an ſit oc-
ciſus; ſecundæ cauſæ, non priori mortem
aſcribit, cum apparere non potuerit an ex
illa mors ſequuta fuerit. Multò,itaquè ma-
gis in facto hoc, in quo vulnus mortiferum
non fuit,id aſſerendum erit,vt ſecundæ cau
ſæ mors aſcribatur Patris O. quæ per oſsis
amotionē ſe ingeſsit, & per pelliculæ cere-
bri factionem febrim peperit, & ex febre
29 mors in promptù affuit. Quod explicatiùs
Iulianus,& ipſe Iure Conſultus in *l. ita vul-*
,, *neratus 52.ff.eod.ad leg.Aquiliam*,oſtendit: *Ita*
,, *vulneratus eſt ſeruus*, (ipſe ſcribit) *vt eo ictu*
,, *certum eſſet moriturum; medio tempore hæres in-*
,, *ſtitutus eſt:& poſtea ab alio ictus,deceſſit. Quæro,*
,, *an cum vtroquè de occiſo lege Aquilia agi poſſit?*
,, *Reſpondi: occidiſſe quidem vulgo dicitur, qui*
,, *mortis cauſam quolibet modo præbuit. Sed lege*
,, *Aquilia is demũ teneri viſus eſt, qui adhibita vi,*
,, *& Quaſi manu cauſam mortis præbuiſſet: tracta*
,, *videlicet interpretatione vocis à cedendo, & à ce-*
30 *de.* Sic Iulianus. Cauſę itaquè effectiuę mors
ſequuta imputanda erit ſecundum Iuliani
hic expreſſum ſenſum,non planè incoatiuę
quod qui effecit, ille quaſi manu mortem
præbuit. Barbitonſori ergo mors Patris O.ac
cepto ferenda erit; quod ipſe quaſi manu
per oſsis amotionem, & pelliculæ cerebri
inciſionem,febre,quaſi ab orci faucibus euo
cata,mortem induxit.

31 Nec in eruditiùs expreſſerat antea Vlpia-
31 nus in *l.item Mela 11.§.Celſus, ff.eodem* quem
refert quoquè *Gloſſ.in d.l.ita vulneratus verbo*
,, *teneri in fin.Celſus ſcribit* (Vlpianus loquitur)
,, *ſi alius mortifero vulnere percuſſerit;alius poſtea*
,, *ex animauerit:Priorem quidem non teneri.quaſi*
,, *occiderit:ſed quaſi vulnerauerit:quia ex alio vul-*
,, *nere perijt: Poſteriorem teneri;quia occidit. quod,*
,, *& Marcello videtur,& eſt probabiliùs.* His Vl-
pianus. Quibus in locis animaduertendum
ſanè eſt: iuris prudentes prætatos loqui de
eo, qui ita vulnerauit, vt mortiferum vul-
nus eſſet; & nihilominus mortem ſecundo
aſcribant,quaſi cauſæ immediatæ;non prio-
ri, quaſi remotiori cauſæ. Et eodem penè
32 modo Innocent. Tertius Reſpondit *in cap.ſi-
gnificaſti 18.extrà de homicid* potiſsimum ve-
ro ſi tam modica,& leuis percuſsio apparue-
rit,atquè medicorum iudicio non fuiſſe læ-
talis,aſſeratur: quod in facto hoc noſtro ad-
amuſsim ſedet. Hanc quodquè ſententiam
ſequitur.*Bald.conſ.328.lib.2. & conſ.237. eod.
lib. verſ. nam quando* pluribus ad rem hanc.
*Marcus Aſcia.conſ.107. per tot. vol.2. inter con-
ſilia crimin.* & ſequuta fuit Rota *in Romana
pratenſæ ſocietatis 27.Iunij 1569.coram Oradinio*
quæ eſt in impreſsis per *Zacchiam tract. de So-
riet.33.*quam ſequuta fuit eadem Rota in
alia *Romana ſocietatis 16. Nouembris 1612. co-
ram Card.Caualer.decif.220.num.1.*quæ eſt etiã
in impreſsis per *eund. Zacchiam d. tract.dec.
79. num.3. & decif.80.* quæ eſt apud eundem
Caualer.in eadem cauſa *Romana ſocietatis of-
ficij 8. Martij 1613.decif.239.per tot.* eſt aperta
doctrina:*Butrij in cap.ad audientiam 12.num.3.*
33 *de homic.* ſequentibus loquentis. *Nota. quod*
,, *vbi ex alia cauſa poſt vulnus illatum mors ſequi-*
,, *tur:Mors non attribuitur vulneranti: & ſic cau-*
,, *ſa ſuperueniens,habilis ex ſe ad quid inducendum,*
,, *confundit vices primæ, de qua erat dubium, an ad
hoc potens exiſteret.* His Butrius, quem ſequi-
tur *Bartholom.Cepoll.conſ.crimin.40.incipiente
licet inuitus,num.20.& 21. canonizatus per Ro-
tam in d.Romana ſocietatis officij 1613. coram
Caualer. Reuerendiſs. Epiſcopus Ricc. collectan.
1456.in fin.par.4.Boer.decif.323.num.9. & 10.
& 11.Marc.Aſcia d.conſ.107.*

34 Profecto enim ad dignoſcendum an ex
priori,vel ſubſequenti cauſa euenerit mors,
ſufficiens,nec ſanè leue, quin vrgens argu-
mentum præſtat febris, quæ poſt oſsis amo-
tionem,& pelliculæ cerebri fractionem, &
35 ipſa peracuta,ſuperuenit. Ex effectu nempè
cauſa (à poſteriori, argumento ducto) di-
gnoſcitur.*Autor in lib.de cauſis.*eſt *text. in l. 1.*

C,ad

Digitized by Google

C. ad leg. Cornel. de Sicar. Gramat. voto 24. num. 9. & 10. Quia cauſa naturaliter prior eſt, quã
36 effectus S. Tho. p. 2. quæſt. 1. art. 1. in primo arg. & eſt potior effectu. idem 2. 2. quæſt. 26. art. 3. in primo arg. Et hanc eandem ſententiam pluribus alijs relatis ſequitur *Farinac. de homic. quæſt. 127. num. 66. Menoch. de arbitrar. iudic. caſu 275. num. 2. & ſeq.* qui docet, quòd ſi in triduo poſt vulnus mors ſequatur, illa vulneri imputatur. At ſtatim poſt amotionem oſſis, atque pelliculæ cerebri fractionem febris hic ſuper venit, & quatriduo mors. Febri igitur, & huic ſecundæ cauſæ mors tribuenda
37 erit. Sicuti medicorum iudicio, quibus vti peritis ſtandum eſt, comprobatur *d. cap. ſignificaſti. 18. §. & quidem* ibi peritorum iudicio medicorum *de homicid. Bald. d. conſ. 328. verſ. 3.* dixit *Menoch. d. caſu 275. num. 2. Farinac. d. q. 127. num. 49. 50. & 101. Rota apud Caualer. deciſ. 210. nu. 6 Mariſcott. variar. reſolut. lib. 2. cap. 128. num. 7. & ſeq. ad text. in d. cap ſignificaſti 18. vbi Ioann de Anania, num 8. & Barboſ. in collect. num. 5. de homic.* plenè *Gramat. conſ. crim. 2. ſub num 5. & d. voto 24. nu. 8. Boer d. deciſ. 323 n. 10. Marc. Aſcia. d. conſ. 107. num. 5. & ſeq.* proſequiturquè non in erudite *Paulus Zacchia* Medicus Romanus in *quæſtionib. Medico legalibus, lib. 1. tit. 4. quæſt. 4. à num. 9. & ſeq.*

Cùm nempè fuerit per pelliculæ cerebri
38 fractionẽ, cerebrũ ipſũ læſum, quòd diuinũ mẽbrum Phiſici vocant. *Petrus Gregor. Tholoſa. ſyntaxeon artis mirabilis, lib. 38. cap. 8.* atque per eius læſionem febris in toto corpore ac-
39 cenſa fuerit, & per eam accita mors: Huic cauſæ vtiquè mors tribuenda, erit, vtputa vrgentiori, nõ priori vulneris, quod ad febrem acciendam potens minimè fuerit. *Ioann. de Anan. d. cap ſignificaſti, num. 27. in fin. Gramat. d. conſ. 2. num. 8. & 9.* Et fauet huic ſententiæ, quòd doctè ſatis ad rem noſtram affert *Caſſiodorus lib. de anima cap. 15.* ad probandum namquè ipſe Animam in capite, vti in arce
39 ſedem habere, quamuis illa in toto tota, & in qualibet ſit parte totius tota: ſequenti vtitur experientia ex medicorum iudicio: *Nam „ cum medendi peritiſſimi* (inquiens) *teſtam capi„ tis humani, grauiſſima percuſſione confractam, in „ ſoliditatem priſtinam reuocare contendunt; mem„ branam, qua teneritudo cerebri communitur, cùm „ à ſanguinea fæce detergere cupiunt, frequenter „ attingunt: quæ ſtatim, vt tacta fuerit in tantum „ ſtuporem homo peruenit, vt vel percuſſus alibi gra„ uiter, ſẽtire non poſſit: ſed mox iterũ, vt ſe manus à „ cebri impreſſione ſuſpenderit ad intellectũ conſue„ tudinarium redit vocem, ſenſumquè recipiẽs, quid „ de ſe ipſo iam agatur agnoſcit. Quod in alijs vti„ que mẽbris nõ probatur accidere quãuis immaniũ „ vulnerum foueis excauentur.* His Caſſiodorus. Si itaquè tactus tantummodo membranæ cerebri hoc operatur, quid fractio operabitur, quidue eiuſdem ſciſsio?

40 Nec vrgebis ex *text. in cap. præſbyterum 7. de homic.* quo text. Alexander 3. (vt *Gloſſ. ibid. verbo aliam infirmitatem* aduertit) priori cauſæ, atque proindè vulneri mortem tribuendam eſſe, decernit.

Quia profectò ex ipſa primeua cauſa (vulneris videlicet) mors accidit vulnerato, vt ex contextu ipſo apertè dignoſcitur: *Præſbyterum* (inquiens) *qui quendam puerum intuitu diſciplinæ percuſſit in capite; cùm poſt paucos dies expiraſſet.* Fuit itaque ipſa percuſsio cauſa immediata mortis. At non æquè in facto hoc noſtro. Quin magis, (nec leuiter) ex eodem textu argumentari licet pro nobis; cum in fine Summus Pontifex ſequentibus ad„ huc proſequitur: *Si ex ipſa percuſſione interijt; „ vel aliam infirmitatẽ incurrerit, de qua noſcitur*
41 *expiraſſe.* Oportet quippe, vt cauſa incauſatũ influat, vt *Gloſſ. ibid.* ex text. *in cap. de cætero. 11. eodem vbi Gloſſ.* circa medium. *Maxime*
42 (inquit) *ſi propinquam cauſam dedit: ſecus videtur ſi remotam.* & *Gloſſ.* marginalis. *d. cap. Præſbyterum, in verbo aliam infirmitatem.* (*Ex vulnere deriuatam*) adnotat, allegat *Angelum de Caluaſ. in verbo irregularitas.* Cauſa autem propinqua hic non ſanè vulnus, ſed oſsis, & pelliculæ cerebri inciſio fuit. Ei ergo effe-
43 ctus ſubſequutæ mortis aſcribendus erit. *Boer. d. deciſ. 323. num. 7. & 8. Gratianus deciſ. Rotæ Marchiæ 185. nu. 3. Rota in d. Romana prætenſæ ſocietatis corã Oradino in fin.* & in alijs ſupra relatis *Farinac. d. quæſt. 127. num. 26. in fin. & 77. Barboſ. d. cap. præſbyterum in fin. in Gloſſ.*

44 Nequè item vrgebis ex text *in d. cap ad audientiam 12. de homic.* quo text. Clemens Ter-
45 tius ex ratione, quòd, cum in dubijs ſemitã „ debeamus eligere tutiorem: *Te conuenit iniũ„ gere præſbytero memorato,* (decreuit) *vt in ſacris ordinibus non miniſtret.* Haud nempè abnuimus vrgere inſtantiã in caſu dubio. Nos vero in dubio minimè eſſe dicimus, cùm apertis appareat argumentis; non ex vulnere mortẽ ſubſequutã fuiſſe, quòd letale vulnus nõ fuerit; ſed ex ſubſequuta oſsis amotione, & pelliculæ cerebri præciſione. Vt omnis proindè longè ſcrupulus ablegetur prætẽlæ dubietatis Quod apertiſsimis verbis idẽ Clemens Tertius, eodem *cap. ad audientiam in fin.* ſequentibus decernit: *Si verò ille* (inquiẽs) *ex alia infirmitate obi, erit poterit* (ſicut erat ſolitus) *diuina officia miniſtrare.*

Sequenda itaquè & facto in hoc Summi Romani Pontifici declaratio Præter quàm quòd, vt initio diximus, nequè in hoc facto, quis vulnus prius intulerit, appareat. Vt pro huius Fratris N. libertate reſpondendum
46 magis ſit, ad regulam *cum ſunt partiũ, 11. de regulis iuris in 6.* Cum ſunt partium iura obſcura (compilaror inquit) reo fauendum eſt potius, quàm actori.

Atquè ita ex his (ſaniori ſemper iudicio præ habito), & conſulo, & ſum voti.

CAROLVS MARANTA V. I. D.
Aduocatus.

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 *ANolentibus, quæ extorquentur, non ſatis fœliciter ſuccedunt.*

2 *Adagium: inuitis canibus venari. Illuſtratur.*

3 *Adagium: Inuitos boues plauſtro inducere.*

4 *Difficiles exitus ſemper habent res coactæ.*

5 *Donans, liberaliter hoc agere debet non coactè. Locus Pauli 2. ad Corinth. 9. 7. illuſtratur.*

6 *Ordini ſacro Subdiaconatus implicitè, non explicite continentiæ perpetuæ votum annexum eſt.*

Atq; hoc non eſſentialiter, ſed accidentaliter ex Eccleſiæ conſtitutione, & num. 18.

Perquiritur proinde ex parte ſuſcipientis explicita, atquè libera voluntas, num. 7.

Vt cogi poſtmodum poſſit ad continentiam ſeruandam, num. 8.

9 *Votum quid?*

Libera voluntate emittendum. num. 10.

11 *Violentum voluntario opponitur.*

12 *Ordinatus Subdiaconus ob metum cadentem inconſtantem virum, ordinem ſuſcipit, & caracther in anima imprimitur.*

Si voluntas conditionalis fuerit, non abſolutè reluctans, num. 53.

Alioquin nec recipit ordinem, nequè caractherem, num. 54.

Et idem in baptiſmo, num. 23.

13 *Voluntarium miſtum, continet aliquo modo voluntatem.*

14 *Voluntas coacta voluntas eſt. declaratur.*

15 *Voluntarium ſimpliciter, & ſecundum quid, & inuoluntarium, declaratur.*

Actus metu factus licet ſecundum quid inuoluntarius ſit, eſt tamen ſimpliciter voluntarius.

16 *Ordinatus Subdiaconus per metum inconſtantem virum cadentem ad continentiam ſeruandam non tenetur ſecundum magis receptam ſententiam, atquè probabilem, num. 18 & ita receptum ex ſtylo Sacræ Cancellariæ, & Pœnitentiariæ, num. 21.*

Nequè ad penſum diuini officij perſoluendum. Poterit proinde matrimonium contrahere, niſi ratificauerit per exercitium ordinis, num. 45.

17 *Continentia non debet eſſe niſi voluntaria, & integritas eſt res voti, non præcepti. & num. 27.*

19 *Coactio, ſicuti votum explicitum reddit nullum, ità multoquè magis implicitum.*

20 *Votum, vt firmum ſit, voluntatem liberam exigit, non coactam, & num. 40.*

22 *Baptizatus per metum, etiam cadentem in virum conſtantem, caractherem recipit, & ad ſeruandam legem tenetur.*

Modo voluntas abſoluta non fuerit, non recipiendi, num. 23.

Ratio affertur, num. 24.

25 *Baptiſmus eſt Sacramentum ſalutis, & neceſſitatis, non ita ordo.*

26 *Ordines recipere nemo ex præcepto tenetur diuino.*

27 *Virginitas, & continentia ſuaderi poteſt, non imperari, & res eſt voti, non præcepti.*

28 *Votum continentiæ ex ſui natura liberam exigit voluntatem in vouente.*

29 *Mortem, qui non expaueſcat, nemo eſt.*

Mors quid?

30 *Mors eſt pęna peccati, & omnium pęnarum vltima, ac grauiſſima.*

31 *Mors, quamuis comminata, animum perturbat eius, cui comminatur.*

32 *Mortis metus in conſtantem virum cadit.*

Et etiam per ſingulares teſtes probatur, n. 33.

34 *Mulieribus, cum iratæ fuerint, non fidendum.*

35 *Fęminæ crudelitas par leænæ.*

36 *Mulierum ira omnium immaniſſima. ratio redditur, num. 37.*

38 *Malum maius, vt quis effugiat, minus libenter ſubſtinet.*

39 *Metus reuerentialis, præcedentibus minis, votum irritum facit, etiam expreſſum, & ſolemne.*

Multoquè magis implicitum, num. 40. vel ſi metus fuerit maior, & cum verberibus.

41 *Conſenſus locum non habet, vbi metus, vel coactio intercedit.*

42 *Animus in cordis penetalibus recluſus ex extrinſecis pateſcit.*

43 *Actus meticuloſus dicitur, factus perdurante metu, eiuſquè cauſa.*

44 *Proteſtatio animum indicat proteſtantis, eiuſquè intentionem. præſertim ſi ante, vel paulò poſt emittatur.*

45 *Ratificatio inducitur per exercitium ordinis, quamuis metu in conſtantem cadente ſuſcepti.*

Niſi actus exercitij æquiuoci fuerint. nu. 46.

Vel ſi fiant adbuc metu perdurante, eiuſquè cauſa, num. 47.

47 *Metus cauſa, ſi adbuc perdurat, influit in omnes ſubſequentes actus, illo perdurante factos.*

48 *Me-*

Digitized by Google

48 *Metus perdurare ſemper dicitur, eius perdurante cauſa, & in omnes ſequentes ſe protendit actus, num. 49.*

Eoſquè eadem inficit macula.

50 *Voluntas libera numquam dicitur, niſi metus, eiuſquè præciſa cauſa fuerit.*

Atquè in ſua libertate reſtituatur.

51 *Metum perduraſſe, manifeſtum fit ex actibus ſubſequutis, præciſa cauſa metus.*

52 *Animus qualis fuerit, ex ſequentibus, & præcedentibus aperitur.*

54 *Intentio tàm dantis, quàm recipientis in vnoquoquè exquiritur Sacramento, illud, vt ritè, rectèquè conferatur.*

ARGVMENTVM.

An qui metu conſtantem in virum cadente Sacro Subdiaconatus ordine initiatus fuit, ad continentiam teneatur ſeruandam, vel iurè nec illiberaliter vxorem ducere valeat? non inconcinnè, nec ratione ſine differitur.

RESPONSIO QVARTA.

1 VSu ſemper venit, ne ſat fœliciter ſuccedant, quæ à nolentibus extor-
2 quentur. Veluti peruetuſto fertur adagio: *Inuitis canibus venari.* Nequè enim eorum officio vtendum, qui non ex animo operam ſuam nobis commodant. Vt apud *Plautum in Sticho*, Panegyris patri interminans, ne ſe, ſuamquè ſororem inuitas viris collocaret, non inſcitè dixit.

„ *Stultitia eſt, pater, venatum ducere inuitas.*

Rationēq; ſubnectit metaphoram explicās:

„ *Hoſtis eſt vxor, inuita quæ ad virum ducitur.*

Quemadmodum ex alio adagio rectè
3 „ æſtimabitur, *Inuitos boues plauſtro inducere.* vt apud Theognidem in Græcis habetur, dicentem.

„ *Inuitum ne me ſcutica, ſtimuliſquè ſubactum*
„ *Vi ſtudeas vnquam ducendo inducere plauſtro.*

4 Difficiles enim habent ſemper exitus res
5 coactè. Hinc ſanè eſt, quòd Paulus Corinthios ad dandum liberaliter admones (*2. ad*
„ *Corinth. 9. 7.*) inquit: *Vnuſquiſquè pro vt deſti-*
„ *nauit in corde ſuo, non ex triſtitia, aut ex neceſſi-*
„ *tate: hilarem enim datorem diligit Deus.* Quia eum, qui animo affectuoſo, corde fauorabili, lætaquè mente donat donanda, (diligit Deus) ideſt approbat, atquè remunerat: vt in eund. locum Pauli explanat *Dionyſ. Carthuſ.*

Hinc ſanè eſt, ꝙ annis non longè elapſis Carolus Caputus de Terra Forini Salernitanæ diœceſis, cū in humanis adhuc agēte Sebaſtiano eius patre, vna cùm eo artem didiciſſet Piſtoris (vulgo nuncupatam *di Vermecellaro*) qui (videlicet) eſculentos conficiunt paſtilſos, eandemquè poſt ſupremos Sebaſtiani dies ſemper Neapoli exercuiſſet; neq; Clerici officium, munuſquè didiciſſet: vi tamen, metuquè per Syluiam eius matrem, & Franciſcum eius germanum natu maiorem adactus fuit, vt Clericali militiæ per primā tonſuram Chriſto nomen daret, alijſquè minoribus, ac demum Sacro Subdiaconatus ordinibus initiaretur. Verùm ipſe, qui laycum agere, vxoremquè ducere, ac filios habere intendebat, his, quæ à matre, fratrequè dicebantur, animum non intendens, quoad ſibi licuit, Neapoli, pœnè ſemper vitam traxit, artem exercendo Piſtoris: vtquè matris, fratriſquè iram effugeret, aſsiduaſquè eorū moleſtias euaderet, qui in hoc animum intendebant, vt ille ſacris initiaretur, atquè immunitatum munere fruerentur, & à gabellis, alijſquè bonorum oneribus, quibus layci tenentur, immunes eſſent. Cùm verò obfirmato animo eorum voluntati obluctaretur; à verbis ad verbera ventum eſt: vnde indignè id ferens Syluia mater, quòd in ſuam voluntatem eum trahere non valeret, ad ſanguinis vſquè effuſionem fuſte caput petijt, illud grauiter fregit; mortem quoquè minitans ni pareret imperatis; quod & Franciſcus eius germanus, & per ſe, & per deperditæ vitæ homines eius ſocios, graui mortis metu incuſſo, egerunt. Minatam igitur, vt effugeret mortem Carolus, & clericali militiæ aſcribi, atquè minoribus ordinibus, ac demum Sacro Subdiaconatus ordine ſe initiari ab Epiſcopo Cauen, acceptis à Vicario Salernitano dimiſſorialibus litteris paſſus eſt.

Manifeſtum autem in poſterum, vt fieret, qualis eius eſſet interna mentis voluntas, coactèque non liberè id ageret, priuſquam ad ordinem accederet Subdiaconatus ſuſcipiendum, Neapoli coram Notario, teſtibuſquè ad id rogatis, proteſtatus fuit: ſe ſua ſpōte haud accedere ad ordinem ſuſcipiēdum, ſed coactum, metu mortis effugiendæ, nolleque ſe ordinem ſuſcipere; ſed laycam vitā ducere. Non multa poſt tempora Franciſco Fratre Bellum petente, ipſe occaſionem liberā nactus, de nullitate dicit ſuſcepti ſacri ordinis, atquè à Sanctiſsimo D. N. cauſam Eminentiſsimo Ordinario Salernitano cōmitti obtinuit. Factiſquè debitis probationibus; Quòd ad continentiam non teneatur; ſeruandam; iurequè ſibi matrimonium contrahere liceat, cōtendit. An id licitè peteretur. quæſitum proinde à me fuit.

Iurè autem, nec ſanè inique id fieri poſſe annuebam, & ſi ex aduerſo nonnulli Sacræ Thdologiæ Magiſtri, ſtarent. Dicebam itaq; In ſacro Subdiaconatus ordine implicitè continentiæ perpetuæ votum emitti, cùm

hoc illi ex Eccleſiæ conſtitutione acciden-
taliter, non ex ordinis intrinſeca qualitate,
atquè eſſentialiter, annexum ſit. *can. antè
triennium primo 31. diſtinct. can. Diaconi 8. 28.
diſt. can. cum in præterito. 3. 84. diſt. S. Thom. 2.
2. quæſt. 88. art. 11. in corpore circa fin. Rota p. 1.
diuerſ. decíſ. 560. num. 4.* Perquiri proinde in
7 ſuſcipiente explicitam, atquè liberam, vo-
luntatem, qua ſe tali voto aſtringat: iuxta
diſpoſita *d. can. antè triennium p. 31. diſt.* quo
ſequentibus Gregor. Papa, Petro Subdiaco-
no Siciliæ ſcribens, loquitur; *Vnde videtur mi-*
„ *hi,* (inquiens) *vt à præſenti die Epiſcopis omni-*
„ *bus dicatur; vt nullum facere Subdiaconum præ-*
„ *ſumant, niſi, qui ſe victurum caſtè promiſerit; quatenus,*
„ *& præterita mala, quæ propoſito mentis ap-*
„ *petita non ſunt, violenter nõ exigantur; & futura
mala cautè caueantur.* Sic Summus ille Ponti-
fex. Expreſſa igitur perquiritur, atquè libera
in recipiente voluntas, qua caſtitatem ſpon-
deat in ordine connexam; vt cogi poſtmo-
dum poſsit ad illam ſeruandam. argumento
text. in cap. perlatum primo de his, quæ vi, metuſ-
9 *què cauſa fiunt.* Votum quippe deliberata eſt
promiſsio facta Deo de meliori bono, *ad tex.
in c. litteraturam 3. vbi gloſſ. verbo proponens in
animo. de voto, S. Thom. 2. 2. quæſt. 88. art. 1. in reſ-
ponſ. Nauarr. Man. c. 12. nu. 24. & cap. 22. num.
51. in fin. Henriq. in ſum. lib. 10. cap. 14 §. 3. Bona-
ciu. de Sacramento ordinis tom. 1 diſputat. 8.
quæſt. vnica punct. 5. num. 5 Barboſ. in collecta.
text. in cap. 1. de clerico per ſaltum promot. num.
7. not reſponſ. 1. num. 25. par. 1.* Voluntate
10 itaquè libera emitendũ erit ſecundum *Glo.
fin. in cap. 1. de voto.* non per violentiam, quæ
11 voluntario opponitur *S. Thomas 3 part. q. 47.
art. 1. in 3. argumento.*

12 Hanc proinde ob cauſam fieri, quòd & ſi
quidem qui per metum, conſtantem in vi-
rum cadentem, iniuſte ſibi incuſſum, ad or-
dinem accedit Subdiaconatus ſuſcipiendũ,
in quo implicitè continentiæ perpetuæ vo-
tum annexum eſt, (vt diximus) ordinem ve-
rè ſuſcipiat; atquè caracther in anima impri-
matur. *Nauarr. conſ. 2. 3. 4. & 5. de his, quæ vi me-*
13 *tuſquè caſa fiunt.* Quia nimirum cum
voluntario mixto, voluntas ſufficiens ad
ordinem recipiendum intercedit; & coa-
14 cta voluntas materialiter, ac phiſicè vo-
luntas eſt, *ad text. in l. ſi mulier. 21. §. penult.
ff. de eo quod metus cauſa.* Rationem quippe
reddens Paulus ibi: qua de cauſa, ſi metu
coactus hæreditatẽ adij, hæres nihilominus
efficior? *Quia quamuis, ſi liberum eſſet,* (inquit)
noluiſſem: tamen coactus volui. vbi *Gloſ.* corolla-
rium infert: *nota* (dicens) *quòd coacta voluntas
voluntas eſt.* Referens, & illud.

„ *Sicque volens factus, quod nollem velle coactus:
Gloſſ. notab. in can. vbi iſta 7. verbo honorem
74. diſt. & in can. meritò primo verbo vult. 15.
quæſt. 1. & Glo. in cap. maiores 3. §. item quæritur
verbo conditionaliter. de baptiſmo.*

15 Licèt enim actus metu factus inuolunta-
rius dicatur (at ſecundum quid;) eſt tamen
ſimpliciter voluntarius: quia nimirum cre-
ſcente metu, eò magis augeſcit voluntarium
ſimpliciter ad id exequendum, quod per
metum iniuſtum ei imponebatur, quò, (vt
excludatur impendens malum, quod per
metum ei ſuadetur) exequi intẽtat id, quod
metu præcipitur, atquè iniuſte extorquetur.
„ *S. Auguſtin. in lib. quæſtion. in d. can. merito. 15.*
„ *quæſt. 1. Vult ergo facere,* (inquiens) *quia vult*
„ *viuere: & ideo non per ſe ipſum appetit, vt falſum*
„ *iuret, ſed, vt falſum iurando, viuat.* eſt etiam *tex.
in ca. maiores 3. §. item quæritur, vbi Gloſſ. verbo
conditionaliter de baptiſmo, S. Thom. p. 2. quæſt.
6. art. 4. & in 4. diſt. 29. quæſt. 1. art. 1. & in 3 par.
quodlibet. 5. quæſt. 5. art. 10. Nauar. in Man præ-
lud. 6. num. 4. & in cap. vlt. §. 1. de pænit. diſt. 7.
num. 12. Couar. de ſponſalib. part. 1. cap. 4. §. 1. nu.
12. Ioan Azor. Inſtitut. moralium par. 1. lib. 1. cap.
9 quæſt. 4. & 5. & cap. 10. quæſt. 10. & vlt. Thom.
Sanchez de matrimon. lib. 4. tom. 1. diſput. 1. num.
2. 3. & 5. Paul. Layman. Theologiæ moralis tom. 1
tract. 2. cap. 6. num. 7. in 2. aſſert. Homobonus de
bonis in examine Eccleſiaſt. tom. 1. tract. 5. cap. 8.
quæſt. 56. Vincent Anna allegat. 77. num. 23. part.
2. Gigans conſ 36. num. 22. nos reſponſ. 19. num.
32. & 33. part. 1.*

16 Haud tamen inde ſequi, ſic ſuſcipientem,
(cùm poſitiuam vouendi intentionem mi-
nimè habuerit) ad caſtitatem ſeruandam
adigi, compellique poſſe, nequè ad penſum
diurnum, paritèrquè nocturnum canonica-
rum horarum perſoluendum; poſſequè pro-
17 inde licitè matrimonium contrahere. Quia
„ *integritas eſt res voti non præcepti; & continentia*
„ *non debet eſſe niſi voluntaria*); vt *Gloſſ* loquitur
*in d. can. vbi iſta 7. d. verbo honorem circa fin. 74.
diſt.* & ſequitur *Gloſſ. in d. cap. maiores verbo
conditionaliter circa fin.* Continentiæ verò
18 perpetuæ votum non eſt eſſentialiter ordini
annexum ſacro, ſed Eccleſiæ ordinatione
accidentaliter, (vt diximus ſupra) docetquè
*Sanctus Thom. d. 2. 2. quæſt. 88. art. 11. in corpor.
Nauarr. d. conſ. 2. & 3. num. 8. & conſ. 4. & 5. de
his, quæ vi, metuſquè cauſa fiunt. lib. 1. & in man.
d. cap. 22 num. 51. in fin. Henriq. d. lib. 10. cap. 14.
§. 3. Sanch. de matrim. lib. 7. diſp. 29. num. 5. Bona-
cia, tom. 1. de Sacramen. matrim. quæſt. 3. punct. 9.
num. 11. & 12. & de Sacramen. ordinis diſput. 8.
quæſt. vnica punct. 5. num. 58. & 59. Guttierr. de
matrimon. cap. 94. num. 14. 15. & 16.* Vbi hanc
ſententiam magis receptam, & approbatam,
atquè in praxi ſeruatam dicit. *Pater Ægidius
de Conink de Sacrament. diſput. 20. dub. 14. num.
145. & ſeq.* vbi ſententiam hanc magis pro-
babilem appellat. *Gregor. Sayr. in Claui Regia
lib. 6. cap. 4. num. 20. in 2. ſententia.* Hanc eandẽ
ſententiam ſequuti fuere Domini de Rota
*in Valentina ordinis Subdiaconatus 15. Ianuarij
1574. & iterum 22. Martij eodem anno coram
Graſſo part. 1 diuerſorum d. deciſ. 560. & 561.* diſ-
putato articulo ad partes; ex non leuibus ra-
tionibus. iis præſertim; quòd caſtitas non eſ-
ſen-

Digitized by Google

ſentialiter, nequè naturaliter; ſed accidentaliter per Eccleſiæ ordinationem ſit ſacro Subdiaconatus ordini annexa. Eſtquè votū implicitum, quòd per ſuſceptionem ordinis
19 emittitur, non ſane explicitum, vt ſicuti coactio votum explicitum, & ſolemne reddit inualidum, ita multòquè magis votum implicitum. Deindè, quòd ad votum, (vt illud teneat, firmūquè ſit, obligationemquè patiat.) voluntas exquiritur libera, non coacta, ac
21 compulſiua. Præterea, quod ita paſſim receptum ſit ex ſtylo, tàm Cancellariæ Apoſtolicæ, quàm pœnitentiariæ; vt durum viſum fuerit Dominus à Stylo recedere præſtato, cùm legem ille faciat. Hanc ſententiam ſequuta pariter fuit Rota, accedente graui metu in conſtantem cadente, *in Conchen nullitatis ordinis 27. Ianuarij* 1606. *coram Penia to. 1. in poſthum. deciſ.* 105. *Barboſ in d. can. vbi iſta, num 4. 74. diſt: & in d. cap. maiores, §. item quæritur, num. 18. alios quoquè referens. Vincen. Filliu. tom. 1. tract. 9. cap 4. num. 64. & tract. 10. de matrim. p. 2. cap. 4. q. 3. à num. 123. ad vſquè nu. 128. Vgolin. de offic. Epiſc. c. 13. n. 3. Ioan. Azor. inſtitut. moral. p. 1. lib. 11. cap. 15. q. 7. in fin. verſ hoc loco poterat quæri. & lib. 13. cap. 12. q. 6. verſ. mihi tamen magis*, ac meliùs *eod. lib. cap. 14. q. 8.* Quo loco diſcuſsis omnibus pro vtraquè parte, hanc ſententiam vti magis rationi, iuriquè congruentem amplectitur, in oppoſitum facientibus reſpondēdo. Hanc eandē ſequitur *Paulus Layman. Theolog. moral tom. 2. lib. 4. tract. 5. cap 5. num. 10. Rodriq. in ſum. latina par. 1. cap. 223. de impedimento ordinis ad matrimonium contrahendum concluſ. 5. nu. 5. Leonardus Leſſius de iuſt. & iure lib. 2. cap. 40. dub. 5. num. 17. in fin. Emanuel Sà in aphoriſ. verbo ordo, num. 24. Pater Antonius Diana reſolut moralium p. 3. tract. 4. reſolut.* 193. quicquid alias Baſilius Pontius dixerit. *de matrimon. lib. 7. cap. 29. num. 3. Pater Ioannes Præpoſitus è Societata Ieſu. de Sacram. de Saccament. ordin. quæſt. vnica dub 20. à nu. 202.* qui, & ſi plane aduerſam ſequatur ſententiā vti probabiliorem, (ſuo iudicio) hanc tamē noſtram haud damnat, quia infert; *quempiam*
„ *ſe conformantem alijs ſententijs, quæ ſunt proba-*
„ *biles, poſſe ſecluſo ſcandalo matrimonium inire.*
Licuit ergo illi à caſtitate, (implicitè in ordinis ſuſceptione, conditionaliter ſaltim promiſſæ,) diſcedete, matrimoniumquè cū muliere ſibi bene viſa (modò aliter ſibi non inhibeatur.) inire.

22 Tametſi autem ex Theologis obijceret quiſpiam, ex Concilio Toletano in *can. de Iudæis* 5. 45. *diſt. & d. cap. maiores, §. item quæritur de baptiſmo*: cogendos fuiſſe ad ſeruandam Chriſtianam fidem, qui coacti
23 (& ſi non abſoluta, ſed conditionali coactione, alioquin caractherē non recepiſſent) ad baptiſmum acceſſerant: vt pari ratione ad ſeruandam caſtitatem perpetuam adigendi ſint, qui conditionali coactione aſtricti, ordinem ſuſcepere Subdiaconatus, ex qua ſuſceptione (cùm coactio abſoluta non fuerit.) caracther in anima impreſſus fuit.
24 Reſpondebam nihilominus cum *Gloſſ. d. verbo honorem in fin. d. can. vbi iſta 7. diſt 74.* quam ſequitur altera *Gloſſ in d cap. maiores 3. § item quæritur, verbo conditionaliter in fin. de baptiſmo.* non parem vtriuſquè rationem eſ-
25 ſe. Nam Baptiſma eſt ſacramentum ſalutis, & neceſſitatis. Vnde obligatio in baptizato non prouenit ex voto, ſed ex Sacramenti vi. Præterea, quia ex præcepto diuino omnes tenentur baptizari, *Ioann. 3. 5. Niſi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu ſancto: non poteſt introire in Regnum Dei.* Quare re, baptizatus (& ſi coactus conditionali coactione) ad nihil compellitur, ad quod ſaltem mediatè ante
26 non tenebatur: ordines verò recipere nemo ex præcepto (abſolutè) tenetur diuino. *Ægid. de Conink d. diſput. 2. dub. 14. num. 159. ad ſecundum Rota d. deciſ 561. num. 13. ad 3.* Quia profectò, vt Ambroſius ait, relatus *can Inte-*
27 *gritas 13. 32. quæſt. 1. Sola eſt eſt Virginitas, quæ*
„ *ſuaderi poteſt, imperari non poteſt. Res magis voti, quàm præcepti eſt.* Vnde magis liberæ eſt voluntatis, quàm coactionis: vt *Gloſſ. ibid verbo voti.* Subnectit, *& Gloſſ. fin d. cap. 1. de voto.*
18 Perquirit igitur continentiæ votum ex ſui natura libertatem voluntatis in vouente, cùm præcipi antecedenter minimè poſſit. *Rota d. deciſ. 561 num. 4.*

Quod verò in facto hoc noſtro coactio ad fuerit in Carolo per metum eidem, nec leuem, incuſſum; nedum ſanè per mortis cominationem, verùm qui in actum exterius proceſſerit per vulnus eidem per Syluiam matrem capiti inflictum, minando etiam venenum; id ſatis apertè per teſtes deductum,
29 probatumquè fuit. Nullus eſt autem ita conſtans animo, qui mortem non extimeſcat; Terribilium omnium terribiliſſimum: Rerum vltimā lineam: Animæ à corpore ſeparationē, diſſolutionēquè compoſiti, rerum omnium terminum. Quæ, vt eſt pœna pec-
30 cati *Genſ. 2. 17. In quocumque die comederis ex eo morte morieris*: Ita pœnarum omnium vl-
31 tima, atquè grauiſſima eſt. Perturbat proindè animum eius, cui illa euenit, & ſi conſtātis, ac fortis ille animi fuerit; quamuis cominata. vt apertè Innocentius 3. docet *in cap. cum dilectus 6. de his quæ vi metuſquè cauſa fiunt.*
„ *Non obſtante* (inquiens) *violentia, quæ proponebatur illata; Cùm nequè metum mortis, neque cruciatum corporis contineret, & ideo non debuerat*
„ *cadere in conſtantes viros.* His Summus Ponti-
32 fex. In Inconſtantem itaquè animum mortis metus cadir. Similis *text. in l. ſi per vim 4. C. de his, quæ vi metuſquè cauſa fiunt. Couarr. in epithome de ſponſalib. part. 2. cap 3. §. 4. num. 18. Menoch. de arbitr. caſu 135. nu. 1. & ſeq. & num. 6 Sfortius Oddus de reſtit. in integrum part. 1. q. 7. art. 9. num. 75.* ſequuta fuit Rota in *Tullen. nullitatis profeſſionis 7. Nouembris 1616. coram Buratto deciſ. 779. num. 3. & 4. tom. 1. Poſthum*

quam-

33 quamuis metus per ſingulares teſtes probaretur, *vt ibid. Rota.*

34 Nequè enim fidendum mulieribus cùm ira excanduerint. Nam, vt apud Græcos dixit quidam.

35 „ *Par eſt leæna, & fæmina crudelitas.*
Et alibi.
„ *Ferarum omnium immitior fæmina.*

36 „ Sapiẽs *Eccleſiaſtici* 25.23. *Non eſt ira* (dixit)
„ *ſuper iram mulieris.* Id eſt intenſior, periculoſior, pertinacior, quàm ſit iracundia fęminæ paſſionatæ, malitioſæ, crudelis. Vt *Dionyſius Carthuſ.* ibidem explicat. Quin imò *Prouerbior.* 21.19. Spiritus ſanctus Salomonis ore lo-
„ quutus fuit: *Melius eſt habitare in terra deſerta,*
„ *quàm cum muliere rixoſa, & iracunda.* Vt enim *Iuuenalis ſatyra* 6. loquitur.

„ *Quoties facit ira nocentem*
„ *Hunc ſexum, & rabie iecur incendente ferũtur.*
„ *Præcipites, vt ſaxa iugis abrupta, quibus Mors.*
„ *Subtrahitur, cliuoq; latus pendente recedit.*

37 Rationemquè reddere videtur Plutarch. *in libro de cohibenda ira:* ob fragilitatem ſexus,
„ dicens: *Sicut tumor accidit ex magna plaga in*
„ *carne; ita in molliſſimis animis, ſi quis ſe præbeat*
„ *dolori, hoc ipſo, quod maior eſt imbecillitas, hoc ma*
„ *iorẽ elicit iracundiã. hacq; de cauſa mulieres iracun*
„ *diores ſunt viris, ægroti ſanis, ſenes iuuenibus, infœlices fœlicibus.* Sic ille magnus Philoſophus.

Iurè igitur, nec leui ſuſpitione ſanè, timere ſibi poterat Carolus, iam manus expertus furentis matris, ne comminata ſibi ſuccederet mors; vt parendum eius voluntati puta-
38 uerit, maius vt effugeret malum; propter illud enim, vt effugeret, hoc voluit, iuxta tradita per S. Auguſtinum *d. can merito.* 1.15. *q.* 1.
„ *Nam, & hoc contra voluntatem dici ſolet:* (dicen
„ tem) *ſed vtique vult id, propter quod facit: tan-*
„ *quam ſi peierare noluit, quod tamen facit, eum*
„ *vult viuere; ſi quiſquam niſi fecerit, mortem minetur.* Sic Auguſtin.

39 Et planè ſi reuerentialis ſolus metus, præcedentibus minis, vel verberibus, etiam ſine expreſſo præcepto,) id operatur. Vt ſubſequens votum explicitum, & ſolemne per profeſſionem in Religione ex approbatis, nullum euadat; cum ad votum libera, & expreſſa, non coacta perquiratur voluntas; vt dictum eſt, id multò vtiquè magis metus ef-
40 ficiet incuſſus explicitè cum minis, verberibus, vulneribuſquè, ac cominatione mortis inferendæ, vt votum implicitum caſtitatis in ſuſceptione ordinis Subdiaconatus emiſſum, nullum inualidumquè reddat. iuxta *tex. in can. notificaſti. 2. vbi Gloſſ.* Solemnis, & recepta *verbo licentiam 33. quæſt. 5.* Quia volũtas directa, & ſpontanea requiritur, vt *Gloſſ.*
41 dicit: *d. verbo licentiam* arg. etiam à ſimili petito *ex text. in cap. 1. vbi etiam Gloſſ. verbo ſacri ordinis. de voto lib. 6.* Alioquin locum non habet conſenſus, vbi metus, vel coactio intercedit; vt Alexander Tertius Epiſcopo Papien loquitur *in cap. cum locum 14. de ſponſalib.* quo argumento vſi fuere Domini in dicta *deciſ. 561. num. 6. 7. & 8. part. 1. diuerſ. Abb in in cap. cum virum, num. 8. de regularib. Felin. in cap. 1 num. 2. & ibid. Dec. num. 10. de offic. delegati. Afflict. deciſ. 69. num. 4. verſ. vnde ſicut actus. Couarr. de ſponſalib. part. 2. cap. 3. §. 6. num. 3. & 4. verſ cæterùm cùm de libello. Rebuff. conſ. 68. nu. 21. 22. & 28. Menoch. de arbitrar. lib. 2. caſu* 136. *num. 9. 10. &* 11. & ſequuta fuit Rota *in Toletana profeſſionis 21. Maij 1595. coram Card. Seraphino, deciſ. 1128. num. 2. & 3. & in Neapolitana profeſſionis 15. Iuny 1508. coram Giptio relata in d. Conchen nullitatis ordinis coram Penia deciſ. 105. num. 2. tom. 1. in poſthumis, & in d. Tullen. nullitatis profeſſionis coram Buratto d. deciſ. 779. num. 9. & 10. eod. tom. 1. in Poſthum. Sanchez de matrimon. tom. 1. lib. 4. diſput. 6. per tot. præſertim, num. 17. & 18. & in moralib. tom. 1. lib. 4. cap. 3. num. 26.* & ſequitur *Frater Hieronymus Rodriq. reſolut. 101. num. 78.* & dictum fuit *in Hiſpalen. matrimonij de Alcalà 18. Iunij 1607. coram S. menor. Gregor. XV. deciſ. 326. num. 10. 11. 12. & 13. Paul. à Layman. d. tract. 5. lib. 4. cap. 5. num. 6. verſ. hic adde.*

Addebam his quoquè, quòd vehementius voluntatem adſtruebat Caroli, (cum vi, metuquè, ad ordinem acceſſiſſe ſuſcipiendum,) quòd ipſe, cùm ſibi licuit extra propriam patriam viuere, ſemper artem exercuit Piſtoris eſculentos paſtillos conficiendo, & in habitu incedendo laycali, vt ita ex ſe pateſceret, quòd Clericum numquam voluntate egit, auerſionem ab illo habens. Ex
42 extrinſecis enim præcluſus in præcordijs animus pateſcit ad *text. in §. pauonum Inſtitutionibus de rerum diuiſ. l. quoniam deſideria 4. poſt princ. C. de naturalib. liber. l. ſed & Iulianus 9. § proinde, ff. ad Senat. Conſult. Macedoni. Bald. in l. multum intereſt ſub n. 3. C. ſi quis alteri.*

43 Reaſſumebat vero habitum, cum ad patriam remeabat, & in cõſpectu eſſet matris, fratriſque, ex quorum ſibi timebat ira, perduraretquè adhuc metus, ne mortem ſibi conſciſcerent comminatam. Quod ſanè ſatisfirmiter perpenſum fuit in *d. Hiſpalen matrimonij de Alcalà. d. deciſ. 326. num. 8. & 9. corã S. memor. Gregor. XV. & in d. Tullen nullitatis profeſſionis coram Buratto, deciſ. 779. num. 1. in fin. & in Toletana profeſſionis 25. Maij 1615. coram Vbaldo deciſ. 750. num. 3 par. 2. tom. 2. in recent.* & perpendit ad rem *Nauar. d. conſ. 5. lib. 3. de his, quæ vi, metuſquè cauſa.*

44 Firmioremquè reddebat hanc animi voluntatem Caroli, proteſtatio, quam paulò antè ad ordinem ſuſcipiendum accederet, Neapoli emiſit coram notario publico, & teſtibus. Illa quippe, quàm nolens voluntas fuerit Caroli, ne ordini ſe ſubijceret ſacro, in medium palàm adducit, eiuſquè intentionem patefacit, *l. non aliter. 67. ff. de legat. 3. can. Lotharius Rex 3. §. præterea, vbi Gloſſ. verbo innotuit. 31. quæſt. 2. Gloſſ. in d. cap. perlatum 1. verbo non timore mortis de his, quæ vi metuſquè*

cauſa

Digitized by Google

cauſa finnt.Nanarr.d.conſ.5.eod.Cephal.conſ.37.
nnm.20.& ſeq.lib.1.Rota in Florentina *cenſu:* 13
Nouembris 1589.*coram Orano decis.43. nnm.2.*
in fin.poſt 2:vol.Conſil.Farinac.Triniſanus,deciſ.
*63.nnm.8.lib.*1.Prælertim verò ſi ante actum
(vt in facto hoc noſtro)vel paulò doſt illum
fia1,iuxta *Gloſſ.in l inconcubinatu 3.verbo teſta-*
tione,ff.de concubinis, quàm ſequuta fuit *Rota*
*apud Sancta memor Gregor.XV.deciſ.7.nnm.*10.
45 Obijciebant tandem,Carololum per exer
citium ordinis ſuſcepti ratificaſſe votum:te-
neri proinde ad caſtitatis obſeruantiam.*San*
chez d.lib.7.de matrim.diſput.29.num.9.
46 At reſpondebam.Primo hoc exercitium
ordinis fuiſſe ſemel,nec ſolemniter,ſed ſine
manipulo;quam ob cauſam,Cum actus cō-
uenire potuiſſet etiam ſimplici Clerico,red
debatur æquiuocus,ac conſequenter inſuf-
ficiens ad inferendam ratificationem,ſaltim
in foro exteriori.*ad text.in l. pro hærede 20. in*
*princ ff.de acqnirenda hæredit.*quo text.apertiſ
ſime,atquè ſatis concinnè Vulpianus,*lib.61.*
„ *ad edictum. Pro hærede gerere videtnr is, qui ali-*
„ *quid facit quaſi hæres.* (inquiens) *Nam hoc ani-*
„ *mo eſſe debet,vt velit hæres eſſe.Cæternm ſi qnid*
„ *pietatis,ſi quid cnſtodiæ cauſa fecit; non qnaſi hæ-*
„ *res egit,ſed quaſi alio inre Dominns : apparet non*
„ *videri pro hærede geſſiſſe.* His Vlpianus. Non
„ ſatis eſt igitur actum ercuiſſe ordinis, ſi non
„ vt Subdiaconus geſſit,ſed vt ſimplex Cleri-
„ cus, quia adhuc actus æquiuocus eſt . *Rota*
apnd Sanctæ memoriæ Gregor.XV.deciſ.165.num.
2.apnd Card.Canaler.deciſ.326.num.5.
47 Deinde actus exercitij ordinis geſtos fuiſ-
ſe perdurante adhnc cauſa metus;qui ſicuti
ab initio influxit ne obligaiio oriretur ſer-
uandæ caſtitatis;ita pariter, & in actus exer-
citij ſubſequutos (quamuis plures illi fuiſ-
ſēt)permanauit Cum ſemper perdurare me
48 tus dicatur,illius perdurante cauſa. *ad text.*
in l 2. ff. quod metns cauſa Rota apnd Achillem,
de Graſſis deciſ.423.aliàs 11.nnm.3. de penſionib.
Nauarr. d. conſ.4. & 5. de his,quæ vi metuſque
cauſa fiunt.Rota in d.Hiſpalen matrimonij de Al
calà 15.Decembris 1608.coram Sanctæ memoriæ
*Gregor.XV.deciſ.392.nnm.1.3.5.& 7.*Quinimò
49 ad omnes ſequentes ſe protendit actus; il-
loſquè eodem inficit vitio , quo primos ma-
50 culauit.Quia ſemper voluntas non libera
manet,donec coactio,eiuſquè perdurat cau-
ſa;ni in ſua omnimodo libera diſpoſitione
conſtituta ſemel fuerit, illaq; ceſſarit. *Bart.*
in l.non ſolum verſ. ex prædictis appparet. ff. de
oper.noni nnnciat.Afflict. deciſ.78. num. 5. & 6.
Rota in d. Hiſpalen.392.nnm.6.& 7.& ibid.Bel-
tramin.addens.
51 Cæterum inferebam, quòd animum ſuū
ſatis apertè oſtenderat Carolus,actus præfa-
tos exercitij ordinis (quamuis iterati illi fuiſ
ſent) metu adhuc perdurante geſſiſſe: nam
eo ipſo tempore,quo, per diſceſſum ad Bel-
lum Franciſci fratris,ſibi licnit,ſtatim excuſ-
ſo Clericali habitu , ad quem auerſionem
ſemper habuit (vt argumentata quoque
fuit *Rota d Hiſpalen.matrimonij coram Gregor.*
XV.deciſ.326.nn.7.)Romam petijt,atquè cau
ſam committi Eminentiſſimo Ordinario
Salernitano obtinuit, eamquè proſequutus
52 fuit . Ex ſequentibus enim, & antecedenti-
bus qualis in præcordijs abſtruſus animus
perſeuerauit,in apertum,ac propatulum de
ducitur,nobiſquè aperitur,ad *text. in d. l.ſed*
Inlianus 9.§.proinde,ff.ad Macedonian.vbi Gloſ.
verbo intelligendum,l.quædam ſunt 16.ff. de re-
bns dub.Vinius deciſ.75.num.4.Rota apnd S. me-
mor.Gregor XV.deciſ.401.num.11.& deciſ.476.
num.4.& in Menten profeſſionis 25.Maij 1615.
coram Vbald.deciſ.179.ſnb num. 2. vol.2. in poſt-
humis.
53 Addebam deniquè, quòd tantum aberat
Carolum ad continentiam teneri , vt magis
dici oporteret illum , nec caracterem ſu-
ſcepiſſe: Quia enim ipſe abſolutè proteſta-
tus fuit , nolle ordinem recipere , atquè ex
metu incuſſo hac volūtate abſoluta acceſſe-
rit,non recipiendi ordinem,(vt ipſe in ſua
depoſitione Sacramento firmauit.)& volū-
54 tas, ſiue intentio, tàm dantis , quàm reci-
pientis , in vnoquoquè ex Sacramentis ne-
ceſſaria ſit , vt illud ritè, rectèque conficia-
tur:vtiquè cnm voluntate acceſſerit abſolu-
ta non recipiendi ordinem , non ſane con-
ditionali,caracterem haud recepit:nullam
itaquè , vel implicitam obligationem ca-
ſtitatis ſeruandæ contraxit . Nulla ergo ei
difficultas refricanda erit , teneatur , nec
ne ad caſtitatem ſeruandam , quam ne-
què explicitè , nequè implicitè vouit (Ad-
miſſa etiam contraria ſententia ſimplici-
ter aſſerente ad continentiam cogi poſ-
ſe) caracthere non recepto , ac conſequen-
ter nequè ordinis Sacramento. *Ad text.in d.*
cap.maiores,3.§.item quæritur de baptiſmo , cnm
Gloſſ.verbo conditionaliter.Gloſſ.in d.can.vbi iſta
7.verbo honorem in princ.74 diſt.Nauarr.d.conſ.
5.de his quæ vi,metuſqne cauſa finnt. Rota d.deci.
560 *nnm.1.2.& 3.part.1.diuerſornm.* Annuen-
dum proinde: ad continentiam ſeruandam
minime illum teneri; poſſequè iure , nec il-
liberaliter matrimonium contrahere.

Atquè ita ex his , cenſoris non abiecta
virga,reſpondendum cenſui,& conſului.

CAROLVS MARANTA I. V.D.
Aduocatus.

Non teneri Carolum ad continentiam
iudicatum fuit.

S V M M A R I V M,

1 ***Pacto in contractu adiecto de aliquo futuro conſequendo:ius ad illud conſeruatur,& in bonis noſtris eſſe dicitur.***

Vnde

Vnde poſſumus de illo diſponere, vti de re patrimonij noſtri, & ius illud in fideicõmiſſo omnium bonorum includitur, n. 2.

3 *Spes ex contractu proueniens, habet certitudinem quandoquè exituram, vnde in rebus noſtris eſſe dicitur.*

4 *Fideicommiſſa conditionalia, non tranſmittuntur ad hæredes; ſi mors ſequatur antequam conditio purificetur.*

Verum hoc in dubium reuocatur, n. 5.

Et aliud erit in vltimis voluntatibus, aliud in contractibus inter viuos.

6 *Diſpoſitiones ſupremæ hominum ex eorum pendent libera voluntate; Contractuum verò ex mutua vtriuſquè contrahentis, etiam libera voluntate.*

7 *Creditor ſub conditione, pendente adhuc conditione ius habere dicitur in re ſibi, quamuis ſub conditione debita.*

8 *Ius quæſitum ex ſtipulatione, etiam conditionali, dicitur in rebus noſtris eſſe. Poſſumuſquè de eo diſponere.*

Illudquè fideicommiſſi viculo ſupponere.

9 *Spes ex contractu exitura, ad hæredes tranſmitti poteſt, & in re per eam debenda, fideicommiſſum rogari.*

Præſertim ſi conditio fuerit in rem ſcripta, non in perſonam. num. 10.

11 *Res, quæ ſub conditione, & ſub ſpe nobis debetur, certò quandoquè exitura, interim in in patrimonio noſtro eſſe dicitur.*

Et ſub conditione in patrimonio eius, qui illam interim poſſidet.

Vnde iuris fictione in noſtro dominio interim eſſe dicitur. num. 12.

13 *Conditio in ſuſpenſo relinquit, quæ ſub ea cõprehenduntur, perficienda tamen per purificationem conditionis.*

14 *Dominium vtile in Emphyteutam, & feudatarium tranſit, directo remanente pœnes Dominum concedentem.*

Extende etiam in allodialibus, illis ad tempus conceſſis, vel ex vltima voluntate, vel ex contractu. num. 15.

16 *Conditio cum purificatur nil poſitiuum tribuit, ſed tantum remouet obſtaculum, quod per conditionem aderat.*

17 *Ius in habitu, ſeu in potentia tranſmittitur ad hæredes, quamuis non ſit in actu, & exercitio.*

18 *Ius quæritur ex ſolo paciſcentium pacto.*

19 *Spes, & ius ad rem conſiderabile eſt, vt etiã vendi poſſit; & in contractum deduci, num. 20.*

21 *Spes, quòd dos data reuertatur ad dotantem, ius tribuit ipſi dotanti, vt in iudicio eſſe poſſit, ad conſeruationem rei in dotem datæ.*

Vn ıe quaſi pecunia dicitur eſſe in bonis dotantis, num. 22.

Præſertim ſi dotata ſit ætate confecta, vt liberos habere non poſſit. num. 26.

23 *Spes fideicommiſſi, certa dicitur, etiam viuiuente grauato.*

24 *Spes ad ius non debet auferri, ſicuti, nec ius ipſum.*

25 *Fideicommiſſarius grauanti, non grauato ſuccedere dicitur.*

27 *Ius in ſpe à futuro euentu dependens, non eſt conſiderabile, quia dicitur illud eſſe in habitu, & in potentia, atquè in actu ſignato, non in exercitio, & actu. num. 28.*

Quod tamen non ita erit, ſi ex voluntate contrahentium ius ſpei dependeat, vt ſit radicatum in bonis ſperantis, num. 29.

30 *Ius dependens à contractu, quamuis conditionale, dicitur de præſenti. Vnde poteſt ius cedi, vendi, legari, vel donari, ac ſi deicommiſſo bonorum omnium ſupponi.*

Et tranſit ad hæredes, num. 32.

33 *Spes, quæ habet originem ex cauſa de præterito, eſt conſiderabilis, ſicuti ius quæſitum in re.*

34 *Alciati ſententia expenditur, & declaratur.*

35 *Tranſmiſſio non ſit, quæ à futuro pendet euentu, non à præterito, licet difficultatem patiatur quoque, num. 36.*

ARGVMENTVM.

Fideicommiſſum generale ſuper omnibus bonis iuribus, &c. An comprehendat ea quoquè, quæ ſub ſpe ex contractu dotis datæ, cum clauſula, (quod ſoluto matrimonio dos reuertatur ad dotantem,) nobis aperienda fuerant? Et num ſpes hæc tranſmitti poſſit, atquè in noſtro computetur patrimonio, & quanti facienda ſit huiuſmodi ſpes? Argumentoſa, nec inutilis, minuſquè incurioſa reſponſio,

RESPONSIO QVINTA.

AVrelius Pepe Ciuitatis Melfitti duos
habẽs filios Donatum, & Salueniam,
matrimonio locãs ipſam Salueniam,
eidem dotem conſtituit certis aſsi-
gnatis corporibus,cauitquè in ipſo dotis cõ-
ſtitutæ contractu, vt quandocumquè ſine
filijs decederet,ad ſe,ſuoſquè hęredes,& ſuc-
ceſſores conſtituta dos reuerteretur. Supre-
mum dein fati diem ſubijt; cuius hæres fuit
Donatus,qui poſtmodum contractis nuptijs
ex matrimonio legitimè Marium filium ſu-
ſcepit,& cum ſuprema eidem fati dies inſta-
ret, teſtamento ſcripto, hæredequè rogato
Mario filio ſuper omnibus bonis ſuis, iuri-
bus,& actionibus,fideicommiſsi vinculum
innectit deſcendentium gratia,ſuper viuen-
te adhuc Saluenia ſorore.Marius multo alie
no ære contracto poſt Salueniam, quæ nul-
lis relictis filijs carnis debitum ſoluerat, &
ipſe vniuerſæ carnis viam ingreditur relicta
Maria Antonia filia,quæ matrimonio iũcta
V.I.D. Pirro Antonio Lanza, in Iudicium
vocatur per Marij patris creditores ſuper
prædio oliuarum, quod iam ante ab Aure-
lio Auo,Salueniæ in dotem datum fuerat.
At illa fidei cõmiſsi nexũ obijcit ad excludẽ
dos Marij patris creditores ſuper prędio prę
dicto dotali. Replicãt iſti prędiũ fideicõmiſſo
ſubijci haud potuiſſe,quod ſupereſſet adhuc
Saluenia,cũ diẽ clauſit extremũ Donatus: &
Marius ex propria ſucceſsit perſona in præ-
dio præfato non vti patris Donati hęres. Fit
proinde diſceptationi locus, ſubſiſtat, ne
objecta fideicommiſsi exceptio?

Vnde perpenſis hinc inde omnibus,affir-
matiuè reſpondendum videtur.

1 Nimirum, quòd per pactum dotis con-
tractui ab Aurelio patre iniectũ:(Quòd mo-
riente Saluenia ſine liberis, dos ad Dotan-
tem,eiuſquè hæredes,& ſucceſſores reuerte-
retur:) Ius quæſitum fuit tàm ipſi dotanti,
quàm eius hæredibus, & ſucceſſoribus ex
ipſamet ſtipulati contractus hora, vt facto,
caſu mortis Salueniæ ſine liberis, exſoluta
ſemel dos ad eoſdem reuerteretur, qua de
cauſa potuit Ius illud, quod in bonis com-
putabatur, & Aurelij patris communis, eo
viuente,& Donati eius filij, & hæredis, poſt
mortem patris,per Donatum ipſum in teſta-
mentaria diſpoſitione includi, vti res de pa-
trimonio ipſius, nequè eidem per quoſcũq;
(obſiſtente pacto in contractu dotis adiecto,
præiudicium vllum fieri. *ad text. in l. perfecta
donatione.4. C. de donat. quæ ſub modo.* atquè
proinde Ius illud in bonorum fideicommiſ
ſo omnium includere. *text.* eſt apertus *in l.
ſpem futuræ actionis.3.C.de donat, vbi Gloſſ. nota-
biliter,& Bald.* facit *tex.in l ſeruum filij.46. cum
Gloſſ. ibid. in princ.* vbi etiam *Ang.ff. de legat.1.
Gloſſ.notab. in can.ſtatutum 1. 18. quæſt. 1.* Qui
enim(inquiens)dat omnia bona ſua,dat ſpẽ
futuræ actionis. ſequitur *Alexand.conſ.91. con-
ſideratis his num.11.vol.1. Illuſtriſſ Card. Tuſc.
num.5.littera L.concluſ.629. num.2. Surd. conſ.*
3 *247.num 11. lib.2.* Nimirum, quòd ſpes ex
contractu deſcendens, habet quid certitudi-
nis, vt pertinere ad nos rectè dici poſsit, iux-
ta Pomponij verba, *in l.verbum illud 181. in*
„ *fin. ff. de verbor.ſignifi.* Pertinere ad nos (in-
„ quientis) etiam dicimus, quę in nulla eorum
„ cauſa ſunt, ſed eſſe poſſunt. vbi *Gloſſ. verbo.
poßunt* exemplificat in ſpe ex contractu no-
bis debita. & perpendit optimè ad rem no-
ſtram *Marius Cutelli. de donationib. tract. 1.
diſcurſ.2. partic.6.num.88. & 89. fol.mihi 197.
Abb.in cap.quoad te de cleric. coniugat. Sanch.in
opere morali,tom.2.lib.7.cap.32.num.4.*

Nec contra nos eſt quod obijciunt Aduer
ſarij: fideicommiſſa conditionalia non tranſ-
4 mitti ad hæredes, præmoriente fideicommiſ-
ſario ei,qui bona fideicommiſſi vinculo col
ligata, reſtituere debebit, nõ purificata prius
conditione viuente fideicommiſſario. *ad
text. in l. vnica, §. ſi autem aliquid ſub condi-
tione,C.de caducis tollend.latè Gabriel. lib.3. tit.
de hæredib. inſtituen. concluſ.2. num.1. & ſequ.
Vincent.de Franch.deciſ.525.Fabbius Anna conſ.
10. lib.1. Maranta conſ.8. ad 2. dub. num.4. &
ſeq.Gamma deciſ.Luſitan.160.num.1. Marta vo-
to 85.part.1.* cum alijs multis, quos referre,
ad rem noſtram haud eſſe æſtimaui.

5 Reſpondetur enim (quidquid ſit aliàs de
ſuperiori inſpectione,an tranſmittantur con
ditionalia fidei commiſſa, nec ne, cum id à
voluntate etiam dependeat fideicommit-
tentis teſtatoris;) aliud ſanè eſſe in vlti-
mis voluntatibus, aliud verò in contracti-
6 bus; nam ſupræmæ hominum diſpo-
ſitiones ex libera eorum pendent volun-
tate; contractus autem ex duorum con-
trahentium mutuo conſenſu; vt firmi eſſe
debeant; quoniam voluntate eos pepige-
runt. ad *text. in l. 1. C. de pactis, & cap. 1.
extra eod.* & hanc diſtinctionem probat aper-
tè *text. in l.is cui ſub conditione 41. ff. de action. &*
„ *obligat.* Is cui ſub conditione legatum eſt
„ *(Vulpianus ibi ait)* pendente conditione non
„ eſt creditor,ſed tunc,cùm extiterit conditio,
„ Quamuis eum, qui ſtipulatus eſt ſub condi-
„ tione placuit, etiam pendente conditione,
„ creditorem eſſe. Hæc Vulpian. *& tex. in l. quo
ties 3. C. de donationibus, quæ ſub modo.* Ita-
7 què interim conditione pendente ius ha-
bet creditor in re ſibi per contractum con-
ditionalem debita. & ſequitur hanc diſtin-
ctionem *Angelus in §. ex conditionali. Inſtit. de
verborum obligat. Couarr. pract. quæſt. cap. 39.
nu.2. Vincent. Fuſar. conſ 41. num.132. Tiraquell.
de iure primogen.quæſt.40.num.70. ſequitur Pe-
regrin.conſ.39.nu.22. lib.1.* alijq; mox infra ci-
tandi Doctores.

8 Valuit ergo hoc Ius quæſitum ex ſtipula-
tione,(etiam non exiſtente adhuc conditio-
tione,) fideicommiſsi vinculo ſupponere

Digitized by Google

Donatus cũ ſuis bonis omnibus in ſuprema
ſua diſpoſitione legẽ dixit. Quia ſi potuit ſpẽ
9 illam, quæ ſibi ex cõtractu cum Saluenia ini
to acquiſita erat, ad hæredes tranſmittere;
potuit etiam, & fideicommiſſi vinculo ean-
dem ſubijcere. *Gloß. notab. in d. l. is cui ſub con-*
„ *ditione. verbo creditorem*. ibi: Item quoad
„ hoc, vt ſpem tranſmittat. *text.* eſt apertus, quẽ
ipſamet *Gloſſ. ibid.* refert *in d. §. ex conditionali.*
Inſtit. de verbor. obligat.

„ Ex conditionali ſtipulatione (*inquit ibi Im-*
„ *perator*) tantum ſpes eſt debitum iri; eamquè
„ ſpem in hæredem tranſmittimus, ſi prius
„ quàm conditio extet, mors nobis contigat
„ *hæc Imperator*. non planè per prouerbium,
ſed palam, ac verbis patentibus. & hanc ſe-
quuntur ſententiam *Angel. d. § ex conditionali.*
Ioan. Faber. ibid. Iaſon. in l. quæ delegato num. 23.
in fin. ff. de legat. 1. Abb. conſ. 85. in præſenti quæ-
ſtione col. 2. num. 2. & 3. part. 1. Guglielmus
de Benedictis in cap. Raynutius, verbo. & uxorem
nomine Adelaſiam deciſ. 5. num 62. & in verb. ſi
abſquè liberis, tit. de fideicommiſſ. ſubſtitut. num.
71. verſ. præterea intelligatis, Surdus deciſ 144.
num. 24. & d. conſ. 247. num 6. Ludouicus Moro-
tius, conſ. 3. num. 15. 16. 17. & 18. Gratian. Fo-
renſ. diſceptat. part. 2. cap. 247. num. 6. & part. 3.
cap. 456. num. 49. itaquoquè ex *tex. in l. pœnales*
32. ff. ad legem falcid. Vincent. de Franch. deciſ.
525. num. 16. Ripa in l. hæres, § cum ita num. 62.
verſ. ſtante hac reſolut ff. ad Trebell Bald. conſ 93.
ſuper dictis punctis, vol. 2 ita in terminis *Cappel-*
la Tholoſana deciſ. 434. in fi. plenè *Aluar. Valaſc.*
conſult. 122. num. 10. 11. & ſeq per tot. ac præ-
ſertim in terminis noſtræ quæſtionis de ſpe
dotis, quod traſferatur, *num. 22. 23. & 24. &*
in tract. de emphyteuſi. quæſt. 50. num. 44. Iacobus
Cancer. lib. variar. reſolut. cap. 2. num 36. & in
terminis caſus noſtri, *lib 3. cap. 21. à num. 95.*
cum ſeq. vbi *num. 103.* ita deciſum in Senatu
Regni Aragoniæ ipſo patrocinante; (quic-
quid alij doctiſſimi Cauſarum Patroni in
contrarium dicerent) refert. & ſequitur *Fon-*
tanella de pactis nuptialib tom. 1. clauſ. 4. Gloß.
25. num. 9. 10 & 11. Rota in Romanà donationis
21. Aprilis 1614. coram Buratto. apud Farinac.
in poſthum. tom. 2. deciſ. 142. num. 2. & 4. in ter-
minis noſtris loquens.

10 Quod ſanè eò magis procedet in caſu hoc
noſtro; cum conditio, vt dos reuerteretur ad
dotantem, eiuſquè hæredes, & ſucceſſores,
facto caſu mortis Saluenię ſine liberis, in rem
ſcripta fuerit; non in perſonam, vt multò
magis ob id tranſmittatur, cum ſemper res
ipſa, & prædia in dotem data affecta fuerint,
& inuſta qualitate conditionis in contractu
dotis appoſitæ. vt aduertit, *Ioan. Faber. d. §. ex*
conditionali, num. 3. & Angel. num. 2. Morot. d.
conſ. 3. num. 15.

11 Quò fit, vt prædium præfatum in patrimo
nio Aurelij patris. ac conſequenter Donati
filij, & hæredis ſub conditione illa (ſi ſine
liberis moreretur Saluenia, ad dotantem re-
uerteretur) ſemper fuerit, quò ad Ius, & ſpẽ,
& ab illo nũquã ſeiunctũ; conditionaliter in
ipsã Saluenĩã translatũ; vt ſi quidẽ liberos re
linqueret ſupremi fati ſui tẽpore, eis quære-
retur dos vniuerſa: ſin verò ſine liberis more
retur, ad dotantẽ, eiuſq; hæredes, & ſucceſſo-
res poſtliminio quaſi reuerteretur, quod pro
fecto iurè fieri potuit ex *text. in l. 1. §. dat ali-*
quis, vbi Glo in verbo ſecutũ. in dote exẽplificat
ff. de donat. quã *Gloſſ.* cõmuniter receptam ap-
pellat *Curt. Iun in l. 1. num. 73. ff. ſi certum peta-*
tur. ſequitur *Aloyſius de Leo in d. l. ſpem futuræ*
3 num. 2 C. de donat.

12 Quare fingitur ſemper prædium præfa-
tum, quoad Ius, & ſpem in dominio perſe-
ueraſſe Aurelij patris, & poſt eius mortem
Donati ſui hæredis, & filij. Potuit proinde
ipſe Donatus conditi teſtamenti tempore,
prædium prædictum, vti in bonis ſuis com-
præhenſum, fideicommiſſi Generalis vincu
lo ſubnectere. Conditionis nempè ea natura
13 eſt, vt in ſuſpenſo ea relinquat, quæ ſub ipſa
compræhenduntur; perficienda conditionis
purificatæ die, *l. cadere diem 213. §. vbi ſub con-*
ditione, ff de verbor. ſignificat. l. non omnis 19. ff ſi
certũ petat l. hoc iure vtimur, 10. ff de verb. oblig.
14 cũ alijs notat. Sicuti in feudalibus, & empht-
teuticis bonis fit; vt vtile tantum dominium
tranſeat in eum, cui fit conceſſio, directo do
minio pœnes concedentem remanente, vt
aduertit etiam *Peregrin. de fideicommiſſis, art.*
15 *51. num. 21.* vbi extendit etiam in allodiali-
bus; cum rerum dominium ex contractu,
atquè etiam ex vltima voluntate ad tempus
concedi poſſit. ad *text. in l. ſi rerum tuarum*
& l. 2. quoties, 3. C. de donationib quæ ſub modo.

16 Quocirca ſequitur, vt purificata conditio-
ne in contractu dotis adiecta, (quod dos ad
dotantem reuerteretur, mortua Saluenia ſi-
ne filijs) nihil noui in bonis Aurelij, atquè
ſubſequenter Donati filij, & hæredis accide
rit; quàm quòd remotum fuit obſtaculum,
quod ex futuro euentu mortis Salueniæ ſi-
ne filijs, rebus ipſis in dotem datis ab initio
celebrati contractus, inerat; fueritquè libera
facultas Donato diſponendi de dictis bonis
in habitu, atquè potentia, ob conditionem
17 aliquando extituram in eius fauorem, eue-
niente morte Saluenia ſine filijs, quod ſa-
nè ſufficit ad tranſmittẽdũ; neq; deſideretur,
ius in actu, & exercitio, vt aduertit *Cammad.*
dec. 160. ſub n. 3. ver. 2. modo, &c. & Gratian. cap.
456. n 49. par. 3. & dixerat antea *Bald. in l. 2. ſub*
num. 9. C. de liber præterit. ad tex. in l. ſi quis filiis
34. C. de inoffic. teſtam. quem ſequitur nouiſſ.
Nicolaus Noalis tract. de tranſmiſſionibus caſu. 8.
num. 127. & caſu 18 num. 10. Ioan Baptiſta Co-
ſta de Iuris, & facti ignorant cent. 1. diſtinct. 106.
num. 52. 53. 54 cum ſequ. Polidor. Ripa ſingular.
obſeruationum, obſerua: 367. num. 2. 3. & 4. Cùm
ius fuerit quæſitum Donato ex ſolo paci-
ſcentium pacto. ad *text. in l. vnica, §. accedit ei,*
C. de rei vxor. actione Peregrin. d. art. 51. num. 3.

in

Digitized by Google

in fin.verſ.fallit tamen in cauſa dotis, Abb.d.conſ.
85.*ſub nnm.3 .col.3*.
19 Quin imò ſpes ipſa, ex ſe perpenſa, & Ius
ad rem, in conſideratione habentur, vt præ-
tio quoquè pendi valeant ad *tex.in l.ſi iactum*
retiſ 13.*ff.de actionib. empt.l.ſi in venditione.* 10.
cum legibus ſequentibus 11.12.*&* 13.*ff. de hære-*
*dit. vel action. vendit. l nec emptio.*8.*vbi Bart.&*
Bald ff.de coutrahen.empt.Gloſſ.in d.l.ſpem futn-
*ra,*3.*in fin. C.de donationib.* & aduertit, nec in-
eptè ad rem noſtram, *Eminentiſſ.Card.Manti-*
*ca de tacit.& ambig.tom.*2.*lib.*13.*tit.*26.*num.*26.
*& Gratian. Forenſ.part.*4 *cap.*692.*nu.*61.*&* 62.
& ante eos per *text. in d.l.ſpem* 3. *C. de douat.*
Proauus meus Robertus Maranta in l. is poteſt,
*num.*216.*& num.*255.*in fin. ff.de acquir. hæred.*
Atquè ſuccedendi ſpes ipſa vna, loco rei ha-
betur; vt prætio æſtimari valeat, & vendi, ac
cedi.ad *text.in l.cum donationis* 34. *vbi Alexan.*
C.de tranſact. ſequiturquè Eminentiſſimns Card.
*Tuſcus tom.*7.*littera S.concluſ.*365 *num.*3. Atq;
20 etiam in contractum deduci, *l.nomina.*17.*ff.*
de hæredit. vel act. vend. Maranta d. l. is poteſt,
21 *num.*262. Et in terminis ipſis noſtris, ſpes,
(quòd dos reuerteretur ad dotantem) ius tri-
buit patri dotanti, vt in iudicio eſſe poſsit ad
dotem tuendam, quæ ad eum quandoquè
» reuerſura erit. Intereſt enim patris (Vulpia-
» nus loquitur *in l.pater filia* 71.*ff.de euictionib.*)
» filiàm dotatam habere, & ſpem quandoquè
» recipiendæ dotis. *hæc Vulpianus*. Et ſequitur
Gloſſ.ibid. verbo recipienda: dum inquit: ideò
tunc pecuniariter ſua (patri ſcilicet) intereſt
22 *hæc Gloſ* Quaſi quod innuat, ipſam ſpem re-
cuperandæ qnandoquè dotis, pecuniam eſſe
in bonis patris dotantis, eiuſquè patrimonio
connumeratam. ſequitur *Caſtrenſ. conſ.* 382.
dubitatio poterat eſſe nnm. 2.*vol.*1.*& Eminentiſſ.*
*Tuſcus d. conclnſ.*365. *num.*5. *Valaſc. d.conſnlt.*
23 122. *num.*22. *& ſeq.* Ita quoquè ſpes fidei-
cõmiſsi (quòd facto caſu mortis grauati, mi-
hi apperietur) certa dicitur, & probabilis, etiã
viuente grauato. Vt nempè *Gloſſ.* (inquit) *in*
cap.non ſolum 7.*verbo innouata circa med. de ap-*
pellat.in 6. Spes ad ius, non debet auferri, ſicu-
ti, nec ius ipſum.

Quia non dicitur tractari, aut ſperari de
hæreditate viuentis, ſed iam mortui; cùm
25 per fideicommiſſum non vtiquè grauato
ſuccedatur, ſed ei, qui fideicommiſſum ro-
gauit, *l.coheredi* 41. §. *cum filiam, ff.de vulgari,*
& pnpillari, l.precibus, 8. *C.de impuber. & alys*
*ſubſtitut. Alexan. conſ.*187. *videtur prima conſi-*
*deratione, num.*12.*in* 6.*argum.& nu.*13. *& conſ.*
188.*perpenſis verbis, num.*22. *verſ.eſt enim pro-*
*babilis, lib.*5. *Tuſcus d.concluſ.*365. *num.*2. *Ma-*
*ranta d.l.is poſt, nnm.*262.
26 Et adiuuat perpenſiones has, qnod Salue-
nia defecta iam ætate erat tempore, quo Do-
natus frater fideicommiſſum rogauit, nequè
liberos ſuſcipere amplius poterat, vt multo
certior facta eſſet ſpes, quòd ad eum dos re-
uerteretur, vt adnotat, non ab rè *Gamma d.de*
*ciſ.*160.*num.*4.
27 Nec ad rem facit, ſi denuò inſtetur: Ius
hoc in ſpe, fuiſſe à futuro euẽtu dependens,
à morte ſcilicet Saluenıæ, & proinde, non
conſiderabile, cum potuerit eſſe, (vt fato, for
tunaquè accidit,) præmoreretur Donatus
filius: Vnde licet in actu ſignato, & habitu
28 ſiue in potentia ſpem habuerit, ad ſe dos re-
uerteretur, non tamen illam in exercitio,
& actu habuit, cùm fideicommiſſum roga-
uit, iuxtà plenè notata per *Alciat. lib.*3. *reſ-*
*ponſ.*3. quem ſequitur *Peregri.de fideicommiſſ.*
*d.art.*51.*num.*20.
29 Reſpondetur enim. Ius hoc in ſpe fuiſſe
radicatum in perſona, & bonis ipſius Dona-
ti hæredis Aurelij patris de præterito, ab ip-
ſomet tempore ſtipulati contractus dotis,
conſenſu intercedente Saluenıæ, & Aurelij
patris, non verò ex alieno arbitrio; vt fuerit
proinde ius conſiderabile in bonis, & hære-
ditate Aurelij, ac tranſmiſsibile ad hæredes,
& ſucceſſores. Et licet fuerit hoc ius in ſpe,
& ab futuro pendens euentu, tamen cum
dependeret à contractu conditionali, erat
nihilominus ius illud de præſenti: Quia po-
terat accidere, vt moreretur Saluenia abſq;
31 liberis. Potuit propterea ius iſtud cedi, ven-
di, donari, legati, vel fideicommiſſo cum
omnibus bonis ſupponi, reſpectu potiſsimũ
Marij filij, *text. eſt in l. poſt emancipationem* 7.
vbi Bart. §.*illnd quæri poteſt, ff.de liberat.legat.*
» Sequentibus.n.ibi verbis loquitur *Bar.* Sed ſi
» haberet aliquam ſpem de iure de præſenti,
» ex contractu conditionali, tunc dico, qnod
» iſta ſpes inſpicitur, *hæc Bart.* & in *in l.huiuſmo*
» *di, ff. quando dies legati cedat.* dilucidius rem
» hanc explicans dicit. In contractibus vero
» ſpes cõditionalis obligationis tranſit ad hæ-
» redem, *vt Inſtitut.de verbo.obligat.* §.*ex condi-*
» *tionali.* Et ita an in vita, vel poſt mortem exi-
» ſtat, non curatur; quia non impedit diem
» ſtipulationis cedere. *his verbis Bart.* & eum
ſequitur *Iaſon.in l.qua de legato, num.*23. *in fin.*
*de legat.*1. *idem Bart. in l.fin. num.*18. *in vltim.*
*quaſt.C.de pactis, Franciſc.de Aret.conſ.*1.*in Chri*
*ſti nomine conſnltatio præmiſſa, num.*2.*verſ ſi ve-*
ro Agnatus, vel frater, & melius *conſ* 7. *proce-*
*dendum eſt breuiter, num.*4.*verſ.ſed dicendum eſt*
vnum verbum. vbi ſequentibus loquitur ver-
33 » bis: Quæ quidem ſpes, vbi habet originem
» ex cauſa de præterito, videtur eſſe conſide-
» rabilis, ſicuti ius quæſitum in rem. *Aretin.d.*
§.*ex conditionali num.*2. ſequitur *Card. Tuſcus*
*tom.*8.*littera I.concluſ* 629. *num.*1. *Abb. d.conſ.*
85.*nnm.*3.
34 Nec contra nos ſunt, quæ haber *Alciat. d.*
*conſ.*3.*lib.*8.*& Peregrin. d.art.*51. *num.*20. Al-
ciatum ſequens. Alciatus nempe in caſu ſa-
tis à noſtro diuerſo loquitur, ibi enim dona-
tum fuerat D.Petro ſua vita durante, & poſt
mortem eius Michaeli; vt non mirum ſi
prædefuncto Michaele, nihil ad ſuos tranſ-
35 miſerit, cum actus tranſmittendi non à

Digitized by Google

præterito, ſed ab futuro euentu dependeret poſt mortem D. Petri. Non igitur iure ut à diuerſis illatio.

36 Et hinilominus in caſu in terminis noſtris contra Alciatum, & Peregrinum, fuit deciſum in Senatu Regni Aragoniæ patrocinãte Doctiſſimo Iuris conſulto *Iacobo, Cancer.* vt ſupra diximus *d.lib.3.variar.reſolut. cap.21. num.103.* & ſequitur *Fontanella d.Gloſſ.25.nu.11.* & pro nobis ſunt omnes ſupra relati Doctores, & non inepte *Valaſc.d.concluſ.122.nu.22.& ſeq.* & ita ad dictum Alciat. *conſ.* reſpondet etiam *Rota in d.Romana dotis num.8.*

Abſtinendum igitur his creditoribus erit ab omni illegitima vexatione contra Mariam Antoniam, quæ vi fideicommiſſi Donati Aui, prædium præfatum poſsidet. Vt ex his ſub cenſura dictis reſpondendũ cenſeo.

CAROLVS MARANTA V. I. D. Aduocatus.

SVMMARIVM.

1 *Littera Apoſtolicæ, ob concedentis authoritatem, iuſtificatæ exequutionem obtinent paratam adinſtar l.fin. C. de edicto Diui Adriani tolendo, vbi præſertim legitimus contradictor non adfuerit, num.2.*

3 *Mors eius, cuius obitu vacat beneficium, probatur per aduerſæ partis aſſertionem, quæ ſe fundat in illa.*

4 *Clericatus quomodo probetur?*
Ex literis ordinarij.
Etiam ex communi reputatione, num.5.
Sufficitquè eſſe notorium.
Ex nominatione in litteris Apoſtolicis, nu.6.

7 *Valor obtentorum, quo pacto probetur?*

8 *Præſentatus à maiori patronorum parte inſtitui debet.*

9 *Aſſerens probare tenetur aſſertum.*

10 *Ius præſentandi ex perſona Monialis in Monaſterium tranſit. & num.33.*
Atquè etiam poſſeſſio, num.37.

11 *Præſentatio à Moniali, cum conſenſu Abbatiſſæ, & Ordinarij, Monaſterij nomine facta ſubſtinetur, præſertim ſi illam Epiſcopus acceptauit.*
Monialibus potiſſimum non contradicentibus, num.13.

12 *Abbatiſſa ſola poteſt Procuratorem conſtituere.*
In his præſertim, quæ Monaſterio vtilia ſunt. nequè ſunt ex arduis.

14 *Donatio iuris præſentandi, cumulatiuè facta intelligitur, non priuatiuè.*

15 *Donatio abſenti facta, neque Notario pro eo acceptante, ante acceptationem non ſubſiſtetur.*
Donatario præſertim præmoriente, num.18.
Vnde, neque ad hæredes transfunditur, nu.19.
Nequè probatio ſubſtinetur poſt litẽ motam, num.17.
Facta tamen notario pro abſente ſtipulante, licet reuocari non poſſit: non tamen firma eſt ad effectum acquiſitionis, num.16.
Quamuis iurata, num.17.

21 *Poſſeſſio iuris præſentandi in hæredes minime transfunditur, niſi actu apprehendatur.*

22 *Præſentatio fructus eſt Iuris patronatus; & ad poſſeſſorem ſpectat.*
Vnde donec diſcutiatur de viribus donationis, præſentatio à donante facta ſubſtinetur num.23.
Quia vltimus ſtatus in his attenditur, nu.24.

25 *Præſentatio per vnũ ex patronis facta præſeruat ius, & poſſeſſionem aliorum compatronorum.*
Et plenius, num.30. cum ſeq.

26 *Maritus eſt Dominus fructuum dotis.*
Et viuente vxore præſentare poteſt ad beneficium iuris patronatus, num.27.

28 *Dos mortua vxore, dos eſſe deſinit.*
Et reſtituere eam maritus tenetur.

29 *Præſentatio facta per maiorem partẽ vnius ſtipitis præualet, & abſorbetur præſentatio per minorem partem facta.*

30 *Præſentatio vnius ex compatronis ex vno ſtipite præſeruat ius, & poſſeſſionem aliorum, & num.47.*
Quia videntur alij conſenſum præſtare, n.31.
Præſertim per vnum ex pluribus hæredibus, num.32.
Etiam ſi alij patroni non ſint in poſſeſſione præſentandi, num.34.

33 *Actus vnius ex ſocijs præſeruat ius, & poſſeſſionem alterius, & num.48.*
Quia vnus, qui præſentauit, videtur geſſiſſe iure familiaritatis, num.35.
Quamuis qui præſentauit Monachus fiat. num.37.
Potiſſimum ſi ſint filij vnius patris, & præſentant ex eodem iure, num.44. & 46.
Vnde poſſeſſio vnius prodeſt alteri, nu.49.

36 *Hæredes plures vnius in iure patronatus in ſtirpes, & non in capita ſuccedunt. Et apud eos indiuiduum ius eſt patronatus.*

38 *Factum infectum fieri haud poteſt.*

39 *Ius, quod eſt Monacho in Monaſterium tran-*

tranſit,non aliud; & ne dum dominium verum,& poſſeſſio,num.42.

40 *Facto alterius quem priuari iure ſuo,abſurdum eſt.*

43 *Viuianus lib.5.cap.4.num.45.de iure patronatus,expenditur.*

50 *Filij vnius ex compatronis,qui in poſſeſſione erat iuris præſentandi, cauſam habere dicuntur ab eo.*

Vt ſatis ſit probare deſcendentiam,n.51.

ARGVMENTVM.

Litteræ Apoſtolicæ iuſtificatæ exequutioné paratam habent. Et ex quibus iuſtificatæ dicantur? Clericatus quomodo probetur in hac parte? Inſtitui is debet,qui à maiori patronorũ ſuffragio præſentatus eſt. Præſentatio à Moniali Monaſterij nomine, conſenſu accedente Abbatiſſæ, & Ordinarij an ſubſtineatur? Donatio abſenti facta an firma ſit, ſi donatarius non acceptauit? Et an interim per donantem præſentatio facta firma ſit? Et num in hæredem transfundatur? Et num ius, & poſſeſſio per vnum ex compatronis ex eodé ſtipite,conſeruetur alijs,qui non pręſentauerunt? latè,nec ſane inutiliter diſcutitur.

RESPONSIO SEXTA.

STante iuſtificatione litterarum Apoſtolicarum per Clericum Aſcanium Caſtellum Auerſanen. à Sanctiſsimo Domino Noſtro Vrbano Papa Octauo obtentarum ſuper gratia derogationis pro medietate compatronorum Beneficij ſub inuocatione Conceptionis Beatæ Mariæ Virginis intus Cathedralem Auerſanen. omnino debebant litterę prædictæ exequi,atquè proinde inſtitui dictus Clericus Aſcanius, quia
1 litteræ Apoſtolicæ iuſtificatę,propter earum authoritatem,paratam habent executionem ad inſtar,*l.fin. C. de edicto Diui Adriani tollen.*
2 vbi non adfuerit legitimus contraditor, *ad text.in cap.ſi capitulo 5.vbi gloſſ. verbo exequatur de præben.in 6. Rota in Hiſpalen. Canonicatus 27. Iunij 1605. coram Sanctiſſimo Ludouiſio Gregorio XV. deciſ.221. num.2.* & dictum fuit *in Pacen Cappellaniæ 27.Martij 1623.coram Cardinali Canalerio deciſ. 639. num.1. & in Bononien. Parrochialis coram eod.deciſ.638.num.1. & in Placen. Parrocchialis 27. Iunij 1603. coram Pamphilio apud Marcheſan.par.1.deciſ.28.num.1 fol.449. & in Cremonen. Penſionis 5.Decembris 1614.coram D.Andreæ part.2. tom.2.in recent. deciſ. 625. nu.2.* quæ eſt in impreſsis per eum *deciſ.20. num. 2. & in alia Cremonen. penſionis 1611.coram eodem Caualer deciſ.148.num.1.& in Aquileien. Scholaſticæ. 1. Iulij 1615. coram eodem Caualerio,deciſ.363.num.4. in Neapolitana erectionis beneficij 12.Decembri 1616.coram D. Andreæ deciſ. 91. num. 2.in impreſſis apud eum.*

Quod autem iuſtificauerit Bullas Apoſtolicas Clericus Caſtellus plenè deducitur ex
3 actis. Nam de morte Clerici Octauij de Luca prædeceſſoris beneficiarij conſtat ex aſſertione etiam aduerſarij, qui ſe fundat in illa, aſſerendo Beneficium vacare per mortem eius,vt hoc vnum ſufficiat,iuxta tradita plu ries per *Rotam apud Caualer.in Leodien. Parocchialis deciſ.572.num.2.& deciſ.55.num.3.& in Piſtorien. Archidiaconatus 15.Ianuarij 1629.coram Pirouano deciſ.232.nu.2. part.5.diuerſor.*

4 De Clericatu conſtat,& per litteras ordinarij,& fide à regiſtro ordinatorum fol.135. & per Bullas aliorum beneficiorum obtentorum in quibus pro Clerico aſſeritur *cap.2. vbi Abb.in primo notab.de cleric. Peregrin. Rota in Callien. Canonicatus 17.Decembris 1608. coram eodem Caualer.deciſ 33 ſub num 2. & d. deciſ.5.num.1.coram eodem,& in Brachàren. Parocchialis 17.Maij 1589. coram Comitulo deciſ. 67. num.6. vbi etiam Centolin. addens poſt primum vol.Conſil.Farinac.& in d. Cremon. penſionis coram Andreæ deciſ.20.num.3.& in Aquilana Beneficij 2.Decembris 1602.coram Ludouiſ. Greg. XV.deciſ.78.nu 5.& 6* vbi etiam ex communi
5 reputatione probari aſſerit, *& deciſ.103.num. 7.*& ſufficit eſſe notorium,vt in *Hiſpalen.Beneficij coram eodem Ludouiſ. deciſ. 166. num.6. pluribus Pariſ.de reſignat.benefic.lib.10. quæſt.3.*
6 *num.30. & ſeq.* Atquè etiam ex nominatione in litteris Apoſtolicis ad hunc effectum tantum, *Franciſcus Marcus in Sanatu Delphi-*
7 *nali deciſ. 1351. num. 8. part. 1.* Obtentorum verò valor,præter teſtes examinatos,qui rectè deponunt de redditibus annuis, non excedentibus ſummam 24. ducatorum,probatur etiam per inſtrumenta locationum;quæ ſanè probatio ſufficit;cùm alias Rota in probando valore obtentorum contentetur qualicumquè probatione, vt in dicta *Callien. Canonicatus coram Caualer.d.deciſ.33.num.3.& in Clodien.Beneficij 11. Ianuarij 1601. coram Ludouiſ.deciſ.13.num.6.& in Regiuen Cappellaniæ 2.Decembris 1619.coram eodem Cardinali Caualer.deciſ.517.num.5.& deciſ.533.num.6.& in Placent.Canonicatus 3 Iunij 1613.coram Pirouano part.1 tom.2. in recentiorib.deciſ 496. nu.10. in fin.* quod valor iuſtificetur ex inſtrumento cenſus.

Quod

Quod autem fuerit à medietate compatronorum præſentatus Clericus Caſtellus, vt iure Bullæ Apoſtolicæ executioni demādari debuiſſent; ſatis, ſuperquè perpēſum eſt in informatione facti, nedum ſanè à medietate compatronorum illum præſentatum fuiſſe, verum etiam, & à maiori eorū parte,
8 vt omninò inſtitui debuiſſet, *text. in cap. quoniam 3. de iure patronat. Couarr. practic. quæſtion. cap. 36. num. 4. verſ. 3. opportunè in fin. Claudius Tutini quæſt. 11. de iure patron. num. 2. Rota par. 2. diuerſ decis. 6. num. 5. & deciſ. 117. num. 1. & in recentiorib. part. 2. tom. 1. deciſ. 146. num. 4. & deciſ. 202. num. 1. Maceraten. variar. reſolu. lib. 1. reſolut. 104. num. 1. Riceius in praxi part. 1. reſolut. 173. num. 1. Rota in Lunen. Sarzanen. beneficij 31. Maij 1627. coram Durano, deciſ. 110. nu. 1. & num. 11. & in Lunen. Sarzanen. Cappellaniæ 24. Ianuarij 1628. coram eodem Durano deciſ. 111. num. 1. apud Viuian. de iure patronat.*

Ad rem non itaquè faciunt, quæ ad infringendam probationem hanc de maiori parte vocum obijciunt Aduerſarij. Ac primò ſororem Marinam de Luca Monialem in Monaſterio Sancti Franciſci Ciuitatis Auerſæ vocem non habere ad præſentandum, & quod ſit Monialis, & quod renunciauerit.

Quod enim renunciauerit, id gratis om-
9 nino aſſeritur, vnde per eos probandum, qui dicunt *ad text. in l. 2. C. de probat. l. ei incumbit. 2. ff. eod.*

Quod autem Monialis ſit, (quod inficias nō imus.) id nihil ad rem Profectò quòd ius
10 præſentandi ex perſona ſua in Monaſteriū translatum fuit *ad text. in auth. ingreſſi, C. de Sacroſanct. Eccleſ cap. cùm ad Monaſterium 6. de ſtatu regular. Lambertin. lib. 2. p. 1. q. 2. art. 12. n. 2. & .de iure patron. Sanchez in opere morali, to. 2. lib. 7. cap. 14. nu. 1. 2. & ſeq. ac nu. 9. Rota apud Seraphin deciſ. 1328. num. 1.* mox infra referenda, *Riccius in praxi p. 1. reſolut.* 197. Præſenta-
11 tio vero, ſiue magis nominatio de Clerico Aſcanio Caſtello facta fuit per ſororem Marinam nomine Monaſterij, cum aſſenſu, interuentu, & authoritate Matris Abbatiſſæ, ac licentia Domini Generalis Vicarij Auerſanenſis, vt fol. 30. legitur. Qui ſanè modus præſentandi per Monachum, (nomine ſcilicet Monaſterij, cum authoritate ſuperioris) haud improbatus, quinimmo receptus per Rotam, & approbatus fuit in Abulen. Cappellaniæ 12. Nouembris 1599. coram *Cardi. Seraphin deciſ. 1328. num. 5. & ſeq. & in eadem cauſa coram eod.* 17. Maij 1600. *deciſ* 1361. *num. 4. & ſequitur Viuian. de iure patronat. lib. 5. cap. 3 num. 24.*

Quinimmo per Abbatiſſam cum dicta Sorore Marina, conſtitutus fuit procurator ad præſentandum coram Domino Generali Vicario dictum Clericum Aſcanium Caſtellum, & præſentatio per procuratorem facta, & ab eo acceptata, & admiſſa, vt in facto deducitur: quod notauit *gloſſ. in cap. ex*
„ *litteris 7. verbo præſentauit*: ibi: & Epiſcopus ipſum recipit, *de iure patronat.*

12 Sola autem Abbatiſſa, (vt quæ Monaſterij totius adminiſtrationem habet,) potuit vtiquè procuratorem in hac re conſtituere ad præſentandum: cum quòd id non eſſet ex arduis; tùm etiam, quòd vtile Monaſterio, ad tradita notabiliter per *Abb. in cap. edoceri 21. num. 8. quæſt. 4. de reſcript. & ante eum per Innocent. ibid. & ſecuta fuit Rota deciſ. 3. de confeſſis in nouis, num. 4. & apud Bellamer. deciſ. 695. & Cappella Tholoſ. deciſ. 79. Rendina in promptuario receptar ſentent. tit. 38. num. 21.* & notabiliter ſequuta fuit Rota in vna *Romana hæreditatis de Palotijs 8. Nouembris 1549. coram Puteo deciſ. 274. lib. 3. impreſſione Romana.*

13 Potiſſimum vero, quòd Moniales ipſæ in in hac re non contradicunt, vt notauit ſatis ad rem, & aduertit *Rota dicta deciſ. 3. de confeſſis in nouis ſub num. 4. ad tex. in cap. ea noſcitur 6.*
„ ibi: aliquando ante, aliquando poſt Mona-
„ chi contradicunt. *de his quæ fiunt à prælat. ſine conſenſu capit.* & ibid. *gloſſ. in verbo contradicunt.*

Nec ſecundo obſtant, quæ de donatione facta Clerico Octauio de Luca per Lucrecretiam, & Claricem de Luca ſorores dictæ Marinæ anno 1621. de dicto Iure patronatus, & præſentandi, fol. 96. validè ſatis, (vt putant,) obijciunt aduerſarij.

14 Cùm, quòd quatenus verum ſit prædictas mulieres donaſſe (quod ſanè præſentis ſpeculationis non eſt, ſed petitorium reſpicit) exaudiendum vtiquè erit cumulatiuè, non priuatiuè quoad eas; cùm nullius rectè ſentientis iudicio id ſubijci valeat, voluiſſe illas ſe ipſas omnino iure præſentandi ſpoliare, vt notat optime Dec. receptus *conſ. 542. num. 5. in fin. & num. 7. & conſ. 609. num. 4. cum ſeq. Frideric. de ſenis conſ. 147. verſ. quæritur an in tertio,* & ſequuta fuit *Rota p. 1. diuerſ. dec. 385. n.* 8. plenè *Gonzalez ad reg. 8. Cancellar. in prohem. §. 2. nu 32. 33. & 34. & ſeq. Gratian. quæſt. forenſ. part. 2. cap. 270. num. 14. 15. & 16. Rota in Cremonen. iuris patronatus 21. Maij 1577. coram Robuſterio,* quam refert *Viuian. de iure patronat. lib. 4. cap. 2. num. 14. verſ. vlt. ſi in dubio, fol. mihi 197 Gregegorius à Cabedo, deciſ. Luſitan. 13. ſub num. 2. part. 2.*

15 Tùm, quòd donatio facta fuit abſenti, nequè acceptata, nequè etiam Notario pro eo ſtipulante, *ad text. in l. abſenti 10. vbi Bart. & Imol. C. de donat. Cardin. Mantica de tacitis, & ambiguis lib. 13. tit. 7. num. 6. plene Rota apud Card. Caualer. deciſ. 354. num. 2. & ſeq.*

16 Quinimmo, & ſi planè donatio abſenti facta, eaquè à Notario pro abſente ſtipulata valida ſit, vt reuocari per donantes minimè poſſit; adhuc tamen acceptatio exquiritur ad effectum acquiſitionis Dominij, vel poſſeſſionis. dictum fuit in *Vrbeuentana hæreditatis 15. Iunij 1580. coram Seraphino deciſ. 683.*
37 *num. 4. par. 1. diuerſ. & in impreſſis 472.* Iuramē-

to.

Digitized by Google

to quamuis vallata Donatio ipſa ſit. *Didacus Couar. de teſtament. in in rub. part. 3. num. 13. Rota d. deciſ. 683. num. 3. 4. & ſeq. & in Rauennaten. donationis 29. Aprilis 1596. coram eodem Card. Seraphino deciſ. 1184. num. 10. 11. & 12.*

18 Tum etiã, quòd donatarius præmortuus fuit donantibus, ſaltim Lucretiæ, quæ Clarici ſucceſſit etiam in iure patronatus, non autem Clericus Octauius prætenſus donatarius, antequam acceptatio vlla prætenſæ donationis per eum fieret. Vnde cum nullum ius interim acquiſitum ei fuerit, illud vtique illibatum apud donantes remanſit: vt non poſsit nunc per prætenſos hæredes donatarij prędefuncti, declaratio vlla fieri, nequè etiam admitti ad acceptandum. Quia cum nullum dominium nullaquè poſſeſſio in donatarium transfuſa fuerit ex donatio-
19 ne non acceptata, nequè illa in hęredes eius trahijcere potuit, *vt poſt Cagnol. in l. hæredem num. 16. verſ. & in præſenti, C. de regul. iur. & Clarum, §. donatio, quæſt. 13. in tertio caſu, ſequuta fuit Rota apud Canaler. d. deciſ. 354. num. 3.* & apud *Card. Seraphin. deciſ. 472. num. 3.*

Nec attendenda ſunt, quę de acceptatione facta probare aduerſarij conati fuere; nã illa ſatis friuola ſunt, vt falſitatis ſuſpitione
20 non careant, vt in facto perpenſum fuit, atquè poſt litem motam *ad reg. tot. tit. vt lite pendent. extrà, & in 6.*

Tum prętcrea, quòd cùm poſſeſsio in hęredem non transfundatur, niſi apprehenda-
21 tur, & poſſeſsionẽ nullam defunctus Octauius, antequam fatis concederet, (vi donationis, cuius nec notitiam retinebat,) obtinuiſſet; vtiquè, nec potuit illã in prętenſum hęredem transfundere abſquè appręhenſione. *Achilles deciſ. 5. de cauſa poſſeſſ. & propriet. Rota apud Ludouiſ. Gregor. XV. deciſ. 417. num. 7. Maceraten dicta reſolut. 104. num. 5. Menoch. de retinenda poſſeſſion. remed. 3. num. 52. Gonzal. ad regul. 8. gloſſ. 34. nu. 108. & ſeq. Rota in d. Lunen. Sarzanen. Beneficij coram Durano deciſ. 110. nu. 20. & in Florentina ſubcantoratus 27. Ianuarij 1627. coram eodem deciſ. 43. num. 1. & 13. apud Viuian. Lutterius de re beneficiaria lib. 2. quæſt. 11. num. 114. & 115.*

22 Pręſentatio autem fructus eſt iuris patronatus, qui ad poſſeſſorem ſpectat, *gloſſ. in cap. cum olim 14. de maior. & obed. Caſſador. deciſ. 7. de cauſa poſſeſſion. & propriet. num. 15. & deciſ. 3. de iure patron. num. 4. in fine, Doctor. in cap. conſultationib. 19 de iure patron. Rota apud. Cardin. Manticam deciſ. 140. num. 5. Marius Muta deciſ. 72. num. 6. Abb. conſ. 54. num. 2. lib. 1. Alexandr. Raudenſ. variar. reſolut cap. 19. n. 27.*

23 Tum deniquè, quod (ſac eſſet donatio acquiſita donatario, quod planè petitorium reſpicit, non poſſeſſorium, cum diſcutiendum adhuc reſtet de prætenſę donationis validitate) interim tamen ſubſtinetur pręſentatio per donantes facta, vt inſtituendus omnino ſit pręſentatus per eas Clericus Aſcanius meus Principalis, vt perbellè ſatis in punctualibus terminis noſtris tentum fuit in Rota apud *Put. deciſ. 18. lib. 2. impreſſion. Romana, Cabed. d. deciſ. 13. ſub, num. 2. ad text. in cap. conſultationibus 19. vbi ſcribentes de iure pa-*
24 *tronat.* quia vltimus ſtatus in his attenditur, vt *Barboſa ibid. num. 7 in fin.* infert. *Rota part. 2. tom. 1. in recent. deciſ. 443. num. 3. & in Pientina iuris patronatus 23. Martij 1611. coram Domino Coccino Decano ead part. 2. tom. 1. in recent. deciſ. 337. num. 7. apud S. memor. Gregor. XV deciſ. 349 num. 1. gloſſ* quoquè *in d. cap. ex litteris 7. verbo ante quàm circa med. de iure patronat.*

Nec obſtabit; Claricem, & Lucretiam nõ apparere in poſſeſsione eſſe iuris præſentandi.
25 Quia (præter quàm quod obiectio hæc aduerſarios multo magis ſuo proprio mucrone confodit) ſufficit Marinam aliam ſororem præſentaſſe aliàs anno 1601. dictum Clericum Octauium de Luca nouiſsimè defunctum fol. 15. aterg. & inde ſecutam fuiſſe inſtitutionem, fol. 26. vt conſeruaſſe dicatur alias ſorores in poſſeſſione iuris præſentandi, *Caputaquen. deciſ. 367. & 369. part. 2. Achilles deciſ. 4. num. 4 de prabend. Creſcent. deciſ. 2. de iure patronat. Rota apud Gregor. XV. deciſ. 417 num. 9. & apud Card. Caualer. deciſ. 197. nu. 5. Garſias de benefic. part. 5. cap. 5. num. 115. & 116.*

Nequè obſtant tertio, quæ ſcitè ſatis obijciunt Aduerſarij, de Detio Cappabianca ſecundo viro Victoriæ de Luca, ac prætenſo eiuſdem ceſsionario, vt ad eum ſpectare ius præſentandi ex perſona dictæ Victoriæ, (non benè, nec rectè) putent.

Si rectè enim aduertatur. Licet Victoria, cùm ad ſecundas tranſuolauit nuptias cum dicto Detio, eidem in dotem promiſerit omnia bona ſua, ac præſertim omnia bona, & hæreditatem quond. Violantis Lucarellæ eius matris, fol. 111. à tergo. Vndè vti Maritus, & Dominus fructuum dotis, *ad text. in l. doce ancillam 9. C. de rei vendicat. l. quamuis, 78.*
27 *C. de iure dotium*, viuente eadem Victoria vxore, pręſentare valuit; quòd pręſentatio in fructu ſit, vt dictum eſt ſuperius.

Mortua tamen Victoria, ac diſſoluto ma-
28 trimonio, dos deſiit eſſe dos, & reſtituere eã Detius coactus fuit, *ad text. in l. 2. in princip. ff. ſoluto matrimonio, l. vnica, §. cum autem in exactione, C. de rei vxor. action. Affl. deciſ. 284. Rota apud Canale. deciſ. 292. num. 1. & deciſ. 337. nu. 4.*

Sicuti de facto agentibus Tutoribus triũ filiorum Fabritij Cappabianchę primi viri Victorię aduerſus Detium ad reſtitutionem dotium fol. 75. Per Regium Conſiliarium Marcellũ Marcianum proceſſum fuit ad diuiſionem bonorum, & hęreditatis Victorię, & tres partes ad filios Fabritij deuenere, duę verò ad filios ipſius Detij d. f. 76. & 77.

Quare facta diuiſione prędicta nil pluris vocis Detio remanſit ex perſona duorum ſuorum filiorum, quam pro duabus vocibus

tribus

tribus alijs penes filios Fabritij remanenti-
bus,qui meum Principalem præſentauere,
29 vnde abſorbentur duæ voces filiorum De-
tij,per tres voces filiorum Fabritij;vt totam
vocem ad Victoriam ſpectantem habeat, &
obtineat Clericus Aſcanius meus Principa-
lis,*Imol.in Clement.2.num 7.de iure patron.Caſ-
ſador. decіſ.2. num.1. de iure patron. Rota dicta
deciſ 117.part.2.diuerſ.num.1. apud Ludouiſ.de-
ciſ.452.n 4.& n.23.apud Caualer. dec.21.n.1.&
deciſ 436.n.1.& ſeq.& dec 519.n.2.3.& 4.& in
recent. part.2. tom.1. deciſ.443.num.4. & 5. in
fi.& in Florentina iuris patronatus de Iamfigliaz-
zys* 11.Maij 1629.*coram Durano deciſ.199. nu.
8.Gonzal.gloſſ.45.nu.61. Genoueuſ.in praxi cap.
62.alias 63.num.24. Maceraten. d. reſolut.104.
num.13.*

Ipſe igitur inſtituendus erat. Atquè ita ex
his,&c.Reſpondere viſum eſt.

His non contenti Aduerſarij, validiſsimis
oppugnationibus corā Eminentiſsimo Car-
dinale Boncompagno Archiepiſcopo inſta-
bant:Lucretiam Marinæ ſororem in poſſeſ-
ſione haud eſſe Iuriſpræſentandi,quare man
dauit idem Eminentiſsimus (vt eſt Iuſtitiæ
zelator) videretur de bono iure Aſcanij mei
Principalis, an præſeruata Lucretiæ quaſi-
poſſeſsio præſentandi fuerit per Marinæ ſo-
roris præſentationem; atquè in iure informa
remus Iudices Conſultores. Sequentibus
propterea rem hanc aperire conatus fui;
quamuis pro nobis optimè ſtaret Reue-
rendiſsimus Dominus Fœlix Tamborrellus
Vicarius Generalis, alijquè ex Dominis, &
ſi nonnulli addubitarent.

30 Eam in ſententiam pedibus à Doctoribus
itum eſt,illaquè à Sacra Romana Rota non
ſemel recepta: Quòd plures vbi ſunt com-
patroni ab vno deſcendentes, vnius ex illis
præſentatio,nedum ius conſeruet alijs negli
gentibus,& qui non præſentauerunt,verum
31 etiam poſſeſſionem. Videntur enim illi alij
conſenſum præſtare per eorum vnum factæ
præſentationi,eamquè ratam habere, *ad tex.
in cap.2.& ibid.Abb.n.9. de his,quæ fiunt à præ-
lat. ſine conſenſu capit. Rota apud Achillem de
Graſſis,deciſ.287.alias 4.num.14. de præben.Rota
ead.deciſ.423.alias 11.num.2.circa fin.de iure pa-
tronat.in nouiſ.apud Caputaquen.deciſ.567.nu.6
part.2.*Et in terminis hiſce noſtris de præſen
32 tatione facta per vnum ex pluribus hæredi
bus,*Federic.de Senis conſ.102. nobilis quidam
patronus,num.3.*& meliùs *conſ.147. quidam de
Ciuitate,num.1.verſ.item caſus talis eſt:* Vbi in
terminis ipſis noſtris caſum proponit,*& nu.
2.Calderin.conſ.15.duo bis præſentant.de iure pa-
tronat.*notabiliter *Abb. conſ.54. videtur primo,
num.3.verſ.nam vbicumquè lib.1.*Cuius verba,
quoniam aurea ſunt in hac re,hic ſubijcere
,, operæ pretium me facturum putaui: *Nam
,, vbicumquè* (inquit ipſe) *ius præſentandi perti-
,, net ad plures patronos ſimul, licet appareat ali-
,, quem ex eis tantùm præſentaſſe, & ad eorum
,, præſentationem ſuperiorem inſtituiſſe præſen-
,, tatum; ex quo non apparet expreſsè illos pa-
,, tronos præſentaſſe animo ſpoliandi alios ſua poſ-
,, ſeſſione, non fit præiudicium alijs compatronis in
,, ſequentibus actibus, nec circa proprietatem, nec
,, circa poſſeſſionem:quia negligens in vno,non facit
,, ſibi præiudicium in ſequēti.* Hæc Abbas. Et eum
ſequuta fuit Rota *part. prima, diuerſor. deciſ.
713.num.6.& ſeq.& deciſ.220.num.5. ead.part.
Idem Abb in cap. cùm Eccleſia 3.col.3. num.11.
de cauſa poſſeſſion & propriet. Rota in recent.par.
2.tom.2. deciſ.640. num.4.* Vbi rationem red-
33 dens (inquit) Quia actus vnius ſocij præſer-
,, uat ius, & poſſeſſionem alterius. *Rota apud
Sanct. Memoriæ Gregor.XV.deciſ 417.num.9.&
,, ibid.Beltramin.addens,num.15.*Ex pluribus pa-
,, tronis (inquiens) ſi vnus ſolus præſentat,prę
,, ſeruat poſſeſsionem aliorum.*Riminald.Iunior
conſ.314 num.40.Ferrett.conſ.132.num.2. & 3.
Ruinus conſ.50. num.10. vol.5.* Natta *conſ.445.
num.18. vol.2. Garſias de benefic. tom.1 part.5.
cap.5.num.115.& 116.Rota apud eund. Gregor.
34 XV.deciſ.452.num.7.8.& 9.*Quod ſanè locum
habet,quamuis alij patroni non ſint ipſi in
poſſeſsione iuris præſentandi: quia per præ-
ſentationem vnius conſeruatur ius etiam
alijs patronis,qui non præſentārunt;vt dictū
fuit in vna *Mediolanen.Cappellaniæ 27. Martij
1602.coram Corduba,apud Garſiam d.tom.1.par.
4.cap.3.num.14.in fin.ex Lambertin.lib.2.par.1.
quæſt.3.art.16.num.20.cum ſeq.vbi ex Bart. in l.
communis ſeruus 42. per illum text. ff. de acqui-
rend.poſſeſſio.*rationem reddit: Quia ille vnus,
35 qui præſentauit,videtur geſſiſſe iure familia
,, ritatis,& communi nomine.& proinde eius
,, poſſeſſio tranſit ad alios *& ibidem etiam Pau
lus de Caſtro. Rocchus de Curt. de iure patronat.
verbo competens,quæſt.17.num.42. & 43. Rota
apud Put.deciſ.290.num.2. & 3. lib.1. & in Ge-
runden ſantis 20. Decembris 1591. coram Car-
din.Seraphin.deciſ.970.num.2. & in Papien. Iu-
riſpatronatus 9.Maij 1594.coram Card.Mellino,
deciſ.1 ſub num.2.apud Viuian. in praxi iuriſpa-
tronat.*Potiſſimum verò vbi non eſt alius poſ
ſeſſor. *Rota apud Creſcent.deciſ.27.alias 2.de iu-
,, re patronat.*vbi rationem reddens. *Quod ſi hoc
,, concederetur* (loquitur) *ſequeretur vtiquè,quòd
,, reliquum ius patronatus eſſet in pendenti,quod eſt
,, abſurdum* His Creſcent. ita quoquè, Rota *a-
pud Caputaquen.d.deciſ.367.nu.preſertim.7.p.2.*
,, Quia (dicens) ex facto duorū præſētātiū fuit
,, pręſeruata quaſi poſſeſsio tertij nō præſentā
tis. Allegat *Abb.d.conſ.54.num.3.verſ.nam,vbi
cunque,*(cuius verba nos ſupra retulimus,) &
*apud eund.Caputaquen.deciſ.369.ead.part.2. Ma
rius Muta ſiculus,deciſ.72.num.26.* plures alios
referens, *Viuian.in praxi iuriſpatronat.lib.5.c.4.
num.44.& ſeq.Card. Tuſcus,tom.6.littera,P.con-
cluſ.149.num.2.& concluſ.158.*& meliùs *con-
cluſ.597.Maceraten.variar.reſolut.lib.1. reſolut.
55.num.8.Gratian forenſ part.3. cap.577. num.
16.Mariſcott.variar.reſolut.lib.1.cap.55. nu.33.
Riccius part.2.deciſ.99.* Dicens in Curia Ar-
chie-

chiepiſcopali indubitatam,hanc ſententiam
habitam fuiſſe, quod per præſentationem
vnius ex compatronis præſeruatur ius alio-
rum.

Nec obijciant Aduerſarij: Marinam, quæ
anno 1601. Clericum Octauium de Luca
præſentauit,per quem extinctum beneficiũ,
nunc vacat,in Monaſterio poſtmodum per
profeſſionem nomen Deo dediſſe: fuiſſe
propterea in Monaſterium ius ipſum præſen
tandi transfuſum. Quod nec nos diffitemur.
Verùm dicimus: ius Lucretiæ, & Clarici ſo-
roribus Marinæ,filiabus Ioannis,ex ipſomet
tẽpore,quo ipſa præſentauit,cõſeruatũ,præ-
ſeruatũq; fuiſſe,etiam quoad poſſeſſionẽ;cũ
36 omnes hæredes fuerint Ioannis Franciſci
patris; cui quoad ius patronatus in ſtirpes,
nõ in capita ſucceſſere. *Clem. plures 2. de iure
patronat.* Quam ob cauſam indiuiduum cum
ſit ius ipſum patronatus, totum quo ad ſin-
gulas earum fuit: Vnde tenet præſentatio
vnius ex eis, eſtò aliæ non præſentauerint,
*Rota apud Dominum Coccinnm Decanum deciſ.
212. num. 4.* & ſequuta fuit *in Florentina iuriſ-
patronatus de Iamfigliazzijs 11. Maij 1629. corã
Durano deciſ. 199. num. 10.*

37 Licet igitur ius ſpectans ad Marinam in
Monaſterium, eius ex perſona, tranſierit.
*Anthent. ingreſſi, C. de Sacroſanctis Eccleſiſ. cap.
cum ad Monaſterium 6. de ſtatu regular. Lamber-
tin. lib. 2. part. 1. quæſt. 2. art. 12. num. 2. & 3. San-
chez in opere moral tom. 2. lib. 7. cap. 14. num. 1.
2. & ſeq. ac num. 9. Rota apud Cardin. Seraphin.
deciſ. 1328. num. 1. & ſeq. & deciſ. 1361. Riccius
Episcopus Vici Equen. in praxi part. 1. reſolut.
197.* Haud tamen ex hoc,quicquam ex iure
alijs ſororibus quæſito, apud quas integrum
ius erat,(vt diximus)diminutum fuit.

38 Neque enim factum iam, infectum fieri
potuit per Marinæ tranſitum in Monaſte-
39 rium,in quod non aliud, quàm quod Ma-
rina ipſa habebat, transfuſum fuit. *ad tex. in l.
in bello. 12. §. factæ ff de captiuis, & poſtlimin. re-
uerſ. ibidemquè notata. Barboſ. aſſiomat 93 num.*
40 *34.* Ceteroquin abſurdum ſatis eſſet, me ex
alterius facto,iure meo priuari poſſe,contrà
regulam *can. ſatis peruerſum, 7. 56. diſt. cap. con-
quærente 7. de reſtitut. ſpoliat.*

41 Quin imò ex Marinæ perſona per profeſ-
ſionẽ in Monaſterio emiſſã,ne dũ quidẽ ius
patronatus, verum, & ius præſentandi tranſ-
latum fuit, eiuſquè poſſeſſio, vt *Sanchez* lo-
quitur *eod. lib. 7. cap. 14. num. 9.* In humanis po-
tiſsimum adhuc agente Marina, quæ nomi-
ne Monaſterij cum licentia Vicarij, & Ab-
batiſſæ præſentia(vt clarius ſuperius, *num. 11.*
deduximus) præſentauit,ex *Seraphino d. deciſ.
1328. & 1361. & Viuiano d. lib. 5. cap. 3. num. 24.
Ricc. d. reſolut. 197 num. 2. & 3.*

42 In Monaſterium quippe ex monachi per-
ſona bonorum omnium, quæ eius ſunt, ne
dominium quidem, verùm, & poſſeſſio per
ingreſſum pertranſit,citrà etiam appræhen-
ſionem, *Gloſſ. 1. circa fi. verſ. ſed nunquid? can. ſi
qua mulier. 9. 19. q 3. Tiraq. tract. le mort ſaiſit. in
præfat. declarat. 6. num 9. Afflict. deciſ. 299. num.
16. Nicolaus Noalis de transmiſſionib. caſu 38.
num 28.*

43 Nequè contra nos ſunt,quæ concinnè ſa-
tis Aduerſarij comminiſcuntur ex limitatio
nibus,quæ ex *Viuiano d. lib. 5. c. 4. n. 45. & ſeq.*
afferunt, vt firmatam ſuperius regulam de-
turbent.

Ad rem nempè noſtram minime illæ ap-
plicantur.

Deindeſ, ſecunda limitatio perbellè ma-
44 gis pro nobis eſt; quando (videlicet) om-
nes compatroni ex eodem iure minimè ve-
nirent.

45 Noſtræ verò hæ tres ſorores ex eodẽ om-
nes iure veniunt,filiæ omnes Ioannis Fran-
ciſci,filij Ioannis Caroli,ad quem ius pertrã-
ſijt ex perſona Genitoris ſui Vincentij, filij
Pauli fundatoris, (quod inficias haud eunt
Aduerſari.) pro vna itaquè perſona omnes
computantur, eodem ex fonte deſcenden-
tes *Ruin. d. conſ. 50. num 4. vol. 5.*

Non adaptatur proinde limitatio, quam
perbellam pro ſe ipſi putabant. Quin è re
noſtra magis,magiſquè eſt,concinit hoc *Fe-
deric de Senis d. conſ. 102. in princ. & nu. 3. & d.
conſ. 147.* Quo apertiſsime loquitur de filijs v-
nius ex patronis,qui aliqua vice non præſen-
tauerant,an videretur illis quoque per alios
compatronos præſeruatum ius,& poſſeſſio?
„ Affirmat ipſe. *Sed contrarium credo veriùs,* (in-
„ quiens) *nam licet aliquis, qui habet ſimul cum
„ alijs eligere, ſemel non elegerit, non ſequitur quod
„ propter hoc amiſerit ius, nec poſſeſſionem iuris eli-
„ gendi. Quia talis poſſeſſio, ſiue ſeruitus non acqui-
„ ritur, niſi interpellatione, vel contradictione adhi-
„ bita; quia alias non potuit apparere, quod celebran
„ tes ſecundam electionem habuerint animum ex-
„ cludendi alios compatronos, vel quod ſoli deberent
„ eligere.* His Federicus. Diſtinctiuſquè articu-
lum determinat *Lambertin. d. art. 13. quæſt. 3.
principali, p. 1. lib2. n. 7. 8. 9. & 10. atq; 11. ex Ab-
bat d. conſ. 54 ſub n. 3.* Loquens in filijs vnius
patris,quod vnus eorum præſentans conſer-
uet ius,& poſſeſſionem pro alijs non præſen-
46 tantibus: *Ex præſentatione* (inquiens) *vnius ex
„ patronis ex parte patris conſeruari poſſeſſionem
„ omnium patronorum inde prouenientium: vnde
„ vnus cõſeruat poſſeſſionem omnium.* Ita ille. Nil
ita dilucidius ad rem noſtram, (vt cæcis ipſis
pateat) deſiderari poteſt. & ſequuta fuit Ro-
ta *in d. deciſ. 229. n. 5. & 6. p. 1. diuerſ.* apud Al-
dobrandinum Clementem VIII. dicentem:
47 *Quod præſentatio vnius patroni præſeruat ius
„ alterius; quia id procedit quando veniunt ex codẽ
iure,* & in fin. *n 6.* exemplificat in ijs, qui ve-
niunt ex eodem teſtamento: dicens: *Quia in
„ hoc caſu intrabit, quòd præſentatio vnius patroni
„ præſeruet ius alterius: vt fuit pluries dictum, &
„ ſignanter in illa Romana Cappellaniæ.* His Rota
& ſequitur *Viuanus* ab Aduerſarijs non rectè

Digitized by Google

expenſus *d.c.4.lib.5.n.46.Rota apud Put. d.dec. 290.nu.2.& 3. lib.*1. Apertiſsimequè hiſce in noſtris terminis ſequuta;fuit Magna Curia Regia Regni Siciliæ apud *Marium Muta d.de ciſ.72.n.*26. ſubdědo quoquè noſtram ad rē, Aduerſarijs vero os obſtruendo: *Quin immo* „ *ex dicta præſentatione* (dicendo) *per alios facta* „ *conſeruatur poſſeſſio alterius non præſentantis:*
48 *Quia quando quis exerceret iuriſdictionem , vel* „ *actum ad ſe ſpectantem,non excludit,cōpatronum.* Allegatquè ſeipſum *ad conſuetud. Panormit.c.* 44.*n.*79.quo ſanè loco de pluribus verba fa„ cit;Ex quo negligens non poteſt prohibere „ exercentem actum ſibi communem,*Ferrett. d.conſ.*132.*n.*3.*in fin.verſ.non obſtat contrarium.* Et *Card.Tuſcus d.lib.6.lit.P.concluſ.*597.pro re gula ſtatuit: *quòd ſi vnus ex patronis præſentet* „ *ad beneficium iuris patronatus , talis præſentatio* „ *etiam teleuat,& conſeruat ius in poſſeſſorio,& in* „ *petitorio alijs compatronis ; ita vt præſentas non* „ *poſſit inuari contra alios compatronos,vt non ſint*
49 *in poſſeſsione præſentandi.* His Tuſcus.Quia nimirum hæ tres ſorores , cum ſint conſortes huius iuris,& ab vno deſcendentes,poſſeſsio vnius prodeſt alteri : vt Rota loquitur , *apud Card.Seraphin.d.deciſ.970.n.2.Lambert.d.art.16 q.3.n.16.& 17.Rota in recent p.2 tom.2.d.deciſ.* 640 *num.*4. faciuntquè, nec ab rè,notata per *Paulum de Caſtro d l communis ſeruus*,quem ſe quitur Rota apud *Put. dict. deciſ.290. num.2. & 3. Alberic. d. l. communis ſeruus* , Quatenus docet per ſocium nos poſsidere *ad text. in l.1.& 2.ff.pro ſocio.Rota dict.deciſ 813.num.6. par. 1.diuerſ.*

Infulſa igitur,nec ſanè firma ſpeculatio ap paret Aduerſariorum contendentium Lucretiam in poſſeſſione haud eſſe præſentandi ex propria perſona.

Id quippe eſt, quod vſquè adhuc probare conati fuimus,prçſeruatam ſibi fuiſſe poſſeſſionem prçſentandi , per prçſentationem à Marina ſorore factam anno 1601. ac ſi ipſamet prçſentaſſet Lucretia. Alioquin omnes ſuperius allatç Doctorum ſpeculationes,ver ba,doctrinç , atquè Sacrç Rotç deciſiones nullç omnino erunt,incaſſumquè abibunt; ipſiquè ex proprio loquentur Marte,ac ſine authoritate;cum nos tot authoritate Doctorum noſtram firmam , ſtabilemquè ſententiam fecerimus. Et præterea ſi inde reijcienda per Lucretiam de Clerico Aſcanio facta præſentatio erit, quod in poſſeſſione minime ſit præſentandi: Quò pacto (Aedepol) ipſi,qui ex Lucretia,& Clarice per præ ſentiam donationem ius obtinere contendunt,in poſſeſsione erunt iuris præſentandi? Iudices proinde ipſi ſunto.

Nequè demum in quæſtionem reuocent Aduerſarij,Victoriam de Luca Matrem eorum , qui Clericum Aſcanium ex altera parte præſentauerunt in poſſeſſione eſſe iuris præſentandi.

Porrò ipſa anno 1601. Clericum Octauium de Luca, cuius nunc ſupremo funere beneficium vacat, intermedia perſona Vincentij de Luca patrui,ac Tutoris, præſentauit,quod patet in proceſſu,fol.24.& 25.

50 Sat itaquè, ſuperquè fuit dictæ Victoriæ natis,ſe ab illa cauſam habere oſtendere, quæ in poſſeſſione deceſſit Iuris præſentandi: ad *text. in cap. querelam* 24 §.*nos igitur de elect. & cap. cùm Eccleſia Sutrina* 3. *de cauſa poſſeſſionis,& proprietat.* & ſequuta fuit Rota *in Papien Archipresbyteratus* 9. *Aprilis* 1601. *coram Cardin. Pamphilio , & in Pientina iuriſpatronatus* 23. *Martij* 1611.*coram Coccino,part. ſecunda , tom.primo in recentioribus , deciſion.* 337. *num.* 3. *Beltraminus ad Sanctæ memoriæ Gregor.XV. deciſion.*417.*num.*14. *Melchior Loctertus de rebus beneficiar. lib.*2. *quæſt.*11.*num.* 118. *&* 119. *Viuian. dict. lib.*5. *cap.*4. *num* 64. *&* 68.*Rota apud eund.Gregor.XV. deciſion.*452. *num.* 17. *& in Vlixibonen. Prioratus Sancti Petri* 14. *Martij* 1611.*coram Eminentiſſimus Cardinal. Satrato,deciſ.*95. *num.*2. *vol.*2. *poſthuma-*
51 *rum per Farinac.* Atquè deſcentiam à prædicta Victoria oſtendiſſe; vt dictum fuit in *Lauden Cappellania* 1616. *coram Cardin. Caualerio deciſ.*395. *num.primo , & in Auerſana Iuriſpatronatus* 23. *Iunij* 1603.*coram litta : & in eadem* 15.*Martij* 1610. *coram Pironano deciſ.* 265.*num.*2.*tom.*1. *Poſthumar. Luttherius d. q.* 11.*num.*114.*&* 119.

Atquè ex his iudicio, limæquè peritiorum ſubiectis reſpondendum cenſui.

CAROLVS MARANTA V. I. D.
Aduocatus.

Diſceptatum eſt pluries in hac facti controuerſia coram Eminentiſſimo Cardinale Archiepiſcopo. Vt tandem partes ad concordiam venerint.Clericus verò Aſcanius penſione annua contentus fuit annuorum viginti ſcutorum expeditis Bullis per Sanctam Sedem Apoſtolicam. Si èrè tua erunt, (Amice Lector) quæ parauimus, vtere illis, fruereque: Deoquè gratias age : inde enim deſudauimus , paratam , vt tibi viam ſternetemus.

S V M M A R I V M.

1 *Paciſci ſuper beneficialibus illicitum, atquè prohibitum. redditur proinde contractus nullus,num.*2.

Licetquè ab eo per pœnitentiam reſilire.

3 *Clauſula (reſeruato aſſenſu Apoſtolico,atquè patronorum , & non aliter) contractum con-*

Digitized by Google

conditionalem reddit, atquè in ſuſpenſo retinet.

4 Conditio actum, cui adÿcitur, in ſuſpenſo detinet.

Obligationemquè, eiuſquè natiuitatem diſtrabit in tempus vſque purificatæ conditionis, num. 5.

Nullumquè ius interim competit, num. 6.

7 Genuenſis ſententia in praxi, cap. 106. nu. 4. reÿcitur, quin declaratur.

8 Alienatio bonorum Eccleſiæ, abſquè ſolemnitatibus extrauagant. Pauli 2. omnino prohibita.

9 Actus conditione reſtrictus, ſubuertitur, ſi vel in minimo non exeat conditio.

10 Conceſſio ſub conditione facta, ea minime exeunte, pro non facta habetur.

11 Contractus ſine conſenſu non perficiuntur.

12 Conſenſus conditionalis, pro conſenſu non habetur, vnde nouus requiritur.

13 Matrimonio contracto in gradu prohibito, (quãuis reſeruato aſſenſu Apoſtolico) obtẽta poſtmodum diſpenſatione, nouus exquiritur contrahentium conſenſus.

Quia Papa ratum haud habuit, quod inter partes geſtum fuit, num. 14.

15 Forma inducta videtur per conſtitutionem Pauli 2. de rebus Eccleſiæ non alienandis.

16 Forma in mandato data ſi non ſeruetur, corruit omne, quod agitur.

17 Occupantes bona beneficiorum Eccleſiaſticorum in cenſuras dant in decreto Sacri Tridentini Concilÿ ſeſſ. 22. cap. 11. de reformat. & Bullæ in Cæna Domini.

18 Alienationi bonorum Eccleſiæ effectum tradentes ante impetratum aſſenſum Apoſtolicum in pœnas dant extrauagantis Pauli Secundi.

19 Spoliator audiri haud debet, ni ſpolium purgauerit primitus, vna cum fructibus.

Quamuis iudiciale fuerit, num. 20.

21 Aſſenſus conditionalis nihil operatur, conditione minime impleta.

22 Conditio nihil interim in eſſe ponit.

23 Clauſula (accedente patronorum conſenſu) conditionalem gratiam reddit.

24 Conſenſus expreſſus, vbi requiritus, tacitus haud ſufficit.

25 Verba (de expreſſo conſenſu, &c.) cauſatiuè, an conditionaliter exaudiri debeant? perpenditur.

26 Dictio (&) ſicuti copulatiuè exauditur, quoad vtrumque connexum, ita quoad vtrunque conditionem facit.

27 Proteſtatione mens aperitur, atquè proteſtantis voluntas.

28 Solemnitates in alienatione bonorum Eccleſiæ præcedere bebent non ſubſequi.

Quia pro forma requiruntur.

Alioquin actus nullus efficitur.

Et alienantes in pœnas dant, & cenſuras dicta extrauaganti iuſtas.

Nequè huic formæ derogaſſe Summum Pontificem veriſimile eſt, niſi ipſe dicat, nu. 29.

30 Dicere non debemus, quod legislator, nec dixit.

31 Aſſenſus dirigitur ab actu ſuper quo imponitur.

Et exauditur, vt ius diſponit, num. 32.

33 Aſſenſus ſubreptitius dicitur, ſi non exprimatur, ſe per prius ingreſſum fuiſſe in tenutã bonorum alienatorum Eccleſiæ.

34 Aſſentiri aſſenſui Apoſtolico impetrato cogi poteſt, qui, vt impetraretur conſenſum præſtitit.

Declara num. 35. & num. 37. & num. 41.

36 Epreſſè quod exquiritur, per æquipollens impleri haud poteſt.

37 Deciſio Rotæ apud Coccinum, deciſ. 338. p. 2 in recent. declaratur.

38 Conſenſus conditionalis, reſoluta conditione, euaneſcit.

39 Cauſa reſoluta, reſoluitur, & cauſatum.

40 Principali excuſſo, acceſſorium in caſſum ruit.

41 Aſſenſus ſub reptitiè impetratus, operatur nihil, atquè ita habetur, ac ſi datus non fuiſſet, num. 42.

43 Nullum, & inutile eodem ponderantur pondere.

44 Non factum, & inutile factum, idem.

45 Reſcriptum imperfectum, haud extimatur reſcriptum.

ARGVMENTVM.

Cõſenſu cõditionaliter præſtito (ſaluo, & reſeruato aſſenſu Apoſtolico, & nõ aliter) an interim liceat per pęnitẽtiam actum tali conſenſu veſtitum reuocare?

RESPONSIO SEPTIMA.

Licuit omninò R. D. Thomæ Anello Piciocchо Sacerdoti, Rectori Eccleſiæ ſimplicis Beneficij, ſub inuocatione Sanctæ Mariæ de Pharo in Caſali Sancti Strati Montis Pauſilippi, de iure patronatus laycorum, illorum de familia Scattola, pendente adhuc conditione in contractu appoſita conceſſionis factæ de Eccleſia prædicta Patribus Congregationis Piorum Operariorum, ſe per pœnitentiam à contractu eximere, atquè à promiſis reſilire, ſicuti fecit ſub die 12. Ianuarij 1630. in Archiepiſcopali Curia Neapolitana comparendo, atquè inſtando nullum, inualidumq; contractum præfatum declarari.

Cum enim fuerit ille conditionaliter celebratus (*accedente ſcilicet aſſenſu Apoſtolico; atquè conſenſu illorum de Scattula patronorum, & non aliter*) quibus ipſe præiudicium inferre, nec poterat, nec intendebat; prædictiquè de Scattula expreſsè diſſenſerint: fuit vtiquè ille interim nullus, & inanis, licuitquè ei ab illo reſilire: etiam, quod per Patres Pios Operarios fuſſet fortaſsis obſeruantia inchoata pa-
1 ctorum: Quia profecto cùm ſit iure vetitum in his beneficialibus paciſci abſquè Pontificis Summi authoritate. *ad text. in cap de cætero. 5. vbi Gloſ. & doctor. de tranſact. cap. niſi eſſent viri prouidi 21. de præbend. Abb. & Card. in cap.*
2 *ſuper eo. 5. de conditionib. appoſit.* Contractus vtiq; omnis inter partes initus nullus õninò fuit: licuitquè per pœnitentiam ab illo reſilire. *Rota in Ceſaraguſtana concordiæ 1542. corã Puteo deciſ 343. num 1. & 2. lib. 1. & dictum fuit in Comen locationis 20. Martij 1600. coram Card. Pamphilio apud Marcheſan. part. 1. deciſ. 12. nu. 4. fol. 107. & in Syracuſana præheminentiarum 5. Decembris 1588. coram Card. Platto*, eamquè refert etiam Rota *in Ferrarien. bonorum 16. Iunij 1614. coram Dunozetto deciſ. 624. num. 12. in fin. part. 1. tom. 2. in recent.*
3 Conditio nempè illa per Piciocchum
„ contractui iuſta (*Reſeruato aſſenſu Apoſtolico,*
„ *atquè dictorum de Scattula patronorum, & non alitèr*) contractum ipſum, atquè conceſſionẽ ita in ſuſpenſo ſtatuit, vt nihil interim factũ
4 fuiſſe dici potuerit. Eſt porrò Conditionis natura, actum, cui adijcitur, in ſuſpenſo reſeruare, *cap. 1. in fin. de ſponſalib. in 6. cap. verum 4. de condit. appoſit. extrà l. cedere diem 213. §. vbi ſub conditione ff de verborum ſignificat. l. non omnis 19. ff. ſi certum petatur Barboſa aſſiomat. 48. num. 2.*
5 Adeò quidem, vt obligationem omnem, eiuſquè natiuitatem in tempus vſquè differat purificatæ conditionis. *Griuellius deciſ Senatus Dolan. 133. num 9. Burrellus conſ. 47. num. 44. & 45. Mandoſ. ad regul Cancellar. 32. de impetrat. Beneficiorum vacant. per obitum familiar. quæſt. 18. num. 2. 3. & ſeq.*
6 Nullumquè interim ius competat ex cõditionali conceſſione. *Aymon conſ. 10. nu. 15. Gratian. forenſ. diſceptat. part. 5. cap. 949. num. 5. & 10.* in hiſce noſtris loquens terminis, de alienatione facta rei (*ſaluo aſſenſu Domini, & non aliter.*) plenè *Tiraquell. de retractu Ligniagier. §. 1. gloſ. 2. num. 22. Hercules Mariſcott. variar. reſolut. lib. 1. cap. 78. nu. 2. & ſeq. Corbolus de iure emph. tit. de cauſa priuat. ob alienat. irrequiſito domino factam, limit. 36. per tot. Caputaquen deciſ. 205. num. 3. part. 1. Rota in d. Ferrarien. bonorum coram Dunozetto, d. deciſ. 624 num. 12 in recent.* Gratian. *part. 3. cap. 514.*
7 *num. 7. 8. & ſeq.* Reiecta *Genuenſis* ſententia *in praxi cap. 106. num. 4.* Nimirum quod per eum relati Doctores in alienatione loquuntur rei feudalis.

Non par autem ratio viget, in re Eccleſiæ,
8 & beneficiali, cuius alienatio omnimodo vetita reperitur abſquè Sedis Apoſtolicæ conſenſu, atquè ſolemnitatibus perquiſitis in *extrauaganti Conſtitutione* Pauli 2. *ambitioſa de rebus Eccleſ. non alienand.* quod perpendit quoquè *Riccius part. 1. in praxi reſolut. 24. num. 8.*
9 Ad ſubuertendum proinde actum ſub cõditione initum, ſatis ſuperque erit, ſi vel in minimò adiecta non exierit conditio, *l. qui duobus 23. & l. cui fundus, 55. ff. de condit. & demonſtrat. Bart. in l. Stichum num. 3. & Iaſon, nu. 13. & 15. delegat. 1.* dictum fuit in *Paduana iuris patronatus de Delphynis vlt. Maij 1591. corã Decano, & in Melphien ſeu Rapollen. iuriſpatronatus 19. Ianuarij 1594. coram Cardin. Mantica deciſ. 257. num. 4.*
10 Hinc planè fit, vt vno, eodemquè loco cõceſſio habeatur præfata per Piciocchum facta ita conditionater de re, quæ citra Summi Pontificis, ac patronorum conſenſum, fieri alias minime poterat; ac ſi facta non vtiquè fuiſſet: vt poſt *Clarum, § emphyteuſis quæſt. 13. verſ. item quæro num. 5.* ſequitur *Mariſcottus d. cap. 78 num 3.* & dictum fuit in *Tiburtina Caſtri Viuarij 4. Decembris 1587. coram Card. Seraphino, deciſ. 805. num. 8. & in eadem 4. Nouembris 1588. coram eodem deciſ. 838. num. 3. & 4. Ioan. Azor. Inſtitut. moralium par. 2. lib. 8. cap. 7. quæſt. 9.*
11 Quia nimirum conſenſus, (ſine quo contractus nullus ſubſiſtit, ad *tex. in l. prima in fin. princip. ibi* placitum, & conſenſus, *ff. de pact. l. conſenſus 2. ff. de actionib. & obligat.*) interim re-
12 tentus videtur, vt datus minime cenſeatur; quia ab alieno pendere conſenſu æſtimatur; (Pontificis Sũmi videlicet, & patronorũ) vt nouus exquiratur Piciocchi conſenſus, poſt quam illi ſuum præſtitere; quemadmodum ex Bulla ipſa à Summo Pontifice per Patres impetrata manifeſtiſsimè dignoſcitur
„ ibi (*de expreſſo Thomæ Anelli, & aliorum in hoc*
„ *intereſſe habentium conſenſu.*) Et ratio eſſe videtur, quia profectò primus conſenſus ſuper re omninò prohibita præſtitus fuit, vt nouus
13 requiratur. Quemadmodum in matrimo-

nio

nio inter eos contracto, inter quos illud eſ-
ſe minime poteſt, iure id non permittente,
propter affinitatem, conſanguinitatem, vel
ob aliam cauſam; quamuis reſeruato Apo-
ſtolico aſſenſu illud contractum fuerit: per-
quiritur tamen nouus, expreſſuſquè conſen
ſus, poſt impetratum à Sede Apoſtolica, be-
neplacitum: fuit nempe primus conſenſus
nullus, & inualidus, *Zabarella, & Panormit. in
d. cap. ſuper eo, nu. 8. de condit. appoſit. Rota apud
Put. d. deciſ. 343. num. 1. & 2.* & in dicta *Tiburti-
na Caſtri Viuarij coram Seraphino deciſ. 838. nu.
12. & Bononien. tranſactionis 5. Decembris 1607.
coram Coccino Decano deciſ. 374. num. 6. & 7.*
14 Quia Papa diſpenſando ratum haud ha-
buit, quod inter partes geſtum fuit contra-
hentes, ſed facultatem contrahendi tantum
modo dedit, vt dictum fuit in *Abulen matri-
monij 28. May 1595. coram Cardin. Blanchetto
deciſ. 107. num. 4 poſt prim. vol. Conſil. Farinac.*
Et in his noſtris terminis dixit *Rebuffus in
ſummario de rebus Eccleſiæ non alienandis, num.
95. & Capicius in ſua inueſtitura feudali, fol. mi-
hi 83. verbo defenſio. in princ. & Mandoſ. d. regu-
la 32. quæſt. 31. num. 10.*
Inani, itaquè labore per Patres pios ope-
rarios ſudatum eſt interim in probando con-
ſenſum, & Franciſci Scattolæ patroni, & Pi-
ciocchi adhibitum fuiſſe, etiam per actum
prætenſæ poſſeſſionis, (quin magis euiden-
tis occupationis dixerim.) Cum nihil actum
fuiſſe dici potuerit, ante impetratum aſſen-
15 ſum Apoſtolicum, obſtente actui Pauli
Secundi Conſtitutione in *d. extrauaganti am-
bitioſæ*, cum clauſulis derogatorijs, & annul-
latiuis, per quas forma inducta dicitur; vt in
caſſum abeat omne id, quod pręter formam
in præfata conſtitutione traditam; geſtum,
actumquè fuit. Vt in *Brixien locationis 10. De-
cembris 1594. coram Reuerendiſſimo Pegna De-
cano part. 1. tom. 1. in recent. deciſ. 30. num. 3.* di-
ctũ fuit, quæ eſt etiam in impreſſis apud *Mar
cheſanum par. 1. deciſ. 13. fol. mihi 108.*
At in ipſomet Apoſtolico diplomate per
Patres obtento apertiſſimis verbis per Sum-
„ mum Pontificem cauetur, vt *de expreſſo
„ Thomæ Anelli & aliorum in his intereſſe haben-
„ tium conſenſu, & ſine alicuius prædicio*, conceſ-
„ ſio fiat per Dominum exequutorem Apo-
ſtolicum, verificatis expoſitis.
16 Haud itaquè aliter nunc fieri poterit, quã
quòd impoſitum in reſcripto fuit: ni cadat
omne id, quod geri tentatur præterquàm
quod iniunctum, atquè in mandatis datum
apparet. *Ad text. in cap. cum dilecta 22. §. cum
enim de reſcript.* & dictum fuit in *Pientina Be-
neficij 18. Aprilis 1578. coram Cardin Seraphino
deciſ. 357. num. 6. & apud Tiberium Saluſtium
in praxi A. C. lib. 3. c. 9. fol. 339. in fin Ioann. Azo.
inſtitut. moral. par. 2. lib. 8. cap. 6. quæſt. 9.* & di-
ctum quoquè fuit in *d. Ferarien bonorum dec.
624. num. 1. in recent. part. 1.*
Potiſſimum verò quòd apertiſſime Ponti-
fex in fine diplomatis proteſtatur dicens:
„ {*Per præſentes autem non intendimus conceſſio-
„ nem per dictum Thomam Anellum, (vt præfer-
„ tur) factam, in aliquo approbare.*)
Inane proinde dici debebit quicquid at-
tentatum per Patres fuit, (ante impetratum
aſſenſum Apoſtolicum,) vi inſtrumenti
conceſſionis præfatæ, quæ conceſſio con-
ditionalis omnino fuit, vt probare initio ten
tauimus.
De duobus, itaquè alterum ſuccedet.
Vel Patres prædictos ante aſſenſum im-
petratum Summi Pontificis, effectum
tradidiſſe pacto illicito alienationis bono-
rum Eccleſiæ per præoccupatam poſſeſ
ſionem illius: Vel ſaltim occupatores eos
dici bonorum, & reddituum, atquè fructuũ
Beneficij huius Sanctæ Mariæ, vti ad ſe ipſos
17 ſpectantium. Si hoc annuerint, in promptu
eſt contra eos, dediſſe in pœnas, & cenſuras
in Sacroſancta Tridentina Synodo decretas
ſeſſ. 22. cap. 11. de reformat. atquè in proceſſu
fulminato in *Bulla in Cœna Domini, §. 17.*
18 Quod ſi ad primum recurrerint, in cenſu-
ras, & pœnas ſe dediſſe nouerint in extraua-
ganti præfatę Pauli 2. *ambitioſæ* deſcriptas, vt
apertiſſime teſtatur *Reuerendiſsimus Epiſco-
pus* Genuenſ. *in praxi cap. 52. in fin. impreſſione
Romana anni 1609.* vbi ita Sanctiſsimum Cle-
mentem VIII anno 1599. reſpondiſſe; & ita
Vicario Generalj Neapolitano reſcriptum
fuiſſe atteſtatur: ſequiturquè alter Epiſcopus
Vici Equen. *Riccius d. reſolut. 24. part. 1. praxis,*
& melius *reſolut. 53. nu. 3 & par. 3 reſolut. 512.
513.* & dixerat per prius *Nauar. conſ. 1. lib. 3. de
rebus Eccleſ. non alienand.* & eum ſequitur *Say
rus eodem tit. deciſ. 9 lib. 3. Donatus Anton. de
Marinis, quotidianarum reſolut. cap 6. num. 16.
17. & 18.*
19 Quin etiam obſtabit Patribus; auditi in
iudicio eos haud poſſe, vt ſpoliatores, ſpo-
lijquè vitio tinctos, ni rem, ſpoliumquè in
priſtinũ redduxerint, vna etiã cũ fructibus,
„ *text. in cap decedens 4. in fin.* ibi: Poſtquam ipſe
„ vir plenariã reſtitutionem habuerit. *& ibid.
Abb. num. 5. verſ vnde dicunt, vt lite non conteſt.
cap. conquærente 7. de reſtitut. ſpoliat. Ripa in l. na
turaliter, §. nihil commune, num. 3. ff. de acquiren.
poſſeſſ. Gabriel lib. 5. tit. de reſtit. ſpoliat. conclu. 1.
Rota apud Verrallum deciſ. 171. & 184. part. 3.
& in Mantuana bonorum 16. Decembris 1611.
coram Vbaldo part. 1. tom. primo in recent. deciſ.
365. num. 10* quæ eſt etiam in impreſsis apud
*Marcheſan. part. 3. deciſ. 5. fol. 80. & in Bononien.
pecuniaria 1614. coram Cardin. Caualerio deciſ.
308. num. 1. & in* Romana *domus de Cardellis
1619. coram eodem deciſ. 507. num. 4. & in* Ro-
*mana Syluæ 15. Maij 1628. coram Veroſpio deciſ.
172. num. 6. part. 3. diuerſ.*
20 Ante omnia quippe purgandum eſt ſpo-
lium: quamuis iudiciale. Rota *in Romana do-
mus de Ximenez 4. Maij 1620. coram eod. Caual.
deciſ. 539 nu. 2. & in dicta* Romana *Syluæ 1628.*

coram

coram Veroſpic deciſ.172.num.7.
Nequè obijciant Patres aſſenſum, iam
impetratum Apoſtolicum.)
Nimirum,quòd expreſsè in illo perquiri-
tur,& Picciocchi, & aliorum intereſſe ha-
bentium conſenſus, ex nunc, non prout ex
tunc: ſequentibus enim Summus Pontifex
ſuam edicit voluntatem: *Sub pactis, & condi-*
„ *tionibus præfatis, de expreſſo Thomæ Anelli, &*
„ *aliorum in hoc intereſſe habentium conſenſu, &*
„ *ſine alicuius præiudicio.*
At ſtatim poſt factum contractum, ante
impetratum aſſenſum prædictum, proteſta-
tus fuit in Curia Archiepiſcopali Piciocchus
ſe nolle conſenſum præſtare; & nunc ex-
preſſe diſſentitur.
Haud ergo locum amplius habebit aſſen
ſus præfatus Apoſtolicus,diſſentiẽte Picioc-
cho,cuius expreſſus conſenſus etiam ex for-
ma perquiritur Apoſtolici diplomatis.Con
21 ditionalis propterea dictus Apoſtolicus aſ-
ſenſus videtur, (quatenus expreſſe, ſcilicet,
Thomas Anellus conſenſum præſtiterit) vt
diſſentiente illo,nihil operari valeat, *Veral-*
lus deciſ.54.part.2.& ſequuta fuit Rota in hi-
ſce noſtris pœnè terminis *in Oriolen Archi-*
diaconatus 21.Maij 1621.coram Cardin.Cauale.
22 *deciſ.516.num.1. & ſeq.* Quia conditio nihil
omninò interim in eſſe ponit,vt in ſuperio-
ribus diximus.Et in ſimili quoq;de clauſula,
23 *(accedente patronorum conſenſu)* quòd illa gra-
tiam conditionalem faciat,vt patronorum
non intercedente conſenſu,gratia nulla ſit,
& inutilis, probant omnes,argumento *text.*
in l. Lucius 82. ff.de condit. & demonſtrat. Rota
apud Put.deciſ.28.in fin.& deciſ.281.lib.3.& in
d. Oriolen Archidiaconatus deciſ.561. num.4. in
fin.Marta de clauſulis part.1.clauſula 3. num.1.
& ſeq.
24 Expreſſus vero,vbi conſenſus requiritur,
tacitus non ſufficit, cùm pro forma expreſ-
ſus perquiratur, *Rota deciſ.15. de offic.delegat.*
in nouiſ apud Put.d.deciſ.281.in fin.lib.3.Pariſ.
de reſignat.lib.8.quæſt.10.num.19.& 20.Marta
dict. clauſula 3. num.2. Grilenzonius conſil.158.
num.15.
Nec te moueat,aduerſariorum obiectio:
verba præfata, *(De expreſſo dicti Thomæ Anelli*
25 *conſenſu)* ad iam ante præſtitum conſenſum
referri,non ad denuò præſtandum; cauſati-
uè propterea exaudiri illa deberi, (quia vi-
delicet expreſſus conſenſus acceſſit:) non
verò conditionaliter, ad *text. in cap. Abbate*
Sancti Syluani 28. §. contra quod fuit,de verbo-
rum ſignificat.
Rectè quippe ſi verba perpẽdantur Sum-
mi Pontificis,conditionaliter illa, non cau-
ſatiuè,ſtare perſpiciemus: *De expreſſo* (Sum-
„ mus Pontifex inquit) *Thomæ Anelli, & alio-*
„ *rum in his intereſſe habentium conſenſu.* Sicuti
nempe pro alijs intereſſe habentibus con-
ditionaliter illa exaudiri,nemini in dubium
reuocatur; eodem modo,& pro Thoma A-
26 nello exaudiri debebunt. Nec ſane mirum,
cùm vnica oratione, per dictionem illam,
(&) connectantur: quæ vtrumquè conne-
ctit,& copulat; ita planè, & quoad vtrumq;
conditionem faciet, ad *text. in l.vltima, ff de*
rebus dub. Nenizan.conſ.72.num.14.Put.d.deciſ.
*281.*ad *text.in d.cap. Abbate Sancti Syluani 25.*
§.contra quod,& ſequuta fuit Rota *in d. Orio-*
len Archidiaconatus,coram Canaler. d.deciſ.561.
num.1.2.& 3.
27 Deinde,quod Summus ipſe Pontifex ex-
preſsè quoquè (quaſi proteſtans,) mentem
ſuam aperuit, ſe non intendere, conceſſio-
nem per dictum Thomam Anellum factam
in aliquo approbare;in nullo.itaquè ſi illam
approbat;& de expreſſo dicti Thomæ Anel
li,& aliorum intereſſe habentium conſen-
ſu,vult conceſſionem valere: Nouus vtiquè
perquiretur illius conſenſus; ac verba præ-
dicta,conditionaliter,non cauſatiuè accipiẽ
da venient,ad notata *in cap.cum M.9. de con-*
ſtitutionibus,& l.non ſolùm 8.§.morte,ff.de operis
noui nunciat.Nauar.conſ.34.n.3.li.3.de regular.
Quatenus probant,proteſtationem mentem
indicare proteſtantis. Quia ita voluit Sum-
mus Pontifex,qui diploma dedit.
28 Accedit his quoquè,quòd clauſulæ dero
gatoriæ in extrauaganti prædicta *ambitioſæ*
Pauli Secundi adiectæ; conſenſum Apoſto-
licum,& aſſenſum alienationem faciendam
bonorum Eccleſiæ præcedere omnimodo
debere, indicant, non ſubſequi; vt ſi aliter
fiat,ſit alienatio nulla,inanis,& irrita;quin
dent alienantes in pœnas,& cenſuras per il-
lam inuſtas,vt perpenſum fuit *in d.Brixien*
locationis coram Pegna deciſ.30.num.3.in recent.
part.1.Riccius in praxi part.1.d.reſolut.24.num.
6.de Marinis d.cap.6.num.17.& 18.
29 Veriſimile haud igitur erit Summum
Pontificem formæ in extrauaganti prædicta
datæ derogare voluiſſe, cùm id potiſſimum
non expreſſerit: vt quod ipſe nequè dixit,
30 nec nos dicere, aſſerereque oporteat, ad
text.in l.diſſidentis 5.C.de repud.cap.2.ne ſede va
31 *cant. cum alijs notant.* Cum potiſsimùm Aſ-
ſenſus regatur, ac dirigatur ab ipſo actu,ſu-
per quo interponitur,vt poſt *Socin.conſ.159*
in fin.vol.2. ſequitur *Vincent. Anna allegat.67.*
32 *num.4. part.1.* ſemperquè exauditur, vt ius
diſponit poſt *Andream de Iſern.in cap.1.col.16*
qui ſucceſſor. Anna ibid.num.5.& allegat.95.nu.
11.part.2.
33 Quinimò obtinuiſſent minimè Apoſto-
licum diploma aſſenſus,Patres præfati,ſi an-
te illum impetratum,ſe in poſſeſſionem in-
traſſe Eccleſiæ,ac beneficij præfati, aperuiſ-
ſent;vnde etiam in cenſuras,& pœnas dediſ
ſe extrauagantis præfatæ Pauli Secundi ex-
preſſiſſent. Subreptius, itaquè aſſenſus præ-
factus euaſit;vt nihil proinde operari valeat
ad *text.in cap.ſuper litteris,20.de reſcript.extrà,*
& ibi per Doctor. notatis.
34 Non itaquè obaudiendi nunc erunt di-
centes,

dicentes,poſſe etiã cogi Piciocchũ ad aſsẽtiẽ
dũ Apoſtolico aſſenſui;cũ per prius ipſe con-
tractu mutuo ſe adſtrinſerit ad id.*ad tex. in c.*
nullus 17.cũ ibi notatis de iure patronat.& dictũ
fuit *in Romana exequutionis mandati , ſeu non*
implementi.28.Iunij 1593.coram Eminentiſſimo
Card.Mantica deciſ.272.num.13. & 14. part.4.
*diuerſ. per Farinac.*quæ eſt in impreſsis *apud*
eund. deciſ.238. num 9. Gonzalez ad regulam 8.
Gloſſ.47.n.37.& 38.& ſequuta fuit Rota *in d.*
Bononien tranſactionis coram Coccino Decano
deciſ.348.num.5. ſat nempè fuit conſenſiſſe
impetrationi aſſenſus Apoſtolici impetran-
di, vt ibidem dictum fuit ex *Cephalo conſ.91.*
num.9.lib.1.
35 Cùm quidem , quòd Summus Pontifex
omnino nouum Thomæ Anelli cõſenſum,
& aliorum intereſſe habentium; (illumque
expreſſum) exquirit ; nec in aliquo geſta in
contractu prædicto inter partes approbare
ſe velle proteſtatur. Vt nullo pacto per æqui
36 pollens impleri valeat, quod expreſsè per-
quiritur , vt in ſuperioribus etiam notaui-
37 mus. Quam ob cauſam, quæ obijciunt Pa-
tres, exaudiri fortaſſe poſſent , ſi conceſſio-
nem per Thomam Anellum factam abſolu
tè approbaſſet Summus Romanus Pontifex;
iuxta tradita per Rotam *in Ciuitaten appro-*
bationis concordiæ 5. Aprilis 1611.coram Man-
zanedo,deciſ.338.part.2.tom.1.in recentiorib. Et
poſt impetratum aſſenſum Apoſtolium Põ-
tificio beneplacito reluctaretur Thomas
Anellus , vt per optimè quoquè aduertit,
Gratian.d.cap.524.num.9 part.3. in quibus ſa-
nè terminis loquitur Rota in dicta *Bononien*
tranſactionis coram Coccino Decano. præſertim
*d.num.5.in fin.*cum de iure iam quæſito alte-
ri parti per tranſactionem meminit , ex *Ale-*
xand.conſ.27.num.4.lib.3.
Tum præterea , quod aſſenſus Thomæ
Anelli in contractu inter partes ipſas inito
conditionalis fuit(vt in initio diximus)*Saluo*
ſcilicet , *aſſenſu Apoſtolico, & compatronorum*
38 *impetrando,& non aliter)* Eo igitur ipſo mo-
mento,quo illi de Scattula patroni diſſenſe-
re,ſeq.nolle aſſentiri proteſtati fuere;ſtatim
præſtitus per eum conſenſus euanuit, atquè
in nihilum iuit,ac reſolutus fuit: *ad text. in l.*
neceſſario 8.§.1.ff.de periculo,& comodo rei ven-
dit.Alexand.in l pecuniam,num.4.ff.ſi certum pe-
tat.Gratian.forenſ.part.5.d.cap.949.num.6.Ma
riſcottus d.cap.78.num.2.3.& 4.lib.1. Rota apud
Card.Caualer.deciſ.199.num.2.
Deficit ergo aſſumptum;poſſe cogi Tho-
39 mam Anellum ad aſſenſum præſtandum:
cum reſoluta ab initio cauſa fuerit , ex qua
coactio ſequi potuiſſet, *ad text. in l. lex vecti-*
gali 31.in fi ff de pignorib.l.1.C.ſi pignus pignor.
detur,Rota apud Caualer.deciſ.384.num.4.
Acceſſoria nempe ad initum cõtractum
coactio hæc eſſet , vt cogi videlicet poſſet ad
aſſentiendum Piciocchus. At ab initio con
tractus cecidit: & quod peccatum in forma
fuit;& quod conditionalis,reſeruato aſſenſu
40 Apoſtolico,& patronorum. Sublato itaquè
principali,acceſſorium quoquè, vt corruat:
viſus eſt.ad regulã *acceſſorium 42.de regul.iuris*
*in 6.Gozadin.conſ.28.n.27.*in his noſtris termi-
nis Rota *in Romana Salutani interdicti 1. Iunij*
1587.coram Card.Seraphino deciſ.44.num.6. &
7.ad calcem primi volum. Conſil. Farinac. quæ
in impreſsis apud Card. eſt *deciſ 787.num.11.*
12.& 15.Barboſ.aſſiom.xt.4 nu 12. & 13.
41 Tum etiam , quòd ab initio ipſo poſt ini-
tum contractum,atq.iè poſt quam conditio-
ni detractum fuit appoſitæ (*ſaluo aſſenſu pa-*
tronorum) per diſſenſum expreſſum illorum;
Piciocchus in Curia egit Archiepiſcopali,
quando adhuc ſibi locus erat per pœniten-
tiam,à contractu reſilire;vt nullo modo,etiã
ſi per Summum Pontificem abſolutè con-
tractui aſſenſus præſtitus fuiſſet;poſſet nunc
cogi ad aſſentiendum. Imputent quippe ſibi
patres prædicti,quòd etiam poſt ceptum per
Piciocchum iudicium,aſſenſum prædictum
impetrauere, nec facta memoria, quòd iam
Thomas Anellus à contractu diſceſſerat, &
iudicium introductum in Curia Archiepi-
ſcopali,atquè compatroni, ſe aſſenſum nol-
le præſtare apertiſsimè proteſtati fuerant.
Quæ ſanè omnia ſi Pontifici aperta fuiſſent,
non vtiquè aſſenſum præſtitiſſet contractui
41 iam defecto,& nullo. Subreptitius proinde,
atquè obreptitie aſſenſus prædictus impetra-
tratus fuit,vt nullum producere effectum
valeat,citrà concedentis Pontificis volun-
tatem;vt ſupra quoquè meminimus, ad *tex.*
in d.cap.ſuper litteris 20. & cap proponente 24.
42 *de reſcriptis extrà.* In idem itaquè Aſſenſus
præfatus Summi Pontificis recidit , atquè ſi
43 datus minimè fuiſſet : eodem nempè pen-
duntur pondere,nullum,& inutile ad *text.in*
d.cap.2.§ ſed nequè illud,vbi gloſſ.verbo inutilem
de translat.epiſ Nauarr.commenatar.4.de regula-
44 *rib.num.24.verſ.vndecimò quod illud.* Et idem
ſunt,non factum quid fuiſſe,& inutiliter fa-
ctum,*l.1.§. & quidem non eſſe , ff.quod cuiuſquè*
Vniuerſitat. l.quoties , ff. qui ſatiſdare cogantur
Mandoſ.ad d. regulam 32. quæſt.31. num.14. &
15.inferens ex *Alexand. conſ.215. viſis proui-*
45 *ſionib poſt princip.vol.2.* Reſcriptum imperfe-
ctum,haud æſtimari reſcriptum : quòd inu-
tile ſit.
Recedant ergo , palmamquè canant Vi-
ctori.
Atquè ita ex his, quæ lubentiſsimæ iudi-
cio ſupponimus emunctioris naris, reſpon-
dendum cenſui.

CAROLVS MARANTA I.V.D.
Aduocatus.

Cauſa in Congregatione Dominorũ Cõ-
ſultorum diſcuſsa, in qua aſſidebat potiſsiſ-
ſimum Doctiſſimus , atquè ex multis annis
in praxi conſumatiſsimus,virtutibuſquè or-
natus

natus Curtius Palumbus Epiſcopus Syrtenſ fuit pro Thoma Anello, excluſis Patribus Pijs Operarijs, ſententia definita. Cui planè ſententiæ cùm ſtare noluiſſent victi, atquè Epiſcopo Rauellen, & Scalen per Sanctiſſimum D.N. committi obtinuiſſent: auditis partibus, pro eodem Thoma Anello, confirmata ſententia Curiæ Archiepiſcopalis Neapolitanæ, cauſa dicta fuit. E re tua proinde erunt (Benignè qui legis) quæ parauimus, candido ſi ea animo percurreris. Quin meliora, & ipſe præſtabis.

SVMMARIVM.

1 *Cenſus redemptio, alienationis ſpecies æſtimatur.*
Ideoquè prohibita declara, num. 30.
2 *Alienare, qui non poteſt, nequè ſuper eis cenſus annuos conſtituere poterit.*
3 *Cenſus impoſitio, alienatio eſt.*
Probibita proinde in rebus Eccleſiæ.
4 *Cenſus, vt extinguantur ſuper rebus Eccleſiæ, conſtituti, pecunias accipere haud licet.*
Quamuis fructus, qui ex re percipiuntur inferiores ſint, quàm cenſus qui ſoluuntur.
Ratio redditur, ac præſertim, num 30. & 33.
5 *Cenſus reuenditio neceſſarius æſtimatur actus.*
Quia illius redemptio in voluntate, ac libertate vendentis repoſitus, vt quandocumque voluerit poſſit illum redimere, & nu. 6.
7 *Cenſus ex parte emptoris perpetui dicuntur, & irredimibiles, ex parte vero venditoris temporales, & redimibiles.*
8 *Pecuniæ Eccleſiæ reſtituta ex cenſuum reuenditione, licitè in redemptionem aliorum Eccleſiæ cenſuum, conuerti implicarique poſſunt, & num. 33.*
9 *Pecuniæ ex redemptione cenſuum Eccleſiæ reſtitutæ inter immobilia computantur.*
Alienari igitur haud poterunt, num. 10.
11 *Cenſus annui cum redimuntur iurium ceſſio fit per Creditores redimentibus, vnde cenſus de perſona in perſonam transfertur, non extinguitur.*
12 *Cenſus redimere ſicuti poterat principalis vendens, ita pariquè modo eius hæres.*
13 *Hæredis in perſonam, hæreditatis adbitione, iura, actioneſquè omnes defuncti teſtatoris, tam actiuæ, quàm paſſiuæ transfunduntur.*
14 *Cenſuum redemptio, alienatio haud dicitur.*
Quin magis præcedentis alienationis reſolutio.
15 *Negotium vtile gerit pro re Eccleſiæ, qui cenſus ſuper eius impoſitos bonis, redimit.*
16 *Cenſus annui ſuper bonis Eccleſiæ, æs alienū dicuntur.*
Onuſquè afferunt, non leuamen, atque patrimonium minuunt.
Vnde eorum redemptio maximam patrimonio vtilitatem affert. num. 17.
18 *Cenſuum redemptio, emptio dicitur.*
Atque neceſſitatis potius, quàm voluntatis.
19 *Redimere, eſt emere, vel ſecundo emere.*
20 *Redemptione noſtrum facimus, quod aliorū erat.*
21 *Bona, alieno deducto dicuntur ære.*
In noſtris bonis igitur haud eſt, quod alieno æri obnoxium eſt.
22 *Alienare non dicitur, qui ex pecunijs Eccleſiæ cenſus redimit, alijs debitos.*
Quia illos Eccleſiæ addicit.
Nullo, itaque aſſenſu indiget, vt legitime id faciat, num. 24.
23 *Ceſſionarius iure vtitur cedentis, eiuſque in locum ſufficitur.*
25 *Cenſus quid ſit?*
26 *Ceſſione cenſus illud idem ius, quod erat pœnes cedentem, pœnes remanet ceſſionarium.*
27 *Bona habere ab omni perpurgata onere, intereſt patris familias.*
28 *Permiſſum intelligitur, quod probibitum nō inuenitur.*
29 *Meum fit ceſſione, quod meum antea non erat.*
Acquirere igitur dicor.
31 *Diuerſitas nominum, diuerſitatem, parit, & effectuum.*
32 *Illatio à diuerſis non iurè ducitur.*
34 *Damni cauſam præbens, damnum ipſe dediſſe videtur.*

ARGVMENTVM.

Eccleſiaſticorum cēſuum redemptio, ſi ex pecunijs alijs, ex cenſibus Eccleſiaſticis redemptis, peruentis fiat: iure nè fieri valeat, vt non dicatur rerum, bonorumquè Eccleſiaſticorum alienatio? Inutiliter haud diſcutitur, quin ſatis è re, fructuoſequè.

RES.

RESPONSIO OCTAVA.

SAcri Montis Pietatis pauperum Ciuita-
tis Neapolis, Sancta Maria de Miſericor
dia, nuncupati, Gubernatores, cùm ex
hæreditatibus eidem Monti pios per
Teſtatores relictis, multoties, atquè in dies
accidat, vt in illis cenſus ſit redimibiles; fiat-
què illis aliorum cenſuum annuorum reſti-
tutio per eos, qui illos ſuper eorum bonis
vendiderunt: nequè ita facilè nunc ſit accep
tas pecunias in nouorum cenſuum emptio-
nem vertere, ob temporum calamitates, qui
bus homines multo alieno ęre obſtricti sūt,
vt de perant pecuniæ cenſibus emēdis ſolu-
tæ. Hinc propterea ne infructuoſæ interim
pecuniæ perſiſtant, quòd illas in alios an-
nuos cenſus, qui ſolidi, ſecuriquè ſint, inue-
ſtire, nō ità facilè reddatur; Atq; Mōs alijs an
nuis cēſibus, quos ex acceptis hæreditatibus,
ſoluit alijs, grauatus, & ipſe ſit: ex ipſis reſti-
tutis pecunijs, quibus cenſus rededempti fue
re, Montis Gubernatores cenſus redimunt
Montis bonis inuſtos. Fit tamen illis ſcrupu-
1 lus, haud id poſſe, quòd redemptiones præ-
dictæ alienationes ſint. Inhibitum proinde
ex *Pauli Secundi extrauaganti. de rebus Eccleſ.
non alienand.*

Probant id vero ex Doctrina, *Bald. in cap.
ad audientiam el 2. quod eſt 31. num. 11. in fin. de
2 reſcript. in Gloſſ. 1.* Quo loci docet: quòd qui
non poteſt alienare, nec poteſt huiuſmodi
penſiones, ſeu cenſus conſtituere. Ratio ve-
3 rò in promptu eſt: Quia cenſus impoſitio, a-
lienatio eſt. Haud proinde abſquè ſolemni-
tate, iuſta cauſa, rebus Eccleſiæ imprimi po-
terit, *cap. 1. de rebus Eccleſ. alienand. in 6. Clem.
1. eod titul. Rota in Romana inualiditatis cenſus
24 Maij 1591. coram Card. Pamphilio apud Cen-
cium de cenſib. part. 1. deciſ. 27. num. 1. quæ eſt
etiam in impreſſis ad Picum ad ſtatutum Vrbis
4 deciſ. 31. num. 1.* Quin, nequè permittatur pe-
cunias accipere, vt cenſus extinguantur ſu-
per bonis Eccleſiæ aliàs conſtituti, quamuis
maiores illi ſint, quàm fructus, qui ex rebus
cenſui ſubiectis, ſubiugatiſquè, percipiuntur.
Nimirum quòd alienatio, quæ pro pecunijs
acceptis fit, voluntaria, non ſanè neceſſaria
æſtimetur, vt perpenſum fuit, *in Romana cen-
ſus 23. Ianuarij 1591. coram Bubalo deciſ. 25. nu.
3. & 4. apud Cencium d. part. 1. & in d. Romana in
ualiditatis cenſus coram Pamphilio deciſ. 27.
num. 4.*

5 Et ſi planè alias reuenditio cenſus (vt ſic,
& ex ſe) neceſſarius actus æſtimetur, non
plane voluntarius; quia in voluntate, ac li-
bertate repoſitum eſt cenſus venditoris, illū
quandocumquè pecunijs acceptis, reſtitutis,
redimere: vt nullæ proinde per quirantur
ſolemnitates, in rebus Eccleſiæ alienandis
perquiſitæ, deſiderateque alias, iuxta Pij Pa-
pæ V. conſtitutionem de cenſibus, & ſequta
fuit Rota in *Romana cenſ. 7. Februarij* 1607. co
ram Ottombergo. quàm refert *Pater Duardus de
cenſibus, ad calcem, tom. 2. deciſ. 186. num. 5. & 6.
& ipſe d. tom. 2. 5. 5. quæſt. 15. num. 3.* Rota apud
Seraphin. *deciſ. 890. num. 3.*

Retamen maturius penitiùſquè perpen-
ſa, perquiſitus: ſuſcitatum ſcrupulum haud
obſtare dixi, magiſquè è re reſpondendum
cenſui.

6 Abſtruebam id, quod liberum eſt cenſus
venditori, illum ex ſua voluntate redimere,
quandocunquè ei libuerit; acceptis pro illo
7 pecunijs emptori reſtitutis. Et ſi quippe cen
ſus ex parte emptoris perpetui ſint, & irre-
dimibiles; ſunt venditoris tamen ex parte
ſemper ex ſuo placito redimibiles. Ita *Caliſ-
tus Papa III. & Martinus Quintus in extraua-
ganti 1. & 2. de emption. & vendit. inter commu-
nes, & Pius V. in ſua conſtitut. de cenſibus* in quā
comminiſcitur *Ioann. Baptiſtam Leonellus gloſ.
23. & 28. atquè 31. Rota in d. Romana cenſus co-
ram Bubalo deciſ. 25. num. 4. & 5. & in Forolinien
reſciſſionis contractus 19. Decembris 1603. corā
Card. Pamphilio apud Cencium d. part. 1. deciſ. 26
num. 3. & 4. & in d Romana inualiditatis cenſus
coram eodem Pamphilio d. deciſ. 27. num. 6. 7. &
in Romana cenſus 10. Decembris 1603. coram
Litta deciſ. 271. num. 2. & in Romana Saluiani
interdicti 23. Iunij 1600. coram eodem Litta de-
ciſ. 272. num. 9. apud eundem Cencium, & ipſemet
eodem tract. de cenſib. part. 3. cap. 1. quæſt. 3 art. 1.
& 2. Rota Maceraten apud Marcum Antonium
Thomati deciſ. 101. num. 44. Rota apud Duranum
Epiſcopum Vrgellen deciſ. 15. num. 9. & in Ro-
mana cenſus 6. Februarij 1615. coram Manza-
nedo deciſ. 182. num. 6. apud dictum Cencium.*

8 Reſtituras itaquè pecunias ex libito pote-
runt Montis Gubernatores, (vti Montis pe-
cunias,) in cenſuum per Montem debito-
rum redemptionem inueſtire; Montiſquè
bona, ab onere cenſus illos annuos ſoluen-
di, liberare, eaquè libera reddere; atquè à ſo-
lutione cenſuum in poſterum facienda re-
dimere. *argumento, text. in l. illud 76 ff. de acqui-
rend. hæredit. Rota in d. Romana Saluiani interdi-
cti coram Litta d. deciſ. 272. num. 7.* quam ſequu-
ta fuit Rota *in Romana cenſus 27. Ianuarij
1603. coram Cardin. Sacrato deciſ. 204. num. 4.
apud eundem Cencium, & ipſe m. part. 3. cap. 1.
quæſt. 3. art. 1. num. 4. &* in *Romana cenſus 6. Fe-
bruarij 1615. coram Manzanedo deciſ. 182. num.
1. & 3. apud eundem Cencium.*

9 Obſtaculum verò haud faciebat, quod pe
cuniæ ex redemptione cenſuum reſtitutæ
inter immobilia computentur; ad tradita
per *Ripam in l. 1. § fuit quæſitum, num. 17. &
18. ff. ad Trebellianum, Tiraquell. de retractu Li-
gnagier. Gloſſ. 7. num. 106. cum ſeq. Boer. deciſ.
209 Quaranta in ſum. Bullar. verbo alienatio re-
rum Eccleſiæ in 10. ampliat. num. 25. fol. mihi 21,
Ioann. Arnon. commentar. 10.* quem ſequitur
*Riccius in praxi part. 1. reſolut. 82. num 6. Petrus
Pecchius de teſtament. coniugum lib. 5. cap. 30.
ſub num. 4. Theſaur. deciſ. 160. num. 6. & 9. Idem*

Digitized by Google

poſſunt 11.*ff. de iure fiſci*.

28 Erit igitur permiſſum, quod prohibitum non inuenitur, *cap. Romana primo in fin. vbi Gloſſ. de ſupplenda negligent. prælator. lib. 6. l. nec non* 28. *in princ. ibi*: ſed ſi lex non prohibeat. Et §. *quod eis, innſta gloſſ. verbo prohibeant. ff. ex quibus cauſis maiores. Brunor. à Sole in propoſitionib. iuris verbo prohibitio primo Barboſ. axiomat.* 193. *num.* 7. & 8.

29 Fitquè nec iniuria meum, quod meum antea non erat, ad regulam, *text. in cap. inter dilectos* 6. §. *cæterum in fin. de fide inſtrument. Gonzalez ad regul.* 8. *cancellar. gloſſ.* 43. *num.* 1. 8

In Montem igitur ius illud percipiendi reditus ex bonis Montis, per redemptionem tràſfunditur, fitquè proprium Montis, quod aliorum antea erat, (creditorum ſcilicet.) Acquiſiuit ergo Mons, quod ſuum non erat.

Haud proinde ſequitur, quod antea ſcrupulo Gubernatoribus ingerebatur. Non poteſt Mons nouas pecunias accipere, vt conſtitutos redimat cenſus, quamuis illi maiores ſint, quàm fructus, qui ex rebus cenſui ſuppoſitis percipiuntur. Ergo nequè reſtitutas pecunias in redemptionem cenſuum cõſtitutorum reinueſtire poterit.

30 Satis enim aliud eſt; pecucunias accipere, & pro illis cenſus annuos vendere, ſuper bonis Eccleſiaſticis, vt conſtitutos aliòs cenſus redimas: Aliud verò, reſtitutas iam pecunias, quæ Montis ſunt, in redemptionem, vel reemptionem cenſuum inueſtire.

Illud nempè vendere eſt, ac conſequenter alienare, atquè proinde prohibitum.

Hoc vero redimere, ſiue reemere, nouequè, ac conſequenter, acquirere. Eſt ergo

31 inter vtrumquè ex nominum diuerſitate, et effectuumquè, quoquè diuerſitas, *ad text. in l. ſi idem codicilli* 7. *C. de Codicillis*.

32 Non itaquè ex vtriſquè ab vno ad aliud rectè infertur *text. in l. Papinianus exuli* 41. *ff. de minoribus*.

33 Et præterea illud volunatis eſt; Hoc verò neceſſitatis, ne infructuoſæ perſiſtant reſtitutæ pecuniæ; & in nouorum cenſuum emptione ex periculo grauis ælieni æris, quo vendentes præmuntur quandoquè, non minimi damnorum imminet Monti, quod præcauere Gubernatores debent, ne ipſi ſi

34 in cauſa ſint damni, teciſſe dãnũ videantur, ad regulã *tex. in cap. fin. de iniur. & damno dato. gloſſ. in cap. presbyterum* 7. *verbo aliena de homicid.*

Non alienant igitur bona Montis, ſed in ipſius Montis commodum, in redemptionem bonorum eiuſdem, pecunias reinueſtiunt Gubernatores. Nihil ergo prohibitũ faciunt, Ceſſat itaquè refricatus ſcrupulus. Atquè ita ex his, emunctioris naris iudicio ex petito, reſpondendum eſſe cenſui.

CAROLVS MARANTA I.V.D. Aduocatus.

SVMMARIVM.

1 *Irregularitatis iudicium mitius eſſe debet, cum iam promoto, quàm cum promouendo.*

2 *Oculum habens effoſſum irregularis eſt.*

3 *Oculum habens integrum, & ſi ex illo nihil videat, nequè deformitas vlla enaſcatur manifeſta, irregularis haud iudicatur. Potiſſimum ſi ſacerdotis prudentia aliquali, defectus temperari poſſit, num.* 5.

4 *Corporis deformitas quanta ſit, vt irregularis quis aſtimetur? Epiſcopi remittitur arbitrio.*

6 *Corporis vitium, ſi membrum non ſit obtruncatum, & exequutio ordinis minime impediatur, irregularitatem non cauſat.*

ARGVMENTVM.

Irregularis an dicendus ſit Sacerdos, qui in oculo canonis, maculam contraxerat ex infirmitate?

RESPONSIO NONA.

Eueren. D. Marius Genuenſis Terræ Paulę Cuſentinen diœceſis à decem & octo annis Sacerdos, quintus iam agitur menſis, albuginem aliquam in oculo ſiniſtro, (qui oculus dicitur canonis) ex graui infirmitate contraxit; notabilẽ tamen deformitatem, vt ſacandalum videntibus, dum ſacris operatur, gignere valeat, haud continet. In dubium proinde reuocatur eidem, atquè in difficultatem vertitur: Irregularem illum eſſe ex defectu corporis, quòd vitium hoc in ſiniſtro oculo, ac conſequenter canonis, tale ſit, vt ex illo parum, aut pœnè nihil videat; nonnulli eidem obijciebant. Ita quidem, vt Iudicio Epiſcopi ſacris operari interdictum ei fuerit, quod irregularẽ exiſtimet Conſultus Ego: Irregularẽ haud illum habendum, reſpondendum cen-

1 ſui. Nimirum quòd de iam promoto negotium agitur, non de promouendo, iuxta *tex. in cap.* 2. *de corpor. vitiat. can. præterea* 12. (*in fin. præſertim*) 55. *diſtinct.* Neq; oculus effoſſus eſt

2 *can. fin. ead. diſtinct.* Vt mitius cum illo agendum proinde ſit Satis quippè erit, (& ſi vi-

3 ſus ſit facultate deſtitutus,) modo oculus integer ſit, non vtiquè effoſſus,) ſi euitetur populi ſcandalum, ex nimia conuerſione in legendo canonem, quod adnotauit *Nauarr. man. cap.* 27. *num* 199. *verſ.* 4. *dico*, quem ſequitur *Pater Iacobus Gordonus è Societate Ieſu Theologiæ moralis, tom.* 2. *lib.* 7. *quæſt.* 18. *cap.* 2. *in*

 4. *aſſer-*

Digitized by Google

4.aſſertione,num.22.verſ.illud particulare hic addi poteſt.Cardin.Toletus inſtruct. Sacerdot. lib.1. cap.63.num.3. verſ. hi omnes repelluntur impreſſione Romana qui notabilem etiam,ac manifeſtam corporis deformitatem perpendit *ex d cap.2. de corpore vit. & cap. conſtitutionem 2.in princ.de verborum ſignificat.lib.6.* Quo text.Nicolaus Tertius manifeſti defectus in viſu,auditu,& alijs corporis ſenſibus,meminit.*Ioan. de la Cruz in director. Conſcientiæ, de irregularitate ex defectu corporis in prima concluſ in fin. Molina de iuſtit.& iur.tom.4. tract.3. diſput.70.num.5.& 6.Vgolin de irregularit. cap. 48.num.6.& 7.Filiuce tom.1.tract.19.cap.6.nu. 167.& 168.Sayrus in Theſauro lib.6.cap.8.num. 8.& 9. Maiolus de irregularit. lib.1. cap.20. ſub num.2.verſ.ille quoquè.Sà verbo irregularitas ex defectu corporis, num.3. Henriq. in ſum. lib. 14. cap 8.§.2.& in Gloſſ.litteraX Bonacina tom.1.de cenſuris diſp.7.quæſt.2.punct.2.propoſit.1.num.2* & perpenſum fuit in Rota *in Romana penſionis 3.Iunij 1583.coram Cardin. Seraphino deciſ. 625.num.3.& 4.Layman in opere morali tom. 1. tract.5.p.5.c.6.de irregularit. nu.2. Pater Diana in moralib.part.5.tract.6. reſolut.22. verſ. dico tertio.*

4 Potiſſimum verò, quòd quanta ſit corporis,ex oculo,hæc deformitas,Epiſcopi remittatur arbitrio,*ad text.d. cap.2. vbi Gloſſ. fin de corpore vitiat. Nauarr.conſ.1. num.3. eod.titulo, lib.1.Vgolin d.cap 48.num.7. Menoch. de arbitran.caſu 226.num.7.Maiolus d.cap.20.verſ.quæ omnia.Sà vbi ſupra num.4.Barboſa de offic.Epiſcop.part.2 allegat.42. num.60. & in d cap.2. de corp.vitiat.* dictum fuit in *d. Romana penſionis d.deciſ.625.num.4.*

Hanc proinde ob cauſam , cùm nulla talis deformitas in hoc Sacerdote cõſpiciatur, (vt oculari perſpeximus indagine) nullumquè ſuperſit populo ſcandalum,quòd oculus integer ſit,& Sacerdotis prudentia,quòd
5 prouectus ſit in miniſterio peragendo , & memoria poſſit nimiam corporis verſionẽ ad populum temperare, atquè aliqualem oculi defectum ſupplere,(quod perpendere *Nauarr.d.cap.27.num.99.in 4. dicto, & Gordonus Diana,alijquè vbi ſupra,*)non ab re eſſe exiſtimo,ſi prudenti Epiſcopi iudicio pauperculus hic Sacerdos toleretur,vt ſacris operari valeat:prudenti ex *Nauarr.*reſponſio *conſ. 3.num.4.eod.tit.de corpor.vit.* qui ſequentibus
6 loquitur.*Tùm quia nullus corpore vitiatus ex-*
» *cluditur ab ordine,niſi ſit mutilatus membro;vel*
» *tali vitio vitiatus,vt ſit inhabilis ad exercendum*
» *ordines ſine ſcandalo,vt probatur per dictam fere*
» *totam diſtinct. 55. & totum titulum de corpore*
» *vitiat.*His Nauarr.

Atquè ita ex his,cẽſoris virga haud reijecta,reſpondendum cenſui.

CAROLVS MARANTA I.V.D.
Aduocatus.

Permiſſum proinde fuit, vt ſacris operari valeret Sacerdos hic , & conſilium datum approbauere,quàm plures etiam ex Illuſtriſſima Societate Ieſu Theologi , & inter eos Magiſter,& Dominus meus Pater Hieronymus Pecorarius,vir ſanè, vnde quaquè moribus, & doctrina , tàm in Sacra Theologia, humaniſquè Latinis,& Grçcis litteris,quàm in legali ſcientia conſpicuus.

SVMMARIVM.

1 *Fides extractæ à libris Parochorum plenè probant mortem funeratorum.*
2 *Mandatum de manutenendo concedendum eſt poſſidenti , præſertim de tempore motæ litis.*
3 *Manutentionem non impedit articulus reſpiciens petitorium,ac conſequenter titulum.*
4 *Verba dubia interpetrationem admittunt ab obſeruantia ſubſequuta , præſertim per 45. annuorum curricula.*
Ad quam obſeruantiam præſcribendam ſat eſt curſus decem annorum,num.5.
6 *Petitorium poſſeſſorium abſorbet. & expenditur,text.in cap.cum dilectus de cauſa poſſeſſ.& proprietat.*
Ex audi ſi ſimul actum ſit ſuper vtroque, num.7.
Vel ſuper proprietate partis confeſſio , vel ſententia intercedat,num.8.
Vel ſi conſtet de proprietate, num.11.
9 *Probationes oſſa dicuntur iudiciorum, & in his ſtat pondus totius litis,num.10.*
12 *Litigans temere in expenſis damnatur.*

ARGVMENTVM.

Funerandi poſſeſſio datur exiſtenti in poſſeſſione de tempore mote litis.

RESPONSIO DECIMA.

HEbdomadarij Parochialis, & Collegiatæ Eccleſiæ S. Mariæ Maioris, ſub die 27. Auguſti proximi præteriti cũ turbarentur in pacifica eorum , & quieta poſſeſſione Iurium funerandi in Platea dicta *dello Spiritoſantiello* extra mœnia huius Ciuitatis , per Confratres Parochialis Eccleſiæ S.Mariæ Rotundæ, dato ſupplici libello in Curia Archiepiſcopali, petiuere manuteneri in poſſeſſione , & mandari dictis Cõfratribus, quod ceſſent à moleſtis, & turbatione ; & ſub die 30. eiuſdem per

Reue-

Reuerendiſsimum Dominum Generalem Vicarium fuit dictum, quòd capiatur informatio, & intimetur fol. primo.

Et capta ſummariſſima informatione examinatis ſex teſtibus, qui optimè deponunt de poſſeſsione pacifica, & quieta dictorum Hebdomadariorum S. Mariæ Maioris, & turbatione dictorum confratrum de Rotunda.

Sub die vltima Augusti per dictam Curiam fuit mandatum ipſos manuteneri in poſſeſsione, & non turbari ſub pœna vnciarum 25. & in Iuris ſubſidium excommunicationis, cum clauſula iuſtitiæ, fol. 2. à terg.

Et intimatum die prima Septembris eod. fol. 2. à terg.

Et ſub die 9. Septembris dictum, quod infra duos dies capiatur informatio ſuper poſſeſſorio ſummariſſimo, & teſtes habeantur pro citatis fol. 14.

Fuit facta electio examinatoris in perſonam Iacobi Agnelli de Angelis fol. eod.

Et in termino pro parte Hebdomadariorum S. Mariæ Maioris fuerunt ſuper articulis per eos præſentatis fol. 16. examinati 14. teſtes.

Per quos omnes, optimè probatum fuit Hebdomadarios S. Mariæ Maioris eſſe in pacifica poſſeſſione funerandi, *nella ſtrada dello Spiritoſantiello* à dextris, & à ſiniſtris.

Super primo D. Leonardus Faccilaeus Parochus Aduocatæ à quinque annis fol. 24. à terg. & 25. & 26.

D. Octauianus Dentice olim Parochus eiuſdem Eccleſiæ Aduocatæ à 22. annis fol. 28. à terg. & fol. 29. *Che dalla via delli Merolli cominciano li confini della Rotonda.*

Andreas Cancianus atterra morti à 20. annis fol. 31. deponit de cauſa ſcientiæ, che come atterra morti ci ſono andato.

V.I.D. Iacobus Longobardus de Spina deponit de domo ſua dicta delli Longobardi à ſiniſtris, & de morte eius patris in eadem domo à 22. annis, & de morte eius matris à 32. annis, & de morte eius fratris in anno 1595. *e mi ricordo bene* (inquiens) *che li vennerro à fare li preti di S. Maria Maggiore come poſſeſſori di fare dette eſequie in detta ſtrada* fol. 35. à terg.

Vittoria de Torella à 30. annis fol. 45. à terg. deponit à decem, & octo annis de morte Bartholomæi Raynonis eius filij, & à 30. annis de morte Auguſtini Guadagni, & alio rum quoquè, fol. 46. à terg. & 47.

Catherina Auerſana annuorum centum à 50. annis pacificè, & quietè, & ſine contradictione, fol. 48. & enumerat quamplures mortuos à ſiniſtris fol. 48. à terg. & 49.

Clericus Ioannes Matthæus Calamazza à 40. annis, vti habitator in dicta platea à ſiniſtris, & de viſu fol. 51. enumerat, quamplures mortuos eius conſanguineos, & à 30. annis *alle caſe delli Calamazzi Geronima Ruffoli mia madre, Conſtanza Ruffoli mia zia* fol. 52. & à terg. fol. 53.

Ceſar Ruggerius annorum 80. deponit à 50. annis fol. 55. & 56. & concordant teſtes hi omnes mortuos enumerantes à ſiniſtris cum fide extracta à libris mortuorum dictę Parochialis Eccleſiæ S. Mariæ Maioris fol. 90. & 91. concordat quoquè fides Guardiani S. Antonij, ſiue S. Mariæ *dello Spiritoſantiello*, quod de menſe Auguſti proximi præteriti 1630. cum hebdomadarijs S. Mariæ Maioris aſſociauerunt ad eorum propriam Eccleſiam cadauer Ioannis Baptiſtæ Gaudioſi de functi in domibus delli Perroni à ſiniſtris, fol. 87.

Vnde ſatis concludenter manet probata poſſeſſio, ne dum funerandi, verum etiam, & alia Sacramenta adminiſtrandi in dicta Platea *dello Spiritoſantiello* à dextris, & à ſiniſtris per Hebdomadarios, & Parochum S. Mariæ Maioris.

A libris Matrimoniorum ab anno 1580. fol. 88.

A libris Baptizatorum ab anno 1579. f. 89.

Validiuſquè veritatem, & intentionem meorum Principalium Hebdomadariorum S. Maiæ Maioris fundant teſtes ipſi examinati per Confratres S. Mariæ Rotundæ ex aduerſo qui præterquam, quod vocati, & inſtructi fuere à Parocho Rotundæ, vt ipſi dicunt, & lecti eis fuerunt articuli, nihil tamen certi deponunt; Sed expreſſe pro nobis.

Primus teſtis ſuper 10. & 11. fol. 64. & ſu 17. de Parocho S. Mariæ Rotundæ, dicit: *hò portato li Sacramenti, che ſono occorſi per le genti moribonde nella ſtrada dello Spiritoſantiello alla ſtrada di S. Maria dello Monte*, fol. 65.

Nonus teſtis deponit ab annis 45. de Sanctiſſimo Euchariſtiæ Sacramento *per tutto verſo la ſtrada de S. Maria de Monte ad alto, che ſi và al Vomaro*. fol. 83. à terg.

Sextus teſtis de exequijs *nella ſtrada dello Spiritoſantiello, cioè dalla parte ſiniſtra quando ſi ſaglie per andare allo Vomaro*, fol. 76. à terg.

Septimus teſtis Curſor Curiæ *verſo lo Canone pigliauamo li morti di detti loghi, e caſe à mano manca*, fol. 79.

Et de Eccleſia S. Mariæ Maioris, *per l'isteſſa ſtrada ad alto, e faceuamo l'eſequie, & pigliauamo li morti, ma non calauamo à mano manca verſo lo Canone, & ſaglieuamo deritto, & andauamo fino ad Antignano*, fol. 79. à terg.

Cum itaquè, tàm ex teſtibus pro Hebdomadarijs S. Mariæ Maioris, quàm etiam aduerſariorum Confratrum Rotundæ probata ſit quieta, atquè pacifica poſſeſſio funera-
1 liũ, atquè etiã per fides à libris Parochi extractas, quæ ſanè, plenè probant. Rota apud Sanctiſsimum Ludouiſium Gregorium XV. *deciſ. 78. num. 2. & in Romana hereditatis 13. Iunij 1610. coram Pirouano deciſ. 292. num. 1 in fin.*

5 *Viſitatio quod non dicit, neque per partes aſſeri debet.*
6 *Aſſerens legem aliquid dicere, vel diſpoſitionem, ipſe probare tenetur.*
7 *Probatio vbi defecit, eorum quæ quis aſſerit, & ius quoque deerit.*
Præſertim in iudicio petitorio, num.8.
Stante poſſeſſione pro parte aduerſa.
Et poſt duas ſententias in poſſeſſorio, num.9.
10 *Petitorio in iudicio probationes eſſe debent præciſæ ad rem, de qua agitur.*
Alioquin à iure cadit agens.
11 *Diſponens quod non dixit, neque mente agitaſſe putandus erit.*
12 *Argumentum ab abſurdo vitando, firmum validumque æſtimatur.*
13 *Iudicium perperam, ac contra conſcientiam agitans ad gehennam ædificat.*
14 *Verbis, quibus diſponentes, vſi ſunt, inſeruiendum erit in interpretatione eorum habenda.*
15 *Dictio (verſus) expenditur, & quid referat exprimitur*
16 *Confinium diuerſitas, diuerſitatem quoque locorum indicat.*
17 *Nomina quæ habent diuerſa, diuerſos quoque effectus habere dicuntur.*
18 *Confinibus res certa reditur, atque diuerſa ab altera.*
19 *Finium deſcriptio, quid quæque res ſit, declarat.*
Et quid ad vnumquemque ſpectet.
20 *Definitio cui non conuenit, neque definitum conueniet.*
21 *Diſpoſitionis verba cui non conueniunt, neque diſpoſitio adaptabitur.*
22 *Obſeruantia ſubſequuta in apertum deducit partium, & diſponentium mentem, ita fuiſſe, vt obſeruantia indicat.*
Et hæc interpretatio edit interpretationi iuris, num.23.
Quia omnem tollit ambiguitatem, num.24.
Vnde neque præſcriptionem exigit, num.25.
Et conſeruat titulum conformem obſeruantiæ, num.26.
Etiam excurſu decem annorum.
27 *Reſupinus nemo ita æſtimatur, vt velit ſuū iactare.*
28 *Argumentum à veriſimili, non contemnendum.*
Vt probandi onus in aduerſarium reijciat. num.29.
30 *Verba præcedentia repetita cenſentur in ſequentibus præſertim ſi vnica ſit orationis ſeries, non diuerſa.*
31 *Sequentia ex præcedentibus interpretationē admittunt.*
32 *Loqui fruſtra diſponens non æſtimatur.*
33 *Dictio (& ſimiliter) omnimodam ſimilitudinem infert.*
34 *Fines deſignati mutandi non ſunt.*
35 *Determinationem quæ certam habuere, ſtant dum eis.*
36 *Finium deſignatio eſt in præſcriptibilis, & num.44.*
Quæ tamen intra fines ſunt præſcribi poſſunt. num.40.
37 *Text. in cap. ſuper eo 4. de Parochijs, & can. licet, & can. inter memoratos 6. 16. q. 3. expenduntur, & ad germanam interpretationem reducuntur, & nu.39. & 43.*
38 *Fines deſignati rem certam, & indubitatā efficiunt.*
41 *Finium in conflictu, vbi ipſi certi non ſunt, poſſeſſori palma concedenda eſt.*
42 *Poſſidentis conditio melior æſtimatur.*
44 *Argumentari non licet à diuerſis, & ſeparatis.*

ARGVMENTVM.

Finium deſignatio, diſtinctionē, quod arguat locorū: ſatis accurata perpēſionē demonſtratur. Et num fines ipſi præſcribi valeant? ad intellectum, text. in cap. ſuper eo. 4. de Parochis extra, & can. licet 5. can. inter memoratos 6.16.q.3. plenè, nec ſanè in utili diſcurſu oſtenditur.

RESPONSIO VNDECIMA.

1 Veritati, cuius nihil fortius, nihil eſt valentius (teſte fortiſsimo Principe Zorobabele. *Eſdre.3.cap.3.*) cuncta, vt ſe ſubijciant, eique cedant, vſus eſt; quoniam ipſa omnia vincit, & viuit in æternum, & obtinet in ſecula ſeculorum. vt Ciprianus loquitur relatus *can. conſuetudo 8. diſt.* Veritati igitur, vt cedant Aduerſarij o-
2 pus eſt: Quoniam ipſa nec fallit, nec fallitur *cap à nobis 28 de ſent. excommunic.* Neque poſſit veritas ex his, quæ aſſerimus, vel negamus præiudicium pati. *ad text. in l. illicitas 6. §. veritati ff. de offic. præſid. & l. aſſumptio.6. ff. ad municipal. Pariſ conſ.89 num.24. lib.1. Rota Lucenſ apud Magon deciſ.13. num 21.*

Non igitur præiudicium pati poterit apud Iuſtiſsimos, doctiſsimoſque, & oculatiſſimos Iudices Veritas geſtorum in hac re pro

pro meis principalibus,ex his,quæ Aduerſarij,non ſine æquiuocatione,proponut. Quia
3 nimirum veritas apud ipſos perire non poterit,ſine qua Iuſtitia non adminiſtratur, & quæ occultari non debet, ne malus, vt bonus æſtimetur;vt loquitur *text.in can. quamquam Sacerdotum.14.quæſt.2.*& ſequitur *Franciſcus Marcus deciſ.Delphinat.1167.num.5.par.1.& Rota Maceraten.apud Marcum Anton.Thomati,deciſ.10.num.5.*

Aduertenda itaquè verba omnia erunt, quæ in viſitatione,tàm pro Sancta Maria Maiore anno 1581. ſcripta per Dominos Viſitatores fuere,quam pro Sancta Maria Rotunda anno 1585.regiſtrata inueniũtur.
4 Profectò quòd illa aperta omino cum ſint, æquiuocationem minime admittunt, *l. ille aut ille,§.cum in verbi. ff de legat.3.text.in l.continuus 137.§.cum ita ſtipulatus,in fin.ff.de verborum obligatione.*

Et ſanè nihil omnino receſſum apparet ex hac viſitatione anno 85.pro Rotunda facta,ab ijs, quæ anno 81. pro Sancta Maria Maiore dicta,atquè ſtatuta fuere. Nequè enim quicquam ex his, quæ pro Sancta Maria Maiore, fines deſignando, & loca, per quæ Ius ſuum eſſet anno 81.decreta fuerat, in hac ſecunda Viſitatione pro Rotunda tactum, nequè derogatam vllo modo appa-
5 ret. Vt quod Viſitatores non dixere, nequè nunc dicere debeat Aduerſarij ad ſtatutum ſemel iam, peruertendum ordinem, & pacem inter fratres prouendam, *ad text. in can.conſuluiſti 18.§.& quod Sanctorum Patrum 2.quæſt.5.cap.2.ne ſede vacante,l.diſſidentis.5.C. de repud.Nauarr.de orat.& horis canonic.cap.5. num.8. Cardin. Tuſcus tom 2. littera D.concluſ. 517.num.30 31.& 32.Rota in recent. part.1.to.2.deciſ.660.num.5.*Quod ſi firmo contendere velint pectore,receſſum per hanc ſecundam Viſitationem à prima pro Sancta *Maria Maiore* fuiſſe; & Rotundæ datam plateam,quæ per prius Sanctæ *Mariæ* Maiori, & in deſcenſu à ſiniſtris,& aſcenſu à dextris
6 conceſſa fuerat; ipſi id probare debebunt, *text.cum gloſſ. in l.cum de lege 17. ff. de probat. Bald.conſ 340.in fin.vol.3. Beccius,conſ.35.num.4.*quos ſequitur optimè *Surdus deciſ 195.nu.4.Rota apud Caputaquen.deciſ.367.num.2.& 3. part.2.*

A ſatis duram ſubibunt prouinciam: Et quod Viſitio pro ipſis de platea loquatur à ſiniſtris Sanctæ *Mariæ* Spiritus ſancti;noſtra autem à dextris non à ſiniſtris ſit; Et quod illa verſus locum, vbi dicitur *lo Vomaro* dirigat;hæc autem verſus Villam Antiniani, & quod illa aſcendendo pergat vſquè ad domum nuncupatam *dello Surdo, qua ad præſes eſt Ioannis Hieronymi Cacciuttuli.in loco,vbi dicitur,ſopra Santa Maria dello Monte;*hæc vero nequè domum nouerit prædictam *dello Surdo*,nequè ſupra locum ſit, vbi dicitur *Santa Maria dello Monte*,nequè ad illum pergat:vt
7 cum probatio deficiat eorum,quæ intentionis eorum ſunt, & quæ probare tenentur, (quòd ipſi ea afferant.) *l. ei incumbit. 2. ff. de probat.l.actor.23.C.eod.*deficere vtiquè,& ius debeat pro eis,atquè repelli,vtiquè dimitti.*cap.cum Eccleſia Sutrina.3.§.verum in fin.de cauſa poſſeſſ.& propriet. cap.vnico, §.cum enim, vbi plenè Gloſſ.verbo.actore. vt Eccleſiaſtica benefic.abſquè diminut. conferantur, l.qui accuſare 4.C.de edend.can. accuſator.2. vbi plenè Gloſſ.6. quæſt. vltim. plenè Barboſa aſſiomat.10. num.2.*
8 Potiſſimum verò in Iudicio hoc petitorio, in quo vertimur,& in quo pro nobis admodum facit poſſeſſio,§ *Retinendæ verſ.commodum poſſeſſionis inſtitut.de Interdictis,* poſt duas
9 præſertim ſententias pro nobis latas, vt optime aduertit *Bald.conſ.471.vertente quæſtione num.1.& ſeq.lib.1.* ſequiturquè *Barboſa d. aſſiomate 10.num 6.Roland.conſ 98.num.4. lib 3.*
10 Probare nempe tenebuntur ipſi (quod actores ſint,) ſpecialibus probationibus, ac demonſtrationibus per præſcriptos fines, qui ſoli huic plateæ à dextris, (quæ pro nobis eſt,) conueniant,non aſsignaræ iam à ſiniſtris,(vt verba ſunt viſitationis prædictæ,)vt ſi à probando defecerint, à iure quoquè cadant,quod non iuſtè, verum temerè preoptaut,vt poſt,*Ruin.conſ.30. nu.6.& 7. vol.1. & Roland.d.conſ.98.num.24.*ſequuta fuit *Rota in Romana Caſtri Orciani.1. Aprilis 1591.coram Orano,& in Mediolanen.bonorum 25. Februarij 1611.coram Vbaldo deciſ.195.num 8.& 9. part.1.tom.1. in recent. Gratian. Forenſ. part.4. cap.883.num.2. & 3. Rota apud S. memor. Gregor. XV.deciſ.195.num.5.*

Nequè enim in hac ſecunda viſitatione anno 85.de Rotunda facta, quicquam, (ne verbum quidem) de priori locuti fuere Viſitatores,vt receſſum ab illa videri poſſet per hanc ſecundam;quin imò magis (quod vnũ os omnino,ne loqui valeat,obſtruit adverſarijs, & digitum ſuper illud inducit) nihil omnino eorum, quæ in priori conceſſa fuerant Sanctæ Mariæ Maiori, datum fuit Confratribus de Rotunda, & ſatis ſemper per diuerſa proceſſum fuit in deſignandis finibus huic Eccleſiæ Sanctæ Mariæ Rotundæ,ab iis,quæ primitùs fuere: vt aſſeredum haud ſit nunc,(mutatum in hac platea ordinem fuiſſe,per prius deſignatum,) cum nihil de hoc loquuti fuerint Viſitatores; vt
11 non dixere, nequè etiam mente agitaſſe, æſtimandi ſint,vt Celſus loquitur *in l.labeo, 7.§.id Tubero. ff.de ſuppellect. legat.* Viſitatio planè S.Mariæ Maioris iam perfecta fuerat ab anno 81.& ſola remanebat Rotundæ;perfecta fuit, & ipſa anno 85. & ei ſui deſignati fines.Nihil erat ergo,quod à priori iam facta nunc anno 85. in hac platea à deſtris,(cum adeſſet platea à ſiniſtris,ſicuti deſignata fuit per contines ſuos proprios,) recederent Viſita-

ſitatores,& omnia iam perfecta,& comple-
ta deturbarent, atquè confunderent; quod
ſatis abſurdum eſt aſſerere. Vitandum igi-
12 tur. Satis autem firmum argumentum eſt
apud noſtrates ab abſurdo vitando; *Gloſſ. in
cap. dudum 14. verbo abſurdum. de præben. in 6.
Enerard. loco ab abſurdo. num. 1. Maceraten. va-
riarum reſolut. lib. 2. cap. 32. num. 13. Barboſa in
locis argum. commun. loco, 2. num. 1. & ſeq.* Fa
ceſſant ergo Aduerſarij, atquè ab inſtituto
13 recedant Iudicio; quod contra legem in
viſitatione dictam, in damnum proximi, fa-
ciant. argumento *text. in cap. nam concupiſcen-
tiam 4. cum ibi notat. de conſtitut.*

Deinde ſi modus attendatur loquendi
Viſitatorum, atquè verba ipſa recta perpen-
dantur, ac iuſta trutina, apparebit omnino
illos, ita apertè loquutos fuiſſe, vt nullam
proinde difficultatem admittant.

Cum enim concedant Rotundæ omnia
domicilia, *quæ ſunt à ſiniſtris vertentis à porta
Ciuitatis nuncupata, Porta Reale, ſeu porta di To
ledo*, & perueniant vſquè ad eam partem
*mænium prædictorum Ciuitatis, vbi dicitur, lo
Pertuſo; Et exeuntis ab eo loco, vbi dicitur lo Per-
tuſo extra menia, & Ciuitatem prædictam; &
euntis* (vtiquè à ſiniſtris) *per plateam nuncu-
patam Santa Maria dello Spirito ſanto, & aſcen-
dentis per dictam viam verſus locũ, vbi dicitur lo
Vomaro, vſquè ad domum nuncupatam dello Sur
do, & quæ ad præſens eſt Io: Hieronymi Caccint-
toli in loco, vbi dicitur ſopra Santa Maria dello
Monte. & ſimiliter à ſiniſtris vertentis, & euntis
verſus Caſtrum Sancti Erami, ſiue Sancti Eraſ-
mi, vſquè ad fundum, vbi dicitur lo Canciello in-
cluſiue*, &c.

Vtiquè apertè, & abſque prouerbio vllo;
confines omnes locorum diſtinguunt, per
ſatis diuerſas vias, & plateas, ab illis quæ an-
no 81. Sanctæ Mariæ Maioris Confratribus,
& hebdomadarijs dederant. Vt interuen-
14 dum proinde ſit verbis, quibus in conſignã-
dis, ac diuidendis finibus Viſitatores vſi fue
re, ad *text. in §. ſi is qui nauem, circa fin ff. de exer
citor. act. l. non aliter 67. in princ. delegat. 3. Ro-
land. conſ. 61. num. 30. vol. 3.*

Ita porrò ſignificantia illa ſunt, & rem
omnem ita apertè deſcribunt, vt nulla ſu-
perſit difficultatis quæſtio. Cum enim
ſemper à ſiniſtris procedant, concedendo
Rotundæ domicilia, quæ ſunt à ſiniſtris, &
ad locum *dello Pertuſo* perueniant, *& exeun-
tis* (inquiunt) *ab eo loco, vbi dicitur lo Pertuſo
extra mænia, & Ciuitatem prædictam, & euntis
per plateam nuncupatam S. Maria dello Spirito
ſanto, & aſcendentis per dictam viam verſo lo
Vomaro*, Vtiquè apertè declarant ſe non in-
telligere de platea, quæ dicitur *dello Spirito
ſanto*, quæ nobis anno 1581. data fuerat. Nã
illa eſt à dexteris *exeuntis, & euntis ab eo loco,
vbi dicitur lo Pertuſo*, non ſane à ſiniſtris. Et
præterea illa non eſt verſus locum, *vbi dici-
tur lo Vomero*; ſed verſus villam Antiniani,
per quam poſtmodum itur vſquè *vbi dici-
tur lo Vomaro*, ad quem locum non pertin-
gunt Confratres Rotundæ; licet verſus di-
ctum locum, vbi dicitur *lo Vomaro* per pla-
team à ſiniſtris nuncupatam *Santa Maria
dello Spirito ſanto* dirigant greſſus ſuos, vſquè
ad domum nuncupatam *dello Surdo, in loco,
15 vbi dicitur ſopra Santa Maria dello Monte.* Di-
ctio nempe illa (*Verſus*) ſituationem deno-
tat, non ſanè propinquitatem, vt oſtendat
qua verſus eundem ſit, & qua verſus ducat
platea *dello Spirito ſanto*, ipſis Confratribus
Rotundæ à ſiniſtris deſignata; ad differen-
tiam alterius à deſtris nobis conceſſę; ex illo
Ciceron. *lib. 4.* ad Atticum. Ex *Aſia rediens,
cum ab Aegina Megaram verſus nauigarem, cæ-
pi regiones tum circa proſpicere, & lib. 16.* ad
Atticum. *Verti me* (inquit) *à Minturnis Ar-
pinũ verſus*. Et Plautus. *Ego portas verſus per-
gam, & perquiram; quem ſi non inuenero domum
verſus reuertat*. Et dictum fuit in *Theatina Iu-
riſdictionis Sancti Ioannis in Viride 17. Iunij
1613. coram Coccino deciſ. 509. num. 5. part. 1.
tom. 2. in recent. & in eadem coram eodem 26. Iu
nij 1615. deciſ. 683. num. 5. ead part. tom. 2. & in
Exina bonorum 6. Iunij 1572. coram Card. Sera-
phino deciſ. 167. num. 5.* Vbi loquitur in ſimili
confine verſus Antignanum, & ſequitur op
timè *Barboſa de dictionib. dict. 421.*

Poſtmodũ, neq; ſolũmodo verſus dictũ locũ
(*vbi dicitur lo Vomaro*) fratribus Rotundę per
dictã plateã nuncupatã *Santa Maria dello Spi
rito Santo*, à ſiniſtris, pergendum, atquè eun-
dum eſt; ſed vſquè ad domum nuncupatam
*dello Surdo, quæ ad præſens eſt Ioan. Hieronymi
Caccinttoli in loco, vbi dicitur ſopra Santa Ma-
ria dello Monte*, quæ ſanè domus non eſt in
platea prædicta nobis conceſſa à deſtris, quæ
dicitur *Santa Maria dello Spirito ſanto*, nequè
per hanc ad eam (potiſſimum aſcendendo)
itur ſed per dictam viam à ſiniſtris, quæ du-
cit *ſopra Santa Maria dello Monte*; vt ex hac
confinium deſignatione ſatis apertè ſe di-
ſtinguere Viſitatores innuant plateam à ſini
ſtris nuncupatam *Santa Maria dello Spirito
ſanto*, à platea à deſtris, quæ dicitur *Santa Ma
ria dello Spirito ſanto*; nequè ſe per hanc pla-
tearum deſignationem, recedere velle ab aſ-
16 ſignatione anno 81. pro nobis facta. Alio-
quin, vt quid confinium hanc deſcriptio-
nem, ita punctatim fecere, ſi de eadem, atq;
vna platea nuncupata, & dicta *dello Spirito
ſanto*, intelligerent? argumento *text. in l. ſi
idem Codicilli. 7. de Codicillis* quo in text Im-
perator *ſi idem Codicilli*. (inquit) *quod teſta-
mentum eſſent, cur diuerſum his Inſtrumentis vo
cabulum mandaretur, quæ vis, & poteſtas vnũ
ſociaſſet?* vnde ex eo text. *Alex. Bald. & Salic.*
concluſionem ſatis ad rem noſtram aptam
17 eliciunt; *Quod illa, quæ habent diuerſa nomina,
& diuerſos tractatus; habent quoquè diuerſos effe-
ctus.* & ſecuta fuit Rota in *Romana domus 7.
Maij 1612. coram Gregor. XV. deciſ. 555. num. 8*

H Ioan-

Digitized by Google

Ioannes Baptiſta Coſta conſ.15. num.4. & conſ.
44 num.19.eadem Rota in Piſtorien beneficij 11.
May 1618. coram Buratto deciſ. 16. num.11.
apud Viuian.de iure patronat.Pariſ.conſ.3.num.
6.& conſ.21.num.12.vol.4.
18 Inde igitur confines omnes deſcripſere,
vt plateam hanc à ſiniſtris ab illa à dextris.
diſtinguerent, atquè certam facerent, omnemquè pœnitus incertitudinis anſam per
confines datos amouerent, atquè omnia determinarent *ad tex.in l. forma 4 in princ. ff. de*
cenſib.l. in teſtamento.27. vbi Caſtren. ff. de conditio & demonſtrat. Bart in l.demonſtratio falſa
num.14 in 7.q ff.eod. Alexan.conſ.96. num.6.lib.
5.Soccin. Iunior.conſ.127.num.28. lib 1. ſequitur *Card. Tuſcus tom.2. littera C. concluſ.699.*
num.29.30.31. & 32. & ſequuta fuit Rota *in*
Bononien fideicommiſſi de deſiderijs 25. Iunij
1629. coram Merlino deciſ.313. num.5. part.5.
diuerſorum. Suamquè mentem, & ſenſum per
finium deſcriptionem delararent, & per
quam nam plateam nuncupatam *dello Spi-*
19 *rito ſanto* Confratribus Rotundæ incedendum eſſet, diſtinguerent, ad *tex.* ſatis ad rem
noſtrã aptum in *l.Rutilia palla.69.ff.de contra*
benda empt. vbi Proculus Iure Conſultus, ex
reſtrictione confinium, quid ad Rutiliam
ſpectaret, decernit. & ſequitur *Bald conſ.422.*
ſuper quibus conſultus, lib.4. idemmet Tuſcus d.
concluſ.699.num.26. & ſequuta fuit Rota in
Aſsiſien.hæreditatis 23. Ianuarij 1615. coram
Pirouano deciſ.636. num.3. vol.1. poſthum. per
Farinac. Cum deſignati itaquè fines, plateæ
haud conueniant a dextris, quæ nobis conceſſa fuit anno 81. ſed plateæ dumtaxat à ſi-
20 niſtris, quæ anno 85 Rotundæ adicta eſt, &
proinde definitio ei non conuenit, nequè vtiquè definitum conuenire debebit, *l 2.§ ap*
pellata & ibi Doctor. ff ſi certum petat. l.4. §.toties ff.de damno infecto cap.indemnitatibus 43.§.
penult. de elect.lib.6. Marcus Mantua.vol.1.conſ.
1.num.7 & conſ.55.num.7.vol.2. & argumentatur optimè ad rem noſtram *Rota d. deciſ.*
309.num.5.part.1.in recent. Quemadmodum,
21 vbi verba diſpoſitionis non conueniunt,
nequè diſpoſitio ipſa conuenire debet *l.ita,*
tamen 5 ff.de adminiſtr. & pericul.tutor. Tuſcus,
tom.2. littera D. concluſ.493. Barboſa aſsiomat.
73.num.16. Rota apud Mantic. deciſ.153. nu.5.
Quibus pro Coronide addendum eſt, ad
omnem prorſus difficultatem proruendam;
quòd ita Viſitatores tunc temporis intellexerint, ſicuti per confines, & datam deſcrip
tionem plateam à ſiniſtris deſignant: Quod
viſitatio præſentibus (ex vtraquè) partibus
cùm facta fuerit, ſic tamen ab illo tempore
ad vſquè præſentem diem ſeruauerunt; vt
22 ipſa obſeruantia ſubſecuta per ſpatium 50.
annorum in apertum deducat, atquè declaret, ſic Viſitatores intellexiſſe; ad *text. in l. ſi*
de interpretatione 36.ff.de legib. Rota apud Gregor.XV.deciſ.280.num.5. & deciſ.302. num.10.
apud Card.Mantic.deciſ.296.num.3.apud Straphin.deciſ.954.num.4. apud Caualer. deciſ 117.
num.6. & deciſ 199.num.6. & deciſ.289.num.3.
apud Coccin.deciſ.483. num.1. & in Comen Iuriſpatronatus coram Mellino deciſ.103. num.4.
poſt primum vol.Conſi.Farinac. Adeo quidem
vt maior interpretatio ſit, quæ ex vſu, & ob
ſeruantia ſubſecuta deducitur, quàm, quæ
ex Iuris intellectu. *Rota part.1. diuerſorum*
24 *deciſ.574. num.3.* nimirum quod omnem
prorſus ambiguitatem ſubmoueat, *Maceraten. variarum reſolut. lib.1. reſolut.6. num.7.*
25 Quin imò nequè præſcriptionem exquirat hæc interpretatiua obſeruantia, nequè
longi temporis ſpatium, ſed ſufficiat, ita aliquando ſeruatum fuiſſe. vt *Rota* (inquit) *apud*
26 *Card. Caualer.deciſ.80.num.3.4.& 5.* vt conferet etiam titulum conformem obſeruantię
ipſi, etiam ex ſolo decem ãnorum decurſu,
ſecundum *Abb.conſ.6.num.2. verſ.tertium remedium,part.2 Crauett. conſ.294.num.8. verſ.*
vigeſimo primo, & ſequuta fuit Rota in *d. Aſsiſien hæreditatis coram Pirouano deciſ.636. num.*
5.in fin.vol.1.poſthum.per Farinac.
Nequè enim putandum, nec veriſimile
eſt, ſi non ita Viſitatores intellexiſſent de
platea à ſiniſtris; tunc præſentes Confratres,
inter quos erat & Parochus Rotundæ, diligens, ac ſtudioſus ſanè vir, ita reſupinos fuiſ
27 ſe, vt, quod ſuum erat, iactare voluiſſent, vt
Paulus loquitur *in l. cum de indebito, 25. §.qui*
enim ſoluit ff.de probatio ſequitur Rota *apud Ca-*
28 *ualer.deciſ.109 num.10.* Nec contemnẽdum
huiuſmodi argumentum eſſe, quod à non
veriſimili ducitur. docet *tex in cap. Quia veriſimile 10 de præſumpt. l.non eſt veriſimile 23.*
ff de eo quod vi, metuſque cauſa Rota in Romana
prætenſæ penſionis domus 22. Iuny 1587. coram
Card. Mantica deciſ.6. num.2. in impreſſis per
eum, quæ eſt etiam *47.nu.2.in fin.poſt 1. vol.*
Conſil. Farinac. quin imò tãtam obtinet vim,
29 vt in aduerſarium probandi onus reijciat.
Barboſa in locis argum. communibus loco 121.
num.2.
Quod autem de platea à ſiniſtris intellexerint Viſitatores, id omnino patet ex verbis viſitationis, quibus deſignant deſcribendo fines, *& omnia domicilia, quæ ſunt à ſiniſtris*
vertentis à porta Ciuitatis nuncupata Porta Reale, & vertentis per mœnia Ciuitatis prædicta, vſque ad eam partem mænium prædictorum, vbi dicitur lo Pertuſo: & exeuntis ab eo loco, vbi dicitur
lo Pertuſo, & exeuntis per plateam nuncupatam
S.Maria dello Spirito ſanto, verſus locum, vbi dicitur lo Vomaro: (vtiquè a ſiniſtris.) Tum
30 quòd præcedentia verba: (*omnia domicilia,*
quæ ſunt à ſiniſtris,) repetita quoquè cenſentur in ſequentibus; potiſſimum, cùm vnica
ſit orationis ſeries, nõ diuiſa, ad *text in l.item*
quia 4.§.Idem Iuliano vbi glo. verbo expreſsũ, &
ibid.Bart ff.de pactis, Afflict. deciſ.285. num.19.
& 20. Et ex præcedẽtibus ſequẽtia declaren
31 tur. *l Fulcinius 7.§.quid ſit latitare, ff ex quibus*
cauſ.in poſſeſſ.eatur l. apud Celſum 4. §.1. ff. de
dol.

dol.except. Afflict.deciſ.319. num.5.Franch.deciſ.213.nu.57.Rota in Aretina confidentiæ 1595 coram Litta deciſ.101, num.7. in fin, poſt 1.vol. Conſil.Farinac.

32 Tùm quod verſus locum, vbi dicitur *lo Vomaro*, à ſiniſtris, nō à dextris pergitur; alioquin fruſtranea eſſet deſignatio facta loci, Vomerem verſus: quod aſſerendum minime eſt, *ad text.in cap.ſi* Papa 10. *de priuileg. in 6.cùm alijs notat.*

Tùm præterea, quod verba, quæ in fine in dicta viſitatione deſcripta fuere, id apertè indicant, dum è domo dicta *dello Surdo: Et ſimiliter à ſiniſtris vertentis*, (inquiunt) *& euntis verſus Caſtrum Sancti Erami, ſiue S.Eraſmi, vſquè ad fundum, vbi dicitur lo Cauciello incluſiue.*

33 Dictio nempe illa, *& ſimiliter à ſiniſtris*, importat omnimodam ſimilitudinem ad præcedentia, *tex.in l.Clement patronus 81.in princ. ff.de hæredib inſtit. Det.conſ.646. & Soccin.conſ. 281.num.3.lib.1.Card.Tuſcus tom.2.litt.D. concluſ.375.num.7.& 9.* ſequitur, *Barboſa de dictionibus, dict.367.num.1. Rota in Sabinen Caſtri Montis Rotundi 8 Februarij 1627.coram Domino meo Coccino Decano deciſ.36.num.12. par.5. diuerſorum.* Cum igitur, & ex præcedentibus, & ſubſequentibus ſemper habeatur in viſitatione, ſiniſtrorſum pergendum eſſe Confratribus Rotundæ; non eſt vtiquè quod hi, qui à ſiniſtris ſunt, ad dexteras tranſire velint: Quòd deſignati fines mutandi minime ſint, nec tranſgrediendi, *prouerbiorum 22.tex. in cap.1.in fin.de ſepultur can.ridiculum 12.diſt. l.in ſebut 2.ff.de conſtit.princ.S.Thom.1.2.q.97.*
35 *art.1.* Standum ergo iis, quæ certam habuere determinationem iuxta *tex.in l.minime, 22 ff.de legibus.*

Nec ad rem faciunt, quæ comminiſcuntur ſibi, non rectè putantes, Aduerſarij: finiũ
36 deſignationem impreſcriptibilem eſſe, atq; proinde haud potuiſſe nos (etiam 50.annorum ſpatio) fines ipſos præſcribere, per *text.* in id apertum, (vt ipſi putant.) *in cap.ſuper eo 4.de paroch.& in can quicumque 4. & can.licet. 5.& can.inter memoratos 6.16.q.3.*

Tùm, quòd nos nuſquam de præſcriptione verba fecimus, vt nequè in mentem de illa aliquid induxerimus; cùm firmum, ac ſtabile ſemper fundamentum habuerimus; Viam hãc a dextris: *exeuntis per locum dictum dello Pertuſo per plateam, quæ dicitur S. Maria dello Spirito ſanto*. ſemper noſtram fuiſſe, nequè vllo vnquam tempore Rotundæ conceſſam, vt præſcriptione propterea nequè indiguerimus. Aſſeruimus tamen (veluti firmo etiam aſſerimus pectore,) quinquaginta annorum effluxum tempus, (& ſi nil pro nobis aliud ſupereſſet) & obſeruantiam continuato eodem tempore ſubſecutam, (partibus potiſſimum præſentibus, ac laudãtibus.) declarationem ſatis certam, atquè indubiam dediſſe mentis Viſitatorum, ac partium quoquè ipſarum, ſe non de platea à dextris, quæ nobis iam data fuerat anno 1581. intellexiſſe, ſed de illa a ſiniſtris, quæ anno 85. Rotundæ concedebatur expreſſis, ac deſignatis certis, & indubitatis finibus, & *verſus locum, vbi dicitur lo Vomero*, & ad vſquè domum nuncupatam *dello Surdo*, quæ in loco reſidet, vbi dicitur, *ſopra Santa Maria dello Monte*. Qui porrò confines plateæ à dextris nullo pacto conueniunt, vt in ſuperioribus latè diximus.

37 Tùm quòd *text. in cap. ſuper eo.* & alij per Aduerſarios allati ſatis diuerſam à mente, & ſenſu eorum interpretationem recipiunt.

Quin imò *text.* prædictus *in cap. ſuper eo.* apertis teſtatur verbis, tunc ſane ſeruãdum, quod in illo diſponitur de finibus non præ-
„ ſcribendis Parochiarum: *Si fines legitima pro*
„ *batione, vel alias indubitata fide conſtitit Eccle-*
„ *ſiaſtica conſtitutione ſtatutos*, & docet idem
„ omninò text in *cau prædicto inter memoratos*,
ibi: *Si tamen baſilicam veris ſignis limes prouiſus moſtrauerit.*

Aſt hic, ne dum legitima probatione, vel indubitata fide non conſtat, Viſitatores, & partes ipſas, quæ præſentes fuere, de platea à dextris intellexiſſe; Verũ cõttà apertiſſima, ac matematica demõſtratione conſtat, illos
38 omnino ſenſiſſe de platea à ſiniſtris per deſignatos cõfines, & nomina eorum, quæ certam, & indubiam rem efficiunt demonſtratam; eamquè ab alia quacumquè ſecernũt, atquè diſtingunt, *l.procuratoris 5.§.ſi plures, ff. de tribut actione, Rota in Mediolan. ſimulationis contractus 1599.coram Corduba deciſ.128.num. 6.poſt 1.vol.Conſil.Farinac.* & ita interpretationem hanc ſequuntur *Silueſt.verbo præſcript. 2.quæſt 6.num.6.Sayr.in Claui Regia, lib.9.cap. 12.num.7.Menoch.conſ.147.num.44.& 45.vol. 2.* aliiquè per eos relati. *Hieronymus de Monte tract.fin.regund.q.107.num.2.*

39 Tum præterea quod tex.prædicti loquuntur de limitibus, & finibus Parochiarum, eiſquè adherentibus; vt illi omnino imperſcriptibiles perſeuerent, quando certi ſunt, ac ſtabiles; profectò, quòd in his finibus, & limitibus nō poſſit dari certa poſſeſſio vnius ad alterum, cum vterquè ad illos accedat; non verò de ijs, quæ intra ipſos fines ſunt;
40 nam poſſunt rectè illa, legitima quadraginta annorum præſcriptione finiri. vt eſt text. *in cap.quia indicante, 9. & ibi Gloſſ. verbo quadraginta, & Felin ibid.de præſcript.& Panormit. d.cap.ſuper eo.Silueſt.d quæſt.6.* optime *Miſingerius ſingular.obſeruat.centur.6.obſer.28.Hieronym de Monte d.tract.fin.regund.quæſt.76.nu. 13.& ſeq.Menoch d.conſ.147.n.44. & 45. Sayr. d.cap.12.num.7.*

41 Tum quoquè (quòd fac nos præſcriptione niteremur) cum dubium ſit, nec certum, de platea nè à dextris exaudire voluerint Viſitatores, & ſimus nos in poſſeſſione per quinquaginta annorum curricula incõcuſſo

iure in platea ipſa à dextris cōtinuata: nobis vtiquè in petitorio quoquè palma concedenda erit, ſicuti ſemel atquè iterum in poſſeſſorio data: vti quæſtionem hanc Innocentius Papa diremiſſe conſpicimus dicto *Can. Inter memoratos 6. 16. quæſt. 3.* ſequentibus loquens.
,, *Ob hoc placuit* (inquiens) *inter alternas*
,, *partes inſpectores viros mittendos: vt diœceſis*
,, *poſſidentis (ſi tamen baſilicam veris ſignis limes*
,, *prouiſus monſtrauerit Eccleſiæ, cuius eſt ius re-*
,, *tentionis) ſit æternum dominium.* Hęc ibi Pontifex, & docet apertiùs, ac decernit aptiùs Gregorius Papa *can. volumus 2. 16. quæſt. 4.* Nec ſane ab re, quòd de iure melior eſt con
42 ditio poſſidentis, vt Alexand. 3. loquitur *in cap. ad aures 6. de præſcript.*

43 Tum demum, quòd *text. in d. cap. ſuper eo, reliquique in d. cauſa 16. quæſt. 3.* ſuperius relati canones, ſicuti etiam *text. Sacri Trident. Concilij ſeſſ. 14. cap. 9. & ſeſſ. 24. cap. 13. in fin § in his quoque Ciuitatibus de reformat.* de confinibus, & limitibus Parochiarum loquūtur, & diſponunt; vt vnicuiquè Gregi proprij attribuantur Paſtores, & Rectores, qui ſuarū ouiuum quiſquè curam habeat, & ordo Eccleſiaſticus non confundantur. Nos verò in in re ſatis diuerſa vertimur, in finibus videlicet platearum inter Confratres Contratantiatum, (vt hic nuncupantur,) quo ad ius
44 funerandi. Non licet itaquè à diuerſis arguere, à quibus ſequela iurè non ducitur *ad text. in l. Papinianus exuli. 21. ff. de minoribus,* quod poſsint profectò hæc præſcribi, ſicuti contrà Parochiarum limites in perſcriptibiles ſunt, vt *gl.* ſequitur *d. can. volumus, verbo. fines. 16. quæſt. 4. & Miſinger.* optimè *d. centur. 6. obſeruat. 28. num. 8. Sayr. d. cap. 12. num. 7. in fi. Syluest. d. q. 6. num. 6.*

Atquè ita ex his, emunctioris naris iudicio ſubmiſsis, reſpondendum cenſui.

CAROLVS MARANTA V. I. D.
Aduocatus.

Non ſemel tantùm negotium hoc deductum fuit in Congregatione cauſarum coram Eminentiſsimo Domino Cardinali Bonconpagno Archiepiſcopo, verùm, & bis ac ter, facto etiam acceſſu ad loca per Reuerendiſmum Dominum Fœlicem Tamburrellum Vicarium Generalem, nunc meritis ſic eius exigentibus Epiſcopum Soranum, Dominū meum, vna cum Fiſcali, ac Dominis Conſultoribus, inter quos aderat etiam Dominus Canonicus Ioannes Antonius Nouarius, aſsiſtentibus ex aduerſo partibus, ac potiſsimum Rotundæ Aduocato D. Vincentio de Leone, quo ex acceſſu oculari inſpectione confinium omnium euidentia pro nobis apertiſsimè patebat, vt nihil dicendum ſupereſſet; tamē diffinitiua ſentētia terminatum iudicium haud tunc fuit. Verùm me interim ad Iuuenacen Eccleſiā, ſic meis exigētibus peccatis, (vti tantæ dignitatis indigniſſimo) aſſumpto; vacare cauſarū patrocinio non amplius permiſſum mihi fuit, ſed Romam adire ad examen, & deinde ad reſidentiam, oportuit. Delatum tamen fuit, concordia inter ſe partes tacuiſſe. Quæ in hoc cauſa parauerам in medium operæ pretium me facturum exiſtimaui.

S V M M A R I V M.

1 *Verba ſunt eorum, quæ ſunt in anima paſſionum, notæ.*
Suntquè mentis noſtræ ſignificantiſſimum teſtimonium, num. 2.
3 *Voluntas diſponētis verbis enarrata, lex eſt.*
Eiquè non parens facinus non leue admittit, num. 5.
4 *Legi, quæ in commune bonum decernitur, nō parens, peccat.*
6 *Clauſula (& non aliter, nec alio modo) reſtrictionem operatur, & num. 20.*
Nullamquè aliam admittit interpretationem
Nullumquè alium intellectum.
Formamquè indicit omnino ſeruandam, num. 7.
Oſtenditquè voluntatem abeſſe diſponentis ſi contrà fiat, num. 8.
9 *Formam contrà datam quicquid ſit, cadit, ac nullum euadit.*
Forma dat eſſe rei.
Quæ autem deforma ſunt, dimitti haud poſſunt, num. 10.
11 *Dictio (poſt quam) omne reijcit anterius tempus, ſolùm poſterius reſpiciens.*
Conditionemque diſpoſitioni indicit, num. 12.
Præſertim ſi verbo futuri temporis iuncta fuerit, num. 13.
14 *Conditio nihil in eſſe ponit, omnia inſuſpenſo reſeruans.*
Nihil proinde interim debetur.
Suſpenditque diſpoſitum, neque interim obligationem parit.
Quæ in forma ſpecifica impleri debet, nu. 17.
16 *Ablatiui abſoluti conditionem diſpoſitioni inurunt.*
Et in forma ſpecifica impleri debebit, nu. 17.
Indicuntquè formam, ac finalem oſtendunt cauſam, num. 18.
19 *Forma data, non impleta, diſpoſitio ceſſat, ac corruit.*
21 *Declaratio debet intelligi ad terminos antecedētis diſpoſitionis, cui declaratio accedit, & quam ſupponit.*

22 *Se-*

22 *Sequentia præcedentia declarant; quæ à ſequentibus ſupponuntur.*

23 *Tempus fauore legatarij adiectum, expectādum erit; neque curſim rem agere.*

24 *Verba indicant animum, ac mentem loquentis.*

25 *Voluntati diſponentis contra ire illicitum. Quia eius voluntas lex eſt; omnino ſeruanda.*

26 *Legis voluntas hac eſt, vt diſpoſita à morientibus ſeruentur.*

27 *Monialis inter mortuos reputatur poſt profeſſionem.*

Neque velle, neque nolle, (vt mortuus) habens.

28 *Teſtator non præſumitur, abſque prudenti conſilio diſpoſuiſſe.*

29 *Eccleſia abſquè ſufficienti dote erigi haud debet.*

30 *Hominem Deus non prius creauit, quàm mundum crearet, vt inueniret ille domum paratam.*

31 *Declaratio concordare debet cum diſpoſitione, quam declarat.*

Alioquin declaratio vti erronea æſtimabitur num. 33.

32 *Teſtes ad concordiam ſunt reuocādi, ne periurio coarguuantur.*

33 *Diſpoſitio ſola, vti lex, attendi debet.*

34 *Voluntates moritiū impugnare nemini licet.*

35 *Reipublicæ expedit ſuprema hominum iudicia exitum habere.*

36 *Declaratio circa rem dubiam verſari debet, non circa claram, & patentem.*

37 *Voluntates morientium ſeruari iura omnia clamant.*

28 *Declarans nihil noui facit, ſed factum dilucidius exprimit.*

39 *Declaratio nouam ſpeciem non facit à re declarata, ſed eam, quæ eſt, detegit.*

Quare exauditur ad terminos præcedentis diſpoſitionis, num 40.

Alioquin non declaratio, ſed noua erit diſpoſitio, num. 41.

Ac conſequenter nulla.

Quia mutatur eſſentia prioris diſpoſitionis, num. 42.

43 *Declaratio ad terminos diſpoſitionis, quæ declaratur, tendere debet, non ex propria declarantis voluntate reggi.*

44 *Referens ad relatum reſpectum habere debet.*

45 *Facultas declarādi reſtricta videtur per dictionem, le ſopra nominate dichiarationi.*

46 *Dictio (ſignanter) reſtrictiua eſt.*

47 *Arbitrium, non liberum, ſed regulatum tanquam à bono viro, intelligitur.*

48 *Cautio facit, vt res non videatur liberè præſtita, ſed auocabiliter.*

49 *Iudicium finitum dicitur, cùm tota lis per ſententiam dirempta eſt.*

50 *Monachus poſt profeſſionem, cùm ſit iam mortuus mundo, teſtari amplius non poterit.*

Neque etiam declarare.

51 *Monachus per profeſſionem renunciat proprijs, ſeque ſub alterius obedientia, & poteſtate transfert.*

ARGVMENTVM.

Ad interpretionem voluntatis, vltimæ plura. Et num facta facultate per diſponentem alicui confeſſario, interpretandi voluntatem in caſu dubio, poſſit ille interpretationem omnino contrariam diſpoſitioni iam rogatæ aſſumere? Num verò Monialis poſt emiſſam profeſſionem valeat teſtamentum antea rogatum interpretari?

RESPONSIO DVODECIMA.

DOmina Iſabella Carafa, Duciſſa olim Cerciæ maioris, nunc verò Soror Maria Magdalena Carafa, Monialis Profeſſa in Monaſterio Sapientiæ huius Ciuitatis, anno 1617. ante quàm profeſſionem ſolemnem emitteret, ad Sacri Trident. Concilij præſcriptum, præuia licentia Domini Generalis Vicarij Neapolitani, de rebus ſuis diſponens, inter cętera ſequētibus diſpoſitionē ad fauorē Religionis Theathinorū Clericorū Regulariū rogauit, c. 20.

» *Item dichiaro ritrouarmi molto obligata alli*
» *Padri della Religione de' Clerici Regolari, &c.*
» *Per tanto voglio, che dal reſto delle mie facoltà,*
» *dedottione il peſo delli ſopradetti legati, e donatio-*
» *ni, e di quello ſe ricuperarà del mio antefato, il*
» *quale ſino ad hoggi importa da docati 17. mila in-*
» *circa, e da qualſiuoglia altra cauſa pertinente alla*
» *mia heredità, e di ogni attione, e raggione, che om-*
» *ni futuro tempore mi poteſſe competere contro*
» *qualſiuoglia perſona; ſe facci vn cumulo di docati*
» *30. mil. con ponerſi ad anno, per anno in compra,*
» *quello s'eſſigerà dell'entrate, e dalle compre ſi fa-*
» *ranno del modo, vt infrà; e fatta che ſarà detta*
» *ſumma ſia della Religione delli Clerici Regolari,*
» *per quell'opera, ch'io ſotto ſigillo di ſecreto, hò di-*

chia-

chiarato al Padre D. Thomaſſo mio Confeſſore, & non aliter, nec alio modo. Con peſo anco di dieci meſſe il giorno perpetue del modo come io hò detto à lui, e con le conditioni, e patti, che al detto Padre hò dichiarato, & non aliter, nec alio modo. Et in ſpecie con la ſpecifica, e particolare conditione, e nõ altrimente, la quale ſi cõtiene in vn foglio, che ſtrinerò di mia mano, e ſigillarò, nel quale dichiaro la mia volontà; e voglio, che ſi habbia da oſſernare puntualmente come ſi ritroua ſcritto in eſſo; il quale foglio ſarò duplicato, acciò vno ſi cõſerni appreſſo di me, e l'altro appreſſo di detto mio Confeſſore.

Et cap. 33. ſequentibus ſubnectit.

Item perche mi ſono annaluta nella preſente mia diſpoſitione del detto Padre D. Thomaſſo mio Confeſſore; confidandoli tutta la mia intentione, per tanto dò, & concedo al detto Padre piena, e pieniſſima anthorità di poſſere fare non ſolo tutte le dichiarationi ſopranominate: & ſignanter di quello in che s'haueranno da impiegare li detti ducati 30. m. in quello tempo, che ad eſſo parerà eſpediente, ma anco dichiarare qualſinoglia dubio, e lite, che forſi occorreſſe nella preſente mia diſpoſitione, dandoli tutta quella authorità, ch'io ſteſſa al preſente tengo delle mie robbe. Ordinando eſpreſſamente, che tutto quello, che da detto Padre ſarà dichiarato, inuolabilmente s'habbia da oſſernare.

Emiſſa poſtmodum ſolemni profeſſione in dicto Monaſterio per dictam Sororẽ Mariam Magdalenam Carafa: ſub die 12. menſis Auguſti 1620. dictus Pater Thomas Pelliccionus ex Clericis Regularibus declarationem prædictam rogauit, quæ etiam ſubſcripta fuit per dictam Sororem Mariam Magdalenam principalem, & ſigillata tradita illa fuit Notario publico, & poſtmodũ ſub die 10. Nouembris 1623. aperta. Continet autem declaratio prædicta, ſequentia.

Dichiaro primo, che l'intentione della principale fù, che li ducati 30. m. fuſſero della Religione videlicet, duc. 10. m. per la celebratione di dieci meſſe il giorno in perpetuum, cioè, &c. e duc. 20. m. fuſſero ſtati anco in compra vita ſua durante, acciò delli frutti ſe ne fuſſe fatta quell'opra, che mi haueua dichiarata, &c. Dichiaro ſecondo l'eſplicatione del Capo 20. di detta diſpoſitione, che l'opre da eſſa à me nominate furno l'infraſcritte gradatim, & ſucceſſiuè, con l'infraſcritti conditioni: cioè ò il quarto luogo in queſta Città di Napoli purche fuſſe ſtato, ò S. Giouanni à Maggiore, ò li Banchi nuoni oue è al preſente la Chieſa delli Barbieri, ò altro luogo ſimile, ò la fabrica della nnoua Chieſa di Santi Apoſtoli, vt infrà, ò la fabrica di Santa Maria de gli Angioli ad Echia, con libera facoltà di poſſere io eligere quella opera, che mi fuſſe parſa migliore, con l'ifraſcritte conditioni, videlicet: che facendoſi il quarto luogo, ſe ci haueſſero à transferire l'oſſa di ſuo padre, &c. & paulò poſt. *E quando non s'haueſſe poſſuto fare niſſuna delle dette trè opre, vt ſupra, ſi fuſſero diuiſi li detti duc. 30. m. trà le Caſi di Napoli, e Sorrento per quella parte, e portione haueſſe parſo à me, con conditione di non sbrigare il capitale vita ſua durante, &c. Dichiaro terzo qualmente nell'iſteſſo anno 1617. nel meſe di Giugno à tempo io dihiarai le dette confidenze laſciatemi, al P. D. Gio: Battiſta Caſtaldo Viſitatore per ordine del molto R. P. Generale, li diſſi con licenza della Principale, che l'intentione della detta Suor Maria Maddalena era, che s'attendeſſe ad hauere la Chieſa di San Giouanni Maggiore, ò li Banchi nuoni, ò altro luogo ſimile, acciò dopò l'eſpeditione della lite, ſe li poteſſe applicare il legato del modo, vt ſupra, e l'iſteſſo fù riferito dal detto D. Gio. Battiſta al Padre Generale, al quale anco io l'hò confirmato più volte, perloche lo detto Padre Generale fè fare molte diligenze per accapare vno delli luoghi nominati, e de più ne diede cura al P. D: Mattheo Prepoſito di S. Paolo, & à me. Per tanto dico, e dechiaro l'intentione di detta Suor Maria Maddalena eſſere, che ſoccedendo caſo, che à tempo s'haurà la ſentenza dell'aſſiſtenza dimandata ſopra la maſſaria di Poggio Reale per l'Antefato, della quale cauſa è Commiſſario il Preſidente D. Giouanni Henriquez, la Religgione haueſſe ottenuta la Chieſa di S. Gio. Maggiore dall'Illuſtriſſimo Signor Cardinale Arciueſcono, e dell'Abb. e Beneficiati di detta Chieſa; ouero la Chieſa di Santi Coſmo, e Damiano fundata dalli Barbieri nelli Banchi nnoni, ò altro luogo ſimile alli ſopradetti, in modo che ſe ritrouaſſe in pacifica poſſeſſione, dl'vno delli detti luoghi, con certezza, che non haueſſe à diſmetterſi, in tal caſo lo detto Legato ſia del detto luogo con le conditioni, vt ſupra, & infra & non aliter, nec alio modo. Mà non trouandoſi in tal tempo hauuto vno delli detti trè luoghi, vt ſupra, in tal caſo dichiaro l'intentione di detta Suor Maria Maddalena eſſere, che lo detto Legato ſia della Caſa di Santi Apoſtoli, per la fabrica della nnoua Chieſa &c.*

Mota igitur lite aduerſus Bona Ducis Cerciæ maioris viri quondam dictæ Dominæ Iſabellæ, poſtmodum Sororis Mariæ Magdalenæ, in Regia Camera, contra Regium Fiſcum, qui bona occupauerat dicti Ducis, pro reſiduo dotium, & antefato per viam aſſiſtentiæ, tàm ſuper iure in loco *Poggio Reale* dicto, quàm ſuper alijs Bonis prædicti quond. Ducis. Demum poſt multa ſub annum 1623. die 3. Nouembris, Latum fuit diffinitiuum decretum, quo fuit dictũ: *Aſſiſtentiam petitam per prædictam Illuſtrem Duciſſam Cerciæ maioris Iſabellam Carafam ſuper Maſſarijs, & domibus cum iardeno prædictis, eidem Duciſſæ Iſabellæ praſtandam eſſe, & praſtari debere, &c.* A quo decreto fuit reclamatum.

Verùm ſub die 18. Decembris eiuſdem anni 1623. fuit prouiſum, quòd *Conſignetur poſſeſſio maxariarum in actis deductarum cum earum domibus retroſcripta Illuſt. Duciſſæ Cerciæ maioris Iſabellæ Carafæ pro ſumma ducatorũ 7. m. iuxta appretium factum per Tabullarium electum in compotum crediti ipſius, &c. præſtita*

tamen

tamen prius cautione per dictam Duciſſam de reſtituendo maſſariam prædictam in caſu retractationis decreti.

Qua cautione præſtita, capta fuit poſſeſsio maſſariæ prædictæ ſub eodem die 15. Decēbris 1623. Et ſub die 4. Martij 1624. per Aſtorgium Agneſium Curatorem hæreditatis dictæ D. Iſabellæ Carafæ Duciſſæ fuit per inſtrumentum publicum facta aſsignatio ducatorum 20. m. Patribus Sanctorum Apoſtolorum vigore declarationis per dictum D. Thomam Pelliccionum factæ, ex corporibus hæreditarijs.

Poſtmodum verò anno 1628. fuit erecta quarta Domus in Platea de Toledo in hac Ciuitate, ſub inuocatione Sanctæ Mariæ de Laureto.

Contendere proinde Patres dictę Domus ad ſe ſpectare dictos duc. 20. mil. cum pro 4. Domo erigenda illi deſtinati fuerint per dictam Dominam Iſabellam Carafam Duciſſam Cerciæ maioris, Sororem Mariam Magdalenam. Verum per Patres Domus Sanctorum Apoſtolorum replicatur obſtare illis declarationem factam per dictum D. Thomam Pelliccionum voluntatis diſponentis iuxta ſibi factam facultatem, qua cautum fuit, tunc quartam Domum erigendam, ad legatum duc. 20. m. admitti debere.

„ *A tempo s'hauerà la ſentenza dell'aſſiſtenza*
„ *dimandata ſopra la maſſaria di Poggioreale per*
„ *l'antifato, la Religione haueſſe ottenuta la Chie-*
„ *ſa di S. Giouanni Maggiore, &c.* Vt ſupra retu-
„ limus, vt cùm non fuerit, tunc temporis ha-
„ bita dicta Domus quarta, iurè nec iniuria ap-
„ plicatio ſucceſſerit, in conſtructionem fabricæ nouæ Eccleſiæ Sanctorum Apoſtolorum.

At nos oppoſitione nihili ducta non factum fuiſſe, tunc temporis caſum pro Domo Sanctorum Apoſtolorum, firmo contēdimus pectore, deberiquè proindè Legatum prædictum duc. 20. m. Eccleſiæ, & Domui prædictæ Sanctæ Mariæ de Laureto, iam erectæ ab anno 1628. aſſerimus, contendimuſquè.

Planè, quia diſpoſitio prædictæ Dominæ Duciſſæ Iſabellæ Carafæ, vt ex verbis diſpoſitionis eius apertè legitur fuit; *Che dal reſto*
„ *delle mie facoltà* (dicens) *dedottone il peſo delli*
„ *ſopradetti legati, e donationi, e di quello ſi ricupe-*
„ *rarà del mio antefato, il quale ſino ad hoggi im-*
„ *porta da ducati 17. mil. in circa, e da qualſiuoglia*
„ *altra cauſa pertinente alla mia heredità, & di o-*
„ *gni actione, e raggione, che omni futuro tempore*
„ *mi poteſſe competere contro qualſiuoglia perſona,*
„ *ſe ne facci vn cumulo di 30. mil. ducati con poner-*
„ *ſi ab anno per anno in compra quello s'eſſigerà*
„ *dall'entrate, e dalle compre ſi faranno, del modo,*
„ *vt infra, & fatto ſarà detta ſomma ſia della Reli-*
„ *gione de Chierici Regolari, per quella opera che*
„ *io ſotto ſigillo di ſecreto hò dichiarato al Padre*
„ *Don Thomaſſo mio Confeſſore, & non aliter,*
„ *nec alio modo, &c.*

Seruanda igitur erit voluntas dictæ Dominæ Duciſſæ ſic piæ diſponentis, vt verba eius indicant, ex quibus internus animi ſenſus in apertum deducitur iuxta ea, quæ per Ariſtotelem primo perihermenias proferū-
1 tur, quod ſunt verba earum, quæ ſunt in anima paſſionum notæ; *ad text. in l. labeo 7. §. id Tubero ff. de ſuppellect. legat. can. is autem 22. quæſt. 2. Petrus Gregor. Tholoſan. ſyntagmat. iuris*
2 *vniuerſ. lib. 24. cap. 1. num. 1.* Nequè enim clarius aliud, atquè ſignificantius mentis noſtrę eſt teſtimonium, quàm qualitas inſpecta verborum, vt ex Caſſiodoro refert *Iacob. Thomingius deciſ. Lipſien. 9. num. 3. & dixit Bald. in l. generaliter 13. in primo notab. C. de non numer. pecun. Rota apud San. memor. Gregor. XV. deciſ. 301. num. 5.*

Voluit igitur diſponēs Domina Duciſſa, vt ex reſiduo hæreditatis ſuæ (facto ſatis legatis, & donationibus per prius per eam rogatis) ex reſiduo bonorum ſuorum, ac præſertim de duc. 17. mil. circiter pro Antefato ſibi debitis, cumulus fieret ducatorum 30. mil. ex redditibus annuis ex dictis bonis perueniendis; quo ſanè cumulo facto ipſi 30. m. cederent in vtilitatem dictæ Religionis Patrum Clericorum Regularium Theathinorum, in opus illud, quod ipſa D. Thomę eius Confeſſario in ſecreto, & ſub ſecreti ſigillo eddixerat.

Parendum ergo prius erat voluntati, & diſpoſitioni dictæ Dom. Duciſſæ per cumulum modo prænarrato 30. m. faciendum, quàm opus demādatum, & ſecreto aurium fiſum 30. ipſa millia obtineret Religio. Quia
3 lex eſt voluntas diſponentis verbis enarrata, *ad text. in §. diſponat in auth. de nupt. collat. 4. can. vltima volūtas 13. quæſt. 2. l. prima, §. ſi enim teſtator, C. communia de legat.* vt ſicuti legi, quę
4 in commune Reipublicæ bonum aliquid decernit, parendum omnino eſt, ni peccato tranſgrediens maculare ſe velit *ad tex. in c. 1. de conſtitut. cap. fin. ibi: Cuius tranſgreſſio periculum ſalutis inducit de Conſuetud. Abb. in cap. nā concupiſcentiam 4. num. 2. de conſtitutionib. S. Thom. 1. 2. q. 96. art. 4. Nauarr. man. cap. 23. n. 48. Couarr. regula peccatum part. 2. §. 5. num. 3. cum ſeq. Ioann. Salas de legib. diſput. 50. ſect. prima num. 6.*

5 Ita, pariquè modo voluntati parendum ſit eius, qui de rebus ſuis diſponens, legem eddixit, Vt ſi contrà fiat, facinus, nec leue, incurratur. *can. Sylueſt. cum ibi not. per Gloſſ. 11. quæſt. 1. l. fin. C. de fideicomm. Nauar. conſ. 9. num. 6. verſ. ac præfata venditio. lib. 3. de empt. & vendit. & man. cap. 23. nu. 65. Pater. Molina de iuſt. & iur. tom. 1. diſput. 251. col. 2. verſ. dubium tamen eſt, Rota apud Cardin. Caualer. deciſ. 471. num. 1.*

6 Quod firmiſſime ſuadet clauſula, quam diſponens adiecit, vt ita (vt ipſa eddixerat,) fieret, *& non aliter, nec alio modo*, quæ planè clauſula

Digitized by Google

ſula teſtrictionem , atquè compreſsionem operatur dictorum,vt nullam admittere valeant interpretationem aliam,quàm ex verbis ipſis, & diſpoſitione habetur, nullamq; admittat modificationem; nullumquè aliū intellectum , *vt docet Bald. in l. ſiquidem 9.ad Gloſſ.num 3.C.de except.Soccin.Senior.conſ.257. num.3.verſ.poſtremò concludenter , vol.2. Pariſ. cōſ.19.n.15 & ſeq.vol.2. Decian.conſ.72.nu.35. lib.2.Viuius deciſ.23.num.2.Cæſar.Bartius deciſ. Bonon.25.num 69 Petrus Cened.ſingular.65.nu. 3.Barboſa de clauſulis calauſ.81.num.2.*

7 Atquè formam diſpoſitioni indicit omninò ſeruandam *ad text. in l.de his, vbi Bart. num.3.C de tranſact.Carol.Ruin.conſ.93.nu.25. lib.3.Magon.deciſ.Florent.49. num.7. & 8.Cened.d ſingul.65.num.1.& ſeq. Barboſa de dictionib. dict.220. & de Clauſul. d. clauſ.81. num.2. Bartius d.deciſ.25.num.69.& deciſ.79.num.45. & deciſ 97. nu.3. Rota in Peruſina fideicommiſſi 14.Iuny 1559.coram Litta deciſ.16.num.2.part. 2.tom.1.in recent.*

Oſtenditquè voluntatem abeſſe diſponētis,ſi contrà,ac ipſa diſpoſuit fiat *Decian.cōſ. 1.nu.32.lib.3.Doctor.Mart.de clauſ.part 1.clauſul 76.num.9.10.& 11. Bartius deciſ.25. nu.69. & d.deciſ.79.num.45. Rota in Foroliuien. cenſ. 13.Nouembris 1589.coram Orano deciſ.43.num. 2.in fin.poſt 2.vol.Conſil.Farinae.Barboſ.d.clauſul.81.num.7.*

9 Quicquid autem contra præſcriptam à diſponente formam attentatur, nullum eſt. Quòd ſeruari forma debeat, ex qua res omnis eſſe ſortitur,*l.Iulianus 9.§.ſi quis rem,ff.ad exhibend.l.non dubium 5.C. de legib.cap.qui ex timore 8.de regul iur.extrà cap.qua contrà 64.de regul.iur.in 6.cap cum dilecto.22.de reſcript.cap. piſanis 19. de reſtitut. ſpoliat. meus Maranta in ſpeculo 2.part.princ.in princ.num.25.& conſ.42 num.4.5.6.& 7 & conſ.84.num.6. in fin.Rota apud S.memor. Gregor XV. deciſ.23. num.2. & deciſ.518.num.3.& 4.Rota part.1. diuerſ.deciſ. 226.num.2.*

10 Nimirum,quòd quæ de forma ſunt,omitti minimè poſſunt. *ſecundum Bald. in authen. matri,& auia num.3.C.quando mulier tutel. officio fungi poteſt,Rota apud Card.Canaler.deciſ. 288.num.3.*

Potiſsimum cùm pręcisè locuta fuerit diſponens , vt non antè relictum Religioni quæreretur Patrum Theatinorum,in opus per eam etiam ſecreto demandatum, quàm cumulus prædictus triginta millium,modo
» per eam dato,factus fuiſſet, dicens: *Et fatto,*
» *che ſarà detta ſumma.ſia della Religione di Chieri*
» *ci Regolari per quell'opra , che io ſotto ſigillo di*
» *ſecreto hò dichiarato al Padre D. Thomaſſo mio*
» *Confeſſor.& non aliter,nec alio modo.*

Non itaq;antè Religioni relictum quæri voluit diſponens , quàm factum fuiſſet cumulus prædictus triginta millium. Vt ſuper eſſet vnde opus demandatum ſuum videret effectum.Hoc nempè verba indicant illa.
» *E fatto,che ſarà detta ſumma,*quæ latinè reddi poſſunt,& poſtquam ſumma prædicta conflata fuerit, religioni quæratur *ſia della detta Religione.*Dictio namquè illa,(& poſtquam)
11 omne reijcit anterius tempus,atquè poſterius dumtaxat reſpicit,& admittit *ad text. in l.Aemilius Largianus 39.ff de minoribus, & tex. in cap.cum tu 16. vbi Scribent. de teſtibus, l pacta conuenta 72. in princ. vbi gloſſ. ff. de contrahend.empt.Pariſ.conſ.31.nu.83.lib.1.* ſequitur *Cenedus ſingul.75.num.3.& Barboſ.de dictionib. dict.272.num.4.*

12 Pręterquam, quòd conditionem diſpoſitioni indicit, ſecundum *Bart.in l. quibus dicbus,§.Termilius,num.5.ff.de condit. & demonſt. l ſi ita ſcriptum 46 §.fi.vbi gl.verbo nupſiſſet, ff. de legat.Rota in Paduana iuris patronatus 1.Iuly 1601.coram Corduba deciſ.46 num.1. in fin.*
13 *part.2.tom.1.in recent.* Si pręſertim verbo futuri temporis iuncta fuerit (vt in facto hoc noſtro,*e fatto,che ſarà*)atquè à futuro euentu diſpoſitio pendens fuerit , vt aduertit *Bart. in l.prima verſ.aliquando num.3. ff de condit.& demonſtrat.Hieronym.de Monte quæſt.24.num. 1.*ſequitur *Barboſa d.dict.272.nu.2.*

14 Conditio autem nihil omninò in eſſe ponit,ſed omnia in ſuſpenſo reſeruat. Vt nihil interim debeatur donec purificata conditio ipſa fuerit,*l.cedere diem 213.§.vbi ſub conditione,ff de verbor. ſignificat l. non omnis 19 ſi certum petatur,l.hoc iure vtimur 10.ff.de verborū obligat.l.vnica § ſi antè aliquid ſub conditione, C.de caducis tollend. § ſub conditione & §.conditiones inſtitut.de verborum obligat.l.cùm ad præſens 37.ff ſi certum petatur cap.fin.in fin de trālat.* Epiſc.*cap.verùm 4 de condit.appoſit.cap.vnico,§ fin.de ſponſalib.in 6. Ludouic.Caſanate conſ. 35.num.9.Heronym de Monte d. quæſt.24.num. 2.Ioan.Cephal.conſ.37.nu.47.vol.1.*

15 Quinimò , nedum actum,ac diſpoſitum ipſum conditio ſuſpendit; verùm, & obligationem,illiuſquè natiuitatem, vt optimè ad rem adnotat *Griuellius Senatus Dolani deciſ.133.num.9.*

Nihil igitur Religioni,quęſitū fuerat, antequam cumulus factus fuiſſet 30.m. per diſponentem ſub forma pręciſa demandatus, & non aliter,nèc alio modo.

Quod dilucidus ſuadetur, ſi verba prędicta, *(& fatto che ſarà detta ſumma)* per ablatiuum abſolutum latinitati donentur.(Et facta,atquè conflata dicta ſumma) ſcilicet pecuniarum triginta millium,modo ſupra per diſponentem narrato.

16 Ablatiui nempè huiuſmodi abſoluti,pręterquàm quòd conditionem diſpoſitioni inurrunt,*l.à teſtatore 108.vbi Gloſſ.verbo conditio ff.de condit.& demonſtr.l.euictis agris 18.ff. de vſur.*pluribus,*Frāciſcus à Ripa in rubr.ff ſolut matrim.num.30.cum ſeq.& ibid. Doct.Ioan. Cephal.conſ.296.n.4.lib.2.*

17 Itaut in forma ſpecifica impleri conditionem oporteat,non verò per ęquipollens

l.Qui

Digitized by Google

l. Qui hæredi 44. & l. Meuius 54. ff. de condit. & demonſtrat. Proauus meus Robert. Maranta conſ. 31. num. 3. Rota apud S. memor. Gregor. XV. deciſ. 492. num. 7. & 8. plenè *Surd. conſ. 186. num. 19. lib. 1. Rota apud Cardin. Caualer. deciſ. 428. num. 2. & in Romana donationis de Maſſis 28. Martij 1577. coram Aldobrandino Clement. VIII. deciſ. 433. num. 2. part. 1. diuerſ.*

18 Formam quoquè indicunt, cauſamque finalem, oſtendunt *Aluarus Valaſcus conſult. 60. nu. 7. & 8. Rota apud Cardinal. Caualer. deciſ. 78. num. 3.*

19 Vt forma data minimè impleta, ceſſare quoq; diſpoſitio debeat. *Valaſcus*, qui alios refert *d. conſul. 60. n. 9. ad regulam tex. in cap cum ceſſante 60. de appellat.* quòd ceſſante cauſa, ceſſat effectus, & latè tradita *ibid. per Tiraq in prima part. num. 89.*

20 Attentis potiſſimum dictionibus illis ſubſequentibus, (& non aliter, nec allo modo,) quæ diſpoſitionem comprimunt, vt non aliter fieri debeat, quàm demandatum fuit, ita vt ſi aliter fiat voluntas deſit diſponentis, vt ſuperioribus diximus.

Nec obſtabit, quæ ſatis fortiter obijcitur nobis declaratio ex voluntate diſponentis per Patrem D. Thomã Pelliccionum facta,
„ qua dixit. *Per tanto dico, e dechiaro l'intentione*
„ *di detta Suor Maria Maddalena eſſere, che ſocce-*
„ *dendo caſo, che à tempo s'haurà la ſentenza del-*
„ *l'aſſiſtenza dimandata ſopra la maſſaria di Poggio*
„ *Reale per l'anteſato, della quale cauſa è Commiſ-*
„ *ſario il Preſidente D. Giouanni Henriquez, la Re-*
„ *liggione haueſſe ottenuta la Chieſa di San Gio:*
„ *Maggiore dall'Illuſtriſſimo Signor Cardinale Ar-*
„ *ciueſcouo, e dall'Abb. e Beneficiati di detta Chie-*
„ *ſa; ouero la Chieſa di Santi Coſmo, e Damiano fun*
„ *data dalli Barbieri nelli Banchi nuoui, ò altro luo*
„ *go ſimile alli ſopradetti, in modo, che ſe ritrouaſſe*
„ *in pacifica poſſeſſione delli detti luoghi, con cer-*
„ *tezza, che non haueſſe à diſmetterſi, in tal caſo lo*
„ *detto Legato ſia del detto luogo con le conditioni,*
„ *vt ſuprà, & infra, & non aliter, nec alio modo.*
„ *Ma non trauandoſi in tal tempo hauuto vno delli*
„ *detti trè luoghi, vt ſupra, dichiaro l'intentione di*
„ *detta Suor Maria Maddalena eſſere, che il detto*
„ *Legato ſia della Caſa di Santi Apoſtoli, per la fa-*
„ *brica della nuoua Chieſa, &c.*
Non (inquam) obſtabit.

21 Tùm, quòd declaratio iſthæc exaudiri debet iuxta terminos antecedentis diſpoſitionis, ad quã declaratio acceſſit, facto ſcilicet cumulo ducatorum 30. mil. iuxta prænarratam diſpoſitionem. Supponit nempè declaratio precedentem diſpoſitionem, ad quam ipſa accedit declaratio. Cùm enim ſit actus ſubſequens diſpoſitionem, vtiquè ſupponit illam antecedentem. argumento, *tex. in l. ſed Iulianus 9. in princ. & §. proinde, ff. ad Senat. Conſult. Macedon. Surd. deciſ. 105. num. 8.* quem ſequitur *Anton. Monach. deciſ. Florent. 2. num. 25.* Quemadmodum ex ſubſequentibus quid in præcedentibus actum fuerit aperitur pariter, & declaratur, *argumento text. in § panonum inſtitut. de rerum diuiſ.* & eorum. quæ habet Iulianus *in l. ſeruus plurium 53. §. fin. in fin.* ibi: quæ præcedunt, vel quæ ſequuntur, *ff. de legat. 1. Aymon. conſ. 319. nu. 11. Cacheran deciſ. 90. nu. 19. Rota apud S. memor. Gregor. XV. deciſ. 169. num. 6.*

Cumulus vero prædictus 30. m. fieri de-
„ bebat. *Dal reſto delle mie facoltà* (vt diſpo-
„ nens loquitur) *deduttone il peſo delli ſopradetti*
„ *legati, e donationi, da quello ſi ricuperarà del mio*
„ *anteſato, quale ſino ad hoggi importa duc. 17. mil.*
„ *in circa, e da qualſiuoglia altra cauſa pertinente*
„ *alla mia heredità, & da ogni attione, e raggione,*
„ *che omni futuro tempore mi poteſſe competere*
„ *contro qualſiuoglia perſona ſe ne facci vno cumu*
„ *lo di duc. 30. mil. con ponerſi ad anno per anno*
„ *in compra quello s'eſſigerà dall'entrate, e dalle*
compre ſi faranno, del modo, vt infra, &c.

Si itaquè cumulus 30 m. fieri debebat ex reſiduo hęreditatis, ſolutis prius legatis alijs, & donationibus, per diſponentem mandatis, atquè præſertim ex duc. 17. m. pro antefato debitis.

Non vtiquè poterat quartus locus erigendus per Religionẽ excludi à diſpoſitionis cõſecutione ſtatim ſequta ſentẽtia ſolutionis antefati; cùm ex illo etiam cumulus fieri deberet ad ſummam 30. m. quæ non prius Religioni quærebatur, quàm factus fuiſſet cumulus prædictus. Sic enim diſponens ſtatuit, dicens: *E fatta che ſarà detta ſumma* (vtiquè triginta millium per cumulum iam demandatum) *ſia della Religione del*
„ *li Clerici Regolari per quell'opra, ch'io ſotto ſi-*
„ *gillo di ſecreto hò dichiarato al Padre D. Thomaſſo mio Confeſſore; & non aliter, nec alio modo.*

Nequè enim quartò loco erigendo directè triginta millia dedita fuere; ſed Religioni Clericorum Regularium ad opus demãdatum quarti loci. Priùs igitur Religioni quæſitum legatum fuit, & poſtmodum per eam quarto loco erigendo. Quemadmodũ num. 38. in diſtributione eorum, quæ diſpoſuerat, in fin. repetijt, dicens: *li ducati 30. mil. del mõte, vt ſupra, donati alla Religione.* Nequè Religioni ipſi 30. m. ſimpliciter applicata fuere; ſed ſub conditione *fatta, che ſarà detta ſumma, ſia della Religione, &c.* vt ſupra perpendimus.

At cumulus inter alia ex pecunijs pro antefato debitis fieri debebat, ad ſummam decem, & ſeptem millium conſequendis, quæ ſanè ſumma poſt ſentẽtiam debebatur, cum non ſpontè ſolueretur, ſed ex coactione, condemnato Regio Fiſco ad reſtitutionem bonorum quond. Ducis viri Dominæ diſponentis. Non itaquè ſtatim poſt ſententiam, eademmet hora debebatur, nequè ſtatim cumulus fieri poterat; vnde nequè Re-

ligioni ſtatim habita ſententia quęrebatur, non facto cumulo. Cùm expreſſe eidem relicta fuerint triginta millia *fatta che ſarà detta ſumma.* Expectandum proinde fuerat tēpus prefatū facti cumuli 30.m. vt tunc demū Religioni, quęreretur legatum; vt illa poſtmodum quartam domum erigere valeret, cuius fauore tempus inductum fuerat *argumento, text. in l ſi ita 44. §. Pegaſus. ff. de legat. 2. Abb. in cap. nos quidem 3. num. 7. de teſtam. Gratian. forenſ. part. 2. cap. 358. num. 15. Card. Manti. de coniectur. vltim volunt. lib. 7. tit. 10. num. 11.* Non igitur ita exaudiri declaratio debet, vt materialiter intellecta fuit.

Alioquin erit illa contraria diſponentis intentioni, ac menti, ipſiſquémet verbis diſ-
24 ponentis, ex quibus animus, & mens habetur loquentis *ad text. in d. l. Labeo 6. §. id Tubero. ff. de ſuppellect. legata.*

Quomodo autem cumulus prædictus fieri deberet, iam ipſamet diſponens in ipſa ſua diſpoſitione demandauit num. 21. & 22. *Dal l'entrate* (ſcilicet) *peruenien de dalla mia facultà.* Neque huic diſpoſitioni contrà ire licitum erit, cum lex ſit voluntas diſponentis, omninò ſeruanda *authent. de nuptijs collat. 4. §. diſponat. l. prima, C. de Sacroſanct. Eccleſ. Gloſ. in cap. tua nobis 17. verbo voluntatem de teſtam. extrà.*

26 Et hæc vna legum eſt voluntas, & intentio, vt quæ diſpoſita ſunt à morientibus, omninò ſeruentur, *§. exheredatos autem liberos, cap. 1. in authent. de hæredibus, & falcid. collat. prima.*

27 Inter mortuos autem, quòad diſpoſitionem iam factam, computabitur, hæc Domina, quæ per profeſſionem mortua mundo fuit, & cui neque velle, neque nolle (vt mortuo) manet amplius, *can. nolo. 10. & can non dicatis 11. 12. quæſt. 1. cap ſi religioſus 27. de electio. in 6. cap. fin. de ſepultur in 6. cap. cùm ad Monaſterium 6. de ſtatu monachorum extrà authen. ingreſſi C. de Sacroſanct. Eccleſ. Rota apud Coctin. deciſ. 360. num. 4.*

Tum quòd apertè etiam dicta Domina iam antè in ipſa ſua diſpoſitione mandauerat, quid faciendum erat ſequuta ſententia adiudicationis antefari num. 48. ſequentibus loquens.

,, *Item dichiaro, che ottenendoſi ſentenza d'adin-*
,, *iudicatione, ò aſſiſtenza ſopra la Maſſaria, ò altre*
,, *robbe dello quond. Duca Girolamo mio marito, ò*
,, *vero ſopra le robbe della Sign. Portia Caracciola*
,, *mia Socera, che le dette robbe ſi poſſano vendere*
,, *dal Sign. Ceſare con conſenſo però del detto P. D.*
,, *Thomaſſo, ò perſona da eſſo dichiaranda, ſenza*
,, *altra ſolennita di legge, per quello prezzo, ch'alli*
,, *ſopradetti parerà; il quale voglio ſe ponghi in cō-*
,, *pra del modo, e con le conditioni, e per lo fine, vt*
,, *ſupra.*

Non itaquè diſponentis voluntatis fuit, vt ſtatim ſequuta ſententia adiudicationis ſuper Rure pro antefato conſequendo, Religio ſuccederet; ſed ſequuta ſententia cumulus demandatus, etiam per venditionem bonorum, fieret, illoquè facto, ſic demum Religio ſucceſſionem ſubiret 30. m. & per eam locus erigeretur quartus Religionis eiuſdem, vel in Eccleſia Sancti Ioannis Maioris, vel Sanctorum Coſmæ, & Damiani, in loco *(delli Banchi nuoui)* vel in alio loco ſimili.

28 Neque ſanè hoc abſque prudēti conſilio per dictam Dominam Duciſſam factum fuiſſe videtur. Cùm enim noua Regularis Domus erigenda eſſet, non vtiquè illa abſ-
27 què ſufficienti dote erigi debebat *ad text. in cap. 1. vbi Gemin. de præben. in 6. Gloſſ. in can. quicunque fidelium 27. in Gloſſ. 1. in fin. 16. q. 7 can. nemo Eccleſiam 8. de conſecrat. diſt. 1. c. cum ſicut 8. vbi Glo. 1. de conſecra. Eccleſ. clement prima in princ. de iure patronat. Caſſador. deciſ. 10. de præbend. Menoch. de arbitrar. caſu 216. nu. 14 Surd. de aliment. tit. 1. q. 84. num. 7. Lotterius de re beneficiar. lib. 1. q. 31. num. 4.*

Quam ob cauſam iurè, nec planè iniuriâ demandauit, facto cumulo 30. mil. viginti milla ex illis, non ſtatim quarto loco erigendo acquiri, ſed Religioni cum onere tamen dictum quartum locum erigendi. *E fatto, che ſarà detta* [illegible] (inquiens) *ſia della*
,, *Religione di Chierici Regolari, per quell'opera,*
,, *che io ſotto ſigillo di ſecreto hò dichiarato al Pa-*
,, *dre D. Thomaſſo mio Confeſſore, & non aliter, nec*
,, *alio modo.*

30 Quemadmodum, non priùs hominem, rerum omnium plaſmator Deus creauit, neque inſpirauit in faciem eius, ſpiraculum vitæ *Geneſ. 1. nu. 27. Eccleſiaſt. 17. 1. & ſeq.* quàm totam mundi machinam plaſmaret ex nihilo; vt facto homine, microcoſmos, magnum hunc mundum, & ornatum, quaſi pro domo, nobilis habitator, & Rex inueniret, vt *Diuus Gregorius Niſſenus in ſuo exameron. ſiue de opificio Dei* adnotauit, *& Gregor. Nazianenus orat. 43. col. 3. in fin.*

31 Quo circa, vel declarationem à dicto P. D. Thoma factam ad terminos reducemus diſpoſitionis dictæ Dominæ, vt eam concordem diſpoſitioni præfatæ faciamus, ad terminos, *text. in d. cap. cum tu 16. de teſtibus, & notatis ibid per Gloſſ. in verbo. benignè.* Quate-
32 nus habet, teſtes ad concordiam inter ſe ſe reduci debere, ne periurij coarguantur. *Frāciſcus de Ponte conſ. 1. num. 50. & 52. vol. 1.*

33 Vel verò illam vti erroneam, & contrariam primariæ diſpoſitioni, quę ſola attendi debet vti lex, *ad text. in d. §. diſponat in authen. de nupt.* habere cogemur.

Quæ profecto perpenſio, atque verborū, voluntatiſquè diſponentis exactum trutinum, ex ijs potiſsimùm valiatur, quæ diſponens ipſa ſequenti capite 29. dixit, inquiens.

,, *Item dichiaro, che occorrendo, per non ſpedir-*
,, *noſi le liti preſto, ò per altro riſpetto, il monte, vt*
,, *ſupra eretto, ſe ritrouaſſe di maggiore quantità*
delli

„ *delli detti duc. 30.m. voglio, e dichiaro, che di det-*
„ *to aumento di qualſiuoglia quantità, che foſſe. ſe*
„ *ne facci quello, che hò detto ſotto ſigillo di ſecreto*
„ *al P.D.Thomaſſo.*

Haud igitur ex his verbis declarationis
ſenſus venari poteſt: diſponentis mente fuiſ-
ſe, vt ſtatim ſecuta ſententia adiudicationis,
(ſi Domus quarta in eſſe deducta non repe-
riretur,) eſſet illa excluſa, & ius quæſitum
fabricæ nouæ Eccleſiæ Sanctorum Apoſto-
lorum.

Quando quarta hæc Domus ex cumulo
30.m. facto, (modo demandato) per Religio
nem erigenda erat ex 20.m. eidem ex dicto
cumulo aſsignandis, quin magis ex fructi-
bus annuis vigintimillium prædictorum.

Neque Religio priùs Domum nouam
quartam fundare debebat (vt eſſet parata,
ſtatim ſecuta ſententia adiudicationis con-
ſequendorum pro anteſato) cum illa abſq;
pecunijs excitari minimè poſſet, & ex cumu
lo ædificari debebat. Debebat proinde Re-
ligio expectare tempus cumuli facti, vt poſt
illum ſibi quęſitum, nouam Domum ędifi-
caret, non antè.

Quare vel, vt diximus, declarationem
præfatam ad rectum ſenſum, vt concinat
verbis, & voluntati diſponentis, reducemus;
vel verò, vt erroneam, & ex diametro aduer
ſam diſpoſitioni prędictę, explodemus. Cũ
34 nulli liceat voluntates morientium impu-
gnare, *ad tex. in l. nulli 28. C. de Epiſc. & Cleric.*
Quinimò magis publicæ rei expediat ſupre-
35 ma hominum iudicia exitum habere, vt
Paulus loquitur, *in l. vel negares. ff. quemadmo.
teſtam. aperiantur.*

Ne autem eius voluntas, & diſpoſitio mo
do vllo impugnaretur, prohibuit omninò
Domina diſponens, vt *Chiunque lo impediſſe*
„ *ò reſtringeſſe in qualſiuoglia modo reſti priuo di*
„ *qualſiuoglia beneficio, che in virtù di queſta mia*
„ *diſpoſitione li fuſſe peruenuto, ò foſſe per perue-*
„ *nire.*

Neque facultas per Dominam prædictam
declarandi Patri D. Thomæ confeſſario fa-
cta, ita laxa fuit, vt ipſiuſmet diſponentis vo-
luntati, ac menti aduerſari valeret; ſed quod
dubium eſſet declararet tantùm, vt quod
optimè noſſet eius voluntatem. *Per tanto dò*
(inquiens *num. 33.*) *à detto Padre piena, e pie-
niſſima authorità di poſſere fare tutte le dichiara-
tioni ſopranominate, & ſignanter di quello in che
s'hauranno da impiegare li detti duc. 30. mil. in*
„ *quello tempo, che ad eſſo parerà eſpediente; ma an*
„ *co di dichiarare qualſiuoglia dubio, ò lite, che forſi*
„ *occorreſſe nella preſente mia diſpoſitione, &c.* Per
pendenda quippe ſunt verba illa, *(di dichia-
re qualſiuoglia dubio)* rem dubiam patefacere
propriũ declarationis eſt. Vt declaratio haud
dicatur, quæ claram circa rem verſatur, non
circa dubiam *Caſtrenſis conſ. 338. ad fin. lib. 1.*
quem ſequitur Rota apud *S. memor. Gregor.
XV. deciſ. 375. num. 9. & 10.*

36 Et planè licet admiſerimus declarationẽ
prædictam per dictum D. Thomam factam,
quòd facto caſu, quò Domus quarta præ-
dicta erigi non poſſet iuxta Dominæ diſpo-
nentis voluntatem, acquirerentur viginti
millia pro fabrica nouæ Eccleſiæ Sanctorũ
Apoſtolorum, ordine ſucceſſiuo, vt ipſe
dixit.

Haud tamen admittimus illam, quòad
partem illam, quòd ſtatim habita ſen-
tentia adiudicationis, ſiuè aſſiſtentiæ ſu-
per rure in loco *di Poggioreale*, ſi non reperi-
retur extructa quarta Domus, eademmet
hora, acquireretur relictum viginti millium
Domui Sanctorum Apoſtolorum pro fabri
ca nouæ Eccleſiæ; cum ſit omninò aduer-
ſa voluntati, & diſpoſitioni dictæ Dominæ,
eamquè omninò ſubuertat, & in pęſſum tru
dat. Vbi enim (quæſo tè) eſt cumulus poſt
habitam ſententiam ex pecunijs ruris diuẽ-
dendi, & in emptionem vertendis, faciẽdus?
Quò nam abijt?

Quomodo ſic ſtatim euanuit? Quomodo
nõ volũtas, & diſpoſitio ſeruabitur diſponẽ-
tis, quã omninò ſeruandã ſanxit, mãdauit, de
37 creuit, impręcatata eſt? Cũ contrà, iura om-
nia clament, ſeruari in omnibus diſponẽtiũ
volũtates, ꝙ nihil ſit ampliùs, ꝓ hominibus,
poſt eorũ ſuprema funera, debeatur, quam
quòd firma ſint, quæ exequenda iudicauere
d. l. 1. C. de Sacroſanct. Eccleſ.

Et præterea ſi 30.m. relicta, ac dono data
Religioni fuere, vt ipſa poſtmodum facto
cumulo, voluntatem expleret diſponentis
Dominæ, quæ nomen ſuum Deo in Reli-
gione dabat per profeſſionem emittendam.

Quid (amabò tè) eſt, quòd declarans Pa-
ter D. Thomas viginti millia domui Sancto
rum Apoſtolorum attribuit in fabricam
nouæ Eccleſiæ, & non Religioni, quæ poſt-
modum curare debebat impleri mentem
diſponentis, vel per quartam Domum eri-
gendam; vel illa poſtmodum non erecta,
ordine ſucceſſiuo, (vt ipſemet delarauit) in
fabricam nouæ Eccleſiæ Sanctorum Apo-
lorum addiceret?

Quàm ob cauſam hinc etiam ſuccedit
applicationem factam per Aſtorgiũ, Agne-
ſium Curatorem hæreditatis dictæ Domi-
næ, ducatorum 20.m. Domui Sanctorum
Apoſtolorum anno *1624.* per publicum in-
ſtrumentum manu Notarij Antonij de
Monte de Neap. iuxta formam declaratio-
nis per dictum D. Thomam factæ; nullam,
& inualidam fuiſſe, vti factam directò con-
tra voluntatem & diſpoſitionem dictæ Do-
minæ Duciſſæ, per nos huc uſquè expenſam,
ac non ſeruata forma tradita per illam, vt
nullum euaſerit totum id, quod præter for-
mam datam geſtum fuit, vt ſuprà etiã per-
pendimus.

38 Qui autem declarat noui nil facit, ſed fa-
ctum dilucidiùs exprimit, neque noui quid-

quem dat,ſed datum ſignificat, vt Vlpianus loquitur,*in l.hæredi palam 21.§.1.ff.de teſtam. l.adeo.7.§.cum quis ff.de acquiren.rerum domin. Gabriel.tit.lib.6 tit.de regul.iur.concluſ.1.num. 1.Rota deciſ.14.num.3.de teſtib.& atteſtat. in antiquis.& deciſ.1.de accuſationib. in nouiſ. vbi addens littera B.Rota apud Card.Canaler.deciſ. 117.num.7.& deciſ.145.num.4.in fin.mens Maranta conſ.67.num.7.in fin. Barboſ. aſſiomat.66. num.1.2.& 3.Maceraten.lib.1.reſolut.3.nu.12. Marius Muta deciſ.72.nn.30. Rota apud Card. Mantic.deciſ.375.num.2.*

Qua de re,vel declarationem accipiemus dicti Patris D. Thomæ ad mentem diluci-dandam diſponentis in puris terminis declarationis, & nouam ſpeciem haud faciet,
39 ſed eam, quæ eſt deteget, iuxta verba Caij Iureconſulti,*in d.l.adeò quidem 7.§.cùm enim grana ff de acquirend.rerum domin.*exaudietur què declaratio ad terminos præcedentis
40 diſpoſitionis per dictam Dominam factæ; facto ſcilicet prius cumulo 30.m.,illoque Religioni addicto,etiam poſt latam ſententiam adiudicationis,& aſſiſtentiæ pro antefato debito,*iuxta tradita per Roman conſ.45.& Soccin.Senior.conſ 49.num.5.vol 1.& Barboſ.d. aſſiomat.66.num.2.*

Vel verò accipiemus illam non,vt declarationem ſimplicem,ſed vt nouam diſpoſi-
41 tionem, atquè prioris immutationem,(cū profectò contradicat diſpoſitioni,ac menti, & verbis dictæ Dominæ;) & cùm noua ſit diſpoſitio, nequè diſponendi facultatem habuerit dictus P. D. Thomas, erit, vtiquè vti noua diſpoſitio nulla,& inualida,ac nullius roboris, nec momenti,*ad text. in d. l.hæredi palam 21.§.1.de teſtam.*Quia hic mutare-
42 tur eſſentia prioris diſpoſitionis,quæ per declarationem non vtiquè mutatur,ſed (illa firma perſiſtente) dilucidatur ; atquè apertior fit.*Roland.conſ.15.num 27.lib.3. Octauian. Glorit.reſponſ 12.num.21.& ſeq Barboſ. d aſſiomat.66.num.4.Franciſc.de Pont.d.conſ.1.nu.51.* Declaratio enim circumſtantias circà eſſe debet,non circa rei ſubſtantiam; vt *ibid.* dicit *de Ponte.*

Nequè enim facultas facta eidem fuit ad deſtruendum id,quod diſpoſuerat dicta Do-
43 mina Duciſſa, ſed ad declarandum iuxta terminos diſpoſitionis ipſius, non verò ſecundum propriam voluntatem , *ad tradita per Bart.in l.edita num.8.C.de edend.& Decium conſ.146.nu 9.lib 1.*& ſequitur *Rota apud Coccin.deciſ.203. num.17. & in eadem deciſ apud Card.Canaler deciſ 45.nu.6.*

Tum præterea, quòd neque rectè, facta per Patrem D. Thomam declaratio prædicta,proceſſit. Profectò,quòd debebat illa fieri ad formam folij per dictam Dominam, diſponentem eius manu conſcripti, & eidē Patri traditi.Sic enim diſponens dicto num.
„ 20.in fin.loquitur.*Et in ſpecie con la ſpecifica,*
„ *e particolare conditione,e non altrimente,la qua-*
„ *le ſi contiene in vno foglio , che ſcriuerò di mia*
„ *mano,e ſigillarò;nel quale dichiaro la mia volon-*
„ *tà,e voglio,che ſi habbia da oſſeruare puntualmē-*
„ *te,come ſe ritroua ſcritto in eſſo . Il quale foglio*
„ *ſarà duplicato; acciò vno ſi conſerui appreſſo di*
„ *mè,e l'altro appreſſo del detto mio Confeſſore.*

Ad terminos igitur folij prædicti declaratio fieri debebat, iuxta diſponentis ſenſū, & mentem, voluntatemquè, vt referens ad
44 relatum reſpectum habere debuiſſet,*ad text. in l.aſſe toto 77.de hæred.inſtituend. Glorit.d.cōſ. 12.num.22.23.& ſeq.Barboſ.aſſiomat.201.nu.1.*

Et præterea nequè facultas declarandi dicto Patri D. Thomæ per diſponentem facta, ita laxa fuit,vt perperam Aduerſarij , exiſtimant,ſed reſtricta ad ea dumtaxat quæ,& ſecundum quæ,ipſa diſpoſuerat;dicens : *Dò ,e*
„ *concedo al detto Padre piena, e pieniſſima antho-*
„ *rità di poſſer fare non ſolo tutte le dichiarationi*
„ *ſopranominate:ſignanter di quello in che s'hanrā-*
„ *no da impiegare li ducati 30 m. et in quel tempo,*
„ *che ad eſſo parerà eſpediente;ma anco dichiarare*
„ *qualſinoglia dubbio , e lite che forſi occorreſſe,*
&c.

45 Fuit igitur reſtricta facultas,non laxa per dictionem *le ſopranominate dichiarationi,*vt ad illas tantummodo facultas reſtringatur *iuxta tradita per Rotam part. 1. diuerſorum deciſ. 713.n.2.3.& 4.*

46 Attenta potiſsimùm dictione illa,& *ſignā*
„ *ter di quello,in che s'hanranno da impiegari li*
„ *duc.30.m.& in quel tempo,chè ad eſſo parerà eſ-*
*pediente,*nam non liberum arbitrium dēnā
47 datum ei fuit , ſed id, quod tamquam viro bono magis ſibi expediens videbatur , diſpoſitione tamen ſemper firma remanente, iuxta plenè tradita per *Menoch.de arbitrar.q. 9. in princip. & de præſumpt. lib.4. præſumpt. 125.num.4 Rota in recent.part.2.tom.1.deciſ. 329.num 4.Mantic.de coniectur.vltim.vol.lib.9. tit.1 num.4.*

Quibus accedit, quòd nec rectè ſe geſſit dictus Aſtorgius Agneſsius,perperam exaudiendo declarationem prædictam per dictum P. D. Thomam factam (ſic illam iurè proceſſiſſe) cùm ſtatim habita ſententia adiudicationis,& aſsiſtentiæ ſuper Maſſaria di *Poggioreale* , aſſignationem vigintimillium, non ex cumulo , ſed ex bonis hæreditarijs; Domui Sanctorum Apoſtolorum fecerit.

Nimirum, quòd declaratio loquitur de ſententia finali pro toto debito antefati. At adiudicatio fuit in compotum crediti antefati pro nunc,pro ducatis 7.millibus; & nequè ſimpliciter,ſed præſtita cautione de reſtituendo tempore retractationis præſentis decreti Vnde non poterat dici lis finita . Et quòd adiudicatio erat in compotum, non pro toto credito: Et quòd aſſignatio facta
48 fuerat non ſimpliciter,ſed præſtita cautione,atquè proinde auocabilitor *ad text.in l 1. & 2 ff de vſufruct.earum rerum,quæ vſu conſumunt.l.procuratoris.§.fin.ff. de tributor. action.*

Vin-

Digitized by Google

Vincent de Franch.decis.75.n 9.& dec.200.n.4. Rota apud Coccin.decij.498.n.4.5.& 6.

49 Finitum autem dicitur Iudicium, quando tota lis completa fuit per ſententiam diffinitiuam; & ab ea appellatum minimè fuit, *ad text.in l.vltima,C.ſentent.reſcindi non poſſe Frederic.de Senis conſ.98. num.4. quem ſequitur Cardin.Tuſc.tom.3.litt.F.concl.379.nu.1.& tom.5. littera L. concluſ.385. num.1. & num,3.*

Nec ad rem pertinet, quòd declaratio prædicta fuit approbata per Dominam principalem.

Quia, vel approbatio prædicta exaudienda erit ad terminos diſpoſitionis præcedentis, ad quam declaratio acceſſit, & habemus intentum, nihilquè ampliùs operabitur, quã diſpoſitio ipſa præcedens,

Vel verò exaudienda erit, vt ſit noua diſ-
50 poſitio, & illa ſequi minimè potuit, cum iam eſſet mortua mundo, nequè poſſet amplius diſponere, nequè etiam declarare, vt vt plenè deducit in terminis, *Gaſpar Anton.*
51 *Theſaur. Forenſium, lib.2. quæſt.56.* Cùm per profeſſionem in religione emiſſam, & facultatibus, & voluntati renunciarit propriæ, ſequè ſub alterius obedientia, & poteſtate dederit, *vt Rota* loquitur *apud Coccin. d. deciſ. 360.num.4.*

A que ita ex his, Iudicio emunctioris naris ſuppoſitis, reſpondum cenſui,

CAROLVS MARANTA V. I. D.
Aduocatus.

Res apud Reuerẽdiſsimũ Patrẽ Generalẽ auditis ex vtrinq; Aduocatis longa, multaquè diſcuſsione exagitata fuit, Volueruntquè Patres, vt concordia dirimeretur litigiũ: quòd pecuniæ iam eſſent in fabricam dictæ Domus Sanctorum Apoſtolorum conſumptæ. Annuebam ego; quòd inter fratres res ageretur. Verum interim Romam me accedere oportuit ad examen pro Epiſcopatu Iuuenacen, ad quem à Sacra Regia Maeſtate Catholica præſentatus fui.

Quid proinde actum fuerit non plenè percepi Epiſcopali detentus onere. Onus vere Angelicis humeris formidandum, vt ex S.Bernardo Sacroſancta Tridentina Synodus declarat.

SVMMARIVM.

1 *Decimæ Papales onus ſunt non prædiorum, ſed Eccleſiarum.*
Miſtumquè onus æſtimantur, num 2.
Quia perſonis pro rebus impoſitum.
Magiſquè collectarum, quam tributi vicem ſubeunt, num.3.
Et ratione Eccleſiarum, non fructuum ſoluũtur, num.4.
Quia ex beneficijs ſoluuntur.
5 *Canonicus nouus ipſe decimas Papales non ſolutas à prædeceſſore, ſoluere debet.*
Quamuis nullos perciperit fructus.
Vnde poterit etiam exequutiuè aduerſus eum procedi, num.20.
Atquè etiam excommunicari, nu.21.
Nequè effugere pro præterito poterit, etiam ſi canonicatui cedat, num.29.
6 *Succeſſor debitum ſoluere tenetur, quod prædeceſſor non ſoluit.*
Aget tamen aduerſus defuncti hæredes, num. 17.
Vel aduerſus Cameram Apoſtolicam nu.18.
7 *Decimæ onus reale ſunt, & poſſeſſorem ſequuntur.*
Vnde ſucceſſor ſoluere eas tenetur, quæ prædeceſſor non ſoluit, num.8.
9 *Penſiones præteritas ſoluere tenetur ſucceſſor in beneficio.*
Factis tum diligentijs aduerſus prædeceſſorem.
Quia penſio onus beneficio iniuſtum eſt, n. 19.
Et poſſeſſorem ſequitur.
11 *Charitatiuum ſubſidium à prædeceſſore, non ſolutum, poteſt Epiſcopus à ſucceſſore in beneficio petere.*
Quia onus reale eſt, ſequiturquè poſſeſſorem.
Atquè etiam ab intruſo, num.12.
13 *Collectæ onus poſſeſſorem ſequitur.*
14 *Canonicus per Canoniam iura omnia conſequitur, & honores, & emolumenta.*
Ita etiam onera.
15 *Onera, vt eum ſequantur, quem emolumenta, & honores ſequuntur, natura conſentaneum eſt.*
16 *Legatum Capitulo factum, conſequitur etiã nouus Canonicus, ſi poſt adeptum Canonicatum diuidatur.*
Quamuis antea rogatum fuerit.
19 *Camera Apoſtolica tenetur ad onera beneficio iniuſta ſuccedens infructibus.*
Vnde penſiones decurſas ſoluere tenetur.
20 *Decimas Papales non ſoluens poteſt etiam exequutiuè compelli, atque excommunicari, num.21.*
22 *Excommunicatio pœna eſt contumaciæ, & exequutiue venit ad illam redarguendam.*
23 *Contumax, & beneficijs priuari, & excommunicari poteſt.*
24 *Capitulo interdicto ſuppoſito ob non ſolutionem decimarum Papalium, nouus Canonicus, & ipſe illud ſeruare tenetur.*
24 *Ciuitate interdicta, noui Ciues interdictum ſer-*

ſeruare tenentur.

26 *Populus aquis fluuialibus comparatur, quæ ſibi inuicem ſuccedunt.*

27 *Ciuitate interdicta, & ſuburbia quoquè interdicta cenſentur.*

28 *Eccleſia interdicto ſubiecta, Cappellæ, quoquè illi adhærentes, & cæmeterium interdicta ſunt.*

ARGVMENTVM.

Teneatur nec ne ſucceſſor in beneficio Papales ſoluere decimas, quas prædeceſſor non ſoluit? Et num cenſuris ligari, ſi negligens, vel in ſoluendo contumax fuerit?

RESPONSIO XIII.

NOuũ Canonicũ Cathderalis Eccleſiæ Amalfitanæ teneri ad decimarũ Papaliũ ſolutionẽ, quas prædeceſſor nõ ſoluerat, magis è veritate eſſe reſpondi.

1 Quippè Papales huiuſmodi decimæ onus non prædiorum ſunt, ſed Eccleſiarum: impoſitum non ſanè prædijs, ſed Eccleſijs, ſiue perſonis Eccleſiaſticis pro rebus, ad tradita *per Federicum de Senis, conſ.151.col.2.num.3.ad text.in l.eſt verum 3. C.de incolis lib.10. Ioann. Petrus Moneta de decimis cap.9. quæſt.2. nu.68.* probatur, *ex text.in extrauag.vn.in princ.de decimis inter communes ibi:* de Eccleſijs, & perſo-

2 nis Eccleſiaſticis. Mixtum itaquè onus æſtimabuntur, quia perſonis pro rebus, impoſitũ videtur. *Geminian.cap.1.col.2.num.5.de Immunitat.Eccleſiaſ.in 6 Federicus d.conſ.151.num.3 Ferrettus conſ 138.num.6 & 11. lib.1. & idem*

3 *Federicus de Senis conſ.81.* Vt collectæ magis, quàm tributo accedant, comparenturquè, quòd Eccleſiæ indictione potius, quàm rerum ſolui debeant; ſecundum *Bald.in l.neminem 11. num.2. verſ.2. ibidem C. de Sacroſanct. Ecclesſ.* quem ſequitur *Bertacchinus de Gabellis in prælud. num.16. vol.12. tract. Caſſanens in Conſuetudin Burgund.des iuſtices rubrica prima, §.4. in text.in dire impoſer. verſ.extraordinariũ,*

4 *num.43. Gigans conſ.16.* vbi latè deducit decimas Papales ratione Eccleſiæ, non fructuum, vel prædiorum ſolui, quod probare videtur, *text.in d extrauagant.vn.§.Rector prochialis, de decimis inter communes*, quo loco Bonifacius VIII. de his Papalibus decimis loquens, ex beneficijs decimas has ſolui diſponit: *Quod ſi in diuerſis Ciuitatibus, & diœceſibus, diuerſa beneficia obtineãtur;* (inquiens) *de vnoquequè beneficio in Ciuitate, vel diœceſi, in qua illud fuerit, decima perſoluetur.* Sic ille

Bellencin.de charitatiuo ſubſidio, quæſt.35.num.1 tomo 15. tractat. part.2. Riccius in praxi Parochorum reſolut.517.part.1.

At Canonicatum, & per illud Eccleſiam, hic noſter de quo conſultatio petitur, in

5 Cathedrali præfata obtinet. Ipſe igitur Eccleſiæ nomine decimas ſoluere præteritas tenebitur, quamuis, nullos adhuc fructus perceperit: cum ſufficere eidem poſſit in futurum percipere illos debere; ius habens ex titulo ad illos percipiendos, poſt *Ioann. Andream in regula non eſt in mora, In mercuriali de regul.iur.in 6.* ſequitur *Alexand in l deducta 58.§.qui poſt tempus in fin.num.4.ff.ad Senat.conſult.Trebellean.Philipp.Franc.in cap.fin §.porro num.3.verſ & aduerte in pratica de offic. ordin. in 6.Federicus de Senis conſ.29.Archipræsbyter. ſine capitulũin fin.* Deciſũ in cauſa Archiepiſcopi Neapolitani refert Moneta, *Vincent de Franch.deciſ.107.num.11.d cap.9. quæſt.2.num. 138.Ioann.Maria Bellett.* Epiſcopus Hieracen *diſquiſitionis Clericalis part.1.tit de clerico debitore,§.8.num 2.fol.445 in prima impreſſione Gigans de penſionib.quæſt.43.nu.2.& 3. ex Bellencino de charitatiuo ſubſid. quæſt.51.* Aſſerente

6 teneri ſucceſſorẽ in beneficio ad debitum, quòd prædeceſſor non ſoluit.

Nec mirum planè tibi fiat, ſi teneatur ſucceſſor decimas ſoluere Papales, quas præde-

7 ceſſor non ſoluit: Quia eodem modo ex quò decimæ onus reale ſunt, vnde poſſeſſorem ſequuntur *Rota deciſ.1.in antiquis de decimis.ad text.in cap tua nobis 26.de decimis.* Iu-

8 rè ſucceſſorem in prædio decimas ſoluere arctant, quæ ſolutæ per prius a prædeceſſore non fuerant *Federicus de Senis d. conſ.81. Gigans de penſ.quæſt.39.num.12.Bellencin.de charitatiuo ſubſid. d. quæſt.51. num.2. Rota part.3. lib.3. diuerſor deciſ.1182.Bellettus d.§ 8 num 1. Riccius d.reſolut.517.num.6.& in 2.part praxis reſolut.57.Vincent.de Franch.d.deciſ.107.num.14.*

9 Quemadmodum tenetur quoque ſucceſſor in beneneficio penſiones præteritas ſoluere, quas prædeceſſor pẽſionario minimè ſoluerat, tactis ſaltim aduerſus eum diligentijs, iuxta *Rotæ* ſentẽtiam *apud S.memor. Gregor.XV deciſ.507.* Quam refert quoquè Campanilis Epiſcopus Laquedonen *in diuerſor. iuri Canonici rub.11. cap.14. num.20.* Et eſt in impreſſis inter *recent part.2. tom.1. deciſ.352. Riccius in praxi penſionum reſolut.372. part.1. Caſſador.dec.3.& 4.de locato. Achilles de Graſſis dec.3.de penſionib. poſt regulã de ſubrogãdis in fi. libri. Rota in Alexanen penſionis 12. Februarij 1610.coram Marchemontio. Et in Zamoren penſionis 6. Martij 1587.coram Orano, & in Cæſaraguſtana penſionis 13. Aprilis 1592. coram Cardi. Pamphilio, apud M.archeſan.par 1.deciſ.2.& ſeq. fol.605.& 606.*

10 Quia profectò penſio onus eſt beneficio inuitum, & poſſeſſorem ſequitur, *can.ſi quis Laycus 44.cum gloſſ.16.quæſt.1.ad text.in l.quæſitum 43 ff de vſufruct.cap.ex litteris 5.§.manda*

mus

mus in fin.de pignorib.Franchus in cap. vltim.§.
fin num.3.de offic.ordin.in 6.Gemin.conſ.3 num.
2.de cenſib.Gigans de penſ.d.quæſt.39. num.5. &
ſeq.& q.40.& conſ 144.n.9.& 10.Nauar.conſ.
1.& 2.lib.3. de ſolut. Surd. conſ. 254. num. 19.
vol.2.Monald.conſ.18.nu.3.vol.1.Gratian foren.
par.1.cap.94.quoad tertium à nu 51.ad 60.Rota
in Salamantina penſionis 13. Iunij 1597.coram
Orano apud Marcheſan.part.1. deciſ.15. num.1.
fol.614.& in Corduben penſionis 30. Aprilis
1593.coram Cardin.Mantica deciſ.224. num.1.
& deciſ.273.num.2.coram eod.Pariſ.de reſignat.
lib.1.quæſt.6.nu.10.Vincent.de Franch. d.deciſ.
107.num.14.Ioann.Azor.inſtitut.moral. part.2.
lib.8. cap.8. quæſt.14.& 15. Rota in Ciuitaten
plebis prætenſæ ſimoniæ 14.Ianuarij 1620.coram
Buratto apud Ripam tract. de Simonia poſt pri-
mam conſultationem, num.14. fol.271. & in im-
preſſis per Ferrentillum deciſ.445 num.8.

11 Veluti etiam eadem ratione poſt Epiſco-
pus charitatiuum ſubſidium à ſucceſſore
in beneficio exigere, quod à prædeceſſore
ſolutum non fuit. Quia onus reale eſt, &
poſſeſſorem ſequitur Bellencin. de charitatiuo
ſubſid d quæſt.51.num.2.Ioan.Azor. inſtitut.mo
ralium part.2.lib.7. cap.16 quæſt.6. col.3. circa
fin.verſ. quæres an ſucceſſor. Barboſ. de offic. &
poteſtat.Epiſc.par.3 allegat.87.num.54.

12 Quin etiam ab intruſo charitatiuum hoc
ſubſidium exigere poterit. Quia nimirum
in his attenditur potius quis Beneficij ſit
poſſeſſor.

13 Quoniam onus collectæ (vt plurimum
poſſeſſorem, ſequitur, l.2. & 3. C. ſine
cenſu,vel reliquis Bellēcinus eod.tract. de charit.
ſubſid.quæſt.34.nu.2.

Nō mirū igitur ſi Papales quoq; decimas,
quas prædeceſſor Canonicus nō ſoluit, ſuc-
ceſſor ſoluere teneatur. Quod onus ſint be-
neficio, atq; Eccleſiæ inuſtū, (vt in initio di-
14 ximus.) atq; iura omnia in eum ex Canoni-
catus aſſequutione trāsfuſa fuere; vt hono-
res conſequi valeat, q Canonico debētur, &
emolumenta; vt refugere haud debeat onus
Papales ſoluēdi decimas. Satis nēpè naturæ
15 cōſentaneū, ac correſpondens eſt, vt onera
eum ſequantur, quem honores, & commo-
da conſectantur. ad tex.in l.ſecundum naturam
10.ff.de reg iur.regula qui ſentit 55.de regul.iur.
in 6.cap.1.vbi Gloſſ. verbo conſolationum de ſe-
16 pultur. Quemadmodum haberet ius ad lega
tum capitulo factum, antequam ipſe Cano-
nicatum aſſequeretur, ſi poſt illum adep-
tum diuidant, vt pari ratione ad onus quo-
què teneatur, vt argumentatur quoquè,
Nauarr.tom.1.conſ.8.de rebus Eccleſ. non alie-
nand.in noniſ. Marcus Anton. Genuenſ. Epiſco-
pus Montis Marani in praxi cap.72. nu. vltim.
impreſſione Romana anni 1609. & in practica-
bilib.quæſt.400. Card.Mantica de coniectur.vl-
timar.volunt.lib.8.tit.6.num.4. & num.22.Ric-
cius in praxi pars.1.reſol.411.Gratianus forenſ.
part.5.cap.867.num.54.

17 Aget tamen ſucceſſor aduerſus defuncti
hæredes ad repetendum ſolutum. Philippus
d.cap.fin §.porrò, num.3. verſ.& aduerte de offic.
ordin.lib.6.Federic.de Senis d.conſ.81.Gigans de
penſionib.d. quæſt.43. num.5. Nauarr. d.conſ.2.
num.3.in fin. de ſolut.Vincent.de Franch.d.deciſ.
107.num.26.Riccius d.reſolut.57.num.2.in fin.
part.2.praxis.

18 Vel etiam aduerſus Cameram Apoſtoli-
cam, quæ iure ſpolij fructus percipit, ſecun-
dum Bellencin.de Charitatiuo ſubſid.quæſt. 51.
19 num.5. Cùm illa ratione fructuum ad one-
ra ſuccedat, quæ fructibus inuſta ſunt, vnde
penſiones decurſas ſoluere quoquè te-
netur. Gigans de penſionib. dict. quæſt. 39. &
40. num.1. Rota d. deciſ.352. num.part.2. in
recent.& d.deciſ.224.num.1.& deciſ.273. num.
2.apud Cardin.Manticam, Barboſa in tract pra-
xis exigendi penſiones, quæſt.7. num.24. idem
Barboſ.in cap.1.de ſolut.n.2.& 3 Gratian.forenſ.
part.1.d.cap.94.num. 30.31.& ſeq. Ioann. Azor.
inſtitut.moral.par 2 lib.8.cap.3.quæſt.3.Nauar.
de ſpol Clericor. §.10.num.6.& 7.Rodoanus de
ſpolijs Clericor.quæſt.10.per tot.potiſſimum, n.
4.& ſeq.& num.23.32.43.& 36. tom.14.tract.
Iacob.Anton.de Mauro allegat.34.num.3.

Secundo petebat: Num ſi in ſoluendo,
vel negligens, vel renitens fuerit totum Ca-
pitulum, vt in illud interdicti ſententia fera
tur, & ipſe nouus Canonicus includatur?

Ex dictis certam eſſe reſponſionem exi-
20 ſtimo Quia profectò ſi tenetur ſoluere, (vt
iam dictum fuit), vt poſſit aduerſus illum
etiam exequutiuè procedi, ex traditis per
Gigantem de penſion.d.quæſt.39.nu.13.& quæſt.
21 43.num.5.in fin. Poterit vtiquè, & cenſuris
ſubijci, ſi contumax fuerit, quæ in pœnam
feruntur negligentiæ, & exequutiuè ve-
22 niunt ad primum (contumaciam ſcilicet,)
ad text.apertum in d.extrauagant. vn. § fin.vo-
lumus de decim.ad text. in can. duo ſunt 10. vbi
glo.verbo videbatur in fin.96 diſt.dicens: Quā-
libet contumaciā dignā eſſe ex communicatione.
23 Vt etiam Beneficijs contumax priuari va-
leat, ad text.in cap. veritatis 8. vbi gloſſ. verbo
excommunicationis ſententiam, extrà de dolo, &
contumac. Angelus in l.reos, num.4 & in l.abſen-
tem, num.1. C.de accuſat. Rota in Romana rele-
uationis indemnitatis anno 1581.coram Cardin.
Seraphino deciſ.15.ſub nu.2.poſt ſecundum vol.
Conſil.Farinac.Iulius Carthar.deciſ.Cur.Archie
piſcopalis Mediolanen.79.num.6.

24 Ita pari modo ſi Capitulum interdicto
ſuppoſitum fuerit, & ipſe nouus Canonicus
25 in illo includetur, quia vnus ex Capitulo
eſt. Veluti interdicto Ciuitate ſubmiſſa, Ci-
ues, qui de nouo aduenerint, interdictum,
26 & ipſi ſeruare tenebuntur. Aquis enim flu-
uialibus æquatur populus, quę ſibi inuicem
ſuccedunt. Et Ciues Ciuitati poſtquam
annexi fuere, illius membra fiunt, vnumq;
compoſitum ex illis fit, Ciuitas. Ciuitate igi-
tur interdicto ſubiecta, Ciues omnes, qui
mem-

Digitized by Google

membra eius corporis computantur, interdicto quoquè ſuppoſita,& ipſa erunt.argumento *text.in cap. ſi Ciuitas 17.de ſent.excom-*
27 *municat.in* 6.Quatenus habet; quod interdicta Ciuitate,ſuburbia, & continentia ædifi-
28 cia interdicta cenſentur.Atquè Eccleſia interdicta,Cappellæ quoquè eius,& Cæmeterium ſi contigua ſint, interdicto ſuppoſita videntur: *Gloſſ.in cap. ſtatutum 11. in princip. verbo Ciuitatib.de reſcript. in 6. argumento etiã text. in l. 2. & l. vt Alphenus 87. & l. adificia 139.& l.qui in continentibus 147.ff de verbor.ſignificat.Sylueſter verbo interdictum 2. quæſt. 9. num.10. Henriquez in ſum. lib.13.cap.24. § 2. Pater Ægidius de Conink. de cenſur. diſput. 17. de interdicto dub.1.concluſ.3.num.12.verſ.contra verò.*

29 Nequè conſultum ei poterit eſſe pro præterito,quin ad ſolutionem teneatur, ſi Canonicatui cedat;jam enim iacta eſt alea, vt ſoluat,quia Canonicus eſt. Effugere itaquè eam haud poterit. Poterit tamen in futurum poſt factam ceſſionem.

Atquè ita ex his Ariſtarchi iudicio ſuppoſitis reſpondendum cenſui.

CAROLVS MARANTA I.V.D. Aduocatus.

SVMMARIVM.

1 *Inſtitui is debet ad beneficium iuriſpatronatus, qui maiora obtinet patronorum ſuffragia.*

2 *Ius patronatus in deſcendentes ab alijs, quàm à primo fundatore,in ſtirpes tranſit, non in capita.*

4 *Ius patronatus hæreditarium, ad hæredes tranſit.*

Quamuis extraneos.

Quamuis fœminas.

Tamen qualitas hæreditaria probanda erit.

4 *Admiſſus ad præſentandum,cumulatiuè venire dicitur,non priuatiuè.*

Cum id credibile non ſit,feciſſe admittentem in ſui ipſius damnum,num.6.

5 *Plures ex vna ſtirpe,cum in ſtirpes præſentent,non in capita, Omnes pro vno computantur.*

7 *Cedens nunquam contrà ſe ipſum cedere intelligitur.*

8 *Gratia derogationis pro medietate vocum iuſtificanda eſt per illam obtinentem.*

Seque à medietate vocum præſentatum fuiſſe oſtendere.

9 *Gratia qualibet ſemper ſibi innatam habet clauſulam(ſi preces veritate nitantur.)*

Quamuis non adijciatur.

Etiam ſi in negatiuua fundetur,num.10.

11 *Gratia donec iuſtificata fuerit conditionalis æſtimatur.*

12 *Gratia ſuper derogatione medietatis ſubreptitia dicitur,ſi non exprimatur lis cum altero præſentato.*

Quia non intendit Papa derogare iuri tertio quæſito,num.13.

Nequè per gratiam motu proprio,num.14.

15 *Motus proprius tollit ſubreptionem.*

Sed non ius tertij.

16 *Gratia derogationis pro medietate impetrari debet antequam alter compræſentetur, vt proficiat impetranti.*

17 *Clauſula (dummodo tempore datæ præſentium non ſit alteri ius quæſitum) quid operetur?*

Et ſemper intelligitur,quamuis non exprimatur,num.18.

Præſeruaturquè per eam ius alterius, nu.19.

20 *Iuris quæſiti nomine quid comprehendatur?*

21 *Patronus poteſt cumulatiuè alterum præſentare.*

22 *Præſentatio cumulatiuè de ſecundo facta,nõ nocet primo.*

Sed præbet tantum locum primo non exiſtente idoneo.

Vel cæteris paribus gratificationi.

23 *Priora, ac potiora iura habens præferendus alteri.*

24 *Patroni poſſunt inter ſe ipſos concordare de alternis vicibus præſentando. Idque cedit in vtilitatem Eccleſiæ, vt facilius illa de Rectore prouideatur,num.52.*

Debent tamen omnes ſimul concordare,n.53.

Alioquin vnius diſſenſus concordiam deſtruit.

Vnde non ſufficit maioris partis conſenſus.

25 *Facultas facta præſentandi pro prima vice vacatura tantùm,cum reſtricta ſit,prima ipſa vice extinguitur.*

26 *Dictio (tantùm)cum taxatiua ſit,reſtringit diſpoſitionem,vt vltra diſpoſita diuagare non poſſit.*

27 *Diſpoſitio omnis ſimpliciter prolata, de primo exauditur actu, & in ipſo conſumitur.*

Etiam in fauorabilibus,num.28.

Ac potiſſimum in diſpoſitione hominis.

Vel multo magis, ſi ita inter partes conuentũ ſit,num.39.

Vel ſi ad nudum factum reſpectus habeatur, num.36.

29 *Pa-*

Digitized by Google

29 Pactum de renouando emphyteuſi, prima renouatione conſumitur, niſi aliud inter partes actum ſit.

31 Contractus ex conuentione legem accipiunt.

Vnde caſus in contractu expreſſus, legis æſtimatur, num. 32.

33 Verba exaudiri debent de primo actu valido, & cum effectu.

Quod interpratationem accipit, vbi non aliter inter homines contrahentes dictum fuit num. 34.

Vel ſi reſpectus habeatur ad ius, non ad nudum factum, num. 35.

37 Beneficium vacat per reſignationem à ſuperiore admiſſam, & vacat ad confirmationem vſque electi, num. 38.

39 Beneficium per quantulamcumquè morulã vacet, ſtatim ius eſt patrono apertum ad præſentandum.

40 Occaſio fronte capillata eſt, poſt vero calua. Et quare.

Exprimitur Alciati emblemate.

41 Culpa propria nocere nemini alteri debet.

42 Argumentum retortum ex dictis Aduerſarij iure procedit.

43 Prouerbium ſuo met gladio, ac telo iugulari elucidatur.

44 Ius idem pro me dici, quod pro altero appetij, auerſari haud debeo.

45 Quod tibi non vis alteri ne feceris; naturæ principium eſt.

46 Dictio (vna cum) quid operetur? & 47.

47 Dictio (cum) iuncta dictioni vnà, quam habeat vim?

Et coniunctionem maiorem operatur quam dictio (&) num. 48.

Et inducit inualiditatem actus ſi ſecus fiat, num. 49.

50 Copula natura eſt, vt exquirat vtrumquè copulatum, ad operendum id, ad quod illa coniunxit, & quaſi loco vnius fecit.

51 Nihil actum eſſe dicitur dum aliquid aliud intereſt ad agendum.

54 Nullum, quod eſt, nullum producit effectum.

55 Iacobus Terragnolus Vicarius Neapolitanus laudatur.

56 Curtius Palumbus Epiſcopus Syrten celebratur.

57 Aloyſius Riccius Epiſcopus Vici extollitur.

58 Proſper de Auguſtino Conſultor Curiæ Archiepiſcopalis Neapolitanæ celebratur.

59 Incomoditas ſemper comes eſt comoditatis.

60 Honores vna ſecum trahunt onera.

61 Prouerbium dulce, & amarum elucidatur.

ARGVMENTVM.

Inſtitui is debet ad beneficium iuriſpatronatus, qui maiora habet patronorum ſuffragia. Quid pręſtare probatione debet, qui gratiam habet à Summo Pontifice derogationis pro medietate? Quidue operetur præſentatio cumulatiuè facta? Et an ſupplicans pro derogatione exprimere debeat alium præſentatum, atquè litem iam ceptam per præſentationem? Et quando beneficium vacare dicatur? Admiſſusquè ad præſentandum cumulatiuè, an etiam priuatiuè admiſſus cenſeatur?

RESPONSIO XIV.

1 Maiora cùm obtineat ſuffragia Patronorum D. Franciſcus Perrinus, V. I. D. Neapolitanus, præſentatus ad Beneficium de iure patronatus laycorum familię *delli Iordani*, in Caſali Secundiliani pertinentiarum Ciuitatis Neapolis, vt ex data deducitur informatione in facto: Ipſe vtiquè inſtitui debet ad illud excluſo D. Saluatore de Marinis Auerſano à minori parte præſentato. Eſt *text. in cap. quoniam 3. 5. præſenti*: ibi: qui maioribus iuuatur meritis, & plurimorum eligitur, & approbatur aſſenſu. *Et ibid. gloſſ. verbo maioribus, & Abb. num. 13. de iure patronat. text. in cap. Eccleſia veſtra 48. vbi glo. verbo dirigebant. de elect. text. in cap ſicut. 23. de elect. lib. 6. Ruin. conſ. 50. num. 3. lib. 5. Ripa reſponſ. 1. de iure patronat. num. 3. Mandoſius conſ. 7. num. 17. Didaçus ſpino in ſpeculo teſtament. gloſſ. 4. princ. de perſonis à teſtatore nominatis num. 62. Maceraten variarum lib. 1. reſolut. 104. num. 1. Riccius Epiſcopus Vici in praxi rerum quotidianar. reſolut. 173. num. 1. Barboſ. d. cap. 3. de iure patronat. verſ. ex plurimorum eligitur, num. 4. Rota part. 2. diuerſorum deciſ. 117. num. 1. & in recentioribus part. 2. tom. 1. deciſ. 146. nu. 4. & deciſ. 252. num. 1. & in Lunen, Sarzanen Cappellaniæ 24. Ianuarij 1628. coram Durano deciſ. 125. num. 1. & in Florentina iuris patronatus de Ianſigliazzijs 11. Maii 1629. coram eodem Durano Epiſcopo Vrgelen. deciſ. 199. num. 1.*

Probatur maior entimematis aſſumpti.
A primo quippe Beneficij fundatore Ciot-
to de Ianuario in Nicholaum, & Thoma-
ſium filios ius ipſum patronatus dimana-
uit. A Thomaſio vero in perſonas Coſmæ,
Horatij, & Paſcharelli de Ianuario, qui
omnes D.Franciſcum Principalem meum
præſentauere. Obtinet igitur ipſe pro ſe ab
his medietatem totius iuris præſentandi.

Verùm per Nicolaum alterum Ciotti fi-
lium (vt diximus) in Ioannem Franciſcum
deuenit ius patronatus. per hunc ad Fauſti-
nam filiam. Ab hac in Portiam Petronimã.
At Portia vero in Iſabellam,& Iulium Cæ-
ſarem de Rogerio. Iſabella meum Princi-
palem præſentauit Obtinet itaquè ipſe pro-
hac quoquè parte dimidia totius, medieta-
tem alteram. Habet proinde Franciſcus tres
partes totius iuris præſentandi; vna tantum?
reſidua pro D. Saluatore, à Sebaſtiano, &
Franciſco Rogerio Iulij Cæſaris filijs præ-
ſentato.

2 In hos nempè in ſtirpes,non ſanè in capita
ius patronatus deuenit. *Clement. plures.2. in
princ.de iure patron.vbi Card.quæſt.2. Caſſado-
rus decis.2.de iure patronat. Ferretus conſ.31.
num.4 & 5.Caluaccan.in repertor.ad primam
part.deciſionum verbo iuſpatronatus poteſt,num.
5.& deciſ.17. n.19 par.2.Riccius reſolu.190.n.
1.& 2.p.1.prax.Viuianus in praxi iuriſpatr.p.1.
lib.4.cap.1. num.33. & 34. Ludouic. Morotius
conſ.33.num.3.* Eſt itaquè à maiori compa-
tronorum parte præſentatus D. Franciſcus,
quod in maiori entimematis deductum fue-
rat. Ipſe igitur inſtitui debebit.

Nullum proinde obſtaculum nobis fa-
ciet, quod pro ſe plurimi ducunt, perpen-
duntquè Aduerſarij: D.Saluatorem, præter
Sebaſtianum,& Franciſcum, fuiſſe, quoquè
præſentatum per Vincentium Imperatum
deſcendentem ab Antonia de Ianuaro ſo-
rore,ac donataria quondam Ioan. Franciſci
de Ianuario Nicolai filij. Habere D. Salua-
torem, vel maiora ſuffragia; vel integram
ſaltim medietatem. Eſſe propterea ipſum
inſtituendum,veluti,vt à maiori patronorũ
parte præſentatio, vel vti eum,qui deroga-
tionem pro altera medietatem à SS. noſtro
Papa obtinuit.

Non facit vtiquè obſtaculum. Primo qui
dem,quia nimirum quamuis Antonia Ioan-
nis Franciſci ſoror aſſeratur;ac conſequen-
ter Nicholai filia;hæres tamen eius minimè
probatur;quòd probandum omnino fuerat.
3 Quia profectò ius patronatus hæreditariũ,
quod ad hæredes tranſit,quamuis extraneos,
quamuis fœminas,hoc peculiarius exigit,vt
qualitas ipſa hæreditaria cum primis pro-
betur,vel quòd adhiuerit;vel quod in hære
ditatem ſe immiſcuerit ſaltim. *Gloſſ. d.Clem.
plures verbo hæredes de iure patronat.gloſſ.in l.ſi
operarum indicio 29.verbo dandam circa med.de
operis libertor.Abb.cap.1.in primo nota. num.2.
de iurepatronat. Ioann. Baptiſta Ferrett conſ.
134. num. 4. & 5. & conſ. 327. num. 8. &
conſ. 343. num. 15. part. 2. Lambertin. de iu-
re patronat.part.2.lib.1.art.22 quæſt.1.princ.nu.
1.& eadem part.2 lib.1.quæſt.2. princip. art.1.
num.15.& 21.Monald.conſ.47.num.7.& 8. lib.
2.Franciſ Turzan comun.opin cap 34. Riccius
in praxi iuris patronat. reſolut.187.num.4.Rota
part.1.diuerſ.deciſ.385.num.4. & apud Cardin.
Seraphin. deciſ 450. num.1 & in recentioribus
part.2.tom.2.deciſ.756.num.1.Morotius d. conſ.
33.n.5.& 6.*

4 Deinde,quod,& ſi plane donataria aſſe-
ratur Ioannis Franciſci fratris Antonia,ve-
nit tamen cumulatiuè,cum filijs, hæredi-
buſquè ſuis ſucceſſoribus Ioannis Franciſci
prædicti donantis, non priuatiuè ad illos,
*Decius conſ.542.nu.7.Federic.de Senis conſ.147.
verſ. quæritur an in Tertio Gonzalez ad 8.regu.
cancellar.in proemio,§.2.num 32.33.& 34.Gra-
tian forenſ part.2.cap.270. num.14. 15. & 16.
Rota d deciſ.385.part.1.diuerſ.num.8.*

Nil igitur plus iuris ex perſona Antoniæ
in D.Saluatorem per ſuam præſentationem
conferre valuit Vincentius Imperatus,quã
conferat eidem præſentatio per Sebaſtianũ,
& Franciſcum de Rogerio; qui omnes pro
vna voce compitantur in ſtirpes non in ca-
pita ad *Clement plures de iure patronat. Ludo-
uic.Morotius d.conſ.33 nu.3. Decius d conſ.542.
num.7.& conſ.609.* & tradita per. *Dynum de re
gula cumulatiua,in regula nullus pluribus 20.de
regul.iur.in 6.num.12.*

5 Hoc vero, quòd aſſerimus apertiſſimè
(non ſane perſomnium) elucidatur ex ver-
„ bis ipſis donationis, *Et liceat* (cantat) *& lici-
„ tum ſit eidem Antoniæ,& ſuis hæredibus,& ſuc-
„ ceſſoribus vnacum ipſo Ioanne Franciſco,& ſuis
„ hæredibus,& ſucceſſoribus,tempore vacationis,et
„ quocumque alio tempore de dicto iure patronatus
„ quòad omnia,& onera ipſius diſponere, & facere,
„ ſi,& quemadmodum ipſe Ioannes Franciſcus,etc.*
His donatio.

6 Neque enim credibile aliàs eſt, ipſum
Ioannem Franciſcum in ſui ipſius,ac nato-
rum eius præiudiciũ iura omnia quoad ius
patronatus,& præſentandi etiam priuatiuè
transferre,nihilquè apud ſe,ſuoſquè,liberos
7 poſteroſquè,remanere voluiſſe. Cùm alio-
quin cedens nunquam contrà ſe ipſum ce-
dere exaudiatur.ad *text.in l.ſi peculium 6.§.1
ff.de peculio legato Roland.conſ.85.num.45. lib.
1.* ſequitur, *Rota in recentiorib. part.1. tom.2.
deciſ.560.num.11.Gratian. d.cap.270. num.16.*

Non eſt itaquè à maiori compatronorũ
parte præſentatus D. Saluator,nequè etiam
à medietate eorum. In nullo propterea inf-
fragantur eidem Apoſtolicæ Bullæ pro me-
8 dietate derogantes. Iuſtificanda quippe pri-
mitus gratia erit,atquè ſe à medietate patro
norum præſentatum, vocatis intereſſe præ-
tendentibus,oſtendere *Ferretus conſ.185.nu.
4.verſ.tertio gratia. Maceraten variarum reſol.*

3.num.

3.num.15.& 16. Rota apud Card. Seraphin.de-
ciſ.1105.num.10.& 11.& in recentioribus part.
1.tom 2. deciſ 707. num.1.& par.2.tom.1.deciſ.
443.nu 2.& apud Vinian.de iure patronat. deciſ.
84.num.1 & ſeq.& n.15.& deciſ.110.& part.5.
non iſſimarum diuerſorum deciſ.285.num.4.

9 Quia nimirum inuſtam ſibi ſemper (& ſi fortaſſis non adijciatur) gratia quælibet clauſulam defert: (ſi præces veritate vitantur.) *cap.2.vbi Ripa num.29. & cap. vltim.de reſcript.l.fin C.de diuerſ.reſcript.Rota deciſ.20. de præbend.in nouis, & apud Puteum deciſ.245. num.1.lib.1.apud Cæſar.de Graſſis deciſ.12.num. 1.& 2.de probat.& apud Card. Manticam deciſ. 358.nu.1.& 2.apud S.memor.Gregor XV.deciſ. 314. num.1. Rota in Placentina decimarum 28. Maij 16.9.coram Durano deciſ.205.num.5. Macerat d.reſolut.3.num.15.lib.1.Maſcard.de pro-*
10 *bat.tom.1.concluſ.729* quo loco ampliat, etiā ſi negatiuam complectatur. Et imputet ſibi, ſibiquè vitio aſcribat, quod ſuper negatiuā intētionis ſuæ anchoram iecerit. & ſequuta fuit *Rota apud S.memor.Gregor.XV. deciſ.242. num.1.& ſeq.*

11 Et gratia donec iuſtificata fuerit conditionalis, æſtimatur, non pura *Maceraten.d.reſol. 104.n.24.verſ.1.quod non iuſtificauerit. Rota in d.Placentina decimarū.corā Durano dec.205.n.7.*

12 Præterea ſubreptitiè Bullæ præfatæ, & gratia in ea derogationis pro medietate, impetratæ fuere. Nō enim expreſſit dictus Saluator litis pendentiā inter compræſentatos in Archiepiſcopali Curia Neapolitana. Nō ità enim facile Summus Pontifex eius præcibus aunuiſſet *cap. ſuper litteris 20. & cap.*
13 *proponente 42.de reſcriptis.* Cùm non intendat ille ſupremus Princeps per ſuam Collationem, & gratiam præiudicium inferre canonicè, ritèquè electis, ac præſentatis, etiā non ſequuta adhuc inſtitutione. *Ioan.Sylua de benefic part.3.quæſt.12.n.89.verſ.17 qualuas & quæſt 11.num.139.ead. part.Rota deciſ.17.de præbend.in nouis, poſt princ.Ioan. Baptiſta Ferrettus d conſ. 85.num.1.2.& ſeq.Rota per Guidobonum apud Garſiam debenefic. part.9. cap.4. nu.3.in fin.Rota apud Verallum deciſ.37.p.2.nu.* 2.Dicens: Nequè per gratiam motu proprio huiuſcemdi ſubreptionem ſanari; Quia pro-
15 fectò, motus proprius tollit quidem ſubreptionem, ſed non ius tertij. *Idem Garſias part. 4.cap.4.num.11.Mandoſ.d.conſ.7.num.17. Menoch.de arbitrar.lib.2.cap.201.num.149.*

16 Quam ob cauſam, vt proficua impetranti gratia fiat derogationis pro medietate vocum, oportet, vt præces Summo Pontifici, ante quàm alter ad beneficium fuerit præſentatus, exhibeantur: alioquin inutiliter agit ſupplicans. *Ferrettus d. conſ.185. num.3. Rota apud Card.Seraphin.deciſ.1263.num.5.& deciſ.1270 num. 1.Riccius d.reſolut.196. num.3. in 3.limit.Rota part.1.diuerſorum deciſ.574.nu. 10.Maſſobrius ad praxim habendi concurſus præl ud.7.dub.21.num.136.*

17 Quod planè, nec obſcurè ſuadet clauſula quæ Bullis inuritur *(Dummodo tempore datæ præſentium, non ſit alteri ius quæſitum)* per quā Pontificis Summi voluntas patefit, ac declaratur, mentis ſuæ non vtiquè eſſe iuri alteri quæſito per præſentationē detrahere velle, vel voluiſſe. Vt proinde ſubintelligatur ſemper, & ſubaudiatur clauſula præfata de non tollendo iure quæſito, in quacunquè gratia per Principem data *Mandoſ.ad regul.Cancellar.17.quæſt.2.num.5.Ioan.à Cochier. ad eand.reg.nu.15. Rota in d.Florentin. iuriſpatronatus coram Durano deciſ.199.num.5.*

19 Præterquam quod per illam exceptum, atquè exemptum, & reſeruatum, (vt ita dixerim) ius fuit per præſentationem, eiuſquè acceptationem Perrino ex aduerſo quæſitum, *cap.cum Bertoldus 18 vbi Felin.nu.1. & 7. verſ.ex quo ſequitur de re iudic. Rota d.deciſ.17. in nouis de præbend.& apud Bellamer.deciſ.167. Ferrettus d.conſ.185.num.4.Mandoſ.conſ.51.n. 3.Gomez.in regula de non tollendo iure quæſito quæſt 1.col.4.littera E. §.illud autem.Rota part. 2.diuerſ.deciſ.6.num.5.& 6.& deciſ.52.num.3. p.2.tom 1.in recent.apud Card.Seraphin.d.deciſ. 1263.Achill.deciſ.18.num.2.de probat.Creſcent. deciſ.7.num.2.de iure patronat.Maceraten.d.reſolut.104.num.22.lib.1. Riccius reſolut.177.nu. 1.& ſeq. Garſias part.4. cap.4. num.20. Rota in Elnen Beneficij 28. Iunij 1627. coram Durano deciſ.100.num.5.*

20 Nimirum, quòd iuris quæſiti nomine quodcunquè ius, quamuis minimum, ac generis cuiuſcunquè comprǽhendatur. Derogare igitur eidem Summus Pontifex haud præſumitur, ni id ipſe, ſuam declarando mentem, expreſſerit: *Rota part 1. diuerſ deciſ. 364. num.1. & 2. & apud Card. Seraphin. deciſ.1082.num.1.& 2.Ioan.à Cochier. ad regulam Cancellar.17.num 7. Mandoſ.ibid. quæſt.1. num.1.Rota apud Creſcent. d.deciſ.7. num.2.de iure patronat.* diximus, *reſponſ.9.nu. 25 p.2.*

Cęterùm, nequè pro D.Saluatore, ad medietatem vocum compatronorū iuſtificandam, proficit quicquam præſentatio per Iſabellam de Iordano filiam, hæredemquè Portię Petrominę.

Rectè enim ſi animaduerterimus, pręſentatio per eam primitùs pro Perrino fuit, ſubſequenter verò, atquè cumulatiuè pro D. Saluatore, quod inficias non imus; nequè
21 improbatur quin cumulatiuè alterum pręſentare Patronus valeat. *ad text. apertum in cap cum autem 24.de iure patronat.& ibid.Barboſ.in collectan.Calderin. conſ.16. de iure patronat. Lambertin. lib.2. part.2. quæſt.7. princip. art.23. Rota apud Cardin. Seraphin. deciſ.74. apud Cardin. Caualer. deciſ.21. num. 2.Caluaccanus deciſ.Finizanen deciſ.17.alias 63 num.85.& 86. part.2. Viuianus de iure patron. part.2.lib.10.cap 3.num.7. & cap.4. num.1. & 2.Genuenſ.in praxi.cap.63.num 22. impreſſione Romana anni 1609.Barboſ.de offic.Epiſc.part.3,*

allegat. 72. d num. 151. cum ſeq. Guttierez de iuram. confirmat. part. 3. cap. 13. num. 3. Claudius Tutius, quæſt. 16. de iure patrou. Campanilis Epiſcopus Laquedonen in diuerſor. rub. 11. cap. 13. num. 440.

22 Cumulatio verò hoc operatur, vt tunc demum cumulatiuè præſentatus, per præſentationem ius obtineat, ſi primo præſentatus, vt minus idoneus reijciatur; vel ſi cætera fuerint paria, vt gratificationi per Epiſcopū eſſe locus poſſit; *cap. quod autem 5. vbi Abb. num. 3. & d. cap. cùm autem 24. vbi etiam Abb. num. 2. de iure patronat. Gloſſ. d. clement. plures 2. verbo præſentare eod. Ioannes Andr. in regul. iu re communi in mercuriali in fiu. verſ. vt dixi iu princ. de regul. iur. iu 6. Decius d. conſ. 542. num. 11. & 12. & d. conſ. 609. num. 4. & 9. Caluaccan. d. deciſ. 17. alias 63. num. 86. part. 2. Ludouic. Morotius d. conſ. 33. num. 13. Perez de Lara de anniuerſar, & Cappellan. lib. 2. cap. 3. num. 23. Franciſc. Marcus deciſ. Delſinatus 478 part. prima Antou. Faber, C de iure patronat. lib 6. tit. 1. definit. vltima fol. mihi 611.*

Non igitur ſequetur, à medietate compatronorum D. Saluatorem præſentatum fuiſſe, atquè iuſtificaſſe hanc ob cauſam derogationis pro medietate gratiam: cùm (vt diximus) pro eo haud ſit, cumulatiuè facta præſentatio, Perrino in eadem naui exiſtente, (vt prouerbio fertur,) ac priora, potioraq;

23 iura habente; Ipſequè præterendus propterea ſit. ad *regul. qui prior. 54. de regul. iur. in 6. Dec. d. conſ. 542. num. 12. Ioan. Andr. iu d. reg in re communi, Morotius d. conſ. 33. num. 13. Caluaccan d. deciſ. 63. num. 86. Lara de Cappellan. dict. lib. 2. cap. 3. nu. 23. & num. 47. Marius Muta deciſ. 72. num. 17.*

Nequè obſtaculo Perrino erit, quod obijciunt Aduerſarij: anno 1599. inter Carolū Imperatum, aliosquè de Iordano concordiam initam fuiſſe de alternis vicibus præſen

24 tando: quæ ſane inter compatronos non iniuria ſubſtinetur, omniquè caret vitio ſimoniæ. *text. in d. clement. plures, & per Doctor ibidem de iurepatronat. Tiraquellus de primogeniſ. quæſt. 17. opin. 5. uu. 2. Cenedus, qui quamplurimos ſuo refert more, collect. 7. in d. clement. plures, num. 2. Doctor Marta voto 11. num. 21. Mohedau. deciſ. 11. num. 1. de renunciat. Petrus Gregor. ſyntagmat. iuris uniuerſ. part. 2. lib. 17. cap. 4 num. 5. Franciſcus Marcus deciſ. 1133. num. 2. part. 1.*

Rectè nempe ſi perpenderimus, inuenie mus vtiquè, ita cancellis ſtrictam concordiam præfatam fuiſſe; vt pactorum obſtacula rumpere ſatis ſuperquè difficile reddatur eis, qui illis vti pertentant. non fuit enim laxè illa concepta, alternatim præſentandi omni futuro tempore; *Sed pro alia vice tantùm prima vacatura poſt hanc primam præſentationem*. Extincta proinde continuò fuit, ac vacauit beneficium prædictum, vt tempus aliud non ſuperſit ad concordiæ confugiū redeundi, cùm taxata illa fuerit per dictionem (tantùm) (*pro alia vice tantum prima vacatura poſt hac primam præſentationem.*) ad *tex. in clement exiui prima. §. cum autem de verborum ſignificat. l. ob æs 12. C. de prædys minor. Decius d. conſ. 542. num. 6. verſ. hoc expreſſe dicitur, & d. conſ. 609. num. 6. Gonzalez ad reg. 8. cancellar. d. §. 2. in proem. num. 30. Rota apud Card. Manticam deciſ. 316. num. 3.*

26 Ita quippe primam illam vicem coarctat ac præmit dictio illa (*tantùm,*) vt omnē aliā, extra primā expreſſā, perimat, atq; è medio tollat præſentationē, *text. in l. 3. §. cum Titio centum ff. de adimend. legat. Franciſc. Curt. Iunior conſ. 12. num. 3. in fin. verſ. præmiſſis non obſtantibus, & num. 4. lib. 1. Ripa in l. 2. §. mutui datio col. 2. num. 7. verſ. nota, ff ſi certum petatur Euerard. loco a natura dictionum taxatiuarum, num. 2. Molfeſ. conſ. 11. num. 24. part. prima ad calcem conſuetud. Neapolitan. Gratian. forenſ. part. 5. cap. 821. num. 7. & 8. Rota apud Cardin. Manticam deciſ. 109. nu. 11.*

27 Et planè ſi diſpoſitio omnis ſimpliciter prolata de primo exauditur actu, vt ipſo primo actu conſumatur, extinguatúrquè, ad *text. iu l. boues 89 §. hoc ſermone, cum ſua materia ibique plenè Tiraquell. in princ. ff de verbor. ſignificat. Felin. in cap. 2. nu. 2. de tregua, & pac. Surd. conſ. 18. num. 9. vol. 1. Rota apud Cardin. Manticam deciſ. 322. num. 6. Perez de Lara de anniuerſ. lib. 1. cap. 3 num. 1. & ſeq* vbi ampliat

28 etiam in fauorabilibus, ac potiſſimum in diſpoſitione hominis, ſecundum *Cardinal. Manticam de tacit. & ambiguis, tom. 1. lib. 6. tit. 20. num. 56.* Inferturquè proinde eodem *tract. tom. 2. lib. 22. tit. 23. num. 19.* Pactum de renouando emphyteuſim, in prima renouatione facta, perimi, atquè conſumi, ni aliud apertè inter contrahentes partes cōuentum fuiſſet. Et ita deciſum refert in vna *Ceſenaten bonorum emphytenticorum 9. Decembris 1588. coràm Bubalo.*

30 Multò vtiquè magis id eueniet, ſi ita inter partes dictum fuit, expreſſeque actum.

31 Ex conuentione enim contractus legem accipiunt, *l. prima, § ſi conueniat. ff. depoſiti regula contractus 85. de regul. iur. in 6.* Adeo quidē

32 vt caſus in contractu expreſſus, legis caſus arguatur, dicaturquè, ipſequè ſententiam, pro quo contractus loquitur, ferat, nequè alia expetenda ſit. *Aymou Crauetta conſ. 31. num. 7.* quem ſequitur *Rota apud Card. Manticam deciſ. 309. num. 1. & d. lib. 22. tit. 23. u. 19.*

33 Nequè inſtabis: exaudiri verba, cum effectu. De primo proinde actu valido, & effectiuo, non ſanè inualido, argumento, *text. in l. quiper ſalutem 33. vbi Bart. & Bald. ff. de iure iuran.* quatenus diſponitur in *text.* quòd ſi prima vice legitimè iuratum non fuit; præbebitur iterum iuramētum, & plenè *Tiraq. in d. leg. Boues in prima limitat. num. 1. & ſeq.*

34 Procedet fortaſſe inſtantia, vbi non aliter inter Homines contrahentes actum fuit;

non

non autem ſi de mente conſtet contrahentium, noluiſſe primam excedere vicem, vt optime, nequè extra rem noſtram *ex text. in l. matrimonij cauſa 21. ff qui, et à quibus* ſublimi tat *Albericus in d. l. qui per ſalutem, num. 1. verſ. item opponit gloſſ. & num. 3. ff. de iure iurand.* quem ſequitur *Tiraquell. d. l. boues, limit. 3. num. 17. verſ. verum aduerſus*; Interpellans nēpè Modeſtinus *d. l matrimonij cauſa*: Quare factum eſſet, vt iuſſa mulier libertatem conſequi, ſi matrimonium cum vno contraxiſſet, ſi cum alio contraxerit, ad libertatem minime peruenturam, quamuis ſoluto primo motrimonio, cum eo poſtmodum contrahat, quo cum iuſſa fuerat? Quia talis mēs contrahentium eſſe dignoſcitur, de primo matrimonio, vt exaudiretur. *Quaſi de illis*
,, *nuptijs Senatus ſenſerit, quæ poſt manumiſſionem*
,, *nullis alijs interpoſitis ſequutæ fuerint.* Modeſtinus inquit, *lib. 1. pandectarum in d. l. matrimonij cauſa.*

35 Deinde locum ſibi faciet inſtantia, ſi reſpectus habeatur ad ius, ſecus autem ſi ad nudum factum. Quo, quamuis inualido, firmatur tamen diſpoſitio, *l. fideicommiſſa 11. §. ſi quis alicui decem, ff. de lega. 3. docet Bal. d. l qui per ſalutem in princ. Tiraquell. d. l. boues, limit. 1. num. 37. verſ. ſed & 2.*

36 At de prima tantum vice partes in hac concordia egerunt præſentandi, vnde ad merum factum reſpectum habuere: Nō mirum ergo ſi ipſa prima vice, qua beneficiū vacauit (quamuis ipſi nō præſentarint,) concordia ceciderit, atquè extincta fuerit; ſecūdum ea, quæ notat *Gonzalez ad d. regul. 8. de menſibus alternatiuis gloſſ. 45. §. 3. nu. 52.*

Beneficium verò quod vacarit, id aperè
36 te dignoſcitur: Nam per reſignationē à ſuperiore admiſſam, vacat Beneficium *cap. 1. de rerum permutat. in 6. Rota deciſ. 1. de reſcript. in nouis, & deciſ. 7. & 8. de rerum permutat. in antiquis gloſſ. in extrauaganti ſuſcepti in princip. verbo vacantium, col. 2. verſ. in quo ergo caſu. ne ſede vacant. inter commun. Federicus de Senis conſ. 156. ſiue 158. punctus talis eſt. Paulus Pariſ. conſ. 76. num. 4. & ſeq. lib. 4. Flaminius Pariſ. de reſignat. lib. 1. quæſt. 4. num. 17. 18. & ſeq. & de confident. quæſt. 27. num. 82. Stepha. Bertrand. conſ. 24. num. 1. & conſ. 323. nu. 1. vol. 1 Eraſmus à Cochier de permut. benefic. par. 2. cap. 15. num. 4.*

38 Et vacat Beneficium aduſquè cōfirmationem electi, ſecundum *gloſſ in verbo collato in clement prima, poſt princip. vt lite pendent.* dicēs *Durat. enim prima vacatio, vſque ad confirmationem electi* & ibid. *Abb. Rota deciſ. vlt. in nouis de elect. Felin. in cap. cùm Bertoldus 18. n. 3. verſ. vnde reſpondi in facto de ſentent. & re iudicat.*

39 Per quantulamcunquè autem morulā beneficium vacat, (quamuis momento vacet) ſtatim ius acquiritur patrono ad præſentandum, notat *Felinus in tractat. quando litteræ Apoſtolicæ, col. 8. in 5. limitat. in fin. verſ. aliquando beneficium vacat.*

At hoc ſolum ceſſere partes Carolo Imperato: *Ius præſentandi Cappellanum pro alia vice tantum, prima vacatura poſt hanc primam præſentationem.*

Sibi itaquè imputet Carolus, ſi negligēs fuerit, & præter labi tempus ad præſentan-
40 dum ſiuerit, occaſionemque diffugere. Eſt enim illa.

,, *Fronte capillata, poſt hæc occaſio calua.*

Pinniſquè ſtat; quod fluxa, & volatica ſit, & idcirco talaria pedibus, (vt Mercurio), ei tribuuntur.

Perbellè, autem deſcripſit (occaſionem) Alciatus emblem. 121.

,, *Lyſippi hoc opus eſt, Sicyon cui patria, tu quis?*
,, *Cuncta domans, capti temporis articulus.*
,, *Cur pinnis ſtas? vſque rotor. Talaria plantis*
,, *Cur retines? paſſim me leuis aura rapit.*
,, *In dextera eſt tenuis dic vnde nouacula? acutum.*
,, *omni acie hoc ſignum me magis eſſe docet.*
,, *Cur in fronte coma? occurrens, vt prændar.*
At heus tu.
,, *Dic, cur pars calua eſt poſterior capitis?*
,, *Me ſemel alipidem ſi quis permittat abire*
,, *Ne poſſim appreuſo poſtmodum crine capi.*
Tali opifex nos arte, tui cauſa edidit, hoſpes;
Vt omnes moneam, pergula aperta tenet.

Admonet proinde *Horat. primo epiſt.* ad Bullatium.

,, *Tu quamcumque Deus tibi fortunauerit horam,*
,, *Grata ſume manu, nec dulcia differ in annum.*

Et Martialis.

,, *Non benè diſtuleris (videas) quod poſſe negari.*

Pindarus quoque *Occaſio ſimiliter* (dixit) *totius negotij perfectionem in ſe habet.*

41 Nemini igitur ſua culpa damno eſſe debebit. *text. in cap. venerabilem 34. §. obiectione ergo in fin. extra de elect.*

Quod ſi mordicus contendere velint Aduerſarii: verba illa in concordia prolata pro prima vice, cum effectu exaudiri debere.

42 Nos aduerſus illos retorquentes argumentum, quod iurè permiſſum videtur, ad *text. in cap. in omni negotio, 4. vbi Hoſtienſ. Anania, Imola Abb. alijquè notant. de teſtibus, & tex. in l. ſed an vltrò 11. §. 1. ff. de negot. geſt.* & proſequitur *Euerardus in ſua Topica in proœm. ver. ſexto ſciendum eſt*, quem ſequitur *Vinius deciſ.*
43 *493. num. 11. lib. 3.* Vt ſuomet gladio ſuoquè telo iugulentur, vt in prouerbijs habetur, &
,, Cicero *pro Cæcina*: Aut tuo (quemadmodū
,, dicitur) gladio, aut noſtro, defenſio tua con
,, ficiatur, neceſſe eſt. Ad quod alluſiſſe videtur Ouidius in Epiſtolis.

,, *Remigiumque dedi, quo me fugiturus abires:*
,, *Heù patior telis vulnera facta meis.*

Dicemus vtiquè eandem pro nobis legem eſſe debere. Nequè enim aſpernari debent Aduerſarij: Idem ius no-
44 bis dicici, quod pro ſe ipſi expetunt, vt Vulpianus admonet in *l. prima, ff. quod*

quiſ-

Digitized by Google

quiſquè iuris. Vt conſequantur effectum
ex ceſſione, ſiuè præfata concordia pro pri-
ma vice, noſtri, quem conſequuti minime
adhuc fuerunt; vt ipſi pro ſe voluerunt. Nec
45 iuxta naturæ principium, faciant alteri,
quod ipſi pro ſe nolunt *can humanum genus
primo diſt. 1. cau. placuit 12. in fin. 12. quæſt. 1.
cap. dilecti filij 13. de maior. & obed. gloſſ. in l. iu-
ſtitia. 10. verbo Lædere, ff. de inſtit. & iure, gloſſ.
in proœmio decretalium, §. ideoquè lex, verbo al-
terum non lædat. Chriſtus Dominus Matth. 7. 12.*

Ad noſtros igitur pro hac vice totum
ius præſentandi ſpectabit. Iurè ergo, nec ſa-
nè iniquè inſtituendus erit Perrinus à no-
ſtris præſentatus.

Verùm enim verò ſi rectè pœnitiùſquè
rem perpenderimus, eſt aliud quid, ſatiſquè
firmum, quod in hac parte Aduerſarijs facit
obſtaculum. Nimirum, quòd concordia præ
dicta fuit cum Carolo Imperato, qui ius ob
tinet ab Antonia Iordana donataria Ioannis
Franciſci, vt in ſuperioribus perpendimus.

Donatio vero facta fuit Antoniæ cumu-
,, latiuè (*Ita vt liceat, & licitum ſit eidem Anto-
,, niæ, & ſuis hæredibus, & ſucceſſoribus, vna cum
,, ipſo Ioanne Franciſco, & ſuis hæredibus, & ſuc-
,, ceſſoribus, tempore vacationis præſentare*) ſic
verba ſe habent donationis.

Non itaquè valuit Carolus, eiuſquè hæ-
redes ab Antonia ius agnoſcentes, quidquã
diuiſim facere, vel attentare ab hæredibus,
& ſucceſſoribus Ioannis Franciſci.

46 Dictio quippè illa (*vna cum*) cõiunctionẽ,
atquè connexionem ſimultaneam impor-
tat, vim quæ congregandi obtinet, coniun-
gendiq; prædicatum cũ ſubiecto. Seiunctim
proinde verificari haud poterit. notatur *in
l. fin. C. de impuber. & alijs ſubſtitut. Bar. conſ.
4 factum tale eſt: Quidam Dominicus in 4. lib. 1
Pariſ. conſ. 79. num. 21. & 22. lib. 3. Maceraten
variarum reſolut. lib. 2. reſolut. 35. nu. 4. 5. & 6.*

47 Firmitatemquè maiorem obtinebit ex
adiuncta ſibi altera dictione (cùm) *vna cùm*)
quæ magis intrinſecam, & connexam debe-
re coniunctionem eſſe, demonſtrat, actum-
què exequendum, cum alterius concurſu,
non abſolutè, neque ſimpliciter, *text. in l. Ti-*
48 *tia textores. 36. §. nihil diſtat. ff. de legat. 1.* Quin
firmiorem maioremquè indicat coniun-
ctionem quaſi inſtrumentalem, quàm fa-
ciat (&.) & ipſa coniunctiua dictio, *l. ſi quis
Attitio 8. ff. de vſufructu accreſcend. Lucas de
penna in l. omnes Indeces 33. num. 39. verſ. de
præpoſitione, cùm, C. de decurionib. lib. 10. Ruinus
conſ. 190. num. 7. lib. 1. Auendan. de exequendis
mandat. Regis part. 1. cap. 19. num. 6. verſ. propo-
ſitio autem à Iudice. Maceraten dict. reſolut. 35.
num. 6.*

49 Inualidus euaſit ergo actus donationis
per Antoniam per ſe ipſam factus, nõ cum
alijs filijs, hæredibus, & ſucceſſoribus Ioan-
nis Franciſci, vt dictiones illæ (vna cum) o-
perantur; ad notata per *Auendanum d. num.
6. in fin.*

50 Quia profecto copulæ natura eſt, vt ex-
quirat vtrumquè copulatum ad operandũ,
quod vna ſimul coniunxit, ac quaſi copula
maritauit: quia loco vnius habẽtur. vt Pau-
lus loquitur, *in l. ſi hæredi plures 5. ff. de condi-
tionib. inſtitut.* ſequitur *Surdus deciſ. 272.
num. 5.*

Decidit proinde conſequenter, & ipſa
concordia per Carolum Imperatum facta,
quia nulla, & inualida, deficiente concurſu
aliorum, qui ad actum illum perquireban-
51 tur. Vt nihil per eum actum fuiſſe dicatur,
cum ſupererat aliquid ad agendum neceſ-
ſarium, *§. 1. inſtitutionib. quemadmod. teſtam.
infirment.*

52 Namquè, & ſi quidem paciſci inter ſe
poſſint compatroni de alternis vicibus præ
ſentando, vt facilius vacanti Eccleſiæ Re-
ctor concedatur; ad *text. in d. Clementina plu-
res 2. in fin. de iure patronat.*

53 Exauditur id tamen ſi omnes patroni, ita
concordent, vt nequè ſufficiat ſi maior eo-
rum concurrat pars, cùm vnius ſaltim diſ-
ſenſus hanc violare valeat concordiã, prop-
ter eius, qui diſſentitur, præiudicium: per *re-
gulam in re communi 56. de regal. iur. in 6. gloſſ.
d. Clement. plures verbo patronos, vbi etiam Car-
din. §. & vt facilius, num. 1. verſ. quæro an in fa-
cienda coniunctione. Et ibid. Vitalin. num. 5.*

54 Nulla proinde euaſit concordia prædi-
cta. Nullum ergo producet effectum *ad tex.
in l. quod dicitur 33. ff. de pact. l. 4. §. condemna-
tum, ff. de re iudic. regula non firmatur, 18. de re-
gul. iur. in 6. gloſſ. in cap. ad diſſoluendum 13. ver-
bo accuſari de deſponſat. impuben.*

Nulla conſequenter gratia erit pro D.
Saluatore derogationis pro medietate. Erit
proinde inſtituendus Perrinus à maiori pa-
tronorum ſuffragio præſentatus.

Vt ex his, quæ Ariſtarchi iudicio ſuppo-
nimus, illudquè lubenter ſubſtinemus, reſ-
pondendum cenſuimus.

CAROLVS MARANTA V. I. D. Aduocatus.

Diſcuſſa pluries cauſa fuit in Congrega-
gatione cauſarum, coram Eminẽtiſſimo, &
Reuerendiſſimo Domino Cardinale Bon-
compagno Archiepiſco Neapolitano, eius
55 vices gerente V. I. D. Iacobo Terragnolo
Beneuentano viro ſatis docto, atquè in agẽ-
dis negotijs dextero: Aſſidentibus etiam
Illuſtriſſimis, & Reuerendiſſimis Viris Epi
56 ſcopis Curtio Palumbo nunquam ſatis
laudato Viro Epiſcopo Syrten, & Ioanne
57 Aloyſio Riccio Epiſcopo Vici Equen cu-
ius laudes ſi humanæ tacuerint liguæ, lo-
quuntur quotidiæ, ac ſingulis momentis li-
bri prælo ab eo preſſi, qui omnium mani-
bus teruntur. Aderat etiam optimus ille vir

vere

58 vere Iſraelita, ac doctrina prædictus Proſper de Auguſtino, alijquè. Et iudicia in diuerſa proclinauere. Quam ob cauſam, ita mandate dicto Reuerendiſsimo D. Vicario Generali, partes ad concordiam venere, vt D. Saluator Beneficio poriretur; ſolueret vero Perrino penſionem annuam ducatorum monetæ Regni viginti quinquè, quam obtinet confirmata concordia per Bullas Apoſtolicas. Perſuaſi Perrino, vt penſione contentus eſſet, quod id è rè ſua magis cederet, ſeq; à maiori onere expediret. Laudat quotidie conſilium; vt alter electio
59 nem culpat. Ita enim mortalium res temperauere ſuperi, vt ſemper incomoditas omnes
60 ſit commoditatis. Et Honores trahunt vnà ſecum onera &

„ *Qui è nuce nucleum eſſe vult, frangat nucem,*
61 *oportet.* Vt in prouerbijs habetur. *Dulce, & amarum.* Et dixit Plautus in pſeudulo.

„ *Dulce amarumque vna nunc miſceris mihi.*

& ibidem.

„ *Dulcia, & amara apud te ſum eloquutus omnia.*

Et in Truculento.

Nunc poſtquam ſcimus dulce, atque amarum quid ſit de pecunia.

Fruere tu igitur (Amice Lector) pacatis; Deoquè meum vna gratias age.

SVMMARIVM.

1 *Stauritarij, layci ſunt, & laycale Collegium ac militare dicitur, num. 10.*

2 *Ius patronatus, ad quod layci præſentant, laycale dicitur.*

3 *Stauritariorum bona laycalia æſtimantur.*

Et in hac poſſeſſione ab immemorabili ſunt, num. 4.

De qua teſtatur Afflictus in conſtitut. ſancimus.

5 *Afflictus circa annum Domini 1500. floruit.*

6 *Immemorialis probatur per teſtes, non minus quinquaginta quatuor annorum, natos.*

Et qui à 40. annis citra deponant.

Multo magis probabitur per atteſtationem ab immemorabili num. 7.

8 *Iacobus Antonius de Mauro allegat. 41. expenditur.*

9 *Ius patronatus ad Confraternitates laycorũ ſpectans, laycale dicitur.*

Multoquè magis ad Stauritarios pertinens.

11 *Ius patronatus tale præſumitur, quales perſonæ ſunt, quæ ad illud præſentant, & n. 20.*

12 *Stauritarij ſtaurite Sancti Georgij maioris Ciuitatis Neapolis præſentandi ad beneficium ſextæ feriæ nuncupatum in d. Eccleſia S. Georgij.*

Et præſentant, vt layci. n. 22.

13 *Status vltimus in beneficijs attendendus.*

Vt vnicus actus ſufficiat, vt manuteneri quis valeat.

14 *Regula reſeruatoria otto menſium locum non habet in beneficijs de iure patronatus laycorum.*

Etiam ſi vacatio in Curia accidat, nu. 15.

16 *Qualitas laycalis præualere debet in beneficijs de iure patronatus laycorum.*

Ratio ibidem affertur.

Præſertim ad excludendam Regulam reſeruatoriam otto menſium, num. 17.

Cùm odioſa ſit.

28 *Ius patronatus competens œconomis, ſeu operarijs Eccleſiarum, Eccleſiaſticum æſtimatur.*

Et in eo habet locum regula reſeruatoria.

Quod exaudi ſi Eccleſiæ nomine præſentent, num. 19.

Secus ſi vt layci.

Vel ſi in fundatione dictum fuerit, vt præſentetur tanquam in beneficio de iure patronatus laycorum, n. 21.

23 *Aſſerens beneficium eſſe de iure patronatus Eccleſiaſtico, probare tenetur.*

24 *Quaſi poſſeſſio præſentandi attendi debet, vt manu teneri quis debeat in illa.*

Etiam aduerſus proprietarium, num 25.

Niſi in promptu de proprietate doceatur, num. 26.

27 *Manuteneri quis debet in poſſeſſione præſentandi, in qua reperitur.*

ARGVMENTVM.

Stauritarum bona laycalia ne, an Eccleſiaſtica dicantur? Et num beneficium ſextæ ferię in Eccleſia S. Georgij maioris Neapolis, ad quod Stauritarij preſentant, de iure patronatus laycorum æſtimari debeat, an vero Eccleſiaſtico, vt in eo locum habeat regula reſeruatoria octo menſium?

RES-

RESPONSIO XV.

LAyeale aſſerendum eſt eſſe Beneficiũ
Hebdomadæ,ſextæ feriæ nuncupatũ,
in Eccleſia Sancti Georgij Maioris,ad
quod, vti de iure patronatus layco-
rum,Staritarij Regiæ Staurite in præfata Ec
cleſia,Clericum Didacum Gilibertum pre-
ſentauere,non ſanè Eccleſiaſticum.
1 Tùm quidem,quòd layci cùm ſint ſtau-
ritarij prædicti, (quod profectò in contro-
2 uerſiam non vocatur)laycale vtiquè ius ip-
ſum patronatus erit, ad quod layci præſen-
tant:eſt aperta doctrina *Rota deciſ.8.alias dec.
332.Nota quod Clericus,de iure patronat.in an-
tiquis*;quam ſequuta fuit Rota *in vnâ Gerun-
den Eccleſiæ Sancti Andreæ anno* 1538.*apud Mo
hedanum deciſ.9 aliàs* 328. *in fin. num.6. de iure
patronat.& apud Creſcent.deciſ.3.nu.1.& deciſ.
9.eod tit.Cardin.Zabar.conſ* 11.*pro enucleatione
num.3.Garſias de benefic.tom.1.par.5.cap.1.nu.*
596.*in fin. Rota in Neocaſtren Cappellaniæ* 10.
Iunij 1615.*coram Domino Coccino Decano par.
1.tom.2.recent.deciſ.*680 *num.*2 quam etiam
ſequuta fuit eadem Rota *in Romana Benefi-
ciatus Sancti Laurentij in Damaſo* 7. *Februarij*
1628 *coram Durano deciſ.*130 *n.*1.*& ſeq.*
3 Tum quod Stauritariorum bona merè
laycalia æſtimantur, vt poſt Neapodanum
conſuet.ſi quis emerit. §.*ſi Eccleſia emerit. num.*
74.*in fin.verſ.item an bona Staurita de iure con-
grui,fol.mihi* 341. pluribus *Afflict. in conſtitu-
tione Sancimus de iure protbomiſios in princip.
legis num.*12.*&* 13.*vol.*17.*tractat. fol.*5. *Ioann.
Franc.de Ponte conſ.*18. *num.*6. *lib.*1. *Genuenſ.
Epiſcopus in praxi Epiſcop cap.*17. *de viſitat.
Hoſpitalium,num.*2. *in fine impreſſione Romana
anni* 1609.*Maceraten. variarum reſolut. lib.*1.
*reſolut.*66.*num.*1.*Marta de iuriſd.part.*2.*cap.*10
*num.*25 *&* 32. *Iacob. Anton. de Mauro allegat.*
41.*nu.*1.*& ſeq.*In hac vero poſſeſsione,quod
4 ſtauritarum bona laycalia æſtimentur, ab
immemorabili tempore, cuius initij homi-
num memoria in contrarium non apparet,
ſtauritarij ſunt:vt *Afflict.* ipſe teſtatur,*d.num.*
5 12.*in octaua ratione.*Qui circa annum Domi
ni à Natiuitate,1500.floruit: vt poſt eum,
qui de immemorabili teſtatus fuit,centum,
& ſeptem ſupra viginti anni effluxerint.
Multò magis vtiquè nunc immemorabilis
ipſa excreuerit: vt nullo pacto in difficulta-
6 tem reuocanda ſit illa. Nam ſi teſtes quin-
quaginta quatuor annorum nati,qui à qua
draginta annis citrà de auditu deponant,im
memorabilem concludunt, iuxta requiſita
per *Glo.in cap.*1.*de præſcription.in* 6. *Rota apud
S.memor Gregor.XV.deciſ.*252.*num.*3. *& deciſ.*
298.*vbi Beltram. Vincent. de Franch. deciſ.*56.
*num.*21.*&* 22.*Couar.in regula poſſeſſor.*2. *part.
relect.*§.3.*num.*7.*verſ.teſtes.* Ioann.*Koppen deciſ.
German.*57.*num.*83. *&* 85.*part.*1. *Rota apud
Coccin.deciſ.*345.*num.*3 *& in recentioribus par.*
1.*deciſ.*154.*num.*1.*& deciſ.*360.*num.*13.*part.*2.
7 Cur non multò magis illam concludet
atteſtatio tàm peruetuſta Doctoris, ita pro-
bati? *argumento text.in auth multò magis, C.de
Sacroſanct. Eccleſ.& Clement.prima de reliqui.
& vene ratione Sanctor.*
8 Nequè moueàris ab his,quæ dictus Iaco-
bus Antonius de Mauro habet *dicta allegat.*
41. *num.*5. quaſi videatur innuere Staurita-
rum bona Eccleſiaſtica cenſeri; vt iurè ab
illis decimæ Papales ſolui debuerint. Si nē-
pè rectè expendatur Maurus loco præfato,
ipſe haud contra nos eſt; ſequentibus enim
„ loquitur: *Attamen his non obſtantibus,dico ip-*
„ *ſum Dominum Nuntium poſſe exigere decimas*
„ *de bonis per ipſos nobiles detemptis, tanquam*
„ *ſpectantibus ad Eccleſiam Sanctæ Mariæ,& Cap*
„ *pellas ibi extructas, & ſignanter ad Cappellam*
„ *Sanctæ Crucis ibi fundatam.*His Maurus. Sup-
ponit itaquè bona eſſe Eccleſiæ,detineri au
tem,quaſi vſurpata per Stauritarios Cappel
læ Sanctæ Crucis intus Eccleſiam Sanctæ
Mariæ in Coſmedin in Sedili Portæ nouæ
huius Ciuitatis Neapolis. At contrarium
ipſe fundauerat in ſuperioribus, aſſerendo
illos purè laycos,ac bona eorum laycalia;
quod ſanè ad rem noſtram haud facit,cùm
ius patronatus, & præſentandi ad dictum
beneficium ad Stauritarios prefatos ſpectet
vti laycos, & laycorum nomine, non verò
vti œconomos Eccleſiæ, vel bonorum Ec-
cleſiæ adminiſtratores, quod perpenſum
fuit per Rotā *in d.Romana beneficiatus coram
Durano d.deciſ.*130 *num.*5.
9 Tum quoque,quod ſi laycale dicitur ius
patronatus ad laycorum Confraternitates
ſpectans(fac illæ ſacti alicuius nomine ful-
geant.) vt ſequuta fuit *Rota in Valentina Be-
neficij coram Robuſterio* 6. *Octobris* 1576.*part.*
1.*diuerſ.deciſ.*574. *num.*7. *& in d. Neocaſtren
Cappellania* 10.*Inij* 1617.*coram Coccino Deca-
no in recentioribus part.*1 *tom.*2.*deciſ.*680.*num.*
2.*Borſiclus in additionibus ad Mohedan.d.deciſ.*
9.*Couarru practicar.quæſt.cap* 36. *num.*8. *verſ.*
7.*quæritur Garſias d.part.*5.*cap.*1.*num.*604.*Ma
ceraten d.reſolut.*66.*num.*1.*Petrus Canedus pra-
cticar.queſtion.canonicar. quæſt.*22. *num.*12 *&
ſeq.Vaſquez in opuſcul.moralibus tit. de benefic.
cap.*2 *dub.*1.*in fin nu.*3. & ſequuta fuit Rota
in d.Romana beneficiatus coram Durano d.dec.ſ.
130.*num.*1.*& per tot.*
10 Maiori vtiquè ratione ius patronatus ad
Stauritam ſpectans,(cum merè laycum Col
legium ſit, & militare ſecundum *Afflict.d.
conſtitut. Sancimus, num.*12. *in quinta ratione*)
11 Laycale extimabitur. Tale quippè cenſetur
ius eſſe patronatus,quales ſunt perſonę,quę
illud poſsident,& ad illud præſentant. *Rota
d deciſ.*8.*de iure patronat. in antiquis, & apud
Mohedan d deciſ.*9.*num.*4. *Cardinalis Zabarel-
la d.conſ.*11.*num.*3.*Abb.conſ.*47.*num.*1.*in prin
cip.p.*2.*Rota apud Creſcent.d.dec.*9 *de re patron.
& in d.Romana Beneficiatus coram Durano d.
deciſ.*130.vbi admuſsim ad rem noſtram.

Tùm

Digitized by Google

12 Tum præterea, quod ſtauritarij prædi-
cti Regiæ Stauritæ Sancti Georgij ab imme
morabili tēpore in poſſeſſione ſunt, vel qua-
ſi præſentandi ad dictum Beneficium ſextæ
feriæ, vti in Beneficio de iure patronatus.
Manutenendi igitur in illa erunt, ſtandum-
què peruetuſtæ obſeruantiæ prędictæ: quòd
13 vltimus ſtatus in beneficialibus attenden-
dus ſit, vt vnicus actus ſufficiat, vt manute-
neri quis valeat: ad notata in text. *in cap. con-
ſultationibus 19. vbi gloſſ. in verbo poſſidebat, &
ibid. Abb. num. 2. & 9. de iure patronat.* & ſequu
ta fuit Rota in *Neapolitana Rectoriæ 19. Decem
bris 1608. coram Attrebaten. in recentiorib. tom.
1. part. 2. deciſ. 235. num. 1. & d. Valentina Bene-
ficij part. 1. diuerſ. deciſ. 574. num. 3. & in d. Ge-
runden Eccleſiæ coram* Mobedano *deciſ. 9. num.
2. & apud Creſcent. deciſ. 2. & 9. de iure patrona.
Gregorius à Cabedo deciſ. Luſitan. 203. num. 3.
par. 1. Marius Giurba* alios referens *deciſ. 72. n.
10 & ſeq.*

14 Tum deniquè, quòd ad effectum, vt Re-
gula reſeruatoria octo menſium locum
non habeat, & excludatur, ſufficit, ſatiſquè
erit quaſi poſſeſſio præſentandi, vti de bene
ficio iuris patronatus laycorum; vt deter-
minaſſe pluries Rotam refert in vna *Gerun-
den Beneficij 1599. coram ſe Eminentiſſimus Car
dinalis Seraphinus deciſ. 1334. num. 7. & in Fir-
mana Beneficij 12. Octobris 1594 coram Cardin.
Mantica deciſ. 292. num. 3. & 5. ad text. in cap.
licet 2. vbi gloſſ. verbo collatio de præben-
in 6. Rota in Gerunden beneficij 4. Martij 1624.
coram Buratto deciſ. 769.* vbi etiam plenè *Fer-
rentillus in addition. littera A num. 12. & in Bo-
ianen Parochialis 15. Ianuarij 1267. coram eod.*
15 *Buratto in manuſcriptis.* Etiam ſi vacatio con-
tingat in Curia. *Rota apud Card. Seraphin. deciſ.
1263. num. & apud Burattum in d. Gerunden de
deciſ. 769. num. 4. Mariſcottus variarum lib. 2.
cap. 94. num. 25. 26. & 27. Barboſa de offic.
Epiſcopi part. 3. allegat. 57. num. 25. & 26. & nu.
144. Rota apud Cardin. Caualer. deciſ. 266. ſub
num. 3. & apud Sanct. memor. Gregor. XV. deciſ.
48. num. 3.*

16 Et porrò in materia hac iuriſpatronatus
laycorum, quæ fauorabilis æſtimatur,
(vt animoſiores videlicet, fiant layci ad
Eccleſias fundandas; atquè dotandas,) in
dubio præualere debet hæc qualitas lay-
calitatis, vt optima ratione perpenſum
17 fuit per Rotam *in Volaterrana Cappellaniæ
7. Maij 1607 coram bonæ memoriæ Cardin. Lan-
cellotto,* & iterum in dicta *Romana Beneficia-
tiatus coram Duranno d. deciſ. 130. num. 1. verſ. et
quicquid in contrarium*, potiſſimum vero ad
excludendam ragulā præfatam reſeruato-
riam octo menſium. quæ odioſa in hac par-
te æſtimatur. *Lambertin. de iure patronat. part.
1. lib. 1. quæſt. 1. art. 6. num. 4. ſequitur Rota apud
Achillem de Graſſis deciſ. 316. aliàs 3. de iurepa-
tronatus, num. 6. Couarruuias d. cap. 36. num. 4.
verſ. 3. opportunè practicar. quæſtio. Gonzalez ad
regul. 8. gloſſ. 18. verbo præſumptionem, num. 12.
& dictum fuit in dicta Firmana Beneficij coram
Cardin. Mantica deciſ. 292.*

18 Nec obſtaculo nobis fiet; ius patronatus
competens œconomis, ſeu operarijs Eccle-
ſiæ alicuius, Eccleſiaſticum æſtimari: iuxta
tradita per *Garſiam d. part. 5. cap. 1. num. 99.
Ferrentillus ad dictam deciſ. 769. num. 23 Buratti
ad tex. in cap. vn. §. fi. vbi Gloſſ. & Doctor. de iure
patronat. in 6. Rota apud Card. Caualer. deciſ. 278
num. 3.*

19 Satis nempè facili diluitur negotio: id pla
nè admitti, ſi Eccleſiæ nomine œconomi,
vel operarij ipſi præſentandi ius obtineant:
at ſecus ſi proprio nomine præſentent, vt
layci. *Rota d. deciſ. 574. part. 1 diuerſorum Co-
uarr. d. cap. 36. num. 8. ipſemet Garſias d. cap. 1.
num. 604. & 608.* quod in hiſce noſtris termi
nis animaduerſum fuiſſe per Rotam *in d. Ro
mana Beneficiatus* refert Illuſtriſsimus Pater
Duranus Epiſcopus Vergellen. *d. deciſ. 130.
num. 2. 3. & 4. & 11. 12. & 13.* Quia nimirum
perſona contemplatur, quæ præſentat, (vt in
initio diximus) & ad quam præſentandi ius
ſpectat; vt ſecundum eam ius ipſum patro-
natus, & præſentandi æſtimetur. *Rota in Leo
dien Parrochialis 18. Decembris 1623. coram
Merlino* ſequitur Ferrentillus *ad dictam deciſ.
769. Buratti in additionibus, num. 24. & 25. &
apud Duran. d. deciſ. 130. num. 11. 12. & 13.*

21 Vel etiam ſi in ipſa fundatione adiectum
fuerit, vt quamuis ad Eccleſiam peruene-
rit, tamen vt laycum perſeuerare ſemper
debeat, quod permittitur; neque Eccle-
ſiaſticum dicetur, neque ſub regula reſerua
toria comprehendetur. vt dictum fuit in
*Romana iuriſpatronatus 31. Maij 1613. coram
Eminentiſſimo Cardin. Sacrato relata à Viuiano
in praxi iuriſpatronat. lib. 4. cap. 9. n. 56.*

22 Stauritarij verò hi non Eccleſiæ, ſed pro-
prio nomine, (vt militiæ Collegium & lay
cale) præſentant ad Beneficium hoc ſextæ
feriæ nuncupatum. Quod ſi contrarium
23 Aduerſarij aſſerere voluerint, ipſi vti, qui
ſe fundandant in qualitate Eccleſiaſtica, pro
babunt, vt fundamentum intentionis eorū
*Mobedan deciſ. 9. num. 3. Franciſcus de Ponte d.
conſ. 18. num. 5.* Reſpicit enim petitorium
hoc eorum aſſumptū. Nos vero in poſſeſſo-
rio ſumus, nedum per vnicum actum (vt in
ſuperioribus diximus,) ſed ab immemorabi-
24 li, vt hæc attendi debeat, vt præſentatus in-
ſtituatur, *d. cap. conſultationibus 19. de iure pa-
tronat. Ripa in cap. cum Eccleſia Sutrina, num.
91. & ſeq. de cauſa poſſeſſionis, & propriet. Rota
in Cracouien Parochialis 9. Iunij 1627. coram Il-
luſtriſſimo Patriarcha Hieroſolymitano deciſ. 42.
num. 4. apud Viuian. & apud Duranum deciſ. 23.*
25 *num. 7.* Etiam aduerſus proprietarium *Inno-
cent. in cap. litteris de reſtitut. ſpoliat. Rota apud
eundem Viuian de iure patronat. deciſ. 82. num.
10.* niſi in promptu de proprietate conſtaret
Rota part. 1. tom. 1. in recent. deciſ. 188. num. 1. &

2. & deciſ.374. ibid. & in d. Cracouien. coram Patriarcha Hieroſolymit. apud Viuian. deciſ.42. num.5.

Manutendi igitur in eorum antiquiſſima poſſeſſione præſentandi noſtri Stauritarij erunt, Rota apud Dominum meum Coccinum Decanum deciſ.461. num.3.

Vt ex his, iudicio melius ſentientis ſubijectis, reſpondendum cenſui.

CAROLVS MARANTA V. I. D. Aduocatus.

Beneficium obtinuit d. Clericus Didacus Gilibertus, ad cuius titulum ad ſacros etiã Presbyteratus ordines promotus fuit: & in eius poſſeſſione viuit.

SVMMARIVM.

1 Adagium: Ne dij quidem à morte liberant.
2 Mortem effuggere nemo poteſt, quamuis carus dijs.
3 Fatum immutabile.
4 Moriendum ſemel, ſtatutum hominibus, & omnibus, num.7.
5 Debitum qui contraxit, ſoluere oportet.
6 Homo per peccatum debitum contraxit ſub eunde mortis.
8 Prouerbium: verbis pugnare, non re.
9 Curatam ad Eccleſiam nominari, ac præſentari poterit in vigeſimo quinto ætatis ſuæ anno conſtitutus.
Vt intra annum promoueri valeat, & n.11.
Quia dicitur habitu Sacerdos, quamuis non actu, num.10.
12 Text. Sacri Trident. Concil. ſeſſ.24. cap.18. §. quod ſi iuſpatronatus in medium affertur. & num.22.
13 Examinari non debet, ad Beneficium Curatum de iure patronatus, niſi præſentatus prius fuerit, & num.22.
14 Ordo præpoſterus neceſſario commutatur.
15 Nominatio, præſentatio haud eſt: ſed electio.
16 Confirmatio nominationis præcedere debet, vt præſentatio ſubſequi valeat.
17 Præſentatio coram Ordinario inſtituere debente fieri debet; alioquin inſtitutio ſubſequi non poteſt, num.18.
19 Nominatio non tribuit ius ad rem, non ſequuta confirmatione, ſicuti præſentatio facit.
20 Ordinarius examini ſubijcit præſentatum, vt dignoſcat, an dignus, vel indignus ſit, & num.21.
21 Ius examinandi præſentatum ad Ordinariũ ſpectat, non ad patronos.
23 Prouerbium: purgatis auribus audire, elucidatur.
24 Confirmatio nominationis ex abrupto fieri non debet.
25 Præſentans ſcienter indignum cadit à iure præſentandi illa vice.
26 Vniuerſitas ſtudiorum fidem facit de ſufficientia doctrinæ ſtudentium in illa.
27 Inimicus, quamuis infirmæ fortunæ, contemnendus haud erit. Cauendum eſt ab ijs, quibus nihil eſt, quod perdant, num.28.
29 Adagium: A minimis, quoque timendum. Et Haud facile eſt omnes laqueos effugere. elucidatur.
30 Veroſimile non eſt homines nobiles Ciuitatis Rectores, indignum nominare.
31 Veriſimilitudo, licet per neceſſe non probet, multum tamen operatur ad mentem Iudicis inſtruendam.
Quia remouet id, quod minus veriſimile eſt, num.32.
33 Idoneus quiſquè præſumitur, niſi cõtrarium probetur.
Nequè inhabilis ad beneficium dici poteſt, qui eſt Clericus, ſtudijſquè vacat, eſt bonæ in dolis adoleſcens.
34 Inuidia bonos inſectatur.
35 Confirmatio eſt exercitium nominationis præcedentis, & actus ſecundus illius, & num.40.
Et nominationem perficit, num.36.
Nequè noui quidquam addit, ſed à nominatione regulatur, num.37.
Sed robur addit nominationi, non illam extendit, num.38.
39 Confirmatio quid?
41 Confirmatio eſt complementum nominationis.
Quæ denegari non debet nominato, nu.42.
Alioquin contrà iuſtitiam fit, num.43.
43 Iudex denegans aſſenſum iuſta petenti, contra iuſtitiam facit, etiam Princeps.
Cum obligatione reſtituendi, & reſarciendi damnum.
44 Iuſta petentibus, nihil eſt recuſandum.
45 Iuſtitia exigit, vt cuiquè reddatur, quod ſuum eſt.
46 Locus Pauli ad Roman.13.7.
47 Damnum alteri inferens contra iuſtitiam peccat, etiam Princeps.
Cum obligatione reſtituendi
49 Reſtitutio eſt de neceſſitate ſalutis, ſicuti obſeruatio præceptorum decalogi.

50 In-

50 *Iuſtitiam conſeruare , eſt de neceſſitate ſalutis.*

51 *Iniuriam, vt nemini inferamus voluntariè, de neceſſitate ſalutis eſt.*

52 *Peccatum non dimittitur, niſi reſtituatur ablatum.*

Etiam per damni illationem, n. 53.

54 *Impediens aliquem ab aſſequendo beneficiũ, quod ſibi debebatur, ad reſtitutionem damni tenetur.*

55 *Iuſtitia populorum pacem tuetur.*

56 *Iniuſtitia Rex læditur.*

57 *Iuſtitiam, qui violat Principi iniuriam facit.*

58 *Iuſtitiam diligant, qui iudicant terram.*

59 *Vniuerſitas nominare , vel præſentare debet ad Beneficium iuris patronatus per ſe, non per Syndicos, & Electos.*

Niſi aliud conſtaret ex obſeruantia ſubſequuta ab initio erectionis factæ, nu. 60.

61 *Syndici, & Eletti Vniuerſitatem repræſentant.*

62 *Ciuitatis à rectoribus factum, à Ciuitate ipſa factum intelligitur.*

63 *Obſeruantia ſubſequuta plurimum in Beneficialibus operatur. in antiquis potiſſimum num. 64.*

Ita , vt vim decreti obtineat , conſuetudinis, priuilegij, atque pacti, num. 65.

66 *Obſeruantia ſubſequuta ex præambula conceſſione ſubſequuta præſumitur.*

Et qualis mens fuerit concedentium declarat. num. 67.

68 *Ratihabitio mandato æquiperatur.*

69 *Patroni conſenſus ſat eſt ſi ſubſequatur , ne contemptus dicatur ?*

70 *Conſẽſus etiam per tutorem, vel tutricem præſtari poterit.*

ARGVMENTVM.

Nominatio ad Beneficium quid præſtet nominato ? Et an ſubſequi confirmatio debeat nominati, ni approbatus prius ab Epiſcopo fuerit ? ad ornatum text. Sacri Trident. Concilii cap. 18. §. quod ſi ius patronatus ſeſſ. 24. de reform . Et num Syndici, & Electi Vniuerſitatis valeant nomine inſtituendum nominare ? Quidue confirmatio operetur ?

RESPONSIO XVI.

2 SIc ſunt res omnes humanæ . Ne dij quidem à morte liberant, vt in adagijs habetur. Nemo tàm carus ſupe-
2 ris , vt illorum fauore mortem euitarit. Suffragatur huic homericum illud.

" *At verò mortem communiter omnibus æquam*
" *A dilecto homine, neque dij depellere poſſunt,*
" *Quem funeſta dies fati iam iam vrget acerbi.*

3 Nam Fatum immutabile. nec Diuina decreta commutantur.

" *Non etenim diuum mens vertitur aſtricolarum.*

3 Statutum eſt enim hominibus ſemel mori. Paulus ad *Hæbræos 9. 27.* conteſtatur omnibus. Soluere oportet , qui contraxit debi-
6 tum, *tot. tit. ff. de ſolut.* At debitum contraxit homo per peccatum ſubeundæ mortis. In quocunquè enim die comederis ex eo morte morieris. Dominus Deus ad Adam dixit, cũminatuſq; eſt *Geneſ. 2. 17.* Soluendum igitur debitum eſt, quod per peccatum Primi Parentis contraxit. Quia puluis es, & in puluerem reuerteris, eidem dixit *Geneſ. 3. 19.*

7 Omnibus itaquè ex æquo moriendum eſt; nec vllis viribus arceri fati neceſſitas poterit

" *Nec vis Herculea fatum euitauit acerbum.*

vt Homerus cecinit. *Iliad. 6.*

Vacante propterea Beneficio curam animarum habente ſub inuocatione Sanctæ Mariæ de Catholica Prothopapatu nuncupato in Ciuitate Reginen ob mortem R. D. Anibalis Lagothetæ, illius vltimi, immediatique poſſeſſorijs: per Electos, & Syndicos Ciuitatis eiuſdem, ad quam conceſſione Comitis Rogerij nominatio ſpectat , legitima intra tempora nominatus fuit R. D. Raphael Prato, Ciuitatis eiuſdem nobilibus ortus natalibus, in ordine conſtitutus Subdiaconatus. Relata nominatione pręfata Excellentiſſimo Domino Aluæ Duci Regni Prorege, ad quem Sacræ Maieſtatis Catholicæ nomine nominationis factæ confirmatio ſpectat, tria Raphaeli obiecta fuere.

Primum, quòd non ſit actu Sacerdos in præsbyteratus ordine conſtitutus: inſufficiẽs proinde qui Curatam obtinere valeat.

Secundum , quòd non fuerit adhuc ab Ordinario Reginen examine tentatus , atq; ad animarũ curã habendã approbatus, ad Sacri Tridentini Concilij præſcriptum. *ſeſſ. 24. cap. 18. §. quod ſi ius patronatus. de reformat.*

Tertium deniquè, quod validius obſtare præſumunt : quòd nominatio non vtiquè per Ciuitatem, ſed per Electos , & Syndicos
8 facta fuerit: eſſe propterea nullam . Verbis eum pugnare non re , vt in Prouerbijs habetur.

Verùm, quia parati ad reſiſtendum, certamen nequaquam detrectamus, cùm abundè ſuppetat, quo partes tueamur Raphaelis.

Et mihi ſunt aſtæ teretes, clypeiq; rotundi,
Tum galeæ, tum toraces procul igne micantes.

vt Homerus loquitur,

Nullum horum trium aduerſus eum eſſe, ſequentibus oſtendemus,

9 Non ſanè primùm, Cùm nempè ſit Raphael Subdiaconatus inſignitus ordine, & annos natus viginti quinquè, completo, videlicet, vigeſimo quarto, incepto vigeſimo quinto, vt intra annum ad præsbyteratus ordinem promoueri valeat, ad *text. in cap. cùm in cunctis 7. §. inferiora etiam extrà de elect. Clement fin. in fin. de ætate, & qualit.* Sacroſancta Tridentina Synodus, *ſeſſ. 23. cap. 12. de re-*
10 *format.* Sitquè propterea habitu Sacerdos, quamuis non actu, Omni procul remoto dubio potuit vtiquè ad beneficium Curam habente animarum, iurè, nec iniquè nominari, ac præſentari. *text. ſatis apertus in cap. ſi is, ad quem 2. de inſtitut. lib. 6.*

Si is, ad quem Rectoris præſentatio in aliqua Parochiali Eccleſia noſcitur pertinere, (Bonifacius loquitur octauus) *quempiam non conſtitutum in ſacris præſentet ad eam: ipſum (dummodo, aliàs ſit idoneus, & intra tempus à iure ſtatutum ad ordines, quos ipſius Eccleſiæ cura requirit, valeat promoueri) decernimus admittendum.* Sic Summus Pontiphex, & *text. in cap. ſi eo tempore 9. in fin. de reſcript. in 6. cap ſi pro Clericis 8. de præbend. eod. libro. gloſſ. in cap. nemo deinceps 15. verbo ætate, & verbo Sacerdotio de elect. in 6.* Sat vtiquè cùm ſit, ſi intra annum promoueri valeat iuxta *text. in cap. licet canon. 14 de elect. in 6. Rota in Romana Cappellaniæ 19. Martij 1586. coram Card. Pamphilio,* & iterum in eadem coram eodem 14. *Nouembris* 1586. Et ita quoquè Sacra Congregatio Sacri Tridentini Concilij interpretũ anno 1604. ad Epiſcopum Abulen reſpondit.

Poſſe vtiquè Beneficium Curatum, etiã ſimplici Clerico conferri, in ea tamen ætate conſtituto, vt intra annum ad Sacerdotium promoueri queat. *Garſias de Beneſic. 10, 2. part. 7. cap. 1. num. 79. & 80. ac num. 99. in fin.* & fuit aliàs dictum in alia Abulen Cappellaniæ 12 *Nouembris 1599. coram Cardin. Seraphino deciſ. 1328. ſub num 4* & refert idem *Garſias. d. cap. 1. num.* 101. ac plenius *ead. par. 7. cap 4. nu. 41. & 47. & 48.* vbi aliàs dictæ Sacræ Congregationis declarationes refert, *Ioan. Azor inſtitut. moralium part. 2. lib. 6. cap. 5. q. 9. Pater Vincent. Filliucius in appendice de ſtatu clericorum tract. 41. cap. 5. quæſt. 7. in 3. dicto nu. 26 & quæſt. 10. in 2. dicto nu. 46.* Rota *in Oueten Archidiaconatus 9 Iulij 1550. coram Fabio part. 3 lib. 3. diuerſorum deciſ. 347. num. 3. Gonzalez. ad regulam 8. Cancellar. gloſſ. 5. nu. 104. Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſc. part. 3. allegat. 60. nu. 65. & melius num. 81. & 82. & ſequent. & in d. capit. cùm in cunctis, §. inferiora. num. 30. Hieronym. Cæuallos commun. contrà communes quæſt. 693. num. 3. Caluaccanus deciſ. 11. nu. 18. part. 3. Campanilis Epiſcopus in diuerſ. rub. 7. cap. 6. nu. 29. & 32. Pariſ. de reſignat. lib. 4. quæſt. 9. nu. 14. 17. & 18. & quæſt. 11. num. 12. & 14. Ioan. Anton. Maſſobrius in praxi habendi concur. prælud. 7. dub. 21. num. 87. in fin. & requiſito 10. dub. 11. num. 28,*

Nequè obſtaculum faciet, ſecundum, quòd non fuerit per examen ab Epiſcopo Ordinario probatus.

12 Aduertantur (quæſo) Sacro Trident. Concilij verba *d. cap. 18. §. quod ſi ius patronatus. Quod ſi ius patronatus laycorum fuerit,* (S. Concilium loquitur) *debeat qui à patrono præſentatus erit, ab eiſdem deputatis, vt ſupra* (examinatoribus videlicet) *examinari; & non, niſi idoneus repertus fuerit, admitti.* His Sacrum Concilium.

13 Qui à patrono præſentatus erit: (inquit) Præſentari, itaquè primitus debebit, quàm per examen tentetur, idoneus, nec ne ſit, Non igitur præſentationem præcedere de-
14 bet examen, ſed illam ſubſequi. Eſſet enim ordo præpoſterus, neque neceſſario commutatus. Verba mutuatus S. Hieronymi *lib. 1. commentariorum in Matth. in primum caput.* ſuper verbis illis: Filij Dauid, Filij, Abraam. Ordo præpoſterus (inquit) ſed neceſſario commutatus.

15 Perpendendum, itaquè ad rem erit. Nominationem, quæ ab Vniuerſitate fit in hoc iure patronatus: verè præſentationem haud eſſe, ſed ſimplicem nominationem, ſiue electionem perſonæ, poſtmodum, vel Epiſcopo, vel Summo Romano Pontifici præſentandæ, poſt quam Regiæ Maeſtatis confirmatio per Excellentiſsimum Regni Proregem ſubſequuta fuerit. Præcedere igitur confir-
16 matio prius debebit, vt præſentatio coram Ordinario inſtituere debente, ſubſequi valeat, iuxta diſpoſita in *d. cap. 18. Sacri Concilij.*
17 quæ omnino coram eodem Ordinario fieri debebit; *cap. illud 8. & cap. cum layci 10. & cap. fin vbi Abb. & Scribent. de iure patronat. extrà Clem. dudum 2. §. ac deinde verbo præſentari.* vbi etiam Gloſſella Marginalis. *de ſepultur. cap ea noſcitur.* ibi: Perſonas idoneas Epiſcopis diœceſanis præſentant, & eis præſentatis & receptis. *de his, quæ fiunt à prælat.* vbi *Abb. num. 3. cap. ex litteris 7. in fin.* ibi: ad præſentationem militis inſtitutus fuiſſet. *de iure patronat. Sacrum Trident. Concil. ſeſſ. 7. cap. 13. de reformat. & ſeſſ. 14. cap. 13. etiam de reform. Rota deciſ. 3. non ſufficit. de iurepatronat. in nouiſ.* Roccus de Curt. *de iure patronatus verbo honorificũ, quæſt. 41. num. 37. Achilles de Graſſis deciſ. 12. de de iure patron. Viuian. eod. tract. part. 2. lib. 8. cap. 7. num. 2. & ſeq.* Ricius *in praxi part. 1. reſolut. 139. Maſtrillus deciſ. 2. part. 1. Lambertin. de iurepatron. lib. 2. part. 2. quæſt. 4. princip. art. 1. Borrellus in ſum. omn. deciſ. tom. 1. tit. 32. de iurepatron.*

tron. num. 310. Campanil. in diuerſ. rub. 11. cap. 13. num. 395. Maſſobrib. in praxi concurſus. præ- lud. 7. dub. 21. num. 95. Barboſ. ad d. cap. cum layci num. 2. de iure patron.

18 Quod ſi ſecus factum fuerit, haud institui poteri t nominatus, qui ex ſola nominatione ius nullum ſortitur ad rem, ſicuti per præſentationem coram Ordinario factam *Cardin. Zabar. in d. cap. fin. num. 3. in 4. notab. de iure patronat. & in cap. capitulum, col. fin. num. 9. quæſt. 34. verſ. in contrarium eſt. de reſcript. Lambertin. lib. 2. part. 3. q. 10. art. 9. num. 3. in fin.*

19 Indequè igitur præſentatio fieri debebit, vt interim ante institutionem valeat Ordinarius per examen experiri de præſentati idoneitate, ſecundum Rot. *d. deciſ. 3. in fin. de iure patronat. in nouiſ. ſequitur* Riccius *d. reſolu.*
21 *139. num. 5.* Ius nempè præſentatum per examen tentandi ad Epiſcopum Ordinarium, non ad patronum ſpectat, ad eum vero ius præſentandi, poſt præſentationem verò ius eſt Epiſcopo per examen experiundi, an idoneus ſit, qui Beneficium regere, nec ne valeat: vt ſi dignus instituatur, ſin minus abijciatur *Auchar. in cap. ſuſcepti 1. num. 2. in princ. de præben. in 6.* faciunt notata per *Abbat. in cap. paſtoralis 29. num. 7. de iure patron.* & perpenſum fuit per Sacrum Concilium *d. cap. 18. §. quod ſi ius patronatus* in ſupra etiam relatis verbis: *Debeat,* (inquiendo) *qui à patronis præſentatus erit, ab eiſdem deputatis, vt ſu-*
22 *pra, examinari*: Vt patenter innueret, neceſſariò præſentationem præcedere debere; examen deinde ſubſequi, quo quanta ſit præſentanti idoneitas, & ſufficientia excutitur, vt admittatur idoneus, repelletur inſufficiens.

23 Hanc proinde ob cauſam, ſi purgatis auribus, vt prouerbio fertur; velimus audire, attenteque rem omnem perpendere. Iuxta Plautinum illud.

» *Purgatis ambo damus tibi operam auribus.*

& Horat. in epiſtol.

» *Eſt mihi purgatam crebro, qui perſonet aurem.*

Nam ſordes in auribus collectæ auditum hebetãt, exemptæ reddunt acriorem. Haud
24 vim vllam faciet: Quòd minimè debebit (vt dici conſueuit: *(illotis manibus)* à Ciuitate factam nominationem, ità ex abrupto Excellentiſſimus Dominus Prorex, approbate per confirmationem; niſi guſtarit priùs de approbãdi motibus, an ſufficiens ille, an dignus, vel vero ſit indignus, qui poſt approbationem Epiſcopo Ordinario præſentetur.
25 Ne aliàs, quòd indignum fortaſſe, ac ſcienter præſentarit à iure cadat illa vice præſentandi, ſaltim per ſententiam; ſecundum *gloſ. in cap. cum vos 3. verbo minus idoneè, de offic. ordin. extra,* Rota *apud Creſcent. deciſ. 11. de iure patron. Didacus Spino in ſpeculo teſtament. tit. de patronis, gloſſ. 4. nu 87. Viuian. de iure patron. lib. 6. cap. 5. num. 144. Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcop. par. 3. allegat. 75, num. 105. Maceraten. variar. lib. 1. reſolut. 19. num. 13. & 15.*

Nimirum, quod non deerit quomodo certior reddatur de ſufficientia, & morum, & doctrinæ, nominati Raphaelis Excellentiſſimus Princeps. Et per fides ab Vniuerſi-
26 tate ſtudiorum, in quibus ſcientijs operam nauauit, ad tradita per Sacrum Tridentinũ Concilium *ſeſſ. 22. cap. 2. de refor.* vbi de ſcientia in Epiſcopo ad Epiſcopatum electo loquens; dicit: *Aut publico alicuius Accademiæ te-*
» *ſtimonio idoneus ad alios docendos oſtendatur.* Et per aliorum probatorum virorum, ac Religioſorum atteſtationem de integris huius nominati moribus, aptis, & ſatis probatis ad Eccleſiam hanc regendam, gubernandamquè. Quin hoc vnum ſatis eſſe debuiſſet tãto Principi; quod nil aliud obiectũ fuerit nominato huic. Nec enim reticuiſſent, ſi magnum aliquod, quod obijcerẽt, habuiſ-
27 ſent. Verè ex hoc quidem admonemur, hoſtẽ, quãuis infimæ fortunæ, nõ eſſe contemnendum, nec quemquam, vel omnium minimum, & contemptiſſimum eſſe prouocandum. Si quidem, vt in Mimis Publius ait.

» *Inimicum, quamuis humilem, docti eſt metuere.*

28 Et certè cauendum eſt ab ijs, quibus nihil eſt, quod perdant. ab ijs enim citiùs iniuriam, & damnum acceperis, quàm ab alijs, quibus aliquid eſt in loculis. Timent enim vt plurimum aliquem prouocare, ne quid vel famæ, vel fortunis detrahatur. Vt Claudius Minœs in Alciatum emblemat. 168. obſeruauit iuxta vetus illud adagium. *A minimis quoque timendum.* Haud facile eſt enim
29 omnes laqueos effugere. Vt in Adagijs quoquè habetur. Quod à venatu trãslatum eſt, in quo ſic vndiquè ſepiuntur exitus, vt neceſſe ſit feram in aliquas inſidias incidere.
30 Nequè porrò vero ſimile eſt homines nobiles Ciuitatis non infimæ Rectores, tanto Principi indignum hominem nominare voluiſſe, qui Eccleſiæ præficeretur inſigni ad animarum curam agendam. Quæ ſanè veriſimilitudo licet per neceſſe non probet;
31 multum operatur ad Iudicis, ſiue Principis mentem instruẽdam, eidemq; vt motum inferat; vt dixit *Rota apud Dominum meum*
32 *Coccinum Decanum deciſ. 423. num. 2.* Quia profectò arcet id, quod minus veriſimile eſt. Vt eadem Rota dixit *in vna Aretina confidentiæ 1595. coram Litta deciſ. 101. num. 4. per Farinac poſt primum vol. conſ.*

33 Præter quam quòd, quilibet Idoneus potiùs, & bonus, quam inſufficiens, & malus præſumitur; vt aſſerenti, vel inſufficiẽtiam, vel prauitatem, onus maneat probandi. *ad l. 2. ff. de probat. text. in cap dudum fin. vbi gloſſ. verbo præſumatur de præſumpt. extrà cap. vn. vbi gloſſ. verbo æſtimare de ſcrutin.* ſequentibus enim *glo.* ſatis è re noſtra. *Nota* (inquiẽs)
» *quelibet præſumi dignum, niſi probetur indignus:*
» *& de quolibet præſumendum eſt bonum, niſi probetur*

„ *betur contrarium. infrà de præſumtionib. dudum.*
His gloſſ. alia *Gloſſ. in cap. ſi forte 11. verbo*
ſcientiæ de electiou. lib. 6. gloſſ. in l. omni modo 30.
verbo non lu ebit. in fin. C de inoffic. teſtamen. d. l.
2. & l. non eſt neceſſe 5. . vbi gloſſ. ff. de probat.
Rota apud Cardin. Manticam decis 5. num. 7. &
part 4. diuerſ. deciſ. 671. nu. . Ioann. Cephal. conſ.
256. nu. 7. vol. 2. Rota *in Grauen Canonicatus*
1587. corā Comitulo dec. 51. n 1. & 2. poſt 1. vol.
conſ Farin. Neq; inhabilis ad Beneficiū æſti-
matur, qui Clericus eſt, ſtudijſquè vacat, &
adoleſcens eſt optimæ ſpei. Vt perpenſum
fuit in R*ota part. 2. in recent. deciſ. 202. n. 2.*
34 Meminerit proinde Excellentiſſimus Prin
ceps, quòd inuidia bonos inſectatur. vt Caſ-
ſiodorus *lib. 10. variarum epiſt. 28.* loquitur:
„ *Quapropter* (inquiens) *in deſignatis titulis am*
„ *bitio, inimica ſemper iuſtitiæ, conquieſcat: Con-*
„ *ſuetudinarium benè agentibus, locum protinùs*
„ *tollamus inuidiæ.* Et pauló poſt circa finem.
„ *Nihil enim ſecurum, nihil poterit ſtabile reperiri,*
„ *ſi ſemper inuidentium vota ad illicitas accedere*
permittantur inſidias. Sic ille: vt dicere iure
valeat quiſquis bonus per inuidiam appeti-
tur: *Anguſtiæ ſunt mihi vndique,* quemadmo-
dum Sancta illa Mulier Suſanna dixit *Da-*
niel. 13. 22.
35 Confirmatio autem nominationis per
Ciuitatem factæ, quam petit Raphael ab Ex
cellentiſſimo Principe, exercitium eſſe dici
tur nominationis, & actus ſecundus illius,
vt coram Ordinario per præſentationem
compare valeat, inſtitutionemque pe-
tere, examine peracto per approbatio-
nem. Subſequi igitur non præcedere de-
bebit examen. Quia nimirum interim man
cus videtur nominationis actus, donec ſe
36 quatur confirmatio; quę nominationem
ipſam perficit. ita vt nihil aliud cōſequutus
fuerit Raphael per nomintionē, quā in per-
fectionē actus petere, per ſequēda in confir
mationē; per quā complebitur nominatio,
vt adnorat *Cabedus deciſ. 1. num. 5 par 2.*
37 Nequè enim confirmatio noui quidquā
addit nominationi, ſed ab illa regulatur,
cùm eam imitetur, reiquè naturam non
mutet, nequè alteret, vt *Bald.* inquit, *in l. ſi*
quis cum procuratorio, num. . in fin ff de procu-
rator. probatur, *in l. omnium 19. §. voluntates*
enim hominum, C. de teſtam. Gratian. forenſ. part.
38 *5. cap. 909. num. 17.* Confirmationis nempè
eſt, robur addere actui confirmando, non
illum extendere vltrà quod in eo compre-
hendebatur *Card. Tuſcus tom. 2. littera C. con-*
cluſ. 704. num. 2. & ſeq. Mariſcott. variarum re-
ſolut. lib. 1. cap. 9. num. 6. & 7.
49 Et planè confirmatio iuxta receptam à
Doctoribus traditam dnitionem: Iuris eſt
quęſiti per Superiorē facta corroboratio, vt
per *Dec. in rub. de confirmat. vtili, vel inutili,*
num. 2. Tuſcus d. concluſ. 704. num. 1. Maceraten
variar. reſolut. lib. 1. reſolut. 51. num. 8. Cabed. d.
deciſ. 1. num. 4.

40 Quare noui nihil confirmatio addit actui,
quam exercitium eius, quod ante confir-
mationem nominatus habebat. *Oldrad. conſ.*
194. factum tale eſt, num. 1. in fin. verſ. ſed con-
trarium. Tuſcus, vbi ſupra concluſ. 707. num. 1.
Barboſ. in cap cum dilecta, 4. nu. 7. & 8. de confir-
mat. vtili, vel inutili, Cuben. d. deciſ. 1. num. 8.
par. 2.
41 Complemētum itaquè expoſcit Raphael
nominationis per Ciuitatem, pro eo factæ,
& exercitium eius, vt coram Ordinario cō-
parere valeat, atquè per examen tentari an
idoneus reperiatur ad regendam Curatam
Eccleſiam Sāctæ Mariæ de Catholica, cum
42 confirmationem experit. Nullo igitur pa-
cto denegari eidem poterit, qui nominatus
fuit, quin approbetur per confirmationem,
vt inſtitutionem obtinere valeat, ſub eo præ
textu, quod approbatus ab Ordinario mini-
me fuerit; cum ſubſequi hæc confirmatio-
nem debeat, non antecedere.
43 Alioquin cōtra iuſtitiam faciet Princeps
confirmationem denegando, quam iuſtè il-
le petit, ius ad illam habens per nominatio-
nem præcedentem. argumento, *text. in l. 1.*
§. fin. ff. de aqua quotidiaua, & æſtina. vbi ſequē-
tibus Vulpianus: *Nec eſt hoc beneficium ſed in*
iuria ſi quis fortè non impetraui Innocentius in
cap. inter quatuor, 8. in fin. de maior. & obed. Iu-
ſtitiam tamen non denegabimus tibi, cùm
44 eam duxeris poſtulandam. Iuſta quippe pe-
tentibus nihil eſt recuſandum. Vt Theodo-
ricus Rex apud *Caſſiodorum variarum lib. 1.*
epiſt. 14. ad Fauſtum Præpoſitum ſcriptit. *Li-*
„ *benter omnibus modis* (inquiens) *præbemus aſſe-*
„ *ſum, quoties vox eſt iuſta poſcentium. quia non de*
„ *cet eſſe difficile beneficium quod largitate non pa-*
„ *titur detrimentum.* Sic Rex ille: & Plaut. in
amphitear.
„ *Iuſtam rem, & facilem eſſe oratam à vobis volo.*
„ *Nam iuſtè à iuſtis iuſtus ſum orator datus.*
45 Hoc enim iuſtitia exigit, cuiq; vt reddatur
ꝙ ſuū eſt, *l. Iuſtitia 10. de iuſtit. & iur. §. 1. inſtit.*
cod. cap ex ore 17. in princ. de priuileg. extrà Gre
gor. in proemio decretalium, §. ideo lex, vbi Gloſſ.
verbo. ius ſuum S Thom. 2. 2. q. 58. art. 11. Iuſti-
„ tia enim ſuum cuiquè proportione reddit.
Ariſtot. inquit *lib. 5. Ethicor. cap. 5.* & *Cicer. lib.*
„ *rethoric.* Iuſtitia eſt æquitas ius ſuum cuiquè
„ tribuens pro dignitate cuiuſquè, & S. Pau-
46 lus ad *Roman. 13. 7. Reddite ergo omnibus de*
„ *debita,* (concludit recta conſequentia) *cui*
„ *tributū, tributū cui vegtigal, vectigal, cui timorē,*
„ *timorē, cui honorem, honorem. Nemini quicquam*
„ *debeatis, niſi, vt inuicem diligatis.*
47 Peccabit proinde Princeps contra Iuſti-
tiam faciens, alteri nocumentum inferens;
ex *S. Thom. 2. 2. quæſt. 59. art. vltim. Caiet. in*
ſum. verbo iniuſtitia nos reſponſ. 2. num. 67. p. 2.
48 Cū obligatione reſtitutionis faciendæ par
49 ti læſe; Quia reſtitutio eſt de neceſſitate ſa-
lutis, ſicuti præceptorum Decalogi obſer-
uatio de neceſſitate ſalutis eſt. *Si autem vis*

ad vitam ingredi (Dominus dixit) *ſerua mandata.Matth.*19.17.

50 Et conſeruare iuſtitiam de neceſſitate, ſalutis eſt *S.Tho.2.2.quæſt.62.ar.2.Pater Molina de iuſt.& iur.tom.3.tract.2.de reſtitut.diſput.*
51 716.*num.*2.Neceſſariumquè ad ſalutem eſt, vt nemini iniuriam inferamus, nequè voluntariè alteri noceamus. *Leſſius de iuſt. & iur. lib 2.cap.8.dub.10. num.47.verſ.prior pars,*
52 Alioquin peccatum non dimittitur,niſi reſtituatur ablatum.*regul. peccatum 4.de regul. iur in 6. nos reſponſ.23.num.27. & 28. & reſp.*
53 25.*num.22.part.*1. Etiam per damni illationem *toto tit.extrà de iniur. & damno dato. cap.*
54 *ſi culpa tua 9. eod.tit.* Impediens vero quenquam ab eiſequendo beneficium, quod iure ſibi debebatur;reſtitutioni eidē obnoxius ſit,iuxta damnum,quod illatum eſt ei. *Nauar.man.cap.*17.*num.74.Gratian.deciſ.97.num.*25.*nos reſponſ.2.num.58.part.2.*

55 At Iuſtitia populorum pacem tuetur, vt Caſſiodorus *variarum lib.7.epiſt.23.*docet ſe-
» quentibus rem exprimens. *Nam licet vbique*
» *neceſſaria ſit Prudentia; in hac potiùs actione vi-*
» *detur accomoda:quando inter duos populos naſcū-*
» *tur ſemper certamina,niſi fuerit iuſtitia cuſtodia.*
» *Quapropter arte placandi ſunt,qui mores affe-*
» *runt ſimillimos ventis, quorum, niſi priùs animi*
» *temperentur, in contemptum maximum natiua*
» *facilitate proſiliunt.*Sic ille.Hoc igitur tantus aſſequetur Princeps; & quòd iuſtitiam conſeruabit, & à peccato ſe temperabit, quod ad reſtitutionem obnoxium eum faciet; & pacem inter ſubiectos ſibi populos tuebitur.

56 Nequè Regi iniuriam faciet: qui læditur per iniuſtitiam. Sic Rex Theodoricus Teobaldo Turigenti Epiſcopo apud eundem
» *Caſſidorum variarum,lib.3.epiſt.15.Iniuria qui-*
» *dē noſtra eſt*(inquientē)*læſa iuſtitia:quia viola-*
» *tiones earum rerū meritò ad eos trahimus, quas*
» *amamus.Vnde illud maximè inultum eſſe non pa*
» *timur, quod in contemptum noſtræ iuſſionis con-*
» *ſtat admiſſum. Quæ enim præſumptio plectenda*
» *non audeat,ſi ſacræ iuſſionis reuerenda contemnat ?* Sic Rex ille. Vnde talem ex his concluſionem eligit annotator ad illum. *Hinc*
57 *collige* (dicens) *iuſtitiam, qui violat; Principi iniuriam facere* Hinc Spiritus ſanctus ſapientiæ re,iis,quibus iudicare alios ſuper terrā
58 datum eſt,contenatur,dicens, *Sapient.primo*
» 1.*Diligite iuſtitiam qui iudicatis terram* & per
» Iſaiam 56.1.*Hæc dicit Dominus:Cuſtodite indi-*
» *cium,& facite iuſtitiam,quia iuxta eſt ſalus mea,*
» *vt veniat,& iuſtitia mea, vt reueletur. Beatus*
» *vir,qui facit hoc,& Filius hominis,qui apprehendet iſtud.* Iurequè proinde Regius Citharedus Regem Regum omnium præcabatur Deum,petens:*Deus iudicium tuum Regi dà & iuſtitiam tuam Filio Regis.pſalm.*71. 1. Et præclarè monitor ille apud Vergilium.
» *Diſcite iuſtitiam moniti, & non temnere diuos.*
59 Nequè demum tertium, quod magis ferire videbatur obſtabit: Quòd ab Electis,& Syndico nominatus fuerit Raphael, non à tota Ciuitate,vel à maiori eius parte in vnū coactā,vt in ſimilibus fieri oportet, ex *Calderin conſ.11.de iure patronat.Alexander Trentaciq.conſ.66.num.2.part.1.*

60 Cùm nempè ab ipſo initio conceſſionis factæ per Comitem Rogerium Vniuerſitati Reginen nominandi Rectorem ad hac Eccleſiam Sanctæ Mariæ de Catholica,ſemper (vt in facto ſupponitur,) nominatio ab ipſis Syndico,& Electis proceſſerit,& ſiquidem Vniuerſitatis nomine, (vt ſunt illi illius Adminiſtri,) hæc vtiquè ita firma ſubſequuta obſeruatio operabitur, vt in illos Vniuerſitate ab ipſa,ius nominandi tranſlatum videatur; Cum ij ipſi Vniuerſitatem
61 omnem repræſentent:ad tradita per *Bart.in l.non ambigitur,ff.de legibus l.1.ff. de muner. & honor.notatur in c.fin.de procurato. extrà l.planè 4.ſiue l.iſtē eorū 6.§ actor.vbi Bart.ff.quod cuiuſq; Vniuerſ.nomine.Bellencinus de charitat ſubſid q.99.vol.15.tract.part.2.fol.mihi 165,*

62 Vt mirum non ſit, ſi à Rectoribus Ciuitatis factum,ab vniuerſitate ipſa factum intelligatur,vt ſequitur *Gallus de pace publica obſeru.9.num.14.*

63 Et in his Beneficialibus haud minimi æſtimatur ſubſequuta obſeruantia, quòad ius ipſum præſentandi,atquè perſonas præſentantes;*Maceraten variarum reſolutut.lib.1. reſolut 3.num.8.*Dictumquè fuit *in Papien iuriſpatronatus 22. Maÿ 1595.coram Eminentiſſimo Card in.Mellino ad calcem praxis iuriſpatronat.per Viuian.deciſ 2.num,2.& in Altimontis,iuriſpatronatus 5.Iulij 1610.coram Domino meo Decano Coccino tom.1.part.2.in recent.dec. 308.ſub,num.2.Viuian.vbi ſupra in praxi lib.4.*
64 *cap.9.num.29.& ſeq. & num.42.* In antiquis potiſſimum,quibus plurimi ſemper fit ſubſequuta obſeruatio. *Aymon conſ.101.num.3. & 4. Rota in Aſculana iuriſpatronatus 24. Februarij 1616.coram Veroſpio part,1.tom.2. in recent.deciſ.707 ſub num.2.in Florentina Canonicatus 11.Decembris 1615. coram Buratto deciſ.42.num.17.apud Viuian.vbi ſupra in Comen Cappellaniæ 8.Nouembris 1593. coram Penia p.4.diuerſ per Farinac.collecta. deciſ.536. num.4. & part.1.diuerſ.deciſ.574.nu.3.& 4. Minadous deciſ.11.nu.2.Cabedus deciſ.205.num.7. part.1.*

65 Quinimò ſubſequuta ipſa obſeruantia in antiquis,vim decreti obtinet, conſuetudinis,priuilegij,atquè pacti etiam. *Decius conſ. 586 num.2.& 6.Cephal conſ.26. num.2. vol.1, Ioannes Koppen deciſ. German.20. num.15. p.1,*

66 Nequè id ſine rationis fulcimine aſſeritur;quando obſeruantia ex præambula conceſſione ſubſequuta præſumitur. *Aymon. conſ.10.num 9.& conſ. 18. num.2.* ſequuta fuit Rota *in Bononien iuriſpatronatus 29.Martij 1674.coram Robuſterio deciſ.598.ſub num 5.*
67 *part.1.diuerſorum.* Ipſaque met obſeruantia in apertum deducit, atquè declarat qualis

ab

ab ipſo conceſſionis, vel contractus initio, paciſcentium, vel concedentis mens fuerit, atquè intentio. *Surdus deciſ.134. num.9. & pluribus conſ.124.n.7.vol.2.*

Nequè porro in hac re noſtra, Vniuerſitas eſt, quæ reluctet, atquè aduerſus Electos & Syndicum in iudicium ad nominationis nullitatem proclamet; quin ratum factum habet ab Electis, & Syndico ſuo nomine
68 geſtum. Vt ipſa ratihabitio mandato æquiparetur, *ad regulam ratihabitionem 10. de regul. iur. in 6.*

69 Sat autem ſuperquè erit, ſi patroni conſenſus ſubſequatur. (vt contemptus non di- datur) vt teneat abſquè eo præſentatio facta. *Felin. in cap. cum Bertoldus 18. num. 9. in prima limitat. de ſent. & re iudic. & in tract. quando litteræ Apoſtolicæ noceant patronis, col. fin. in 10. limitat.* allegat *text. in cap. cum conſuetudinis 9. extrà de conſuetud. vbi Innoc. Ripa reſponſ. 1. de iure patronat. num. 4. Geminian. conſ. 45. conſuetudo Mutinæ, col. fin.*

70 Qui plane conſenſus etiam per Tutorem vel Tutricem præſtari poterit. *Rota apud Cardin. Caualer. deciſ. 303. num. 3.*

Firma ergo, ac ſtabilis perſiſtit pro Raphaele facta nominatio. Debetur, itaquè ei confirmatio.

Et ita ex his, emunctioris naris iudicio ſubiectis, (nequè cum ſtomacho,) reſpondendum cenſui.

CAROLVS MARANTA I.V.D.
Aduocatus.

SVMMARIVM.

1 *Præſentari is debet ad beneficium Curam animarum habens, qui per ſe reſidere, & animarum curam exercere valeat.*

2 *Præſentatio ſpreto patrono facta ius nullum tribuit præſentato, ſicuti inſtitutio.*

3 *Lite pendente innouandum nihil eſt; & quid quid lite pendẽte fit, nullum, & inualidum eſt.*

Nequè patroni præſentare poſſunt, nequè Epiſcopus inſtituere, num. 4.

Alioquin totum euaneſcit, & nullum redditur.

5 *Præſentatio, poſt tempora à iure permiſſa facta, nulla euadit.*

6 *Falſa cauſa diſpoſitioni exercitium tribuẽs, per errorem proceſſiſſe videtur, ac conſequẽter nulliter.*

7 *Error liberæ contrariatur voluntati.*

Qui conſenſum amouet.

8 *Cauſa determinat id, propter quod fit aliquid.*

9 *Ciuis præferendus extero eſt; in beneficio, præſertim Curato.*

10 *Beneficia conferri debent Ciuibus potius, quam exteris.*

Potiſſimum Curata, num. 11.

Et in beneficijs de iure patronatus, num. 12.

Et ratio affertur duplex.

13 *Examen ſubſequi debet præſentationem, non procedere.*

14 *Idoneus quiſquè præſumitur, donec contrarium probetur.*

15 *Clerici peregrini ſine ſuorum Ordinariorum commendatitijs litteris ad diuina admitti haud debent.*

16 *Sequela à diuerſis non rectè ducitur.*

17 *Simoniæ crimen omnium peſſimum eſt.*

Et cum veniat obiectiuè, plenè probandum erit.

Ad repellendum tamen ab aſſecutione beneficij leuiores probationes ſufficiunt, n. 18.

19 *Crimina, cùm in facto fundamentum habeant, non præſumuntur, niſi probentur.*

Præſertim in crimine ſimoniæ, nu. 10.

21 *Simoniæ in crimine non ſufficit probare tractatum, niſi effectuatio quoquè probetur.*

22 *Iuſtitiam contra faciens peccat, & ad reſtitutionem tenetur.*

23 *Nominatione de aliquo facta ad beneficiũ, ius quæritur ei ſaltim ad rem, ad petẽdam nominationis confirmationem.*

Eiquè ex iuſtitia confirmatio debebitur, num. 24.

25 *Iniuriam alicui contra iuſtitiam inferens, & peccat, & ad reſtitutionem obligatur.*

ARGVMENTVM.

Præcedentis Argumẽti reſponſio. Qua etiam Aduerſariorum iacula retunduntur; eorumquà reijcitur duplicatio.

RES

RESPONSIO XVII.

DVos habet oppoſitores D. Raphael
de Prato notabilis Rhegien, nomi-
natus ad Parochialem Eccleſiam
Sanctæ Mariæ de Catholica vulgo
Prothopapato nuncupatam, Reu.
ſcilicet D. Bernabè de Liqueda, & Reu. D.
Ioannem Baptiſtam Camecium Hiſpanos.
Verum neuter eorum Iuribus Raphaelis
officit.

Non ſanè primus D. Bernabè; quia ipſe
neque nominationem à Ciuitate obtinet,
neque etiam præſens eſt, ſed longè abſens,
vt ex hoc vno (quando alia paria forent,) re-
1 pellatur. Ad beneficium quippe animarum
curam obtinens, inſtituendus is eſt, qui per
ſe reſidere, & Curam animarum exercere
valeat, ad *text. Sacri Triden. Concil. ſeſſ. 22. cap.
4. de reformat. & text. in cap. 12. ſeſſ. 24. in ead.
materia de reformat. arg. etiam text. in clement.
ij. 2. de ætat. & qualit. & ſeſſ. 23. de reformat. cap.
1. & ſeſſ. 6. de reformat. cap. 1.*

Nec officit, quod fuerit ad Beneficium
prædictum ab Excellentiſſ. D. Duce de Al-
ua tunc Regni pro Rege per priuilegium
2 intitulatus. Nimirum quia id facere mini-
mè cum potuerit dictus Excellentiſſimus
Dominus, nulla præcedente Ciuitatis no-
minatione, quin imo illa ſpreta, nullum
vtiquè Ius illi tribuere valuit priuilegium
prædictum *ad text. in can. decernimus 29. 16. q.
7. cap. ſugeſtum 20. in fin. de iure patronat. gloſſ.
penult. in cap. cum dilectus 28. de iure patronat.
Roccus de Curte de iure patronatus, verbo hono-
rificum in 1. quæſt. num. 2 Guido Papa deciſ. 374.
est gloſſ.* notabilis *in cap. de hoc autem 11. verbo.
& Princeps de ſimonia Franciſcus Marcus deciſ.
474. per tot. part. 1. Gonzalez ad regul. 8. Cancell.
gloſſ. 56. num. 78.*

Neque ſecundus officit D. Ioannes Bap-
tiſta Camacius. Profectò, quòd licet ipſe
glorietur; & aſcitum ſe fuiſſe ad Ciuilitatē
Ciuitatis Rhegien, atquè etiam nominatum
per Vniuerſitatem ad ipſummet Beneficiū
S. Mariæ de Catholica; nihil tamē ei vtrum-
què eorum ſuffragari poteſt, cùm lite pen-
dente, inter dictum D. Raphaelem, & D.
Bernabè, factum vtrumquè fuerit. At lite
3 pendente innouandum nihil fuerat in præ-
iudicium prædicti Raphaelis, cui ſoli ius ad
rem per nominationem quæſitum fuerat
*cap. 1. & ſeq & toto tit. vt lite pendente, tùm ex-
trà, tùm in 6.*

4 Neque patroni præſentare poſſunt, ſicuti
neque etiam Epiſcopus præſentationem
per eoſdem factam admittere, lite penden-
te. Ne lites in infinitum protrahantur. Qua-
re quidquid attentatum fuit, irritum, & ina-
ne euaſit. *tex. in cap. 1. & fin vt lit. pend. in 6. &
Clement. 1. § cum interim, vbi gloſſ. eod. tit. Calde
rin conſ. 1. vt lite pendente. Rocchus in verbo ho-
norificum quæſt. 23. num. 53. Rota apud Creſcen.
deciſ. 8. & 10. de iure patronat. Caſſador. deciſ. 9.
num. 3. de cauſa poſſeſſ. & propriet & deciſ. 3. nu.
2. vt lit. pendent. Rota in Salamantina Cappella-
niæ del Voto 20 Nouembris 1592. coram Emi-
nentiſſimo Pamphilio*; quam refert *Garſias de
benefic. tom. 1. part. 6. cap. 4. num. 39. in fin. deciſ.
Rota apud Sanctiſſ. memo Gregor. XV. deciſ. 417.
num. 1 idem Garſ. par. 5. cap. 9 nu. 217. & apud
Caualer. pluries, vt deciſ. 120. nu. 1. & ſeq. & deci.
556. Barboſa de offic. & poteſtate Epiſcopi part.
3. alleg. 72. num 140. Viuian. in praxi iuriſpatro-
nat. part. 2. lib. 10. cap. 1. num. 1. & cap. 3. nu. 5.*

5 Tum præterea, quòd nominatio ipſa fa-
cta fuit elapſis iam, atquè diſcurſis quatuor
menſibus patrono layco ad præſentandum
iure indultis per *text. in cap. 1. §. fin. de iure pa-
tronatus lib. 6. Rocchus d. quæſt. 23. verſ. 3. mo-
uebar.*

6 Cæterùm nominatio ab Vniuerſitate de
D. Ioanne Baptiſta Camacio facta, ex falſa
ſuppoſitione facta fuit; ſuppoſito ſcil. quòd
dictus Raphael, vti inhabilis, reijectus fuiſ-
ſet; ſic enim ipſi loquuntur: *per l'inabilità del
nominato vltimo loco per eſſa Città declarata
per il Cappellano Maggiore, referendata in detta
lettera fol* 32. Quare fuit nominatio prædi-
cta, ſuppoſita falſa cauſa, facta, atquè proin-
de per errorem. Citrà igitur conſenſum V-
7 niuerſitatis. Quid eſt enim, tàm contrarium
voluntati, & conſenſui, quam error, qui vo-
luntarium tollit? *l. nihil conſenſui. 117. ff. de reg.
iur. l ſi per errorem 15. ff. de iuriſd. omn. Iudic.
can. 1. 29. q. 1. Abb. in cap. ſi cautio, num. 2. de
fide inſtrum.*

Cum itaquè cauſa, propter quam nomi-
natio hæc ſecunda de Camacio facta, falſa
æſtimatio fuit, (Raphaelem vti inhabilem
reiectum fuiſſe,) vtiquè denominatio ipſa
determinabitur à cauſa, propterquam facta,
& expreſſa fuit. Vt cum ipſa vana, ac futilis
fuerit, talis quoquè nominatio ipſa euadat,
8 opus eſt. Cauſa nempè eſt, quæ determinat
id, propter quod aliquid fit. *Bart. in l. ſeio, in
ſum. ff. de annuis legat. Bald. in l. 1. num. 2. C. de
legat.* qui allegat *text in d. l. ſeio. 10. §. libertis in
2. reſponſ.* ſecundum intellectum Iacobi de
Arena. ſequitur *Caſanate conſ. 44. num. 37.* eſt
text. in l. ictus fuſtium 22. ibi: ſed cauſa, prop-
ter quam id pati meruit, *ff. de his, qui notantur
infamia Surd. conſ. 150. num. 61. lib. 1. Benintend.
deciſ vltim. num* 8. *Eminentiſſimus Mantica de
coniect. vltimar. volun. lib. 6. tit. 14. n. 13.*

9 Accedit his quoquè, quòd (quando cæte-
tera eſſent paria, & Camacius rectè nomina
tus fuiſſet) eſſet nihilominus præferendus
noſter Raphael, vti Ciuis originarius, & na-
tus in Ciuitate Reghiē, excluſo dicto Cama
10 cio exterò, & aſcititio. Quòd beneficia cōfer
ri debeant ciuibus potius, quā exteris, *text. in
can. nec emeritis 11. & can. nullus 12.* vbi plenè
gloſſ. 61. diſt. & in can. hortamur. 8. vbi etiam
*glo. 71. diſt. tex. in l. in Eccleſijs 11. C. de Epiſcop.
& cleric. plenè Couarr. practiquæſt. cap. 35. nu. 5.*

verſ.2.ad notandum;ſequitur *Surd. de aliment.*
11 *tit.1.quæſt.93.num.*10.potiſſimum vero Cu-
rata beneficia. *Mandoſ.conſ.55.num.1. 2. 3. 4.*
& 8.Reuerend.*Campanilis in diuer.rub.11.cap.*
13.num.443.Maſtrill.deciſ.2.num.14.part.1. &
ante eos dixit etiam Fuſcus de *viſitat. lib. 2.*
*cap.5.num.14.& cap 22.num.25.*latè *Lambert.*
*de iure patronat.lib.2.part.1.quæſt.7.art.24.*ple-
nè *Garſias de benefic.tom.2.part 7.cap.9.num.5.*
12 *& num* 8. Vbi id potiſſimum procedere in-
quit in caſu noſtro(in præſentaris ſcilicet à
patronis) nam cæteris paribus præferendus
eſt,nec iniuria,naturalis exteros;& quòd be-
neficia depauperari non debeant; & quòd
in Curatis beneficijs facilior,atque frequē-
tior ſit reſidentia originarijs, quam exteris,
plenè etiam *Viuian.in praxi Iuriſpatronat. lib.*
0.cap 11.nu.2.& ſeq. Barboſa de offic. & poteſt.
Epiſcop.part 3.allegat.60.num.102.Maceraten.
variar.reſolut.lib.1.reſolut.104.num.2.verſ tum
quia erat Papien.

Quare nec obſtant oppoſitiones contra
Raphaelem factæ Non prima,quòd non ſit
adhuc approbatus per Archiepiſcopum per
13 examen. Profecto quod,(vt in alijs noſtris
ſcriptis pleniùs diximus,)debebit antequam
inſtituatur ab Epiſcopo examinari, cum
nunc, quæ ab Excellentiſſimo Domino pe-
titur prouiſio,ſit nominationis per Ciuita-
tem factæ confirmatio: ſequi vero debeat
Epiſcopi approbatio per examen,& inſtitu-
tio. Et hæc ſanè oppoſitio ſi Raphaeli obſta-
bit,cur (amabo te)non item de Liqueda,at-
què Camacio obſtare debebit, qui nec ipſi
per exàmen ab Epiſcopo approbati adhuc
fuere? Vt ſuomet confodiantur gladio.
Quare vel omnino non obſtabit oppoſitio
huiuſmodi;vel ſaltim concedi debebit ter-
minus competens, vt coram Archiepiſco-
po ſe præſentet Raphael per examen tentā-
dus, vt idoneus approbetur, non vero ido-
neus reijciatur. At nunc ſufficere debebunt
pro confirmatione obtinenda, tam Cleri
dictæ Eccleſiæ de Catholica, quam etiam
dignitatum, & Canonicorum Cathedralis
Eccleſiæ Reginen atteſtationes de nobilita-
te,vita,moribus,atquè doctrina Raphaelis,
vt fol 6.& 8.in proceſſu, patet: atque etiam
Abbatis Anibalis Milea Canonici eiuſdem
Cathedralis,ac Sacræ Theologiæ in eadem
Doctoris, atteſtatis, ipſum Philoſophiam,
atquè Sacram Theologiam perlegentem
ſeptemnio Raphaelem aſcultaſſe, *fol.*7. Et
confirmantur hæc omnia etiam per litteras
Excellentiſſimi Domini Ducis Aluæ ad
Ciuitatem Rhegien datas 30.Iunij 1629.*fol.*
19.quibus habet,dictum Raphaelem habe-
re omnes partes aſſertas in nominatione
facta per Sydicos, & Electos Ciuitatis. Vt
hæc vna tanti Principis approbatio ſatis ſu-
perq; ſufficiēs æxſtimari debeat,vt Raphael
omnibus alijs præferatur, quando cætera
14 paria eſſent. Præter quàm,quòd ex iure qui

libet idoneus præſumitur, donec contrariū
probatum fuerit,*text.in cap.vnico de ſcrutinio*
melior *text.in cap.dudum fin. de præſumpt.* Vt
in alijs noſtris ſuper hac re ſcriptis,datis ple
nius deduximus.

Præterea ſecunda oppoſitio,quod ſui or-
dinarij dimiſſorias litteras non detulerit,ſa-
tis diluitur: cùm illæ ad effectum, de quo
agitur,neceſſariæ haud ſint,& ſatis ſuperquè
15 commendatur per ſupra relata. Et Sacrum
Trident. Concilium *ſeſſ.23.cap.13.in fin.* diſ-
ponit,vt nullus peregrinus Clericus ad di-
uina facienda ſuſcipiatur abſquè ſui Ordi-
narij commendatitijs litteris; hic autem in
caſu ſatis diuerſo ſumus,nequè Raphael eſt
peregrinus,ſed Ciuis,& à Ciuibus eſt nomi-
16 natus,& approbatus,vt oſtendimus. A di-
uerſis autem non rectè ducitur ſequela,
l.Papinianus exuli.21.ff de minor.

Nequè ſecunda deniquè obſtabit oppoſi
tio de obiecto ſimoniæ vitio. Cum enim cri
men hoc ſit omnium peſſimum, & veniat
hic obiectiuè, vt cadant à iure ſuo, & Ciui-
tas,& Raphael; eſt omnino plenè proban-
dum,vt optimè per *gloß.*receptam *in cap. ve-*
niens 10 quod eſt primum *verbo illorum circa*
fin.vbi etiam Abb.num.4. de teſtib. Alciat.lib.1.
reſponſ.conſ.2.num.40.& 41.Rota in Tullen Pa
rochialis 28.*Maij* 1593.*coram Eminentiſſ.Sera-*
phino deciſ.1029.num.1.& 2.Vbi ad repellen
18 dum ab aſſecutione beneficij, ſaltim leuio-
res requiri probationes dicit. At hic in facto
noſtro nullæ omnino probationes adſunt,
ſed litteræ quædam aduerſariorum Raphae
lis,in quibus ipſimet aduerſarij nihil certi
aſſerunt,ſed per ambages,& ſuſpitiones pro
19 cedunt. Crimina vero, cùm quid facti im-
portent,non præſumuntur, niſi probentur,
ad text in l.merito.§1.ff pro ſocio text.cum gloſſ.
fin.in fin.in d.cap.fin.de præſumpt. Abb in cap.au
20 *ditis,num.29.& 30.de præſcriptionibus*: & in
noſtra materia obiectæ ſimoniæ, vltrà dicta
per Rotam in *Firmana Cappellaniæ coram*
fælicis recordat.Clement.VIII.& aliàs ſæpè,di-
ctum fuit in *Lucana prætenſa confidentiæ* 27.
Februarij 1616.*coram Ludouiſ.* poſtmodum
S.memor.Gregor.XV.deciſ.238.& in Cremonen
prætenſæ confidentiæ coram eodem 2.Iulij 1611.
*deciſ.*517.*& in Montis Faliſci Confidentiæ* 22.
Maij 1615.*coram Cardinali Caualerio dec.*352.
21 Vbi etiam *num.* 4. dicit non ſufficere pro-
baſſe tractatum,niſi probetur quoquè effe-
ctuatio.& dictū fuit in *Conchen Archipræsby-*
teratus 27.Nouembr.1602. coram Litta, deciſ.
187.in fin.poſt tom.2.Conſilior.Farinac. ſequi-
tur etiam *Riccius in praxi tom.2 reſolu.56. nu.*
1.& ſeq.

Diſiectis igitur, confutatiſquè omnibus,
quæ aduerſus Raphaelem pugnare videbā-
tur;confirmari vtiquè deberi nominationē
pro illo factam,per Excellentiſſ. Dominum
noſtrum Proregem neceſſaria conſequutio-
ne inferendum cenſui fortaſsis (quod cuiuſ
quam

Digitized by Google

quam rectè ſententis in mentem cadere de tanto,tamquè Iuſtiſſimo, ac Pijſſimo Prin-
22 cipe haud poterit) peccato ſe inficere voluerit,contra Iuſtitiam faciens, vnde etiam ad reſtitutionem tenebitur. Profectò,quòd
33 per nominationem per Vniuerſitatem legitimè factam, ius ſit quæſitum ſaltim ad rem Raphaeli, vt confirmatio iure ſibi debeatur;cum nihil ſit, quod ei impedimentum faciat,diſſolutis oppoſitionibus eidem
24 obiectis. Ex ij iuſtitia igitur Excellentiſſimus Princeps illum confirmare tenebitur.*ad text in cap 3 de iure patronat. & text in can.monaſterium 30.vbi gloſſ. notab. verbo ne*
25 *malus 16.quæſt.7.* Alioquin iniuriam illi inferet contra iuſtitiam; atquè propterea, & peccabit,& ad reſtitutionem tenebitur,*Nauarr.man.cap.17.num.69.& num.73.& 74.Couar.in reg.peccatum part.2.relect.§.7.num.4.& ſeq.& num.8.Rodriquez in ſum part.1.cap.108. concluſ.6.in fin Vaſqez in opuſculis tract.de benefic.cap.2.§ 3.dub.6.nu.76. Garſias de benefic.to.2.part.7.cap.15.num.11.*

Et ita ex his,cuiuſcunquè alterius melius, rectiuſquè ſententis lima non excuſſa, reſpondendum cenſeo.

CAROLVS MARANTA I.V.D. Aduocatus.

Satis longo temporis interuallo in hac cauſa diſceptatum fuit; illaquè in Romana Rota introducta,pro Raphaele fuerunt ſententiæ;& Camacius,qui parere decretis reluctabat,excommunicationis mucrone percuſſus,me interim,licet immeritiſſimo, ad Iuuenacen Eccleſiam promoto; Vt quem finem cauſa poſtmodum viderit ignorem.

SVMMARIVM.

1 *Iuſtitia nullum lędit obſeruata.*
Et populorum pacem tuetur,num.2.
Tribuitquè cuiquè quod ſuum eſt, num.3.
Nulliquè denegandam eſſe defenſionem ſuadet,num.4.
Et pacta illibata ſeruari iubet,num.6.
5 *Defenſio à natura ipſa nobis inſita eſt.*
7 *Attentatum in irritum reuocari debet.*
8 *Subreptitiè obtentum viribus caret.*
9 *Præuentio impedit viam exequutiuam coram aliò iudice.*
Diciturque exceptio declinatoria fori,nu.11.
10 *Ordinaria via exequutiuam ceſſare facit.*
12 *Præuentio coram Ordinario Iudice præuenientis fieri debet,& num.21.*
Quia exceptionis naturam ſapit,nu.14.
13 *Actor rei forum ſequitur.*
Et num.24.quæ regula generalis eſt, nu.26.
14 *Exceptio ſi per modum actionis proponatur, nihilominus exceptionis non mutat naturam.*
Et coram Iudice excepientis proponi debebit, num.15.
16 *Bartolus lucerna iuris nuncupatur.*
17 *Abbas Panormitanus Sacrorum Canonum interpres eximius.*
18 *Reus originarius, & actor neceſſarius, qui dicantur?*
19 *Cauſa naturalis accidentalem vincit, & ſuperat.*
20 *Reus Iudicem principaliter conuenire poteſt, vt declaret ſibi exceptionem competere,atquè ſe in illa tueatur.*
21 *Iudici abſque iuriſditione ius dicenti impune non paretur.*
22 *Cappellani Regij iuriſditioni Cappellani Maioris ſubijciuntur ab illa Ordinarij exempti.*
Et ita in praxi ſeruatur Neapoli, n.23.
Si actu inſeruiant.
25 *Clericus actor laycum coram Iudice layco compellare in iudicium debet.*
27 *Cauſæ defectus,ob quam obligatio proceſſit, ipſam obligationem perimit, atquè ceſſare facit.*
28 *Cauſa ceſſante,effectus quoquè deficit.*
29 *Effectus à cauſa procedit.*
Cauſa proinde non data, effectus quoque ſubmouetur.
30 *Fidem fallere licet ei,qui primus illam fefellit.*
Quamuis ius iurandum interceſſerit, nu.31.
Et graue ſatis eſt,num.40.
32 *Inſtrumentum impugnare haud dicitur,qui inſtrumento nititur exceptionem obijciens.*
Et opponere ex inſtrumento eſt,non contra inſtrumentum opponere.
33 *Inſtrumentum producens, vna cum exceptione ex illo reſultante,producit.*
34 *Qui differt,quod debet, petere haud poteſt, quod ſibi debetur.*
35 *Exceptiones,quæ ex ventre oriuntur obligationis,eam perimunt.*
Quamuis obligatio Cameralis eſſet.
Quia eſt vitium in forma,num.36.
36 *Exceptio implementi non ſequuti ex ventre oritur inſtrumenti, & litis finita dicitur; vt ingreſſum litis impediat,num.38.*
Atquè exequtionem obligationis Cameralis, num.39.
Quia deficit actio, & exercitium agendi ex parte non implentis,nu.41.
37 *Inſtrumentum illiquidum exequi non poteſt.*

40 Fidei humanæ nihil tàm congruum, quàm pacta ſeruare.

41 Pax ſeruari, & pacta cuſtodiri debent.

Neque vlla maior iuſtitia eſt, quàm, quæ pactis firmata ſunt, ſeruentur.

42 Conductor ad conductæ Rei mercedem ſoluendam minimè tenetur, ſi patientiam vtendi ea, non præſtet locator.

Quin etiam damna conſequi debebit.

43 Ante diem agendo, malè quis agit.

Et liquidatio indeſequuta nulla eſt.

Quia actionem licet habeat, exceptione tamen repellitur, num. 44.

Vnde à Iudice repelli poterit, etiam parte non opponente, num. 45.

Neque obſtat exceptio, quod è re conducta diſceſſerit ante diem. num. 46.

Si locatoris facto id accidit, vt diſcederet, num. 47.

48 Iudicis mandato, qui fecit, dolo feciſſe non videtur.

49 Imputet ſibi, qui cauſam dedit, vnde damnum ei ſequatur.

50 Actione qui ſine agit, ante diem agendo, nulliter agit, ergo male.

51 Liquidatio vltrà ſummam debitam, inualida redditur.

Etiam ſi in modico ſit exceſſus. num. 52.

Quia attentata dicitur, num. 53.

Atque ideo retractanda.

54 Exceſſus ſi in minimo reprobatur, quid in maximo?

55 Falſitatis obiectio præcidit vires Cameralis obligationis.

56 Falſitatis ſuſpitio ſcripturæ fidem eneruat.

Vt exequi minimè poſſit.

57 Subſtantialia, quæ ſunt inſtrumenti adijci debent in copia.

Alioquin illius fides nutat.

58 Fides, ſi indubium reuocatur inſtrumenti ex falſitatis obiectu, illa nutat.

Præſertim ſi non ſit authenticum, num. 59.

Vnde præpeditur eius exequutio, num. 60.

59 Authenticum quomodo dicatur inſtrumentum?

61 Inſtrumenti fides, ſi in dubium reuocetur ad prothotypon, ſiue prothocollum, ſiue ad matricem recurrendum erit.

62 Qualitas iuriſdictionem fundandans formiter probari debet.

63 Iuriditione non probata, nullum, quicquid ſit, redditur.

Neque Iudici præcipienti obedientia debetur.

Quia iuriſditio eſt angularis iudicij lapis.

64 Fundamento ſublato decidit omne, quod ſupra illud fundatum eſt.

65 Litigans temere in expenſis damnatur.

ARGVMENTVM.

Præuentionis in materia multa deducuntur; & coram quo iudice fieri eam oporteat? Et quis reus originarius, quiſue actor neceſſarius dicatur? Et num ſi exceptio per viam principalis libelli proponatur, actor nihilominus proponens dicatur, vel vero Reus perſeueret? Et de exceptione implementi non ſequuti. Ac de liquidatione exceſſiua etiam ſi obligatio Cameralis fuerit: an reſcindatur? Et quod falſitatis exceptio, & quæ oritur ex ventre obligationi etiã Camerali obluctatur. Cappellani Regij exempti ſunt à iuriſdictione Ordinarij ſoli Cappelano Maiori ſubiecti.

RESPONSIO XVII.

Fundamentum non leue habent, quæ
per R.D. Ioann. Dominicum Riccardum, aduerſus R. D. Petrum Paulum
Ferraiolum opponuntur. Illa quippe à
1 radice procedunt Iuſtitiæ, quæ nullum lædit obſeruata, vt Caſſiodorus *variarum lib.*
„ *9. epiſt. 10. col. 2.* inquit: *Vt quod rationabile fue-*
„ *rit æſtimatum libentibus animis perſeratis. Quia*
„ *nullum lædit obſeruata iuſtitia* dicens. Quia po-
2 „ *pulorum pacem tuetur*, idem inquit, *eod. varia.*
„ *lib. 7. epiſt. 23. Nam licet vbique* (dicens) *neceſ-*
„ *ſaria ſit prudentia, in hac potius actione videtur*
„ *accomodari, quando inter duos populos naſcuntur*
„ *ſemper certamina, niſi fuerit iuſtitia cuſtodia.*
3 Nam iuſtitia ius ſuum cuique tribui impe-
rat, *l. Iuſtitia 10. ff. de iuſtit. & iur. §. ideoque lex*
4 *in præmio decretalium Gregor. 9.* Nullique de-
negandam eſſe defenſionem ſuadet; quan-
5 do illa inſita nobis à natura magis, quàm
imperata videatur, *l. vt vim 3 ff. de iuſti. et iur.*
l. cum ratio. 7. in princ. ff. de bonis damnat. Cle-
ment.

nitat. ſepè 2. §. non ſic tamen de verbo. ſignificat.
6 Pacta quoquè ſemper, & vbiquè illibata
ſeruari iubet *l. 1. ff. de pact. l. iuris gentium 7. §.*
prætor. ait ff. eod. cap. 1. eodem tit. extrà.

Retractari proinde, atque in irritum vocari debebit aduerſus eum facta exequutio:
Et quòd attentata, ad regulam, *text. in cap. nō*
8 *ſolùm 7. de appellat. lib. 6.* Et quòd ſubreptitiè
extorta *ad text. in cap. ſuper litteris 20. de reſcript. extrà.*

Primum autem, quod pro Riccardo facit, præuentio eſt per eum coram Ordinario
9 inſtituta. Præpediebatur proinde Ferraiolus
ne quicquā coram alio iudice via exequutiua machinari valeret, quia præuentus, atquè præoccupatus coram alio iudice fuerat. Proauus meus *Robertus Maranta in ſpeculo 6. part. in 8. actu tit. & producuntur ſcriptura nu.* 26. Et latius *diſput. 6. Rota part. 3. diuerſ lib. 3. deciſ 551. num. 5. Caluaccan. par. 1. deciſ 1. num. 16. & 17. Maſtrillus* in his terminis noſtris *deciſ. 157. num. 11. & 33. & 40. part. 2. Galleſ. de obligat. Camerali part. 3. quæſt. 2. aliàs quæſt. 11. vbi Zacchias num. 9 Rota in vna Romana pecuniaria 28. Iunij 1593. coram Litta deciſ. 68. num. 1. & in Peruſina pecuniaria 28. Nouēbris 1612. coram Manzanedo deciſ. 132. num. 4. apud Zacchiam ad Galleſ. de oblig. Camer.*

10 Ordinaria vero via, exequutiuam inuoluit, atq; interuertit, & ceſſare facit. Cætero
quin inutilis, atquè fruſtranea ipſa eſſet præ
11 uentio. Quin tanti æſtimatur, vt præuentionis exceptio fori declinatoria dicatur, quia per eam alterius iudicis, vti incompetentis, iuriſditio declinatur. *Maranta d. diſpu. 6. num. 26. Caluaccan. d. deciſ. 1. num. 17. Galleſ. d. quæſt. 2. alias 11. Rota in d. Peruſina pecuniaria coram Manzanedo deciſ. 132. nu. 3. apud dictum Zacchiam ad Galleſium*, quæ eſt etiam in impreſsis per Farinac. *poſt ſecundum conſiliorum volum. deciſ. 366. num. 3.*

12 Omni autem modo coram Ordinario præuentio ipſa agitari debuerat; quia ille
Iudex erat competens Riccardi, & coram
eo conueniri debebat per Ferraiolum, ad re
13 gulam: *Actor rei forum ſequitur, in cap. ſi clericus laycum 5. & cap. cum ſit generale 8. de foro compet. l. fin. C. vbi in rem actio, cum concord.*

14 Venit porrò excipiendo ad iudicium coram ſuo Ordinario Riccardus, non agendo; licet quidem exceptionem per modum
proponat actionis, quæ ſine libello proponi
minimè aliàs poterat. Hanc proinde ob cau
15 ſam coram eodem Iudice propalanda erat
exceptio, quam per modum veſtitam actionis proponebat, coram quo ſimplex, & abſoluta exceptio, ſi Ferraiolus eum ad iudicium interpellaſſet, vt ſolueret, poponenda fuiſſet. Doctrina eſt notabilis *Bart. in l. ſocietatem 77. §. arbitrorum num. 19. ff. pro ſocio.*
16 Eius verò verba, qui Lucerna iuris nuncupatur, vt nos illuminet, in mediū afferamus:
,, *Vnum tamen puta aduertendum*: (ſic ipſe lo-
,, quitur) *quòd quando iſtud officium iudicis im-*
,, *ploratur à Reo, cui exceptio competit; poterit*
,, *iſta reductio peti coram Iudice ipſius rei, licet non*
,, *ſit Iudex actoris. Ratio. Quià cum iſta exceptio*
,, *modò examinetur principaliter; quæ aliàs in iu-*
,, *dicio actore agente examinaretur incidenter; po-*
,, *teſt examinari coram illo Iudice, coram quo actor*
,, *haberet neceſſe hanc actionem proponere. Nec in*
,, *hoc actor grauatur, quia ſic ipſe de iure communi*
,, *habet neceſſe facere.*

Lucidiſſimis, itaq; verbis doctrinam hanc
aperit Bartolus ſua lucerna fulgens ingenij.
repetitquè *in l. ſi finitas 15 §. eleganter nu. 3. &*
17 *4. ff. de damno infecto.* Sequiturquè Panormitanus ille Abbas Sacrorum interpres Canonum eximius *in cap ſi quis contrà 4. num. 2. in primo notab. de foro compet.* Rationem adij-
18 ciens dicti: *Quia* (inquiens) *debitor dicitur*
,, *reus Originarius, creditor verò Actor neceſſarius.*
,, *Vnde attendi debet cauſæ naturalis origo, non*
,, *quod accidentaliter contingit. Cauſa verò natu-*
19 ,, *ralis accidentalem vincit, & ſuperat, l. qui habent. 5 ff. de tutelis, Felin. in cap ſi autem 9. col. fin in fin. verſ. vltimo circa gloſſ. 2. de reſcript. Butrius in d. capit. ſi clericus 5. num. 13. de foro compet, Marian. Soccin. d. cap. cùm ſit generale, num. 8. in prima fallent. eod.* qui allegat *Gloſſ. fin.* quam ſingularem appellat in *l. Aurelius 29. §. centum ff de liberat. legat. Ludouic. Roman. conſ. 412 pro habenda ſubſtantia veritatis, num. 2. & ſeq. Caguol. in l. diffamari nu. 5. C. de ingenuis manumiſſ.* quo loco de communi teſtatur, referens quoquè *tex. in l. ſi contendat. 29. vbi Bart. Paul. & Scribent. C. de fideicommiß.*
20 Quia nimirum poteſt Reus principaliter Iudicem conuenire, eiuſquè officium implorare, vt declaret ſibi exceptionem competere, ſequè in illa defendat, ſecundum *Bart. d. l ſocietatem, num. 18. & d. §. eleganter num. 4. Boerius deciſ. 114. num. 6. & 9.* Rebuff. *in conſtitut. Galliæ, tom. 2. tit. de litterarum obligat. art 1. Gloſſ. 9. num 49. Coutardus ad d. leg. diffamari in ampliationibus, n. 20. & in quæſtionib. n. 19. & ſeq. Capic. deciſ 18. num. 1. & ſeq. Flamin. Caribar. deciſ. Rotæ Genuæ 20. per tot. potiſſimū nu. 14. Rota in Signina Caſtrorum 26. Iunij 1602 coram Ludouiſio deciſ. 21. num 4. apud Picum ad ſtatutum Vrbis. Carolus de Graſſis de exceptionib in prælud, num. 156.* in minori impreſſ. Et in maiori Parmæ anno 1627. *num. 248.* & *271. Molina de Hiſpan. primogen. lib. 3. cap. 14. num. 6 & 7. Zerola in praxi Epiſcop. part. 1. de decimis. §. ad ſextum verſ. dico tertio Fabbius Anna conſ. 58. num. 9. vol. 2.* optimè omnium *Maſtrill d. deciſ. 157. num. 8. & ſeq. Cacheran Oſaſchi. Dominus deciſ. Senatus Pedemontan. 151. num. 3. & ſeq.*

21 Coram Ordinario ſuo itaquè præueniēdo comparere debuerat Riccardus, coram quo ad Iudicium compellari per Ferraiolum debebat, vt ſibi exceptionem competere, vt ſolueret, declararet. Perperam igitur Ferraiolus egit coram alio incompetente

22 lu-

22 Iudice cum interpellando. Nulliter igitur
egit nequè Iudici abſquè iuriſditioni ius di
cẽti parere Riccardum oportuit, *cap. vt animarum 2. in fin. de conſtitu. in 6. l. fin. ff. de iuriſd. omn. Iudic.*

Neque obijcias Ferraiolum eſſe Regium
Cappellanum; ſuppoſitum proinde Regij
22 Cappellani Maioris iuriſdictioni ad *text. in
cap. cum Cappella 16 de priuileg. extrà Sacroſancta Tridentina Synodus ſeſſ. 24. cap. 11. de refor-
23 ma.* Et ita in praxi, & inuiolabi obſeruatione
hic Neapoli ſeruari, quoad eos, qui actu deſeruiunt, ſiue ſint Cappellani ſeruientes nũcupati, ſiue honorarij, ſi actu inſeruiant *Afflict. in Conſtitut. Regni Magna Curia, num. 4. in fi.* ſequitur *Zerola in praxi Epiſcop. part. 1. verbo exemptio, §. 2. & part. 2. verbo exempti, §. 1. Eraſmus à Cocbier. de iuriſd. in exemptos p. 1. quæſt. 32. num. 9.*

Nihil enim contra Riccardũ facit obiectio: nequè enim ipſe Ferraiolum in iudiciũ
coram Ordinario vocat, ſed exceptionem
obijcit, & ſi per viam libelli. remanet proinde ipſe Reus originarius, & Ferraiolus actor
23 neceſſarius, vt ſequi reum debeat in ſuo
foro coram Ordinario, vt diximus, *ex text. in d. cap. cum ſit Genile Duegna regula 21.*

25 Quemadmodum, ſi clericus actor aduerſus laycũ in iudicio agere velit, corã ſuo Iudice competẽte layco cõpellare in iudiciũ
eũ oportuerit, cum actor forũ rei ſequi debeat, vt Alexander Tertius edicit *in d. cap. ſi
26 clericus laycum, 5. de foro compet.* Quæ ſane regula generalis eſt: *vt gloſſ. ibid. verbo actor* adnotat *ex d. cap. cum ſit genile ibid.*

Secundum vero, quod Riccardo fauet
exceptio eſt implementi non ſequuti ex parte Ferraioli.

27 Defectus nempè cauſæ, propter quam
obligatio proceſſit, id omnino operatur, vt
obligatio ipſa deficiat ex altera parte, ſi ex
vna illa manca, atquè deficiens fuerit: ad re-
28 gulam ceſſante cauſa ceſſat effectus, *in cap. cum ceſſante 60. de appellat.* cum alijs ibi plene
notatis, præſertim per *Tiraqu. in tract. ceſſante cauſa,* & optimè ad rem noſtram *Galleſ. de obligat. Camerali, quæſt. 17. num. 12. & Zacchias ibid. num. 78. & ſeq. Rota apud Card. Manticam
29 deciſ. 233. num. 1. verſ. & quamuis.* Cùm enim
effectus à cauſa procedat: non data cauſa,
effectus, & ipſe ſubmouetur. Vnde nec tenetur vnus ad contractus obſeruantiam, ſi
30 alter ab eo deficiat: vt mirum non ſit, ſi liceat alteri fidem fallere, quam alter ſubmouit. *l. cum proponas 17. C. de tranſact. & l. cum proponas 21. vbi Salicet. C. de pactis, l. Iulianus 14
31 §. offerri. ff. de actionibus empti.* Eſtò ius iurandum interceſſerit, *cap. peruenit. 13. de iure iurand. Anchar. conſ. 360. ex ſerie pacti. num. 3. 4. & 5. Rota apud Card. Mantic. deciſ. 1. num. 3. Galleſ.* de obligatione camerali verba faciens *d. q. 17. num. 7. Gratianus deciſ. Marchia 26. num. 23. & 25.* & dictum fuit in *Romana ſocietatis officij 19. Iunij 1628. coram Pirouano deciſ. 192. nu. 12. part. 5. diuerſorum.*

34 Quare impugnare inſtrumentum haud
dicitur, qui inſtrumento ipſi nititur. Opponere autem ex inſtrumento, non eſt opponere contrà inſtrumentum: vt verba ſunt
*Antonij de Canario de execut. inſtrument. q. 26.
33 n. 36. circa fin. & n. 58.* Actor verò, qui inſtrumentũ producit, producit vtiquè illud cum
exceptione, quæ obligationi in eo deductæ
in eſt. Sat igitur hoc vnum Aduerſario erit,
qui aduerſus obligationem in inſtrumento
deductam, exceptionem obtundit, ſecundũ
Rebuff. ad conſtitut. Galliæ d. art. 1. gloſſ. 9. nu. 44. Frecc. de præſentat. inſtrum. part. 7. q. 1. num. 4.

34 Qui autem differt, quod debet, non poteſt petere, quod ei debetur, vt *Bald.* loquitur *in auth. dos data num. 1. in fin. verſ.* ibi, at ſi
per dilationem, *C. de donat. ante nupt.* ſequitur
Afflict. deciſ. 220. nu. 4. in fin. facit regula *fruſtra ſibi fidem 75. de regul. iur. in 6.*

35 At quæ ex ventre (vt Doctores loquuntur) obligationis, etiam cameralis, exceptiones oriuntur, vires eneruant eius, quamuis
aliàs illæ altiorem exequirant indaginem.
*Rota in Racanaten tranſactionis coram Giptio 27. Nouembris 1592. deciſ. 3. num. 1. per Zacchiã ad Galleſ. & deciſ. 36. nu. 2. & deciſ. 122. nu. 1. p. 4. diuerſor. & apud Caſſador. deciſ. 10. num. 2. de
36 reſcript.* Quia hoc caſu eſt vitium quodammodo in forma, *Canar.* (vt inquit) *d. quæſt. 26. num. 58. in fin.*

36 Oritur verò ex ventre obligationis in
hoc facto exceptio implementi non ſequti.
Quia eſt inſtrumentum vtraquè ex parte
37 obligatorium. Illiquidum proinde. Non
aptum itaquè, vt exequutionem Pariat. *Freccia d. part 7. quæſt. 1. num. 8.* ſequitur *Camillus Borrellus conſ. 98. num. 12.*

38 Exceptio porrò implementi non ſequuti
litis finitæ dicitur, vt ingreſſum ipſum litis
impediat. ad *text. in d. l. Iulianus 14. §. offerri. vbi Caſtrenſ. de action. empti. Aymon. conſ. 122. num. 16. Gratian. d. deciſ. 16. num. 23. & 25. Rota p. 4. diuerſ. collecta per Farinac. deciſ. 271. num. 3. 4. & 5.*

30 Vt exequutionem quoquè præpediat obligationis Cameralis *Galleſ. de obligat. camer. quæſt. 1 num. 1. & num. 7. Rota in recent. part. 1 tom. 1. deciſ. 428. num. 7. & apud Cardin. Cauale. deciſ. 307. num. 1. & ſeq.*

Reſpondeat nunc verò ſibi Ferraiolus, ſi
40 pactis ſtetit. Quid enim, tàm congruum
fidei humanæ, quàm ea ſeruare, quæ inter
eos placuere? Vulpianus loquitur *in l. 1. ff. de pactis.* Vt graue ſatis ſit, fidem fallere, verba ſunt eiuſdem Vlpiani, *l. 1. ff. de conſtitut. pecunia.* Quod ſi defeciſſe conſcientia ſibi obmurmurante, atquè ſynderesi adlatrante, cognouerit. Hoc ipſum Iudicium eſto. Pax
41 verò ſeruetur, & pacta cuſtodiantur. Vt Aphricarum (inquit) Conciliũ *d. cap. 1. de pact.* Nimirum, quod nulla maior iuſtitia ſit, quã

quod,

q iod,quæ pactis firmata sũt,ſeruẽtur, *l.iuris*
gentium 7.§.pretor ait ff.de pactis Bal.conſ 366
lib 1.Rolan 1.à Vall.conſ. 100.*num.* 21.*lib.3.Lu-*
douicus Morotins conſ.35.n.1.& conſ.93.nu.13.
Vt omni propterea actione deſtituatur,
atquè exercitio agendi,qui ab tmplemento
defecit,ſiue in magno, ſiue in minimo de-
fecerit, ſiue in ſubſtantialibus, ſiue in acci-
dentalibus,aut naturalibus *Rota apud Card:*
Seraphin.deciſ.225.num.2. Ioſeph Ludouic.con-
clnſ.14.in 94. illatione, verſ infertur 94. & ſe-
quuta fuit Rota *in dicta Romana ſocietatis offi-*
cij coram Pirouano d.deciſ.192.num.13.
42 Nouerit,tamen conductorem ad merce-
dis ſolutionem non teneri,ſi conductæ do-
mus patientia in ijs,quę pactis ſponſa eidem
fuerunt,præſtita minime fuerit.Quin ad dã-
na, & intereſſe agere poterit ex conducto
aduerſus locatorem, quòd culpa, & negli-
gentia ſua,conducta domo vti,fruiquè non
non ei libuerit. Licuiſſe propter à condu-
ctione diſcedere, pactiſquè non ſtare. *l.ſi*
quis domum 9.l.ex conducto 16. in princ. l. ſi ex
lege 27.§ item ex conducto,l.ſi fundus 36.ff.loca-
ti.Paris conſ.40.vol.1.Roland. conſ.69. num 22.
vol.4.Caluaccan.deciſ.44.num.50.part.1.
43 Proficit præterea,& tertio Riccardo liqui
datio ante diem facta,vt ſuccedat pro eo re
gula *text.in l.vn. §.dies autem,infinalib. verbis,*
*ff.quãdo dies vſusfructus legati cedat.*Quod qui
ante ante diem agit,malè agit. Sequentibus
„ nempè ibi Vlpianus loquitur: *Deniquè Sce-*
„ *uola ait,& agentem ante diem vſusfructus, nihil*
„ *facere: quamuis aliàs, qui ante diem agit male*
„ *agit.*Sic ille. Rationemquè dicti refert *gl.fin.*
44 *ibid. Quia actionem habet,ſed exceptione repel-*
„ *litur.*ſequitur *Ioann.de Imola conſ 137. in cau-*
„ *ſa,quæ vertitur,num.7.Galleſ.de obligat.Camer.*
quæſt.31.num.17.
45 Iurè proinde, nequè planè iniquè à Iu-
dice repelli, abijcique poterit, etiam nihil
parte opponente ex aduerſo: quia,& ſi ha-
bet actionem, habet tamen illam exceptio-
ne elidibilem,vt *Bart.* loquitur, *in l.vbi pa-*
ctum 40 C.de tranſact.num.7. verſ.2. quia actio.
quem ſequuta fuit *Rota apud Sanct. memor.*
Gregor.XV.deciſ.119.num.6.
46 Nequè eliditur argumentum objectione
Ferraioli: quòd ante diem diſceſſit Riccar-
dus; licuiſſe proinde eidem ante diem
agere.
47 Facto enim ipſius locatoris è domo di-
ſceſſit,nequè abſquè Iudicis decreto,ipſo in
omnibus vocato,quod pactis ſtare noluerit,
nequè domum, (vt conducta fuerat,) totam
48 dederit. Mandato igitur qui fecit Iudicis,do
lo feciſſe haud videtur.*regula quod quis 24.de*
49 *regulis iur.in 6.*Sibi vero imputet Ferraiolus,
qui cauſam edicto dedit, pacta non ſeruan-
do promiſſa, vndè ab actione defecit, *ad*
text.in cap.vn.§.quod etiam,& §. & ideo nos,vt
Eccleſiaſtica beneficia. Quo loco Innocent.
Tert. Archiepiſcopo Mediolanen ſcribens,
„ bis ei objicit: *Tu cauſam præſtitiſti mãdato.*(di-
„ dens),& 2. *Te maximè cauſam, & occaſionem*
„ *præſtante; inquiſitionem commiſimus faciendam.*
*text.in cap.inter Monaſterium 20.in fin.*ibi.alio
quin eam objicientibus imputetur, *de ſent.*
re iudic. ad regulam *damnum 86. de regul.*
iur. in 6. Clemen.vn. in finalib. verbis de con-
ceſſione præbend. Menoch. conſ. 146. num. 30.
& 31.lib.2.Rota apud Card.Seraph. deciſ.1256.
in princ.
50 Sine actione,itaquè egit,& ante diem. In-
ualide proinde egit, atquè iniuſte. non igi-
tur benè,ergo malè. Argumento *text.in can.*
quid dicam 11.in fin.14. q.4. Federicus de Senis
*conſ.36.num.2.*Deinde (ſac permiſſum eidẽ
51 fuiſſet aduerſus Riccardum liquidare.) Nõ
licuit tamẽ metas tranſgredi promiſſæ mer-
cedis. Exceſſit proinde. Retractanda ergo fa
cta liquidatio,·tq; inde ſequuta exequutio.
52 Cùm etiam in modico exceſſus,totam in
ficiat liquidationem, & exequutionẽ,*ad tex.*
cum gloſ.in cap.quoad conſultationem 15.in fina-
lib.verbis de ſent & re iudicat.Bart.in l.ſi non
ſortem 26. § ſi certum num.6. ibidemque Iaſon
num.2. ff. de condit.indebit. Rota apud Puteum
deciſ.323 lib.1.& apud Card.Seraph.deciſ.1168.
num.2.
53 Rationemquè reddit: Quia attentata (in-
quiens) habetur. Sequiturque *Rota in Roma-*
na Vineæ coram Cardin Sacrato 28. Nouembris
1611.deciſ.2. nu.13. per Zacchiam apud Galleſ.
d.obliga.Camer.& pluries alias,vt apud *Sanct.*
memor.Gregor.XV.Ludouiſ. deciſ.198. vbi Bel-
tramin.& deciſ.485.num.4.Mariſcottus variar.
lib.2.cap.6.num.1.& ſeq Rota apud Card.Caua-
ler.deciſ.84.num.1.& 2.& deciſ.216.vbi pluri-
bus,& in Romana ſpolij 21.Februarij 1600.corã
Iuſto.apud Tiber.Saluſtium in praxi A.C. lib.3.
cap.17.fol mihi 361.
Attentata,itaquè fuit facta liquidatio, &
exequutio aduerſus Riccardũ ob notabilẽ
exceſſum, tàm in condemnatione, quam
54 in exequutione. Si enim in minimo,
quid in maximo? Argumento *text. in au-*
thent. multò magis, C. de Sacroſanct.Eccleſ.
Clement.1. de reliqui, & vener.ſanct. Et argu-
mento eorum, quæ Chriſtus Dominus, ac
Redemptor noſter baiulans ſibi Crucem,
mulieribus, quæ ſequebantur eum, dixit:
„ *Nolite*(inquiens *Lucæ 23.28.& 31.*) *flere ſu-*
„ *per me,ſed ſuper vos ipſas flete,& ſuper filios ve*
„ *ſtros. Quia ſi in uiridi ligno,hæc faciunt, in arido,*
„ *quid fiet?*
Retractandum proinde erit,quod fecit.
Proficit Deniquè Riccardo falſitatis ex-
ceptio; quòd nuſquam ſe in forma Cameræ
obligarit,vt ceſſante tali obligatione ad Tri
bunal Nũciaturę Apoſtolicę, vel A.C. recur
rere haud potuerit Ferraiolus. Falſitatis
verò objectio, vbi de ea appparet, Came-
ralis obligationis præcidit vires, nihil, vt
operari valeat.*Galleſ.d.quæſt.17. vbi Zacchias*
*num.8.*pluries à Rota deciſum referens.*Cre-*
ſcent.

Google

*ſcent.deciſ.3.de fide inſtrum.Rota apud Cardin.
Mantic.deciſ.23 .nu.1.& part.4.diuerſ. d.deciſ.
122 num.2.*

56 Immò falſitatis ipſa ſola ſuſpitio, ne
ſcripturæ fides habeatur, operatur; vt exe-
qui illa neque mereatur. *Rota in d. Peruſina
pecuniaria coram Manzanedo d.deciſ.366.nu.4.*

Falſitatis autẽ in hac re euidens odor, &
ſuſpitio inde oriebatur, quòd hoc ipſum
affirmabat Notarius,& ſi extra iudicialiter,
quòd clauſulam obligationis Cameralis
adijeciſſet poſtmodum, efflagitante dicto
Ferraiolo,qui aſſerebat id ex ſtylo fieri obli
gationum per Eccleſiaſticos. Tùm,quòd in
copia data apud Curiam Archiepiſcopalẽ
manu eiuſdem Notarij, clauſula hæc mini-
57 mè aderat. At debuiſſet illã adijcere,ſi ve-
rè adijcieſſent contrahentes, cum de ſub-
ſtantialibus eſſet; vt tradit *Rota apud Creſcen-
tium d deciſ.3.num.2.de fide inſtrument.*

58 In dubium proinde fides reuocabatur in
ſtrumenti prædicti:Et ex ſupra narrata falſi-
tatis ſuſpitione per tradita *per Farinac.de fal-
ſitat.quæſt.156.part.4.num.147.148.& 149.*

59 Et quod authenticum nõ eſſet. Authen-
ticum quippe inſtrumentum dicitur,quod
publicam in formam reaſſumptum eſt. *Af-
flict. deciſ.166. num.1. Conſtitutio inſtrumento-
rum robur. Farinac.de falſit. quæſt.154. part.3.
num.28. in fin.*

Non erat,itaquè authenticum inſtrumẽ-
tum prædictum, quia publicam informam
per Notarium reaſſumptum minime fue-
rat. Liquidari proinde haud, poterat, *ad
conſtitutionem præfatam inſtrumentorum
60 robur*. Vnde ſubſequenter præpediebatur,
effectus obligationis Cameralis, vt dictum
fuit per *Rotam in vna Neapolitana inſtrumen-
ti coram Cotta 4 Iulij 1579.deciſ.36 nu.5. apud
Zacchiam ad Galleſium.*

61 Ad prothotypon propterea, atquè origi-
nale, ſiue prothocollum (vt vocant) ſiue
etiam ad matricem recurrendum fuerat ex
*text.in can ieiunium in princ.vbi gloſſ. verbo de
riuolis 76.diſt. Gloſſ.in can. vt veterum in fin.9.
diſtinct. cap.vltim. de fide inſtrument. Bart. in l.
Sempronius 48. num.3.ff. de legat.2. Rota apud
Creſcent.deciſ.2.de reſcript.num.1.*

62 Cum enim clauſula præfata obligationis
Cameralis eſſet fundamentum intentionis
ad iuriſdictionem fundandam Illuſtriſſimi
Nuntij,vel A.C.debebat vtiquè qualitas ip-
ſa formiter probari.*ad text.in l.4. ff. de vi bo-
norum raptor.cap.ſtatutum 22. de electìon.lib.6.
Felin.cap.2.de reſcript.num.24.& 25. Nauarr.
conſ.13.num.3.lib.3.de celebrat. miſſar. Farinac.
conſ.76.num.4.vol.1,*Rota *part.1.diuerſor. deciſ.
172.num.1.*

63 Iuriſdictione vero non probata quicquid
inde ſuccedit ex iuriſdictionis defectu nullũ
euadit,vt nequè parere Iudici pars ex aduer
ſo teneatur.*d. cap.vt animarum 2. de conſtitu-
tionib.in 6.*vt in ſuperioribus diximus, *Rota
par.prima diuerſ. deciſ.199. & apud Cardin.Ca-
ualer.deciſ.40.num.1.& deciſ.63.num.2.tot.tit.
C.ſi à non compet. iudic.l.1. §. hæc autem verba,
ff quod quiſque iur.l.2.in fin.ff.de pœn.* Quia iu-
riſdictio Angularis lapis iudicij dicitur, &
fundamentum illius; vt fundamento ſub
64 moto, decidat, quod ſupra illud ædiſica-
tum eſt,ad *text.in can.cum paulus 26.prima q.
1.Rota apud Caualer.deciſ.63.nu.3.*

Nullum itaque, atquè inualidum fuit
quicquid aduerſus Riccardum Ferraiolus
attentau t,atquè innu tum, vt nedum retra-
ctari debeat,verùm, & in expenſis conden-
65 dari, vt qui temere proximum defatican-
gando litigauerit,*l.eum qui temere 79. ff.de iu-
dic.cap.finem litibus 5.cum Gloſſ. magna ibid.de
dolo,& contumac.cap.calumniam 4. de pœnis.*

Atquè ita ex his,iudicio expetito Ariſtar-
chi, reſpondendum cenſui.

CAROLVS MARANTA V.I.D.
Aduocatus.

Exaudita fuere iura pro Riccardo,in irri-
tum vocatis omnibus, quæ contra eum per
Ferraiolum facta fuerant: ipſo etiam in ex-
penſis,damnato; per Excellentem Dominũ
V.I.D.D.Alphonſum Cappellettum Audi
torem Nuntiaturæ Apoſtolicæ,Virum ſanè
integerrimum: & mitem, moribuſquè ſatis
modeſtis ornatum.

SVMMARIVM.

1 *Monacus ad Epiſcopatum aſſumptus ad
tria ſubſtantialia vota Religionis tene-
tur.*

2 *Abbas Monaſterij à voto obedientiæ non
proinde abſoluitur.*

3 *Dignitas nulla liberat monachum à ſubſtan
tialibus regulæ.*

4 *Habitus monachalis non eſt de ſubſtantia-
libus Religionis;eſt tamen ſignum obliga-
tionis.*

5 *Monachus Epiſcopus factus tenetur habi-
tum ſuæ Religionis deferre.etiam Cardi-
nalis,num.6.*

Quod fecerunt Pius V. & Sixtus V. Roma-
mani Pontifices,num.7.

*Quod factum confundit eos Epiſcopos,qui
abiecto Religionis habitu,induunt illum
Epiſcoporum ex Clero,num.8.*

*Et contrarium facientes proprij habitus de
ſertores ſunt,num.42.*

Vnde excommunicatione feriuntur,n.45.

9 *Honor parentibus debetur.*

10 *Parentum nomine,ne dum carnales,ſed mul
tò magis ſpirituales comprahenduntur, ex
Pau-*

Paulo primæ ad Corinth.4.15.

11 *Matrem, qui deſpicit ſtultus babetur.*

12 *Religio mater dicitur monachorum.*

Eius proinde lex dimittenda haud erit.

13 *Monachus factus Epiſcopus, ſi ſuæ Religionis babitum dimittat aſſumpto eo Epiſcoporum ex Clero, an in excomunicationem incidat? affirmat Silueſter, num.15. ad dubitat Couar.num.19.*

Et quid ſi tantum Albam, ſiue Rochetum aſſumat, num.14.& num.27.& num.19.

Male tamen facit, & peccat, num.20.& probabiliorem dicit Ioann. Azorius ſententiã, incidere in excommunicationem, n.21.

Eſt tamen deponendus ex 8. Synodo Generali, num.24.

Author incidere in excommunicationem tuetur, num.30.& ſeq. Quia tutior, num.31.& num.36.

14 *Text. in cap. periculoſa 2. ne clerici, vel monachi in 6. expenditur, & num.21.*

15 *Sylueſter à Priera celebratur.*

16 *Didacus Couarruuias, Martini Nauarri diſcipulus celebratur, multiſquè eum celebrat idem Nauarr.num.17.*

18 *Martinus Nauarrus gaudet ſuam ſententiã à Couarruias eius diſcipulo, probari.*

23 *Monachus factus Epiſcopus ad tria vota obligatur ex debito legali.*

25 *Culpa leuis non æſtimatur, pro qua imponitur depoſitionis pœna.*

26 *Prædicatorum in Religione, ſi Epiſcopi non ſe conforment in ueſtibus, & ieiunijs, & abſtinentijs Religionis, Prouincialis non debet eis dare ſocios.*

28 *Rochetum, quod alba nuncupatur, interdicitur monachis Epiſcopis.*

31 *Opinio, quæ magis fauet animæ, vti tutior ſequenda.*

32 *Ceremoniale, ſiue Pontificiale, & Rituale dicuntur libri authentici.*

Eiſquè ſtandum. Magnæquè ſunt authoritatis, ſicuti & Breuiaria.

33 *Opinionum in conflictu, ei magis ſtandum, quæ pietati fauet, & pro anima eſt, vt euitetur peccatum.*

Præſertim ſi illam plures, probatiquè ſequantur Doctores, num.34.

35 *Opinio probabilis dicitur ex vnius Claſſici Doctoris ſententia.*

36 *Opinio, quæ magis tuta eſt ſequenda.*

Præſertim ex poſt facto.

Ne quis damnetur.

Et vbi agitur de cenſuris.

Et dubium ſit verum, num.37.

Non ex conflictu opinionum.

38 *Ceremoniale Epiſcoporum deſcribit quo habitu indui debeant Epiſcopi, ſiue ex Clero, ſiue ex regularib.*

Vtiturquè dictione negatiua præpoſita verbo vtantur, vt neceſſitatem indicet, omnemq; remoueat potentiam.

39 *Epiſcopi ex Clero Rochetum accipiunt à Summo Romano Pontifice, ex Regularibus ab eodem Mozettam.*

40 *Monachi lineis vti non debent.*

41 *Monachi non debent Regularum inſtituta relinquere.*

43 *Res eadem duplici iure cenſeri non debet.*

44 *Duplicitas à Sacris Canonibus improbatur.*

46 *Epiſcopi, & ex Clero, quòad habitum diſtinguuntur.*

47 *Ordo Epiſcopalis idem eſt quòad omnes.*

Diſtinguuntur tantum ſuppoſita.

48 *Religio Chriſtiana vna eſt.*

Diſtinguntur tamen regularium ordinum profeſſores.

49 *Deus vnus eſt.*

50 *Oportet, verbum, neceſſitatem indicat.*

Et ad veritatem refertur, num.51.

52 *Epiſcopus ex ordine minimorum Sancti Franciſci de Paula, à quarto voto, edendi toto tempore vitæ quadrageſimales cibos, abſolui videtur.*

Quod non ſit ex ſubſtantialibus Religionis, ſed extrinſecum num.54.55.& 56.

Quæ ſane ſententia probabilis eſt, num 59.

Licet aduerſa probabilis, eamquè ſequuti fuere tres Romani Pontifices, num.60.

53 *Epiſcopus conformare ſe debet Eccleſiæ, cui præficitur, & deſpondetur.*

55 *Vouens non veſci carnibus feria ſexta, ſi in illa natiuitatis Domini feſtum inciderit, votum ſeruare tenebitur.*

Niſi votum conditionale fuerit.57.

59 *Vouens non veſci carnibus, tamẽ poterit neceſſitate, vel exigente infirmitate, vel ſuperioris mandato.*

ARGVMENTVM.

Monachus ad Epiſcopatum aſſumptus an mutare poſſit ſuæ Religionis habitum, atquè illo

indui, quo ex Clero ad Epiſco-
palem euecti dignitatem, vtun-
tur? Quam verò in pœnam da-
bit, ſi illum de facto mutauerit?
E num à ieiunijs, alijſquè abſti-
nentijs eximatur, atquè à quarto
voto non comedendi carnes, ſi
ex ordine fuerit minimorum
Sancti Franciſci de Paula? Non
inutiliter reſpōdetur.

RESPONSIO XIX.

HAbitum mutare haud poſſe regula-
rem Monachum ad Epiſcopalem
euectum dignitatem, inquiſitus reſ-
pondi.

1 Quippe Monachus ad Epiſcopatum aſ-
ſumptus ab obſeruanda ſuæ Religionis ſub
ſtantialia, quo ad tria vota nullo eximitur
pacto, Sunt autem illa: Paupertas, Caſtitas, &
Obedientia, *Can. de Monachis 3. vbi gloſſ.
16. quæſt.1. cap. cùm ad monaſterinm 6. §. fin in
fin. de ſtatn Monachornm can. ſtatuium 18,
quæſt. 1.* Rationemquè reddit *S. Thomas 2.
2. quæſt. 88. art. 11. ad 4. Quia Religioſus, qni fit
„ Epiſcopus* (inquiens) *ſicuti non abſolnitur à vo-
„ to continentiæ; ita nec à voto panpertatis; qnia
„ nibil debet babere tanqnam proprium; ſed ſicut
„ diſpenſator commnnium bonorum Eccleſiæ. Smi-
„ liter etiam non abſolutnr à voto obedientiæ; ſed
„ per accidens obedire non tenetnr, ſi ſnperiorem
„ non babeat: ſicnti nec Abbas Monaſterij, qui ta-
„ men non eſt ab obedientia voto abſolnins.* His Sā
2 ctus Doctor Angelicus. & idem *2. 2. quæſt.
185. art. 8. Syluest. in ſumm. verbo* Religio *7. q.
11. Emanuel Rodriqu. qnaſt. regular. lib. 2. qnæſt.
58. art. 3. Nanarr. comment 4. de regular quæſt.
9. num. 27. §. ſeu verſ. 2. colligo. & de redditibus
Eccleſiaſtic. monit 9. nnm. 1. & conſ. 6. num. 11.
lib. 3. de donat. Rodoan. de ſpolijs Clericor. qnæſt.
8. num. 23. Fnſcus de viſitat. lib. 2. cap. 15. nu. 50.*
Doctiſſimus ille Pōtifex Tarātaſiæ Archie
piſcopus *Anaſtaſins Germonius de Sacrornm
immnnit. lib. 3. cap. 4. nnm. 60. & ſeq. Frater Ioan
nes dela Cruz tract. de ſtatu Religioſ. lib. 1. cap. 2.
dub 4 concluſ 1. & 2. Barboſ. de offic. Epiſcop. p.
1. cap. 4. num. 12. & ſeq. & part. 3. allegat. 114.
num. 18. & 19. Alfonſni Aluarez Gnerrero in
ſpeculo inris Pontificij cap. 12. Dnegna reg. 381.
3 in 7. ampliat. nnm 9. in fin.* Nam nulla digni-
„ tas (dicens) liberat monachum à ſubſtantia
„ libus regulæ. *Rota in Virdunen bæreditatis 28.
Maij 1582 coram Brano part. 1. dinerſornm de-
„ ciſ. 705. num. 4.* Vbi inquit, quòd licet quoad
reliqua liberetur à regula monachali, non
tamen abſolnitur à ſubſtantialibus. plenè
quoquè *Pater Sanchez in opere morali, tom. 2.
lib. 6. cap. 6, num. 22. Frater Ioann. Baptiſta de
Lezana in ſumm. quæſt. regnlar. part. 1. ca 17. nu.
2. 3. 4. & 5.*

4 Licet itaquè habitus de Religionis ſub-
ſtantialibus minime ſit: eſt tamen ſingum
obligationis. vt iniquit S. Doctor, *dict. quaſt.
185. art. 8. in reſponſ.* ſequitur *Frater Ioan. de la
Cruz d. dnb. 4. concluſ. 2. §. 2.* ſequiturquè *Fn-
ſcus d. cap. 15. num. 27. Lezana d. cap. 17. num. 9.*

5 Oportebit ergo, vt monachus ad Epiſco-
palem aſſumptus dignitatem ſuæ Religio-
nis habitum induat. Vt expreſſis verbis In-
nocentius Tertius, loquitur *in cap. Clerici
officia 15. in fin. de vita, & boneſtat. clericorum
Pontifices autem* (inquit) *in publico, & in Ec-
cleſia indumentis lineis omnes vtantur; niſi mo-
nachi fuerint, quos oportet ferre habitum mona-
chalem.* Sic Sūmus Poutitex. *S. Thom. d. q.
185. art, 8. gloſſ. in can. in nona 19. verb. nec ha-
bitu in fin. 16. q. 7. Arcbidiacon. Turrecremat. &
Præpoſ. can. Sanctimoniales 23. in gloſſ. fin. verbo
ſemper 23. dist. Abb. d. cap clerici officia. num. 5.*
6 vbi ampliat, etiam in Regulari ad Cardina-
latus digditatem aſſumpto, *& num. 19. Card.
in Clement. ad noſtrnm quæſt. 4. num. 9. de cenſib.
Sylneſter religio 7. qnæſt. 11. Couar. cap. 1. nn. 18.
de teſtam. Ioa. Bertaccbin. de Epiſcop. lib. 3. part.
1. quæſt. 14. num. 17. in fin. verſ. illnd etiam, & lib.
4. part. 1. quæſt. 10. num. 13. in fin. tom. 12. tracta.
Fuſcus d. cap. 15. num. 27. in fin. & num. 50. Boer.
deciſ. 158. num. 5. Lncas de Penna in l. 1. C. de
caſtrenſ. omn palatinorum pecul. lib. 12. num. 12.
Vgolin. de offic. epiſc. part. 1. cap. 3. nnm. 6. Rodriq.
d q 58. art. 3. verſ. ex quibus infertur, & art. 7. in
fin. Germon. d. cap. 4 nnm. 60. 62. & 63. Ioa. Azo.
inſtitut. moral. part. 1. lib. 12. cap. 7. q. 4. Frater
Ioan. de la Crnz d. dnb. 4 concluſ. 2. §. 2. ſequitnr,
Sanchez. d. lib 6. cap 6. nnm. 22.* Ricins *in praxi
rerum quotidianar. p. 2. reſolut. 523. Carolus Tap
pia Regens in in authen. ingreſſi, C. de Sacroſan.
Eccleſ. verbo ſua cap. 6. nnm 60. & ſeq. Barboſa
de offic. Epiſc. part. 1. tit 1. cap. 4. num. 16. & 17.
& part. 3. allegat. 114 num. 19. Horatins Viſcon.
in concluſionib. iur. verbo. monacho profeſſo, col. 2
in fin. Aſcan. Tamburrin. de iure Abbat. part. 1.
diſput. 20. q. 3. num. 1. & ſeq. Aluar. Gnerrero de
iure Pontific. d. cap. 12. col. 2. circa med. verſ. ha-
bitum ſuæ Religionis, Lezana d. cap. 17. num. 9. &
16. Portell. ad dubia regularia verbo Epiſcopus
in additionibus de Epiſcopo ex monacbatn aſſump
to, nnm. 10.*

7 Quod, & factitaſſe Summos Romanos
Pontifices Pium Quintum, & Sixtum etiam
quintum; illum ex Prædicatorum, hunc ex
Minorum Conuentualium familia, qui Re
ligionis habitum paſſim deferebant, refert,
*Rodanus de ſpol. d. q. 8. num. 23. & Regens Caro-
lns Tappia d. cap. 6. num. 64. & 65.* Qui teſtem
ſe exhibet; cùm pedes oſculatus fuit San-
ctiſſimi Sixti V. illum tunica ſuæ Religio-
nis indutum vidiſſe, & ſepè pileo etiam ſuæ
Re-

8 Religionis coopertum capite. Vt ſuo con-
fundant exemplo hi Sanctiſſimi Pontifices
eos,qui ex regularibus ad Epiſcopalem di-
gnitatem aſſumpti, propriæ Rellonis, quæ
eos ad dignitatem talem protraxit,contem-
pto habitu,alienum Clericorum aſſumunt.
9 Quod ſane contra honorē parentibus debi-
„ tum pugnat.*Honora patrem tuum, & matrem*
„ *tuam,vt ſis longeuus ſuper terram* . Dominus
Deus in ſecunda præceptorum tabula Po-
pulo Iſrael mandauit.*Exodi* 20.12.pœnam
adijeciens mortis,qui parentes,vel percuſſe
„ rit,vel eis male dixerit: *Qui percuſſerit patrē*
„ *ſuum,aut matrem* (inquiens) *morte moriatur,*
„ *Qui maledixerit patri ſuo, vel matri morte mo-*
„ *atur,Exod.*21.16.
10 Parentum verò nomine ne dum carna-
les,qui nos mundo genuere ſecundum car
nem , verùm , multoquè magis ſpirituales,
qui Deo nos peperere,exaudiri, vtiq;debēt.
iuxta illud Pauli,1.*ad Corinth.*4. 15. Nam in
Chriſto Ieſu per Euangelium ego vos ge-
nui.*S Thom.*2.2 *quaſt.*26. *art.*9. *& quaſt.*101.
*art.*1. *& Cornel.à Lapide in eundem locum Pali-*
11 *verſ.*15.Stultus nempe habetur , qui matrē
deſpicit: vt Spiritus ſanctus ore nos admo-
net Sapientis (*Prouer.*15.20.)*Filius*(inquien-
tis) *ſapiens lætificat patrem:& ſtultus homo deſ-*
12 *picit matrem ſuam.*Non dimittant igitur ſuæ
matris Religionis legem,vt gratia eorum
capiti addatur, iuxtà Sapientis eiuſdem ver-
ba *Prouerb.*1.8.*Audi Fili mi diſciplinam patris*
tui:& ne dimittas legem matris tuæ , vt addatur
gratia capiti tuo,& torques collo tuo.
Induāt ergo propriç Religionis habitū ad
tantā euecti dignitatem;quanta Epiſcopalis
13 eſt. Alioquin non defuere Doctores, qui in
ex communicationem eos dare aſſeruere,
qui proprio Religionis abiecto habitu,ſine
cauſa,ac temere illum ſuſcipiunt, quem ex
Clero ad dignitatem euecti Epiſcopalem
14 induunt;albam potiſſimū,quā (Rocchetū)
vocant; *in cap periculoſa* 2.*ne clerici,vel mona*
*chi lib.*6.Regularibus proprium dimittenti-
bus habitū inflictam, inter quos nō cōtem-
nendæ nequè infimæ authoritatis eſt *Sylue-*
15 *ſter à Pyiera* doctiſſimus ille Vir è Sacro, &
Illuſtriſſimo Prædicatorum Ordine Theo-
logus,*in ſum.religio* 7.*d.q.*11.quem ſequūtur,
*Viſcontus d.verbo Monacho profeſſo.col.*2.*in fin.*
*verſ.monachus factus Epiſcopus f.*186.*Barboſa,*
& quos ipſe refert,*d. c.*2.*ne cler.vel monachi,*
*n.*3.*Sanchez.d.c.*6 *n.*23.& hanc probabiliorē
appellat ſentētiam *Lezana. d.cap.*17.*ſub n.*9.
Et ſi quidem dubium hoc apud ſe eſſe di
cit,non inferioris aucthoritatis , nec doctri-
næ Præſul ille Didacus Couarruias , Marti-
ni ab Alzpilqueta Nauarri diſcipulus , cu-
ius vterquè inuicem gloriatur; hic , quod
talem habuerit auditorem diſcipulum, ille
quod talem ſortitus fuerit Magiſtrum: iſte
quidem *in* 4. *decretalium, part.*2. *cap* 8. §.12.
*num.*10.*& lib.*3.*variar. reſolut. cap.*13.*num.*8.
*nō lōge à fin.verſ. Martinus,ab Alzpilqueta.*Ille
17 verò in *man.cap.*17 *num.* 28.Quò loco mul
tis Didacum ſui Auditorem laudibus exor
nat.*& tract.de vſur.in cap ſi funeraueris* 14. *q.*
3.*num* 64.*& de redditibus Eccleſiaſtic. q.*1.*mo-*
nito 48 *num.*8.Quinimò,*conſ.* 25.*an conuerſus*
18 *num.*6.*in fin.lib.*5. *de priuilegijs* , Sententiam
ſuam à Couarruuias probari gaudet . Hic
itaquè doctiſſimus Præſul *d.cap.*1.*num.*18.*de*
19 *teſtam.*ſub dubio ſe eſſe profitetur,an in cē-
ſuras aduerſus alios regulares habitum Re
ligionis temere dimittentes inflictas *d. cap.*
2.*ne cleric.vel monachi in* 6.ex regularibus ad
Epiſcopatum aſſumpti,dent. In negatiuam
tamen magis propendet: Quòd non ſit ali-
quo canone excommunicatio peculiatim
indicta Monacho , qui prætextu dignitatis
Epiſcopalis,non dimiſſo habitu monacho-
rum,aſſumit albam illam, & candidam ve-
ſtem,quę ab aliis Epiſcopis non regularibus
20 exterius defertur . Tàm & ſi malè faciat
Monachus Epiſcopus ea vtens,ſequitur *Ro-*
*driq. dict.q.*58.*art.*3.*Carolus Tappia d.cap.*6. *in*
verbo ſua num 61.*Portel.vbi ſupra,nu.*10.Ioan
21 nes tamen Azor.loco vbi ſupra *d. cap.*7. *q.*
4.*verſ.verum de habitu.*Probabilius exiſtimat
non incurrere;eo quod,*d.cap.*2. excommu-
nicatio in eos fertur, qui ſuperiorum ſub
poteſtate cùm ſint,temerè habitum depo-
nunt. At non videtur temeraria huiuſmodi
habitus dimiſſio; ſi Epiſcopus habens ratio-
nem Pontificiæ dignitatis,& muneris, eum
deponat,cum ſit à Superiorū cura, & pote-
ſtate exemptus, & liber. Sic Azor, eumquè
ſequuntur,*Sanchez in opere morali d cap.*6.*nu.*
23.*Barboſ d cap.*2. *ne clerici , vel monach lib.*6.
*num.*4.*Tamburrinus de iure Abbat. part.*1.*diſp.*
20.*d.quæſt.*3.*num.*4.*Germon d.cap.*4. *num.* 60.
61.*&* 62.
22 Nullus tamen addubitat quin malè fa-
ciat Epiſcopus è monacho factus.ſi ſuæ Re
ligionis dimittat habitum,Couarr. Rodriq.
Tappia alijquè paulo ante relati . Vt mor-
tali ſe coinquinare macula aſſerere minimè
vereantur,*Fuſcus d.cap.*15.*num.* 50.*Barboſ de*
*offic.Epiſc.part.*1.*cap.*4 *num.*17.*in fin. Portel.v-*
*bi ſupra d.num.*10.*Sanchez d cap* 6.*num.*16.17.
23 *&* 19.Quia (inquiens) ad tria vota obliga-
tur ex debito legali monachus factus Epi-
ſcopus,non ſolùm morali.*Frater Ioann.de la*
*Cruz d.cap.*1.*dub.*4. *concluſ.*2. *verſ.*2. *ſequitur,*
vbi ex 8. Synodo Generali *action.* 8. *cap.* 27.
24 *Epiſcopis monachis præcipi* (inquit) *ſub pœna*
depoſitionis , ne veſtem monaſticham deponant.
25 Leuis autem putanda culpa haud eſt,pro
qua depoſitio imponitur. *Riccius in praxi* 3
par. de apoſtaſia reſolut. 18. Quin idem *de la*
*Cruz d.dub.*4.*concluſ.*3.*in fin* refert : *In Prædi-*
26 *catorum Religione conſtitutum eſſe , vt Prouin-*
ciales in ſuis Prouincijs moneant Epiſcopos ordi-
nis,vt in veſtibus,abſtinentijs,& aliis non impe
dientibus pontificale officium , ordini ſe confor-
ment;aliàs non concedant eis fratres in ſocios, &

conceſſi reuocentur.Sic de la Cruz.Accedit his
quòd Couarruuias,*d.cap.1.num.18.de teſtam.*
27 malè facere docet monachũ ad Epiſcopa-
tum euectus, qui prætextu Epiſcopalis di-
gnitatis,non dimiſſo habitu monachorum,
aſſumit albam illam , & candidam veſtem,
quæ ab alijs Epiſcopis non regularibus de-
fertur:cùm ſit illa expreſſim monachis in-
terdicta ex Innocent. III. *d. cap.clerici officia.*
15.in fin.de vita,& honeſtat.mon.
29 Bene haud itaquè,quim multò magis ma-
lè,ille ficiet Epiſcopus ex Regularibus aſ-
ſumptus , qui omninò regulari dimiſſo ha-
bitu,aliorum Epiſcoporum non ex regu-
laribus, habirum aſſumpſerit , argumento
ducto ex *authent.multo magis,C.de Sacroſanct.*
Eccleſ.Clement.1.de reliquis,& venerat. Sanct.
30 Quin magis dicendum(nequè fortaſſe te-
merè) incidere illum in excommunicatio-
nem *d.cap.2.ne clerici,vel monachi in 6.* Quia
profectò , ſi dubius redditur Couarruias
Præſul doctiſſimus,de illo,qui retento mo-
nachali habitu,ſub fide bona, prætextu di-
gnitatis Epiſcopalis,ſolam albam,quæ Ro-
chettum vocatur, aſſumit, quæ abſolutè ex
Regularibus Epiſcopo aſſumpto prohibe-
tur,*d.cap.clerici officia 15.in fin.de vita,& hone-*
ſtat.clericor.& in ceremoniali Epiſcoporum
part.1.cap.1. Ceſſabit vtiquè apud eundem,
exuſcitatum dubium , quia nulla exiſtente
rationabili cauſa , atquè conſequenter te-
merè , abiecto monachali habitu , illum
aſſumpſerit,quem cæteri , non ex regulari-
bus , ſed ex clero Epiſcopi induunt, veſtes
videlicet violacei coloris; cum id apertiſſi-
mè in præfato ceremoniali Epiſcoporum
prohibeatur ; vnde contra apertam Sanctæ
Matris Eccleſiæ determinationem faciet.
Nequè hæc ſententia improbabilis eſt,quã-
uis probabiliorem exiſtimet contrariam
Ioannes Azorius, vbi ſupra paulò antè ; Et
affirmatiuam hanc ſequutur. *Syluest. San-*
chez,Barboſa, Viſcontus, alijquè ab illis relati,
31 vt in ſuperioribus diximus.Atquè hæc (an-
te factum præſertim)magis ſequenda;quod
tutior,vt euitetur peccatum,ac conſequen-
ter cenſurarum incurſus; magiſquè animæ
ſaluti fauorabilis,atquè proficua,nequè ne-
ceſſitas, ſiue ſaltim probabilis ratio vrgeat
vlla,vt Epiſcopus ex regularibus aſſumptus
reiecto monachali habitu , Epiſcoporum
non regularium habitum violacium aſſu-
mat , ac contra expreſſam Ceremonialis
Romani diſpoſitionem faciat,ac conſequẽ-
ter contra legem à Sancta Matre Eccleſiæ
32 ſtatutam . Cum ſit liber authenticus, ſicuti
etiam Pontificale, & Rituale , quibus ſtan-
dum,omni procul dubio erit ad *text. in cle-*
ment.1.§ nos eodem mandato , vbi gloſſ. verbo
Pontificali de iure iurand. Armilla verbo ſuper-
ſtitio.§.1.Mayolus de irregularitate lib.3.cap.24
num.7.Gratian.Forenſium diſceptat. part.1.cap.
111.num.2.& cap.292.num.28.& num.83.par.
2.in Conſilio D. Theodoſii de Rubeis quo argu-
mento vtiturquoquè *Portel. vbi ſupra, num.*
10. Rota *in Cæſaraguſtana Cathedralitatis* .
Martij 1630 coram Domino Coccino Decano de-
ciſ 353.num.57.part.5. diuerſorum . Quo loco
de Breuiarijs loquens,magnam eorum eſſe
authoritatem fatur.In conflictũ autem opi
33 nionum,ci potius adhærendum ſit,quæ ma
gis pietati fauet,religioni,animæquè,ac ma-
gis iuris regulis coheret,ad *text.in l.ſunt per-*
ſonæ 43.ff.de Religioſ & ſumptib. funer. Bartol.
& Doctor.in l.1.in princip.ff ſolut. matrim.text.
& ibid.Bart.in l.1. §.fin. C. de caducis tollend. l.
hoc modo 63.in fin.ff.de condit.& demonſtra.gl.
in cap.Cappellanus tuus 4.de feriis,meus Maran-
ta in ſpeculo 6.part.tit.de inquiſitione num.122.
& diſputat.5.num.20.Ioann.Azor. inſtitut mo-
rali.part.1.lib.4.cap.11.quæſt 4.verſ. altera opi-
nio affirmat.Caſſador.deciſ.7.num.17.de cauſa
poſſeſſion.& propriet. Nauarr.in cap. ſi quis au-
tem de pænit.diſt.7. num.59. cum ſeq. Barnabas
Cornazan deciſ.Lucenſ.41. num.15. Rota in re-
centiorib.part.2.tom.1.deciſ.334.ſub num.2.San
chez in opere morali,tom.2 lib.7.cap.26.num.28
Franiſc.Viuius deciſ.160. num.19. lib.1. text. in
cap.fin.14.diſt.& cap.2.§.cum autem de obſeru.
43 *ieiun.*Potiſſimum verò ſi ſententiam illam
plures, ijquè probati ſequatuantur Docto-
res,idem *Nauarr in cap.cum contingat reme d.*
2.num.30.de reſcript. Pariſ.de reſignat. lib.11.
35 *tom.2.quæſt.3.num.66. & ſeq.* Quando aliàs,
vel vnius Claſſici Doctoris ſententia, pro-
babilis dicatur,vt poſt alios , quos recenſet,
ſequitur,*Pater Anton. Diana tract.4. de denun-*
ciationibus reſolut.1.verſ poſt hæc opinio part.1.
& tract.13.de opinione probabili reſolut.1.
36 Hæc autem tutior videtur ſententia , (ex
poſt facto ſaltim),cum poſſit ſuæ conſulere
animæ ſaluti,abſolutionẽ petẽdo,ne in du-
bio damnationem incurrat æternam, vbi
nulla eſt redemptio. *ad text. in cap. iuuenis. 3.*
vbi gloſſ.de ſponſalibus ſequiturque *Io.Azor.*
part.1 lib.2.cap.16 quæſt 2 in fin.& lib.7.cap.7
quæſt 12.in fin ead part.clement. exiui, §. item,
quia,vbi Cardin.de verbor.ſignificat.cap vn.vbi
etiam gloſſ.de ſcrutin Viuius d.deciſ.160. nu.16.
nos reſponſ.21.num 18.& 19 part.2. In hoc au
37 tem facto dubium eſt,ex *d text.in cap.2.ne*
clerici,vel monachi in 6. Non ex conflictu opi
nionum Doctorum,vt idem *Azor.*vbi ſupra
aduertit. augeturquè ex ceremoniali Epi-
38 ſcoporum,(vt in ſuperioribus diximus) in
quo apertiſſimè habitus deſcribitur, & Epi-
ſcoporum, qui ex Clero aſſumuntur, & eo-
rum,qui ex regularibus, ſequentibus *lib. 1.*
„ *cap 1.*dicens: *Promoti verò ex regulari ordine*
„ *non vtantur Rocchetto : ſed retinent in veſtibus*
„ *colorem habitus ſuæ Religionis;& deferunt vbiq;*
„ *Mozettam eiuſdem coloris , & birettum nigrum,*
„ *pileo tamen viridi ornato, pro vt alii non regula-*
res,vtuntur. Non vtantur dicit,à negatiua
incipiens, vt maiorem vim præcepto infe-
rat , legemquè hanc non contemnendam
oſten-

oſtendat; neceſſitatemquè importare deno
tet: *argumento text. in regula 1. vbi gloſſ. verbo*
non poteſt de regulis iur. in 6. Vt omnem potẽ-
tiam remoueat: ſequitur. *Maranta conſ. 31. n.*
2. Surdus conſ. 364. num. 14. vol. 3. Et obſeruan-
39 tia in Romana Curia vrget; vt Epiſcopi,
poſt quàm habitum induerint Epiſcopalẽ,
qui ex Clero albam illam, ſiue Rochettum
à Summo Romano Pontifice benedictum
accipiant, induantquè; ex regularibus verò
non albam, ſed Mozettam, iuxta regularis
habitus colorem, accipiant. Et in *d. cap. cum*
ad monaſterium 6. in princip. de ſtatu monachorũ
Innocent. Tertius expreſſiſſimis verbis præ-
cipit, ne monachi lineis vtantur. Alioquin,
vt Alexander Tertius, *cap. recolentes 3. §. Ideo*
,, *quę eod. tit.* edicit: *Si relictis originalibus ordinis*
41 *inſtitutis ad communia voluerint aliorum mo-*
,, *naſteriorum* (dicamus nos aliorum Epiſcopo-
,, rum, non ex regularibus) *iura deuertere; opor*
42 *tebit eos communi iure cenſeri*: Vt videlicet,
proprij habitus deſertores habeantur, vt nos
ex dicto text. argumento excepto, conſequẽ
ter loqui putamus, ex ratione præſertim *d.*
cap. recolentes, à gloſſ. allata, *verbo cenſeri in fin.*
43 *Quia dupluti iure,* (inquiente) *cenſeri non de-*
bent: Et monachorum (dicimus nos), & Cle-
ricorum ſecularium. allegat *gloſſ. text. in can.*
cognouimus 20. in fin. 12. quæſt. 2. quo loco Gre
gorius Maximo Epiſcopo Siracuſano Scri-
bens, rationem dictorum reddẽs: *Incongruũ*
,, (inquit) *eſt, vnam, eandemquè Ecclesiæ ſubſtan-*
,, *tiã duplici quodam iure cenſeri.* Vbi *gloſſ. verbo*
44 *duplici.* Sequentia adnotat: *Nota* (dicens) *du*
plicitantem à canone reprobari, & text. in cap.
cum in tua 30. in fin. vbi etiam gloſſ. de decimis
argumento etiam text. in can. proclinus 2. circa
fin. 20. quæſt. 3. quo loco ex Concilio Toleta-
no ſeptimo Deſertores habitus monacha-
45 lis Sacerdotali ſententia à Chriſtiano-
rum cetu habentur extorres. Duplici itaquè
iure, vt cenſeantur ex regularibus aſſumpti
ad Epiſcopatum, incongruum omnino eſt;
atquè proinde habitum induant cæteris
Epiſcopis non regularibus, competentem.
46 Nullam propterea diſtinctionem dabunt,
inter Epiſcopos non ex regularibus, & ex re
gularibus aſſumptos: (quòad habitũ, dico;)
47 nam omnes quoad ordines Epiſcopi ſunt:
& idem Epiſcopalis ordo, diſtinctus quòad
ſuppoſita: vt alij ſint ex Clero aſſumpti, alij
ex regularibus; alius Auguſtinus Epiſcopus,
Ambroſius, alius Martinus, Hilarius, cæte-
rique; veluti duodecim ſunt Apoſtoli; alius ta
men Petrus, alius Ioannes, Matthæus, Pau-
lus, cæteriquè, omnes tamen Apoſtoli. vt
apud Lucam 6. 13. videre licet, dicentem: *Et*
,, *cum dies factus eſſet, vocauit diſcipulos ſuos: & ele*
,, *git duodecim ex ipſis, (quos, & Apoſtolos nomi-*
,, *nauit) Simonem, quem cognominauit Petrum,*
,, *& Andream fratrem eius Iacobum, et Ioannem,*
Philippum, &c. & *Matth. 10. 2. Marc. 3. 13.* Hie-
ronymus ad Euagrium Epiſcopum relatus,
can legimus 23. §. nec altera. ibi: eiuſdem me-
riti, eiuſdem eſt & Sacerdotij. *93. diſtinct.* ſe-
quentibus nempe loquitur Hieronymus:
Vbicumquè fuerit Epiſcopus, ſiue Romæ,
ſiue Egubij, ſiue Conſtantinopoli, ſiue Rhe-
mis, ſiue Alexandrię, ſiue Thebis, ſiue Guar
matiæ, eiuſdem meriti, eiuſdem eſt & Sa-
cerdotij, ſic ille. *Gloſſ. in can. Epiſcopi 3. verbo*
48 *vileſcat. 80. diſt.* Veluti etiam Religio Chri-
ſtiana vna eſt à Chriſto; diſtincti ſunt tamen
regularium ordinum profeſſores; vt alij Di-
ui Auguſtini habitum, & regulam ſuſcipiãt
& profiteantur; alij Diui Benedicti, alij Diui
Baſilij, Franciſci, Dominici, & aliorum: vnus
autem, & idem Dominus eſt. *Vnus Dominus,*
49 *vna Fides, vnum Baptiſma; vnus Deus, & Pater*
,, *omnium, qui eſt ſuper omnes, & per omnia, & in*
,, *omnibus nobis.* Paulus nos docet Apoſtolus
ad Epheſios 4. 5. & 6. clement. vn § . verum, quia
fin. de exceſſibus prælator. Nec alienum ab aſ-
ſumpto propoſito videbitur, ſi verba illa
perpenderimus in *dicto cap. clerici officia. 15.*
ab Innocentio Tertio prolata: videlicet: *Niſi*
monachi fuerint, quos oportet ferre habitum Mo-
50 *nachalem.* Verbum quippe illud (*oportet*)
neceſſitatem infert, vt *Hoſtiens. ibid. num. 19.*
perpendit. Omnino autem fieri debet, quod
neceſſitas cogit, vt fiat: quia verbum
51 oportet ad veritatem refertur, & & faculta-
tem excludit Iudicis; vt Paulus docet, *in l.*
verbum oportet 37. ff. de verborum ſignific. ne-
ceſſitatem itaquè importat, vt *Gloſſ.* adnotat
in cap. 1. verbo oportet. de præſcript. lib. 6. cap. 1.
de libelli oblat. extrà, vbi notat Abb. num. 3. Rota
apud Sanct. memor. Gregor. XV. deciſ. 23. num. 3.
Si itaquè manachalem habitum eos ferre
oportet, qui ex regularibus ad Epiſcopalem
dignitatem aſſumuntur; nullo vtriquè pacto
illum dimettere debebunt, atquè aſſumere
illum, quem alij non regulares deferunt.
Deſertores igitur habitus habebuntur ſi
temerè id faciant. In deſertorum, ita-
què pœnas *d. cap. 2. ne clerici, vel monachi in*
6. dabunt. *Henriq. in ſum lib. 10. de Sacram. or-*
dinis, cap. 33. §. 4. in fin. dicens: *ſi veſtem Regula-*
,, *rem Epiſcopus Monachus dimitteret, eſſet Apo-*
,, *ſtata.*
52 Sciſcitabatur autem quiſpiam, (occaſio-
ne data), quòd Generalis corrector Ordinis
Minimorum Sancti Franciſci de Paula Fr.
Franciſcus à Mayda Ordinis Generalis Cor
rector à Sanctiſſimo Dom. Gregor. XV. ad
Epiſcopatum Lauellen fuerat aſſumptus,
eſſet ne liber effectus à quarto voto quadra
geſimales cibos edendi omni vitæ tempo-
re, excepto infirmitatis? Affirmatiue reſpõ-
dendum ex ſequentibus exiſtimaui. Quòd
graue eſſet onus, ad Epiſcopale aſſumpto
pondus, imminentes Epiſcopales labores
perferendi, ſi ex nimia abſtinentia impotens
redderetur: cum totius diœceſis damno.
53 Deinde, quòd conformare ſe debet Ec-
cleſiæ, cui præcitur, deſponſaturquè; ne
ſcan-

ſcandalum inde alijs oriatur, ad *text. in can. quis neſciat fin. 11. diſt. & text. in can. quiſquis primo XLI. diſt.* vbi *gl. 1. verbo. viuit. Nota,* (inquit) *quod quilibet ſe conformabit ſociis ſuis in*
54 *cibo, & moribus.* Quod deniquè non ſit hoc votum ex tribus ſuperius enarratis, religioni cuilibet ſubſtantialibus, ſed ex extrinſecis tantùm, vt docet, *Card. à Turrecremata in can. carnem, num. 7. ad 4. q de conſecration. diſt 5.* poſt *S. Thom. 2. 2. d. quæſt. 185. art. 8. gloſſ. notab. in can de monachis. 3. verbo deſcedere 16. quæſt. 1. Abb. d. cap. clerici officia. 15. in fin. num. 19. in additionib. de vita, & honeſtat. clericor. Couarr. d. d. cap. 1. num. 18. de teſtam. Nauarr. d. conſ. 6. nu. 11. de donationib. lib. 3. Germon. d. cap. 4. num. 63. in fin. Riccius Epiſcopus d. reſolut. 18. num. 3. p. 3. in praxi Sanchez in oper. morali d. cap. 6. num 15 & 20. Barboſa in collectan. ad text. in cap fin. de obſeruat. iciun. num 4. & de offic.* Epiſcopi, *part. 1. d. cap. 4. num. 14.* & fauere videtur *Lezana d. cap. 17. ſub num. 8. Portel. vbi ſupra nu. 11.*

Neque obſtare videbatur, quòd Religionis huius minimorũ profeſſi quarto ſe voto aſtringunt toto vitæ tempore quadrageſimalibus veſci cibis, vt teneatur proinde illud ſeruare profeſſus, etiam poſtquam ad Epiſcopalem adſcitus fuerit dignitatem, *argum. tex. in cap. explicari 3. aliàs fin. de obſeruat. Ieiuniorum.* vbi Honorius Tertius Pragenſi
55 Epiſcopo petenti Reſpondet: *Quod illi, qui nec voto, nec regulari obſeruantia ſunt aſtricti in in ſexta feria, ſi feſtum Natiuitatis Dominicæ die ipſo venire contingerit, carnibus, propter feſti excellentiam veſci poßunt, ſecundum conſuetudinẽ Eccleſiæ generali.*

Non ergo veſci poterunt ſi voto, vel regulari obſeruantia fuerint aſtricti. Sicuti *Gloſſ. ibidem* ſubnectit. *Ergo ſi voto tenentur.* (dicens) *non debent comedere carnes: quia, quæ ſine conditione vouentur, ſine conditione ſoluantur.* his illa.

56 Non vtiquè obſtat. Cùm, quòd hoc quartum votũ non eſt ex tribus ſubſtantialibus, vt in ſuperioribus diximus.

57 Tum quod votum hoc videatur conditionaliter factum, quatenus in Religione ſit, neque ad Epiſcopatum aſſumatur, quando oportet ſe conformare ſuæ Eccleſiæ, ne ei nimium ſit oneroſus, vt, & ipſamet *Gloſſ. verbo, nec voto.* paulo ante relata *d. cap. ex parte.* ſequi videtur, niſi ſub conditione votum fiat, ſaltim tacità. Et *Gloßella marginalis ibid.* tradens votum exaudiri de eo, qui vouit nunquam comedere carnes. Similiſque *Gloſſella marginalis in can. non ſolum 1. verbo*
58 *conditione 22. q. 8.* Loquens de eo, qui vouit non comedere carnes: & infirmitate præmatur; vel alia neceſſitate; quia poterit tunc edere: *In huiuſmodi enim voto* (dicit illa) *tacita ineſt conditio, niſi neceſſitas cogeret, vel præceptum maioris adeſſet.* ita illa ex *Archid.* Profeſſi verò huius Religionis ſicuti exceperunt caſus neceſsitatis; & infirmitatis, ita in eo exceptus quoquè videtur caſus hic, ſi ad Epiſcopatum eſſumatur: quod apertiſſime probare videtur *Germon. dict. cap. 4. num. 63. in fin.* ſequentibus loquens: *Ab illis verò, quæ ſubſtantialia vota ſunt, non eſt exemptus monachus propter Epiſcopalem dignitatem; quamuis à prohibitione carnium; à iuriſdictione Abbatis, ab aliſquè religionis ſtatutis liber ſit.* ita ille. *Gloſſ.* eſt notabilis, quam ipſe quoquè allegat *in can. de monachis 3. 16. quæſt. 1.* quo loco *in fin.* quærens: ſed nunquid in comeſtione carnium eximitur à regula Monachali? & licet dicat negatiuè primo, ſubdit tandem: *Tamen poteſt ſatis dici quod ſic, ne alijs ſit ſcandalum, vt 41. diſt. quiſquis. & gloſſ. in can. ſtatutum 1. verbo abſoluit. 18. quæſt. 1. Card. ad Clemen. 2. in princ. quæſt. 3. de cenſib. Abb. in cap. per tuas num 7. de voto, & voti redempt.* Sanchez apertiſſime *dict. cap 6. num. 15. circa fin.* oppoſitioni huic faciens ſatis: At dicendum eſt (inquiens) eiuſmodi vota in Epiſcopis ceſſare, & ſuſpendi; quia ea emittuntur, vt annexa, & acceſſoria profeſſioni vitæ monaſticæ, à qua liber manet Epiſcopus, & ordinantur ad faciliorem communitatis religioſæ perfectionem, & ordinem; ſicut obſeruantiæ regulares, à quibus exemptus eſt Epiſcopus.

59 Hanc ſententiam probabilem dicit Pater *Diana part. 5. moralium reſolut. tract. 13. Miſcellan. 1. reſolut. 39. citatquè pro ea Ioannem Henriquez in compendio caſuum moralium cap. 16. num. 17* Ratione, quod mutata ſit materia obligationis. Licet *Peyrinus in priuileg. Minimor. tom. 3. cap. 14. num. 3.* contrariam ſequatur; eo præſertim ductus argumento, quod tres Summi Pontifices Romani Paulus V. Gregorius XV. & Sanctiſſimus D. N. Vrbanus Octauus noluerunt, cum promotis ex ordine prædicto diſpenſare in hoc vo-
60 to, contrariam ſententiam, quòd ſatis probabilis ſit, ſequentes; Verum non proinde ſequi, quin minus probabilis hæc videatur ſententia, idem *Diana ibidem* reſpondet.

Atquè ita ex his, iudicio rectiut ſententis ſemper expetito, atquè prahabito, reſpõdendum cenſui.

CAROLVS MARANTA I. V. D. Aduocatus.

SVMMARIVM.

1 *Factorum diuerſa incidentia, diuerſam iuris expoſcunt diſpoſitionem.*

2 *Ius in cauſa eſt poſitum: hoc eſt in facto.*

3 *Adagium à tota aberrare via. Illuſtratur, & ex ſacris litteris, num. 5.*

4 *Philoſophi priſci inſcrutandis naturalibus à vero aberrarunt ſecundum Ariſtotelem.*

6 Do-

6 *Domus nomen æquiuocum eſt, plura comprehendens.*
Interpretandum proinde ex ſubiecta materia num. 7.
Et ex qualitate perſonarum.
8 *Aequiuoca diuidenda priùs, poſtmodum definienda.*
9 *Domus nomen pro parentela, ſiue cognatione accipitur. Quandoquè etiam familiam, ſed non in caſu concurrenti, num. 11. & 14. & 34.*
Potiſſimum ſi per verba naturalitatem quandam denotantia proferatur, num. 10.
12 *Mulier familiam non facit, & nu. 17. Quin illam extinguit, num. 32.*
Quia familiæ ſuæ caput, & finis eſt.
13 *Filij patris, non matris familiam ſequuntur.*
15 *Nepotes ex filia de familia matris haud ſunt.*
Vnde vocata (Domo) à præfata filia, vocata videtur Parentela.
16 *Diſponentem fruſtra in ſua diſpoſitione loquutum fuiſſe, admittendum haud eſt.*
18 *Verba interpretanda ſunt ad mentem, & ſenſum, quem diſponens intendit.*
Et ex perſona loquentis, & in quem verba diriguntur, num. 19.
Vt magis improprientur, quam quòd contra mentem exaudiantur proferentis, n. 20.
21 *Libri cartarum appellatione non comprehenduntur,*
Niſi aliud appareat de mente diſponentis.
22 *Verbum, æquiuocum interpretationem admittit ex mente Teſtatoris.*
Biblio theca verbum, æquiuocum eſt.
23 *Verba ad mentem oſtendendam dicentis, à natura data.*
Vt p. ſta n. tæ paſſionum, quæ ſunt in anima.
Vnde aptanda verba erunt ad mentem loquentis, num. 24.
Præſertim in interpretando verbo æquiuoco, num. 25.
Et coniectura ſimul concurrant,
Potiſſimum ſi interpretatio, quamuis impropria, odia reſecet, & fauores dilatet, n. 26.
26 *Odia reſecanda, fauores dilatandi.*
27 *Verbi ambiguitas ex ſubiecta materia interpretationem admittit, præualetquè verbi proprietati, num. 28.*
29 *Dominus, ac parentelæ nomine, etiam ex fœminis nati comprahenduntur.*
30 *Suus ſua, ſuum, Pronomen, intrinſicitatem denotat, atquè dominium, & perſonaliſſimũ dicitur.*
31 *Mulier non habet familiam effectiuam, ſed contentiuam.*
33 *Tantùm (dictio) taxatiua eſt, comprimit proinde dicta,*
35 *Conſequens qui vult, & antecedens quoque admittere oportet.*
Potiſſimum in interpretanda ſtricta diſponentis voluntate, num. 36.
37 *Fundamento ſub moto totum corruit ædificium.*
38 *Ex falſis, non niſi falſum ſequitur.*
39 *Veritas laborat quandoquè, at quamuis prematur, non opprimitur tamen.*

ARGVMENTVM.

Domus appellatione, quid comprahendatur? Cum æquiuocũ nomen ſit. Et An pro Parentela, an pro familia ſtare in facto occurrenti debeat? Diſcutitur nõ inconcinnè,

RESPONSIO XX.

1 FActorum, quæ in dies eueniunt, diuerſa incidentia, quòd iuris diſpoſitionem diuerſam expoſcant, qui in dubium reuocet, ſi ſapia ipſe, nullum eſſe exiſtimamus. In cauſa ne ius
2 eſſe poſitum, *Alphenus* (nec iniuria) reſpondit *In l ſi ex plagis 53. §. in Cliuo Capitolino, ff. ad leg. Aquil.* In cauſa (hoc eſt) in facto, cum quo ius eſt implicitum, *Gloſſa ibid.* explicat. *argumento, tex. in l. precibus, 8. C. de impuber. & alijs ſubſtitut.* Quo loco Imperator, ex varijs facti accidentibus, variam iuris diſtinguit diſpoſitionem. *l. vt reſponſum 15. in princ. C. de tranſact.*

,, Vt reſponſum congruum accipere poſ-
,, ſis: inſere pacti exemplum. Imperator loquitur, *vbi gloſſ.* Benignè docet Imperator (inquit) ſupplicantem qualiter proponat, *Et l. fin. C. de precib. Imper. offerend.* Alioquin Carpemur Celſi verbis *lib. 15. digeſtorum* ad Domitiũ *in l. Domitius 27. ff. de teſtament.* Aut non intelligo (aientis) quid ſit, de quo conſulis; aut valdè ſtulta eſt conſultatio tua

3 Ne à tota itaquè aberremus via. Iuxta Terentianum illud.
,, *Tota erras via.*
4 Vt priſcis illis Philoſophis accidiſſe, quos naturalium cauſarum ſcrutatores, exorbitaſſe,

ſe, ac veluti è via depulſos, prorſus aberraſſe à vero Ariſtoteles *lib. 1. naturalium*, dixit ſumptum ab Ariſtophanis Pluto.

Via ne tota prorſus exerrauimus?

5 Et qui peccauerunt, in Inferno peſsima concludunt conſequentia, quæ in melius nunquam emendabitur.

Ergo errauimus à via veritatis, & ſol intelligentiæ non luxit nobis *Sapient. 5. 6.*

Factum tale proponitur.

Arminia Saſſo Ciuitatis Caſertæ de Caſali Caſollæ, poſtquam anno 1588. non nullorum bonorum donationem in Cappellã Sanctiſſimi Corporis Chriſti in eodem Caſali elargita eſſet, ſepulturam quoque in illa ſibi delegit, conſtruique fecit. Voluitque in eodem ſepulchro *contenderentur corpora, ſeu oſſa* (ſic ipſa loquitur) *magnificorum Honuſrij, & Alexandri Formoſa filiorum legitimorum, & naturalium, quondam Magnifici Ioannis Vincentij Formoſa filii legitimi, & naturalis ipſius Arminiæ, ſuorum nepotum præmortuorum, & alia corpora, & cadauera de ſua domo tantum.* His Arminia. Contigit nunc per Oeconomos dictæ Cappellæ Sanctiſſimi Corporis Chriſti, (Vita functa Victoria Formoſa, Arminiæ nepte) iudicium inſtrui in Epiſcopali Curia Caſertana aduerſus eiuſdem Victoriæ filios. Quòd ad ipſos ſepulchri Ius minimè ſpectet. Extinctum illud eſſe acclamantes: cum ſint ipſi ex familia de Niſio. Non comprę hendi proinde in vocatione, & admiſsione ad illud ab Arminia facta, quæ corpora, cadaueraque ad illud inferri de Domo ſua tantùm, diſpoſuit.

Verum ſi rectè, perſpicacique iudicio omnia perpenderimus; admittendos illos, eorumque filios, ac deſcendentes ad ius ſepulchri, iurè, ac citra controuerſiam vllam admiſerimus.

6 Nomen quippe illud (de Domo) æquiuocum, cùm ſit, atquè plura ſignificare aptum, vt dubio procul omni, apud omnes receptum eſt. *Bart. in l. pronunciatio 195. §. familiæ appellatio, ff de verbor. ſignificat. in l. tutelas 7. num. 4. ff. de capit. diminutione. Imol. in l. ex facto 7. §. ſi quis rogatus num. 9. & 10 ff. ad Senat. Conſult. Trebell. Butrius in cap. per venerabilem, nu. 21. qui filii ſint legit. Calcan. conſ. 8. num. 5. Anchar. conſ. 182. plura ſunt dubia num. 5. & 6. Alexand. conſ. 213. Ponderatis his, quæ num. 3. vol. 6. Peregrin. de fideicomm. art. 22. num. 27. & ſeq. & num. 83. Surd. conſ. 179. num. 17. vol. 2. Tiraquell. de retract. Ligniager. §. 1. gloſſ. 9. num. 195. Mantica de coniect. vltimar. volunt. lib. 8. tit. 12. num. 17.*

7 Hanc proinde ob cauſam ſecundum ſubiectam materiam, atquè ex qualitate perſonæ proferentis interpretari illud oportebit; venarique ex illa, qua ſignificatione (*Domus*) hanc nuncupationem, diſponens accipi velle, atquè exaudiri intenderit ad *text. in capit. intelligentia Verborum 6. de verbor. ſignificat. cap. conſtitutus. 6. §. cùm autem, de religioſ. domib. l. ſi vno anno 17. in princ. ff. locati. Surd. deciſ. 272. num. 1. & deciſ. 279. num. 9. & de aliment. tit. 1. quæſt. 42. num. 24. & d. conſ. 179. n. 52. & conſ. 454. n. 52. 51. & 53. vol. 3. Alciat. de verbor. ſignificat. lib. 2. num. 4. & 5. Rota apud Card. Mantic. deciſ. 59. num. 4. & d. lib. 8. tit. 12. n. 16 de coniect. vlt. voluntatum. Bar. d. §. familiæ appellatio Angelus & Imol. d. l. ex facto, §. ſi quis rogatus. Benedictus Capra conſ. 92. & ſi viſo, & conſiderato. num. 4. & ſeq. Tiraquell. in l. ſi vnquam verbo reuertatur, num. 36. & 37. C. de reuocand. donat.*

Alioquin diſponentis ſenſum haud aſſequemur: ſicuti neque rei alterius in diſpu-
8 tationem deductæ. Quoniam diuidere primitùs oportet æquiuoca, poſtmodum ea definire: vt Ariſtoteles Philoſophorum Coriphæus nos docet. probaturquè apud noſtrates ex *rubrica de iure natur. gentium, & ciuili institutionibus, & ibique* notatis ſequiturquè *Mandoſ. conſ. 51. num. 4.*

9 Significationes verò inter alias, quas (*Domus*) hoc nomen ſortitur, ea eſt, vt *Cognationem*, ſiue etiam *Parentelam* ſignificet, eoſquè complectatur, qui eodem ex ſanguine proficiſcuntur, ſecundum Vulpianum, in d. *l. pronunciatio, §. familiæ in fin. verſ. Item appellatur, vbi Bart. & in d. l. tutelas, num. 4. Butrius d. cap. per venerabilem, num. 21. Alexand. d. conſ. 213. num. 3. Calcan. d. conſ. 8. num. 5. Cardin. Tuſcus tom. 2. littera D. concluſ. 618. num. 2. Molina de Hiſpan. primogen. lib. 3. cap. 4. num. 9.*

10 Potiſſimum autem, ſi diſpoſitio per verba naturalitatem quandam denotantia prolata fuerint, & abſquè additamento: quia hoc caſu nomen illud (*de Domo*) parentelam, non familiam, ſiue caſatam (vt vulgo dicitur) reſonabit, ſecundum *Angelum in d. l. ex facto. § ſi quis rogatus, num. 4. verſ. fallit ſi ſtatutum,* ſequiturque *Imola ibid. num. 9. &* 10. & aduertit Gratian. *forenſ. diſcept. part. 2. cap. 218. num. 19.*

11 Nomen, itaquè illud (*de Domo*) ab *Arminia* in ſua diſpoſitione deſcriptum (vt vela tandem retrahamus.) Parentelam, & Cognationem, non æquè familiam denotabit, & ſi Aduerſarijs minus hæc arrideat interpretatio; rei tamen reſpondet proprietati.

12 Cùm, quòd mulier familiam non facit. Illa enim familiæ ſuæ, & caput, & finis eſt, vt Vlpianus, *d. §. familiæ in fin.* loquitur. Filij ve-
13 rò non matris, ſed patris familiam ſequuntur *l. liberoſ. 2. ff. de Senatoribus, cap. 2. § cùm autem filius, vbi gloſſ. & Abb. num. 2. in fin. de conuerſ. infidel. l. familiæ appellatione 196. ff. de verbor. ſignificat.* Fœminarum liberos in familia earũ non eſſe, palam eſt (Caius ibid. loquitur.) Quia qui naſcuntur, patris, non matris familiam ſequuntur. *Abb. in cap. Raynutius, num. 2. in 1. notab. de teſtam. Maranta conſ. 7. nu. 18. Rota apud Seraphin. deciſ. 1438. num. 3. Tiraquel. de nobili. cap. 15. n. 1. & ſeq. & cap. 18. n. 20.*

Tùm

4 Tùm, quod ipſamet Arminia id ipſũ aper
tè oſtẽdiſſe etiã cœcis videtur, quæ ad ſepul
chri vſum, non equidẽ illos de familia Saſ-
ſo, ex qua ipſa erat, vocauit; ſed qui de pa-
rentela, de familia ſcilicet Formoſa.
Ad hos porrò reſpectum habuit, tanquã
qui à ſe ipſa, & ſuis quaſi ex viſceribus, ac
ſanguinibus deuenirent, vtputa ex Ioanne
Vincentio Formoſa eius filio. In eodem
proinde ſepulchro eorum defunctorum
cadauera humari, & oſſa condi voluit, in
qua ſuum etiam delatum cadauer fuerat.
Inde quippe facultatem fecit ſepelliri in
eodem ſepulchro Cadauera ſuorum nepo-
tum præmortuorum, & alia corpora, & ca-
15 dauera de ſua Domo tantum; Quia reſpe-
ctum habuit ad illos, vt de parentela ſua, nõ
de familia, cuius nihil apud ipſos erat. iuxta
tradita per *Bar.d.§.familiæ in fin.& d.l.tutelas*
num.4.circa fin.verſ.aut accipis pro omnibus de-
ſcendentibus. Quo argumenti genere vtitur,
quoquè *Rota apud Cardin.Caualer. deciſ.641.*
num. 5. & in recent. part.2. tom.1. deciſ. 318.
num.7.
16 Cæteroquin fruſtra dictam Arminiam
loquutam fuiſſe conceſſerimus, quod vnũ
dixerit, aliud cogitarit: quod minimè ad-
mittendum, aduertit Alphenus *in l.ſi quando*
112 in princ ff delegat.1.facit, text.in cap.ſi Pa-
17 *pa 10.de priuileg.in 6.* Cum (vt diximus) mu-
lier familiam (hoc eſt caſatam) haud faciat,
quin imò ſuæ finis eſt.
18 Decet autem, quin iuſtum, ſanctumquè
eſt, verba nos interpretari ad mentem, ſen-
ſumquè, quem diſponens intendit, atquè
intelligere viſus fuit illum, tùm ex ſequen-
tibus, tum ex ante dictis, venando. Iuxta
ſenſum Iuliani in *l ſi ſeruus plurium 53. §.fin.*
19 *ff.delegat.1.* Tùm præterea ex perſona loquẽ
tis; atquè in quem verba diriguntur, ſecun-
dum Vlpianum in *l.ex militari 11.ff.de mili-*
tar.teſtament Surd. d.conſ 453. num.52. & 53.
Mantic.lib.6.tit.11.num.17.de coniect. in hiſce
noſtris terminis nominis, *(de Domo) Bene-*
dict.Capra dict conſ 90.num.4.& ſeq. Angel.&
Imol.d.l.ex facto.§.ſi quis rogatus.
20 Hinc ſanè fit: vt licet alias verbum à diſ-
ponente prolatum, ſecundum vnam ſigni-
ficationem (eſtò etiam propriè) accipi, &
exadiri poſſit; exaudiatur tamèn ſecundum
ſignificationem, quæ menti diſponentis ma
gis aptatur, quamuis impropriè: probatur id
ex Vlpiano *in l.librorum 50.§.quod autem Caſ*
ſius, vbi Bart.ff.delegat.3. Licet enim ibi libri
21 (carthatum appellatione) non compræhen
dantur naturaliter, ac propriè, compræhen-
dantur tamen, ſi id ex verbis prolatis ſenſiſ-
ſe teſtatorem appareat. Idem venatur ex
text.in eadem *l.librorum, §.carthis*, vbi ver-
22 bum æquiuocum (vt puta Bibliotheca) in-
terpretati (Vlpianus loquitur) ſecundum
id, quod teſtator ſenſit, licet aliter in ſua
propria ſignificatione accipi poſſet. Nequè
23 id planè ab re. Nimirum quòd verba aptè
nata ſunt, vt internum animi ſenſum profe-
rentis in apertum deducant. Quoniam ſunt
eorum, quę ſunt in anima paſſionum notę,
ſecundum Philoſophum, & docet Celſus *in*
l.labeo.6.§.ad Tubero.ff de ſuppellect legata Car
din. Mantica de coiectur.lib.3.tit.3.num.1.Surd.
conſ 89.num.6.lib.1.
24 Ad loquentis itaquè intentionem verba
ipſa aptanda erunt, *l.plenum 12.§ æquitij. ff de*
vſu, & habitat.Bart.in d. l. labeo num. 10. & 11.
Guglielm.de Benedict. in cap. Raynutius part.2.
verbo eidem impuberi, nu.2.de teſtament. Surd.
cod.conſ.279.num.15.vol.2 Alciat.d.lib.3.de ver
bor ſignific.num.5.Mantica d.lib.3.nu.9.& ſeq.
25 Quod potiſſimum locum ſibi faciet, ſi
de verbo ambiguo interpretando, quod
multiplicẽ alias ſignificationem admittit,
quæſtio erit; nequè à mente deuiet diſpo-
nentis, quamuis in minus propria ſignifica-
tione verbum accipiatur, concurrantquè
ſimul coniecturæ, quamuis leues, quæ in-
terprætationem ipſam fulciant, ſubleuent
què, quòd notauit relatis quoquè alijs *Man-*
26 *tica d.lib.3.tit.5 num.3.4.& 5.* Præterea, atq;
tùm maxime, ſi aſſumpta verbi, alias ambi-
gui, interpretatio; (impropria quamuis) in
hoc tendat, vt odia difficiat, dilatet vero fa-
uores: quod hi extendendi, refrenanda illa,
ac recidenda. ad *regul.odia 15.de regul. iur.in*
6.Mantica de coniectur.lib.7 tit.1.nu 20. & 22.
27 Nequè porro nouum eſt, verbi ambigui-
tatem ex ſubiecta materia interpretationẽ
accipere, naturaliter magis, quàm formali-
ter: certitudinemquè ex ipſa met materia,
quę diſpoſitioni ſubijcitur, admittere, *ſecun-*
dum Bald.in conſ.414. pactum, col.2.in princ.
lib.1.Angel.& Imol.d.l.ex facto, § ſi quis arro-
gatus, Capra d.conſ 90.num.4. & ſeq.Rota apud
S.memor.Gregor.XV.deciſ.511.nu.4 & 5. Quæ
eſt etiam in impreſſis inter recentiora *par.1*
tom.1.deciſ.301.num.5. Alciat.d lib 2. de verbo.
ſignificat. num.4. & 5. Tiraquell. d.l.ſi vnquam
verba reuertatur, num.36.& 37.
28 Quinimò potiorem alioquin vim infert
ad verbi ambigui interprætationem ipſa
ſubiecta materia, quàm ipſa faciat verbi pro
prietas, vt notat *Abb.in cap.1.nu.2. & in cap.*
Quanto 3.num.3.de translat.Epiſcop. Sequuta
fuit Rota *apud Card.Mantic.d deciſ.59.num.5*
& apud Caualer.deciſ.437.num.4.& 5.
Non itaq; temere, neq; illiberaliter fecerì-
mus: Verbũ illud *(de ſua Domo tantũ)* ſi ex ſu-
biecta materia, pro parentela, & ſanguine,
non pro familia (vt non rectè Aduerſarij vo
lunt) interpretati fuerimus. Magis nem-
pè ad negotij naturam hæc accedit in-
interpretatio. Vnde ſub illa ex Victoria de-
ſcendentes aptè ſatis compræhendentur. Ni
29 mirum, quòd Parentelæ, ac Domus nomi-
ne ex fœminis quoquè prognati comple-
ctantur *Tiraquellus de retractu Lignagier. §.1.*
gloſſ.8.num.2.& gloſſ.9.num.241.& ſeq.Molin.
O de

Digitized by Google

de Hiſpan.primogen.lib.3.cap.4.num.9.
30 Libentiuſquè hoc conceſſerimus, ſi ad
Interpretationem magis proficuam prono-
men illud *(ſua)* verbo, ſeu nomini Domus
(de ſua Domo) perpenderimus. Intrinſicita-
tem enim quandam, atquè Dominium ad-
ſignificat, *text.in l. Quintus Mutius, 29. vbi*
Bart.num.3.& 6.& l.ſcribit. 36.ff de aur. & ar-
gent legat.l.ſeruos autem ſuos 71.de legat.3. Me
noch lib 4.præſumpt.162.num.28. & 29. Fran-
*ciſc.de Ponte deciſ 4 num.41.*Eſtquè pronomē
perſonaliſſimum, *vt Natta* inquit *conſ. 508.*
num.24.Rota apud Card. Seraphin deciſ.1337.
num 4. & Rota in Leodien. beneficii Sanctiſſimæ
Trinitatis 27.Iunij 1920. *coram Eminentiſſimo*
*Cardin.Virili.*refertquè *Ferrentillus in additio-*
*nibus ad Burattum deciſ.*805.*num.14.*

Indicat quippè, non leui indicio, diſponē-
tem de parentela exaudiſſe nomen illud de
31 Domo, non autem de familia, quæ ſua non
erat effectiuè, at contentiuè tantum. quod
perpendit, *Peregrin. de fideicommiß. d. art. 22.*
num.24.& 26 Gratian.par.4.forenſ diſcept.cap.
645.*num.2.& ſeq. Rota apud Seraphin. d.deciſ.*
1438.*num.4.& in recent.par.2.tom.2.deciſ.797.*
num.2.& 3.& apud S.memor.Gregor.XV.deciſ.
32 464.*num.1.2.& ſeq.*Nequè enim mulier (vt
diximus) familiam ipſa facit, quin extinguit,
quàm à parente habet Idquè ſuadet, nequè
ſub modio, at lucente ſole, ſequens illa di-
ctio (tantùm) (de ſua domo tantùm) quæ
33 cùm taxatiua ſit, comprimit vtiquè dictū,
vt de ſua Parentela à ſe, filijſquè proceden-
te exauditi illam oporteat, & non alio mo-
do. *text.in l.ob æs alienum tantum.12.C.de præ-*
dijs minor.Surd deciſ.291.num.19.& ſeq.Tuſcus
tom.2 littera D.concluſ.388 num.2. & 4 Bar-
boſ. dict. 349 num. 3. Anton. Angelus Grat.
dict.270,num.1.& 2.
34 Alioquin ſi de familia, nomen illud *(de*
domo ſua tantum) exaudierimus, iterpretatio
reſtringetur ad familiam Saxo tantùm.
Quo ſanè pacto excluſa quoquè fuiſſet Vi-
ctoria Formoſa diſponentis ex filio nepte,
quæ non erat de familia Saxo. At iſthæc in-
terpretratio etiam ab Aduerſarijs non ad-
mittitur, qui ab iure ſepulchri Victoriam
non excluſerunt. Conuingantur proinde,
vel ſaltim ex hoc vno, vt nomen *de Domo,*
pro parentela exaudiſſe diſponentem, infi-
35 cias haud eant; eumquè conſequens ad-
mittant, vt antecedens quoquè admitte-
re minimè vereantur, neceſſe eſt ad *Bald.*do-
ctrinam *in l.quamuis* 5. *C.de fideicommiſ.num.*
1.2.& 3.Rota apud Coccinum deciſ.375. num.
9. In interpretanda potiſſimū ſtricta diſpo-
nentis voluntate *ſecundum Bald. ibid. num.2.*
36 Obſtaculo haud igitur erunt, quæ ipſi inad
uerſum comminiſcūtur. Nimirum quòd ea
omnia à falſo aſſumpto proueniunt, quod
ab initio fecerunt, interpretandi verbum
illud *de Domo* pro familia, non pro parente-
37 la, at non aptè ad mentem diſponentis.
Vt ſubmoto fundamento, corruat iurè to-
tum ædificium *ad text.in can. cum Paulus 26.*
38 *prima quæſt.1.*Et ex falſis non niſi falſum ſe-
quatur, iuxta Ariſtotelis recepta principia.
39 Ad veritatem itaquè reuocentur, quæ la-
borat quandoquè, ſed tamen eluctatur, &
quanquam præmatur, non opprimitur ta-
men. Vt Cicero pro Cluentio: *multorum im-*
» *probitate* (dixit) *depreſſa veritas emergit, & In-*
» *nocentiæ defenſio intercluſa reſpirat.* Eamquè
totis vlnis, (vt dici ſolet) ſiue obijs excipiant
manibus, vt Hieronymus ad Pammachium
dixit. Et ita ex his, quæ iudicio ſubijcimus
cuiuſcumque emunctionis naris; reſpondē-
dum cenſui.

CAROLVS MARANTA I.V.D.
Aduocatus.

Admiſſi fuerunt, qui de parentela erant
Arminiæ ad ius ſepulchri, & ſtetere iurgia.

SVMMARIVM.

1 *Aedificare in ſuo cuilibet licet.*
Quia ædificiorum conſtructio ex iure oritur
gentium.
Et intereſt Reipublicæ.
Aedificiumquè ad cœlum vſque tollere, vel
ad centrum dimittere; num.2.
3 *Aedificare in re propria cuilibet licet; modo*
ſpatia ſeruentur, vel iure communi, vel
conſuetudine ciuitatum præſcripta.
Quamuis ex hoc vicino damnum enaſci va-
leat, num.4.
Dummodo hoc ipſum non intendatur.
Etiam ſi ad æmulationem primo id fiat, n.5.
Modo vtilitas adſit ædificantis primario.
Secundò vero æmulatio.
Quia non ex affectu, ſed ex effectu iudican-
dum in hoc erit, num.6.
7 *Conſuetudo Neapolitana cuilibet ædificare*
permittit, modo ſpatia ſeruetur conſtituta,
duodecim palmorum.
Et feneſtras aperire, num.8.
Quamuis ex hoc damnum alteri conſequen-
ter naſcatur.
9 *Aedificare etiam in proprio prohibeor, ſi ad*
æmulationem id ſimpliciter vicinorum fe-
cerim.
Vel ſi cum maximo, & irreparabili vicini
damno, num.11.
Quamuis non ad æmulationem.
Si æquè bene alio in loco ædificare valeam.
Nam ſeruitus ipſo iure inducta videtur,
num.11.
12 *Intenti eſſe debemus, vt proſimus, non*
vt

vt noceamur.

Quia ex iuris naturalis preceptis ne alijs nocumento ſimus prouidere debemus, nu.13.

13 *Precepta naturalia, quæ ſint.*

14 *Quod alteri nocet, & mihi non prodeſt facere prohibeor.*

Etiam in re mea, nu. 15.

Multo magis in re alterius, & num.19.

16 *Hominem homini inſidiari fas non eſt.*

Quia natura cognationem inter ſe homines habent.

17 *Quod tibi non vis fieri, alteri ne feceris præceptum, eſt naturale, & Euangelicum.*

Et eſt primus gradus de tribus iuris naturalis num.18.

Quin imò tunc magis Deum imitantur homines, cum alijs benefaciunt.

20 *Actionem quamuis non habeo, vt mihi proſis, habeo tamen illam, ne mihi noceas.*

21 *Hominem affici beneficio intereſt homini.*

22 *Prohiberi quis poteſt ne faciat, quod ius non habet faciendi, neque ſeruitutem aliquam.*

23 *Nouum opus denuncians fraudulenter coerceri debet, & Sicophanta vocatur.*

24 *Ius idem ſibi dici, quod ipſe alijs dixit, aſpernari nemo debet.*

25 *Iudicis authoritate comprimi debet, qui nil aliud, niſi vt noceat, molitur.*

26 *Aedificare Eccleſias, vel monaſteria vtilitas publica eſt.*

27 *Ius publicum in Sacris, & Sacerdotibus, & Magiſtratibus eſt, quod elucidatur.*

28 *Sacerdotes, vt ſint intereſt reipublicæ, vt ipſi peccatorum veniam petant.*

29 *Sacerdos eſt publicus officialis Eccleſiæ vniuerſalis ad interpellandum pro hominibus ad Deum conſtitutus.*

30 *Bonum commune priuatæ præfertur vtilitati.*

31 *Rem propriam vendere cogi quis poteſt propter publicam vtilitatem, ſi Eccleſiæ, vel monaſterio vſui illa ſit. limita, num.39. & num.41.*

32 *Feneſtras in ſuo aperire probiberi quis poteſt, vel apertas obſerare compelli, ſi per illas in monialium monaſteria, vel honeſtarum mulierum domos proſpectus pateat.*

Publicam hoc nempe vtilitatem reſpicit, num.33.

34 *Malitijs hominum indulgendum non eſt.*

35 *Aedificijs Ciuitates cohoneſtantur pulchrioreſquè, ac ſpecioſiores efficiuntur.*

Pro illis magis in dubio reſpondendum.

36 *Prior, qui in loco eſt ad habitandum, potentius ius obtinet ad ædificandum aduerſus nouum accolam.*

Præſertim ſi ædes publicæ ſint.

Vel Eccleſia, ſacræquè ædes, num.38.

Vt præualere debeat prior accola, etiam cõtra Eccleſiam, num.39.

Quod id præuidere, atquè prænoſſe debuerit nouus accola, num.40.

Vel ſi magnum, & irreparabile ſit præiudicium, quod alteri infertur, num.41.

42 *Aedificare in ſuo prohibere nemo poteſt, etiã ſi per mille annos ſteterit, neque ædificauerit.*

Quia iure ſuo vtitur ædificans.

Nequè facultas hæc præſcribi poteſt num.43.

44 *Diuini cultus dilatationi oppugnare ſe nemo debet.*

45 *Deum, qui colit bona fide, Sacerdotes amat, non inſectatur.*

ARGVMENTVM.

In ſuo ædificare cuilibet licitum fit, vel vſquè ad cœlum, vel ad centrum vſquè ſedere. & quid ſi ad æmulationem ædificem? Quidue, ſi ne ædificet, feneſtraſquè aperiat vicino ex inuidia prohibuero? Et quid in Eccleſia, vel monaſterio? Num cogi quis rem propriam poſſit vendere, vſui ſi Eccleſię fuerit, vt dilatari valeat?

RESPONSIO XXI.

CVm nihil omnino gentium ſit, quod obſiſtere Patribus poſſit Ordinis S. Auguſtini in Monaſterio Sanctæ Mariæ dell'Oliua nuncupato extrà portam Conſtantinopolitanam Ciuitatis Neapolis, quin nouam fabricam pro amplĩãda, ac dilatanda Eccleſia, & monaſterio conſtruere valeant. Prohiberi vtiquè haud poterunt per Rationalem Vrſium, alioſquè prætenſos complatearios, quin inceptum proſequantur opus; Monaſteriumquè atquè Eccleſiam dilatent, expandantquè, feneſtraſquè in murò aperiant Monaſterij.

1 Porrò quidem in ſuo ædificare cuilibet,

vt voluerit libet;Quia ędificiorum conſtructio iure gẽtium eſt introducta: intereſtquè non minimi Reipublicæ ædificijs conſtrui Ciuitatem,l.ex hoc iure 5.ibi ædificia collata vbi gloſ. & Bart.num.7.& Iaſon. num.6.ff.de iuſtit.& iur.l.cùm eo.8.l.Imperatores 13.l.cuius 23 ff.de ſeruitutib. vrban.prædior. l.per prouincias 10.C.de ædific.priuat.Roman.conſ.52. in quæſtione magnificorum ſub nu.3 Ioan.de Amic. conſ.104.num.2. Afflict.deciſ.388.num.1. Duegnas reg. 32. in princip. Menochius de arbitrar. caſu 156.num.1.Viuius deciſ.306.num.1. lib.2. & deciſ.463.nu.1 lib.3.Sebaſtian.Medices deciſ. Marchiæ 46.num.1. & 2. Gaillus practicar.obſeruat.lib.2.obſer.69.num.8.Maceraten. variarum reſolut.lib.2. reſolut.20. num.1. & 8. Rota part.1.diuerſor.deciſ 475.num.12.Anton.Monachus deciſ. Florent. 42. num.1. Iacobus Cancer. variar.reſolut.part.3. cap.13. num.3. Viſcont.in concluſionibus iur.verbo ædificare vnicuique fol. 64. Rota in Tiburtina Calcarearum 14. Martij 1614.coram Buratto deciſ. 38. num.1. part.prima.

2 Permiſſum igitur cuiquè regulariter eſt (niſi legitimum aliquod ſibi obſtet) ad cœlum vſq; ædificium tollere,vel ad centrum, vſquè dimittere . Cum eius ſit cœlum (aer ſcilicet) cuius eſt centrum,l.altius 8.vbi gloſ. verbo prohibemus,& l.ſi in ædibus 9.C.de ſeruitutibus,& aqua.Berous conſ.135.num.1. & ſeq. Petrus Gregor. Tholoſates doctiſſimus ille vir Syntagmat.iur.vniuerſi.part.1.lib.4 cap.10. num.6.Cephalus conſ.130.nu.2 lib.1. Surd.conſ. 27.num.1.lib.1.Couarr.variar.reſolut.lib.3.cap. 14.num.8. verſ.nam , & ſi licitum ſit. Franciſc. Marcus deciſ.408.num.1.part.1.Gaillus d.obſer. 69 num.1.Maſcard.de probat.concluſ.621.num. 3.lib.1.Viuius d.deciſ.396.num.1.& 4 Melchior Phæbus dec.Luſit.73.n.4.Anton.Monachus dec. Lucenſ.14.num.45.46.& 47.Rota part.4.diuerſor.collecta per Farinac.deciſ.853.num.17.Rota apud Burattum d.deciſ.38.num.1.

3 Vbicumquè proinde ſpatia ſeruentur ſtatuta,vel leg.fin.ff finium regundor. vel municipali locorum,& Ciuitatum,earumquè conſuetudinibus,nihilquè contra illas moliatur;licitum , permiſſumquè erit cuilibet pro ſuæ libito voluntatis in re propria ædificare:quamuis ex hoc vicino damnũ enaſci poſſit , modò non propter hoc vnum ædificium extruatur,proximo, vt damnum inferat l.1.vbi Gloſſ.verbo vſitatum,l.an in totum 3.vbi gloſ.verbo ſeruata, C.de ædific.priua. d.l.Imperatores 13. ff. de ſeruitut. vrban. præd. Gregor.Tholoſat.d.cap.10.num.6.Cephal.d.conſ. 130.num.2.& 12.Franciſc.Marc.d.deciſ.498.nu. 3.& 5.Gaillus d.obſeruat.69.nu.10.& 16. Maſcard.d.concluſ.621.num.4.& 21.Theſaur.deciſ. 115.num 1.& ſeq.Guido Papa deciſ. 298. num. 1.in fin.Gratian.forenſ.part.5.cap.957.num.44. 45.Ioannes Koppẽ (de molendino loquens.) deciſ.20.num.12.Muta deciſ.8.num.1.2. & ſeq. Rota dict. deciſ.853. num.17. part.4. diuerſor. & d.deciſ.38.num.1.apud Burattum.

5 Quinimo ad emulationem , (& ſi id fiat primaria intentione) modo vtilitas,& commodum inde promaneat ædificanti,ex cõſequenti verò damnum vicino enaſcatur, licet nihilominus mihi in re ædificare propria,Gloſſ.in d.l.opus 3.verbo nouum , ff.de operib.public.Cepola de ſeruitut. vrbanor. prædior. cap.62. (de feneſtra verba faciens) num.2. in fin.Armilla verbo ædificare,num.1. Anton.Monacus d.deciſ.Florent.42.num.3.Muta d.deciſ.8, num.3.Polidor.Ripa obſeruat.85.num.2. Viuius d.dec.306.n.4.Viſcont.d.verbo ædificare.Phæbus d deciſ.73.n.9.& 12.Card. Tuſcus tom.1.concl.
6 36.nu.16.Quia nimirum non ex affectu,ſed ex effectu iudicandum in hoc erit, vt vult. Bald.in cap.cùm Eccleſia num.8. verſ.ſed quid ſi fiat de electión.ſequitur Iaſon.in l. quominus,n. 34.de fluminibus Polidor. vbi ſupra Muta , & Phebus.num 12.d.deciſ.73.

7 Viget autem hic in hac Ciuitate ſcripta conſuetudo,vt liceat cuiquè in ſuo ædificare , atquè feneſtras aperire , modo per palmos duodecim,vicini è regione diſtantiam ſeruet.conſuetud.vbi aliquis tit.21.de aperturis faciendis.ſequentibus enim loquitur conſuetudo : Niſi è reggione vicini per palmos duodecim à remotis ædificijs: tunc enim poteſt aperturas facere in ipſo pariete iuxta ſuæ arbitrium voluntatis.Sic conſudo.

Diſtant verò Patres,ne per duodecim tãtùm,verum per triginta , quin ſeptuaginta palmos à domibus Rationalis Vrſii.

8 Ventum haud proinde erit illis,quin ceptum proſequantur opus , feneſtraſquè aperiant in parietibus: & ſi fortaſſe damnum ex hoc aliquod vicino conſequenter enaſci poſſet,text.in d.l.altius in 2.reſponſo,à contrario ſenſu exauditus,vbi etiam Bald C.de ſeruitut.& aqua facit text.in l fin.§.Lucius Titius, ff.de ſeruitutibus vrban.prædior.Cepola d.cap.62 num.2.Berous conſ.134.num.15. & conſ.135.n. 1.& ſeq.lib.3.Petrus Gregor.d.lib.4.cap.11.nu. 1.& 2.Franciſc. Marcus deciſ.24. p.1. Maſcard. d.concluſ.621.num.15.& 16.Viuius d.deciſ.306. num.2.3.& 4.Medices d. deciſ.49.d. num.1.& ſeq.Phæbus d.deciſ.73. num.3. Muta d. deciſ.8. num.3.Gomeſius Leo Senatus Hiſpalen. deciſ.7. nu.1.tom.2.diuerſor.Galliæ.

9 Præterea ſi prohibeor (nec ſanè inquè) in proprio ædificare ſolo; ad emulationem vbi id (ſimpliciter) vicinorum fecerim:ex text.in l.opus 3.ff. de operibus publicis, Cephal. d.conſ.130.num.12.Cepola d.cap.62.Duegna d. regula 32.in 1.limit.Petrus Gregor. d.lib.4.cap. 10.num.6. Gaillus d.obſeruat.69. num.17. Menoh.d.caſu 156.num.4.& ſeq.Viuius d.deciſ.493 num.2.Maſcard.d.concluſ.621.num.16.idem Viuius d.deciſ.306.num 9.Ioann. Koppen.d.deciſ. 73.num.7.& 8 Viſcont.d.verbo ædificare.

10 Atquè etiam,ſi ad emulationem id minimè faciam;ſed cum maximo,ac notabili vicini damno , cùm æquè benè alio in loco ædifi-

ædificium, quod molior, extruere valeam
ſecundum *Ripam in l.quominus num.29. ff.de*
fluminib.& determinaſſe etiam Rotam Flo-
rentinam refert, *Anton. Monachus d. deciſ.42.*
11 *num.3.* Vt hoc pacto ipſo iure ſeruitus in
dicta videatur *ad text.in l.fin. §.fin. ff.de ſerui-*
tutib. *Muta d.deciſ.8. num.6.*
12 Planè, quia intenti eſſe debemus, vt proti-
mus, non, vt noceamus ſecundum *Gloſ. fin.*
in fin.in l.ſeruus 7.ff.de ſeruis exportand.
13 Et ex ipſis iuris præceptis, etiā naturalis, ne
dū honeſtatem viuendo ſeruare, atq; ne alijs
noceamus cauere, & cuiquè, quod ſuum eſt
reddamus, admonemur, *l.iuſtitia 10.vbi gloſ.*
verbo lædere, ff. de iuſtit.& iur §. Iuris præcepta
cum gloſſ.inſtitutionib.eodem Gregor. 9. in præ-
mio decretaliū, §.ideoque lex & cau.1.diſtinct.1.
14 Prohibebor multò vtiquè magis, ne id in
re tentem alterius, quod alteri (rei ipſius do-
mino præſertim) nocere aptum eſt, mihi ve-
rò non prodeſt: argumento *tex in auth. multo*
magis, C.de Sacroſanctis Eccleſiis clem.1.de reli-
quis, & veneratione Sanctor.
15 Si enim ex ipſo naturæ principio, ac di-
ctamine in re ipſa mea prohibeor id facere,
quod alteri nocumento eſt, mihi autem nō
prodeſt, argumento, *text.in l.1.§. idem aiunt,*
ff.de aqua pluuia arcenda gloſſ. in l. 2. in prin-
cip. ff. ſoluto matrimon. gloſſ in verbo fas can.
omnes leges 1.diſtinct. Armilla verbo ædificare,
nu.7.Cepola de ſeruit.ruſticor.prædior.cap.1.nu.
22.verſ.quæro penult.Surd. conſ.18. nu.6. lib.1.
Antonius Gomes in l.46.Tauri num.8. verſ.adde
tamen Perez de Lara de Cappellan. part.1. cap.
25.num.19.
16 Quòd hominem homini inſidiari nefas
ſit, cùm inter nos cognationem quandam
natura conſtituerit, vt Florentinus loquitur
17 in *l.vt vim 3.ff de iuſtit.& iur.* Quam ob cau-
ſam, & naturali, & Euangelico præcepto
prohibemur alteri facere, quod fieri nobis
nolumus, *can.humanum genus 1. diſtinct.1.*
Chriſtuſquè Dominus noſter nos docuit,
» *Matth.7.12.*dicens, *Omnia quæcumque vultis,*
» *vt faciant vobis homines, & vos eadem facite il-*
» *lis.Hoc eſt enim lex, & Prophetæ.can.plauit 12.*
» *in fin.10. quæſt.1. cap. dilecti filij 13.de maiorit.*
» *& obedient.*
18 Et eſt primus gradus de tribus iuris natu-
ralis, vt *Cardin. Bellarmin.* (dicit) *tom.2. con-*
trouerſ.de Clericis lib.1.cap.29.in princip. Quin
» Strabonis eſt ſententia: *Tunc præcipue Deos*
» *imitari homines, quando alijs benefaciunt.* vt ſe-
quitur *Oeduardus Veſtonus in Theatro vitæ*
Ciuilis lib.3.cap.23.num.1,
19 Prohibebor vtiquè, multoquè magis id
facere, atquè in re tentare alterius, quod no
cet quidem alteri, mihi autem non prodeſt.
20 Porro quidē, quòd & ſi actione nō fulciar,
ne mihi proſis, competenti tamen protegor
actione, ne mihi noceas, neue damnum in-
feras, argumēto *tex.* ſatis ad rem accinentis
in l.3.§.idē Varus, ff.de aqua pluuia arcend. quo
loco Paulus Iureconſultus ſequentibus lo-
quitur. *Nam hac actione neminem cogi poſſe* (in
quiens) *vt vicino proſit: ſed ne noceat.*
21 Intereſt quippe hominis beneficio affici
hominem, vt Papianus inquit, in *d. l. ſeruus*
7.in fin.ff.de ſeruis exportand.vbi glo. verbo affi-
ci. Maſcard.d.concluſ.621.num.6.
22 Coercendus propterea erit Rationalis
Vrſius, patribus nocumento ne ſit, prohibi-
tionem aduerſus illos intentando proprio
ne ædificent in ſolo; nullam, cùm ipſe iuſtā
prohibendi cauſam habeat: nullamquè ex
aduerſo ſeruitutem oſtendat, qua prohibe-
re id valeat, ne ędes, vel altius tollant, vel fe-
neſtras aperiant neceſſarias: *ad tex.in d.l.cùm*
eo 8.ff.de ſeruitut.vrbanor.prædior, & *text.* ſatis
apertum *in l.quoniam 12.§.& illud quidem con*
23 *ſtituimus C. de ædific. priuat. Et illud quidem*
» *conſtituimus,* (Imperator Cæſar Zeno inquit)
» *ne Sycophantorum Cauillationes viris bonis*
» *fraudi ſint. Multi enim ædificare volentibus in-*
» *uidiæ moleſtiam, non litem ob delictum aliquod*
» *ſtatuentes, morarum ipſis cauſa ſunt, vt qui ædifi-*
» *care cœperit poſt prohibitus, & opus imperfectū*
» *relinquere coactus, & in ius tactus, pecuniam,*
» *qua domum extruere ſperauit. impendat in litē,*
» *& quod moleſtiſſimum eſt, poſt quam vicerit, ad-*
» *huc quaſi in extricabilibus quibuſdam vinculis*
» *implicetur, eo, qui opus prohibuit, prætextu appel*
» *lationis, legitimum diem expectante: & interim*
» *voluptatem ea re capiente, quia ædificio, cum vici*
» *ni incōmodo impedimēto ſit. Statuimus ergo, &c.*
ſic Imperator. ſequunturq; *Petrus Gregor.d.*
lib.4.cap.10.num.6. Menoch.d.caſu 156.num.9.
Viuius d.deciſ.306.Anton.Faber. in C. lib.3.tit.
24.de ſeruitutib.& aqua definit.5.num.3.fol.mi-
hi 235.
Compeſci igitur debet, vt ipſe à Patribus
24 fieri optauit. Quis enim aſpernabitur idem
ius ſibi dici, quod ipſe alijs dixit, vel dicit ef-
ficit? Vlpiani verba ſunt in *l.1. ff. quod quiſ-*
que iuris.
25 Iudicis ergo authoritate reprimi debebit,
qui nil aliud (etiam in re propria) molitur,
quàm quòd officiat alteri, vt Celſus inquit
in *l.fundo 39.§.conſtitutus, ff.de rei vendicat.* ſe-
quiturq; *Gaillus d. obſeruat.79.num.28.& 29.*
Maſcard.d.concluſ.621.n.6.Gratian.forenſ.part.
4.cap.745.num.33.
26 Accedit deinceps, quòd ædificare Eccle-
ſias, vel conuentus regularium, in quibus
homines Chriſtiani in regulari obſeruantia
Altiſſimo bonorum omnium Datori, &
Authori Deo famulentur, eiquè diù, no-
ctuquè debitas gratiarum referant actiones,
27 publica eſt vtilitas: ius enim publicum in
ſacris, in Sacerdotibus, in Magiſtratibus cō-
ſiſtit, Vlpianus (inquit) *in l.1. §.huius ſtudij,*
ff.de iuſtit. & iure. In (ſacris hoc eſt) *in Eccle-*
ſiis, (*gloſſ.ibid.* explicat *verbo ſacris*) *in quibus*
veniam petimus peccatorum.
28 In Sacerdotibus; quia intereſt, (*Gloſſ.ibid.*
inquit), quòd ſint Sacerdotes, vt ipſi pecca-
torum

29 totum veniam petant. Eſt nempè Sacerdos
publicus officialis Eccleſiæ vniuerſalis ad
ad interpellãdum pro hominibus ad Deum
conſtitutus, vt *Abb.* (inquit) *in cap. dudum*
20.num.3 de conuerſ.coniugat.& ibid. Innocent.
idem Abb conſ.63.col fin.num.9 part.2.Grama.
conſ.ciuil 29.num.10.
30 Commune verò bonum priuatæ præfer-
tur vtilitati *cap.bonæ 3.vbi gloß.de poſtulat.præ*
lator.cap.licet 18.de regularib. l.vtilitas 3.C de
primo pilo lib.12.S.Thom.2.2.quæſt.26.art.3.&
4.ad ſecundum Nauar.conſ.6.num.1.de conſtitu.
lib.1.Ioann.de Amic. d. conſ.104. num.9.& 10.
Boer.deciſ.134. num.2. in fin. Euerard in loco à
perſona ad locum nu.2. Viuius deciſ 493.num.3.
Surdus deciſ.255.num.11.
31 Propter hanc igitur cauſam publicæ di-
latanuę vtilitatis, iurè, nec planè iniquè, rem
vendere propriam, fundum, domum, areã,
vel quid aliud cogi quis poterit, vſui ſi illã
Eccleſiæ ſit, vel Monaſterio, vel pro illis am
pliãdis, vel cõſtruẽdis, ad *text.in l.inuitum.11.*
C.de contrahenda emption. l.nec emere 16.C. de
iure deliberan.l.2.in princ.ff de his, qui ſunt ſui,
vel alieni iuris. Cepola de ſeruitutib. vrbanorum
prædiorum cap.82 num.5. Couarr.lib.3. variar.
reſolut.cap.14.num 7.& 8.Gramat.deciſ.75.Ca
rocius deciſ.26 Aluar.Valaſcus conſult.22. lib.1.
Vincent.de Franch. deciſ.123. Gaſpar. Antonius
theſaur.forenſ.lib.1.quæſt.64. Franciſc.Maurcus
deciſ.534.& deciſ.635.num.5.& 6. part.1.My-
ſinger.centur.5.obſeruat.27. Merochius de arbi-
trar.caſu 462.nu.13.Surd. deciſ.275. Nicholaus
Gizarellus deciſ.39. Rota in recentiorib. part.1.
tom.1.deciſ 372.num.1.& tom.2. deciſ.676. nu.
1.& ſeq.& part.2.tom.1.deciſ.213.Gratian. Fo-
renſ.part.5.cap.896.num.21. Marius Giurba
deciſ.86.nu 3.& ſeq. Rouit.pragmat.3. de monia-
lib.num.6.Cabed deciſ.105. part.1.
32 Vt prohiberi quis pari iure valeat, ne in
ſuo feneſtras aperiat, apertaſque compelli
obſerare, ſi per illas in monaſteria, vel etiã
honeſtarum mulierum, vnde de earum ti-
meri honeſtate poſſit, proſpectus vllo mo-
do pateat: ſi potiſſimum nulla alia Domus
domino promaneat vtilitas, quam in aliarũ
proſpiciat mulierum domos, ad earum for-
taſſe tentandam, labefactandamquè pudici-
tiam, argumento *text.in d.l.opus,3. ff de operi-*
33 *bus public.* Publicatu nempè hoc reſpicit
vtilitatem; vt illud aliud priuatam; Neque
34 maliciis hominum indulgendum ſit, *d.l.*
infundo.39.ff.de rei vendicat. Abb. in in cap niſi
3.de authorit & vſupallij, num.8.vbi etiam Apo
ſtilla in fin.Salicet.d.l.altiùs, num.2.de Franchis
d.deciſ.223.num.2.Rouit.d.Pragm.3.num.1.An
ton.Gomez ad d.l.46.Tauri num.8.verſ.adde ta-
men.Cabed.deciſ.152.num.1.& 2.part.1.Cepola
d.cap.62.num.2.in 2.& 3.fallent.Cephal.d.conſ.
130. num.11. Gaillus de obſeruat. 69. num.26.
Ioann.de Amicis d.conſ.104.num.9.Petrus Gre
gor.d.lib.4.cap.11.num.2.Viſcontus d.verbo ædi-
ficare, vbi ſupra.

Compeſci ergo multò magis debebit Ra
tionalis Vrſius, patribus, quin in Dei gloriã
ſuum proſequantur opus, Conuentumquè
dilatent, quod in publicam cedit vtilitatem
contra ius faſquè moleſtiam inferat, atquè
35 impedimento ne ſit. Quod præſertim pro
ædificiis pronunciandum ſit potius, ne de-
ſtruantur, ſed firma ſint; quòd illis Ciuitas
cohoneſtetur, pulchioreque ac ſpecioſior
reddatur, quod ſupra modum curauere Im-
peratores, *l.2.in fin.ibi:* ſed nec dominis, ita
transferre licet, vt integris ædificiis depoſitis
publicus deformetur aſpectus, *C. de ædific.*
priuat.vbi gloſſ.fin.& toto eod.tit.Viuius d.deciſ.
306.num.6.

Cæterum his omnibus addendum cen-
36 ſeo, nequè incongrue perpendendam: A
quadraginta annis citra Patres dictum lo-
cum Sanctæ Mariæ de Oliua fundaſſe, Ra-
tionalem vero Vrſium à tribus circiter. De
bebat itaquè ipſe, nequè imprudenti conſi-
lio) ſcire, vel intelligere, futurum quando-
què, vt Patres dilatationem molirentur, &
Monaſterii, & Eccleſiæ, nequè Erinacij mo-
re, ipſe nouus incola, ſpinas dilatare, vete-
reſquè eijcere accolas. Audiat (quæſo) quid
Imperatores Archadius, Honorius, & *Theo*
doſius Aemiliano Præfecto Vrbi. in *l. ſi cui*
37 *9. C. de ædificijs priuatis.* ſcripſere: *Si cui loci*
„ *proprietas ædificandi iuxta publicas ædes animũ*
„ *dederit; is quindecim pedum ſpatio iter publica,*
„ *& priuata ædificia, ita ſibi nouerit fabrican-*
„ *dum, vt tali internallo, & publicæ ædes à pericu-*
lo vendicentur, & priuatus ædificatur veluti per-
peram loco deſtructionis quãdoquè futuræ non ti-
38 *meat detrimentum.* His Imperatores. Idem in
Eccleſia, ſacriſquè ædibus *Salicetus in ſumma*
rio ibidem exaudit.
39 Quam ſanè rationem ita firmam æſtima
uere Sacræ Romanæ Rotæ Doctiſſimi Au-
ditores, & Patres, vt etiam cõtra Eccleſiam
decreuerint: Non vtiquè ius fuiſſe illi noui-
ter ædificandæ, cogere Dominos de Comi-
tibus antiquiſſimos, & peruetuſtos Palatij
illius Dominos ad illud vendendum, quam
uis pro Monaſterij monialium Sanctæ Ca-
therinæ Senenſis ampliatione neceſſarium:
40 Quòd id quidem præuidere, atquè prænoſ-
ſa debuiſſent, vt ſibi vitio vertere oportue-
rit, non quod Iudices non rectè iudicauere.
In vna Romana Palatij de Comitibus 16. Ianua-
rii 1612.coram Damaſceno deciſ.372. nu.8.par.
1.tom.1.in recentiorib.
41 Vel ſi magnum, & inreparabile ſit præin-
dicium, quod ex venditione domus, domi-
no enaſcatur, vt eadem perpendit Rota in
in alia Ianuen Domorum 15.coram Manzanedo
eodem part.1.tom.2.in recentioribus deciſ. 676.
num.8.Rouit.d.pragm 3.de monialib.n.5.
Nequè obſtaculo eſſe patribus poteſt,
quod per tot annos ſiluere, nequè amplia-
tioni inirium fecere, vt nequè nunc de am-
pliando cogitare debuerint.

42 In-

Google

42 Inſulſa ſanè obiectio, etiam ſi per mille annos,ita ſtetiſſent,neque de ampliando loquuti fuiſſent; neque ſic tamen facultati,ſe dilatandi, ceſſiſſent. Quid ſi opportunũ illis non antea fuit, vel quia fortaſſe noluerunt,vel quia in promptu pecunias non habuere; vnde nec potuere? Nunquid ne à iure cecidere ſuo? Non vtiquè. Quin iure ſuo vtuntur Patres nunc dilatationem molientes, ſecundum Gloſſ. in l. qui luminibus, 10. *verbo formam in fine, ff. de ſeruitut. vrban prædior. Afflict. deciſ.388. num. 2. & ſeq. Petrus Gregor. d. lib. 4. cap. 11. num. 2. Gaillus d. obſerua. 69. num. 9. Maſcard. d. concluſ 621. num. 4. in fin. Tuſcus d. concluſ. 36. num. 5. Anton. Gomes ad d. leg. 46. Tauri num 8. verſ. ex quo eadem ratione. Gomez. Leonius d. deciſ. 7. nu 3. Gabriel Pereiira deciſ. Luſitan 24 num. 9. Rota d deciſ. 38. apud Bu rattum num. 5. ex Angel. in d. l. qui luminibus, ff. de ſeruitut. vrbanor. prædiorum num. 3. verſ. ex*
43 *quo conclude*. quòd facultas ædificandi in ſuo nunquam præſcribitur, niſi alius ſit in poſſeſſione ſeruitutis negatiuæ ædificandi.

Libera ergo remanere Patribus facultas debet inceptum proſequi opus, reiecto Ad-
44 uerſario, tanquam qui Diuini cultus dilatationi ſe oppugnet, contra *text. in cap ad audientiam. 3. de Eccleſ. ædificand.* ſequuta fuit Rota *apud Cardin. Seraphin. deciſ. 847. num. 3.*
45 *Et Dionyſ. lib. 2. antiquit.* inquit *Qui bona fide Papinius* (loquitur) *Deos colit, amat & Sacerdotes*. Non igitur oppugnare aduerſus illos debebit, neque eos inſectari.

Vt ex his cenſura, cenſoriſquè virga non reiecta, reſpondendum cenſui.

CAROLVS MARANTA V. I. D. Aduocatus.

Litem, an proſequuti fuerint Patres, an vero ſiluerint, perſpicuum id mihi non eſt: quod alio euocatus extra Ciuitatem, quid factum fuerit minime noueram. Tu vero pa ratis vtere, & facile inuentis addes.

SVMMARIVM.

1 *Mors hominis ineuitabilis eſt, atquè omnibus communis, nullique parcit.*
Statutumque eſt homini ſemel mori, n. 2.
Quia omnes in Adam mortuntur.
3 *Voluntates decedentium, vt firmæ ſint ſtatuere leges.*
Nequè aliquid aliud ſe hominibus debere noſcunt, & num. 28.
4 *Defunctorum bonis inhiantes vulturi ſimiles habentur.*
5 *Adagium vulturis vmbra illuſtratur.*
6 *Voluntas teſtatoris lex eſt.*
Quam, qui violat, peccat; illicitumque agit, num. 8.
Et ibi ſequend i, num. 28.
7 *Legem violans peccat.*
9 *Subſtitutio pupillaris, filio ad pubertatem deueniente, moritur.*
10 *Subſtitutio reciproca deficit filio decedente, cum filijs, & num. 56.*
11 *Filijs ex ipſa natura eſt, vt parentes proſpicere teneantur.*
12 *Lex cum Auus 101 ff. de condit. ſubſtitut. innouata fuit per leg. cùm acutiſſimi 30. C. de fideicommiſſis.*
13 *Subſtitutio deficit per exiſtentiam filiorum, ſiue maſculi, ſiue fœminæ fuerint, num. 20. & 21.*
Ratio redditur, num. 14. & vbi teſtator ſtrictim ſolùm mortis tempus contemplatus fuit. Neque maſculorum meminit, neque agnationis, num. 24.
14 *Naturæ accuſatores dicuntur qui fœminas à ſucceſſione remouent.*
15 *Teſtator quilibet videtur ſe conformem reddere diſpoſitioni iuris communis.*
16 *Filiorum nomen, & maſculos, & fœminas comprehendit, & num. 56.*
Inſauorabilibus præſertim, num. 18. vel ſi filiorum memoria negatiuè facta fuerit, num. 19.
In vltimis voluntatibus potiſſimum.
17 *Tutor filijs datus, & fœminis quoquè datus cenſetur.*
20 *Oldradi conſil. 21. fuit canonizatum apud Romanam Rotam, declaratur, nu. 26.*
22 *Conditionem ſi ſine filijs deceſſerit, ceſſare faciunt etiam naturales, multo mag. s fœminæ legitimæ, & naturales.*
23 *Dictio (in tali caſu) diſpoſitionem reſtringit.*
25 *Genus laxum quid eſt, & omnes ſub ſe comprehendit ſpecies.*
27 *Conditio exiſtentiæ liberorum tempore mortis grauati, ſi indefinitè ponatur, vt reſpiciat omne tempus, non deficit per exiſtentiam eorum in primo caſu, ſed perdurat vltra.*
29 *Voluntas Regina, & domina diſpoſitionum eſt.*
Præſertim, quæ clara, & aperta eſt ex verbis, num. 30.
31 *Voluntatem apertam defuncti in ambiguũ trahere, nefas.*
32 *Voluntatis nullum maius teſtimonium, quàm verba.*
33 *Verba voluntatem indicant hominum.*
34 *Fideicommiſſa ex hominum arbitrio inducenda*

cenda haud ſunt,& num.42.
Quia odioſa illa ſunt,num.35.
Et contra naturalem libertatem,qua cuilibet liberum eſt de rebus ſuis diſponere.
Vnde contra fideicommiſſum iudicandum potius,num.36.
Adagium: neque ſomnio quidem.
37 *Libertatem diſponendi de rebus ſui coarcta re,iniquum æſtimatur.*
38 *Fideicommiſſum aſſerens, ipſe probare tenetur.*
Idque patentibus rationibus,num.39.
Alioquin deficit.num.40.
40 *Fundamentum intentionis ſuæ, qui non roborat,ab illa cadit.*
41 *Ex facto ius oritur.*
43 *Coniecturis locus non eſt, voluntate teſtatoris expreſſa exiſtente.*
44 *Coniecturæ,quid efficiant, & ad quid proficiant?*
45 *Coniecturis in incertis locus eſt, non certis.*
Et cum de voluntate ambigitur;n.46.
47 *Coniecturæ proficiunt,vbi perpetuum,& abſolutum eſt fideicommiſſum.*
48 *Adagium. Herbam in manibus dare. Illuſtratur.*
49 *Teſtator non debet præſumi plus dilexiſſe neptes,quam proprias filias.*
Verum declaratur,num.50.& 52.& 53.
51 *Illatio haud fit à perſona filiæ dotæ ad perſonam neptis, neque dotatæ, neque cognitæ.*
52 *Neptis non intelligitur vocata diſpoſitiuè, ſed in conditione poſita etiam ſtatuti.*
54 *Bona per additionem proprium efficiuntur patrimonium adeuntis.*
55 *Filij in conditione poſiti an cenſeantur grauati?*
Rota Romana negatiuam ſequitur, vti magis communem,& n.56.
57 *Filij vocati ſub conditione videntur expreſſe ſubſtituti.*
59 *Conſtitutio Regni in aliquibus expenditur.*
60 *Fœmina nata ex filio grauato ceſſare facit ſubſtitutum,ſi illa à patre grauato hæres inſtituatur,etiam in materia ſtatuti excludentis fœminas.*
61 *Subſtitutus ceſſat ob facultatem diſponendi in vita,ſi ille diſpoſuit, etiam bona proijciendo.*
62 *Rei ſuæ quilibet moderator eſt, & arbitrer.*
63 *Filij à iure hæredes ſunt patris.*
64 *Hæredum, & ſucceſſorum nomine veniunt etiam & fœminæ.*
65 *Generalitas verborum includit ea,quæ alias minimè.*
66 *Filij ſatis grauarentur ſi propter ſubſtitutos eorum filiæ excluderentur.*
67 *Parentum vota ſunt proprios filios hæredes relinquere.*
68 *Parentes debent filijs theſaurizare, non è contrà.*

ARGVMENTVM.

De ſubſtitutione,& Pupillari,& reciproca; & num facta ſubſtitutione ſi ſine filijs deceſſerit; fœmina ceſſare faciat ſubſtitutum? & an in conditione poſiti vocati cenſeantur? quidue valeant coniecturæ? Non inutilis reſponſio.

RESPONSIO XXII.

1 INeuitabilis quoniã eſt hominibus fati ſupremi dies,vt nullus illũ effugere valeat, ſiue præpotens, ſiue diuitijs affluens;luuens,ſiue ſenex fuerit. Maximis enim pariter,ac minimis ex æquo communis Mors eſt. Nam,vt Horatius canit.

„ *Pallida mors æquo pulſat pede pauperum tabernas. Regumque Turres.*
„ *Non ſi terrentis,quot quot erunt dies,*
„ *Amice places illachrimabilem*
„ *Plutona tauris.*

Et Homericum illud

„ *Nec vis Herculea fatum euitauit acerbum.*

Quippe,vt Aeſchilus apud Ariſtophanẽ dixit.

„ *Vna è deis Mors,nulla captat munera.*

2 Statutum eſt enim hominibus ſemel mori,vt Paulus Apoſtolus conteſtatur, *ad Hebræos 9.27.* Quia in Adam omnes moriuntur,vt idem *1.ad Corinth.15.22.*dicit.

3 Statuere proinde, nec ab re leges, firmæ, vt ſemper poſt funera decedentium ſint voluntates,quas illi ſuis tabulis exequẽdas,ſcriptis hæredibus demandauere. *Quia*
„ *nihil eſt,quod magis hominibus debeatur, quàm*
„ *vt ſupremæ voluntatis, poſtquam iam aliud vel-*
„ *le non poſſunt,liber ſit ſtylus,& licitum,quod ite-*
„ *rum non redit,arbitrium.* Verba ſunt Conſtantini Imperatoris *in l.1. C. de Sacroſanctis Eccleſ.gloſſ.in verbo voluntatem cap.tua nobis 17. de teſtament.extrà.* Firma igitur,ac ſtabilis eſſe

debe-

debebit voluntas, quam ſuis tabulis ſupremis, ſcriptis demandauit hæredibus quondam Lucas Salonus.

Is nempè ſcriptis hæredibus filijs: Franciſco Agnello, Ioanne Antonio, Ioanne Baptiſta, Ioanne Leonardo, Aloyſio, Ianuario, & Vincentio: eis ſequentibus ſubſtitutionem annexit.

„ *Con conditione però, che quando alcuno di det-*
„ *ti miei figli, & heredi maſcoli moriſſero in pupil-*
„ *lari ætate, vel quandocunque ſenza figli legitimi,*
„ *e naturali dalli loro corpi deſcendenti: in tali ca-*
„ *ſu l'vno deba ſoccedere à l'altro. Præter, & excet-*
„ *to l'infraſcritti legati, quali voglio, che ad vn-*
„ *guem ſi debbano oſſeruare, iuxta la loro forma, e*
„ *tenore.*

Verum prænominato Franciſco Agnello primogenito legauit ſequentibus:

„ *Item io predetto teſtatore voglio, che lo pre-*
„ *detto Franceſco Aniello mio figlio primogenito,*
„ *oltre la parte, che li toccarà delle compre d'entra-*
„ *te ſocceda alla caſa di Napoli, doue habito al pre-*
„ *ſente, & à tutte le robbe di Capoua; cioè alle ſet-*
„ *tantadue moia di Terra di Vitulaccio; & alle*
„ *cinque di Santo Giouanni; alle cinque di Pigna-*
„ *taro; & alle duodici della Lappola nel Caſale di*
„ *Brezze; di maniera, che lui ſolo, e non altro figlio*
„ *mio ne ſia padrone, e ſoccessore. E morendo detto*
„ *Franceſco Aniello ſenza figli legetitimi, e natu-*
„ *rali maſcoli, dette robbe ſtabili tutte ſoccedano*
„ *al ſecondogenito. Però ſe ci reſtano figliuole femi-*
„ *ne, voglio che per dette figliuuole ſe piglino do-*
„ *cati tremila per vna per dote dal dì della morte*
„ *di detto Franceſco Aniello: e non baſtandoci l'al-*
„ *tre facoltà ſue, ò di compre, ò d'altri ſtabili, che lui*
„ *forſi haueſſe acquiſtato, per complimento delle det*
„ *te doti, ſe ne poſſa pigliare quanto è neceſſario dal*
„ *le dette robbe ſtabili di Capoua; e per tal cauſa*
„ *quelle ſi poſſano vendere: Ma reſti la libertà à*
„ *quello, che ſarà primogenito, di pigliarſi per ap-*
„ *prezzo dette robbe, ſe li piacerà. E volēdoci per*
„ *complimento di dette doti due, ò tremila docati di*
„ *più ſia obligato darceli delli ſuoi, e reſti ſoccesſo-*
„ *re, come primogenito di tutte le dette robbe di*
„ *Capua; ſe però detto ſecondogenito hauerà figli*
„ *maſcoli; ma ſe non l'hauerà ne ſocceda il terzoge-*
„ *nito, e quartogenito ſe quello hauerà maſcoli, e ſi-*
„ *milmente, con l'iſteſſa natura, e conditione, che s'è*
„ *detto del ſecondogenito. Dimaniera, che dette rob-*
„ *be vadino ſempre alli maſcoli del primogonito, ò*
„ *futuri, che haueranno figli maſcoli e ſiano ſempre*
„ *obligati alle doti delle figlie femine del primoge-*
„ *nito tantùm, e non ad altri, perche è mia volontà,*
„ *che dette robbe reſtino alli maſcoli di Caſa Salo-*
„ *ne quanto più ſi puole.*

Et in Codicillis aptius voluntatem ſuam apertam oſtendendo, ſequentibus diſpoſuit: §. 3.

„ *Item lo predetto Teſtatore codicillando voglio*
„ *che morendo vno, ò più dell'altri miei figli, & he-*
„ *redi in pupillari ætate, ò vero quandocunque, ſen*
„ *za figli legitimi di loro corpo, la portione di detta*
„ *mia heredità, nella quale è ſocceſſo, ò vero ſono ſoc*
„ *ceſſi quelli, che moriranno, peruenghino in benefi-*
„ *cio di tutti gl'altri miei figli heredi, e loro heredi*
„ *e ſoccesſori, & à ciaſcheduno d'eſſi la loro parte, e*
„ *portione.*

Vita, itaquè functo teſtatore; & non poſt multa, viam vniuerſæ carnis ingreſſo Franciſco Agnello primogenito; Ioanne verò Antonio Salone ſecundogenito Clericali militiæ nomine dato: in primogeniti locum ſubiuit Ioannes Baptiſta Salonus tertiogenitus. Hic vxore ducta filias ex matrimonio ſuſcepit, nouiſſimiſquè hiſce diebus ex humanis & ipſe abreptus eſt. Elogio verò rogato ſcripſit in illo hæredes relictas filias. At Ioannes Antonius, qui reiecta militia cœleſti, vxori ſe coniuxit, ex qua liberos habet. Nulloquè exiſtente in humanis ex alijs fratribus; in primogeniti locum, quoad domum, & bona Capuæ exiſtentia, ex vi prælegati pro primogenito rogati, ſubijt. Verum præter iſta, ſe etiam in portione Ioannis Baptiſtæ fratris, qui ſolis filiabus ex corpore legitime ſuſceptis obijt, ſuccedere præſumit, data tamē dote filiabus. Quòd æſtimet Lucam communem patrem pro maſculis fideicommiſſum ſanxiſſe.

Inanē verò, ac fruſtraneam hanc Ioannis Antonij eſſe ſententiam quòad portionem quæ præfato Ioanni Baptiſtæ, non vti primogenito, ſed vti filio, & hæredi ex patris diſpoſitione, vt alijs etiam filijs, & hæredibus, obuenit: ex ſequeſtibus, non ſanè obſcurè, quin apertè, lucenteque Sole demoſtrabimus. Non quòd inficias eamus, eſſe ſibi ius quo ad prælegatum domus, & bonorum Capuæ exiſtentium, maſculorum fauore rogatum; Quin vltrò illud ei concedimus. Contentus proinde ſit portione hac, quæ teſtatoris lege, ob prædefuncti fratris deceſ-
4 ſum, ſibi, nec iniuria, obuenit. Ne alioquin vulturi ſimilis habeatur. Teſtamentorum quippe captatores vulgata translatione, vultures appellari obſeruauit Claudius Minoes ad Emblema 158. Alciati: qui ſenibus orbis, aut alijs ſibi cōſanguineis, ceù cadaueribus inhient. Hinc illud Martialis.

„ *Cuius Vulturis hoc erit cadauer?*
„ Et Seneca in Epiſtolis. *At ſi hæreditatis cau-*
„ *ſa id facit, vultur eſt, cadauer expectat.* Et Dinarchus apud Plautum in Truculento.

„ *Vide, vt iam quaſi Vulturij triduo*
„ *Prius prænideant, quo die eſuri ſient:*
Illum inhiant omnes.

Et in adagijs apud Græcos dicebatur.
5 *Vulturis vmbra*: in eos, qui defunctorum hæreditates inhiant.

Alciati emblema hic ſubnectere non abre viſum eſt. Sequentibus. Enim ipſe:

„ *Patroclum falſis rapiunt hinc Troes in armis,*
„ *Hinc ſocij, atquè omnis turba Pelaſga vetat.*
„ *Obtinet exuuias Hectoris, Graciq; cadauer.*
„ *Hac ſabella agitur, cum vir optimus obit.*
„ *Maxima rixa oritur, tandem, ſed tranſigit hæres,*

,, *Et Coruus aliquid,Vulturiſque ſinit.*
6 Teſtatoris quippe voluntas , omnibus,
qui ad bona vocantur eius,lex eſt. Diſponat
teſtator,& ſit,lex eius voluntas:lex loquitur
§.diſponat in præfat. in auth.de nuptys. collat.4.
can.vltima voluntas,13.q.2.
7 Sicuti vero à lege in ijs,quæ illa in cõmu-
ne bonum diſpoſuit, reſilire , peccatum eſt,
S.Thom.1. 2.quæſt.96 art.4.text.in cap.1.de con-
ſtitut.cap.fin.ibi: Cuius tranſgreſſio periculũ
ſalutis inducit,*de conſuetud.nos reſponſ.7.num.*
3.part.;.
8 Ita planè à lege teſtatoris , quam ſuis ta-
bulis ſcriptis hæredibus edixit,diſcedere, ac
deuiare illicitum erit, atquè peccatum. *can.*
Syluester,cum ibi per glo.notat.11.quæſt.1. l.fin.
C.de fideicommiſſis nos d.reſponſ.7.n.5.
Legem vero ſcripſit Lucas Pater filijs,hæ-
redibus nuncupatis in ſupremis ſuis tabu-
lis in ſupra enumeratis capitibus.
Seruanda igitur illa per eos omnino erit;
ni in illicitum , vel peccatum dare iniquè
maluerint.
Lex autẽ fuit,vt vocatorũ filiorũ,& hære-
dũ vnuſquiſq; ad ſuã hæreditatis portionem
cõpleto,ætatis vigeſimo quinto anno,liberè
(nec antea) admitteretur:ſubſtitutione pari-
ter adiecta,vt ſi quiſquã filiorũ: *Moriſſero in*
,, *pupillari ætate,vel quandocumq;ſenza filigli legi*
,, *timi,e naturali da loro corpi deſcendenti : in tali*
,, *caſu l'vno debba ſoccedere à l'altro.*
Duos quippe perpẽdit hic caſus teſtator,
quibus vnus deficienti ſuccedat fratri , vnũ
planè, ſi ſcriptus filius hæres in pupillari de-
cederet:alterum verò ſi pubes effectus,quã-
docunquè abſquè filijs legitimis, & natura-
libus ex corpore,fati diem impleret . In pri-
mo ſubſtitutio pupillaris eſt:in ſecundo ve-
9 rò reciproca.Illa filio,& hærede, pubere ef-
fecto,expirat . Quia impuberibus teſtamen-
tum fieri poteſt, non puberibus. Per ſubſti-
tutionem vero pupillarem impuberibus fi-
lijs à patre teſtamentum fit,quod ceſſat,illis
ad pubertatem deuenientibus . Vlpianus *in*
l.2 ff.de vulgar.& pupillar.Sfortius Odo de com
pendioſa part. 2. quæſt.4. num.3 l. cohæredi 41.
10 *§.cum filiæ,ff.eod.de vulgar.& pupillar.* Hæc,
ſi filijs ſuperſtitibus ſcriptus hæres,cui ſubſti-
tutio adiecta fuit , ſupremam traxerit aurã,
11 deficit.Quia ex ipſa naturæ pietate compa-
ratũ eſt,vt filijs proſpiciamus,quamuis alias
in teſtamento eorum memoria facta mini-
me fuerit. Papinianus,*in l.cum auus 101. ff. de*
12 *condit. & ſubſtitut.* quam legem innouauit,
ſuaquè firmauit authoritate Iuſtinianus Im-
perator in *l. cum acutiſſimi 30. C. de fideicom-*
miſſis.Rationemquè reddit Imperator ibidẽ
,, in fine:*ne videatur* (inquiens) *teſtator alienas*
,, *ſucceſſiones proprys anteponere.* Nequè maſcu-
lorum dum taxat memoriam facit Impera-
13 tor,verum & fœminarum , vt defecta ſub-
ſtitutio reddatur,ſiue etiam fideicommiſſũ
ſub commemoratione defectus filiorum ro-
,, gatum. *Non aliter hoc ſenſiſſe videatur (dicens)*
,, *niſi ij,qui reſtitutione onerati ſunt,ſine filijs , vel*
,, *filiabus,nepotibus, vel neptibus,fuerint deſuncti.*
His Imperator. Ecce tibi æqualiter Impera-
tor,tàm maſculorum, quàm fœminarum ,
meminit,vt defeciſſe dicatur fideicommiſ-
ſum, filiorum in defectum demandatum.,,
14 Et hoc quidem iurè : Ne quaſi naturæ ac-
cuſatores videretur homines;cur non totos
maſculos generauit,vt vnde generentur nõ
fiant : vt ipſemet Iuſtinianus *in l. Maximum*
vitium 4.§. qui enim , C.de liberis præteritis lo-
quutus fuit, vnde decreuit : æqua lance , &
mares,atq; fœminas ad ſucceſſiones vocari,
ead.l.§.Sancimus itaquè.
Hinc nẽpè factum eſt , quod teſtator hic
noſter , vt conformem ſe iuris diſpoſitioni
15 redderet (quod ſemper de vnoquoquè,qui
de rebus ſuis in vltimis diſponit,præſumen-
dũ eſt,ſecundũ *tex. in l.hæredes mei 57.§. cum*
ita,ff.ad Trebellcian. vbi Bart. aliique) abſolutè
filiorum memoriam fecit; (*ſenza figli legiti-*
mi,e naturali dalli loro corpi deſcendẽti .)dicens:
vt maſculos , fœminaſquè vnà compræhen-
deret,nequè illas ſecluderet: ſicuti , nequè
16 lex illas excludit. Filiorum enim nomen,
& maſculos , & fœminas cõplectitur, quòd
ita hæ, ſicut illi naturali iure geniti ſint,ne-
què maiori labore illos , quàm has per ge-
nerationem dat æqualem natura, vt æqua-
les in ſucceſſiuè eſſe debeant, *text. in l.1.vbi*
gl.C.de naturalib liber.& l 1.C.de condit.inſert.
l.1.& l. illa verba 161.ff.de verbor.ſignific. Præ-
ſertim verò in vltimis voluntatibus : Pom-
ponius in *l ſi ita ſcriptum 46.ff.de legat. 2.* Ra-
tionem à pari reddens:*Nam ſi ita ſcriptum eſ-*
17 *ſet*(inquiens) *filiis meis hoſce tutores dò:reſpõ-*
ponſum eſſet,etiam filiabus tutores datos eſſe. Sic
Pomponius . Nulla porrò patitur ratio , vt
non eodem modo filiabus tutorem dede-
rit pater,ſicuti maſculis;quòd æquè maſcu-
li , ac fœminæ tutoris indigeant cura , cùm
in pupillari ætate exiſtant.*text in l. filij appel-*
latione 84.ff.de verborum,& rerum ſignific. ibi
Paulus: *Filij appellatione* (inquit) *omnes libe-*
ros intelligimus. Siue maſculos , ſiue fœminas
18 *vt gloſſ.ibid.adnotat in verbo omnes.* Atquè in
fauorabilibus potiſſimum , ſecundam can-
dem *Gloſſ. in gloß. magna. Cardin. Mantica de*
coiectur.vltimar.volunt.lib.8.tit.7.num.8.& lib.
11.tit.14.n.1 & 2.Rota in Romana hæreditatis
17.Februarii 1617.coram Cardin. Caualer.dec.
417.num.5.& apud S. Memoriæ Gregor.XV.de-
ciſ 514.& ibid. Beltraminus addens num. 16. Et
in hiſce noſtræ quæſtionis terminis *Franciſ.*
Marzarius , conſ.8. num.4. plenèque *Fuſar de*
19 *ſubſtitutionibus,quæſt.311.num.1.cum ſeq.* Po-
tiſsimum ſi filiorum memoria negatiuè fa-
cta fuiſſet;vt in facto hoc noſtro, quo teſta-
tor verbis generalibus vſus fuit, (*ſenza figli*
legitimi , e naturali ex corpore) *n.8. verſ.prima*
opinio tamen.ex Ruſtico in d. l. cum Auus lib.6.
cap.10.num.18.ff.de condi.& demonſtrat.& nu.

9.in

Digitized by Google

9.in 2. ampliat. Ita quoquè in terminis noſtris, vt nomina ſolum deſiderentur *Ioannes Cephalus conſ.45.à num.7.lib.1.& conſ.46. nu. 14. Rota in Spoletana fideicommiſſi. 7. Nouembris 1529.coram Chislerio deciſ.3 17 num.5.par. 5.diuerſ.*

20 Defecit proinde reciproca ſubſtitutio ad fauorem alterius fratis, ſtatim, atquè Ioannes Baptiſta relictis filijs deceſsit, quamuis fęminis: quia abſolutè Lucas Pater filiorum meminit legitimorum ex corpore, (vt hæ fęminæ ſunt,) quas hæredes nuncupauit Ioannes Baptiſta in ſupræmis tabulis. Ita apertiſsimè *Oldradus,* ab omnibus receptus *conſ.21.thema tale eſt : Teſtator* canonizatus pluries à Rota Romana. Vt in *Tudertina fideicommiſſi 13. Aprilis 1587.coram Giptio, & Romana hæreditatis 12. Februarij 1588. coram eodem, & in Viterbien fideicommiſſi* 10. *Maii* 1613. *coram Manzanedo, & in* Mileuitana *fideicommiſſi* 15.Martii 1618.*coram Cardin.Caualerio deciſ.* 434. *num.*1. *& in Imolen legatorum* 1. *Iulii* 1624. *coram Buratto deciſ.* 820.*num.*1. *part.3.& in Firmiana hæreditatis* 12.*Decembris* 1614.*coram eodem Buratto part.1. tom.2.in recent.dec.639.ſub num.7. verſ. non obſtat exceptio* quæ etiam *eſt* 84. *ſub num.13. in impreſſis per eum part.1.& in poſthumis part.2 deciſ.164 & in d.Spolitana fideicommiſſi coram Chislerio deciſ.317 num.1.& 4 & in Leodien Dominii* 20 *Decembris* 1621.*coram eodem Cardin. Caualer. deciſ.577.num.1.*

21 Et in puncto hoc noſtro exiſtente fęmina nata ex legitimis nuptijs ex eo, cui facta ſubſtitutio fuerat ſi ſine filijs decederet, quòd ceſſarit propterea ſubſtitutio. (vt puta non purificata conditione non exiſtentiæ filiorum, ex ſola fęminæ exiſteutia) ſcripſit Doctiſsimus ille Regię Cãcellarię Regẽs *Scipio Rouitus, conſ. 26.tom.1.* vbi ita per Sacrũ Neapolitanum Conſilium decitum in eadem cauſa fuiſſe cum interuentu Domini Præſidis de Franchis 29.Ianuarii 1596.refert deciſionemquè per eundem doctiſſimum Pręſidem relatam fuiſſe *par.4.deciſ.*586. Nec in ſua ſentẽtia ſolus eſt Rouitus, quam plures enim ipſemet refert etiã ad Calcẽ dicti conſilij; quos ne traſcriptor, non rationũ põderator videar, omitto videndas. & in ſornotiribus terminis *Rota apud Card. Seraph. dec.*687. *n.*1. quæ eſt etiam in impreſſis. *part.1.diuerſ. deciſ.*049. plenè *Marzarius d. conſ.*8. per tot. ac cum pr.mis, *num.17. &* 18. & facit non obſcure textus *in l. ex facto. 17. §.1. ff. ad Senat. conſult. Trebellcian* quo loco Vlpianus, ex Pa-

22 piniano, *lib 18.reſponſorum* : etiam naturalẽ filium conditionem ceſſare facere, ſi ſine liberis deceſſerit, affirmat; atquè etiam libertinum : Vt multo magis id operentur fęminæ filiæ legitimis ex nuptijs ſuſceptæ. *Cephal.d.conſ.45.à num.7.cum ſequentib.* qui pro filiabus optimè ſcripſit, vt nihil ſuperſit aliud deſiderandum, *& d.conſ.46.*& ſequuta fuit Rota *in d.Spoletana fipeicommiſſi 7.Nouembris 1629.coram Chislerio d.deciſ.317.num.1.& ſeq.part.5.diuerſorum.*

Adiuuantquè perpenſionem hanc, nec ſanè leui fulcimine, quòd Teſtator ſubſtitutionem ad caſum præfatum dumtaxat reſtrinxit, & quaſi cancellis ligauit, ne vltra progredretur, ſi ſine filiis legitimis ex corpore filius hætes nuncupatus diem obiret ſuum,

23 vt alter filius admitteretur, *In tali caſu* (dicens) *l'vno deba ſoccedere à l'altro.* Nequè maſclorum vllo modo meminit. Quoniam ad filios dumtaxat reſpectum habuit, ſiue maſculi illi eſſent, ſiue fæminæ. Iure proinde meritiſſimo ſubſtitutionem reſtrixit in tali caſu, & non alio, quod ponderauere, *Alexand.conſ.101.num.13.circa princ.lib.7.Peregr. de fideicomm. art.29 num.15. & 28. Rota in d. Meleuitana fidcicommiſsi apud Caualer. deciſ.* 454.*num.7.*

Deinde quod ipſemet Teſtator apertiſſimis verbis mentem ſuam declarauit, conſequenter diſponendo, §.14. inteſtamento ſequentibus loquens.

„ *Item io prædetto teſtatore voglio, che li*
„ *figli miei maſcoli debbano ſtare inſieme finche ſo-*
„ *no d'anni vinticinque compliti, nel quale tempo,*
„ *chi ei giongerà, habbia d'hauere la ſua portione,*
„ *che li toccarà per vno; pro ſe. ſuis hæredibus, &*
„ *ſucceſſoribus, delli quali ne ſia padrone, ne poſſa*
„ *fare quello, che li piacerà viuente eſſo, e non eſſen-*
„ *doci figli legitimi, e naturali, in tali caſu debbano*
„ *ſoccedere li altri fratelli, come di ſopra.*

Nullum, itaquè in his verbis prouerbium dixit teſtatot, ſed palam loquutus fuit; quin dominum ratæ portionis vnumquemquè filiorũ conſtituit, vt valeret prolibito de ea diſponere: eãq; pro ſe, ſuiſq; hæredibus, & ſucceſſobus reciperet. Vno tãtũ perpẽſo ſubſtitutionis reciprocę caſu: ſi ille ſine filiis legitimis, & naturalibus decederet. Vt *in tali caſu*, & non alio, reciproca locum ſibi faceret ſubſtitutio.

24 Arctè nimis igitur, ſtrictimquè ſolius mortis tempus perpendit Teſtator, atquè in eo dumtaxat caſu diſpoſuit aliorum filiorum ſucceſſionem reciprocam; ſi decedens filius, fati ſui tempore filios non haberet; nequè vltrà progreſſus fuit, nequè maſculorum meminit, nequè ad agnationẽ reſpectum vllum habuit, ſed ſimpliciter, abſolutèquè filiorum meminit; ſiuè maſculi

25 illi eſſent, ſiue fęminę. Vt ſaluaretur genus, quod laxum quid eſt, omnes ſub ſe comprębendes ſpecies filiorum; & maſculorum, & fæminarum ad *text. in l. omnes 3. vbi Angelus, C de præſcript 30. vel 40. annorum, l. ſi duo 52. in fin. ff. de adminiſtra tutor. nos reſponſ.7.nu. 8. & 10 part.2.* Nequè accuſator videretur eſſe naturæ, quod non totos genuerit maſculos, vt in ſuperioribus ex *d.l.maximum vitium 4.C.deliber.præterit.* diximus. Quod ſanè perpenſum fuit à Rota in *d. Mileuitana*

fidei commiſſu coram Caualerio d.deciſ.454.num.
26 *6.*& ita expreſſe *Oldrad.d.conſ.21.*in quo tē-
pus mortis grauati, ſi ſine filijs deceſſerit,
perpenditur; vt deficiat ſubſtitutio, & fidei-
commiſſum per exiſtentiam liberorum
tempore mortis grauati: quod expreſſiſsi-
mis verbis trutinant *Decius conſ.480. num.7.
verſ.præterea illa deciſ.& Ruinus conſ.126.num.
12.lib.1.& conſ.132.num.6.vol.3.Aymon conſ.
326.num.16.vol.2.Cardin.Mantic. de coniectur.
vltim.volunt.lib.11.tit.6.num.7.Peregrin.de fi-
deicommiſſ.art.29 num.9.verſ.in 2.autem mem-
bro Cephal.d.conſ.45.& 46.num. præſertim 27.*
27 Quod ſecus fortaſſe eſſet, vbi conditio exi-
ſtentiæ liberorum tempore mortis grauati,
indefinitè, atque indeterminatè ex verbis,
vel ſaltim ex mente teſtatoris poneretur,
vt perpendit Regens *Scipio Rouitus conſ.8.
lib.2.* qui omnia ſatis aptè diſpendit; vt ex
diſtinctione temporum, quid voluerit teſta-
29 tor perſpici non obſcurè valeat. Cuius vo-
luntas omnimodo ſequenda venit: cum nō
ſit aliud, quod ſe debere decedētibus leges
agnoſcant; quàm, quòd firma eorum iudi-
cia ſint, poſt quam aliud velle nō poſſunt,
vt ex Imperatoris verbis *in d.l.1.C.de Sacro-
ſanctis Eccleſiis*, perſpicum omnino ſit omni-
bus, qui iuribus vtuntur Imperialibus; quod
& initio perpendimus noſtri huiuſce diſcur
ſus. Cum alioqui voluntas Regina, & Domi
29 na diſpoſitionum ſit.*l.in conditionibus primū
locum 19 in princ.ff.de conditionibus, & demon-
ſtrat. Franciſcus Marzarius conſ.7. num.2. nos
reſponſ.3.num.18.part.1.*
30 Eaque præſertim, quæ ex verbis eruitur
apertiſsimis ipſius teſtatoris, qui ſe ita ſenti-
re eloquutione manifeſtiſsima teſtatus fuit,
vt in facto hoc noſtro. Facinus proinde om
31 ninò execrandum foret, ſi illam in ambi-
32 guum trahere tentaremus: cum voluntatis
teſtimonium nullum firmius, validuſque,
quàm verba ipſa ſint, quibus illa aperitur,
ſecundum *Bald.in l.generaliter 13. in 3.notab.
33 C.de non numerata pecun.* Neque enim alio
funguntur munere verba, quam, vt mentē
aperiant proferentis, *ad text in l. labeo.6. ff.de
ſuppellect.legata.*ex Celſi mente *can.intelligen
tia ſermonum 6. de verbor. ſignificat. nos d. reſ-
ponſ.3.num.4.& 5.*

Producant igitur Aduerſarij, vel indiciū
aliquod, ex verbis, ex quibus mentem con-
ijcere valeamus Teſtatoris; illum in omni-
bus bonis fideicommiſſum inducere voluiſ
ſe perpetuum. Niſi fortaſsis ſolam pupilla-
rem, vel reciprocam ſubſtitutionem, in de-
fectu filiorum ſine filiis; eorum tantummo-
do caſu mortis perpenſo, in medium pro-
ferre voluerint. At vltrò id illis annuimus.
Quod ſi ſpecificū illud, ſiue ſingulare lega-
tum, quin non magis prælegatum pro pri-
mogenito rogatum, & quoad domum Nea-
poli, & bona quædam Capuæ exiſtentia
deduxerint, vt ex illo pari ratione fideicom-
miſſum rebus omnibus inuxiſſe teſtatorem
inferant: Nos in eos in tranſuerſum age-
mus. Non enim à ſpecifica hac diſpoſitione
in huiuſmodi peculiari legato à teſtatore ro
gato, ad generale, atque perpetuum fidei-
miſſum in excluſionem fœminarum infer-
re valebunt: ni deſtructa omnimodo teſtan
tis Patris firma, expreſſa, verbis, ſcriptiquè
manifeſtata, atquè inconcuſſa voluntate, gra
tis, proprioq; ex marte in medium id aſſer-
34 re voluerint. Neque planè ex hominum ar-
bitrio (ad bona inhiantium aliorum) fidei-
commiſſum inducendum eſt. Quando illud
neque ſomnio quidem (vt vulgatum ſe fert
adagium) teſtator inferre velle viſus eſt. Fi-
35 deicommiſſum verò res planè odioſa eſt,
propter reſtituendi onus, quod adiunctum
ſecum fert: quod contra libertatem, quæ à
natura comparata eſt homini de rebus ſuis
prohibito diſponendi, pugnat *ad text.in l.in re
36 mādata 21 C.mādati.* Aduerſus illud proinde
ſemper ſententia iudicantis tendere magis,
magiſquè debebit: quia iniquum eſt, inge-
37 nuis hominibus non eſſe liberam rerum
ſuarum alienationem; vt Caius loquutur iu-
re Conſultus in *l. non vſquè adeo 2. ff ſi quis
à parente fuerit manumiſſus Franciſcus Marza-
rius conſ.6.num.2.*
38 Qui dixerit, itaquè fideicommiſſum ro-
gatum, in dictumquè fuiſſe; ipſe probandi
cogetur onere *ad text.in d.l. l cohæredi.41.§.
cum filia.ff.de vulgar.& pupillar. Roland.conſil.
30.vol.4. per tot Fabius Anna conſ. 28. num. 7.
vol.1.Cephal.d conſ.45.n.12.& d conſ.46.n.15.*
39 Oſtendatque patentibus demonſtrationi-
bus, ſe per fideicommiſſum vocatum; vt ſe-
quuta fuit Rota apud *Sanctæ mem.or.Gregor.
XV.deciſ.433.num.1.cum ſeq. Aymon Crauetta
40 conſ.161.nu.16.* Alioquin ab incepto cadet,
qui, quod intentionis ſuæ fundamentum
eſt, non in palam certa probatione deduxe-
rit. *ad regulam text.in l.actor 23. C.de probat.
cap.fin. §.fin.de iure iurand. Rota apud Cardin.
Manticam deciſ.38 n.1.& 9.*

In hilum ergo reuerentur omia, quæ ve-
luti ſomnium in aduerſum proferre conati
ſunt aduerſarij: ex conjecturata mente te-
ſtatoris, ad perpetuum fideicommiſſum ad
fœminarum excluſionem etiam inferendo,
non pauca Doctorum deducta caterua. Qui
cum in ſatis diuerſis à noſtris loquantur, ne-
que obaudiendi quidem erunt. In vna quā
41 quē enim re ex facto ius venari debebimus.
*ad text.in l.vt reſponſum 15.C.de tranſact l præ
cibus 8 C.de impuber. aliis ſubſtitut. l. ſi ex pla-
gis 53.§.in Cliuo Capitolino,ff.ad l.Aquil.* Nō ex
42 proprio itaque Marte, (vt dici aſſolet) fidei
commiſſa inferenda erunt neque diuinan-
do, vt *Aymon.d.conſ.161.num.12.*perpendit.
43 Vt quid enim coniecturis locum facimus
quando voluntas ipſa teſtatoris verbis, ſcrip
tiſq; proteſtata, aperta, ac manifeſta eſt? Au-
dias (quæſo) non me, ſed Iuſtinianum Im-
pe-

peratorem : ipſumquè legiſlatorem de hac
„ re dicentem : *Cùm enim manifeſtiſsimns eſt*
„ *ſenſus teſtatoris,verborum interpretationuſquam*
„ *tantum valeat,vt melior ſenſus exiſtat.* ita ille in *l.ſi quis filiū, 3. C.de liber.præterit.l.quoties.9.§. ſi duo. ff.de hæredib.inſtitnend.*Ex ratione, quã Vlpianus *lib.5.*ad Sabinum ibidem aſſert:*Si modò*(inquiens) *voluntas patris familais maniſiſtimè non refragatnr.*

44 Coniecturæ quippè in eo proficiunt, vt vbi obſcura ſunt verba diſponentis,quando poſt fati diem,diſſoluto compoſito, non eſt amplius loquendi facultas, voluntas ex ipſis,quæ coiectu rata mens nobis dare poteſt, ac ſi nobiſcū ipſe met loqueretur teſtator, venetur:atquè ex aſtrutis ſilicis venis, (cote quaſi,ignis,) intentio eruatur illius. Quia in eo,quod, facto, vel tempore finitum eſt, nullus eſt coniecturæ locus. Vt Venuleius iure conſultus nos docet in *l.continuus 137. §.cum ita ſtipulatus ſim.in fin. ff.de verborum obligat.* Vbi non extra rem *Gloſſ.verbo nullus* ſequentibus comminiſcitur. *Et nota:hinc ſu-*
45 *mitur, quod dicitur: incertis, non certis locus eſt coniecturis.* Ita gloſſ. & Paulus ad Neratium Reſpondit *in l.illa aut ille 25 ff.de legat.3.*Cū in verbis (inquiens) nulla eſt ambiguitas, non debet admitti volantatis quæſtio.Facit *text.in l.voluntatis 7.C.de fideicommiſſis* à contrario exauditus, adiuuantibus, quæ ibidem *Gloſſ.*habet.*in verbo Iudicis.*docens: non eſſe in iudicis poteſtate arbitrari aliquid quòad teſtantis voluntatē,ſi illa certa eſt,ſed debet,
46 vt lex ſeruari.Coniecturis autem vtendum, cum de voluntate ambigitur illius. Arrius Menader,*lib.2.de re militari in l. non omnes,5. §.a Barbaris.ff.de re militari*: docuit : *Sed licet hoc liquido conſtare non poſſit:* (inquiens) *argumentis tamen cognoſcendum eſt.* Vt ſecus eſſe debeat ſi res liquidò conſtet. pluraquè nos deduximus,*d.reſponſ.3.à num.13 cum ſeq.*nec pauciora congerit,*Marzarius d conſ.8.num.6 Iacob.Thomingius deciſ.Lipſien.53 num.23.Rota in Peruſina fideicōmiſſi de Baptiſtis 15. Decēbris 1628.coram Pirouano deciſ.222.num 3.par. 5.diuerſorum.* Quæ autem ex aduerſo profe-
47 runtur, (neque ex verbis teſtamenti eruntur) coniecturæ, in eo verſantur, vbi perpetuum,abſolutumquè inductum fuiſſet fauore maſculorum, fideicommiſſum, vt *Rota* perpendit apud *Canaler.d.deciſ.454.nu.5.*

At deferant in medium Aduerſarij ſi potuerint perpetuum hoc,& abſolutum fideicommiſſum ex verbis erutum teſtatoris:niſi in illo peculiari caſu prælegari pro Primogenito,(quod inficias haud imus):& nos *vi-*
48 *cti in manibus barbam dabimus*;(vt ſe fert adagium.)Ab ijs ſumptum, qui peculiaria certamine pugnabant,nam victori herbam, ex eodem loco decerptā,quaſi victoriæ ſignū, in manibus proferebant. Quod ſi id præſtare nequiuerint,vel cedant tandem; atquè à certamine recedant.

49 Haud officit proinde allata coniectura, quod non deceat plus videri dilexiſſe teſtatorem neptes in vlteriori à ſe gradu , quàm filias ſuas,quas ſola dote contentas eſſe voluit.Satis profectò fragilis huiuſcemodi æſtimatur
50 coniectura:cùm ſat fuerit competenter patrē filias dotaſſe. At in neptibus perpēditur protractio deſcendentiæ,quæ non aderat in proprijs filiabus,maſculis exiſtentibus. Neq;
51 iure fit illatio à perſona filiæ dotatæ,ad neptis perſonam, nequè dotatam , nequè agnitam, & in materia potiſſimum excluſiua, *argnmento , text. in l.illam 19. C. de collat. vbi Det.num.11.* & in terminis *Curt. Senior. conſ. 63. num.14. & conſ.44. nnm. 31. & num. 37.*alijquè quam plures,quos refert *Marzarius d.conſ.8.num.8.& num.10. vbi in fin.* Negat proinde neptem melioris dici conditionis, quàm filias: cùm neptis non intelligatur vocata diſpoſitiuè,ſed tantùm in conditione poſita ex *Alexan.Ruino,& Alciat.& Cephalus* mordicus pro nobis *d. conſ.45. nu.21.* perpendens:teſtatorem filias haud excluſiſſe proprias, ſed dotaſſe, eiſquè inſtitutionis
53 iure dotes reliquiſſe. Nihil autem neptibus dedit. Illæquè non ad teſtantis Aui ſucceſſionem nunc veniunt;ſed deficientis patris, qui eas ſuis tabul.s hæredes nuncupauit,vnde ad patris bona inhiant,non Aui,propriū
54 patris patrimonium effecta per hæreditatis adhibitionem *ad Gloſſ.in l.1.§.veteres.ff.de ac, quir. poſſeſſ. vbi etiam Doctor.* Quæ ſane ratio ſatis adæquata dignoſcitur ad cuiuſcunquè, quamuis acre ingenium conuingendum.*& dict.conſ.46. num.28. & 29. & ſeq.& num.37.* atquè ita etiam perpendit *Rota in d.Spoletana fideicommiſſi deciſ.317.n.10.& 11.* Quā ob cauſam ex hoc ipſo principio ſatis diluitur, fragiliſquè oſtēditur illa alia coniectura, ex
55 eo petita,quòd filij in conditione poſiti,ceſeātur vocati, vt grauari proinde potuerint, tanquam honorati,*tex. in l.abeo.C.de fideicom miſſ.*Quicquid nempè de hac re ſit,cùm Doctorum ſententiæ inter ſe ſe pugnent, ſacra tamen *Rota Romana* illam ſequuta fuit,quæ vult,non aliter vocatos dici,ſed in conditione dumtaxat poſitos:ad doctrinam *Gloſſ fin. in l.Lucius Titius , 85. ff. de hæredib. inſtitnend.* Atquè hanc magis communem eſſe teſtatur *in d. Meleuitana fideicommiſſi coram Card. Canaler.d.deciſ 454.nnm.2. Peregrin. d art.28. num.26.Gabriel.com.opin.lib.4 tit. de fideicom. concluſ.4.Fabbius Anna conſ.52.nnm 9. & 12. vol.1.Cephal.d.conſ 46 nu.29.*

Nihilominus dicant mihi quæſo Aduerſarij,atque dilemmati ſatisfaciant. Vel in conditione poſiti fuerunt filij , cùm Lucas Pater in ſubſtitutione reciproca,vt alter admitteretur frater,ad deficientis fratris portionem,filiorum exitentiam,vel non exiſtētiam annexit, vt ſi non exiſterent admitteretur,repellerentur verò ſi adeſſent: & pro
56 nobis res erit , etiam ipſis Aduerſarijs an-
nuen-

nuentibus ; quia non extitit conditio, ſub
qua per ſubſtitutionem vocatus ſuperſtes
frater fuit, vt perpendit *Ioannes Baptiſta Co-
ſta conſ.14.num.5.& 11.*

Vel verò , nedum in conditione poſiti;
ſed etiam vocati fuere . Et quæ (Aedepol)
ratio eſt;ſi vocati fuere;vt velint illos exclu-
ſos eſſe ; cùm vocati fuerint, vt ſuccedant ?
Siuè maſculi fuerint,ſiue fœminæ, quia in-
diſtinctè teſtator filios vocauit . Quo planè
nomine, tàm maſculi, quàm fœminæ com-
præhendūtur,vt in ſuperioribus oſtēdimus.
57 Nam videntur expreſſe tunc ſubſtituti, ſe-
ſecundum.*Rotam apud Sanctæ memor.*Gregor.
XV.deciſ.337.

58 Nequè porrò in materia nos vertimur
ſtatuti excludentis fęminas propter maſcu-
59 los. Nam conſtitutio ipſa Regni in aliqui-
bus,conformem ſe omnino reddit diſpoſi-
tioni *text in d.l.maximum vitium 4. C. de libe-
ris preteritis* . Verùm addit ſi velint fratres,
ſorores pręcedere in ſucceſſione parentum,
dotent eas de paragio.

60 At in hoc facto,non hie nos ſumus. Ne-
què enim hic iudicium eſt inter maſculos,
& fęminas Ioannis Baptiſtæ , qui nouiſſime
fatis conceſſit,ſed inter patruum, & neptes
filias Ioannis Baptiſtæ patris: quod perpen-
dit *Cephal d.conſ.45.& 46.num.39.in reſponſio
ne ad ſeptimam coniecturam* . Quin addimus:
etiam ſi in materia ſtatuti fęminarum exclu-
ſiui eſſemus, tamen conditio illa (ſi ſine fi-
lijs deceſſerint,) de medio tollitur, deficit-
què propter neptem hæredem factam à pa-
tre ſuo,vt pluribus relatis, ſatis ſuperquè ſe-
quitur *Franciſcus Marzarius d.conſ.8.num.17.*
allato quoquè diſertiſſimi viri , doctiſſimi-
què Andreæ Alciati Iudiclo *in l. interflu-
prum, §. fin.ff.de verbor. ſignificat. Cephalus d.
conſ.45.* qni in caſu ſtatuti Mantuani pro fi-
liabus concludit ad excluſionem ſubſtituti.
& *d.conſ.46.*quo omnibus in aduerſum con-
iecturis reſpondet,*à num.*19.ad finem,vſquè
conſilij. ſequiturquè *Ioannes Baptiſta Coſta
d.conſ.14.num.44.*

61 Quibus omnibus adnectendum eſſe non
inutiliter æſtimamus: Lucam Teſtatorem
voluiſſe,expreſsèque præcepiſſe,filios hære-
des inſtitutos,ad vigeſimum quintum vſq;
ætatis eorum annum completum debuiſſe
in communione viuere;poſt vero ætatis vi-
geſimum quintum annum expletum,acci-
peret vnuſquiſquè portionem ſuam;illiuſ-
què abſolutum dominium ſortiretur, lice-
retquè illi (vti de re propria) diſponere : ſi
autem eorum aliquis ſine filijs moreretur,
ſuccederent ei ſuperſtites fratres:quod ſane
exauditur , in illo, quod ſupererat ſupremi
fati tempore . Quid enim ſi ille totam ſub-
ſtantiam ſuam diſſipaſſet viuendo luxurio-
sè,cum meretricibus , iuxta illum Euange-
licum,qui à patre diſceſſit accepta portione
ſubſtantiæ, quæ eum contingebat , eamquè
diſſipauit viuendo luxuriosè,(*Lucas* 15.12.)
26 vel in ludis ? Quando quilibet rei ſuæ eſt
moderator,atquè à iure conſtitutus arbitrer
d.l.in re mandata,21. C.mandati. Nunquid ſu-
perſtes alienata bona reuocare potuiſſet ?
Non vtiquè.Quod aduertit, nec ab re , imò
ſatis pro nobis *Marzarius d. conſ.8. num.* 19.
Vt nequè nunc: Quando, non extranei,ſed
propriæ filiæ ex teſtamento patri ſuccedunt:
63 Quibus à iure , quin ab ipſa natura compe-
tit,vt ſint hæredes,iuxta illud Pauli: *Quod ſi
filij,& hæreds* , ad *Romanos* 8. 17. Præſertim,
quòd teſtator poſt expletum 25. ætatis an-
num voluit,quod bona haberent filij, eiſq;
vterētur,vti veri domini pro ſe,ſuis hæredi-
bus,& ſucceſſoribus.Hæredum vero nomi-
64 ne fęminę quoquè compræhenduntur,quę
nullo iure,quin ex teſtamēto ſcribi hæredes
poſſint,prohibentur. *l. hæredis appellatio 65.
& l.hæredis appellatione 170.de verbor.ſignific.
l.3.C.de legit.hæredibus.Fuſar.de ſubſtitu.quæſt.
342.num.1.cum ſeq.& dicta quæſt.111. num.98.*
ob generalitatem illam pro ſe, ſuis hæredi-
bus,& ſucceſſoribus *Fuſar.d.quæſt.111.num.*
63 104.Quia generalitas illa includit, etiam,
quæ alias non continerentur , ex *Bald.in l.
quicumque,num.10.C.de ſeruis fugit. ibid. Fuſa.
num.105.*

Hanc igitur ob cauſam, non rudi Miner-
ua, quin aptè ſatis , appoſitèque perpendit
doctiſſimus Vir ille *Ioannes Cæphalus dicto
conſ.46.num.36. in reſponſione ad quartam con-
iecturam ex Aduerſo* : Quod ſatis ſuperquè
66 grauarentur filij teſtatoris Aui , ſi propter
patruos ad ſucceſſionem admittendos ; de-
ficientis ab humanis fratris filiæ,etiam ſcrip
to per earum patrem teſtamento ab eius ex
67 cluderentur hæredite. Cum ſint alias parē-
tum vota,vt proprios filios hæredes ſibi fa-
ciant,bonaquè eis relinquant. Nequè enim
68 debent filij parentibus theſaurizare,ſed pa
rentes filijs,vt Paulus loquitur 2.*ad Corinth.*
12.14.ſequiturquè ex Concilio Lateranen,
*text.in cap.cùm Apoſtolus 6.§ prohibemus extrà
de cenſib.vbi* Gloſſ. *verbo filii*,rationem reddit
dicens:*Ordine enim naturæ filius ſuccedit patri,
& non è conuerſo.l.ſcripto 6.§.fin ff.vnde liberi.*
Vbi Papinianus,*Non ſic parentibus liberorum,
vt liberis parentūm debetur hæreditas.* quo lo-
co Gloſella *marginalis* affert locum Apoſtoli
Pauli ante per nos relatum *2. ad Corinth.*
12. 14. Palam proinde fit nullum habuiſ-
ſe reſpectum teſtatorem ad agnationem,
vt voluerit proinde neptes ex filijs exclude
re,niſi in illo vno caſu dumtaxat prælegati
pro primogenito. Nullum itaquè rebus ſuis
fideicommiſſum indixit . Firmum eſt ergo
teſtamentum Ioannis Baptiſtæ pro filiabus
ex legitimo coniugio ſuſceptis,quas tabulis
ſupremis hæredes nuncupauit. Et ita ex his
cenſoris ſubijectis virgæ reſpondendum cē-
ſuimus.

CAROLVS MARANTA V. I. D. Epiſcopus Iuuenacen.

Fuerunt declaratę hæredes Ioannis Baptiſta patris defuncti filiæ, ſupremis ſuis tabulis ab eodem hæredes dictæ, per Magnam Curiam Vicariæ, indigne id ferente Ioanne Antonio, vnde ad Sacrum Neapolitanum Conſilium prouocauit, verum ab hoc ſupremo Tribunali confirmatum fuit decretum Magnæ Curiæ.

SVMMARIVM.

1 *Penſionis ſolutio, vbi aliter actum non fuerit, in loco fieri debet beneficij. Limita. Si alio in loco ſolutio cepta fuerit fieri, nu. 2.*
Quod extra beneficij locum vterque, & titularis, & penſionarius degant.
3 *Dubium vbi fuerit, actum videtur, vt ſoluatur, vbi peti poteſt.*
4 *Obſeruantia ſubſequuta ſoluendi in certo loco, ſatis iuuat, vt eodem loco ſolutio in poſterum fiat.*
Nam videtur hoc inter partes actum fuiſſe.
5 *Promiſſio antecedens qualis fuerit, ſubſequēs declarat ſolutio.*
6 *Obſeruantia ſoluendi ius tribuit exigendi.*
In dubio præſertim.
7 *Penſionis ſolutio extra locum, vt fiat beneficij, poteſt inter partes pacto deduci, & num. 36.*
8 *Obſeruantia animum declarat, partium, & voluntatem.*
9 *Conſuetum vt inducatur vnicus ſufficit actus.*
10 *Penſionarius in poſſeſſione conſtituitur exigendi, etiam per vnicum actum ſolutionis.*
Etiam ſi aduerſus ſucceſſorem agatur, nu. 11.
12 *Ab alimentis ad penſionem non recte infertur.*
Declara, num. 13. & ſeq
13 *Penſio alimentis in omnibus æquiperatur.*
Quoniam penſio in alimentorum cauſam cedit.
Et Doctores de penſione loquentes, doctrinis ad materiam alimentorum accomodatis vtuntur, num. 14.
15 *Differentiam dicens inter caſum, & caſum, ipſe aſtruere eam debet,*
16 *Creditor debitoris ad domum accedere, an debeat, vt creditum conſequatur?*
17 *Pater ſi ſoluere cepit, quod filius mutuo accepit, ſibi præiudicium infert, neque iuuari Macedoniano poſtmodum poterit.*
18 *Imputet ſibi, qui ſibi met cauſa fuit damni.*
19 *Scientia de vniuerſalibus agit, & circa vniuerſalia verſatur, nam particularia ſunt nobis incognita.*
20 *Limitatio fati, recte procedit, ſi ſub genere regulæ comprehendatur.*
21 *Generaliter dictum, generaliter quoque exaudiri debet.*
22 *Solutiones etiam ſpontè facta in loco extra beneficium, operantur, vt manuteneri debeat penſionarius in poſſeſſione exigendi.*
23 *Manutentio, vt detur penſionario, ſufficit quod in poſſeſſione ſit tempore motæ litis.*
24 *Interdictum retinendæ in materia penſionis datur probata poſſeſſione exigendi.*
Etiam per vnicum teſtem.
Nec ſufficit aſſignare cauſam, ſed ſatis eſt, quod ſit in poſſeſſione percipiendi, num. 25.
Et ſatis eſt dari quendam ſtatum, ad quem poteſt peti conſeruari, num. 26.
26 *Reſtitutio peti poteſt fieri ad ſtatum, in quo quis per prius reperiebatur.*
Neque ſolum cum quis ſpoliatur.
Verum, & cum ſtatus immutatur reſtitutio peti poterit, num. 27.
28 *Litteræ Apoſtolicæ exequi debent ob reuerētiam, quæ eis debetur.*
29 *Argumentum de re ad locum deductum, firmum eſt.*
30 *Solutio penſionis non retardatur per exceptionem requirentem altiorem indaginem, & quæ reſpicit petitorium.*
31 *Præſcriptio ſine poſſeſſione non procedit.*
32 *Penſionis ſolutio facultatis actus non eſt, ſed purè neceſſarius.*
Penſio quid?
33 *Facultatis actus haud dicitur, quià contractu originem ducit.*
Vel vbi titulus certus præcedit, num. 34.
Vel eſt actus affirmatiuus, non verò negatiuus, num. 35.
35 *Actibus in affirmatiuis quaſi poſſeſſio datur, etiam per vnicum actum.*
37 *Actus ſequens factus potius præſumitur ex cauſa neceſſaria, quàm voluntaria.*
37 *Manutentio denegari non debet, vbi clare non conſtat materiam eſſe facultatiuam.*

ARGVMENTVM.

Penſio, niſi aliter inter partes actū fuerit, ſolui debet in loco beneficij

ficij. Quid ſi nihil de loco actum fuerit, & extra locum beneficij, in loco in quo, & Titularis, & penſionarius degunt, an acquiſita quaſi poſſeſſio videatur penſionario, vt ſolutio fiat in eodẽ loco, quo per prius facta fuit, extra locum Beneficij?

RESPONSIO XXIII.

EGit Don Carolus Caracciolus de Sancto Eramo coram Reuerendiſſimo D. Generali Vicario Neapolitano executore Apoſtolico aduerſus D. Ferdinandum Caracciolum Sancti Boni, beneficiarium ad declarationẽ cenſurarũ pro terminis decurſis penſionis annuorũ ducatorũ biſcentum non ſolutis; & verificata poſſeſſione exigendi per partitas, & apochas publici bãci S. Iacobi, & Victoriæ ſolutionis prædictæ annuæ pẽſionis, & alias, vt in actis, fol. 7. Per dictũ Reuerẽdiſſimũ D. Vicarium executorem dictum fuit, & decretum poſt citationem perſonaliter factam d. D. Ferdinando: quod niſi ad primam ſoluerit ſummam penſionis debitam, prout in actis, &c. prouidebitur, quòd excommunicetur. in Proceſſu fol. 9.

Opponit ex aduerſo Procurator dicti D. Ferdinandi, ſuum principalem eſſe debitorẽ tantummodo ducatorum 280. & proinde offerre ſoluere illos in Ciuitate Triuenti d. fol. 9. à terg.

1 Nam cum literæ penſionis ſint expeditæ ſimpliciter abſquè expreſſione loci in quo ſolutio fieri debeat, ſuccedit iuris interpretatio; ſolutionem debere vtiquè fieri in loco beneficij. Tum quia penſio ſuper beneficij fructibus imponitur: Tum ne propter ſolutionem extra locum beneficij, quando aliter inter Partes conuentum non fuerit, nimiũ Eccleſia grauetur, vt tentum fuit in Rota *in Aretina penſionis* 20. *Februarij* 1598. *coram Litta apud Marcheſan. tom.* 1. *fol.* 149 *num.* 1. *& apud Farinac. part.* 4. *diuerſ. deciſ.* 688. & poſt *Bart. in l. item illa verba* 18. *num.* 13. *ff. de conſtit. pecun. Gambar. de offic. legat. l.* 6. *tit. de penſion. nu.* 612 *Gratian. forenſ. part.* 1. *cap.* 94. *num.* 60. meminit *Scaccia de commercijs* §. 2. *gloſſ.* 5. *num.* 229. *& in Abulen penſionis* 29. *Nouembris* 1606 *coram Sacrato apud eund. Marcheſ. par.* 1. *fol* 609 *& in alia Aretina penſionis coram eodem Litta* 17. *Aprilis* 1598. *apud eund. Marcheſ. part.* 1 *fol.* 636. *deciſ.* 4. *num.* 2.

Verùm hac exceptione nihili ducta, contrariùm ſtatuendum cẽſeo; nimirum quòd, & ſi ſanè regulariter iuris ipſa præſumptio, ſiue interpretatio ſit, vt in loco ſoluatur beneficij, ne præſertim nimiũ grauetur Eccle-
2 ſia: Reſtringitur tamen hæc regula, ſi alio in loco fieri ſolutio cepta fuerit, potiſſimum quòd beneficiarius ipſe, & penſionarius extra beneficij locum, & in vna, eademquè Ciuitate, (vt in facto hoc noſtro) Neap. degant, vnde ſatis incommodum redderetur vtriq; ſi eos pro ſolutione penſionis faciendæ extra proprium domicilium in loco beneficij per plures dietas accedere oporteret, attenta præſertim beneficiarij, & penſionarij qualitate, vt ſatis doctè, diſtinctèque docet *Bart. in*
3 *d. l. Item illa verba num.* 13. *ff. de conſtitut. pecun. Cum in dubio* (vt ipſe inquit) *videatur actum, vt ſoluatur, vbi peti poteſt*; ſic Bartolus *l. vltim. ff de condict. tritic. in fin. & quod legatur* 38. *vbi gloſſ. in verb. à legatario poſt med. verſ. Item hæc vera ſunt, ff. de iudic.* quòd renunciaſſe videatur fauori ſuo ſoluens, *vt gloſſ. ibidem* (inquit) & ſequitur *gloß. in cap. dilecti filii* 17. *verb qui ſe certo loco. de for. compet. gloſſ. fin. in l. ſi fideicommißum* 50. § *fin. per illum text. vbi Bart ff. de iudic.* (dicens) *Nota quòd inceptio ſolutionis approbatur*: eſt text. in *l. ſed Iulianus* 9. § *fin. ff ad Maced. Angel. notab. in l.* 1. *in fin. num.* 5. *C. de fideicomm. Duegn. reg.* 161. *num.* 4. *in* 4. *limit. Peregr. de fideicomm. art.* 53 *num.* 1. *& ſeq.* plenè *Surd. poſt alios de aliment. tit.* 4. *quæſt.* 16. *num.* 21. *& ſeq. & num.* 35. dicens: durum eſſe in praxi contra hanc gloſæ ſententiam obtinere; eamquè ſecutum fuiſſe Senatum Mantuanum per peritiſſimos Iudices ibi aſſidentes, inter quos aderant Rolandus à Valle, Marcus Antonius Natta, & Franciſcus Beccius: & hanc in terminis noſtris de penſione loquens ſequitur *Gratian foren. diſcept. d. cap.* 94. *num.* 63. *&* 64.

4 Nec mirũ ſi hanc ſequi in hac re nos oporteat ſententiã, cũ ex obſeruantia ſubſequuta ſoluendi ſemper Neapoli, vbi vterq; degit, & beneficiarius & penſionarius, videatur hoc inter ipſas partes actum fuiſſe, vt Neap ſolueretur, quod magis commoda vtrique ipſorũ
5 ſolutio redderetur. Qualis enim fuerit antecedens promiſſio, ſubſequens declarat ſolutio, vt poſt *Bal. Angel. & alios in l. certis annis,*
6 *C. de pac.* ſequitur *Surd. conſ.* 220. *n.* 2. *&* 3. *vol.* 2 Et obſeruantia ſoluendi ius tribuit exigendi; præſertim in dubijs, vt per Rotam *in Spoletana Penſionis coram Sanctiſſimo Gregor.* 15. *Ludouiſio* 4. *Nouembris* 1609. *deciſ.* 431. *num.* 3. *&* 5. & eſt *deciſ. Cæſaris de Graſſis* 185. *alias vn. de magiſtris n.* 5. *&* 6.

7 Nequè enim in dubium reuocari poteſt: poſſe titularẽ beneficij, ex conuentione inter Partes inita, ſolutionẽ penſionis alio facere, quàm in loco beneficij, cum ita Partes inter ſe conuenerint, vt *Gamabar.* ſequitur *d. lib.* 6. *tit. de penſion. num.* 615.

8 Ex obſeruantia autem ſoluendi Neapoli, qualis Dominorum iſtorum animus fuerit, & voluntas non ineptè declaratur ad *tex. in d.*

in d.l.ſed Iulianus 9.§.Proinde: ibi: intelligen-
dumquè eſſe ab initio ſic accepiſſe,*ff.ad Sena.*
*conſ.Maced.*latè Eminentiſſimus *Card.Manti.*
*de tacit.& ambig.tom.1.lib.2.tit.1.nu.5.*Rota
in materia ſolutionis loquens in *Romana*
cenſus coram Sanctæ memor.Gregor.XV.9. Maij
1611. *deciſ.*102. *num.9.&* 10. plenè *Ludouic.*
*Morot.conſ.*14.*num.*8.
9 At vnicus actus ſufficit,vt inducatur con-
ſuetum ad *tex.in l.Mela* 14.*cum ibi not.§.quid*
ergo.ff.de aliment.& ciba legat.Surd.d.tract.de
*aliment.tit.4.quaſt.*16.*num.*26. Et per vnicum
10 actum ſolutionis conſtitui penſionarium
in quaſi poſſeſſione exigendi , abſquè con-
trouerſia,receptum eſt in Rota , vt in *Luca-*
na penſionis coram Lancellotto 4. *Iunij* 1574. *p.*
*1.diuerſ.deciſ.*196.*num* 2.*& in Pampilonen.pen*
ſionis coram Sacrato apud Marcheſan. tom.1. de-
*ciſ.42.fol.*545.*&* 546.*num.4.& in Cæſaraguſta-*
na penſionum 4. *Iulij* 1608. *coram* Manzanedo.
*deciſ.*197.*num.2.tom.1.in poſthum.& deciſ.*382.
num.1.vol.2.in eiſdem poſthum. Rip. in cap.cum
Eccleſia Sutrina.de cauſ.poſſeſſon. & proprietat.
*num.*53.*& ibidem Abb.nu.*23.*Roman.conſ.*311.
in cauſa propoſita conſultationis,num.6.& 7.*Sa-*
*luſt.Tiber.in Prax.A.C. lib.3. cap.3. num.*24.*in*
*fin.in addit.*Gonzal.*ad 8.regul.cancellar.gloſ.*45
§.2. *num.*29. *Garſias de beneficiis part.* 1.*cap.*5.
*num.*450.*in Regien.penſionis* 26.*Iunij* 1598.*co-*
*ram Durano apud Marcheſ.part.1.deciſ.*19.*num.*
11 1 *fol.*616. Etiam ſi agatur contra ſucceſſo-
rem,vt dictum fuit *in Oſcen penſionis 1. Iunii*
1621,*coram Buratto deciſ.*542.*num.1.par.2.*
Nec ad rem facit quicquam,quòd obijcit
Aduerſarius:non rectè inferri de penſionis
exactione ſimpliciter, ad locum ſoluendæ
penſionis : vt ex vnico actu ſolutionis factæ
extra locum beneficij quaſi poſſeſſio acqui-
ſita videatur penſionario , vt ſolutiones ex-
tra locum beneficij in Ciuitate Neap. fiant,
cùm *gloſſ.(in l quod legatur.)* in fideicõmiſſo,
& in legatis loquatur;& *Surd.aliique DD.* de
12 alimentis doctrinam ſtatuant ; vt inferen-
dum non ſit ad penſionem, quæ nihil com-
mune cum alimentis habet; potiſſimum in
facto hoc noſtro, cùm ſit D. Carolus diues,
& potens,nequè penſio pro alimentis reſer-
uata.
13 Profectò quod penſio in omnibus,æqui-
peratur alimentis,eiſquè ſimilis habetur,vt
per Rotam *apud Creſcent. deciſ.3. alias 60. de*
*ſolut.num.*5. & natura penſionis ad naturam
accedit alimentorum,cùm potiſſimum pẽ-
ſio in alimẽtorum cauſam cedere videatur,
ſiue pro alimentis pauperi deſignetur; ſiue,
vt comodius , vel decentius viuat , diuiti,
Roman. conſ. 388. *num.* 3. *vbi Mandoſ. lit.*
C. vt reſolutum fuit in Rota *in Abulen pen-*
ſionis coram Pirouano 15.*Decembris*,1606.*apud*
*Marcheſan.tom.1.deciſ.29.nu.2.fol.*536.ſequen
do conſilium præcitatum *Roman.*388.quod
canonizatum fuit quoquè in Rota *apud d.*
*deciſ.3.Creſcent.num.5.de ſolut.*ſequiturquè Gi-
*gans de penſion.quaſt.*51. *num.2. & num.*20.*&*
*ſeq.& quæſt.*83.*num.*12. *& quæſt.*92. *num.6.&*
*quæſt.*95.*num.*4.Gratian.*foren.part.3.cap.*548.
*num.8.& num.*23.*& d.cap.*94. *num.* 60. 61.63.
14 *&* 64. Qua de cauſa Doctores omnes dum
de penſione loquũtur,& doctrinam tradũt ,
ſemper , & vbiquè eam fulciunt doctrinis,
textibus , & argumentis ab alimentis peti-
tis;vt vnũ ab altero fulciri,& adiuuari oſten-
dant,iiſdemquè paſſibus penſionem, atquè
alimenta incedere faciant, vt plenè Roman.
*d.conſ.*388.*n.*3.Gigans *d.q.*51. *quaſt.*83.*& q.*85.
& Rota deciſiones ſupra allegatæ Gratian. d.
cap.94.num.60. & ſeq. & cap.548.nu.8. & 23.
Vt inferatur proinde non iniuria , quod ſi-
cuti reliquis in omnibus ea,quæ de alimen-
tis dicuntur,penſioni, (quæ alimentorum
loco ſuffecta eſt,) congruunt: ita paritèrquè
& quoad locum ſoluendæ peſionis , quæ in
elimentis doctrinę, vel à gloſis,vel à Docto
ribus traduntur , eæ quoquè penſioni adap-
tari debeant:profectò,quod ęquiparatorum
idem debet eſſe iudicium , *cap.cùm maiores,*
3.§.verum quidam,vbi etiam gloſſ. verbo in con-
*ſimilibus,de baptiſmo;*cum alijs notat.
15. Alioquin qui differentiam dixerit , eam
vtiq;adſtruere debebit.ad *tex.in l.in exceptio-*
nib. 19.ff. de probat. & in l. 2. C. quib. ex cauſ.
minor.
Prætea Doctores , qui allatam docent re-
ſtrictionẽ,(niſi alio in loco cæpta fuerit fieri
ſolutio) non ſanè in alimentis tantùm lo-
quutur,ſed generatim ad quæſtionem:num
planè creditor ad debitoris domum pro cre
16 dito mittere debeat,vel è contrà? quare in-
ter quas afferunt limitationes, ea non infe-
rioris gradus vna æſtimatur,nequè contem-
nenda; ſi alio in loco cepta fuerit fieri ſolu-
tio; cùm fauori ſuo præiudicium intuliſsè
debitor videatur,vt *gloſſ.*(inquit) in *d.l. quod*
legatur 38. Qui text. in materia loquitur fi-
deicommiſsi,& iudiciorũ,non verò alimen
torũ,& eodẽ modo, *text. in d.l.fideicommiſſũ.*
50.*§.fin.vbi gl.verb.Præſcriptio.*ſequẽtibus lo-
quitur *Inceptio* (inquiens) *ſolutionis approba-*
*tur.*affert,*text.in auth.de hæred. & falcid.collat.*
1.§.non autem cap 3.argumento petito ab illo
text.dum ſequentibus loquitur ; *Sed neque*
concedimus eis ab initio ſcientibus quidem , & in
cautè ſoluentibus, poſtea lites percieptentibus in-
*ferre;*hæc ibi allegat pariter *text.in d.l ſed Iu-*
lianus 9.§.fin.ff.ad Macedon. Quatenus habet:
17 ſi pater ſoluere cæperit id , quod filius mu-
tuo accepit,ſibi pręiudicat,neque Macedo-
18 niano tueri ſe valebit . Sibi enim imputare
debet,qui ſibimet cauſa fuit , vt damnum
ſua hauriret culpa, ad *regula. damnum* 68. *de*
reg.iur.in.6.cap. inter Monaſterium 20.*in fin.*ibi
Alioquin eam obijcientibus imputetur *de*
ſent.& re iudic.Clement.vn in final.verbis de con
ceſ.preben.cap.vnic.§.Quod etiam,& §.& ideo
nos,vt Eccleſiaſtica beneficia , & teſtatur apertè
Iaſon in l.ſi quis certo loc.in 8.limit.ff.de eo quod

Q cer.

cer.loc. vbi in terminis loquitur dicti text.de
eo, qui certo loco ſoluere tenetur, quando
præſertim gratia ſui locus adiectus eſſet,
quia nimirum poteſt fauori ſuo renunciare.

Cæteroqnin ſi permiſſum nobis fuerit
Doctorum reijcere limitationes, ſiue regu-
larum reſtrictiones, quod allati textus in
aliena loquantur materia, vniuerſam de le-
gibus tractationem in incerto reijcere opor
tebit;atquè ad primum,& antiquum Cahos
reducere nos omnia contingerit, & pro li-
19 bito eſſet iudicia omnia eludere, atquè
peruetere: & ſcientiã,quæ de vniuerſalibus
agit,ſecundum *Ariſtot.* & circa vniuerſalia
verſatur, (cum ſit nobis particularia inco-
20 gnita:) de particularibns fecerimus.*ad text.
in l.non poſſnnt 11.ff.de legib.extrauag.quorundã
1.Ioannis 22.§.Ac inſnper verſ. non enim parti-
cnlarium,vbi gloſſ.verbo ſcientia de verbornm
ſignificat.* At ſat erit,allatam limitationem
ſub genere regnlæ compræhendi, etiam
in materia penſionis,in qua (nequè inficias
id ibunt aduerſarij) penſionarium credito-
rem eſſe ſoluendæ penſionis,beneficiarium
verò debitorem, in dubium nemini ver-
tetur.*Bartol.autem. & DD.in d.l.item illa ver-
ba.ff.de conſtit pecun* non in materia loquun-
tur alimentorum,ſed in genali materia ſolu
tionis:An teneatur(ſcilicet)creditor ad do-
mum ire debitoris, vel contra? Quod er-
21 go generaliter ab ipſis dicitur, generaliter,
quoquè exaudiendum erit. ad *text.in l. pro-
cnrator 38. ff de procnrator. gloſ in cap.2. verbo
generali præcepto de coning.leproſ.cnm ibi notat.*

22 At ſpontaneæ ſolutiones per beneficiariũ
factæ operantur, vt interim manuteneri de-
beat in ſua poſſeſſione exigendi penſiona-
rius;vt dictum fuit *in Clnſina penſionis coram
Eminent.Plato 18.Innij 1590.apud Marcheſan.
tom.1. deciſ.67. nnm.5 fol.71.* & apertè etiam
*in d.Oſcen penſionis coram Bnratto, deciſ.542.n.
10.11.& 12.*

Manutentio autem pẽſionario vt detur,
ſat erit,ſi in poſſeſsione ſit de tempore motę
litis,*ad text.in §.retinendæ inſtitnt. de interdict.*
Rota in *Paſten.penſionis coram Pamphilio 10.
Decembris 1594. apnd Farinac. part.4. diuerſ.
deciſ.681.n.1.& Gratian. forenſ.p.5.cap.921.n.
3. Rota apnd S. memor. Grgor.XV. deciſ.100. &
deciſ.107.& apnd Card. Mantic.deciſ.72. & de-
ciſ.322.nu.11.& apnd Card.Canaler. deciſ.171.
num.1.& ſeq.& deciſ.391.in fin.*

24 Et interdictum retinendæ,in materia pen
ſionis, datur in Rota,probata poſſeſſione
exigendi,etiam per vnicum teſtem: vt in *d.
Lucana penſionis coram Lancellotto deciſ.149.
part.1.dinerſ.num.6.*

25 Quando verò agitur de poſſeſſorio ad prę
ſtationem cenſus, vel penſionis ſubtractæ,
non eſt neceſſe aſſignare cauſam,quare ha-
beatur penſio,vel cenſus,ſed ſatis eſt dicere
quod erat in poſſeſsione percipiendi, vt
*Abb.*loquitur *in cap. querelam 24. num.12. in
gloſſ. ver.Per multa tempora de electio.* & dictũ
fuit in *d.Oſcen penſionis coram Buratto d. deciſ.
542.nnm.10.*

Quod ſi forraſſe contendere mordicus ve
lit Aduerſarius, non dari poſſeſſionem, vel
quaſi in actu ſolutionis extra locum benefi-
cij,vt non procedant allatæ doctrinæ.

Reſpondebimus cum eodem *Abb. eodem
c.qnarelã n.12.in fi.*quod eſt ſaltim dare quẽ-
dam ſtatũ,ad quem poteſt peti, vt fiat reſti-
tutio;& ſequitur *Roman.d.conſ.311.nnm.6.*in
materia loquens penſionis; quod quidem
conſilium canonizatum reperitur per Ro-
tã in *Lncana penſionis,& Pampilonen.penſionis,*
atq; etiam in vna *Caſtella bonorũ coram Pam-
philio,& in vna Pariſien prioratns 5.Inlii 1591.
coram Cordnba,*vt refert *Riccins deciſ.61.nu.3.
part.4.*& dictum fuit in *Romana cenſus 8. Fe-
brnarii 1577.coram Robuſterio apnd Cencium
de cenſibns deciſ.232 num.1. & num.5.* Nequè
ſolùm cum ſpoliatur quis poſſeſſione, vel
quaſi,agere ad reſtitutionem poteſt:ſed etiã
cum immutatur ſtatus ſuus violẽter,& iniu-
ſtè,agere poterit,vt reſtituatur ad priſtinum
ſtatum, facitquè optimè in argumentum
cap.fin.de reſtit.ſpoliat. vbi agitur poſſeſſorio
pro libertate poſſidendi,vt idem *Abb.*loqui-
tur *d.cap.qnarelam nnm.13.*

28 Exequi proinde debebunt literę Apoſto-
licæ,ob reuerentiam ſaltim, quæ eis debe-
tur,ad tex.*in cap ſi capitnlo 5.vbi gloſ.verb. exe-
qnatur de conceſſ.præben l.6.ſecnndnm Rotam in
Abulen.penſionis apud Marcheſan. part.1.deciſ.
29.nnm.1.fol.536.*

Nequè officiet nobis, ſi inſtetur dennò:
quòd allatæ doctrinæ loquantur de penſio-
nis ſolutione,& non de loco. Præter quam,
quòd enim genericè loquantur de penſio-
ne;non diſtinguentes nequè de re, nequè
de loco,vt generaliter quoq;exaudiẽdę ſint,
nequè nos diſtingnere oporteat ad *text.in l.
de pretio 10 ff.de pnblic.in rem actio.*

29 Valet nihilominus argumentum de re
deductũ ad locũ,vt eſt text. apertus in *d.l.fi-
nal.in fin ff.de condit.tritic.*& ſequitur *Iaſ. d. l.
is,qni certo in princip.verſ.confirmatnr argnendo
& in l.vinnm 22.in 4 col.n.5.in fi.verſ.redeundo.
ad notabilẽ text.ff.ſi cert.petat.*ſequitur *Euarar.
in loco de re ad locnm.*

30 At cum requirat allata exceptio altiorem
indaginem, vt quæ ſit de apicibus inris,ne-
què priuandus ſit interim penſionarius poſ-
ſeſsione,in qua reperitur exigendi extra lo-
cum beneficij, per continuatas ſolutiones
ab initio conſtitutæ penſionis; retractanda
vtiquè interim haud erit ſolutio extra locũ
beneficij cepta, & continuata per alias ſolu-
tiones,vt in Rota decretum fuit in *Colimbri
cen.penſionis coram Manzanedo 6. Iunii 1614.
part.1. tom.2.in recent. deciſ.617. num.1. & 3.*
dictumq;fuit,in his terminis exigendæ pen-
ſionis,etiam per vnicum actum.in *dicta Oſcen
penſionis coram Buratto.d.deciſ.542.per tot.* pre-

ſertim

Digitized by Google

ſertim nu. 10.*cum ſeq.& in Regien penſionis* 26.
Iunij 1598 *coram Vbaldo apud Marcheſan. part.*
1.*deciſ.*19.*num.*1.*fol.*616.

Nequè officit, quòd obiicitur pendere fa-
ctas ſolutiones Neap. à facultate ſoluentis,
31 vt nihil proinde poſſeſſum, nihilquè præ-
ſcriptum fuerit ad regul. ſine poſſeſſioni 3.
de regul.iur.in 6.

32 Profectò quòd penſionis ſolutio non ſa-
ne facultatis ſit actus, ſed purè neceſſarius,
pendens à reſeruatione Pontificis; Quam ob
cauſam poſt cõſenſum præſtitum, obligatus
remanet beneficiarius ad penſionis ſolutio-
nem, ita vt velit, nolit, ſi cenſuras effuger-
33 amet, ſoluere debeat. Eſt enim penſio ius
percipiendi fructus ex beneficio alterins, iux
ta finitionem à Cardin. Toleto traditam *lib.*
5.*InſtruƐt.Sacerdot.cap.*83.*num.*1.

Si ius exigendi; Non itaquè facultatis
actus eſt in ſoluere debente: ſed neceſſitatis.
Nequè actus facultatis dici, poteſt, qui non
ex priuilegio, vel conſuetudine, ſed à con-
tractu originem ducit; vnde hoc caſu, (ſicuti
in alijs actibus) currit præſcriptio, & conſe-
quenter poſſeſſio, eius antecendens, *vt poſt*
*Angel.conſ.*55.*Gulielmus, & Franciſcus num.*2.
ſequitur *Felin.in cap.cum acceſſiſſent.*8. *col.*11.
*nu.*27. *verſ.*2.*declartur de conſtitut.Portius Imo-*
*lenſ.in concluſ.iuris lib.*3.*regul.*33.*in* 2.*limit.Ga-*
*briel.lib.*5.*tit.de præſcript. concluſ.*10. *num.*9. *in*
34 2.*limit.* Nequè dici poteſt materia facultati-
ua, & libera, vbicumquè titulus præcedit; cũ
ſemper actus cenſeri debeat factus in vim
tituli præcedentis, ad exclusionem actus li-
beri, & voluntarij, vt per *Menoch. lib.*6. *præ-*
*ſumpt.*69. *per tot.* & ſequitur *Oliuerius Beltra-*
min.ad SanƐtiſſ.Ludouiſ. deciſ. 162. *litera C. ſub*
*num.*16. *verſ.*1. *ſciendum eſt. Aymon. conſ.*106.
*nu.*84.*Rota apud eundem Gregor.XV. deciſ.*236.
*num.*3.

Nequè obſtat ſi inſtetu, reſſe ſaltim, loci
electionem actum dependentem à mera vo
34 luntate. Nam reſpondetur, primo quòd (fac
ſit actus, qui iure proprio fiat, & voluntario)
eſt tamen actus affirmatiuus, non vero nega-
tiuus; vnde datur in huiuſcemodi affirma-
tiuis actibus poſſeſſio, vel quaſi, etiam per
vnicum actum, vt optimè reſoluit *Ripa in*
*d.cap cum Eccleſia Sutrina nu.*50.*&* 53.*de cauſa*
poſſeſſ. & propriet. in materia ſolutionis pen-
36 ſionis loquens. Secundo, quod ſolutionis
actus Neapol. exequutus, factus videtur in
vim pacti præcedentis de Neap. ſoluendo, vt
37 ſupra quoquè perpẽdimus. Nimirum, quòd
ſequens actus magis factus præſumitur ex
cauſa neceſſaria, quàm voluntaria. *Bart.*
*in l.*2.*num* 3 *ff de condit.& demonſtrat. Aymon.*
*conſ.*106 *n* 8.*apud Ludouiſ.* Rota *deciſ.*92.*n.*7.*&*
deciſ 236.*n.*3. Pactis igitur ſtandum erit.*cap.*1.
*de paƐt.& l.*4.*ff.de eod.*

38 Vbi vero non conſtat clarè materiam eſ-
ſe facultatiuam, non eſt de facili denegan-
da manutentio, vt poſt Rotam apud *Eminen*
*tiſſ.Seraphin.deciſ.*323.*nu.*3. aduertit idem *Bel-*
*tramin.d.deciſ.*162.*num.*16 *in fin.* Erit igitur co
gendus beneficiarius ad ſoluendam penſio-
nem in loco, quo ab initio ſoluit.

Atquè ita ex his, iudicio ſubiectis emun-
ctionis naris, reſpondendum cenſui.

CAROLVS MARANTA I.V.D. Aduocatus.

Negotium hoc pluries agitatum fuit corã Eminentiſſimo Domino Cardinali Boncopagno Archiepiſcopo Neapolitano, aſſidente Reuerendiſſimo D. Iacobo Terragnolo eius Generali Vicario, viro ſane docto. Tamẽ per Curiã Archiepiſcopalẽ dictum fuit, vt ſolutio fieret in loco neutrali. Vnde ab vtraquè Parte à decreto appellatum, & cauſa coram A.C. introducta, demum pro penſionis ſolutione dictum fuit.

SVMMARIVM.

1 *Conſuetudo, quæ diuino cultui fauet quoad diſtributiones quotidianus, minime im probatur, & num.*25.

*Quemadmodum neque improbatur conſuetudo, per Sacr. Trident. Conciliũ, quod diuiſio horarum aliter fiat, quam per tertiam partem reddituum, num.*2.

3 *Replicarum diſtrubutio in Cathedrali Capuana in Dinini cultus augumentum tendit, vnde nec improbatur.*

*Et quid ſeruandum quoad eas lucrandas? num.*7.

4 *Camera Apoſtolica in demortui Beneficiarij ſiue Canon ci locum ingreditur.*

*Vnde non pingius ſortitur ius, quàm defunƐto erat, num.*5.

*Stare proinde tenetur iuri, cui defunƐtus obnoxius erat, num.*6.

5 *Qui in ius ſuccedit alterius eodem iure vtitur, non maiori.*

8 *Conditio nihil interim in eſſe ponit, donec impleatur.*

*Quin aƐtum, & obligationem, eiuſque natiuitatem differt in tempus vſque purificata conditionis, num.*9.

*Vt nullum ius interim competat, non purificata conditione, num.*10.

*Sed iuſtificanda ſit conditio per eum, qui admitti deſiderat, num.*11.

12 *Camera Apoſtolica ſuccedit defunƐto beneficiario ſpoliorum iure in fruƐtibus non perceptis.*

In fruƐtibus videlicet pendentibus, nequè exactis, quamuis maturatis, nequè à ſolo ſepa-

 ratis,

*ratis,numer.*13.

*Non tamē in diſtribntionibus quotidianis ſuc ceedit,num.*14.

14 *Diſtributiones quotidianæ fructuum nomine non comprahenduntur, nequè de beneficij corpore æſtimantur. Vnde Canonici eas ad hæredes iure tranſmittunt,num.*15.

Et de eis diſponere valent.

Cum non vt fructus,ſed merces pro labore computentur.

16 *Diſſimilium diſſimile eſt iudicium,ſicuti ſimilium ſimile.*

17 *Nominum diuerſitas diuerſitatem diſpoſitionum facit.*

18 *Separatorum,ac diuerſorum ſeparata,atquè diuerſa eſt ratio.*

19 *Præſcriptum tantum dicitur, quantum poſſeſſum.*

*Nequè extentio datur ad non poſſeſſa,n.*20.

20 *Extentio minime datur in materia odioſa.*

21 *Canonicus, vt diſtributiones lucretur quotidianas nedum reſidere, ſed deſeruire quoquè debet in choro,etiam canendo.*

22 *Cameræ Apoſtolicæ nullum ius eſt in diſtributionibus, quas Canonicus non lucrauit.*

23 *Diſtributiones quotidianæ intereſſentibus debentur,neque conſuetudo aliqua valet, vt non intereſſentibus dentur.*

24 *Nemo poteſt plus iuris in alterum transferre,quàm in ipſo ſit.*

ARGVMENTVM.

Conſuetudo,quæ cultui Diuino fauet quoad quotidianas diſtributiones minime improbatur. ad ornatum text. Sacri Tridentini Concilij ſeſſ.21. cap.3. de reformat. Et num Camera Apoſtolica ius habeat in diſtributionibus quotidianis iure ſpoliorum; & an de eis poſſit Canonicus diſponere? Et quid de replicis in Eccleſia Cathedrali Capuana?

RESPONSIO XXIV.

IVS nullum eſſe poteſt Cameræ Apoſtolicę quoad replicas,quæ Canonicis Cathedralis atquè Metropolitanæ Eccleſiæ Capuanæ debentur. Porrò illæ cadente iam anno ex inueterata Capituli conſuetudine inter Canonicos actu exiſtentes, qui què magis in ſingulos menſes diuinis intereſſendo inſeruierunt, diſpertiuntur. Quam ob causā ius nullū Canonico interim quęſitū dicitur, ſi in diuiſionis actu, vel per mortē, vel per reſignationem de Capituli corpore eſſe deſie-
1 rit. Non improbanda itaquè huiuſcemodi erit conſuetudo, quæ Diuino cultui, aſſiduitatiq; illi inſiſtendi fauet, iuxta *tex. in c. vnico*
„ ibi: iuxta Eccleſiæ cuiuslibet ordinationē ra
„ tionabilem iam factam, ſeu etiā faciendā *de cleric. non reſident. lib. 6. text. Sacri Trident. Concil. ſeſſ. 21. cap. 3. de reformat.* ibi: ſaluis tamen conſuetudinibus earum Eccleſiarum. Quo ſanè loco *Eminetiſſimus Cardin Bellarminus in obſeruationib. ad ſtrina lib. littera S verbo iuxta di*
2 *uiſionem*, docet: Non improbare Sacrum Concilium conſuetudinem Capituli, quòd diuiſio horarum aliter fiat. Vel ſi ſit conſti-
3 tutio. Haud improbabitur itaquè Replicarum huiuſmodi diſtributio, Diuini cultus in augumentum tendens, iiſquè fauens, qui in inſeruiendo diligentiores, aſſiduioreſquè fuerint. Alioquin eſſet ſibi Sacrum Concilium contrarium; quod dici, aſſeriquè haud minimè debet, vt idem *Bellarminus ibidem* aduertit.

Nullum propterea ius quæſitum dicitur Canonico Alytio Gatta, nouiſſimè prædefuncto, quòad replicas præfatas, Cappellarum quoquè; cùm ſat fuerit diſtributionis replicarum tempore in humanis illum non egiſſe, vt ab earum ſecluderetur
4 participatione. Excluderetur proinde, & Apoſtolica Camera, quæ defuncti Canoci locum ſubingrederetur, quan-
5 do illæ eidem deberentur. Nequè porrò ius pinguius eſſe potuiſſet eidem, quàm Canonico ad illas fuiſſet, ad regulam *l. qui in ius ſuccedit alterius 137. vbi Des ff. de regulis iur.* & regulam ſubrogatum in *l ſi eum 10 §. qui iniuriarum. ff. ſi quis cautionibus Barboſ. aſſiomat. 213 num. 1. Rota apud Sanctæ memoriæ Gregor. XV. deciſ. 544. num. 16. & 38.*

6 Hanc ob causā proinde receptę per tot annuorū curricula in capitulo Capuano rationabili conſuetudini, quæ in aumētū ſuccedit diuini cultus, ſtare debebit Camera Apoſtolica, quę admodū ſtare tenebatur eidē Canonicus pręfatus, ſi vitali adhuc ille perfrueretur aura. Nec ſanè mirū, quando ius, ꝙ eidē eſſe ad illas poterat, conditionale erat, nō pla
7 nè liberū, & abſolutū: quatenus videlicet ipſe pro maiori parte inſtātiùs in ſingulos deſeruiſſet menſes; atquè diſtributionis replicarū tempore, vel in humanis ageret, vel de corpore

pore eſſet capituli: vt ſi vnum eorum defi-
ceret, à replicarum eſſet ipſe participatione
8 ſeiunctus. Nihil eſt autem, quod conditio in
eſſe ponat, verum in ſuſpenſo omnia refer-
nat, donec conditioni pareatur, *cap. 1. in fin.
de ſponſalib. in 6. cap. verum 4. de conditionib. ap
poſit. extrà l. cedere diem 213. §. vbi ſub conditio-
ne, ff. de verborum ſignificat. l. non omnis 19. ff. ſi*
9 *certum petatur.* Quin & actum, & obligatio-
nem ipſam, eiuſquè natiuitatem differat,
eamquè in tempus transferat purificatæ cō
ditionis. *Griuellius deciſ. Senatus Dolani 133.
num. 9 Camillus Burrellus conſ. 47. nu. 34. & 45.*
10 Nullum ergo ius erat interim Canoni-
co Aloyſio, qui intra tempus faciendæ diui-
ſionis diem vidit vltimum, ad replicas per-
cipiendas, conditione, ſub qua debebantur,
minimè interim purificata. *Aymon conſ. 10.
num. 15. Gratianus forenſ. diſceptat part. 5. cap.*
11 *949. num.* 10. Iuſtificanda itaquè eſſet condi-
tio per Cameram Apoſtolicam; ad replicas
in demortui Canonici locum, vt admitti
valeret *l. Thais ancilla 41. §. Stichus, & Dama,
ff. de fideicommiſſar. libertat. Rota apud Cardin.
Caualer. deciſ. 183. num. 1. & 2. & deciſ. 251.
num 11.*

Nequè obſtaculum facit, quod obijcit fi-
ſcus: diſtributionum quotidianarum natu-
ram ſortiri huiuſcemodi replicas. Quemad-
12 modum verò in diſtributionibus quotidia-
nis, quæ Canonici prædefuncti lucro ceſſe-
runt, veluti in aliis fructibus, Cameram,
poſt eorum ſuprema funera, ſpoliorum iu-
re, ſuccedit, ex Summorum Pontificum cō-
ſtitutionibus, ita per æquè, & in his replicis
ſuccedere debebit.

Non Ædepol vtriuſquè par eſt ratio.
13 Nam, & ſi quidem ex Summorum Pon-
tificum conſtitutionibus Iulij Tertij, Pauli
Tertij, Sixti V. ac Pij Papæ V. Camera ſuc-
cedat in omnibus fructibus beneficiorum
pendentibus, maturatis, & non exactis, neq;
à ſolo ſeparatis. *Quaranta in ſumm. Bullar.
verbo ſpolia Clericorum. Ioann. Azor. inſtitut. mo-
ralium part. 2. lib. 8. cap. 3. quæſt. 13. Rota coram
Coccino Decano deciſ. 376. num. 1. & in Baren
fructuum 2. Iunii 1610. coram Cardinali Canale.
deciſ. 224 num 4. & 5. in impreſſis apud Statiliū
Pacificum de Saluiano interdicto. & apud ipſum
Cardin deciſ. 104. num. 1. & 6. & in Cremonen
fructuum 18. Maij 1611. coram Pirouano deciſ.
223. à num. 4. & ſeq. apud eund. Statilium eodem
tract. de Saluiano.*
14 Non ita tamen in diſtributionibus ſucce-
dit; quòd hæ fructuum nomine minime cō-
præhendatur, neque de beneficiorum cor-
pore dicantur iuxta conſilium *Oldradi 118.*
canonizatum in Rota *in Nouarien. Canoni-
catus 1615. coram S. memor. Gregor. XV. deciſ.
340. num. 2. & 5. & part. 1. diuerſorum deciſ. 330.
num. 1. & 2. & deciſ. 452. num. 4. Caſſador. deciſ.
6. de præbend. num. 6. Gonzalez ad regulam 8. can-
cellar. §. 7. in proemio à nu. 154. cum ſeq. Garſias
de benefic. tom. 1. part 5. cap. 1. num. 266. Cardin.
Bellarmin. d. cap. 3. ſeſſ. 21. in doctrinalibus obſer
ſeruationib. verbo fructuum. Quaranta verbo di-
ſtributiones quotidianæ Azor. d. lib 8. cap. 3 q. 9.
Moneta de diſtributionib. quotidian. part. 1. quæſt.
6. Barboſa de Canonic. & dignitatib. cap. 21.
num. 6.*
15 Vt ad heredes eas Canonici non ab rè
tranſmittant, valeantquè de illis, (vti Domi-
ni) per ſcriptas etiam tabulas cui voluerint
teſtamento relinquere: nō fructus, ſed merces
pro labore ſeruientibus debeantur: ſecūdum
communem Doctorum ſententiam, quam
Couarruuias admittit *cap. cum in officiis, num. 4.
de teſtam.* ſequuta fuit Rota in *Romana, ſeu
Vercellen pecuniaria 15. Decembris 1582. corā
Card. Seraphin deciſ. 594. num 5 & 6.* & ita ſe
in facto obtinuiſſe refert, *Gigans conſ. 144. nu.
21. & 34. Auguſtin Barboſ. de Canonic. d cap. 21.
num 32. & in collectan ad dictum cap. vnicum de
cleric. non reſidentib. in 6. num. 22. Gratianus fo-
renſ. part. 2. cap. 381. num. 12. Moneta de diſtribu-
tionib part. 3. quæſt. 1. num. 81.*

Non itaquè locum ibi facit aſſumptum
fiſci, ex paritate fructuum, ad diſtributio-
nes quotidianas inferentis; cùm illa mini-
16 me admittatur. Vt diſſimilium diſſimile iu-
dicium eſſe debeat; quæmadmodum con-
trà, ſimilium, idem debet eſſe iudicium, ad
regulam *tex. in l. leges 3. C. de legib. gloſſ. in cap.
ſuper eo. 4. de Parochiis in gloſſ. fin. cap. inter
cæteras 4. de reſcript. cum alis concordantibus.*
17 Nominumquè diuerſitas, diuerſitatem
quoquè diſpoſitionum faciat, ſecundum *glo.
in can olim. 5. verbo tollerentur 95. diſtinct.*
18 Quod eorum, quæ diuerſa, atquè ſeparata
ſunt, ſegregata ratio eſſe pari debeat modo,
*l. ſi maritus 10. in fin. vbi gloſſ fin. C. de donatio-
nib. inter virum, & vxor. l. fin. ff. de calumniatori-
bus, l. inter ſtipulantem 83. § ſacram* ibi: ſed hæc
diſſimilia ſunt, *ff. de verborum obligat.*

Nequè inſtabit Fiſcus: eſſe Cameram in
poſſeſſione percipiēdi diſtributiones quoti-
dianas in hac Capuana Eccleſia Canonicis
iam vita functis: vt idem eſſe quoquè iudiciū
debeat & in his replicis, quæ diſtributionū
naturam ſortiri videntur.

Quicquid nempè ſit an in poſſeſſione
percipiendi diſtributiones ſit Camera, cùm
nihil ad rem hanc noſtram faciat ſpeculatio
huiuſmodi: inficias tamen ire haud poterit
fiſcus, Cameram in poſſeſſione exigendi has
19 replicas non vtiquè eſſe. Vt tantum proin-
de præſcriptum habeat, quātum poſſeſſum,
non vltrà. ad regulam *ſine poſſeſſione 3. de reg.
iur. n. 6 Rota in Valentina decimarum 1598. co-
ram Cardin. Seraphino deciſ. 1295. num. 7. & in
Toletano decimarum 1618. coram Cardin. Caua-
leria deciſ. 487. num. 4. & apud Coccinum De-
canum deciſ. 346. num. 9. & part. 4. diuerſorum*
20 *collecta per Farinac. deciſ. 864. n. 2.* Quod vtiq;
extentio minime detur in hac materia odio
ſa, niſi ad poſſeſſa duntaxat. *Felin. in cap. au-
ditis*

ditis num.11.de præſcript.Rota d.deciſ.865.num. 7.part.4.diuerſ.

Tum etiam quòd conditionaliter eùm Canonicis hæ debeantur replicæ, (vt in ſuperioribùs diximus) nequè Canonicus hic operoſiùs in ſingulos menſes inſeruierit, nequè vita ſuperſtes fuerit ad diem vſquè diſtributionis; quemadmodum illæ Canonico non debentur, ita pariquè modo, neq; Cameræ, (quæ defuncti ſubingreditur locum,) debebuntur. Nequè enim ſat eſt Canonico, vt diſtributiones lucretur, ſi in Ciuitate reſidens fuerit, niſi quoquè, & Choro intereſſerit, ſeruieritquè horis intereſſendo Canonicis, atquè canendo *d cap vn.de cleric.non reſident.in 6.& d.cap.3.ſeſſ.21. de reformat. Sacri Tridentin.Concil.* dictum fuit in *Genuen diſtributionum 1604 coram Sanct.memor, Gregor.XV. deciſ.154.num.4.ad text.Sacri Tridentini Concilij ſeſſ.24.c.12. §. omnes verò diuina per ſe.de reformat.* ibi: aut in choro ad pſallēdū, vbi plures refert. *Barboſ.in collectan.num.135.*

22 Quemadmodum verò Cameræ in diſtributionibus, quas Canonicus non lucrauit
23 defunctus, ius nullum eſt: quòd illæ intereſſentibus accreſcant; conſuetudine quacumquè in contrarium minime proficiente; cùm illa *d.cap.vn. de clericis non reſident.in 6.* à Bonifacio VIII. omnino improbetur, atq; à Sacro Tridentino *d. cap.3.ſeſſ.21.de reform.* Ita per æquè, & in his replicis, quæ Canonico, qui, vel non aſſiduus in famulatu diuino in ſingulos menſes fuit, vel diſtributionis tempore de Capituli corpore, ſiuè per ceſſionem ſiuè per deceſſum deſierit eſſe, minimè debentur, quia illas lucratus minime fuit decedens Canonicus: vt nequè hæredi-
24 bus, nequè Cameræ traſmittere valuerit. ad *regulam nemo poteſt plus iuris 69. de regul. iur. num.6.*

25 Nequè profectò improbatur cōſuetudo, quin vltra diſtributiones quotidianas, quæ intereſſentibus diuinis debentur, hæ quoquè replicæ operoſius inſeruientibus Canonicis, atquè laborantibus, quaſi præmium pro exquiſito labore, certo debeantur modo, vt ſupra intio diximus, & notatum fuit *in d.Gerunden diſtributionum, in initio.Bellarminus d.cap.3.ſeſſ.21. in doctrinalibus obſeruat.*

Atquè ita ex his iudicio ſubiectis emunctiori, reſpondendum cenſui, &c.

CAROLVS MARANTA I.V.D. Aduocatus.

Obtinuere Procuratores Capituli ne moleſtia afficerentur pro his replicis operoſiùs intereſſentibus debitis.

SVMMARIVM.

1 *Facultates omnes ingrediendi ſepta Monaſteriorum mulieribus reuocata fuere, tàm per Pium V. quàm per Gregorium XIII.*

Mēs autē dictorū Pontificū fuit ad remouendam obſtacula, quæ Religioſorum propoſitum peruertere poterant, num.17.

2 *Odioſa reſtringenda, fauorabilia vero extendenda.*

3 *Mulieres intra Monaſteriorum ſepta admittere, non leue eſt facinus.*

Grauiſſima proinde pæna frenandum.

4 *Mulieres ingrediētes ſepta Monaſteriorum, etiam non vi facultatum, in eaſdem incidunt pænas, atquè excōmunicatione ligantur.*

Ita quoquè regulares, qui eas admittunt ex viua vocis oraculo, tàm Pij V. quàm Gregorij XIII.num.5.

Et ita ſeruat Sacra Pænitentiaria Sanctiſſimi num.6.& 10.

Vt nequè Penitentiarij Sancti Petri poſſint huiuſmodi excommunicationem ſoluere. num.13.

Quia magis peccat, quæ ſine facultate ingreditur, quam quæ cum facultate, num.7.

Magiſque finis legis violatur, num.8.

9 *Mulieres inferioris conditionis facilius peruertuntur.*

11 *Interpretatio, quæ ex obſeruatione procedit, magis ſequenda, quàm nuda verba diſpoſitionis.*

12 *Obſeruantia Sacri Prætorij Pænitentiariæ Apoſtolicæ pro lege habenda erit.*

Mutanda minime itaque erit, num.14.

Nequè abſquè fundamento in re tàm graui obſeruantiā illam inoleuiſſe æſtimādum erit, num.15.

16 *obſeruantia ſubſequuta ſatis eſt optima mētis interpres.*

18 *Præfationes mentem indicant diſponentis, legemque rogantis.*

19 *Religioſorum propoſitum nihil ita mutat, vt mulierum congreſſus, & conſuetudo.*

20 *Virum, & mulieres apoſtatare faciunt ſapiētes. Illuſtratur.*

21 *Mulier eſt tactu viſcus, viſu Baſaliſcus.*

22 *A muliere iniquitas viri. Explicatur.*

23 *Mulier morte amarior, iſta enim corpus, illa vero animam occidit. præſertim in honeſta num.24.*

25 *Meretricum audacia maxima.*

26 *Muliere nil impudentius.*

27 *Locus Matthæi 21.31.publicani, & meretrices præcedent vos in Regnum Dei. Illuſtratur ex S.Ioan.Chriſoſtomo.*

28 *Fornicationes maximè peccant mulieres.*

29 *Regularium in cauſis ad morum correptionem, ſola facti veritate inſpecta proceditur.*

Nequè ſeruandus iuris ordo num.30.

Vnde nec admittitur Iudicis recuſatio nu.31.

Neque appellatio, niſi excedatur in modo, num.33.

Neque tela iudicij ſtrictim perſcrutanda, num.37.

32 *Iuris remedia ad oppreſſorum leuamen, non ad iniquitatis ſubſidium inuenta.*

34 *Acta, quæ non ſunt ex proceſſu, non ſunt danda reo.*

35 *Notarij atteſtationi, acta data fuiſſe, ſtatur.*

36 *Calumniæ in iudiciis reſecandæ.*

38 *Factum Sancti cuiuſdam Anachoretæ, qui mulieres ſupra corpus ſuum ſepelliri, non paſſus fuit.*

ARGVMENTVM.

Mulierum ingreſſus intra Monaſteriorum ſepta etiam non cauſa licentiarum, & facultatum, & ad malum præſertim finẽ, an compræhendatur ſub pœnis, & cenſuris in conſtitutionibus Pij V. & Gregorij xiij. hac de re editis, & quid quoad introducentes? Deque modo procedẽdi in cauſis regularium.

RESPONSIO XXV.

Tranſmiſſo ad me, proceſſu cauſæ aduerſus fratrem Epiphaniũ profeſſum Religionis N. quod intra ſepta, clauſtraue Monaſterij Mulierem quandã Margheritam introduxiſſet, & cum ea cenaſſet, atquè in propria cella rem habuiſſet carnalem. Viſis teſtium depoſitionibus, atq; inquiſiti conſtitutis, quibus pœnè rem omnem confitetur, totoquè proceſſu. In dubium reuocaui: Num in pœnas, & cenſuras dediſſet frater Epiphanius in conſtitutione Pij Papæ V. (Regularium perſonarum, &c.) anno 1566. edita, contentas: atquè etiã Gregorij XIII. (vbi gratiæ.) anno 1575.

1 Cùm nempè conſtitutionibus prædictis in irritum reuocentur licentiæ omnes quibuſcunquè mulieribus hactenus conceſſæ ingrediendi ſepta, clauſtraquè Monaſteriorũ Regularium, certis ſtatutis pęnis, (excommunicationis præſertim,) tàm mulieribus ingredientibus, quã recipientibus: extendedæ illæ haud videntur ad illas, quæ non vi facultatum, ſiue licentiarum prædictarum, ſed
2 alia ex cauſa, ingreſſæ fuerint. Quòd refrenari odioſa debeant, atquè reſtringi, non extendi, dilatariquè *regula odia 15. de regul. iur. in 6.* Et hanc ſententiam ſequuntur, *Rodriquez quæſtion. regular. tom. 1. quæſt. 48. art. 2. Suarez de cenſur. diſputat. 22. ſect. 6. in 6 excommunicat. num. 11. 12. & 13. Sayr. in Theſaur. lib. 3. cap. 31 num. 11. & 12. cum ſeq. Sanchez in opere morali tom. 2. lib. 6. cap. 16. nu. 76. Portel. dub. regul verbo clauſura monachorum in additionib. Diana p. 4. tract. 4. Miſcellan. reſolut. 179.*

3 Verùm, quia, non leue eſt facinus intra Monaſterij ſepta mulieres admittere; ſecundum ea, quæ habet S. Gregor. ad Valentinũ Abbatem, relatus *can. peruenit. 20. 18. quæſt. 2.* vt grauiſſima proinde pęna fieriri delinquẽs debeat. Vt *d. can. peruenit in fi.* habetur. & *Thomas Triuiſan. deciſ. vlt. num. 10. lib. 3.* ſequitur. In affirmatiuam ſententiam declinare, iuſtitiam ſequendo, viſum eſt mihi, nec leui ſane fundamento.

4 Nimirum, quòd ipſemet Summus Pontifex Pius V. mentem ſuam declarauit, illa ſua conſtitutione voluiſſe, ne dum compręhendere mulieres habentes, haberequè prætendentes indulta, & facultates Regularium Monaſteria ingrediendi: verùm & omnes, & quaſcunquè mulieres alias, tàm in genere, quàm in ſpecie Monaſteriorum ipſa ſepta, alia quacunquè ex cauſa ingredientes. de declaratione autem præfata viuæ vocis oraculo facta, teſtatur Eminentiſſimus Cardinalis Cribellius apud *Quarantam in ſumm. Bullar. verbo Monaſteria, & conuentus fol. mihi 306* & *Ioan. Baptiſta Confectius in collectanea litterarum Apoſtolicarum inter conſtitutiones Pij V conſtit. 6.* refert conſtitutionem declarationis præfatæ ſuæ mentis, quæ incipit: *Decet Romanum Pontificem*, editam anno 1570. *fol. mihi* 147. impreſſionis Colonien anni 1619.

5 Nequè alienam ab hac Pij V. mente, & conſtitutione, mentem quoquè fuiſſe Gregor. XIII. per dictam ſuam conſtitutionem (vbi gratiæ) incipientem, teſtatur, & refert *Nauarr. in man. cap. 27. num. 140. in 61. excom-*
6 *municat. verſ adde 2.* Vbi ita pariter ſacram Pœnitentiariam ſeruare atteſtatur, atquè etiam in *comment. 4. de regul. in can. ſtatuimus 19. quæſt. 2. num. 62. verſ. 4. quod per prædictam*
7 *extrauagantem.* Quia profectò magis peccat, quæ ſine vlla facultate ingreditur, quiue eas admittunt, quàm quæ facultatum prætextu.
8 Et finis legis, qui fuit, ne regulares p ingreſſũ matronarũ intra ſepta in ſua pace, & quiete turbarentur: (qui ſanè magis, magiſq; violatur per ingreſſum mulierũ etiam abſq; facultate vlla, potiſſimũ vero ſi ad malũ finẽ fiat,

fiat,ſintquè mulieres inferioris conditionis,
quæ facilius peruertuntur,) eoquè potius à
ſuo deturbantur intentu: cùm propterea Re-
gulares,ne dum in ſua pace perturbantur, ve
rùm,& mente peruertuntur; vnde peccato
ſe inficientes,intra ſcepta clauſtrorum ſe cō-
tinere non valent amplius,& à cella,atquè
proinde à Cęlo,in Infernum demerguntur.
ſequitur idem *Rodriquez in Bullam Cruciata,*
num 6.& 7. (ex ſi ſibi ipſi contrarius,) eniur-
què refert *Portel. d. verbo clauſura Monacho-*
rum in additionib. Ita quoquè pro hac ſenten
tia *Ioann. Azor. inſtitut. moral. par.1. lib.13. cap.*
8. quæſt.10. Lælius Zecchius de republica Ecleſia
ſtica tit. de Religione cap.3. num.15. verſ.8. vul-
tus, in fin. Quaranta dict. verbo Monaſteria,
& conuentus fol. 306. in fin. & verbo mona-
ſteria monialium, fol. 345. Frater Ludouicus à
Beia reſponſ. caſuum conſcient. par.1. caſu 30. vbi
col 3. verſ. tùm ex litteris fol. mihi 128. de mente
dictorum Summorum Pōtificum ſatis aper
tè conſtare refert ex litteris de hac re ad di-
uerſos Epiſcopos datis,atquè etiam ex decla
ratione viuæ vocis oraculo per eos facta, ac
potiſſimum per Gregorium XIII. *col.4. verſ.*
tùm denique fol.129. Sanchez d. cap.16. num.77.
in prima ſententia. Licet ipſe quoad conſtitu-
tionem Gregorij XIII. hanc non ſequatur,
quòd forte non admiſerit declarationem
viuæ vocis oraculo ab ipſo Gregorio factā,
ita quoquè *Frater Franciſc. à Gariolano Capuc-*
cin. tract. de caſib. reſeruat. part.1. caſu 3. de noctur
na egreſſione, num.25. verſ. quæ doctrina vera eſt,
10 impreſſione Colonien anni 1619. vbi ita
vigere Praxim in Sacro Pęnitentiariæ præ-
torio refert: nam facta pluries ad Sanctam
Sedem recurſu huiuſcemodi in caſibus: reſ-
ponſum fuiſſe per illam,(dicit:) & mulieres,
& regulares,qui illas introduxere in excom
municationem Pontifici Summo retentam
dediſſe; oportuiſſequè abſolutionem ab illa
obtinere. Sequiturquè *Frater Ioannes Bapti-*
ſta à Lezana in ſum. quæſt. regular par.1. cap.10.
num 9.& ſeq & num.13. Frater Hieronym. Ro-
dri. reſolut. 27. nu.1. Pater Ioannes Baptiſta Scor-
tia in ſelectas Summorum Ponticum epitome 95.
Theorema 235. Qui apertiſſimè pro hac ſen-
tentia ſtat; præſertim quòd ſequendus ſit ſty
lus Sacræ Pænitentiariæ Apoſtolicæ, Et ita
quoquè declaraſſe Sacram Congregat. Con
cilij interpretum ſuper *cap 5. ſeſſ.25. & Epit.*
126. et 127 Theorema 335.& 336. Frater. Io. de
la Cruz de ſtatu Relig. lib.1. cap.5. concluſ.1. n.2.
& 3. Nequè ab hac ſententia abhorret *Por-*
tel. dicto verbo clauſura Monachorum in addi
tion. cùm hanc magis ſecuram aſſerat; poſſe-
què quemlibet vtriquè ſententiæ pro libito
adhærere. quia quælibet illarum habet ſuf-
ficientia fundamementa. Hoc verò aſſerit,
quia dubium habet de mente Summorum
Pontificum prædictorum Pij, ac Gregorij.
At verò cùm referat Confectius, vbi ſupra,
ad verbum Pij V. declarationem de hac re,

de qua teſtatur quoquè, atquè ex parte re-
fert, *Sanchez d. cap.16. num.79. & Ioann. de la*
Cruz d. concluſ.3. vbi in fin. refert iā ſeruatū
fuiſſe in Hiſpania per Illuſtriſſimum Nun-
tium Apoſtolicum; erit vtiquè, & ipſe pro
noſtra ſententia.

Hanc proinde ob cauſam (quicquid aliàs
nos dicere oporteret, ſecundum Bullarum
11 præfatarum rigorem) cùm habeamus pro
nobis obſeruantiam; ſequenda vtiquæ erit
Sacri Pęnitentiariæ Prætorij interpretatio,
magis,quàm nuda verba diſpoſitionum ip-
ſarum. ſecundum *Abbat. in cap.1. num.14. de*
conſtitu. & Aymon. conſ. pro genero ad calcem 1.
vol. num.317. Quo loco in criminalibus quo
què ſedem habere aſſerit. Pro lege igitur ta
12 lis habenda erit Sacri Prætorij obſeruantia,
quam nō niſi ex mente declarata dictorum
Summorum Pontificum inoleuiſſe æſtima-
re debemus, cùm de interpretatione agatur
Sanctionis Apoſtolica, *Caſſador. deciſ.4. num.*
5. verſ. Item hoc probat ſtylus de iure patronat.
atquè poſt *Nauarr. Azor. & Suarez,* quem ob
dictas viuæ vocis oraculo declationes prio-
rem ſententiam mutaſſe aſſerit *Lezana d.*
cap. 10. nu 9. in fin. referatquè *Fillиucius, tom.1.*
tract.15. moralium quæſtion cap 5. quæſt.7. num.
119 in fin. ſequentibus dicens: *Vnde etiam Pæ-*
13 *tentiarijs Sancti Petri eſt reſeruata hæc excōmu-*
nicatio, quoad regulares introducentes. ſequitur
què *Bonacin. tom.1. tract. de Clauſura, quæſt 5.*
punct.3. per tot. n.1.2.& 3. & Scorna, vbi ſupra
Thoremat.235.

14 Mutanda minimè propterea obſeruan-
tia præfata erit; quin ei ſtandum, atquè ſe-
quenda *ad text. in l. minime 22 ff de legib. Ay-*
mon. conſ.118. num.2. Roland. conſ.79. num.83.
lib.3. Gratian. forenſ. part.4 cap.742. n 61.

15 Nequè enim abſquè euidenti fundamen
to amplexam illam fuiſſe Sacrum Peniten-
tiariæ Prætorium in rè tàm graui æſtiman-
dum fuerit: ſecundum *text. in cap. cùm dilectus*
8. §. dictus verò. de conſuetud. ibi: Et obtentu
huiuſmodi ſtatuti, ſic fuerit retroactis tem-
poribus obſeruatum. *Guido Papa conſ.68 viſis*
duobus num.2. Rota apud Verall. deciſ.177. num.
7.& 8. part.1.& deciſ.574. num.3. part.1.& de-
ciſ.256. nu.6. part.2. diuerſorum, atquè in recent.
part.1. deciſ.196. num 2.& part.2. deciſ.608. nu.
6. Beltraminus ad deciſ. S. memor. Gregor XV. de-
ciſ.184. num.8. Crauetta conſ.10 nu 9. & d. conſ.
118. num.2 Alciat. de præſumpt. regula 2. præ-
ſumpt.24. Rota apud Coccinum Decanum deciſ.
328. num.8.

16 Eſt quippe ſubſequuta obſeruantia, ſatis
optima mentis diſponentis interpres, *ad*
text. in l ſi de interpretatione 36. ff. de leg. Rota
par.4 diuerſorum collecta per Farinac. deciſ.872.
num.2. Vt omne per eam ſedetur, quin abij-
ciatur dubium *ad text. in l. cum de conſuetudine*
33. ff. de legib. Rota in recent. part.2. deciſ.194.
num.4. Iureque per eam dubia interpræte-
mur verba, ſecundum *Abbat. conſ.9. num.3.*

part.

part.2.Crauett.conſ.101.nu.3.& Surd.conſ.618.
nu.10.lib.4.Rota apud Coccin.Decan. deciſ.483.
num.1.
17 Et planè mens,cùm fuerit Sſmorum præ
fatorum Pontificum conſtitutiones rogare
prædictas tollendi cauſa facultates mulieri-
bus per prius factas Monaſteriorum regula
rium ingrediendi ſepta, ad remouẽdum ea,
quæ Religioſum Propoſitum Regularium
perſonarum præpedire poſſent, & vt quie-
tius ipſi in Dei facultatu perſeuerare vale-
rent, vt ex præfationibus excipitur, ex qui-
bus mens habetur diſpontis, legemquè ro-
gantis.ad *text.in l fin.cum ibi notatis,ff.de hære-*
dibus instituend.
19 Nihilquè ſit aliud, quod ita Religioſum
immutet propoſitum,ſicuti mulierum con
greſſus, & conſuetudo. vt enim inquit Sa-
20 piens *Eccleſiaſtic.19.2.Vinum,& mulieres apo-*
ſtatare facciunt ſapientes. Immoderatus enim
amor,& vſus vini, ac mulierum, ipſos quo-
què ſapientes decipiũt,atquè à Deo auertũt.
vt *Dionyſius Carthuſianus ibid.* commentum
agit.
Vnde dixit, nequè ab re quidam alius.
„ *Adam,Sampſonem,Petrum,Dauidem,Salomonẽ*
„ *Decepit mulier;quis modo tutus erit?*
21 Eſt quippe mulier,tactu viſcus, viſu Baſi-
liſcus,vt alter dixit.
„ *Carpit enim vires paulatim, vritque videndo*
fæmina. Vergilius,vt canit 3.*Georgicũ* Multo
vtiquè magis prohibere illos Summos Pon
tifices voluiſſe malarum mulierum ingreſ-
ſum intra Monaſteriorum ſepta, nemo,qui
ſanæ mentis fuerit,negabit.
Si nempe de omibus mulieribus indiſcri-
minatim Sapiens loquitur,*Eccleſiaſtic.42.12.*
22 *& 13.In medio mulierum noli commorari;de ve-*
ſtimentis enim procedit tinea, & à muliere ini-
„ *quitas viri*. Quoniam ex mulierum aſpectu
„ affatu,tactu,cohabitatione, ri ad concupi-
„ ſcentiam,& ad vitia alia excitantur. Hinc
„ *Prouerb.9.*inducitur. Non concupiſcat pul-
„ chritudinem mulieris cor tuum,ne capiaris
„ nutibus illius.Mulier enim viri prætioſam
„ animam capit. Nunquid poteſt homo ab-
„ ſcondere ignem in ſinu ſuo vt veſtimenta
„ illius non ardeant, aut ambulare ſuper
„ prunas,vt non comburatur plãtæ eius? Ver
„ ba ſunt Dionyſij Carthuſ. *in dictum cap.42.*
„ *Eccleſiaſt.* Vnde Salomon qui ab expertò
23 loquebatur *Eccleſiaſtes 7.27.Inueni* (inquit)
„ *amariorem morte mulierem,quæ laqueus venato-*
„ *rum eſt & ſagena cor eius; vincula ſunt manus il-*
„ *lius*. Mors enim corpus,mulier vero animã
„ occidit.
24 Quid vtiquè de muliere dicendum in
honeſta, & meretrice? De meretricibus e-
nim loquens *Terentius in Eunucho*,quaſi pro
prium eorum epithetum audaciam tribuit.
25 „ *Audaciam meretricum*.inquiens, & Iuue-
nalis ſatyr.6.
„ *Nihil audacius illis*. de mulieribus
loquẽs. Dixitquè iurè mulier quędam apud
Alexium Poetam.
26 „ *Non eſt impudentius vllum animal*
„ *Muliere: ex me ipſa ego coniecturam facio.*
Vnde *Ouid.*
„ *Nox,& amor,& vinum nihil moderatè ſuadent*
„ *Illa pudore vacat,liber,amorque metu.*
Porrò S.Ioannes Chriſtomus, aureum il-
„ lud os in verbis illis Saluatoris *Matthæi 21.*
27 *31 Amen dico vobis,quia publicani, & meretri-*
„ *ces præcedent vos in Regnum Dei.* in opere im-
perfectu *Homil.40.*
„ *Puto* (inquit) *quod ex perſona omnium viro-*
„ *rum peccatorũ publicani ponuntur,& ex perſona*
„ *omnium mulierum peccantium Meretrices: quo-*
„ *niam quamuis multa ſint peccata in viris,& mu-*
„ *lieribus præter iſta, tamen præcipuè in viris aua-*
28 *ritia abundat, fornicatio autem in mulieribus: vt*
„ *puta, mulier quamuis poſſit eſſe auara, aut ſu-*
„ *perba, tamen non facilè per auaritiam,aut ſuper*
„ *biam peccat: quoniam non habet facile honores,*
„ *pro quibus auaritiam exerceat: aut ſit ſuperba in-*
„ *ter eos, cum quibus conuerſatur, vt in ſuperbia*
„ *peccet,quæ in domo ſua ſedet incluſa. Ideo autem*
„ *facilè peccatum fornicationis incurrit; maxime*
„ *quia hoc vitium ex vacantia & otio naſcitur.Nã*
„ *qui ſolicitudinibus animum habet occupatum,non*
„ *facilè fornicationi operam dat.* His aureum illud
os.
Quid equidem impudentius illis eſſe po-
teſt,quæ à mente,& corde timorem Domi-
ni Dei excuſſerunt; vt Religioſorum quoq;
clauſtra penetrare non erubeſcant?
Votum proinde dedi conſilium petenti-
bus Commiſſarijs à Patre Generali Ordinis
deputatis:Fratrem Epiphanium inquiſitum,
& proceſſatum,vt in actis,fore, & eſſe decla-
randum incidiſſe in pęnas, & cenſuras dictis
conſtitutionibus compræhenſas,ob introdu
ctionem mulierum ob malum finem intra
Monaſterij ſepta.
Neque obſtaculum facere viſa mihi fue-
re, quæ ad reprimendum iudicij curſum
objeiciebantur, quòd non integra copia ei
data fuiſſet actorum, & quod non fuerit fa-
cta electio Conſultoris præuia liſta ſuſpecto-
rum,& non ſuſpectorum.
29 Cùm nempè in cauſis regularium,& cor
reptionis morũ procedatur ſola facti verita-
te inſpecta ac ſine ſtrepitu, & figura Iudicij,
vt tollantur potiſſimùm ſcãdala, quæ apud
ſeculares homines ingenerari poſſent ſimi-
lia de regularibus audientes, vt aduertunt
Rodriq quæſtion. regular tom.3. quæſt.77. art.3.
verſ.quod adeo verum, & Frater Paulus Berti in
praxi criminali regular.tit.4 cap.7.num.3. in to.
4.Rodriq dictar.quæſt.regular.
30 Iuris vtiquè ordo ſeruandus propterea
minimè erit *text.in cap qualiter,& quando 24.*
in fin.verſ. hunc tamen ordinem de accuſat. Spe-
culator.part.3 tit.de inquiſitione §.vltim.num.5.
verſ.item pone ſequitur Foller in praxi crimin.
canonica in fin.titul. de ordine procedendi contrà

Monachos fol.mihi 315.

31 Non vtiquè admittitur Iudicis recuſatio. eſt *text. in cap.cùm ſpeciali 61. §. 1. in fin.verſ. cæterum de appellationib.* Sequentibus nempè Innocentius Tertius ibi loquitur *Cæterum,*
,, *has duas constitutiones,præmiſſas,*(inquiens)*no-*
,, *lumus ad regulares extendi, contra ſuas ſpeciales obſeruantias.* Et idem in Concilio Lateranenſi in *cap.repræhenſibilis 26.eod.tit.in fin.*ſequen-
,, tibus diſponens:*Præcipuè verò hoc in religioſis*
,, *volumus obſeruari;ne religioſi,cùm pro aliquo ex-*
,, *ceſſu fuerint corrigendi,contra regularem Præla-*
,, *ti ſui, & Capituli diſciplinam appellare præſu-*
mant;ſed humiliter,ac deuotè ſuſcipiant,quod pro
,, *ſalute ſua fuerit eiſdem iniunctum.* his Summ.
,, Pontifex.*Gloſſ.fin.in cap.3.in fin.eod.tit.* Quia
32 profectò iuris remedia ad oppreſſorum leuamen,non certè ad iniquitatis ſubſidium inuenta fuere.ex ſimili ratione quam affert Sacrum Trident. Concil. *ſeſſ.13. cap.1.§.cùm igitur rei criminum,de reformat.d. cap. cum ſpeciali 61.§.porro de appellat.*

33 Vnde in huiuſcemodi cauſis regularium, neque admittitur appellatio. niſi in modo excedatur corigendi,vt decreuit Alexander Tertius ad Abbatem ſcribens Sancti Petri *d. cap.ad noſtram 3. de appellat.* concinitquè diſpoſitio Sacri Tridentini Concilij *d. cap.1. ſeſſ.13. in fin. & cap.1. in fin.ſeſſ.22. & ſeß. 24. cap.10.de reformat.*

Non itaquè obſtabat quod non eſſet ei data integra copia proceſſus.Quia non procedebatur aduerſus eum ex actis viſitatio-
34 nis,ſed ex proceſſu formato in hac re. Quã ob cauſam, cum nequè acta viſitationis inſerta fuiſſent in proceſſu, non vtiquè erant eidem danda:ad diſpoſita per Innocentium Tertium in Concilio Generali *in dict. cap. qualiter, & quando 24. §. debet igitur eſſe, Maranta in ſpeculo 6.part.principali de inquiſitione,num.10. Rota apud Farinac. deciſ.143. nu. 4.ad calcem 2.tom. conſil. & apud Coccinum deciſ prima.*

Integram verò copiam repertorum datã eidem fuiſſe apparebat per fidem Notarii actorum præuio etiam iudicis decreto,vnde
35 ſtãdum erat Notarij atteſtationi,vt dictum fuit in *Pampilonen Abbatiæ 31.Ianuarij* 1600. *coram Penia deciſ.144.num.1.ad calcem 2.tom. Conſil.Farinac. & apud* S. *memor. Gregor.XV. deciſ.59. vbi Beltramin. addens num.6.*Conſtabat autem apud acta ex confeſſione extraiudiciali dicti Fratris hæc omnia tentari ad diffugiendum iudicium, quod ſibi certò ti-
36 mebat,conſcius ſuorum operum.Reſecandæ proinde erant calumniæ ad *text. in cap. finem litibus 5.& cap.fin.de dolo, & contumac. & text.Sacri Tridentini Concilij ſeſſ 25.cap.10. in fin.de reformat.*

37 Præter quàm quod cùm ageremus, cum regulari ad eum emendandum,non ita ſtrictim tela iudiciaria perſcrutanda erat. Vt per dictum Innocentium III. in Concilio Generali diſpoſitum apparet *in d. cap. qualiter, & quando 24. in fin.* ſequentibus loquen-
,, tem,ac diſponentem : *Hunc tamen ordinem*
,, *contra regulares perſonas, non credimus vſque-*
,, *quaquè ſeruandum:quæ (cum cauſa requirit) fa-*
,, *ciliùs, & liberius à ſuis poſſent adminiſtrationi-*
,, *bus amoueri.*Sic Summus ille Pontifex.

Atquè ita ex his reſpondi,votumquè protuli, meliori iudicio ſemper præhabito.

CAROLVS MARANTA I.V.D. Aduocatus.

Quanta vero ſit habenda cura ne mulieres ad clauſtra accedant Regularium virorum;oſtendit non obſcurè factum,quod *Sophronius in prato ſpirituali*(libello ſane aureo) *cap.88.*de Sancto quodam Anachoreta narrat,qui nequè poſt mortem in ſepulcro mulieres admiſit.Inquiens.
38 ,, *Cùm veniſſemus Theopolim, Præsbyter qui-*
,, *dam ipſius Eccleſiæ narrauit nobis de Abbate Tho*
,, *ma;quòd Apochryſarius fuerit cœnobij, quod eſt*
,, *in partibus Apamiæ. Venit ergo Senex Theopo-*
,, *lim pro vtilitate Monaſterij, & cum hic remora-*
,, *retur,deſunctus eſt in Daphne in Templo Sanctæ*
,, *Euphemiæ.Clerici autẽ ipſius loci ſepelierunt eum*
,, *quaſi peregrinũ inter peregrinorũ ſepulchra. Se-*
,, *quenti vero die humauerunt,& mulierem,& im-*
,, *poſuerunt illam ſuper eum.Erat autem hora ſecun-*
,, *da.Circa horam verò ſextam euomit illam terra.*
,, *Loci verò illius accolæ videntes quod factum fue-*
,, *rat,mirati ſunt. Deinde rurſus veſpere ſepelierũt*
,, *ipſam in eodem tumulo,& ſequenti die inuenerũt*
,, *corpus ſupra ſepulchrum.Accipientes ergo corpus*
,, *in alio monumento ipſum poſuerunt. Poſt paucos*
,, *autem dies, iterum ſepelierunt aliam mulierem*
,, *ſupra Abbatem Thomam.non cogitates loci illius*
,, *Clerici, quia non permittit quempiam ſuper ſe*
,, *ſepeliri. Et illam ergo rurſus euomit terra.*
,, *Tunc agnouerunt, quia non permittit ſenex mu-*
,, *lierem ſuper ſe humari. Abeunteſque nunciaue-*
,, *runt Patrarchæ Donino. Qui omnem ſimul Ci-*
,, *uitatem,cum cereis aſcendere fecit in Daphnẽ, &*
,, *cum pſalmodia Sancti viri reliquias in Vrbem*
,, *ferre. Depoſuerunt autem Sancti corpus in cœme-*
,, *terio,vbi multa Martyrum corpora condita ſunt.*
,, *Feceruntquè ſupra ipſum breue Oratorium.* Ita Sophronius. Videant itaque regulares,quanta cum cautela viuere eos deceat.

SVMMARIVM.

1 *Renunciatio,ſiue donatio, quæ à nouitio fit, duo copulatim ex Sacro Tridentino Concilio,vt firma ſit,requirit.*
Non ſequuta igitur profeſſione euaneſcit. n.2.
Parique modo profeſſione emiſſa,ſi nulla poſtmodum derogatur,declaretur què,n.3.
Quia Concilium de valida exauditur.
4 *Verba,cum effectu intelligi debent.*

5 *Actum*

5 *Actum non fieri, vel nullum eſſe, peræquè eſt.*

6 *Nullum quod eſt, nihil dat firmum.*

7 *Nihil non poteſt ſub aliquo genere poni, neque ſpeciem conſtituit.*

8 *Nihil non fit ex nihilo ſecundum humanam potentiam.*

Alioquin creatio eſt.

Quæ eſt ex nouo pruductio, num. 9.

Soliquè Deo conuenit.

10 *Nullum, & inutile, ac nihil æquiperantur.*

11 *Donatio per nouitium facta, dominium vt transferat, ex Sacro Tridentino, requirtur, vt perſona plenè in Religionem transferatur.*

Hoc autem fit per profeſſionem validam.

Secus vero per inualidam, n. 12.

Bona ergo ad donantem reuertuntur, nu. 13. & num. 26.

Et donatio, ac ſi facta non fuiſſet, habetur, num. 14.

Remanetque in ſuſpenſo eius effectus, n. 15.

Et vti acceſſorium ad perſonam habetur, eamquè ſequitur nu. 16.

17 *Mori, & abire, idem.*

18 *Aequalium æquale iudicium.*

19 *Ratio, vbi diuerſa reddi non poteſt, idem iudicium eſt.*

20 *Donatione cauſa mortis nihil iuris in donatarium traſfertur interim, non ſequuta morte.*

Extende etiam ad mortem per profeſſionem num. 22.

21 *Donationis mortis cauſa deſcriptio ex Marciano.*

23 *Libertati conſulere voluit egredientium Sacrum Concilium per diſpoſita ſeſſ. 25. cap. 16. de regularibus.*

24 *Nouitius peræque æſtimatur, qui detecta nullitate profeſſionis abit, atque, qui ea non emiſſa, ad ſua reuertitur.*

25 *Annus ad probandum, an profiteri velit, nouitio datur.*

ARGVMENTVM.

Profeſſione nulla, atquè inualida declarata, an profeſſus, qui ad ſua reuertitur, iurè etiam ad factam quoquè bonorum donationem, vel renunciationem reuertatur? in difficultatem vertitur.

RESPONSIO XXVI.

N. Annis elapſis profeſſionem in Religione ex approbans ſolemni ritu emiſit, ante vero quàm emitteret, renunciationem bonorum ſuorum ad Sacri Tridentini Concilii, *ſeſſ. 25. cap. 16. de regularib.* præſcriptum ſua ex libera voluntate fecit. Verùm non multò poſt, legitima intra tēpora, de nullitate dicit emiſſæ profeſſionis, nullitatequè detecta ad ſua reuertitur.

In dubium proinde reuocatum fuit: reuerti ne quaſi poſt liminio ad rogatā prius donationem poſſit, ſitquè ne illa, vti profeſſio, pari ratione nulla?

Eſſe nullam donationem, atquè ad illam, vti non factam, ius eſſe reuertendi, iurè, nec ſanè iniquè reſpondi.

1 Sacrum quippè Tridentinum Concilium, ad factæ bonorum renunciationis firmitatem duo copulatim exquirit: & ſolemnitatem licentiæ Epiſcopi, vel eius Vicarii, eaquè intra duos menſes proximos ante profeſſionem; & quod non ante effectum ſuum ſortiatur, quàm ſecuta ſolemni profeſſione. Sequentibus nempè Sacrum Concilium.

» *Nulla qnoque renunciatio, aut obligatio antea*
» *facta, etiam cum iuramento, vel in fauorem, cuiuſ-*
» *cumque cauſæ piæ valeat, niſi cum licentia Epi-*
» *ſcopi, ſiue eius Vicarij fiat, intra duos menſes pro-*
» *xime feſſionem; ac non aliàs intelligatur effectum*
» *ſuum ſortiri, niſi ſecuta profeſſione.* Sic Sacrum
» Concilium.

2 Quemadmodum igitur non omnimodo ſequuta profeſſione, donatio, ſiue renunciatio euaneſcit, ſequitur. *Nauarr. in cap. non dicatis 12. quæſt. 2. comment. 2. de regularib. num 49 in 7. addit. & conſ. fin. lib. 3. de ſucceſſionib. ab inteſtat. Sanchez in opere morali tom. 2. lib 7. cap. 5. num. 49. Rodriq. quæſtion. regular. lib. 2. quæſt. 47. art. 11. Hieronym. Rodericus reſolut. 53. num. 12. Hondedeus conſ. 73 num. 16. vol. 2 & nu. 22.*

3 Ita per æquè illa emiſſa, ſi poſtmodum nulla, & inualida detegatur, ac declaretur. Quia nimirum Concilium profeſſionem exquirens ſequutam, vt donatio, ſiue renunciatio firma ſit, de valida vtiquè exaudiendum erit, nō ſane de inualida; vt verba cùm

4 effectu intelligantur, *ad tex. in l. 1. §. hæc autem verba, ff. quod quiſque Iur. can. hæc verba de pœnit. diſt. 1. vbi Nauarr. ad gloſſ. num. 9.* argumen. *text. in can. ſi quis ſuadente Diabolo 17. quæſt. 4.* idem *Nauarr. conſ. 19 Prohibuit Gregorius xiij. num. 1. lib. 5. de ſentent. excommunicat. & d. conſ. fin. lib. 3. de ſucceſſionibus ab inteſt. atque d. commentar. 2. de regularib. num 49. Bartholom. à Sancto Fauſto in ſpeculo Religioſ. lib. 5. quæſt. 187. Ioann. Baptiſta Lezana in ſum. quæſt. regul. part. 1. cap. 24. num. 36.*

5 Perinde quippè eſt, actum non fieri, vel nullum illum, eſſe, atquè inualidum, ad *tex. in l. 4. §. condemnatum, ff. de re iudic. Surd. deciſ.*

51.n.21.& 22.glo.in cap.ad diſſoluendum 13.verbo accuſari de deſponſat.impuber.& inc. cum noſtris 6 verbo de facto de conceſſio.prabend.Sanch. in his terminis,d.lib.7.cap.5.num.55.& de matrimon.tom.1.lib.3.diſp.2.tom.1.
6 Quid enim firmum,ac ſtabile tribuere poteſt,quod nullum eſt? l. quod dictum 33. ff.de pact Rota part.1.tom.2.in recent.deciſ.572.num.
9 Barboſ.aſſiomat.164.num.2.& 3.
7 Nihil namquè, quod eſt, & nullum, nequè alicuius generis ſpecies eſſe poteſt,vt S. Thomas (inquit) 2.2.quaſt.94.art.1.in 3 argument.& Caius in l.adeo quidem 7.§.cùm quis ex aliena,ff.de aquirendo rerum dominio. Quia ſine materia (inquiens) nulla ſpecies effici poſſit.
8 Ex nihilo ergo nihil fiet,humana potẽtia, Alioquin eſſet creatio,quæ eſt ex nouo pro-
9 ductio,ſoliq; Deo competit. Secundum Ariſt. 7.Metaphiſ.c.7.Petrus Gregor.Theoloſates in cõmeta.artis mirabilis lib.2.c.17.in fin. S.Tho 1.p.
10 q.65.ar.3.in corp. Nullũ equidem, & inutile, ac nihil æquiperantur,atq;pro eodẽ æſtimãtur,cap.2.§.ſed neque illud.de tranſlat. Epiſcopi, vbi Innocẽtius Tertius Andegauenſi Capitulo ſcribens: Non habere Epiſcopum Eccleſiã (dicit) quæ inutilem habet glo.ibid.verbo inutilem.Quia qui inhabilis eſt ad agendũ, nullus dicitur;ſequiturquè Nauarr.comment. 4.de regularib. num.24. verſ.11. quod illa, circa medium.
11 Accedit, quòd, vt irreuocabiliter in donatarium donatorum dominium transferatur, eiquè acquiratur, ex Sacri Tridentini præfati decreto exquiritur, vt perſonæ donantis in Monaſterium, & Religionem ſit plena facta tranſlatio,quæ per profeſſionem validam fit,quæ conuelli nullo pacto poſſit: ſequentibus nempè Sacrum Concilium: Ac
„ non alias intelligatur effectum ſuum ſortiri, niſi
„ ſequuta profeſſione. ad text. in auth.nunc autem,
„ C.de Epiſc. & Clericis canonizata can. nunc autem 19.quaſt.3.Houdedens d.conſ.75.num.16.in fin.verſ.concluditur igitur.
12 At non eſt plena in Monaſterium facta profeſſi tranſlatio, ſi profeſſio nulla detegatur,& declaretur cùm iurè ad ſua,qui antè profeſſus fuerat,(ſed inualidè,)reuertatur. Non erit,itaquè plenè donatorum tranſ-
13 latio facta. Ad donantem igitur bona reuertentur, ſicuti ad ſua per perſonam, reuocata
14 profeſſione,regreditur. Peræquè enim hoc caſu donatio facta habetur, ac ſi facta minimè fuiſſet,iure apud ipſũ donantẽ donatorũ bonorum permanente adhuc; ac ſi in ſæculo exiſteret.argumento, text. in cap. ſi beneficium 4.de regularib.& tranſeuntibus ad religion. lib.6.Spino optimè in ſpeculo teſtament.gloſſ.12 princip.de legato monacho relicto num.55.in ſuſ-
15 penſo interim permanente donationis effectu,vt notauit Gloſſ.in clement.1. de decimis in fin.verbo cum effectu Sanchez d lib 7.c.5.nu.62.
16 Quam ob cauſam, vti acceſſorium ad perſonã,hanc ſequetur,ad ſæculum reuertente illa per profeſſionis nullitatem. ad regul.acceſſorium,42.de regul.iur in 6.Spino d. num.55. ſequiturquè Riccius Epiſcus Vici Equen deciſ. Curiæ Archiepiſcopalis Neapolitanæ 146. num. 1 p.4.Rodriq.d quaſt.47.art.11.& Hieronymus Rodriq.d.reſolut.53 num.11. Nauarr d.conſ.vltim de ſucceſſionib.ab inteſtato. & comment.2.de
17 regular.d.n.49. argumento ducto a moriente intrà annum probationis, ad abeuntem à Religione,profeſſione nõ emiſſa;quòd morientes abijſſe etiam dicantur, ex Terent. in Phormione: Ea mortem obiit,(dicente) & de medio abijt.Guttierez canonicarum quaſtion. lib.2. cap.1.à num.105.cum ſeq.ad finem vſque capitis illius Sanchez d lib.7.cap.5 num.49 At Sacrum Concilium d.cap.16.expreſſis verbis de abeũtibus (loquitur)non emiſſa profeſſione; eodem ergo modo,& de illis exaudietur illa iam emiſſa,ſi nullitate detecta,atquè ſententia declarata nulla,abijerit. Vtrobiquè enim abeunt, atquè è Religione diſcedunt,
18 in illa non permanentes. Æquale igitur in vtroquè erit iudicium,cum in vtroquè vna, eademquè ſit ratio: Iuxta Iaboleni ſenſum lib.10.epiſtolarum in l.à Titio 108.in fi. princip. ff.de verborum obligat. dicentis: Cur non idem
19 in dote promiſſa reſpondeatur,ratio reddi non poteſt. Sic ille: cur itaquè non idem (dicamus nos) in eo,qui, ex nullitate dicta profeſſionis,à religione abijt, atquè in eo,qui profeſſione non emiſſa,deſceſſit,reſpondeatur? ratio reddi non poteſt,vt ſequatur, quod Gloſſ. ibidem verbo reddi,adnotat,dicens: Nota,quòd
„ vbi in diuerſis factis non poteſt ratio diuerſitatis
„ reddi,idem ius ſtatuendum eſt. l. illud.32. ff.ad l. quil Vrbanus Tertius in cap. ſuper eo.3. ibi: Reſpondemus: quod benè videtur in vtroquè ſeruandum. de paroch. vbi gloſſ verbo in vtroque,Caſſador.deciſ.4 ſub nu.5. verſ. ſed quod idem ſit,de iure patronat gloſſ in cap.1 verbo Italiæ de temporib.ordinationum lib.6. dicens: In
„ contrarium videtur, cum per omnia ſit eadem ra-
„ tio,vtrobique ergo idem ius.gloſſ quoquè in clement.1.verbo eligatur in fin.de elect Gomes.in regula de annali poſſeſſore quaſt.18 & in regula de ſubrogand.collitigan.quaſt.2.Aymon conſ.190.n. 2. qui dicit,non eſſe curandum de caſuum diuerſitate,modo in omnibus caſibus eadẽ ſit ratio. At eadem,atquè vna eſt in vtroquè caſu ratio. Idem ergo ius ſtatuendum.
20 Præterea quemadmodum qui cauſa mortis naturalis donat,nihil interim iuris in donatarium,morte non adhuc effectum ſequuta,trãsfundit: Quia impleta non eſt conditio ſub qua donuit. l.1.in fin. C. de indicta viduit. tollend.Vlpianus in l.2.in fi.ibi: ſed tunc demũ, cùm mors fuerit ſequuta, & l.3. ff. de donat. cauſa mort.ex ratione,quam Martianus affert lib.11.inſtitution in l.1.ff.eod.de donat cauſa mor-
21 tis: Mortis cauſa donatio eſt, (inquiens) cùm quis habere ſe mauult, quàm eum,cui donat. Iulianus,lib.10. digeſtorum in l. non omnis 19 ff. ſi certum petatur. De donatione cauſa mortis

lo-

loquens, quæ non aliter accipientem obli-
gat, quam ſi extitiſſet caſus. *Card. Tuſcus tom.*
2. littera D. concluſ. 671. num. 1. & concluſ. 710.
num. 4. Inde enim cauſa mortis donat, quia in
terim morte non effecta, nihil iuris in dona-
tarium transfundere amat, ſed ſibi retinere,
22 quæ donat. Ita planè dicendum in eo, qui
cauſa mortis Ciuilis in Religionem ſe tranſ
ferens, donat: nolle vtiquè donatarium do-
nata interim accipere, niſi ſequuta ipſa ciui-
li morte per profeſſionem ſubſequutam in
Religione, illamquè validam, atquè perfe-
ctam; atque extiterit caſus illius, (vt ex Iulia-
no diximus.) alioquin in eius dominio per
manebunt donata, non ſequuta effectiua
morte ciuili per profeſſionem validam, vt
diximus, quod adnotat *Frater Ludouic. Lopez*
de contractib. lib. 2. cap. 39. quæſt. 3. num. 6. Hon-
dedeus d. conſ. 73. num. 19. in fin. verſ. concluditur
igitur.

23 Adebam demum, vt firmam hanc redde-
rẽ ſententiam, quòd Sacrum Conſilium *d.*
cap. 16. libero conſulere voluit, ac licito no-
uitiorum regreſſui; ne dùm profiteri in Re-
ligione non intendunt, ex eo remorentur, at
què contra liberam voluntatem profeſſio-
nem emittere cogantur, quod nihil amplius
illius ſuperſit patrimonij, cùm omnia ſua re
24 gularis profeſſionis intẽtu, donatinr. At per
æque nouitius æſtimatur, qui profeſſione
emiſſa, intra ſtatuta poſtmodum tempora
ad eius nullitatem agit, vnde è religione di-
ſcedit, abitquè, atquè qui probatione non ex
25 pleta, ad ſua reuertitur; ad probãdum enim
an profiteri velit, annus datur. *Can Gonſaldus*
1. 17. quæſt. 2. cap. ad Apoſtolicam 16. de regulari-
bus extrà, & cap. nõ ſolum 3. eod. tit lib. 6. & cap.
ad noſtram 8 eod extrà. Sacrum Concil. d. ſeſſ 25.
cap. 15. de regularib. Ad donata igitur omnia
ita hic reuertetur, quaſi poſt liminio reſtitu-
tus, ſicuti & nouitius, qui profeſſione non
emiſſa, ad ſua regreditur, *Emanuel Rodriq. in*
in ſumm. part. 2. cap 7. nu 6. Sanchez d. lib. 7. cap.
5. num. 55 Hieronym. Rodric. d. reſolut. 53. n. 11.
Barboſ. in collectan. ad Sacrum Concil. d. cap. 16.
num. 17. Lopez d lib. 2. cap. 39. Bartholomæus à
Sancto Fauſto d. quæſt. 187. Hondedeus d. conſ. 73
num. 22.

Ita igitur ex his emunctionis naris iudicio
non abiecto reſpondendum cenſui.

CAROLVS MARANTA I. V. D
Aduocatus.

SVMMARIVM.

1 *Salarium pro ſeruitio ſtatutum, non debetur ei, qui ſua culpa à ſeruitio defecit, vel etiã ſua voluntate, num. 14.*
Vel quia alteri interim operas ſuas locauit, num. 18.
Vel ſuo facto, & negligentia ne eas locaret factum eſt, num. 20.
Vel quia non redijt, num. 30.
Quod fundamentum habet in iuſtitia, nu. 2.
2 *Iuſtitiæ ratio eſt, vt vnicuique reddatur, quod ſuum eſt, neque alteri damnum inferatur, num. 52.*
3 *Iuſtitia in æqualitate conſiſtit rei ad rem.*
Iniuſtitia in inæqualitate.
4 *Charitati repugnat peccatum, & alterius damnum.*
5 *Ratio naturalis non patitur, quem lucratio, cum alterius damno.*
6 *Salarium operis merces eſt.*
Probatur ex loco Matth. 20. 8. Voca operarios, & redde illis mercedem, & ad laboris proportionem debetur num. 7.
8 *Præmium, & ſalarium ad laborem commenſurantur.*
9 *Labore aucto merces proportionaliter augetur.*
Ni aliter inter partes ſit actum.
Pactis ſtandum initis.
10 *Salarium conuentum debetur pro integro anno iam cepto, quamuis completus ille non fuerit.*
Elucidatur numeris ſequentibus, limita n. 11.
11 *Lex diem functo. 4. ff. de offic. aſſeſſor. elucidatur.*
12 *Vicariatus Epiſcopi officium annale non eſt, ſed ad Epiſcopi arbitrium.*
Vel eius, qui Vicarium conſtituit, n. 13.
15 *Aſſentienti, & volenti, neque fraus, neque dolus ſit.*
16 *Lucrari dicitur, qui ſuæ obſequitur voluntati.*
17 *Intereſſe voluntatis æſtimatur, & pretio penditur.*
19 *Mercedem duplicatam ex vno tantum labore quis referre non debet.*
21 *Subrogatum naturam ſubrogati ſapit.*
Declaratur, num. 22.
23 *Officialis diſcedens ab officio animo non redeundi, facultatem officij amittit.*
24 *Capitulum ſtatim vacante Sede, vel per mortem, vel reſignationem Epiſcopi poſt præſtitum conſenſum, vel per diſceſſum officialis poteſt ſuum Vicarium conſtituere.*
25 *Melioris conditionis eſſe non debet negligẽs, diligentis.*
26 *Locus Apoſtoli 2. ad Theſſalonicenſes 3. 10. Qui non laborat, non manducat.*
27 *Labor mortalibus neceſſarius.*
28 *Lucrum ex ſua improbitate, & ignauia re-*

ferre

ferre nemo debet, cum damno præſertim alterius.

29 *Damnum in eum recidere debet, qui eius cauſa fuit.*

Et ſuper eum ſabacudetur.

31 *Solutio anticipata haud facit, vt deſeruire quis non debeat.*

32 *Merces ex iuſtitia operanti debetur.*

Elucidatur ex ſacris litteris.

Locus Apoſtoli ad Romanos.13.7.

33 *Locus Sancti Iacobi epiſt.cap.5.4.*

34 *Operarijs mercedis exhibitio debetur.*

35 *Dignus eſt operarius mercede ſua.*

36 *Mercedem qui accepit, ad operis exhibitionem tenetur.*

37 *Onus ad quem ſpectat, ad eum, & commodum ſpectare debet.*

38 *Opus, & merces termini correlatiui ſunt. Probatur.*

39 *Locus Pſalmi 118.112. Inclinaui cor meũ ad faciendas iuſtificationes tuas in æternũ propter retributionem, elucedatur.*

40 *Locus Apoſtoli ad Roman.4.4. expenditur.*

41 *Labor ſine mercede eſſe non debet.*

Ita neque merces ſine opere, n.43.

42 *Labor ſi in damno eſt, creſcit mortalis Egeſtas, Catonis dictum.*

44 *Correlatiuorum quod de vno dicitur, de altero dictum putatur.*

45 *Correlatiua dicuntur ad conuertentiam.*

46 *Lex quod non dicit, neque nos dicere oportet.*

47 *Reſtitutio fieri debet eius, quod iniuſte acceptum eſt, vel detinetur; alioquin non remittitur peccatum.*

48 *Succurritur magis ei, qui de damno vitando agit, quam qui de lucro captando.*

49 *Subſidium charitatiuum debetur Epiſcopo, & propter quid?*

Sed non Vicario Apoſtolico, num.50.

51 *Factum inciuile partis Iudex emendare debet.*

ARGVMENTVM.

Debeatur nec ne ſalarium Vicario Apoſtolico pro tempore, quo in officio non ſtetit, ſed voluntariè diſceſſit, quãuis anticipate quadrimeſtris ſolutionem acceprit, & an acceptum reſtituere debeat? Et num ipſe charitatiuum ſubſidium à Capitulo exigere potuerit; an verò ad reſtitutionem teneatur?

RESPONSIO XXVII.

LOngo ſatis tempore, vltra decem annos, vacante Epiſcopali Sede Iuuenacen per trãslationẽ Domini Epiſcopi Iulij Maſij ad Monopolitanã Eccleſiam, fuerunt in illa per Sacram Congregationem reſpectiuè deputati Vicarij Apoſtolici; & nouiſſimè Ioſeph Palamolla, cum deputatione ſalarii ex redditibus Eccleſiæ, ſcutorum biſcentum in ſingulos annos prę ter commeatus acceſſus, & receſſus tertiatiatim ſoluendorum. Qui Ioſeph poſt plures mens ſub die octaua Maij proximè præteritj ab officio Vicariatus prædicti, timens fortaſſis, ne interim nouus aduenirer Epiſcopus, qui ad Vrbem iam ad examen acceſſerat, voluntarie diſceſſit. Verùm ſibi anticipatè pro toto integro quadrimeſtre per totũ menſem Auguſti præteriti, ſolutionẽ accepit. Modernus Epiſcopus in Vrbe exiſtens, cum ad eũ fructus maturati ſpectent, quòd Eccleſia ſit ad præſentationem Regię Maieſtatem Catholicæ, teneri Ioſephum ad reſtitutionem acceptorum pro quadrimeſtre, quo non ſeruiuit, inſtetit, ſuamquè inſtantiam iure fundatam adſtruit.

1 Quippe ſalarium pro ſeruitio ſtatutum, ei minime debetur qui ſua culpa à ſeruitio defecit. *Bolognin in l. diem functo, num.56. & ſeq ff. de officio acceſſor.* ſequuta fuit *Rota in Papinien ſalarij 26. Ianuarij 1609. coram Domino Coccino Decano decif.442.num.1.* Marc. *Anton. de Amatis deciſ. Rotæ Marchiæ 32.num.5.*

2 Quod ſanè ratio ipſa iuſtitiæ ſuadet, quæ in eo tota eſt, vt reddatur cuiquè, quod ſuũ eſt *l. iuſtitia 10. ff de iuſtit & iur. cap. ius naturæ dist. 1. cap. ex ore 17. in princ. de priuileg.*

3 Conſiſtit nempè iuſtitia in æqualitate rei ad rem ſicuti in inæqualitate perſiſtit iniuſtitia. *S. Thomas 2.2. quæſt 61. art. 1. 2. & 3.*

5 Alioquin contra iuſtitiam, & cum peccato ac damno alterius, quod aduerſum Chriſtianæ eſt charitati (*S. Thom. 2.2. q.59. art.4. Nauarr. man cap.25. num.5. in fin. & de orat. & horis canonic. cap.22. miſcellan 43 num.77. verſ. nã, vt peccatum,*) Salarium, & alterius retinebit pecuniam, qui ſua culpa, (voluntariè videlicet) à conuento diſceſſit ſeruitio. Quod nulla æquitatis, ac naturę patietur ratio, quę

5 lucrari quenquam alterius cum iactura prohibet. *regula locupletari.48. de regul. iur. in 6. l. nam hoc natura 14. ff. de condit. indebit.*

6 Salarium enim operis merces eſt, iuxta illud Domini (*Matth.20.8.*) *Voca operarios, & redde illis mercedem*, Et ad laboris propor-

tionem

7 tionem debetur. *text. in l. ſeio amieo* 10. *ff. de annuis legat.* Ex ratione, quam Papinianus affert, *Cùm* (inquiens) *tàm labor, quàm pecunia diuiſione m recipiat*. Quia profectò præmium, & ſalarium ad laborem commenſurantur, *Bald. in l. binos, C. de aduocat. diuerſor. indic. Surd. conſ.* 43 *. num.* 7 *. ad* 10 *. & num.* 22 *. & conſ.* 66 *. nu.* 6 *. lib.* 1 *.* ſequuta fuit Rota *in Romana pecuniaria* 13 *. Martij* 1628 *. coram Merlino decif.* 156 *. num.* 4 *. part.* 5 *. diuerſ. & in Valentina ſalarii* 21 *. Februarii* 1611 *. coram Lugdunen decif.* 329 *. nu.* 2 *. &* 3 *. tom.* 1 *. in Poſthum.*

9 Hanc proinde ob cauſam ad rationem laboris, eo adaucto, augeri proportionaliter merces debebit, ni aliter partes inter ipſas conuentione actum fuerit, vt dictum fuit in *Romana mercedis* 18 *. Decembris* 1615 *. coram Manzanedo decif.* 725 *. num.* 2 *. &* 3 *. tom.* 1 *. in Poſthum. ex Roman. con.* 25. Non itaquè ſalarium feret, qui à labore conuento diſceſſit, neq; pactis ſtetit. *cap.* 1 *. de pactis.*

Neque obſtaculo eſſe poterunt, quæ ab Aduerſarijs afferuntur ex regula *text. in l.*
10 *diem functo.* 4 *. ff. de offic. aſſeſſor.* & tradita *ibid.* per *Doctor.* Quòd ſalarium conuentum debeatur pro integro anno, cepto iam, quãuis cõpletus ille non fuerit. *Natta conſ.* 452 *. per tot. part.* 2.

11 Exauditur id planè in annali officio, vel ad certum, & ſtatum tempus conducto, vt pro toto debeatur tempore ſalarium, ſi per eum, quin deſeruierit, minime ſteterit. *l. poſt duos* 15 *. § bis quoquè C. de aduocat. diuerſorum iudiciorum d. l. diem functo.* Et tradita per *Nattam d. conſ.* 452 *. Decius conſ.* 108 *. in princ.* & ſequuta fuit Rota in *Romana mercedis* 16 *. Decembris* 1619 *. coram Card. Caualerio decif.* 520 *. num.* 1 *. &* 3.

12 Vicariatus autem officium huiuſmodi, annale haud eſt, neque ad ſtatum aliquod, certumquè tempus: ſed ſicuti ab arbitrio pẽdet Epiſcopi, ex *Gloſſ. in clement. ſi principalis* 2 *. verbo per electionem de reſcript. Rebuff in praxi verbo forma Vicariatus Archiepiſcopi nu.* 192. *Gratian. diſcept. forenſ. part.* 1 *. cap.* 106 *. num.* 27.

13 Ita ab arbitrio pendebit eius, qui eum conſtituit. *Nauarr. conſ.* 10 *. nu.* 1 *. lib.* 1 *. de elect. verſ. quod Vicarius. Rota apud Cardin. Seraphin. decif.* 74 *. num.* 6 *. Martin. Alzedo in praxi Epiſcop. par.* 2 *. cap.* 2 *. num.* 15 *.* 36 *. & ſeq.*

14 Deinceps, quòd neque conuentum debetur ſalarium ei, qui ad certum tempus ad officiũ exercendũ ſe obtulit, ſi ſua culpa factũ fuerit, ne deſeruierit; vel ſua id voluntate acciderit, quòd deſeruire noluerit. Papinianus *d. l. diē functo,* qui ſequentibus rẽ aperit, dicẽs *Modò ſi nõ poſtea comites cũ alijs eodẽ tẽpore fuerint. tex. in l. ſed addes* 21 *. §. fi. ff. locati, & cõduct.*

15 Nec ſane mirum, quippe, neque fraus, neque dolus ei fit, qui voluerit, aſſenſumquè præſtiterit. *regula ſcienti.* 27 *. de regul. iur. in* 6. *Natta* ad rem prætentem *d. cõſ.* 452 *. Rota apud Caualer. d. decif.* 520 *. num.* 1.

Vt quid enim Salarium feret, qui deſeruire noluit, & volũtariè diſceſſit, vt damnũ alterius inferret patrimonio? Quin imò ſatis
16 luctatus fuiſſe dicitur, qui ſuæ obſequutus voluntati fuit. Quod planè intereſſe, ita æſti
17 matur, ac pretio habetur, vti intereſſe rei. *Gloſſ.* notabilis, & finalis *in l. ſi emptionem.* 36 *. ff. de minorib.* 25 *. annis. gloſſ. in l. penult. in gloſſ fi. ff. de condit. cauſa data, cauſa non ſequuta. Gloſſ. in l. Paulus* 99 *. ff de ſolut. Monter à Cuona decif. Senatus Aragoniæ* 14 *. num.* 31 *. & decif.* 36 *. num.* 80. *Nichol. Anton. Grzarell. decif.* 5 *. num.* 18 *. &* 19. *Caſtrenſ. conſ.* 259 *. omnis difficultas, num.* 5 *. verſ. & confidero vltra prædicta lib.* 1 *. Card. Tuſcus tom.* 5 *. littera l. concluſ.* 450 *. num.* 3 *. in fin. Neuiz. conſ.* 74 *. num.* 13.

18 Quemadmodum nec ſalarium excipiet, qui interim, facto iam caſu, quod conductoris vitio non ſeruierit in officio conducto,
19 alteri operas ſuas locauit; ne vno exantlato labore, duplici mercede ſubleuetur, quod rationi obluctatur *d. l. ſed addes* 21 *. §. fin.* ita nempe Vlpianus ibi, Imperatorem Antoninum, & Diuum Seuerum reſcripſiſſe refert: *Cùm per te non ſtetiſſe proponas, quominus*
„ *locatas operas Antonio Aquilio ſolueres; ſi eodem*
„ *anno mercedes ab alio non accepiſti: fidem contra*
„ *ctus impleri æquum eſt. & d. l. poſt duos* 15. Vel
20 ſuo facto, & negligentia, ne eas alteri locaret, cecidit, vt *Gloſſ.* aduertit, nec futiliter in
„ *d. l diem functo.* 4 *. verbo eodem tempore.* dicens:
„ *Sed quid ſi non fuit: ſed eſſe potuit cum alio? Dic*
„ *perinde, ac ſi fuiſſet, ſecundum Ioann. & facit in*
„ *fra locat. l. ſed addes, §. fin.* his *Gloſſ* & *Surd. d.*
„ *conſ.* 42 *. num.* 16 *.* 21 *. &* 22.

Neque inſtabis: Ioſephum vices ſubrogaſſe ſuas alteri quando deceſſit; vt ex regula acceſſorij, & ſubrogati ipſe ſalarium ferre debeat: ad *tex. in l. ſi cũ* 10 *. §. qui iniuriarũ. ff. ſi quis caut. & per Surd. d. conſ.* 42 *. num.* 11.

22 Quia profectò id in facultatibus Ioſepho datũ nõ fuit, vt ſubſtituere poſſet; quare nulla, facta ſubſtitutio euaſit. Et per Sacram Congregationem ipſam fuit dictum ſubſtituere illum haud potuiſſe. Quam ob cauſam Capitulum Vicarium Capitularem creauit,

23 Præterea, cùm ſua voluntate receſſerit, animo non redeundi, quòd nec poſſet amplius, ob noui Epiſcopi, qui iam inſtabat, aduentum: expirauit, vtiquè eius omnis Vica-
24 riatus facultas, & electio ad Capitulum deuoluta fuit, quaſi vacante Eccleſia: *ad tex. in cap ſi Epiſcopus* 3 *. vbi gloſſ. verbo mortem, & tex. in cap. Eccleſiæ* 4 *. de ſupplend. negligent. prælat. in* 6 *. can. ſi quis translatus* 3 *.* 21 *. quæſt.* 2 *. Rota decif.* 475 *ſub num* 6 *. in fin. par.* 1 *. tom.* 2 *. in recent.* vbi ad rem, declarationem refert à Sacra Congregatione Sacri Tridentini Concilij interpetrum: Capitulum potuiſſe deputare Vicarium ſtatim, quod Epiſcopus traslatus fuit, ſi in translatione conſenſum adhibuit, etiam ante adeptam poſſeſſionem. *Barboſ. in collectan. ad Sacrum Trident. Concil. ſeſſ.* 24 *. cap.* 16.

de

*de reformat num.*12.alios etiam referens.
Nullo itaquè pacto ſubſtituere potuit.
Non debebitur proinde ei ſalarium pro tẽ-
pore,quo Vicarius non fuit. Ni melioris eſ-
25 ſe cõditionis eum aſſerere voluerimus pro
tempore,quo non ſeruiuit, quàm pro quo
officio ſeruiendo inſtetit.
26 At Secundum Apoſtolum 2.*ad Theſſalonic.*
3.10.non decet manducare eum, qui non
laborat: *Quoniã* (inquientem) *ſi quis non vult
operari,non manducet.*& refert *Gloſſ.in l.quam-
uis 10.in verbo denegandam,ff.de damno infecto.*
Vnde dixit Euripides.
27 » *Laborare autem mortalibus neceſſe eſt.*
& Sophocles in Electra.
» *Vide,labore quidem ſine nihil bene ſuccedit.*
Et Horat.*Satyr 9.ſer.*1.
» *Nihil ſine magno.*
» *Vita labore dedit mortalibus.*
28 Nec ſanè mirum,quippè natura ipſa im-
probatur,ſi ex ſua quis improbitate,& igna
uia lucrum referat,alteri vero damnum ac-
cedat.Secundum Vlpiani reſponſum in *l.ita
què fullo. 12.ff. de furt ſed nemo* (dicentis) *ex
improbitate ſua conſequitur actionem.*
29 Sed præſtat magis,vt in eum recidat dam-
num,qui in cauſa fuit . iuxta illud *Seneca in
Traged.*
» *Sæpè in Magiſtrum ſcelera redeunt ſua.*
& Mendander
» *Miſer eſt improbus, fœlix licet.*
vt *ſuper eum,*(vt apud Comicum eſt) *ſeba eu
datur.*
30 Non igitur ſalarium conſequetur , cum
ab officio ſua voluntate defecerit , neque
ad illud redierit;ſecundum *Gloſſ in l deſerto-
rem.3.§ ſi ad diem commeatus, d. verbo commea-
tus in fin ff.de re militari* . Sequuta fuit Rota
Marchiæ apud *Marcum Anton.de Amatis d.de
ciſ.52.num.26.& 27.Surd.d.con..42. num.1.&
num.22.& 23.*
31 Nec te (quæſo) moueat, quòd anticipatò
ſolutionem,vt acciperet ſalarij, Sacra decre
uit Congregatio;quod pro ſe magni faciunt
Aduerſarij.
Haud nempè propterea ne deſeruiret,
ſuoquè muneri faceret ſatis , indultum fuit.
Namquè ſalarium operis merces eſt, vt in
ſuperioribus diximus;nequè ex iuſtitia id po
tuiſſet . Profectò.n.ſicuti ex iuſtitia operanti
32 merces debetur:Audi Apoſtolũ.*ad Roma.*13.
7.dicẽtẽ: *Reddite ergò omnibus debita,cui tribu-
» tum,tributũ;cui vectigal,vectigal;cui timorem,ti-
» morem;cui honorem,honorem.* Et S Iacobum,&
ipſum Apoſtolum,epiſtola ſua canonica *cap.*5.
33 4.*Ecce merces operariorum,qui meſſuerunt regio
» nes veſtras, quæ fraudata eſt à vobis, clamat : &
» clamor eorum in aures Domini Sabbaoth in-
troiuit.*Cùm operarijs mercedis exhibitio de
beatur;vt Bonifacius octauus loquitur *in ex
trauag.ſuper cathedram.2.§.verũ ne Parochiales
de ſepultur.inter communes.* Et dignus eſt opera-
rarius mercede ſua,vt ait Apoſtolus Paulus
1.*ad Timot.*5.18.& Chriſtus Dominus noſter
Luca 10.7.& ſequitur text. ex Concilio To-
letano 4.*in can.quicunque 63.in fin.12.quæſt.2.*
36 Ita planè,qui mercedem,quamuis anticipa
tò accepit, ad operis exhibitionem tenebi-
tur: *Iuſtum namquè eſt* (Gregorius Maximia-
no Syracuſano Epiſcopo inquit, *can charita-
tem 43.in fin.12.q.2.*) *vt illi conſequantur ſtipen-
dium,qui pro tempore ſuum commodare repe
riuntur obſequium.*vbi *Gloſſ. verbo ſtipendium.*
37 argumentatur , quòd , ad quem onus ſpe-
ctat, & emolumentum ; & no *reſponſ. noſtra
18.num.10.& reſponſ.33.num.5.&6. & nu.20.*
38 *par.*1.Correſpectiui enim,& correlatiui in-
terſe ſe termini habẽtur opus,& merces, &
merces,& opus.Audi Regiũ Vatem *Pſalm.*
118.112.*Inclinaui* (dicenſ) *cor meum ad fa-*
39 *ciendas iuſtificationes tuas in æternum propter
retributionem.*vbi optimè ad rem *Genebrardus
Metaphora* (inquiens) *à libripende,qui ſtateram
inclinat in quam vult partem.Trutina enim eſt
ſimile animi conſilium;homo vero, ſiue mens,ſta-
teram tenenti.Theodoretus propter tetributionem
propter mercedem,quam promiſiſti, propter præ-
mium vitæ æternæ, & aliorum bonorum , quibus
ſtudioſos legum tuarum remuneras . Pro mercede
etiam exponunt plerique Rabini , quod ſit extre-
mum operis.*hæc Genebrardus.
Et apriùs quoquè Gentium Doctor Pau
40 lus,docens:mercedem operi correſpõdere,
atquè relationem habere, (*ad Roman 4.4. Ei
autem,qui operatur,* (dicens) *merces non impu-
tatur ſecundum gratiam, ſed ſecundum debitum.*
» Nam homini operario,(elucidat Titelman
nus) ex operum condignitate,ac rigore,de-
biti mercedem quęrenti:quæ datur merces,
non quaſi gratuita dicenda eſt, ſed ſecundũ
debitum ſolui.ita ipſe.Sicuti ergo ſine mer-
41 cede labor eſſe non debet,quia.
Optat præmia quiſquè labor.
Vt *Gloſſ.*loquitur can.*Ibi adunati 49.verbo la
borem.7.quæſt.*1. Et Imperator. in *authent. de
iudicib.collation. 6. cap. 9. §.ne autem circa hoc.
Ne autem circa hoc* (dicens) *labor ſine mercede
noſtris fiat Pedaneis.*
42 *Nam ſi labor in damno eſt , mortalis cre-
ſcit egeſtas* ; ſecundum Catonem, quem re-
fert *Gloſſ.ibidem verbo pedaneis.* Ita per æquè,
43 neque merces ſine opere,& labore . Nec
mirum,quippè correlatiuorum,ac correſpe-
ctiuorum ea lex eſt,vt de vno quod dicitur,
de altero pariter dictum æſtimetur , ſecun-
dum Ariſtotelis doctrinam in *prædicam rela-*
45 *tion.*Dicuntur enim relatiua ad conuerten-
tiam.*Petrus Gregor.Tholoſat.in ſyntaxi artis mi
rabilis.lib.5.cap.3. & in commentar. in eandem
to.2.lib.5.cap.6.l.fin. C.de indicta vidui.tollend.
l.1.C.de expreſſis lib.10.l fin.ff.de acceptilat.Bar
boſ axiomat.61.num.*1.
Et ſi nempe Vicarij neceſſitatibus conſu-
lere voluerint Ampliſſimi Patres,anticipa-
tò ei ſolui ſalarium præcipientes ; Haud ta-
men id expreſſere,vt haberet illud,quamuis
non

non deſeruiret. Cur namquè hoc nos dicemus, ſi non ipſi hoc dixere? *ad text. in l. diſſidentis 5. C. de repud. cap. illa 2. ne ſede vacant. Card. Tuſcus tom. 2. littera D. concluſ. 517. n. 30.*
Habebit itaquè ſalarium ad laboris propor
47 tionem; Atquè id, quod iniuſtè detinet,
quod iniuſtè accepit, iuſtè reſtituet. Alioquin
Si res aliena, propter quam peccatum eſt, reddi poſſit, & non redditur, pœnitentia non agitur, ſed ſimulatur. Si autem veraciter agitur; non remittitur peccatum, niſi reſtituatur ablatum. Vt Auguſtinus in Epiſtola ad Macedonianum
ſcribit, relatus *can. ſi res 1. 14. quaſt 6.* & in re
48 gula *peccatum 4. de regul. iur. in 6.* Potiſſimum
quod ipſe de lucrando alterius cum iactura agit, Epiſcopus vero de damno vitando, vt huic ſuccurrendum magis ſit, ad *text. in l. & ſi qui 14. & ſi adhibita ff. de relig. & ſumptib. funer. Aymon. cõſ. 22. n. 24. in fin. Rota apud S. memor. Gregor. XV. deciſ. 439. num. 9.*

Nequè charitatiuum ſubſidium abſquè iniuria exigere à Capitulo potuit. Debetur nempè hoc ſubſidium vni Epiſcopo ob expenſas, quas facit cùm promouetur, vel ob alias manifeſtas, rationabileſquè cauſas, iuxta, *text. in cap. conquærente 16. de offic ordin. & cap. cum Apoſtolus 6. §. prohibemus. de cenſib. c. quia plerique 8. de immunit. Eccleſ. c. 1. de exceſſib. prælator. clement. 1. §. in exigendo, vbi Gloſſ. verbo in exigendo, & verba excedunt. de exceſſib. prælat. extrauag. vas electionis 1.* quæ eſt Benedicti XII. *§. præmiſſis quoquè. de cenſibus,* vbi plenè etiam *Gloſſ. verbo charitatium ſubſidium Ioa Azor, inſtitut.* Moralium *p. 2. lib. 9. c. 14 Boer. deciſ. 134. Menoch. de arbitrar. iudic. centur. 2. caſu* 178. vbi etiam cauſas omnes enumerat, ob quas poteſt ſubſidium exigere Epiſcopus, ita quoq; Illuſtriſſimus Epiſcopus *Ioannes Maria Bellettus Epiſcopus Hieracen diſquiſit. clericali part. 1. tit. de clerico debitore, §. 12. per tot. Barboſ. de offic. Epiſcop. part. 3. allegat. 87. num. 7. & ſeq.*

50 Sed nulla ex cauſis, quæ à Doctoribus
enumerantur, propter quas poteſt Epiſcopus charitatiuum ſubſidium exigere, in hoc facto coincidit; Tum præterea quod id ſibi in facultate à Sacra Congregatione datum non fuit. Deinde quod ſalarium fuit ſibi certum deſignatum, atquè commeatus, tàm pro acceſſu, quàm etiam receſſu præſcripti ex redditibus Epiſcopalis menſę, vt ſupra citati Doctores Aduertunt.

Non itaquè charitatiuum hoc ſubſidium exigere valuit dictus Vicarius Apoſtolicus.

Iurè ergo, nec ſanè iniuria ad reſtitutionẽ
51 compelli debebit: & inciuile factum Emi
nentiſſimi Patres coercebunt, iuxta Vlpiani verba *l. Medicus. 3. ff. de varijs, et extra ordin. cognit.* ne iniuria alteri inferatur, quod cõtra
52 iuſtitiam eſt; quæ alterum nõ lædi præcipit,
d. l. iuſtitia 10. de iuſt. & iur. & § ideoquè lex in proem. decretalium Gregorij 9. Atquè ita ex his iura tutantes Eccleſiæ, iudicio ſaniori præhabito ſemper, reſpondendum cenſuimus.

CAROLVS MARANTA V. I. D.
Epiſcopus Iuuenacen.

Negotio in Sacra Eminentiſſimorum Dominorum Cardinalium diſcuſſo ponente Eminentiſſimo Domino de Quocua: Eminentiſſimi Patres dixere: quòd Ioſeph exactum ſolueret, & intra menſem de ſolutione doceret. Oportuit interim Epiſcopum iter arripere ad reſidentiam, & Ioſeph cauſam iterum proponi inſtetit; qua propoſita Eminentiſſimi Patres, ſtandum in deciſis, dixere. Sed ſic iubente Illuſtriſſimo Facchenetto Secretario, negotium amicabiliter compoſitum fuit, quod ab initio Epiſcopus obtulerat Ioſepho.

SVMMARIVM.

1 *Ius in cauſa, id eſt in facto eſt.*
2 *Factorum ex diuerſitate, diuerſa iuris ſequuntur reſponſiones.*
3 *Ex facto ius oritur.*
4 *Nominatus à teſtatore ad ius patronatus laycorum in re ius habere ditur, ne dum ad rem.*
Eiquè præſentatio debetur per compatronos, num. 7.
5 *Voluntas teſtatoris lex eſt ijs, qui in eius ſuccedunt bonis, & num. 8.*
6 *Legis voluntas eſt, vt, quæ diſpoſita fuere à morientibus, ſeruentur.*
8 *Præſentantio contra formam à fundatore datam facta, non ſubſtinetur, nequè præſentato proficit, num. 32.*
Quamuis per ignorantiam præſentatio facta fuerit, num. 9.
Et pro nominatione à teſtatore facta æſtimabitur, num. 52.
10 *Compatroni tenentur notitiam habere qualitatum, quibus præſentatio fieri debet.*
11 *Deſcendentes à fœminis; originem habentes à maſculo, per lineam dicuntur maſculinam deuenire. Secundum aliquos.*
Verum contrarium alij, vel ſi teſtator aliter diſtinxerit, num. 24.
12 *Linea quid?*
13 *Linea nomen eſt collectiuum, & maſculos, et fœminas complectitur, & num. 15.*
14 *Præſentato à maiori parte compatronum beneficium debetur.*
Ipſequè eſt inſtituendus, num. 53.
15 *Linea collectiue, & in genere vocata, tàm maſculi, quàm fœminæ comprahenduntur.*

Secus tamen erit ſi diſponens aliter expreſſerit nu. 16. Atquè diſtinxerit, nu. 24. Alioquin inanis eſſet diſtinctio à teſtatore facta, num. 25.

17 *Linea dupliciter conſideratur, effectiua, & comprahenſiua.*

18 *Lineam effectiuam complere non poteſt, qui filios non ſuſcepit.*

19 *Filij legitimi ex matrimonio ſolum ſuſcipiuntur.*

20 *Locus Geneſis 1. 22. & cap. 9. 1. Creſcite, & multiplicamini, expenditur, exauditurquè per matrimonium.*

21 *Matrimonium in Paradiſo Terreſtri primù à Deo inſtitutum.*

Deinde à Christo Domino noſtro in nouo teſtamento, num. 22.

Eſt vnum ex ſeptem Eccleſiæ Sacramentis.

23 *Homines maſculi, & fœminæ naſcuntur.*

26 *Aſſerens ſe per lineam maſculinam deſcendere duo probare debebit.*

27 *Linea incipit à primo, & à capite vel à puncto.*

Tamen linea non eſt, ſed principium eius.

29 *Linea fluxus, ac protractio eſt puncti ſecundum Mathematicos.*

30 *Locus honoratiori dandus. Conſilium Domini eſt.*

31 *A lite recedere contra iuſtitiam inſtitutam prudentiæ aſcribitur.*

33 *Nullum quod eſt, producere effectum non poteſt, neque firmari poteſt, num. 37.*

34 *Nihil ex nihilo.*

35 *Nihil qui habet, nihil dare poteſt, & nu. 48.*

36 *Res ſicut ſe habet ad eſſe, ita & ad operari.*

38 *Patronus vſurpans, & alienans bona beneficij, à iure ſuo cadit. Et eſt excommunicatus.*

Et in ſimoniæ crimen incidit, num. 39.

Et ius patronatus defertur ad alios, qui non conſenſerunt, num. 40.

39 *Simonia eſt vendere bona beneficiorum.*

47 *Ius patronatus inſolidum apud quemlibet ex compatronis reſidet.*

Quia res eſt ſimplex, & indiuiſibilis. 42.

43 *Patronus admittens alium ad ſecum præſentandum, ſibi præiudicat.*

Quia illum in quaſi poſſeſſione conſtituit, num. 44.

Nequè poterit mutare conſilium, 45.

Non tamen præiudicat alijs compatronis, num. 46.

Neque admiſſus plus iuris habet, quàm qui illum admiſit, num. 47.

Et pro vna voce æſtimantur in ſtirpes non in capita, num 49.

48 *Nemo plus iuris in alium transferre poteſt, quam ipſe habeat.*

50 *Forma præſcripta erit ſeruanda.*

Alioquin nihil agitur.

51 *De forma quæ ſunt, omitti non poſſunt.*

ARGVMENTVM.

Nominatus à fundatore pro præſentato habetur ad beneficium iuris patronatus laycorum; & aliter facta per cōpatronos præſentatio, nulla æſtimatur. Lineæ nomen an ex fœminis quoquè prognatos comprahendat? Et quid ſi Teſtator deſcendentes ex linea maſculina vocauerit? Lineæ nomen quomodo exaudiatur? Et quantam vocum partem adipiſcatur ad præſentandum admiſſus?

RESPONSIO XXVIII.

1 VT reſponſum demus his, qui interrogauerunt nos; Secundum ea, quę proponuntur; cùm in cauſa ius ſit, iuxta Alpheni reſponſum in *l. in plagis 53. §. in Cliuo Capitolino, ff. ad leg. Aquil.* In cauſa, hoc eſt in facto, vt *Gloſſ. ibid.* (inquit)
2 Nimirum, quia ex diuerſitate factorum, diuerſas quoquè iuris ſequi reſponſiones, rationi conſentaneum eſt, ſecundum Paulum Iure conſultum in in *l. ſi ſeruus ante. 49. in finalib. verbis. ff eod. ad l. Aquil.* Rationem enim reddens ibi, quare diuerſimodè reſpondiſſet: „ *Quia alterius*, (reſpondet) *& alterius facti ha*„ *res ſunt.* Nec mirum, (vt Iulianus loquitur in *l. item vulneratus. 52. §. eiuſdem ergo, ff. eod.*) rationem, & ipſe reddens, cur variè reſpondiſ„ ſet: *Cùm vterquè eorum* (dicens) *ex diuerſa cau*„ *ſa, & diuerſis temporibus occidiſſe hominem intelligatur.* Diuerſa porrò debet eſſe reſponſio,
3 vbi diuerſum eſt factum, ex quo ius oritur. Ex duobus itaquè qui iudicio ad Beneficiū contendunt iuriſpatronatus laycorum familiæ de Galaſſo in Ciuitate Ruben, pro D. Hyacinto de Galaſſo potiora eſſe, è ratione magis reſpondendum cenſemus.
4 Vnus quippè ille eſt, qui à fundatore nomina-

minationem obtinet;vt ei ne ad rem tantùm
ad Beneficium ius ſit,verum,& in rè: Quo-
niam ei per compatronos, qui præſentandi
ius obtinent,& in quaſi poſſeſſione iuris prę
ſentandi ſunt, præſentatio ipſa debetur,
5 & non alteri. Eſt nempè teſtatoris, ſiuè fun-
datoris voluntas lex ijs, qui præſentandi ius
habent,omnimodis per eos ſequenda:§.*diſ-
ponat. in auth.de nupt.collat.4.in proem.*
6 Nequè porrò alia legis eſt voluntas,quàm
quæ diſpoſita ſunt à defunctis, impleātur,vt
Imperator loquitur, *in auth.de hæredibus, &
falcid.collat.* t.§.*exhæredatos autem liberos cap.* t
Apertis verò verbis fundator Sacerdotē
præſentari diſpoſuit de linea Maſculina. Ta-
7 lis eſt D.Hyacintus. Ei igitur (veluti ab fun-
datore vocato,atquè à compatronis neceſſa
riò præſentando) inſtitutio debetur. Vt di-
ctum fuit hiſce in terminis noſtris in *Bur-
gen Canonicatus* 20.*Maij* 1549.*corā Puteo deciſ.*
252.*lib* 3. & ſequitur *Mandoſ.cōſ.*51. *n.*9.*verſ.
videmus enim* & dictum fuit in *Salamantina di
midiæ portionis* 27.*May* 1609.*coram Lugdunen.
deciſ.*253.*num.*1. *& ſeq. part.*2. *tom.*1. *in recent.
& in Gerunden beneficii* 2. *Decembris* 1605.*co-
ram Cardin. Sacrato deciſ.*57. *num.*5. *&* 6. *apud
Viuian.poſt tract.de iure patron.* & nos,alijs plu
ribus relatis,*reſponſ.noſtra* 47.*num.*1.*part.*2.
8 Hinc ſanè eſt,haud ſubſtineri à compatro-
nis præſentationem, quæ contra formam à
fundatore datam,facta fuerit: Quod ſequen-
da ſit eius, qui fundauit voluntas, quæ lici-
ta eſt,& legem decernit,*Cardin.conſ.*48. *inci-
pien.quidam nobiles.* quem ſequitur *Guttierez
conſ.*26.*num.*5.& ſequuta fuit *Rota apud Card.
Seraphin.deciſ.*1270.*num.*5.Quamuis per igno
9 rantiam præſentatio aliter, quàm diſpoſitū
fuerit,ſubſequuta fuiſſet. Quia profectò te-
10 nentur compatroni notitiam habere qua-
litatum,quę in fundatione ad præſentandū,
traditæ fuere. Vt dixit *Rota apud Card.Caual.
deciſ.*231.*num.*3.
Ne teruntij itaquè æſtimabitur obiectio
ex aduerſo pro D.Franciſco Antonio Brucu
lo facta: Quòd in fundatione dictum fuit:
„ *Quòd præſentetur vni Sacerdoti de Miſſa ſi ex-
„ tat,de linea maſculina.* Vt cùm ſit ipſe de linea
Maſculina quondam Antonetti de Galaſſo,
(vt ipſe autumat,ſed perperam;) Eidem con-
ſequenter debeatur inſtitutio: quamuis ex
13 fœmina deſcendat: At ex fœmina à præfato
Antonetto prognata,cum ab eo linea incœ-
perit,vti à capite. *Secundum Iaſon.in l.* 2.*quaſt.*
21.*num.*206.*C.de iure emphyteot. Polidor. Ripa
ſingular.obſer.*306.*num.*2.
12 Eſt nempè linea collectio perſonarum ab
eodem ſtipite deſcendentium,gradus conti-
nens, & numeros diſtinguens. ſecundum
*Gloſſ.*ad calcem *tit.de conſanguinit.& affinit.*
13 Linea proinde, nomē cùm ſit collectiuū,
atquè maſculos complectatur, & fœminas,
de omnibus vtiquè exaudietur,tàm maſcu-
lis,quàm fœmellis à maſculis deſcendenti-
bus recta linea,vt per *Peregrin.de fideicommiſ
ſſis art.*22.*num.*24. *Rota in vna Pampilonen ſe-
pulturæ coram Sanctæ memor.Gregor.XV.*10.*No
uembr.*1608.*deciſ.*383.*num.*3.quæ eſt etiam in
*recent.part.*2.*tom.*1 *deciſ.*22. *num.*3. & ſequuti
fuimus *reſponſ.noſtra* 7.*num.*12.*part.*2. *Molin.
de Hiſpan primogen.lib.*1.*cap.*6.*num.*35.*Rota in
Bononien fideicommiſſi de Deſiderys* 20. *Martii
coram Merlino deciſ.*6.*num.*15.*part.*5. *diuerſor.
nouiſſimarum.*
Compræhendetur, & ipſe D. Franciſcus
Antonius;vt ei Beneficium debeatur à ma-
14 iori parte præſentato. *ad text.in cap.*3. *de iure
patronat.& cap.conſultationib.*19.*eod.*
15 Licet quippè haud abnuimus nos:lineam
collectiue,& in genere vocatam, ex fœmi-
nis quoquè prognatos admittere: vt in dicto
facto deciſionis coram Sanctæ memor. Gre-
gorio XV. Ludouiſio in materia iuris ſepul
chrorum perpenſum fuit; & in materia iu-
ris patronatus perpendimus nos dict. noſtra
*reſponſ.*7.
17 Secus tamen erit, ſi fundator ipſe rem in
apertum deduxerit,atquè expreſſis verbis li-
neam Maſculinam,ad fęmineæ lineæ diſtin-
ctionem, vocauerit, vt in facto hoc noſtro
accidit. Sequentibus enim fundator loquu-
tus fuit: *Præſentetur vni Sacerdoti de Miſſa, ſi
extat,de linea maſculina; ſin autem de fœminina,
dummodò quod ſit Sacerdos de Miſſa.* Ita funda-
tor in fundatione, ſiue teſtamento anno
1526.
Diſtinxit,itaquè fundator lineas, Maſcu-
linam,& fœmininam;atquè hanc, tunc ad-
miſit dumtaxat,cùm non extiterit Sacerdos
de Miſſa de linea maſculina. Suo ſe igitur
gladio perimit Aduerſarius, cùm ſe de fœ-
minis deſcendentem aſſerit,& de linea ma-
ſculina ſe eſſe contendit.
17 Perpendendum proinde erit: dupliciter
lineam conſiderari apud noſtros: Vnam pla-
nè effectiuam,quæ à teſtatore per traducem
efficiatur: Contentiuā alteram,quod non il-
lam diſponens efficiat;at compræhendatur,
& contineatur in illa:ita pluribus relatis *nos
d.reſponſ* 7.*num.*13.& pòſt noſtra. *Rota in Ro-
mana iuriſpatronatus* 15. *Martii* 1630. *coram
Merlino deciſ.*362.*num.*6. *part.*5.*diuerſ.* nouiſ-
ſimè prælo impræſſarum.
18 Cùm autem verba præfata diſponentis de
effectiua linea exaudiri minimè poſſint;
quòd Eccleſiaſticus fuerit,atq; ſacerdotio ini
tiatus,& dignitate conſpicuus Eccleſiaſtica,
Archipræsbyter Cathedralis Eccleſiæ Ru-
ben,cœlibemquè ſemper vitam duxerit,ne
què antequàm Chriſto per Clericatum no-
men daret,matrimonio vnquam colligatus
19 fuerit, ex quo vno filii ſuſcipiuntur legiti-
mi:iuxta illud Domini ad Adam. (*Geneſis* 1.
22.) & (*eod.*9.1.) ad Noè, & ad filios eius:
29 *Creſcite,& multiplicamini,& replete terram.*
Per generationem vtiquè ex matrimonio
21 quod in Paradiſo Terreſtri primum à Deo

Digitized by Google

inſtitutum fuerat, vt *Dyonſ.Carthuſ.ibid.cap.*
1.art.14.& text.in *cap.fin.§.mulier autem de fri*
gid.& malefic.vbi gloſſ.verbo inſtitutor. Inſtitu-
tum fuiſſe (dicit) matrimonium à Deo per
verba præfata, Creſcite, & multiplicamini.
can.ſicut.2.§.his ita.32.quæſt.2.Glo.in §. ius na-
turale.verbo hinc, inſtitut.de iure nat. gent. & ci-
*uili.*Nos *reſponſ.3 nu.14.par.2.*Deinde à Chri-
ſto Domino Noſtro in Nouo Teſtamento,
atquè vnum ex ſeptem Eccleſiæ Sacramen-
tis, ad conferendam dignè ineuntibus gra-
tiam, Inſtitutum, *Sacrum Tridenti. Concil. ſeſſ.*
24.in doctrina de Sacramẽto matrimonij, & can.1.

Exaudietur vtiquè de contentiua, ſiue
comprehenſiua, eorũ ſcilicet, qui vti nepotes
ab eo vocati fuere. *Nos d.reſponſ.7.num.13.&*
Rota d decis.362.num.9.in fin.& num.13.

23 At qui homines, vel maſculi naſcuntur,
vel fœminæ: Maſculum enim, & fęminam
creauit eos Altiſſimus *Geneſ. 1. 22. & cap.5.*
1.Matthæi.19.4. Atquè fundator primo loco
Sacerdotem vocauerit de linea maſculina;
ſecundo verò, (deficiente illo) Sacerdotem
24 de linea fęminina: Diſtrinxit, vtiquè ipſe in-
ter maſculinam, ac fęmininam lineam; vt
qui ex maſculis deſcenderent, primò admit-
terentur; ſucceſſiue vero (illis non extanti-
bus) qui de fęminis: Nequè per lineæ no-
men commiſtim maſculos, & fęminas exau-
diri, atquè comprehendi voluit; Quam ſen-
tentiam, vti communi receptam calculo, ſe-
quuntur, *Aleiat. in l.Gallus, §.nunc de lege Vel*
leia. nu.9. ff de liber.& poſthum. Curt.Iun.conſ.
*154.num.13.*quem ſequitur *Gozadin. conſ.87.*
præſertim num.15.Idem Molina de Hiſpan. pri-
*mog.d.lib.1 cap.6.num.38.*vbi optimè nouiſſi-
me addentes per *Didacum de Lima eod.num.*
38.& lib.3 cap 5.num.69.Peregrin.de fideicom-
miſſ.art.26.num.4.& num.29.Rota in Carpento
ratten fideicommiſſi 13 Iunij 1607. coram Man-
zanedo tom.1.part.2.in recent.deciſ 203.num.5.
Cardin.Mantica de coniectur.vltim.volunt lib.8
*tit.11.num.9.verſ.primus eſt.Barboſ.*alios, & ip-
ſe referens *de appellatiua verborum iuris ſigni-*
cat.verbo linea, appellat.135.in §limit.num.18.
Ioannes Baptiſta Gargiareus conſ.45.num. 35.
& 36.Polidorus Ripa ſingular.obſerauat.d.obſer.
360.per tot.à num.3.& num.8.

25 Altoquin innanis omnino, & ſuperflua,
dubio procul, diſtinctio redderetur, quam
teſtator inter deſcendentes per lineam ma-
ſculinam, & deuenientes per lineam fęmini-
nam Sacerdotes, fecit. Vt ſequuta fuit *Rota*
in dicta Bononien fideicommiſſi de Deſiderijs 26.
Iunij 1626. coram Merlino p.5.Diuerſorum de-
ciſ.21.num.18.& 19.

26 Duo igitur probare debebit, vt obtineat,
præfatus D. Franciſcus Bruculus ex aduer-
ſo Principalis, & quòd à maſculis deſcendat
per lineam maſculinã; & quòd ipſe ſit maſ-
culus: vt ſi in vno defecerit à toto cadat, vt
apertis verbis teſtatur *Gozadin. d.conſ.87.nu.*
15. & ſequuta fuit *Rota in dicta Carpentorat-*
ten.num.5.& addentes ad Molin. d.cap.6. num
38.lib.1. Gratianus forenſ.diſceptat. part.5.cap.
901.num.19.& 20.

Cùm nempè ex Antonetto maſculi pro-
geniti haud fuerint, ſed fęminæ dumtaxat:
ipſeq; D. Franciſcus ex fęminis deſcendat:
Ex linea vtiquè, atquè per lineam maſculi-
nã deſcendere dici minime gentiũ poterit.

27 Profectò enim, licet linea incipiat ab ipſo
Antonetto (vti puncto.) Linea tamen haud
erit, niſi vlteriùs protrahatur. Qua de cauſa
cùm linea Antonetti protrahi inceperit per
fęminas: non vtiquè per maſculos, quos non
ſuſcepit, protracta dici poterit. Dici proinde
per maſculinam deueniſſe D. Franciſcus prę
dictus minime poterit. Ab Antonetto por-
rò vti à puncto, à fęminis vero vti à linea ip-
ſe deſcendit. Quod ſanè vltrà Mathemathi-
cam demonſtrationem, perpendit optimè
Rota in dicta Bononien fideicommiſſi coram Mer
lino, tàm d.deciſ.6.num.22.& 23.quàm dicta de-
ciſ.21.num.21.22.& 23.& 24.& *Polid. Ripa d.*
obſer.306.num.8 & 9.Gratian.d cap.901. num.
5.& num 28.& 29.

Non glorietur itaquè ſe per lineam ma-
ſculinam deſcendentem eſſe, quòd à puncto
per maſculum Antonettum, per lineam à
fęminis deueniat.

28 Punctus enim linea non eſt, ſed princi-
pium lineæ, linea autem fluxus eſt puncti, ac
29 protractio, vt Mathematici loquuntur, ſe-
quiturquè Doctiſſimus ille vir *Petrus Gregor.*
Tholoſates ſyntaxeon artis mirabilis lib.13.c.3.

Fũdator autẽ Maſculos Sacerdotes à linea
maſculina deſcendentes vocauit, non à pun
30 cto. Det proinde locum honoratiori à ſe,
vocato; iuxta Domini cõſilium (*Lucæ 14.9.*)
ne cum rubore nouiſſimum locum tenere
incipiat, ſi recumbens in primo, per ſenten-
31 tiam ei dicatur: Dà huic locum. Tunc nem-
pè erit ſibi gloria coram ſimul accumbenti-
bus iudicibus, quòd prudenter egerit, à litę
recedendo.

Nec proficit eidem, quòd ſe à maiori pa-
tronorum ſuffraggio præſentatum aſſerat,
vt ipſe inſtituendus veniat iuxta *text. d. cap.*
3.de iure patronat & d.c.cõſultationib.19.eod.

32 Cùm, quòd pro eo facta præſentatio ni-
hil ei adiumento eſſe poteſt, quia contrafor-
mam à fundatore præſcriptam, facta fuit.
33 Nulla proinde eſt. Effectum verò, ſiuè effi-
cacitatem producere haud poteſt, quod non
eſt, aut nullum eſt, *l. quod dictum 33.ff.de pact.*
argumento ab illo ducto, quod Paulus *ibi in*
fine loquitur: *Igitur ſi mandati actio nulla ſit*
(aiens) *dicendum eſt non prodeſſe exceptionem*
fideiuſſori. Et *l 4.§.condemnatum.ff.de iudic.gloſ.*
in cap.cum noſtris 6.verbo de facto.de conceſſ.præ
bend.l fin.in fin.ff.officio eius: dũ Paulus ratio-
nem reddens dicit: quia iuriſdictio ſine mo-
dica cœrctione nulla eſt: Hoc eſt non po-
teſt effectualiter exerceri, (*vt Baldus ibid.*lo-
34 quitur) nihil enim efficit, quod nullum eſt.

Ex

Ex nihilo etenim nihil, vt decantatum Phi-
loſophorum aſſioma eſt, & efficitur, ex *text.*
35 *in can. Daibertum* 23. (ibi: nihil habuit, nihil
dare potuit) *prima quæſt.* 7. Vnde ſecundum
eoſdem dicitur, quòd: Res ſicut ſe habet ad
36 eſſe, ita & ad operari; operari nempe haud
poterit quod non eſt, & nullum eſt. Nequè
37 firmari poteſt quod nullum eſt. *Surd. conſ.*
37. num. 9. lib. 1. Rota Maceraten apud Marcum
Anton. Thomati deciſ. 17. num. 30.

38 Tùm quod Antonettus, cùm ob alie-
nationem, & vſurpationem, atque
applicationem ſibi ipſi factam bonorum, &
dotis beneficij prædicti, à iure ceciderit
præſentandi, & patronatus, tàm ſibi,
quàm à ſe deſcendentibus; eoquè priua-
tus ipſo facto fuerit, quin in ſententias, & pę-
nas dederit à Sacro Tridẽtino Concilio ſta-
tutas in *cap. 11. ſeſſ. 22. de reformat.* Et à Sacris
Canonibus. *Barboſ. in collectan. ad dictum cap.*
11. Sacri Concil. num. 13. & 14.

39 Quòd ſimonia formalis fuerit, pretio res
Deo dicatas diſtrahere, atquè proinde ſacri-
legum facinus, illudquè grauiſſimum, vt
Vrbanus II. *can. Saluator. 8. §. penſandum verò*
40 *eſt. 1. quæſt. 3.* decernit. Atquè propterea ius
ipſum patronatus, & præſentandi in alios cõ-
patronos, qui non alienauerunt, nequè alie-
nationi aſſenſum præſtitere, transfuſum,
(Marinum, vt puta, & Rinaldum fratres, ip-
ſoſquè fundatoris cohæredes) totumquè ius
patronatus, & præſentandi in eos æquis par-
41 tibus tranſaltum; inſolidum enim apud ip-
ſos, & quelibet ipſorum ius patronatus fuit.
cap. 1. de iure patron. vbi *gloſ.* rationem redens:
42 inquit: *Quia res ſimplex eſt, & indiuiſibilis, &*
» *ſic ad quelibet hæredem in ſolidum tranſit, etiam*
» *ſi ex diuerſis, & inæqualibus partibus ſint hære-*
des. Ita illa *Ioan. Andr.* quem ſequitur *Abb. in*
cap. quærimoniam 9. num. 3. & 4. de iure patro-
nat. Vincet. de Franch. deciſ 85. nu. 1. Rota in Flo-
rentina iuris patronatus de Ianſigliazzis 14. Maij
1629. apud D. Duranum Epiſcopum Vrgellen
deciſ. 285. num. 9. par. 5. diuerſorum. & in impreſ-
43 *ſis per eum deciſ. 199. num* 10. Quamuis qui-
dem Marinus ad ſecum compræſentandum
hæredes Antonetti admiſerit, vnde ſibi præ-
iudicium intulit, quòd illos in quaſi poſſeſ-
ſione præſentandi cõſtituerit, iuxta *Ripæ* do-
ctrinam in *in cap. cùm Eccleſia Sutrina, ſub nu.*
93. de cauſa poſſeſſion. & propriet. Rota apud S.
memor Gregor. XV. deciſ. 417. num. 5. vbi Beltra-
44 *min. num. 13. & deciſ. 452. num. 15.* Etiam non
ſequuta effectuatione præſentationis. *Rota in*
recent. part. 2. tom. 1. deciſ. 174. num. 3. & 4. Vt
45 non valeat nunc mutare conſilium. *Claud.*
Tuiius quæſt. 2. de iure patron. Rota in Gerunden
iuris aſſiſtendi in Capitulo 11. Decembris 1609.
coram Domino meo Coccino Decano deciſ. 407.

46 Præiudicium nihilominus haud parare
potuit Rinaldo, eiuſquè deſcendentibs, &
hæredibus, quin integram illi vocum me-
dietatem obtineant: Qua de cauſa, qui per
47 Marinum admiſſi ad præſentandum fuere
vna ſecum, non plus iuris habent, quàm ipſe
Marinus, qui ipſos admiſit, habebat ex regu-
48 la *Nemo plus iuris in l. 55. ff. de regul. iuris d.*
can. Daibertum. 23. 1. quæſ. 7. Ex ratione, quam
ibi Vrbanus Secundus affert. dicens: *Quia*
qui nihil habuit, nihil dare potuit. & ſupra nos
quoquè alio ſenſu perpendimus. *cap. nuper*
6. de donat. inter virum, & vxor. Rota in Roma-
mana prætenſa venditionis 23. Ianuarii 1589. co
rã Penia apud Marchesanum p. 1. fol. 633. deciſ. 39.
num. 1. Flamin Carthar. deciſ. Genua 35. num. 3.

49 Pro vna itaquè Marini voce, & hi æſtima
buntur, quaſi inſtirpes, & non in capita. ad
text. in Clement. ſi plures 2. de iure patronat.

Vèrùm quia contra formam a fundatore
datam pręſentatio à Marino facta, proceſſit;
50 cum nulla illa ſit (vt diximus:) Nimirum
quod data facultatis forma ſeruanda ſit. alio
quin nihil agitur. *cap. cum dilecta 22. §. cum*
51 *enim de reſcript.* Quia ea quæ ſunt de forma
non poſſunt omitti, vt *Bald.* inquit *in auth.*
matri, & auia, num. 3. C. quando mulier tutelæ of-
fic. fungi poteſt Rota apud Caualer. deciſ. 288. nu.
3. & part. 1. tom. 2. in recent. deciſ. 624. num. 1.
Gratian. Forenſ. par. 5. cap. 961. num. 10.

52 Præſentatio vtiquè ipſa euaneſcet, atquè
pro Hyacinto (vt pututa à fundatore voca-
53 to) facta cenſebitur. Omnium proinde vo-
ces cum hic obtineat; hic vnus inſtituendus
erit ex præfata diſpoſitione, *text. d. cap. 3. de*
iure patron. Rota in d. Florentina iuris patronat.
coram Durano d deciſ 285. nu. 1. part. 5. diuerſ. &
deciſ. 199. num. etiam 1. apud ipſum impreſſis.

Atquè ita ex his Ariſtarchi iudicio lubẽ-
ter ſubiectis, reſpondendum cenſuimus.

CAROLVS MARANTA I.V.D.
Epiſcopus Iuuenacen.

Vti hiſce ſcriptis diximus, negotium finẽ
vidiſſe audiuimus.

SVMMARIVM:

1 *Mors omnibus vna, atque ineuitabilis,*
num. 3.
2 *Locus Eccleſiaſtes. 3. 2. & 18. illuſtratur, &*
expenditur.
4 *Dierum terminus fixus eſt homini.*
Neminique cedit.
Etiam Principibus.
5 *Termini firmitas quanta Alciati emblema-*
te illuſtratur.
6 *Mors atra æquat omnia. ex Nanzianzeno.*
7 *Vitæ terminus communis eſt omnibus.*
8 *Detij Carafa S.R.E. Cardin. & Archiepiſco-*
pi Neapolitani mors.
9 *Aloyſius Riccius Vicarius Capitularis Nea-*
poli,

poli,& Epiſcopus Vici,celebratur.
10 Text.Sacri Trident. Concilij ſeſſ.24.cap.1. §.itaquè ſtatuit de reform.aſſertur.
11 Eccleſia Cathedrali vacante orationes, ſupplicationeſquè publicæ,priuatæque indicendæ erunt pro bono paſtore obtinendo.
Neque id ſemel,ſed donec Eccleſia paſtore impleatur,num.44.
12 Capitulum Sede vacante poteſt publicas indicere proceſſiones pro bono paſtore impetrando.
13 Proceſſiones vnde dicantur? & n.32.
14 Litania vnde dicuntur? & num.32.
Ex antiqua conſuetudine à Sanctis Patribus indictæ,num.15.
16 Regulares quicumque etiam monachi ad publicas proceſſiones accedere tenentur,& cōpelli,niſi acceſſerint,ex Sacro Trident.Concilio.
Non tamen quacumquè ex cauſa.17.
Quæ enumerantur.
Et num ad proceſſiones, quæ habentur defuncto Romano Pontifice,num.21.
Et quid mortuo Epiſcopo? num. 19. Ex Zerola negatiue,num.30.& 35.& 42.
18 Proceſſio habetur in ſolemnitate Sanctiſſimi Corporis Chriſti.
20 Innocentius VIII.obijt anno 1592.
22 Quod omnes tangit, hoc ab omnibus debet probari.
23 Ioannes Antonius Nouarius expenditur.
25 Regulares cogi haud poterunt accedere ad Cathedralem ad orationem quadraginta horarum ex Sacra Congregatione.
25 Oratio quadraginta horarum ex antiqua traditione accepta a Pio IV. Apoſtolica auctoritate confirmata fuit.
Atque à Clem.VIII.
Et à Santiſſimo Carolo Borromeo Cardinali, & Archiepiſcopo Mediolanen ſepiſſimè in vſum vocata.
26 Regulares vacante Cathedrali tenentur rogare Deū pro bono Paſtore in illa habendo.
27 Proceſſiones ad publicas, quæ habentur vacante Cathedrali, an populus, vt accedat, compelli poſſit?
Negatiuè.
28 Lex quod non dicit, neque nos dicere debemus.
29 Iure quod cautum non eſt, neque dicendum.
31 Alternatiuæ ſufficit vnam partem impleri.
33 Genus omnes ſub ſe comprahendit ſpecies.
34 Lex generaliter loquens,generaliter eſt intelligenda de omnibus ſpeciebus,ſub genere comprahenſis.
36 Diſparitatem,qui dicit,ipſe rationem reddere debet.
37 Regulares non ſunt è clauſtris auocandi quacumque ex cauſa.
38 Monachorum eſt ſolitariè degere, & ſua, aliorumquè peccata plangere. Monachus vnde dicatur?
39 Cleri,populiquè nuncupatione Monachi,regulareſquè nō comprehenduntur in odioſis, & pœnalibus.
Secus in fauorabilibus.
40 Clerus Secularis,& Regularis,vt diuerſa ponuntur.
In pœnalibus & odioſis.
41 Verba propriè ſtrictèque accipienda in materia odioſa.
42 Text.Sacri Trident. Concil.ſeſſ.25.cap.13. de regularibus refertur:comparatur,cum text.in cap.1.ſeſſ.24.de reform.at. nu.43.
45 Monachi Ordinis Sancti Benedicti,& Ciſterciēſis priuilegio fulciuntur, ne inuiti ad proceſſiones accedere compellantur.
Ita quo ad Monachos Congregationis Caſſinen Sacra declarauit Congregatio,nu.46.
Niſi ad proceſſiones Sanctiſſimi Sacramenti.
47 Scriptura priuata nullam in iudicio fidem facit.
48 Scriptura authentica dicitur,quæ ſigillo firmata eſt Epiſcopi, vel perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtituta.
49 Franciſcus Cardinalis Boncompagnus Archiepiſcopus Neapolitanus ab Vrbano Papa Octauo creatus,celebratur.
50 Maria Virgo Sanctiſſima Titularis eſt Cathedralis Neapolitanæ.
51 Mors refertur Eminentiſſimi D.Card.Boncopagni Archiepiſcopi.

ARGVMENTVM.

Accedere ne teneantur regulares ad proceſſiones à Capitulo Sede vacante indictas ad impetrandum bonū à Deo Paſtorem? Et num cogi,compelliue, ni acceſſerint? Ad apparatum.tex.Sacri Triden.Concilij cap.1.§.itaquè ſtatuit ſeſſ.24.de reform.& cap. 13.ſeſſ.25.de regularib.

RES-

RESPONSIO XXIX.

1 VNa omnibus inſtat dies. Tempus
naſcendi, tempus moriendi. *Eccle-
ſiaſtes 3.2. & num. 18. Dixi* (inquit)
2 *in corde meo de filijs hominum vt pro-
baret eos Deus, & oſtenderet ſimiles eos eſſe be-
ſtijs*. Homo enim cum in honore eſſet non
intellexit, comparatus eſt iumentis inſipien-
tibus, & ſimilis factus eſt illis. *Pſam. 48. 12. Id-
circo vnus interitus eſt hominis, & iumentorum.*
(Eccleſiaſt. ibid. num. 19.) *& aqua vtriuſquè
conditio. Sicut moritur homo, ſic, & illa moriun-
tur.* Secundum corpus vtiquè, vt *Gloſſ. ordin.
ibid.* aduertit, & Hieronymus in *Epitaphio
Paulæ circa fin. tom. 1. oper. fol. mihi 238. littera*
„ *B.* Sed ò mortalium fragilis, & caduca natu-
„ ra: (inquiens) & niſi Chiſtri fides nos extol-
„ lat ad Cęlum, & æternitas animæ promitta-
„ tur, cum beſtijs, & iumentis corporum v-
„ na cōditio eſt: idem occubitus iuſto, & im-
„ pio, bono, & malo, mundo, ac immundo, ſa-
„ crificanti, & non ſacrificanti: ſicut bonus, ita
„ & qui peccat, ſicut qui iurat, ita, & is qui iu-
„ ramēntum metuit, ſimiliter, & homines, &
„ iumenta in fauillā, & cinerem diſſoluuntur.
3 Ita ille. Ineuitabilis eſt quippe mors, & ineuita
bilē habet in res quaſcūq; neceſſitatē. Fixus
4 eſt omnibus dierū terminus, neminiquè ceſ-
cidit. Principibus etiam viris. Vnde dicit.
Nulli cedo. Quemadmodum Prudentius
cecinit.
„ *Inſtat Terminus, & diem*
„ *Vicinum ſenio iam Deus applicat.*
Et Homerus dixit.
Nec vis Herculea fatum euitauit acerbum.
Et Seneca in Hercule furente
Certo veniunt ordine Parcæ,
Nulli iuſſo ceſſare licet,
Nulli ſcriptum proferre diem.
Nam *breues dies hominum ſunt* (Iob. inquit
14.5.) *numerus menſium eius apud eſt: conſtituiſti
terminos eius, qui præteriri non poterunt.*
Vnus dies omnibus fert ſententiam: *Sene-
ca in epiſt.* dixit. Et Plinius *hiſt. nat. 7. cap. 40.*
Alius de alio iudicat Dies, & tamen ſupre-
5 mus de omnibus. Hinc Alciatus *emblemate*
157. de termino loquens, dixit.
„ *Quadratum infoditur firmiſſima teſſera ſaxum,*
„ *Stat cirrbata ſuper pectore imago tenus,*
„ *Et ſe ſe nulli profitetur cedere; talis*
„ *Terminus eſt; homines qui ſcopus vnus agit.*
„ *Eſt immota dies, præfixaquè tempora fatis.*
„ *Dequè ferunt primis vltima iudicium.*
6 Omnia mors atra æquat, cum rapit nos,
vt Gregorius Nanzianzenus carmine ad ſuā
animam loquens dicit.
„ *Mors atra cum rapit nos.*
Et de externi hominis vilitate, *num. 20.* ſe-
quentibus.
„ *Inter defunctos quid nam eſt diſcriminis? oſſa*
„ *Cinere Iri, Tantalidiſquè pares.*
„ *Par Conſtantino famulus meus.* (*hic ergo tantùm*
„ *Excipio tumulum, diues, inopeſquè pares.*
„ *Atquè hic iſta quidem. Aſt alio, quæ cōdit in æuò*
„ *Vltima lex prauis, quis memorare queat?*
7 Communis itaquè vitæ terminus eſt om-
nibus; vt idem Nanzianzenus *orat. 26. num.*
29. inquit. Omnes enim ſimpliciter mori-
mur. Secundum annotationem Eliæ Cretē-
bs in eundem locum Nanzianzeni.
Et pace, & bello cunctis ſtat Terminus æui.
Sillius Italicus lib. 5. belli punici dixit.
8 Ex humanis proinde aſſumpto Eminen-
tiſſimo Domino D. Decio S.R.E. Cardinale
Carafa, Archiepiſcopo Neapolitano, fuit per
Capitulū electus Vicarius Dominus Aloy-
9 ſius Riccius, tūc Canonicus, tūc verò Epiſco
pus Vici Equē. Huius viri præconia, (ne aſsē
tator videat) ex ſe ipſis, typis impreſſa volumi
na; & memoriā pęnè diuinā, prædicāt. ſuper-
uacaneū, itaquè exiſtimo, ab extraneo laudū
ſumere materiam, qui ex ſe ipſo laudatur.)
Fuerunt ea propter Generales in dictæ pro-
ceſsiones ad ſupplicationes publicas haben-
das pro bono paſtore impetrādo. Publicatiſq;
edictis, omnes quoq; Regulares inuitati fue-
re, & ſub pęnis, & cēſuris ni accederēt. Stata
die: Patres S. Benedicti Congregationis Caſ-
ſinen ſe ipſos accedere haud teneri, me Pa-
trono cauſæ apud Dominum Vicarium ed-
dicebant, inſtante illo, vt accederent; & niſi id
facerent ſe ad præſcriptum edictorum actu-
rum comminabatur. Reſiſtebam.
10 Quòd Sacrum Tridentinum Concilium
ſeſſ. 24. cap. 3. de reform. quid Carhedrali vacā-
te agendum ſit decernens, ſequentibus diſ-
ponit.
11 „ *Itaquè ſtatuit,* (dicens) *vt cùm primum Eccle*
„ *ſia vacauerit, ſupplicationes, ac preces publicè, pri*
„ *uatimquè habeantur; atquè à Capitulo per Ciuita-*
„ *tem, & diœceſim indicantur, quibus Clerus popu-*
„ *luſquè bonum à Deo Paſtorem valeat impetrare.*
12 Quamuis porrò ex verbis iſtis Sacroſan-
ctæ Synodi; (*Supplicationes, & preces publicè,
priuatimquè habeantur:*) vt publicas proceſſio
nes indicere valeat Capitulum, ac pro eo
Vicarius Capitularis, cum per eas publicè
preces, ſupplicationeſquè ad Omnipoten-
tem Deum habeantur: proceſſioneſquè di-
cantur, quòd ordinatè Clerus, populuſquè,
procedat, ab eundo, vel procedendo: vt
omniſcius Petrus Gregorius Tholoſates
partitionum iuris Canonici lib. 1. cap. 3. aduer-
tit, quem ſequitur *Campanilis Epiſcopus La-
quedonen in diuerſor. Iur. Canon. rub. 12. cap 13.
num. 118. & Pater Andræas Piſcara Caſtaldus in
praxi cæremoniarum lib. 2. ſect. 10. de proceſſioni-*
14 *bus cap. 1. num. 1.* Quæ etiam alio nomine li-
taniæ nuncupantur; quòd procedat Clerus
populuſquè litanias canendo, diuinamquè
opem per ſanctorum inuocationem depo-
ſcendo: vt ex Concilio Laodicen *cap. 17. edi-
tione 2.* pluribus etiam adnotat Doctiſſimus
ille Vir, & Eminentiſſimus *Cæſar Baronius* S.
R.E. Cardin Sācti Philippi Nerij diſcipulus,
in

in annotationib. ad Martyrologium Romanum ad diem 25. Aprilis de Sancto Marco Euangeliſta agens, *verbo Litaniæ maiores. idemquè*
15 *Caſtaldus d.cap.1.num.1.* eſt nouella Iuſtiniani 123. *cap.32.* Eſtquè antiquiſſima in Eccleſia Dei Sanctorum Patrum conſuetudine confirmata inſtitutio, vt *Baron.& Caſtald.vbi ſupra num.2.* aduertunt. Et Rationale diuinorum officiorum, *lib.4.cap.6.num.15. idem Baron.annalium lib.1.circa annum Domini* 58. *fol. mihi* 534. *littera E.* Non ex hoc tamen ita perſpicuè
16 inferri poteſt, Regulares inuitari, vt accedant, compelliquè, niſi acceſſerint poſſe, iuxta diſpoſita per idem Sacrum Tridentinum Concilium *ſeſſ.25. cap.13. in fin. de regular.* ſequentibus loquens.
„ *Exempti autem omnes, tàm Clerici ſeculares,*
„ *quàm Regulares quicunquè, etiam Monachi ad*
„ *publicas proceſsiones vocati, accedere compellan-*
„ *tur, iis tantum exceptis, qui inſtrictiori clauſura*
„ *perpetuò viuunt.* Sic Sacrum Concilium.
17 Non equidem quacunquè ex cauſa vexandi Regulares fuerint ad proceſſiones publicas accedere. *cap. nimis praua 17. aliàs penult. de exceſſib. prælator.* quo loco *Abb. Card.& Hoſtienſ.* cauſas enumerantes, quibus publicis proceſſionibus Regulares accedere tenentur: in nouo introitu Epiſcopi (dicunt) vel legati; vel imminente peſte, ſeu alio flagello; vel ad Generales proceſſiones, quæ fiunt poſt Paſcha ante feſtum Aſcentionis: ſiue etiam Iubeleis: vt poſt Cappellam Tholoſan. *quæſt.* 485. & Aufrerium in adnotation. ad eam, ſequitur in *praxi Epiſcopali* Dominus Epiſcopus Genuens. *cap.60. de proceſſionib. num.1.& ſeq. Vgolin. de poteſtate Epiſc. part.2.cap.20.§.2.num.6. Riccius ipſe par.4. collectan.882. in fi.& in praxi pænarum reſolution. 308.num.7.part 1.& part. 4.deciſ.379.Card.Tuſcus lib.6. littera P.concluſ.799. Campanil. d.cap. 13.num. 1;8. Eraſmus à Cocbier. de iuriſdict. in exemptos part.2. quæſt.45. num.109. Barboſ. de offic. Epiſc. part.3. allegat.78.num.2. Tamburrin. de iure Abbat.tom.1.diſput.24.quæſt.8.* qui meminit conſtitutionis Pij V. §.19. *Ioann. Baptiſta Lezana in ſumm. regular. quæſt. cap.9. num. 47.part.1.& cap.1.num.50.part.2. Ioan. Anton. Nouarius Canonicus Neapolitanus*, longè poſt hæc ſcripta prælo præſſus *in ſumm. Bullar. tit.*
18 *de proceſſionibus num.* 12. Adde etiam in proceſsione publica, & Generali, quæ ex conſuetudine habetur in ſolemni feſto Sanctiſſimi Corporis Chriſti, iuxta diſpoſita per Vrbanum VI.& Clementem Papam V. *in Clement. vn. de reliquiis, & venerat. ſanct.* & Sacrũ Trident. Concil. *ſeſſ.13. cap 5. & 6. de Sanctiſſimo Euchariſtiæ Sacramen.* Epiſcopus quoq; Minoren. *Thomas Zerola in praxi Epiſcp part. 1. verbo proceſsiones ad primum*, quo loco, quãuis ipſe inter proceſſiones publicas, quæ ob publicam vtilitatem indicũtur, has quoquè
19 enumeret, quæ vacante Eccleſia Cathedrali à Capitulo ad impetrandum ab Omnipotenti Deo bonum Paſtorem, indicuntur, enumeret, haud tamen, ita figit pedem (vt dici conſueuit), vt hoc affirmet; verum ſub dubio relinquit: meminit tamen proceſſio-
20 num, quæ anno 1592. indictæ fuere Neapoli vacante Sede Apoſtolica ob deceſſum Innocentij Papæ Octaui, ad imperrandum bonum Pontificem à Benigniſſimo Deo Vniuerſali Eccleſiæ ſuæ. Actumquè tum fuiſſe multis aſſidentibus Prælatis, & viris doctis: an compelli Regulares poſſent ad publicas
21 illas proceſſiones accedere? Reſponſumquè, cum cõſilio, compelli poſſe. Quòd cauſa eſſet Vniuerſalis, pro commodo vniuerſali totius Chriſtianæ Reipublicę, & Eccleſiæ: Omneſquè tragere, vt Bonum ſortirentur Pontificem; debere proinde ab omnibus
22 probari. *regula quod omnes 29. de regul. iur. in 6. Gloſſ. fin. in cap fin. de his, quæ fiunt à prælat. ſine conſenſu capituli. cap. ad hæc 7. in fin. de offic. Archidiani. l fin. C. de aucthor. præſtan. Rota apud Card. Caualer. deciſ.57. num.6.* ſequiturquè idem *Nouarius d.num.12.* quamuis in fine addat: *Et tandem in vacatione Eccleſiæ Cathedralis pro impetrando à Deo bono paſtore. Concil. Trident. ſeſſ.24. cap.1. de reform.* Verum ipſe neque ratione vlla, neque alicuius alterius authoritate nititur, vt ei fides habenda ſit minimè *tex. in can. ego ſolis 5. diſt. 9.* vbi Hieronymus ſequentibus *epiſt.* 8. lo-
„ quitur: *Alios autem ita lego, vt quantalibet ſan-*
„ *ctitate, quantaue doctrina polleant; non ideò ve-*
„ *verum putem, quia ipſi ita ſenſerunt; ſed quia mi-*
„ *hi per alios authores, vel canonicas, vel probabiles*
„ *rationes, quod à verò non abhorret, perſuadere potuerunt*
24 Hinc profectò ſequitur; cogi haud poſſe Regulares extra proprias Eccleſias accedere in celebratione quadraginta horarum in quibus Sanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramẽtum publicè exponitur: quamuis toti populo talis indicatur oratio, & pro publica vtili-
25 tate, vel neceſſitate. Quamuis laudabilem conſuetudinem, antiqua traditione acceptam Pium IV. fęlicis memoriæ Apoſtolica aucthoritate confirmaſſe: eaquè ſapiſſime vſum fuiſſe in maximis illis ſuo tempore peſtis graſſantis calamitatibus Sanctiſſimum illum S.R.E. Cardinalem, Archiepiſcopum Mediolanen Carelum Borromeum ad iuſtam Diuini numinis prouocatam populorum facinoribus placandam iram, refert idẽ Caſtaldus *in d. praxi cæremoniarum lib. 2. ſect.2. cap.7. nu.1.* Clementemquè Papam Octauũ eodẽ anno 1592. ſua prçcipiſſe cõſtitutione, vt toto anno in ſingulis Vrbis Eccleſijs inſignioribus, tàm ſecularium, quàm Regularium per turnum orationes huiuſmodi haberentur: ſat nempè fuerit, ſi in proprijs Eccleſijs huiuſcemodi orationi vacent regulares ipſi, vt ad materiam dicti *text. Sacri Trident. Concilii cap. 13 ſeſſ.25.* Sacram declaraſſe Congregationem refert Epiſcopus Thelcſinus

ſinus *Franciſ. Leo in Theſauro fori Eccleſiaſt.*
par.1.cap.1.cap.8.num.18.in fin.Genuenſ.d.cap.
64.num.3.Idem Ioan. Anton. Nouar.dict. tit.de
proceſſionib.nuum.19.

Abſimili non itaquè modo,incongruum
haud erit,ſi in proprijs orationi , ſupplica-
tionibuſquè vacent Regulares ad bonum à
26 Deo Paſtorem impetrandum,nequè vexen
tur publicas ad proceſſiones accedere: quod
Sacrum Concilium non ſpeciatim de pro-
ceſſionibus loquatur,nequè regularium me
minerit, ſed abſolutè loquatur:*Supplicationes*
ac preces publicè,priuatimque habeantur,atque
à Capitulo per Ciuitatem,& diœceſim indicantur
quibus Clerus , populuſquè bonum à Deo paſtorē
27 *valeat impetraret .* Quid enim ſi populus ad
ſupplicationes,ſiue proceſſiones,eandem ob
cauſam indictas,accedere noluerit;nunquid
coget illum Capitulum cenſurarum mu-
28 crone ? Non vtiquè , quòd hoc , Sacrum
Concilium non dicat;vt nequè nos dicere
debeamus.*cap.2.ne ſede vacant. cap.1. de tran-*
slat.Epiſcop.can.conſuluiſti 2.quæſt.4.l.ſi ſeruum
70.§.prætor ait, ff.de acquirend. hæred. Non
29 enim dicendum, quòd iure cautum non
eſt.*Nauarr.conſ 6.num.11.lib.3. de donat. San-*
ch.de matrimon.lib.6.diſput.36.ſub num.2.

30 Vt neque etiam de regularibus aſſeren-
dum ſit, cùm de illis Sacrum Concilium
minime loquatur:& ſat, ſuperquè erit,ſi in
proprijs Eccleſijs orationes ad Deum pro
bono paſtore impetrādo,fuderint,vt ſub il-
lis ſaltim compræhendantur verbis *(priua-*
31 *timquè habeātur:)*atquè alternatiuè vna pars,
etiam quo ad regulares,impleatur; ad regu-
lam *in alternatiuis 70.de regul.iur.in 6. cap.in-*
ter cæteras 4.§.fin.vbi gloſſ.etiam verbo quodcun
què de reſcript l.ſi quis ita ſtipulatus fuerit 129.
ff.de verbor. obligat. gloſſ. in Clement. vn. §.
quin etiam , verbo aut de conceſſiou. præben. &
in Clem.1. verbo, vel quorum de iudic Calderin.
conſ.vlt.quidam ædificauit in princip. de iure pa-
tronatus, Rota apud Cardin. Manticam deciſ.81.
num.4.Franciſ.Merlin.deciſ.Lucenſ.9.num.2. Ro
ta in recent.part.2.tom.2.deciſ.719.num.2.in fin.
& apud Coctinum deciſ.263.nu.2.& apud Card.
Caualer.deciſ.265.num.3. & part.1.diuerſor.de-
ciſ.122.nu.1.et apud Caſſador. deciſ.7. num.9. de
iure patron. apud Cardin. Seraphin. deciſ.1165.
num.8.

Præterea,nequè verba illa:(*Supplicationes,*
ac preces publicè,priuatimquè habeantur:) dire-
32 ctò proceſſiones inferunt;quamuis, & ſup-
plicationes, & litaniæ , & proceſſiones dici
poſſint,quòd in illis ſuppliciter Dei auxiliū
imploretur,vt *Caſtaldus d.lib.2.ſect.10. cap.1:*
num.1. adnotat ; litanias à verbo Græco, τὴν
λιτὴν id eſt litaniam , quam proceſſionem
appellabant , dictas ; vel magis ex lexicon
λιτανεία Litania,quæ ſupplicationem pręceſ-
què ſignificat;à ſupplicando, ſimulquè vna
procedēdo:expiationiſquè cauſa publicè in
dici conſueuerint, vt ex Tertulliano,Hiero-
nymo,ac Baſilio docet *Card. Baronius* ad di-
ctum annum Chriſti 58. *fol. 534. littera C.*
primo annalium tomo. & Tuillius ad Alciati
emblema 131. verbo. Ergo lita . Cùm poſ-
ſint ſupplicationes , preceſquè publicè in
Eccleſia fieri , & in illis Regulares acce-
dere minime tenebuntur (vt in ſuperiori-
bus diximus.) & Sacrum Concilium ge-
33 neratim loquitur(*ſupplicationes , ac preces*)
vt omnes compręhendat ſupplicationum
ſpecies,ſiue per proceſſiones, ſiue alio mo-
dò,& publice, priuatimquè.Lex enim gene-
raliter loquens,generaliter quoquè exaudi-
ri debet de omni ſpecie,quæ ſub genere cō-
præhenditur. *Rota apud Puteum deciſ. 266. in*
princ.lib.2.Nauar.conſ.220.num.6.in fin. de ſen-
35 *tent.excomm.lib.5.* Vt ſicuti ad illas,quamuis
publicas, quæ in Eccleſia habebuntur acce-
dere minimè teneantur ex ſuperioribus di-
ctis;ita planè,nequè ad iſtas , quæ proceſſio-
naliter habebuntur.Cùm nulla ſit maior ra-
tio in iſtis,quàm in illis. Alioquin diſparita-
36 tem dicens, ipſe rationem in medium affe-
rat.*ad text.in l in exceptionibus 19.ff.de probat.*
*l.2.C.ex quib.cauſis minor.*Nequè quacunquè
37 ex cauſa è ſuis clauſtris ſint regulares euo-
candi,nequè grauandi *ad text.in d. cap. nimis*
38 *praua 17.de exceſſib prælatorum.* Quod mona-
chorum ſit non diſcurrere per plateas , ſed
ſolitariè illos agere.(*monos* enim Græcè (μό-
νος) ſolitarius dicitur.) atquè ſua , populiq;
peccata plangere, iuxta *text. in can placuit.1.*
& can.hinc eſt etiam 39.§.monachus 16.quæſt.1.
Vt Hieremias *Trenor.3.28.*dicit:*Sedebit ſolita*
rius,& tacebit,quia leuauit ſe ſuper ſe.

Cæterum verbis illis (*Quibus Clerus popu-*
luſquè bonum à Deo Paſtorem valeat impetrare.)
Non videtur Sacrum Concilium Regula-
res includere voluiſſe, vt ad indicedas pro-
ceſſiones fortaſſe , accedere compelli vale-
rent.

Quippè,& ſi populi, cleriuè nuncupatio-
39 ne Regulares,atquè etiam Monachi in his,
quæ eorum concernunt commodum fauo-
remquè compræhendantur ; ſecus tamen in
odioſis eſt:Cum præſſa in his,ac ſtricta inter
pretatio fieri debeat,regula *odia reſtringi 15.*
de regul.iur.in 6.Abbas ſingulariter in cap.1.n 7
ne Clerici,vel monach.Geminian in c. ſciant cun-
cti 12.num.3.& in cap.Generali 24. nu. etiam 3.
de electione lib.6.

40 Quam ob cauſam vti diuerſa æſtimantur
Clerus ſecularis , & Regularis in materia
potiſsimum pœnali,& odioſa, quòd verba
41 propriè , ac preſsè in hac materia exaudiri
oporteat;*ad text.in cap. ſtatutum 21. de elect.in,*
6.Felin.in cap.tua nos 11.num.1. de iure iuran.
Syluester in ſum. verbo clericus 1. num.1. Epi-
ſcopus Minoren *Zerola in praxi verbo cleri-*
cus,§.1.part.1.Carolus de Graſſis de effectib. Cle-
ricatus in prælud.nu.249.Genuenſ. in praxi cap.
48.de domicilio Clericorum num 8.in addit. im-
preſſa Romæ anno 1609. Ioann. Maria Bellettus

Digitized by Google

Epiſcopus Hiera cen diſquiſitionis Clerical.tit.1. de diſciplina clericali,§.2.num.19.& 26.

42 Compræhendere haud vtiquè Regulares Sacrum Tridentinum voluit,cum de Clero, populoquè meminit tantummodò *(quibus Clerus,populuſque)*.Quemadmodum de proceſſionibus loquens *d. cap.13. ſeſſ. de regular.* aperte,diſtinctimquè Cleri ſecularis, Regularisquè meminit: *Exempti autem omnes,* (dicens) *tàm Clerici ſeculares,quàm Regulares quicumquè etiam monachi, ad publicas proceſſiones vocati accedere compellantur.*

43 Diſtinctim proinde Sacrum Tridentinũ Concilium loqui voluit *d.cap.1.ſeſſ.24.de reformat.*Cleri,populiquè memoriam faciens; vt Regulares in hac parte ſe includere noluiſſe oſtenderet: quòd nequè ſimpliciter de proceſſionibus loqueretur: ſed de ſupplicationibus,præcibuſquè publicis;quæ etiam (proceſſionibus non indictis) fieri publicè in Eccleſia poterunt. Fitquè id manifeſtum,

44 quòd non ſemel ſupplicationes,præceſquè à Clero,& populo publicè, priuatimquè ad bonum à Deo paſtorem impetrandum, haberi Sacrum Concilium præcipit; ſed aduſquè orbatæ Eccleſiæ de Paſtore prouideatur,vt de Petro Apoſtolo *actorum* 12.5.dicitur *Oratio autem fiebat ſine intermiſſione ab Eccleſia ad Deum pro eo.* Vt ſicuti non quotidie proceſſiones fieri oportet;at quotidie,& inceſſanter præces,ſupplicationeſquè ad Deũ pro bono Paſtore ſortiendo habere; nequè item quotidiè Regulares ad illas accedere oportebit:nequè proinde verba illa de proceſſionibus exaudire neceſſe erit, neq; Regulares, vt ad illas accedant, vocare,atquè compellere.

55 Accedat his quoquè quòd Monachi ordinis Sancti Benedicti, ſicuti Ciſter cienſes, priuilegijs ſunt muniti: ne inuiti ad proceſſiones accedere compellantur. Secundum *Henriq.in ſumm.lib.7. cap.26.§.3. & Emanuel Rodriq.tom.3.quæſt.26.art.2,*ſequiturquè *Ioan. Anton.Nouar.d.tit.de proceſſionib n.9.*

46 Et Sacra ipſa Cõgregatio Sacrorum Rituum 10. Iunij MDCII. in vna Placentina pro his Patribus S. Benedicti Congregationis Caſſinen declarauit: Compelli eos haud poſſe ad proceſſiones accedere, excepta proceſſione ſolemni,quæ in ſolemnitate Sãctiſſimi Sacramenti feria quinta poſt feſtum Sanctiſſimæ, & Indiuiduæ Trinitatis annis ſingulis habetur, iuxta allatam *Clement. vnicam de reliquiis,& venerat.Sanctorum.* Sequentibus nempè decretum loquitur, videlicet,

„ *Pro Monachis S. Sixti Cõgregationis Caſſinen*
„ *Placentiæ cõmorãtibus:narratũ fuit:quòd ipſi Mo*
„ *nachi nunquã in eadẽ Ciuitate,nec alibi ſoliti ſunt*
„ *accedere ad alias proceſſionẽ proceſſiones, præter-*
„ *quã ad Sãctiſſimi Sacramẽti. Nunc verò Epiſco-*
„ *pus vult eos cogere,vt accedant, etiã ad proceſſio-*
„ *nes,quæ fieri ſolent pro Rogationibus maioribus,*
„ *& minoribus ſingulis annis,ad quas nũquã antea*
„ *acceſſerunt,ac propterea petierunt, non aſtringi*
„ *vltrà eorum ſolitum,& conſuetum.*
„ Congregatio Sacrorum Rituum reſpon-
„ dit:Monachos prædictos non eſſe vllo mo
„ do cogendos accedere, niſi ad proceſſionẽ
„ Sanctiſſimi Sacramenti iuxta eorum anti-
„ quam conſuetudinem:quam tàm dictis Mo
„ nachis Placentiæ commemorãtibus, quam
„ alijs eiuſdẽ Congregationis Caſſinenſis vbi
„ que ſeruandam eſſe cenſuit, & declarauit.
Die 10. Iunii 1602.

Dominicus Epiſcopus Hoſtiens.Card.Pinellus.

Loco † Sigilli.

I.P.Mucantius Secretar.Congregationis.

Declarationis huius meminit quoq; *Tamburinus d.diſput.24.quæſt.8.num.2.*

Hac declarationem Romæ prælo cuſſam coram præfato Domino Vicario Capitulari exhibuit Pater Procurator Monaſterij. At Dominus Vicarius illam non eſſe au-

47 thenticam obiecit. Nullam proinde, vti de priuata ſcriptura, rationem habendam eſſe edicebat. *ad text.in l. inſtrumenta 5. cum aliis ſequentibus C.de probationib. l. ſcripturas 11. C. qui potiores in pignor.habeantur.*

Verum præſentaneo remedio obiectioni occurri. Effeci enim, vt Abbas Monaſterij illam ſuo ſigillo vallaret,manuquè Cancellarij ſubſcribi faceret. Quod effecit. Authentica nempè dicitur ſcriptura,quæ ſigillo eſt roborata Epiſcopi, vel alterius Prælati, perſonæque in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ,iuxta tradita per *Gloſſ in cap.peruenit.2.verbo ſigillo de fideiuſſoribus per illum eundem text. Abb.cap.1.num.1.& cap.1.num.1.& 14. 15. & 16.de fide inſtrument.cap.poſt ceſſionem.7.vbi Felin.num.17.de probat.Capella Tholoſ deciſ.24.& 31.Afflict.deciſ.271.num.4 Petrus Gregor Tholoſat.Syntagmat.iuris vniuerſ.part.3.lib.48.cap.14.num.3.4 & 5.Crauetta conſ.46.num.5.Hieronymus de Federicis reſolution.criminalium reſol.1.num.11.poſt 2.vol.Conſil.Farinac.cap.ſi canonici 2.de offic.ordin in 6.Bald.in l.bona fidei C. de iure iurand.Oldrad conſ.100.in executione nu.6.Rota apud Card.Canaler.deciſ.142.*

Fuit proinde authentica ſcriptura habita: & Patres ad proceſſiones iam indictas non acceſſere;ſicuti neque Patres ordinis eiuſdẽ Sancti Benedicti Congregationi Montis Oliueti.

Adnotare hic quæ parata ueram,operæ pretium me facturum putaui Amicè benignequè Lector, cuius ſaniori purgatiue iudicio lubens hæc ſubmitto. E re tua tamen erunt, ſi,vt ſunt res humanæ, alias talis moueatur diſceptatio.

CAROLVS MARANTA V. I. D.
Aduocatus.

Cleri, Populiquè preces excepit pijſſimus
ipſe Omnipotens Deus: & Eccleſię Neapoli-
tanæ Paſtorem dari permiſit per ſuum in
terris Vice Deum, Pontificem Maximum
Vrbanum Papam Octauum, (quem ipſe diù
incolumem ſeruet, ad Eccleſiæ ſuæ commo
49 dum.) Eminentiſſimum, & Reuerendiſſi-
mum Dominum D. Franciſcum S.R.E. Car
dinalem Boncompagnum Gregorij XIII.
Fœlicis, Sanctequè Memoriæ pijſſimi olim
Princi pis, Orbiſquè moderatoris, nepotem.
Huius optimi præſulis laudes hic curſim
aſcribere, decerpere magis eſſet, quam ad-
didiſſe aliquid. Marci Tullij Oratorum
parenti linguæ, calamoque relinquendæ
magis, quàm inerudi ti hominis perſtrepero
ſono dicendas dare. Ipſæ animi eius dotes ſe
ſe produnt: doctrina, virtutes, correſpon-
denſquè ſemper vitæ integritas, linguarum
notitia non vulgaris, Græcæ, & Hebrææ, mu
ſices quoquè, iuris vtriuſquè peritia, artium
què, ac Sacræ Theologiæ, non ne linguæ ſūt
quæ tanti paſtoris prædicant laudes? Can-
delabrum eſt ſupra montem poſitum, vt lu-
ceat omnibus, qui in domo ſunt. Lucis hu-
ius fulgore, viam haud errabunt Neapolita-
ni; hanc inuicantur, vt ad lucernam inclitæ
Ciuitatis Ieruſalem, quæ eſt Agnus, duce
hac, & illa, peruenire tandem valeant. Deus
Omnipotens incolumem illum ſeruet; vt
glorificetur in dies magis, magiſquè nomen
Sanctum eius, Patris, & Filij, & Spiritus ſan-
cti, Sanctæ, & Indiuiduæ Trinitatis, qui eſt
vnus Deus in Eſſentia, Trinuſquè in perſo-
nis, cui eſt honor, & gloria per ſæculorum
ſæcula: quem laudant Angeli, Cherubin,
quoquè, ac Seraphin, qui non ceſſant clama
re quotidie: Sanctus, Sanctus, Sanctus, Domi-
nus Deus Sabbahoth. Sanctùs Pater, Sanctus
50 Filius, Sanctus Spiritus Sanctus. Beatiſſimæ
quoquè ſemper Virgini Mariæ Sanctiſſimę,
Ieſu Chriſti filij Dei Parenti, Neapolitanæ
Eccleſiæ (ab aſſumpta) Titulari; Sanctoquè
Martyri, & Epiſcopo Ianuario Patrono in-
clyto, quòd Sanctis precibus ſuis, potentiq;
protectione tātū nobis impetrauere Paſtorē
gratias ſemper agamus, Cōciues: vocemquè
eius agnoſcamus, ſequamurquè, ad æterna
vt peruenire præmia vna cum eo valeamus
tandem, Dei vultum in æternum contem-
platuri, in quem deſiderant Angeli proſpice
re, 1. *Petri* 1.12. Quod ipſe ſua nobis præſtet
gratia, & benignitate. Amen.
51 Dùm autem hæc typis euderentur, bonus
Paſtor poſt multos dies, & menſes quibus
grauiſſima infirmitate detentus fuit, demum
die 9. Decembris currentis anni 1641. ſuo
Creatori in quem ſperauit, & credidit, ani-
mam reddidit. Sic vitæ Principis huius termi-
nus fuit. ſic omnes morimur, & quaſi aquæ
dilabimur, quæ non reuertuntur.

S V M M A R I V M:

1 *Hæreditatis adbibitione tranſitus à defuncto in hæredem fit.*

2 *Hæredis, atquè defuncti vna perſona videtur, & num. 35.*

Et in hæredem iura, actioneſque omnes, tàm actiuè, quàm paſſiuè transfunduntur, num. 3. atque dominium, num. 10.

4 *Hæreditas quid? ex Vlpiano.*

5 *Hæreditatis adbitione, nomen extinguitur hæreditatis.*

6 *Inſtantia cum defuncto, viuente eo cepta, aduerſus hæredem proſequi debet.*

Atque hæredis ſub nomine ſententia proferri, num. 7.

Alioquin nullum euadit, quod geſtum fuit.

8 *Sententia contra viuētem lata, exequi haud debet, eo in humanis eſſe deficiente, ni hæres citetur.*

Et ita in praxi ſeruatur.

9 *Hæreditatis adbitione, bona defuncti eſſe deſinunt, propriumque hæredis patrimonium fiunt.*

Neque origo attenditur, vnde venere, ſed perſona, in quam transfuſa fuere.

10 *Hæres adbita hæreditate dominus efficitur bonorum omnium hæreditariorum.*

Præſertim vero ſi ſuus hæres fuerit, num. 11.

Continuatur nempe in eum, quàm denuo dominium aquiratur.

12 *Imperium dilatatur potiùs, quàm mutatur, cum in poſteros tranſit.*

13 *Filius viuente adhuc patre, quaſi Dominus habetur; eoquè proinde ex humanis ablato, non hæreditatem, ſed liberam quaſi bonorum adminiſtrationem conſequitur, ex Paulo Iure Conſulto.*

14 *Hæres vti hæreditatis Dominus, ea iam adbita, in iudicium vocari debet: alioquin inutiliter agunt creditores.*

Cùm hæredes oneribus hæreditarijs obnoxij fiant, num. 15.

16 *Onera hæreditaria in hæredes tranſeunt.*

17 *Actor rei forum ſequi debet, ſiue in rem, ſiue in perſonam ſit actio.*

Alioquin inutiliter agit num. 18.

18 *Clericū coram incompetente layco Iudice cōpellans, Iuris Canonici pœnas haud effugit.*

Siue in ciuilibus, ſiue in realibus eum conueniat, num. 19.

19 *Clericus etiam in realibus ſori gaudet priuilegio.*
20 *Res onere affecta, ita pertranſit etiam ad Clericum, & ad Eccleſiam. Declara, num.25.*
21 *Hæres, non bona conueniri iudicio debent; illa nempè inanimata ſunt.*
22 *Hæreditas inde adhitur, ne illa iacens ſit, neque in incerto dominium maneat, ſciantque creditores quem conuenire debeant.*
23 *Bona Clericorum exempta ſunt à laycorum iuriſditione, quemadmodum & eorum perſona.*
24 *Iudicio ſtare, perſonam reſpicit, non bona.*
25 *Clerici, eorumquè bona exempta ſunt etiam iure diuino, ne dum humano.*
26 *Bona per priuilegiatos acquiſita, eorum priuilegia nanciſcuntur.*
27 *Onus rei inuſtum, non ob id ſori priuilegiũ Clerico auſert.*
28 *Hæres tenetur ſequi deſuncti iudicium, nequè illud ex particulari priuilegio effugere valet. Declara num.29. & 30. & 32.*
29 *Text. in l. hæres abſens 19. ff. de iudic. expenditur, & locum habet reſpectu loci, non perſona, num.32.*
30 *Glericorum priuilegium vniuerſale eſt, non particulare*
31 *Ritus M. Curia Vicariæ 234. non procedit in Clerico.*
33 *Clericus quamuis layci hæres coram Eccleſiaſtico Iudice vocandus. Eſt comunis omnium ſententia.*
Etiam inſtantia cepta cum deſuncto, n.37. & 39. & n.45.
Reyecta Surdi ſententia num.45.
Deciſioneſquè afferuntur Sacri Neapolitani Conſilij. num.49.
Etiam in cauſa hac Auctoris, nu.50.
Etiam quo ad cohæredes laycos, num.38.
Etiam ſi laycus ſe obligaret in forma Cameræ num.29.
34 *Hæreditatis adhitione primeuus ſtatus com mutatus.*
35 *Hæres deſuncti perſonam repræſentat.*
Sed non habet locum, vbi repugnat priuilegium.
Neque quo ad forum mutandum Clerici, num.41.
36 *Eccleſiam cõtra, & Eccleſiaſticas perſonas, earumquè bona loqui, periculoſum.*
38 *Maius dignum ad ſe minus dignum attrahit, vt magnes ferrum, & ſuccinum paleas.*
40 *Regulam contra dicens, exceptionem probabare tenetur.*
42 *Priuilegio clericali renunciari haud poteſt. & num.48.*
43 *Clericus, vbi vti hæres conuenitur, proprio conuenitur nomine, litemquè tuetur, & num.47.*
44 *Hæreditas adhita hæredis repræſentat perſonam, non deſuncti.*

ARGVMENTVM.

Teneatur ne Clericus hæres layci, coram layco Iudice ab hæreditariis creditoribus in iudicium appellatus reſpondere? Non inutili reſponſione diſſeritur.

RESPONSIO XXX.

EX humanis abrepto iuris vtriuſquè Doctore, inter primarios cauſarum Patronos, non ſecũdo, Magni illius olim Roperti nepote, Roberto Maranta; relictis filijs Abbate Carolo Maranta Iuris Vtriuſquè Doctore, & Iacobo Maranta Iuris eiuſdem, & ipſo, Doctore, quos hæredes teſtamento nuncupauit; adhijt vterquè eorum hæreditatem cum beneficio legis, & inuentarij. Poſt non multos hos dies, creditores hæreditatis in Sacro Neapolitano Cõſilio in iudicium hæredes appellant, vt ſatis ipſis ex hæreditarijs bonis debitas faciant quantitates annuorum reddituum. Abbas Carolus Iudicis incompetentiæ exceptionem obijcit. Promptumquè ſe coram iudice ſuo competente reſponſurum, effatur. Proſequi ſe hæreditaria bona, quæ layci hominis fuere, non perſonam hæredis exemptam, eddicunt illi. Debeat proinde ſuper hæreditarijs bonis coram layco iudice reſpondere Clericus indifficultatem reuocatur? Non teneri quod omnino incompetens ſit Iudex, ſequentibus reſpondere viſum fuit.

1 Hæreditatis quippe aditione hoc conſequitur hæres, quòd in eum ſit tranſitus à defuncto: ſecundum Vlpianum in *l. furti 6. §. fin. ff. de his, qui notantur infamia.* Id enim legi-
2 bus videtur: Vnam quodammodo eſſe perſonam hæredis, & eius, qui in eum tranſmiſit hæreditatem, vt loquitur, *tex. in §. 1 in auth. de iureiuran. à moriente præſtito, l. hæredem 60. ff. de regul. iuris,* ibiquè notat. per *gloſſ. & Dec. nu. 1. Rota apud Burattum deciſ. 730. num. 3. par. 3. Ioann. Battiſta Thoro voto 36. num. 31.* Hanc
3 proinde ob cauſam in hæredem actiones om-

Digitized by Google

omnes,tàm actiuæ, quàm paſſiuæ , iuraquè
omnia transfunduntur,*l.1.vbi Salicet,alijque
Scribentes,C.de delictis defunct.l.2.& 3. & l.fin.
C.de hæredit.actionib.l.hæreditas 63. ff.de regul.
iur.*Ex definitione , quam Vlpianus ibidem
4 affert dicens:Hæreditas nihil aliud eſt,quàm
ſucceſſio in vniuerſum ius , quod defun-
ctus habuit tempore mortis.vnde infert,nec
ſane ineptè *Detius ibid.num.1.* Hæreditas:er-
5 go ſucceſſio;vt facta hæreditatis adhitione,
hęreditas minime amplius dicatur propriè,
ſecundum additionem *Hieronymi Cuchalon
ibid.litera A.Guido Papa decis.507.num.1. Cal-
uaccan.decis.8. part.1.num.9. Griuellus Senatus
Dolani decis.73.num.4.& 6.*

6 Hinc ſanè eſt,quòd licet aduerſus defun-
ctum cepta fuerit inſtantia, eo adhuc in hu-
manis agēte;(ſublato tamen,)contra hæredē
7 proſequi debebit: hæredisquè ſub nomine
ſententia proferri:Ni,qui aliter egerit,acta
omnia irrita,caſſaquè amauerit eſſe. *l.Paulus
reſpondit.1.vbi Caſtrenſ post gloſſ.aliīquè,ff.quæ
ſentent.ſine appellat. reſcinduntur Minadous de-
cis.35. nu.2. Rota in Neapolitana cenſus 1. Iunij
1616.coram Vbaldo decis.294. num.3. part.2.in
poſthumis.Ioan.Baptiſta Thoro d.voto 36.num.7.
& ſeq.*

8 Quod ita vim obtinet,vt (fac) viueret ad
huc , ſuperſteſquè eſſet, contra quem fertur
ſententia:non poſſit tamen illa exequi , (eo
defuncto)ni hæres citetur ad dicendum cau
ſam,quare ſententia exequi non debeat, vt
in praxi ſeruatum fuiſſe , ſeruariquè refert,
*Vrſillus ad Afflict.decis.135.num.2.*Eſtquè do-
ctrina Innocentij,*in cap.Quia V. 11.de iudic.
in fin.num.3.*vbi etiam *Felin.num.4. verſ.dicit
hic Innocent.Rota decis.5.in finalib.verbis de fo-
ro competent.in antiquis* Galleſius *de obligat.Ca-
mer.quæst.4.num.13. & 14. & quæſt.8. num.3.
Carauita ad ritum* Magna *Cur.Vic.234.n.6.*

9 Nequè id profectò iniquè,quando per hę
reditatis adhitionem,bona,defuncti eſſe de-
ſinant , propriumquè hæredis euadant,fiant
què patrimonium,*l.per procuratorem* 89.*ff.de
acquir.hæredit.l ſed ſi plures* 10.*§.filio impuberi
ff.de vulgar.& pupillar.l.fin.in fin. C.de in offic.
teſtam.Gloſſ.in l.1.§.veteres verbo per vnum cir
ca med.ff.de acquir. poſſeſſion. Proauus meus Ro-
bert.Maranta conſ.92 nu.4.in fin. Pariſ.conſ.56.
num.4.vol.2.Laurent.Kirchonius com.opin.cent.
3.concluſ 65.tom.2 communem concluſ. fol.mihi
32.Surd.decis.310.num.10.& decis.315.num.2.
Vincent.de Franchis decis.307.num.3. Gaillus de
pace publica lib.2.cap.19.num.16. Card. Tuſcus
tom.4 littera H hæreditas quandoque concluſ.18.
num.7.8. & 9. & concluſ.19. Gratianus forenſ.
part.4.cap.685.num.1.Rota part.2. diuerſor.dec.
47.num.4.& apud Sanct.memor.*Gregor *XV de-
cis 219. num.6. D. Franciſcus del Caſtillo decis.
Sicilia 59.num.66.part.1.* Neque origo inſpi-
citur,vnde bona proceſſere , ſed perſona in
quam illa transfuſa fuere,ſecundum *text.in
l ſi ania veſtra 19.C.de donat.del Caſtillo d.dec.
59.num.67.*

10 Quin dominium ipſum rerum omnium,
iuraquè,& actiones,hæreditate adhita,in ip-
ſum transfunduntur hæredem;vt ſit ipſe Do
minus omnium,*l.item videndum,20. §.fin. &
l.& non tantùm 2 . cum ſeq. ff de petit.hæredit.l.
cum hæredes inſtituti 23.ff.de acquiren. poſſeſſion.*
11 In hæredem præſertim ſuum,in quem con
tinuatur potiùs, quàm de nouo acquiratur
dominium;vt nulla videatur hæreditas fuiſ-
ſe , vt loquitur concinnè ſatis Paulus in *l. in
ſuis 11.ff.deliber.& poſthum Spino de teſtament.*
Gloſſ.*3 3 de adhitione hæreditatis,num.6.Thorus
d.voto.36.num.16,*ſatiſquè læpidè fæſtiuèque
Athalaricus Rex apud *Caſſiodorum variarum
lib 8 epiſt.2. col.2.circa fin. Quapropter* (in-
» quiens) *neceſſarium duximus (propitio Deo) de
12 ortu Regni noſtri vos facere certiores. Quia di-
» latatum magis,quàm mutatum videtur Imperiū,
» cùm tranſit ad poſteros . Nam quodammodo ipſe
» putatur viuere,cuius vobis progenies cognoſcitur
» imperare. Hæc habuerunt veſtra vota. hæc illius
» fuit indubitata ſententia,vt hæredem bonorum
» ſuorum relinqueret , qui beneficia eius in vobis
» poſſit augere.*Sic ille Rex.

Liberi quippe parentum anima ſunt.iux-
ta Euripidis illud.

» *Cunctis hominibus liberi ſunt anima.*

Et Philoſtratus.

» *Animalibus liberi ſunt animæ inſtar.*

Hadijt proinde extincti patris hæredita-
tem Abbas Carolus:in eum igitur iura om-
nia , omneſquè actiones transfuſæ fuere,
eorum omni Dominus effectus. Nimirum,
quòd vt idem Paulus,*d.l.in ſuis in fi.* ediecit:
13 Filij poſt mortem Patris non hæreditatem
percipere videntur,ſed magis liberam bono
rum adminiſtrationem conſequuntur,quaſi
olim domini eſſent , qui etiam viuo patre
quodammodò domini æſtimabantur,& eo
dem pacto Iulianus *in l.2.§.filium,ff pro hære-
de.*

14 Ipſe igitur vti hæres, & Dominus in indi-
cium pro bonis extinctæ iam hæreditatis,ap-
pellari debebit; iurè ſi agere creditores vo-
luerint.Cùm id ratio iuris expoſcat,vt cre-
ditoribus hæreditarijs hæres reſpondeat,*tex.*
edicit *in l. 2. C. de hæredit. vel action. vendit.*
15 Quippe cum euidentiſſimè lex duodecim
tabularum , hæredes huic rei faciat obno-
xios ſecundum verba *text.in l.fin.C de hæredi-
tar.actionib.* Exploratiquè ſit iuris,hæredita-
ria onera ad ſcriptos hæredes pro portioni-
16 bus hæreditarijs pertinere:vt text.loquitur,
in l.1.C.ſi certum petatur , ſequitur *Griuellius
d.decis.73.num.2.*

17 Decantatum porrò iuris illud eſt aſſioma:
actorem rei forum,(ſiue in rem, ſiue in per-
ſonam ſit actio,) ſequi debere *l.actor.3.C.vbi
in rem actio,*ſiue in ciuilibus, ſiue in crimina-
libus:ni iuris conuerti ordem,quis velit per-
peram.*l.iuris ordinem 2. & l in criminali.5. C.
iuriſdi.omnium iudic.cap.ſi clericus laycum 5. &
cap.cum ſit generale.8.de foro compet.*

Sequi

Sequi ergo debebunt forum rei Eccleſia-
ſticum creditores hæreditatis olim Docto-
ris Roberti, ſi aduerſus Abbatem Carolum
filium, hæredemquè in iudicium compel-
18 lare eum voluerint;ni inutiliter agere præ-
occuparint. l.2.vbi Doctor. C. vbi in rem actio.
canon. ſi quiſquam Clericus 13. §. ſi quis autem
laycus 11.quæſt.1.cap.quoniam fræquenter.5. §.
quod ſi ſuper rebus,vt lite non conteſt. cap.ſi quis
contra clericum 4. de foro compet. Viuius deciſ.
49.num.8.verſ.ſed vbicumquè.
19 Nequè pęnas effugere iurè ſtatutas; quòd
in vetitum iudicium perſonam Eccleſiaſti-
cā vocare præſūpſerint;iuxta text.in d.l.in cri
minali.5.C.de iuriſdict.omn.iudic.tex.in auth.ſta-
tuimus,C.de Epiſcop.& Clericis,c.ſi diligēti 12.
vbi ſcribentes omnes,de foro compet. can. inolita.
11.quæſt.1 conſtitutio Martini V. ad reprimen-
das,quam refert Quaranta in ſumm.Bulla.ver-
bo forum competens fol.257.
20 Quoniam etiam in Ciuilibus, etiam in-
realibus priuilegio perfruitur fori Clericus,
vt ſuo coram iudice conuenire eum actorū
oporteat. Abb.in cap.qualiter,& quando.17.nu.
8.ad fin.vſque de iudic. Rota d.deciſ.5.in antiquis
num.1.in fin.de foro compet.meus Maranta in ſpe
culo 4.part.in 11.diſtinct.iudicior,num.2. Rolan-
dà Valle conſ.23.num.13. vol.2. Franciſ. Marcus
part.1.deciſ.250.num.1.Marta de iuriſdict.par.4.
centur.1.caſu 33.n 14.& 15.Carolus de Graſſis
de effectib.cleric.effect.1.n.278 fol.mihi 147.Gra
tian.forenſ.part.1.cap.16.num.3.& 21.& 24.
Elabitur proinde eorùm effugium:proſe-
qui ſe res hæreditarias non perſonam hære-
21 dem;qui tamen in rem onere effectam ſuc
ceſſit.l.fin.C.ſine cenſu,vel reliqui fundum com-
parare.Gratian.forens d.cap.16.n.19.
21 Qùi.n.fieri poteſt,vt bona conueniantur,
& non hæres qui ad bona ſucceſſit,& in quē
illa hæreditatis adhibitione transfuſa fuere:
Cū illa inanimata, ipſe ratione prędıtus ſit,
vt reſpondere valeat ratione vtentibus? ad
text.in d.l.2.C.de actionib hæredit.
23 Inde quippè hæreditatis fit adhitio, vt ia-
cens illa non ſit,nequè eius in incerto domi
nium fluctuet: ſciantquè in futurum credi-
tores,quem pro hæreditarijs oneribus con-
uenire debeant, vt inquit Colerus deciſ. Ger-
maniæ.68.num.9.
24 At ſicuti Perſona Eccleſiæ addicta à lay-
cali iudicio exempta eſt; ita,pariquè ratione
25 & bona,quæ perſonæ accedunt.Iudicio au-
tem ſtare,perſonam reſpicit,non ſanè bona.
Abb.d cap.qualiter,& quando num.8. verſ.item
certum eſt de iudic.Gratian. in d.c.16.nu.22.An-
ton.Monacus deciſ.Florentiæ 33 num.4.
26 Nihil proinde refert:tranſiere cum onere
ad hæredem bona,quæ layci fuerunt.coram
layco itaquè iudice cōueniri poterit hæres.
Non enim rectè procedit ſequela.Et ſat,ſu-
perquè erit, ſi propter onus, quò res iuſtæ
in perſonā Eccleſiaſticā tranſiere,conuenian
tur ille corā competenti ſuo iudice Eccleſia
ſtico, cui Eccleſiæ, Eccleſiaſticæue perſonæ
omnes,& bona eorum quæcum què ſubsūt,
à layco iudicio, ne dum humano, ſed di-
uino,atquè canonico iure prorſus exempta.
cap.quanquam 4.poſt princ. de cenſib.in 6.vbi
etiam gloſſ.verbo ipſarum Gloſſ in can.ſi Impera
tor,verbo,& diſcuti.96. diſtinct.cap. Eccleſia S.
Mariæ 10 in princ.vbi Innoc.III.canonis con
ditor ſequentibus loquitur: Nos attendentes,
„ quòd laycis,etiā religioſis ſuper Eccleſiis, & perſo
„ nis Eccleſiaſticis nulla ſit attributa facultas. vbi
„ Gloß.verbo perſonis. Argumentatur (inquit)
quod eodem iure cenſeri debent bona cle-
ricorum,& Eccleſiarum. Maranta d.conſ.37.
num.5.
27 Præter quàm quod bona per Priuilegio
donatos,conquiſita,priuilegiatorum ſibi na-
turam attrahunt,vt Abb.docet.cap.porrò 7.nu.1
verſ.2.poteſt colligi.de priuileg. quem ſequitur
Eraſmus à Cocbier.tom.1.de iuriſdict. in exempt.
part.4.quæſt.46.n.4.in fin.Hieronym. de Cenallos
commun. contrà communes part. 1. quæſt. 36.
num.7.
28 Quam ob cauſam haud iſtud operari po-
terit onus rei iuſtum (ſoluendi debita hæ-
reditaria) vt priuilegium fori Clerico au fe-
rat, vt inquit Decius in cap. Quia V. 11. in
fin. num.38. de Iudic. Molfeſius ad conſuetud.
Neapol lib.1.part.2.tit.de perſonis quæſt.8. num.
17. Sat enim fuerit, ſuo ſi coram iudice
vocari poſſit, vt ſoluat, eiquè ius ſeruetur,
quod ei debetur,vt vltra progredi haud de-
beat.
Nequè inſtabis: eſſe Abbatem Carolum
hæredem layci patris: vt coram layco iudi-
ce propterea pertrahi valeat, ſicuti coram
29 eo defunctus reſpondere tenebatur, nequè
proprio priuilegio declinare illum poſſit, ex
text.ſatis aperto(Aduerſariorum iudicio) in
l.hæres abſenſens 19 vbi Bart.aliuque, ff.de iudic.
& ritus M.Cur.Vic.234.
30 Pæter quam quod enim, exauditur text.
præfatus de habente priuilegium particula-
re,veluti pupillus eſt,& vidua, alijquè ſimi-
31 les.Clericorum autem priuilegium non par-
ticulare, ſed vniuerſale eſt, toti competens
ordini Eccleſiaſticorum,vt Archidiaconus do
cet can.clericum laycus,num.3.11.quæſt.1. Feli-
nus d.cap.quia V.num.3.in fin vbi addent.litteraí
C. verſ. limita dummodo Clericus. Eraſm. à Co-
chier.d.quæſt.46.num.1. Anaſtaſius Germonius,
Præſul ille Doctiſſimus Taranſiæ Archiepi-
ſcopus de Sacrorum Immunit.lib.3.cap.15.n.97.
Roman.conſ.498.in caſu quo quæritur, num.15.
Vincent. de Franchis deciſ. 234. num.3. Didacus
Spino d.gloſſ.33.num.76.Gratian.d.cap.16.num.
6.Hodierna ad Surdum deciſ.110.num.7.infra
quoquè referendus.Caranita ad d.ritum 234.
num.5.ſequentibus loquens: Ritus noſter.,qui
32 ius commune corrigit,non debet ampliari in Cle-
„ ricis,de quibus non loquitur,vt in parte tantum
„ corrigat ius commune, quoad hæredes laycos, vt
„ ſunt pupilli,& viduæ,non autem quoad Eccleſia-
„ ſticos

Digitized by Google

„ *ſticos*. Sic ille.
33 Et præterea textus prefatus *in l.hæres abſens* interpretationem admittit,reſpectu loci,nō vero perſonæ; ſecundum *Germonium d.cap. 15.num.97. Martam de iuriſdictione part.4. centur.1.caſu 33.num.10.* Pateteque, nec obſcurè, exciſque perſpicuum ſit, ex contextu ipſo: ſic nempè Vulpianus: *Hæres abſens ibi defendendus eſt,vbi defunctus debuit: & conueniendus ſi ibi inueniatur; nulloquè ſuo proprio priuilegio excuſatur*; Quin imò, etiam textus ipſe pro nobis eſt,cùm proprium priuilegium, ne in eodem defuncti iudicio conueniatur heres, pepedit: potiſſimum verò ſi per legem priuilegium indulgeatur,vt *gloſſ.ibid.verbo excuſatur*,aduertit ſequitur *Bart ibid.*
34 Nihilominus tamen, recepta ſentẽtia eſt, ac paſſim tritat Clericum,quamuis layci hæredem, in foro vocandum eſſe Eccleſiaſti
35 co; Quòd iam hæreditatis adhibitione primeuus ille rerum ſtatus,mutatus ſit. *Gloſſ.1. in d.can.Clericum nullus 11.quæſt.1.gloſſ.fin.circa med in regul.is qui in ius 46.de regul.iur.in 6. Bart.in d.l.hæres abſens.Abb.d.cap.quia V. num. 12.Dec.ibid.num.31.& 36.de iudic.Couarr.pra. Eticar.reſolut.cap.8.num 4.& 5.*vbi de communi teſtatur. *Farinac.in praxi criminali de inquiſit.quæſt.8. num 46. in 17.ampliat.Vincent Anna ſingul.132.Carauit.d.ritu 234 num.5.Gallus pract.obſeruat. lib. 1.obſeruat.37.n.10.* vbi de communi,& ipſe teſtatur *D.Franciſcus del Caſtillo deciſ.Siciliæ 2.nu.1.part.1.*vbi de communi,& ipſe teſtatur etiam, *& num.6.Didac.Spino d.gloſſ.13.nu.72 & 76.*vbi,obiectioni;quod
36 hæres defuncti perſonam repræſentat: Reſpondet:non habere locum: vbi repugnat priuilegium a iure datum: non enim tunc talis admittitur repræſentatio *Regens Franciſc.de Ponte conſ.18.num.10.cum ſeq lib.1.Regens Carol. Tappia in Iure Regni lib.1. de Epiſcop. & Clericis: cap. 39. incipiente ſi quis Clericus, num.11.fol.mihi 21. Boerius deciſ.69. num.35.*
37 Rationemquè affert; *Quia periculoſum eſſet,(inquiens) in his loqui contrà Eccleſiaſticas perſonas,& bona eorum. Rota in Florentina domus anno 1591.coram Seraphino deciſ.81.poſt 1. vol.Conſil.* Farinac.quæ eſt in impreſſis percū *dec 957.& in antiquis dec.5.de foro comp.Surd. d.dec.110.n.8.9.& 10.Caluacean.deciſ.8.p.1.n. 21. in fin. Mynſinger.centur.1.obſeruat.45.* de communi meliorique ſententia, & ipſe te-
38 ſtimonium reddens, etiam inſtantia cepta cum defuncto.meus *Maranta in ſpeculo part. 5.tit.& omnia faciant durante inſtantia,num.13. & part 4 in 11. diſtinct. iudic. num. 21. Anaſtaſ. Germonius d. cap.15.num.97.* communem, & receptam ab omnibus ſententiam ediſſerens.*Anton.Faber vir ſanè doctiſſimus lib. 3.tit.1.diffin.12.C.de iudic.fol.mihi 155. Marius Antonin.variarum lib.1.reſolut.49.num 2.cum ſequent.Gratian.forenſ.d.cap.16.num.31.& 34. & part.4.cap.641.num.1.cum ſeq.* Vbi ampliat
39 etiam quoad cohæredes laycos: ne cauſæ continentia diuidatur;& quòd dignitate maius,minus dignum, (veluti Magnes ferrum, & ſuccinum paleas) attrahat: dixeratquè antea meus *Maranta d.11. diſt. indic. num.31. in ſpeculo. 4. part. Marius Alterius de cenſur.tom.1.diſp.16.cap.1.col 11.littera D.verſ.hæc difficultas.in fi.fol.mihi 669.Galles de obligat Camer.q.8.nu.3.& 6.* Vbi āpliat,etiā ſi laycus cui
40 Clericus ſucceſſit,ſe obligaſſet in forma Cameræ;etiā cū renunciatione fori ſequuturq; *Bellect.Epiſcopus Hieracen. diſquiſit. Clericalis, part.1.tit.de de fauore clericor. reali §.1. num.5. fol 274.* in impreſſione minori,& priori.*Cenallos communium contra communes d.quæſt.36 num.4.cum ſeq* etiam inſtantia contra defunctum cepta.pluribus quoquè *Carolus de Graſſis de effect.b.clericat.effect.1 num.278.& ſeq. & 281.fol.147.& 148.Zacchias ad Galleſ. de obligat.Camer.d.quæſt.8.Ambroſin.de immunit. Eccleſ ad bullam Gregorij 14.c.20.Eraſ. à Cochier. d.quæſt.46.part.4. Ioan. Baptiſta Thoro d. voto 36. num. 34.* etiam inſtantia cum defuncto cepta,*num.33. Mart.de iuriſd part 4.d. caſu 33. per totum,præſertim,nu.5.* Rationemquè dicti
41 refert.*num.9.*Quod habeat Clericus pro ſe Regulam, vt conueniri haud poſſit coram layco Iudice. Quā ob cauſam qui contrariū aſſerere voluerit,ipſe exceptum à regula caſum probatione docere debebit. *Germon.d. cap.15.num.96.Surd.conſ.222.num 2.& ſeq.lib. 2.Barboſa in l.ſi conſtante 25.§.fin.nu.28.& 29.*
42 *ad fin.vſquè, ff ſoluto matrimon.* Reſpondens potiſſimum inſtantiæ,quòd repræſentet hæres defuncti perſonam.Quia nimirum,cum hoc iuriſdictione accidat, non erit proinde illa attendenda ad forum mutandum Clericicum ille iure Sacrorum Canonum,atquè diuino,ne dum humano,omnimodo à foro
43 ſit exemptus laycali; Cui priuilegio, nequè renunciatione præiudicium inferre valebit, *d.cap.ſi diligenti 12.de foro compet.Thorus d.vo-*
44 *to 36.num.38.* Deinde,quòd vbi Clericus vti hæres in iudicium interpellatur,proprio cōuenitur nomine; litemquè tuetur. Debeat propterea eius attendi perſona, & qualitas.
45 Hæreditas porrò adhita. hæredis repræſentat perſonam.non amplius extincti Teſtatoris.*l.1.§ Sceuola ff ſi quis teſtam.liber eſſe iuſſus fuerit.* Vbi Vulpianus ex Sceuola rationem reddens: *Quia (*inquit*) hæreditas in eum id tantum transfundit,quòd eſt hæreditatis*, vbi *glo. d.verbo hæreditatis.Id eſt dominia & iura,non autem poſſeſſiones* (loquitur) *niſi apprehendantur*,ſequitur *Guido Papa deciſ.261.nu.2.*Quam ſententiam latè proſequitur etiam in inſtantiam cum defuncto cepta; ea ſanè ratione,quod Clericus omni iure à foro, iuriſditionequè layci Iudicis ſit emptus *Molfeſ. d.q. 8.per totam,ad conſuetudin.Neapolit. part.2.tit. de perſonis*. pro qua ſtat etiam *Marta d. caſu 33.num.9.cum ſeq.*quicquid *Surd. d.deciſ.110.*
46 voluerit,etiam ſibi contrarius, cui ipſe reſ-

pon-

Sequi ergo debebunt forum rei Eccleſia-
ſticum creditores hæreditatis olim Docto-
ris Roberti, ſi aduerſus Abbatem Carolum
filium, hæredemquè in iudicium compel-
18 lare eum voluerint;ni inutiliter agere præ-
occuparint. *l.2.vbi Doctor. C. vbi in rem actio. canon. ſi quiſquam Clericus 13. §. ſi quis autem laycus 11.quæſt.1.cap.quoniam fræquenter.5. §. quod ſi ſuper rebus,vt lite non conteſt. cap.ſi quis contra clericum 4. de foro compet. Viuini deciſ. 49.num.8.verſ.ſed vbicumquè.*

19 Nequè pęnas effugere iurè ſtatutas; quòd
in vetitum iudicium perſonam Eccleſiaſti-
cā vocare præſūpſerint;iuxta *text.in d.l.in cri minali.5.C.de iuriſdict.omu.iudic.tex.in auth.ſtatuimus,C.de Epiſcop.& Clericis,c.ſi diligēti 12. vbi ſcribentes omnes,de foro compet. can. inolita. 11.quæſt.1 conſtitutio Martini V. ad reprimendas,*quam refert *Quaranta in ſumm.*Bulla.*verbo forum competens fol.257.*

20 Quoniam etiam in Ciuilibus, etiam in-
realibus priuilegio perfruitur fori Clericus,
vt ſuo coram iudice conuenire eum actorū
oporteat.*Abb.in cap.qualiter,& quando.17.nu. 8.ad fin.vſque de iudic.Rota d.deciſ.5.in antiquis num.1.in fin.de foro compet.meus Maranta in ſpeculo 4.part.in 11.diſtinct.iudicior,num.2. Rolan. à Valle conſ.23.num.13. vol.2. Franciſ. Marcus part.1.deciſ.250.num.1.Marta de iuriſdict.par.4. centur.1.caſu 33.n 14.& 15.Carolus de Graſſis de effectib.cleric.effect.1.n.278 fol.mihi 147.Gratian.forenſ.part.1.cap.16.num.3.& 21.& 24.*

Elabitur proinde eorùm effugium:proſe-
qui ſe res hæreditarias non perſonam hære-
21 dem;qui tamen in rem onere effectam ſuc
ceſſit.*l.fin.C.ſine cenſu,vel reliqui fundum comparare.Gratian.forenſ d.cap.16.n.19.*

21 Qùi.n.fieri poteſt,vt bona conueniantur,
& non hæres qui ad bona ſucceſſit,& in quē
illa hæreditatis adhibitione transfuſa fuere:
Cū illa inanimata, ipſe ratione pręditus ſit,
vt reſpondere valeat ratione vtentibus? ad
text.in d.l.2.C.de actionib hæredit.

23 Inde quippè hæreditatis fit adhitio, vt ia-
cens illa non ſit,nequè eius in incerto domi
nium fluctuet: ſciantquè in futurum credi-
tores,quem pro hæreditarijs oneribus con-
uenire debeant, vt inquit *Colerus deciſ. Germaniæ.68.num.9.*

24 At ſicuti Perſona Eccleſiæ addicta à lay-
cali iudicio exempta eſt; ita,patiquè ratione
25 & bona,quæ perſonæ accedunt.Iudicio au-
tem ſtare,perſonam reſpicit,non ſanè bona.
Abb.d cap qualiter,& quando num.8. verſ.item certum eſt de iudic.Gratian. in d.c 16.nu.22.Anton.Monacus deciſ.Florentiæ 33 num.4.

26 Nihil proinde refert:tranſiere cum onere
ad hæredem bona,quæ layci fuerunt.coram
layco itaquè iudice cōueniri poterit hæres.
Non enim rectè procedit ſequela.Et ſat,ſu-
perquè erit, ſi propter onus, quò res inuſtæ
in perſonā Eccleſiaſticā tranſiere,conuenian
tur ille corā competenti ſuo iudice Eccleſia
ſtico, cui Eccleſiæ, Eccleſiaſticæue perſonæ
omnes,& bona eorum quæcumquè ſubsūt,
à layco iudicio, ne dum humano, ſed di-
uino,atquè canonico iure prorſus exempta.
*cap.quanquam 4.poſt princ. de cenſib.in 6. vbi etiam gloſſ.verbo ipſarum Gloſſ in can.ſi Imperator,verbo,& diſcuti.96. diſtinct. cap. Eccleſia S. Mariæ 10 in princ.*vbi Innoc.III.canonis con
ditor ſequentibus loquitur: *Nos attendentes,*
,, *quòd laycis,etiā religioſis ſuper Eccleſiis, & perſo*
,, *nis Eccleſiaſticis nulla ſit attributa facultas.* vbi
,, *Gloſſ.verbo perſonis.* Argumentatur (inquit)
quod eodem iure cenſeri debent bona cle-
ricorum,& Eccleſiarum. *Maranta d.conſ.37. num.5.*

27 Præter quàm quod bona per Priuilegio
donatos,conquiſita,priuilegiatorum ſibi na-
turam attrahunt,vt *Abb.docet.cap.porrò 7.nu.1 verſ.2.poteſt colligi.de priuileg.* quem ſequitur
Eraſmus à Cochier.tom.1.de iuriſdict. in exempt. part.4.quæſt.46.n.4.in fin.Hieronym.de Ceuallos commun. contrà communes part. 1. quæſt. 36. num.7.

28 Quam ob cauſam haud iſtud operari po-
terit onus rei inuſtum (ſoluendi debita hæ-
reditaria) vt priuilegium fori Clerico au fe-
rat, vt inquit *Decius in cap. Quia V. 11. in fin. num.38. de Iudic. Molſeſius ad conſuetud. Neapol lib.1.part.2.tit.de perſonis quæſt.8. num. 17.* Sat enim fuerit, ſuo ſi coram Iudice
vocari poſſit, vt ſoluat, eiquè ius ſeruetur,
quod ei debetur,vt vltra progredi haud de-
beat.

Nequè inſtabis: eſſe Abbatem Carolum
hæredem layci patris: vt coram layco Iudi-
ce propterea pertrahi valeat, ſicuti coram
29 eo defunctus reſpondere tenebatur, nequè
proprio priuilegio declinare illum poſſit, ex
*text.*ſatis aperto(Aduerſariorum iudicio) *in l.hæres abſenſens 19 vbi Bart.alijque, ff.de indic. & ritus M.Cur.Vic.234.*

30 Pæter quam quod enim, exauditur text.
præfatus de habente priuilegium particula-
re,veluti pupillus eſt,& vidua, alijquè ſimi-
31 les.Clericorum autem priuilegium non par-
ticulare, ſed vniuerſale eſt, toti competens
ordini Eccleſiaſticorum,vt *Archidiaconus* do
cet *can.clericum laycus,num.3.11.quæſt.1. Felinus d.cap.quis V.num.3.in fin vbi addent.litteræ C. verſ. limita dummodo Clericus. Eraſm. à Cochier.d.quæſt.46.num.1. Anaſtaſius Germonius,*
Præſul ille Doctiſſimus Tarantiæ Archiepi-
ſcopus *de Sacrorum Immunit.lib.3.cap.13.n.97. Roman.conſ.498.in caſu quo quæritur, num.15. Vincent.de Franchis deciſ.234.num.3. Didacus Spino d.gloſſ.33.num.76.Gratian.d.cap.16.num. 6.Hodierna ad Surdum deciſ.110.num.7.*infra
quoquè referendis.*Caranita ad d.ritum 234. num.5.*ſequentibus loquens: *Ritus noſter, qui*
32 *ius commune corrigit,non debet ampliari in Cle-*
,, *ricis,de quibus non loquitur,vt in parte tantum*
,, *corrigat ius commune, quoad hæredes laycos, vt*
,, *ſunt pupilli,& viduæ,non autem quoad Eccleſia-*
,, *ſticos*

Digitized by Google

ſticos. Sic ille.
33 Et præterea textus pręfatus *in l.hæres abſens*
interpræiationem admittit,reſpectu loci,nō
vero perſonæ; ſecundum *Germonium d.cap.
15.num.97. Martam de iuriſdictione part.4. cen-
tur.1.caſu* 33.*num*.10.Patetquè, nec obſcurè,
cæciſquè perſpicuum ſit, ex contextu ipſo:
ſic nempè Vulpianus: *Hæres abſens ibi defen-
dendus eſt,vbi defunctus debuit: & conueniendus
ſi ibi inueniatur; nulloquè ſuo proprio priuilegio
excuſatur*; Quin imò, etiam textus ipſe pro
nobis eſt,cùm proprium priuilegium, ne in
eodem defuncti iudicio conueniatur hęres,
pepedit: potiſſimum verò ſi per legem pri-
uilegium indulgeatur,vt *gloſſ.ibid.verbo excu-
ſatur*,aduertit ſequitur *Bart.ibid.*
34 Nihilominus tamen, recepta ſentētia eſt,
ac paſſim tritat Clericum,quamuis layci hæ
redem, in foro vocandum eſſe Eccleſiaſti
35 co; Quòd iam hæreditatis adhibitione pri-
meuus ille rerum ſtatus,mutatus ſit. *Gloſſ.1.
in d.can.Clericum nullus 11.quæſt.1.gloſſ.fin.cir-
ca med in regul.is qui in ius 46.da regul iur.in 6.
Bart.in d.l.hæres abſens.Abb.d.cap quia V. num.
12.Det.ibid.num.31.& 36.de iudic.Couarr.pra.
cticar.reſolut.cap.8.num 4.& 5.*vbi de commu
ni teſtatur. *Farinac. in praxi criminali de inqui-
ſit.quæſt.8. num 46. in 17.ampliat.Vincent An-
na ſingul.r32.Carnuit.d.rotu 234 num.5.Gallus
pract.obſcruat. lib. 1. obſeruat.37.n.10.* vbi de
communi,& ipſe teſtatur *D.Franciſcus del Ca-
ſtillo deciſ.Siciliæ 2.nu.1.part.1.*vbi de commu
ni,& ipſe teſtatur etiam, *& num.6.Didac.Spi-
no d.gloſſ.33.nu.72 & 76.*vbi,obiectioni;quod
36 hæres defuncti perſonam repræſentat: Reſ-
pondet:non habere locum vbi repugnat pri
uilegium à iure datum: non enim tunc talis
admittitur repræſentatio *Regent Franciſc de
Ponte conſ.18.num.10.cum ſeq lib.1.Regens Ca-
rol. Tappia in Iure Regni lib.1. de Epiſcop. &
Clericis cap. 39. incipiente ſi quis Clericus,
num.11.fol.mihi 21. Boerius deciſ.69. num.35.*
37 Rationemquè affert; *Quia periculoſum eſ-
ſet*,(inquiens) *in his loqui contra Eccleſiaſticas
perſonas,& bona eorum. Rota in Florentina do-
mus anno 1591.coram Scraphino deciſ.8 1.poſt 1.
vol.Conſil.*Farinac.quæ eſt in impreſſis pereū
*dec 957.& in antiquis dec.5.de foro comp.Surd.
d.dec.110.n.8.9.& 10.Caluacean.deciſ.8.p.1.n.
11. in fin. Mynſinger.centur.1.obſeruat.*45. de
communi melioriquè ſententia, & ipſe te-
38 ſtimonium reddens, etiam inſtantia cepta
cum defuncto.*meus Maranta in ſpeculo part.
5.tit.& omnia faciant durante inſtantia,num.13.
& part 4 in 11. diſtinct. indic. num. 21. Ana-
ſtaſ. Germonius d. cap.15. num.97.* commu-
nem, & receptam ab omnibus ſententiam
ediſſerens.*Anton.Faber vir ſanè doctiſſimus lib.
3.tit.1.diffin.12.C.de iudic.fol.mihi 155. Marius
Antonin.variarum lib.1.reſolut.49.num.2.cum
ſequent.Gratian.forenſ.d.cap.16 num.31.& 34.
& part.4.cap.641.num.1.cum ſeq.* Vbi ampliat
39 etiam quoad cohæredes laycos: ne cauſæ
continentia diuidatur;& quòd dignitate ma
ius,minus dignum, (veluti Magnes ferrum,
& ſuccinum paleas) attrahat: dixeratquè an
tea meus *Maranta d.11. diſt. iudic. num.31. in
ſpeculo. 4. part. Marius Alterius de cen-
ſur.tom.1.diſp.16.cap.1.col 11.littera D.verſ.hæc
difficultas in fi.fol.mihi 069.Galles de obligat Ca-
mer.q.8.nu.3.& 6.* Vbi āpliat,etiā ſi laycus cui
40 Clericus ſucceſſit,ſe obligaſſet in forma Ca-
meræ;etiā cū renunciatione fori ſequitur;
*Bellect.Epiſcopus Hiaracan. diſquiſit. Clericalis,
part.1.tit.de de ſanore clericor. reali 9.1. num.5.
fol* 274.in impreſſione minori,& priori.*Ca-
uallos communium contra communes d.quæſt.36
num.4.cum ſeq* etiam inſtantia contra defun-
ctum cepta.pluribus quoquè *Carolus de Graſ
ſis de effectib.clericat.effect.1 num.278.& ſeq. &
281.fol.147.& 148.Zacchias ad Galleſ. de obli-
gat.Camer.d.quæſt.8.Ambroſin.de immunit. Ec-
cleſ ad bullam Gregorij 14.c.20.Eraſ. à Cochier.
d.quæſt.46.part.4. Ioan. Baptiſta Thoro d. voto
36. num.* 14. etiam inſtantia cum defuncto
cepta,*num.33.Mart.de iuriſd part 4 d. caſu 33.
per totum,præſertim,nu.5.* Rationemquè dicti
41 refert.*num.9.*Quod habeat Clericus pro ſe
Regulam, vt conueniri haud poſſit coram
layco Iudice. Quā ob cauſam qui contrariū
aſſerere voluerit,ipſe exceptum à regula ca-
ſum probatione docere debebit. *Germon.d.
cap.15.num.96.Surd.conſ.222.num 2.& ſeq.lib.
2.Barboſa in l.ſi conſtante 25.§.fin.nu.28. & 29.
42 ad fin.vſquè, ff ſoluto matrimon.* Reſpondens
potiſſimum inſtantiæ,quòd repræſentet hæ-
res defuncti perſonam.Quia nimirum,cum
hoc iuriſdictione accidat, non erit proinde
illa attendenda ad forum mutandum Cleri
cicùm ille iure Sacrorum Canonum,atquè
diuino,ne dum humano,omnimodo à foro
43 ſit exemptus laycali; Cui priuilegio, nequè
renunciatione præiudicium inferre valebit,
*d.cap.ſi diliganti 12.de foro compet.Thorus d.vo-
44 to 36.num.18.* Deinde,quòd vbi Clericus vti
hæres in iudicium interpellatur,proprio cō-
uenitur nomine, litemquè tuetur. Debeat
propterea eius attendi perſona, & qualitas.
45 Hæreditas porrò adhita, hæredis repræſen-
tat perſonam.non amplius extincti Teſtato-
ris.*L.1.§ Scevola ff ſi quis teſtam.liber eſſe iuſſus
fuerit.*Vbi Vulpianus ex Sceuola rationem
redens: *Quia* (inquit) *hæreditas in eum id
tantum transfundit,quòd eſt hæreditatis,* vbi *glo.
d.verbo hæreditatis. Id eſt dominia.& iura,non
autem poſſeſſiones* (loquitur) *niſi apprahendan-
tur,*ſequitur *Guido Papa deciſ.261.nu.2.*Quam
ſententiam latè proſequitur etiam in inſtan
tiam cum defuncto cepta; ea ſanè ratio-
ne,quod Clericus omni iure à foro, iuriſdi-
tionequè layci Iudicis ſit emptus *Molfeſ. d.q.
8.per totam,ad conſuetudin.Neapolit. part.2.tit.
de perſonis*. pro qua ſtat etiam *Marta d. caſu
33.num.9.cum ſeq.*quicquid *Surd. d.deciſ.*110.
46 voluerit,etiam ſibi contrarius, cui ipſe reſ-
pon-

pon ſione ſatis,atquè peræquè facit. Epiſcopus Theleſinus *in fori Eccleſiaſtici Theſauro part.3. cap.7.num.80. Alterius loco vbi ſupra fol. 679* & latiſſimè pro nobis eſt *Ioannes Baptiſta Hodierna addens ad Surdi deciſionē præfatā* 110.*per tot.potiſſimum,nu.5.* rationem redens:
47 *Quia* (videlicet) *Clericus exemptus eſt à iuriſ-*
„ *ditione ſeculari,& iure proprio ſuſcipit,& defen-*
„ *dit litem*,ſecundum *Felin.d cap. Quia.col.2.de*
48 *indic.* Nequè poſſit Clericus ſe ſubmittere foro ſeculari,*cap.ſi diligenti 12. & cap.ſignificaſti 18. de foro compet. Vincent. de Franchis deciſ.400.num.6.Thoro dict.voto 36.num.33. & num.38.*

Dubio itaquè procul omni, remittenda cauſa ad competentem Iudicem Eccleſiaſticum erit,vt coram eo experiantur creditores hæreditarij quoad partem hæreditatis ſaltem, quam adhitione propriam ſibi fecit Abbas Maranta,ne in vetitum ille pertrahatur iudicium,quod iura abhorrent omnia. Vt ex his,Ariſtarchi iudicio ſubiectis, reſpondendum,nec ſanè ab re, nequè iniuria, cenſui.

CAROLVS MARANTA I.V.D.
Aduocatus.

49 Non ſemel hoc idem iudicium in Sacro Neapolitano Conſilio diſcuſſum fuit Quin anno 1616. 8. Iunij referente Regio Conſiliario Cæſare Freccia, in cauſa inter ſororem Archangelam Olgiatto Monialem in Monaſterio Sanctæ Mariæ Magdalenæ Ciuitatis Neapolis,& Clericum Marcum Antonium Olgiattum eius Germanum,& Aſcanium Olgiattum eorum fratrem laycum, reos conuentos decretum fuit:quòd quò ad Clericum Marcum Antonium, remittatur cauſa ad Iudicem Eccleſiaſticum: quò vero ad laycos reos conuentos procedatur in Sacro Conſilio. In Banca de Scacciauento. Quod decretum fuit bis confirmatum, etiā iunctis Aulis;atquè anno 1617.in deciſis referente Regio Conſiliario D. Didaco Salinas, viro in Sacris Canonibus admodum conſumato,18.Martij.Et in hac cauſa bis illa in eodem Sacro Conſilio propoſita per Regium Conſiliarium Ferdinandum Brancia olim cauſarum Patrono Primario,nunc Regiæ Cancellarię Regente,dictum fuit anno 1626.procedatur in Sacro Conſilio dempta portione Abbatis Caroli Marantę, & ita poſtmodum confirmatum referente circunſpecto viro Regio Conſiliario Andræa Prouenzano Cauſæ Commiſſario in Banca de Simione.

S V M M A R I V M.

1 *Fratrum inter ſe iræ ſunt acerbiſſimæ. ratio redditur,num.7.*
2 *Amant qui ſupra modum, ij ſupramodum oderunt.ex Ariſtotele.*
3 *Romulus Remum fratrem necauit.*
4 *Antonij Seueri Imperatoris filij in Getam fratrem pertinax,ac ſæuum odium.*
5 *Cain Abel fratrem occidit, quia malignus erat,& num.7.in fin.*
6 *Eſau Iacob fratrem ſemper inſectatus fuit.*
8 *Teſtati cauſa, inteſtati cauſam ceſſare facit.*
9 *Sacerdos à patria an eximatur poteſtate?*
Diſcordes ſententiæ diſtinctione conciliantur.
In temporalibus ſupponitur,num.16.
10 *Opinio,quæ diſtinctione diſcordantes conciliat,ſequenda magis; diſtinctione præſertim iuris regulis correſpondente,num.11.*
12 *Clericis,etiam in minoribus, ſi peculium habuerint,teſtari permittitur,quamuis ſub patris ſint poteſtate,& num.18. quemadmodum,& militibus.*
Secus ſi peculium non habuerint. num. 16. & 19.
13 *Filius ſub patris poteſtate conſtitutus teſtamentum haud condere poteſt, quamuis id permittat pater.*
Etiam Patre mortuo, ſi in aui reincidat poteſtatem,num.15.
14 *Teſtamentum ab alterius pendere voluntate non poteſt.*
17 *Bonis qui caret fruſtra teſtamentum rogat.*
20 *Teſtamentum quid? ex Modeſtino.*
21 *Teſtamenti de validitate quærerens, duo perquirere debebit.*
22 *Fundamentum intentionis ſuæ probare quiſquè debet.*
23 *Qualitas, quæ intentionem fundat agentis, probari debet.dato etiam termino,n.24.*
Et articulanda,& probanda erit,num.25.
Potiſſimum ſi qualitas ſubſtantialis fuerit. num.26.
Etiam ſi negatiua fuerit.num.27.
Neque ſufficit præſumptiuè illam probare, num.28.
29 *Beneficiarius ex his, quæ ſibi relinquat ex fructibus beneficij parce viuendo, poteſt teſtari,atquè diſponere.*
Etiam conſanguineis relinquendo.
Etiam Regularis,num.30.
Quicquid Garſias dixerit in vltima voluntate,num.31.

Etiam

Etiam Epiſcopus, num. 32.

33 *Fructuum beneficiorum excreſcentiam, aſſerentis eſt probare.*

34 *Habilitas ad teſtandum tempore, quo conditur teſtamentum, adeſſe debet.*

35 *Teſtamenti initium ſpectatur, vt firmum, validamquè æſtimetur.*

36 *Nullum quod eſt ab initio, temporis ſucceſſu non conualeſcit.*

37 *Clericus negotiator pœnis ſubÿcitur à Sacris Canonibus inflictis, & quicquid lucratur, Cameræ Apoſtolicæ additur. num. 38.*

Etiam poſt eius ſupremaſ funera. ex mandato Siſti Papæ V. num. 39.

Teſtari de his Clericus haud poteſt, nu. 40.

Cum ſint ſpolio affecta.

41 *Actione carens à iudicio repellitur.*

ARGVMENTVM.

Teſtamentum filij familias Clerici an teneat viuente adhuc patre? Et quid ſi proprium habeat peculium? Et num Sacerdos per Sacerdotium à patria eximatur poteſtate? Et quid ſi aliquid ſibi ex beneficio parce viuendo relinquauerit Beneficiarius? Nũ autem id poſſit peculio ex negotiatione parato?

RESPONSIO XXXI.

1 FRatrum inter ſe iræ ſunt acerbiſſimę. Nam, vt Ariſtotel. *Politicor. 7.* in-
2 quit: *Qui ſupra modum amant, üdem ſu ſupra modum oderunt.* Hinc fit: ſi quãdo ſimultas inciderit inter fratres, ea ſoleat eſſe atrocior, quàm vulgarium inimico-
3 rum. Non ne Romulus fratris ſui Remi ſe-
4 cęde fœdanit? Antoninus Seueri Imperatoris filius Getam vſquè adeo proſequutus fuit odio, eoque pertinaci, & ſæuo, vt ne morte quidem eius atrociſſima potuerit ſaturati, quin & in omnes eius amicos ſęuiret.
5 Cain ipſo initio naſcentis mundi Abel fratrem ſuum occidit. Et propter quid occidit eum? *S. Ioannes* loquitur 1. *epiſt. 3. 12.* Quoniam opera eius maligna erant, fratris au-
6 tem eius iuſta. Eſau fratrem ſuum Iacob
7 ſemper inſectatus fuit. Deniquè cauſa in promptu eſt, quam affert Ouid. 1. Metamorphoſ. fab. 3. ſequentib. loquens.

„ *Viuitur ex rapto non hoſpes ab hoſpite tutus;*
„ *Non ſocer à Genero; Fratrum quoquè gratia rara eſt.*
„ *Imminet exitio vir coniugis, illa mariti:*
„ *Lurida terribiles miſcent aconita nouercæ.*
„ *Filius ante dies patios inquirit in annos.*
„ *Victa iacet pietas, & Virgo cæde madentes*
„ *Vltima Cœleſtium terras Aſtræa reliquit.*

Vnde Euripides in Iphigenia admirans, dixit.

„ *Res dira verbis inuicem altercarier,*
„ *Dictiſquè fratres dimicare mutuis,*
„ *Si quando lis inciderit, aut contentio.*

Hoc autem euenit, quoniam homines peſſimi ſunt, qui in fratres odio inſurgunt. Sicut rationem, ſiue cauſam reddens Apoſtolus, & Euangeliſta Ioannes, necis Abel; quia Cain Malignus erat, ideo occidit fratrem ſuum; dicens. *Non ſicut Cain, qui ex maligno erat, & occidit fratrem ſuum. d. 1. epiſt. 3. 12.*

In facto igitur, quod controuertitur hoc ipſum accidit. Audiamus illud.

D. Marcus Antonius Mazia Sacerdos Canonicus Collegiatę Eccleſię Sancti Benedicti Ciuitatis Capuæ, dum in humanis adhuc ageret, vitaliquè perfrueretur aura: viueret quoquè Petrus Antonius eius Pater, & Iulius Mazia alter filius: anno 1625. cùm ex infirmitate decumberet, & putaret ſe mori, elogium rogauit, tabulaſquè ſupremas ſcripſit: quibus docatum vnum Petro Antonio parenti legitimę nomine enunciauit: Hęrede vniuerſali Nuncupato D. Sebaſtiano Mazia eius conſobrino; non nullis quoquè piè legatis Conualuit tamen ex infirmitate. At Petrus Antonius Pater, anno ſequenti 1626. ipſe nullis confectis tabulis, relictis Iulio, & Marco Antonio filijs, mortem obijt. Verùm D. Marcus Antonius anno 1629. noctu cum fratre Iulio domi quieſcens, ex inſidijs ab eo dè Iulio alligata ad collum reſti crudeliter, atquè ſactilegè necatus fuit: violenta, nec repetina tantùm ſublatus morte. Hoc ita mortuo: Laura Mazia vtrinquè ſoror, ab inteſtato hęreditatem extincti fratris Sacerdotis, in Magna Curia Vicariç petit. Opponit ſe ei D. Sebaſtianus ex teſtamento hęres nũcupatus, & in promptu ſibi cantare iuris diſ-
8 poſitionem exiſtimat. Quod ex ſuprçmis tabulis iam ſcriptis, in caſſum abeat inteſtati cauſa *l. quãdiù 39. ff. de acquirend. hæredit. l. ante quam 8. C. communia de ſucceſſionib.*

Subſtollitur tamen oppoſitio; quòd ex ſuç natiuitatis origine nullum teſtamentum fuerit D. Marci Antoni: Non habere proindè locum teſtati cauſam. Eſſe propterea ſibi ius ab inteſtato hęreditatem habendi, vti gradu proximiori.

Hanc igitur Laurç intentionem firmam, vt oſtendamus, ſupponendum erit.

Primò, quòd, & ſi quidem varia fuerit Doctorum ſententia: Num per ſacrum Preſ-

9 byteratus ordinem à Patris poteſtate exima
tur filius? Affirmantibus quibuſdā, alijs cōtrà
impugnantibus. In eam tamen communiùs
iuſtiuſque ſentētiam itū eſt: Eximi eos in iis,
quæ ſpiritualia ſunt; remanere in ijs, quæ tē-
poralia: Quòd in Eccleſia patres, in Domo fi
lij perſeuerent. *Hoſtienſ. cap. indecorum 3. n. 5.
de ætate, & qualitat. & in cap. eùm voluntate 54.
num. 13. vbi In nocentius quoquè, & Abb. num. 8.
& 9. de ſent. excommunicat.* Quicquid dicat *gloſ.
fin. ibid. Iaſon in l. patre furioſo, col. fin. num. 50.
verſ. quid autem in alio, ff. de bis, qui ſunt ſui, vel
alien. iur. text. in l. Sacroſancta. 33.* ibi: etiam ſi
in patris, Auiquè poteſtate conſtituti ſint. Et
in *auth. præsbyteros*: ibi: licet ſub parentum
poteſtate ſint. *C. de Epiſcop. & Cleric.* Guttierez
*de tutel. part. 3. cap. 32. num. 3. & in repetit. § ſui.
inſtitut. de hæred. qualitat. & different. num. 6. Co
uarr. in cap. quia nos num. 5. de teſtam. Aluar. Va
laſcus conſult. 108. nu. 31. Pater* Molina *de inſtit.
& iur. tom. 10. diſput. 229. verſ. ſextus, ſi quis Io-
ann. Maria Bellettus Epiſcopus Hieracen diſqui-
ſit. Clericał. part. 1. tit. de fauore clericor. canon. §.
2. num. 6. fol. mihi 180. & tit. de bonis clericor. §.
7. num. 20. fol. 514. Barboſ d. cap. indecorum, num.
4. Surdus conſ. 259. num. 2. & num. 20. in fin. vol.
2. Riccius Epiſcopus deciſ. 186. num. 4. part. 1.*

10 Hanc ſententiam; quòd rationi magis cō-
ueniat, atquè diſtinctione vtramquè ſenten-
tiam, inter ſe diſſidentem aliàs, conciliet,
examplectendam potiùs, quàm aduerſam
docent. *Syluest. ſumma verbo ſepultura in 8.
quæſt. §. 2. peregrini in fi. ante verſ. 3. de damnatis
ad mortem. Ripa lib. 2. reſponſ. 5. num. 15. tit. de
accuſat. meus Maranta conſ. 92. num. 5. in fin. Ro-
ta apud S. Memor.* Gregor. *XV. deciſ. 574. num. 6.*

11 Diſtinctione præſertim magis magiſque iu-
ris Regulis correſpondēte, vt *inquit Cardin.
Tuſcus tom. 4. littera I. concluſ. 59. num. 16.*

12 Supponendum Secundo citrà vllam con-
trouerſiam receptum eſſe apud Doctores,
ac decantatum axioma ad *text. in d. l. Sacro-
ſancta 33. dictamquè auth. Præsbyteros, C. de Epi-
ſcop. & Cleric. can.* 1. cum ſua materia, 12. *q.* 5.
cap. quia nos 9. de teſtament. Clericos in mino-
ribus quoq; ſi peculium habuerint, (ſac ſub
patris poteſtate fuerint) liberè de ipſis pe-
culij bonis diſponere poſſe; rogare elogia,
ſupremaſquè ſcribere tabulas, patria illis po
teſtate minime in aliquo obſiſtente, *Lopez in
rubrica de donat. inter vir. & vxor. §. 42. num. 7.
& 8. Anton. Gomez in l. 49. Taurin. num. 7. Abb.
& Couarr. d. cap. quia num. 1. 2. & 3. de teſtam.
Michael Craſſus, §. Teſtamentum, quæſt. 23. nu. 7.
verſ. quæro an filius familias Clericus*, & ple-
niùs *quæſt. 34. Clarus, §. Teſtamentum quæſt. 27
Benedict. Cap. regul. 303: nu. 100. Emanuel Sua-
rez in Theſaur. recept. ſent. littera, C. num. 95. &
99.* quem ſequitur Author *Syntaxis comun.
opin. tom. 3. loco 7. cap. 25. col. penult. verſ. Cleri-
cus filius familias, Syluest. verbo Clericus 4. q. 2.
num ſeq. & quæſt. 6. num. 4. Pater Molina de iuſt.
& iur. tom. 1. diſpu. 138. per tot. ac præſertim verſ.
licet Clericus, Marcus Antonius de Amatis Rota
Marchiæ deciſ. 71. num. 3.* Melchior *Phæbus deciſ.
Luſit. 88. num. 2. Simon de Pretis de interpret.
vltim. volunt. lib. 2. dub. 1. ſolut. 4. à num 76. ad
84. alter Molina de Hiſpan. primog. lib. 1. cap. 19.
num. 25. & 26 Barboſa in l. diuortio 8. in princip.
part. 2. num. 66. ff. ſoluto matrim. Ceuallos com-
mun. contrà commun. part. 2. quæſt. 388. num. 26.
& 36. & ſeq. ad fin. Molfeſius conſ. 23. per tot.
part. 2. commentar. ad conſuetud. Neapolit. & in
Sum. p. 2. tract. 13. de vltim. volunt. cap. 2. nu. 104.
Aluar. Valaſc. in tractatu partitionum, cap. 35. per
tot. Surd. d. conſ. 259. nu. 9. 20. & 21. Ioan. Azor.
inſtitut. moral. parc. 2. lib. 7. cap. 9. q. 1.*

13 Supponendum tertio abſolutam eſſe iu-
ris regulam: Filium ſub patris conſtitutum
poteſtate, patre etiam permittente, teſtamē-
tum minime condere poſſe. Et quod bono-
rum dominium non obtineat: Et quod te-
ſtamentum ab alterius pendere voluntate,
nec poſſit, *l. qui in poteſtate 6. ff de teſtament. l.
ſenium 3. vbi Glo. etiam, C. qui teſtam. facere poſ-
ſunt. gloſſ. d. cap. quia nos 9. in fin. de teſtam. Vi-
uius tom. 1. communium opin. verbo filius fami-
lias, Clarus d. §. Teſtamentum quæſt. 5. verſ. ſed
nunquid filiusfamilias, num. 6. & quæſt. 18. per
tot Craſſus eod. quæſt. 23. Author. ſyntag. commu.
opin. tom. 3. d. loco 7. cap. 25. Capra d. regul. 103.
num. 15. & ſeq. Gratian. forenſ. part. 1. cap. 79. n. 1
& cap. 820. num. 9. in 6. concluſ par t. 5. Riccius
Epiſcopus part. 2. collect. 444. Molfeſius d. tract.
13. cap. 2. num. 96. Valaſcus d. conſult. 108. nu. 19.
& ſeq. Rota apud Card. Caualer. deciſ. 570. nu. 1.
Marc. Anton. de Amatis d. deciſ. 71.* Vbi loqui-
15 tur etiam patre mortuo, ſi in aui reincidat
filius poteſtatem. His ſuppoſitis. Argumen-
tor ad rem.

16 Supponitur filius, quamuis Clericus, quā-
uis ſacris inſignitus, quamuis Præsbyteratus
ordine ſacer, ſub patris poteſtate, in his, quæ
temporalia ſunt, vt diximus primo ſuppo-
ſito.

Ergo, vt filius familias teſtamētum haud
rogare poterit, nequè tabulas ſcribere.

Vel itaquè peculium habebit, vt teſtari
valeat: vel ſi peculio carebit, incaſſum ta-
bulas ſupremas conficiet. Quid profectò ta-
17 bulas ſcribat, qui bonis, de quibus diſponat,
caret? *ad text. in auth. ingreſſi, vbi Doctor. C. de
Sacroſanct. Eccleſ. can. 1. 12. quæſt. 5. Valaſc. tract.
partit. cap. 35. num. 6.*

18 Inde quippe teſtari Clericis, quamuis ſub
patris poteſtate ſuppoſitis, permittitur *d. cap
quia nos, & d. l. Sacroſancta. & auth. Præsbyteros*
Quia peculium, (quod quaſi caſtrenſe æſti-
matur) habent, *Surdus d. conſ. 259. num. 6. &
num. 11. Nauarr.* Man. *cap. 17. num. 142. Molina
de iuſtit. d. diſput. 238. verſ. licet Clericus, & diſ-
put. 231. verſ. item quaſi caſtrenſia. Simon de
Pratis d. ſolut. 4. num. 54. & num. 76. Amatis d.
deciſ. 71. in fin. Phæb. d. deciſ. 88. num. 8.* Quem-
admodum, & militibus ſecularis militiæ
toto tit. de militari teſtam. & dixit perbelle

Iuue-

Digitized by Google

Iuuenalis. lib.6. Satyr. 2. 16.

„ *Solis prætereà teſtandi militibus ius*
„ *Viuo patre datur nam quæ ſunt parta labore*
„ *Militiæ, placuit non eſſe in corpore cenſus,*
„ *Omne tenet cuius regimen Pater.*

19 Si itaque in bonis non habuerit, quæ caſtrenſe, vel quaſi caſtrenſe peculium ſint, inualidè quicquid agit, tabulas ſupremas ſcribendo, aget. Erit ergo nullum eius teſtamentum ex *ipſo initio*, quo illum rogarit. Quamuis id pater permiſerit. Et quod in bonis non habeat, & quòd ab alterius pendere voluntate teſtamenta haud poſſint, vt in ſuperioribus tertio ſuppoſito diximus.

20 Teſtamentum quippe (vt *Modeſtinus lib.2. pand. in l.1 ff. de teſtament.* deſcribit) eſt voluntatis noſtræ iuſta ſententia, de eo, quod quis poſt mortem ſuam fieri velit.

Si noſtræ itaque voluntatis iuſta ſententia eſt. Non ergo alienæ erit. Atquè ſi de eo, quod quis poſt mortem ſuam fieri velit. Nihil itaquè poſt mortem ſuam fieri velle, præcipere poteſt, qui nihil in bonis habet, nihilquè reliquit, poſt mortem ſuam quod exequi debeat. in exercitio dico. Alioquin de vocabulis quæſtio erit.

21 Duo nempè animaduertere ſimul debet, qui de teſtamenti validitate quærit. (vt Caius Iure Conſultus in *l ſi quæramus 4 de teſtamentis* dicit) *An is, qui fecit teſtamẽtum, habuerit teſtamenti factionem: Deinde ſi habuerit; requiramus, an ſecundum regulas iuris Ciuilis teſtatus ſit.* His Caius.

Qui itaquè Clericum ſub patria conſtitutum poteſtate, iurè teſtatum fuiſſe, edicere voluerit, peculium illum habuiſſe tempore confecti teſtamenti, probare oportebit.

22 Porrò quod intentionis ſuæ fundamentum ſit, ac baſis, vnde teſtamẽtum ſubſiſtat, ac firmum æſtimetur, ad *text. in l. 2 ff de proba. l actor. 23. C eod. can ſciant cuncti. 2. quæſt. 8. Cephal. conſ. 327. num. 6. lib. 3. Ioſeph. Ludouic. deciſ. Peruſ. 15. num. 1. & 2. Rota apud Cardin. Mantic. deciſ. 251. num. 3.*

23 Qualitas proinde, quæ intentionem fundat agentis, probari priùs debebit, quàm aſſertio ipſa in qualitate illa fundata, locum habere valeat. *Gloſſ.* recepta *in l. ſi verò, 5 §. qui pro rei qualitate, verbo dubites, ff. qui ſatis dare cogantur, text. in l. habeat. 13. in princ. ff. de inſtitor act. Felin. in cap. æ num. 24. & 25. cum ſeq. de reſcript. Menoch. de arbitrar lib. 2. caſu 191. num. 4. & de præſumption. lib. 2. præſumpt. 49. num. 1. Euerar. in locis communibus loco ab effectu eorum, quæ ſimul requiruntur, num 6. fol. mihi* 180 *Ioſeph Ludouic. deciſ. Peruſ. 14 ſub num. 12. & deciſ. 36. Couarr. variar. reſolut. lib. 2. cap. 6. num. 2. & num 5. Cardin. Tuſcus tom. 6. littera Q concluſ. 17. num. 1. & 5. 13. & 27. & tom. 4 littera H. concl. 12. num. 26. Surd. conſ. 130. num. 1. vol. 1. Maranta conſ. 9. num. 5. Gutticrez pract. quæſt. lib. 3. q. 40. num. 5. Rota in Anchonitana fideicammiſſi 6. Ianuarij 1584. coram Card. Blanchetto in impreſſis per Merlin. de legitima. deciſ.*
24 *34. num 4 Afflict. deciſ. 297.* Vbi dandum eſſe
terminum, (dicit) ad probandum qualitatẽ
25 intentionem fundantem. Atquè articulandam, probandamquè qualitatem intentionem fundantem, edicit *Cephal. d conſ. 325. num. 7. 8. & 9. Riccius part. 4. collect. 768.* Potiſ-
26 ſimum verò ſi qualitas ipſa ſubſtantialis fuerit actus, reiquè ipſius, quæ aſſeritur, forma, *Simon de Pratis de interpret. vltim. volunt. lib. 5. dub. 4 num. 268. ad 270. & 271.*

27 Etiam ſi qualitas ipſa negatiua eſſe ad *tex. in l. optimam 14. § fin. C de contrahenda, & committend. ſtipulat. Oſaſchus deciſ. 108. num. 1. Anton. Faber. lib. 4 tit. 14. C. de probat. definit. 2. num. 10. fol. mihi 301.*

28 Vt nequè ſufficiat præſumptiuè illam probaſſe, concludentem cùm probationem perquirat. *Rota apud Card. Seraphi. deciſ. 1171. num. 2. & deciſ. 1249. num. 3 & part. 1. diuerſ. deciſ. 102. Oliuer. Beltramin in additionibus ad S. memor. Gregor. XV. deciſ. 53. n. 5. Rota apud Coccin. deciſ 448. num. 2.*

Vel itaquè probabit D. Sebaſtianus peculium habuiſſe D. Marcum Antonium, quando tabulas ſcripſit teſtamenti. Vel ſi nihil ipſe probatione præſtiterit, ibit iurè foras iuxta Ouidianum illud pentametron.

„ *Si nihil attuleris, ibi Homere foras.*

Nequè mouearis ex his, quæ obijciunt;
D. Marcium Antonium fuiſſe Canonicum
29 Collegatæ Eccleſiæ Sancti Benedicti, vt
ſaltim ex reliquatis ſibi canonicatus ex fructibus
parcè, ſobriequè viuendo, patrimoniũ ſibi parare,
potuerit, atquè de illis conſequẽter diſponere,
etiam per ſupremas teſtamenti tabulas, conſanguineis
etiam relinquendo *S Thom. 2. 2. quæſt. 185. art. 7. in corpo.
& ad 2. & Caietan ibid. quæſt 2. Nauar. de reddi-*
30 *tib. Eccleſiaſtic. q 1. monit. 33. num. 2.* vbi etiam
de regularibus loquitur, *Sanchez in opere morali tom. 2 lib. 6. cap. 6 num. 14. Ioan Azor. inſtit. moral. par 2 lib. 7. cap. 9. & lib. 8 cap. 3. quæſt. 2. Leſſius de iuſtit. & iur. lib. 2. cap. 4. dub 6. nu. 37. & 39. Molina de Hiſpan. primogen. lib. 2. cap. 10. num. 50. Barboſ. d. l. diuortio num. 58. & 59. Ceuallas d. quæſt. 388. d num. 36. Lopez d. §. 41. num. 9. Idem Nauar. man. d cap. 17. nu. 142. Rota apud S. memor. Gregor. XV. deciſ. 401. num 6. Garſias de*
31 *benefic. tom. 1. part. 2. cap. 1. num. 9. & 10.* quamuis
ipſe florente adhuc vita, & applaudente, diſponere poſſe
admittat; denegat verò ad occaſum illa cadente imputetque
ſibi beneficiarius, quòd viuere parcè voluerit.

Æquatur porrò in morte vſuario, in vita
verò vſufructuario Beneficiarius. Verùm
prior ſententia è veritate magis eſt; quam
ſequuntur omnes Doctores relati ſuperius,
etiam per Alzedum in praxi Epiſcoporum cap. 14
32 *num. 40.* de Epiſcopis loquens.

Non enim ſoluitur ex hoc argumentum noſtrum, & perdurat adhuc eius vis; probare teneri peculium D. Marci Antoni, eo extitiſſe

 tiſſe

tiſſe tempore, quo ſupremas ſcripſit tabulas, nouiſſimumquè rogauit elogium: ſiue, reliquando ſibi ex fructibus Canonicatus, illud parauerit, ſiue alioquouis modo: peculium modo habuerit, quo tempore teſtamentum condidit.

Et fortaſſè improbabile hoc illi erit. Nam ex ſcripturis per eum in actis deductis manifeſtè, nec ſanè per ſomnium elicitur: Canonicatus ipſius fructus adeo tenues fuiſſe, vt vix eidem ad victum ſuffecerint. Vt ipſius
33 ſit, qui id aſſerit, fructuum probare excreſcētiam, vnde parcè viuendo peculium ſibi reliquauerit, vt iurè poſtmodum ſupræmas dederit tabulas, quæ firmæ fuerint, cùm eſſet adhuc viuente Patrè in his, quæ ſpiritualia non erant, ſub patris poteſtate, *ad text. in cap. præſenti 9. §. porrò de offic. ordin. lib. 6. Felin. in cap. ad aures, num. 13. in 12. concluſ. de reſcript. Rota apud Creſcent. deciſ. 2. & 4. de probat.* diximus *reſponſ. 18. num.* 58. & 59. *part.* 1.

Neque obſtaculum nobis preterea faciet: quòd ad probandum peculium deducant; D. Marcum Antonium dum in humanis adhuc agebet, negotiatum fuiſſe ex negotiatione verò peculium ſibi paraſſe; potuiſſe proinde in acquiſitis bonis tabulas rogare ſupremas.

Præter quàm quòd enim ex ſcripturis productis, non aliud apparet, quam, ab anno 1626. (& fortaſſis poſt mortem patris) D. Marcum Antonium negotiatum fuiſſe de nonnullis paruis frumenti quantitatibus. Teſtamentum verè ſcriptum dedit anno 1625.

Non igitur, quo tempore tabulas ſcripſit
34 ſupremas, peculium habebat. Habilitas autem teſtandi, eo tempore in promptu eſſe debet, quo teſtamentum rogatur. Audi Iabolenum *lib. 10. epiſtol. in l. omnia 202. ff de regulis iuris: omnia, quæ ex ex teſtamento proficiſcuntur,* (inquit ipſe) *ita ſtatum euentus capiūt, ſi initium quoquè ſine vitio ceperint.*

35 Initium igitur ſpectatur teſtamenti, vt firmum illud eſſe poſſit: Alioquin, quod ex
36 initio infecto prodit, eſt inualidum, minimequè ex poſt facto conualeſcit. *regula non firmatur, 28. de regul. iur. in 6. Simon de Pretis d. ſolut. 4. dub. 1. num. 55. & Gratianus d. cap. 79. num. 11. cum ſeq & num. 20. & d. cap. 820. nu. 9. Rota apud Card. Canaler. d. deciſ. 570. num. 3.*

37 Nihilominus tamen Cùm contra Sacrorum Canonum diſpoſitionem, atque apertam eorum prohibitionem negotiis ſe implicuerit ſecularibus, vnde pœnis ſe obnoxium addixit per eos ſtatutis *cap. fin. de vita, & honeſtat. cleric. Clem. 1. eodem tit. can. conque-*
38 *ſtus eſt 2. & can. negotiatorem 88. diſt.* Id totum planè quod ex negotiatione illicita, (quia Clericis non permiſſa,) lucratus fuit, non planè ſibi, neque in proprium ceſſit peculium: ſed Cameræ Apoſtolicæ ad dictum per manſit, ex Summorum Romanorum Pontificum Conſtitutionibus, præſertim Pij Papæ IV. anno 1569. 5. Nouembris (quæ incipit: *Decens eſſe cenſentes*) in Bullar. *tom. 2. conſtitut. 19. fol. mihi 29.* cuius meminit quoquè *Quarant. in Summ Bullar. verbo ſpolia Clericorum fol. mihi* 481. referens pariter litteras Si-
39 xti Papæ Quinti ad Illuſtriſſimum Nūtium, & Collectorem Generalem in Regno Neapolitano; quibus eidem dat in mandatis, vt poſt ſuprema etiam Clericorum funera procedat aduerſus bona per eos, dum in humanis adhuc agerent, illicita ex negotiatione
40 parata. Haud itaquè ſupremas de his tabulas rogare potuiſſet D. Marcus Antonius, eſtò, (quo tempore eas ſcripſit.) acquiſitum negotiatione peculium habuiſſet; cùm illud ſpolio obnoxium fuiſſet. De duobus itaquè alterum continget Aduerſario: vel quòd à iudicio repellatur, actione carens ad *Bart.* doctrinam *in l. vbi pactum 40. nu. 10. & ibi etiam Doctor. C. de tranſactionib. l. ſi pupilli tui 6. § videamus in fin. ff. de negot. geſt. Aymon. conſ. 191. num. 1. Rota apud S. mem Gregor. XV. deciſ. 119. num. 6.* diximus *reſponſ. 18. n. 7. p. 1.* Vel quod in termino, aſſertam deceat habilitatem D. Marci Antonij, condendi teſtamentum, (in ſuperioribus, vt diximus.) Ius igitur ſupereſſe Lauræ, vt interim ab inteſtato, extincti Germani hæridatem ſubeat, nemo (meo ex aliquamuis iudicio) inficias ibit.

Vt ex his, iudicio ſaniori, libenti ſuppoſitis animo, reſpondendum cenſui.

CAROLVS MARANTA V. I. D.
Aduocatus.

Decreuit tandem Magna Cur. Vicariæ, dandum eſſe decretum præambuli Lauræ in bonis D. Marci Antonij fratris ab inteſtato, vti proximiori in gradu, nulla ratione ducta Teſtamenti per eum conditi, quo tempore ſub Patris poteſtate erat, nequè peculium habebat; & fuit Laura in poſſeſſionem in miſſa.

SVMMARIVM.

1 *Hominibus, poſt quàm hinc demigrauere, nihil magis debetur, quàm quòd firma eorum ſint voluntates.*

2 *Voluntatis morientium non obſequi, nefas æſtimauere leges.*

Vnde modis omnibus impleri illas voluere.

3 *Voluntas morientium, qui ſuis de rebus diſpoſuere, lex eſt.*

Sequenda igitur, num. 4.

5 *Verba non aliò tendunt, niſi vt demoſtrent voluntatem dicentis, & num. 33.*

Et

Google

Et ſunt earum, quæ ſunt in anima paſſionũ notæ, n.6.

Mentiſq; interpres ex Cicerone *vocatur oratio.*

7 *Teſtator quod verbis expreſſit, id voluiſſe videtur.*

8 *Voluntati contradicens teſtatoris peccat.*

Siue teſtamento, ſiue codicillis expreſſa, n.19. & 20.

9 *Legi qui obluctatur, peccat.*

Et Dei ordinationi reſiſtit, num.19.

11 *Prouerbium. Fato non repugnandum, elucidatur.*

12 *Deus, quod nobis immittit, mutare nemo poteſt.*

13 *Exequutores teſtamentorum cenſuris quoquè cogendi, vt voluntatem impleant defunctorum.*

14 *Tardius dare, peccatum eſt, multò magis non dare.*

15 *Voluntas hominis libera ſemper eſt, & ad ſupremum vſque vitæ auram ambulatoria.*

16 *Prima Clericalis tonſura quibus conferenda, ex Sacro Trident. Concilio?*

17 *Vocatus à fundatore ad beneficium iuris patronatus firmum ius in re, non ad rem tantùm, habere dicitur.*

18 *Codicillus teſtatio mentis defuncti dicitur.*

Et pars teſtamenti dicitur, n.21.

Et ſub teſtamento includitur, vti ſpecies ſub genere.

Et largo modo teſtamentum dicitur.

19 *Teſtamentum quid? ex Modeſtino.*

22 *Prouerbium: etiam cæco perſpicuum.*

23 *Inſtitutio, & collatio confunduntur quandoquè.*

24 *Beneficia ſine Canonica inſtitutione obtineri non poſſunt, declaratur.*

Et quid ſit inſtitutio, quidue eo nomine comprehendatur?

25 *Teſtator quod non dixit, neque voluiſſe videtur.*

26 *Teſtator id voluiſſe dumtaxat videtur, quod verbis concipi poteſt, vt quod verbis concipi non poteſt, minimè voluiſſe dicatur num.27.*

28 *Teſtator non aliud voluiſſe videtur, quàm quod dixit.*

Neque dixiſſe, quàm quod mente agitauit.

29 *Petrus Gregorius Tholoſates vir doctiſſimus laudatur.*

30 *Verba abſtruſam in cordis penetralibus, mentem aperiunt.*

31 *Verbis nullum explicatius mentis noſtræ teſtimonium inueniri poteſt.*

Probatur ex ſacris litteris.

32 *Scriptura mentis ſpeculum appellatur à Caſſiodoro. & illuſtratur.*

34 *Dictio (& non aliter) explicatur.*

Quidque illa operetur?

Eſt dictio reſtrictiua, num.37.

Et formam in dicit, num.38.

Vt quicquid contrà fiat, nullum euadat, num.39.

Neque admittit modificationem. n.63.

35 *Teſtatores abuſiue quandoquè loquuntur.*

36 *Notarij error non præiudicat diſpoſitis.*

40 *Generaliter dictum; generaliter eſt exaudiendum.*

41 *Referens relatum continet ſuis cum qualitatibus omnibus.*

42 *Relatum attendi debet, magis quàm referens.*

43 *Paria ſunt nominatim exprimi aliquid, vel per relationem ad aliud.*

34 *Relatio repetitionem dictorum infert, quæ in relato continentur.*

Potiſſimum ſi relatio fiat ad omnia, n.45.

Intelligitur enim facta cum omnibus ſuis qualitatibus, ſingula ſingulis referendo.

46 *Inſtitutio neceſſitatis eſt, & neceſſariò ordinarius inſtituere præſentatum tenetur.*

47 *Collatio Beneficij, patrono ſpreto, nulla redditur.*

48 *Mutatio voluntatis teſtatoris, inferenda abſque cauſa haud eſt.*

Neque præſumitur, niſi verbis exprimatur.

Et qui mutationem dixerit, ipſe probare tenebitur, num.50.

Cum perdurare quis præſumatur in eadem voluntate.

51 *Teſtator quod non dixit, neque nos dicere debemus.*

Et in omni materia locum habet propoſitio, num.52.

Præſertim in vltimis voluntatibus.

53 *Patre legem quam tu tibi ipſe dixiſti.*

54 *Iuſtitiæ partes quæ?*

55 *Damnum alteri inferens contra iuſtitiam peccat, & ad reſtitutionem tenetur, nu.56.*

57 *Iudicat quiſquè taliter, qualiter ipſe affectus eſt.*

58 *Amor proprius cæcus eſt, cæcos facit eum ſequentes.*

59 *Voluptas trahit vnumquemque.*

60 *Omne, qui dicit, nihil excludit.*

61 *Prouerbium. Sapientum octauus.*

6 *Teſtator vbi non diſtinguit, neque nos diſtin-*

diſtinguere decet.

64 *Voluntas teſtatoris verbis expreſſa omnino implenda eſt.*

65 *Publicè intereſt ſuprema hominum iudicia exitum habere.*

Prouerbium mortuos rurſus occidere. illuſtratur.

66 *Illatio à diuerſis, & ſeparatis non rectè ducitur.*

67 *Tempus pro forma à teſtatore ſcriptum differri haud poteſt.*

68 *Forma, quæ dat eſſe rei, vitiari minimè poteſt.*

69 *Tempus adiectum pro forma, qui nō ſeruat, formam dilacerare dicitur.*

70 *Tempus taxatiuè adiectum differri non poteſt.*

Quia pro forma adiectum videtur.

71 *Tempus determinato modo taxatum, non recepit functionem alterius temporis*

In damnum præſertim alterius, nu. 72.

73 *Iuri alteri quæſito præiudicium fieri non poteſt.*

Nequè per Principem.

74 *Forma præſcripta non ſeruata quicquid ſit, nullum, & inualidum redditur.*

Etiam ſi in modico defectus fuerit, num. 75.

76 *Forma ceſſante, formatum ceſſat.*

Et in his, quæ de forma ſunt, ſeruatur rigor num. 77.

78 *Forma indiuiſibilis eſt.*

Quare vel tota ſeruari, vel tota corruat, oportet.

79 *Forma data cenſetur, vbi aliquid per prius, aliud per poſterius perquiritur.*

80 *Appetitus noxios ſub regula limitare debemus.*

81 *Arbitrium liberum cuilibet datum eſt de rebus ſuis diſponendi, modò legibus non obluctetur.*

82 *Adagium, Præmenda occaſio, illuſtratur.*

83 *Quod tibi non vis, alteri ne feceris, naturæ principium.*

Et docuit nos in Chriſtus, & Magiſter noſter Matth. 7. 12.

Eſtque primus gradus ex tribus iuris naturalis, num. 84.

ARGVMENTVM.

Quantum leges voluntati deferant de rebus ſuis diſponentium in ſupremo vitæ ſpiritu; quantumquè valeant verba, quibus mens aperitur? Pluraquè ad interpretandam mentem diſponentis, quod non receſſerit à diſpoſitis in teſtamento per Codicillos, quibus ad teſtamentum ſe retulit. Quod vocato à fundatore ad beneficium iuris patrouatus, ius acquiratur in re, non ad rem tātum. Nouequè declaratur quid collationis verbo inferatur? confūdaturq; inter inſtitutionem, & collationem. Et quando tempus pro forma adiectum ſit? Non inutilis reſponſio.

RESPONSIO XXXII.

1 NIhil omnino eſt, quòd hominibus magis debeatur, poſt quàm ex humanis diſceſſere, nequè amplius velle quidquam poſſunt, quàm quod liber ſit ſtylus. & licitum, quod iterum non redit arbitrium; ex Conſtantino Impe-
2 ratore in *l. 1. C. de Sacroſanct. Eccleſ.* Nefas proinde æſtimauere Sacrę leges, hominum, qui ex hac demigrauere vita, (ad quam poſt liminio reuerti haud licet amplius, niſi per Diuinam potentiam,) voluntati de rebus ſuis diſponentium, ac ſecundum leges, (non contra illas,) omnino nō obſequi; quin modis omnibus impleri illam voluere, *§. ſemper igitur nobis. in proemio, in auth. de hæredibus, & facid. collat. 1. l. fin in princ.* ibi: & voluntati mortuorum proſpicientes, *C. de fideicommiſſis, can. vltima voluntas 13. quæſt. 2.*
3 Hanc propter cauſam, proindè, iuſtè, ſanctèque ſanxere dicentes: Diſponat itaquè vnuſquiſquè in ſuis, vt dignum eſt, & ſit lex eius voluntas, *text. in §. diſponat. in præfatione. in authent. de nuptijs collat. 4.*
4 Sequenda igitur diſponentium voluntas erit, verbis expreſſa, per eos, qui ad bona inhiant diſponentis; vt nè cauillari eos verba liceat, ne ab eius errare cōſequenter mente
5 videantur. Quorsū enim nomina, niſi, vt demonſtrent voluntatem dicentis? Celſus loquitur in *l. labeo. 7. §. id Tubero. ff. de ſuppellectil.*
6 *legata.* Sunt enim verba, earum, quæ ſunt in Anima paſſionum notæ, Ariſtoteles loquitur, *primo piribermenias.* mentiſquè interpres (vt Cicero 1. *de legibus* dixit) vocatur oratio.

ſermo

Digitized by Google

ſermo videlicet, per quem verbis interme-
dijs, mens aperitur, *ad text. in cap. intelligentia*
ſermonis 6. & cap. in ijs, 15, de verborum ſignifi-
7 *cat*. Quod igitur verbis expreſſit teſtator, id
eius indicat fuiſſe voluntatem. Sequenda
igitur, neque conuellenda.

8 Alioquin peccato ſe maculat, qui eius cō-
tradicit voluntati *ad text. in can. Syluester cum*
ibi notat per Gloſſ. 11. quaeſt. 1. d. l. fin. C. de fidei-
commiſſis, Nauarr. conſ. 9. num. 6. verſ. at praſata
venditio lib. 3. de empt. & vendit. quemadmo-
dum peccat, qui legi in commune bonum
9 institutæ, ſe opponit, eamquè conuellit. *cap. 1*
de conſtitutionib. & cap. fin. ibi: cuius tranſgreſ-
ſio periculum ſalutis inducit, *de conſuetud. S.*
Thom 1. 2. quaeſt. 96. art. 4.

10 Quia qui legi reſiſtit, Dei ordinationi re-
ſiſtit: vt Apoſtolus loquitur, *ad Roman. 13. 2.*
can. requiſiſti 95. 11. quaeſt. 3. nos reſponſ. 7. nu. 3.
4. & 5. part. 1.

11 Et vt in Prouerbijs habetur.
» *Fato non repugnandum.*

12 Quemadmodum nemo poteſt mutare,
quod Deus nobis immittit: Quod autem vi-
tari non poteſt, ferendum eſt, non culpan-
dum. Et vt Creon loquitur.
» *Sed fata contrà, (quòd id eſt per quam arduum)*
» *Non eſt reluctandum.*

Sequendum ergo erit, quod noſter hic te-
ſtator ſupremis ſuis tabulis de rebus ſuis diſ-
ponens edixit; nequè temere per exequuto-
13 res conuellendum; quin cogendi etiam Ec-
cleſiaſtico excommunicationis mucrone,
vt mentem voluntatemquè, verbis expreſ-
ſam teſtatoris, exequantur, effectuquè im-
14 pleant. ad *text. in can. decima 68.* ibi: ſed ſi tar-
dius dare peccatum eſt, quanto magis peiùs
eſt peccatum, non dediſſe? *16. quaeſt. 1. vbi glo.*
& Turrecremata. cap. licet 6. vbi gloſſ. verbo pri-
uandum, & Abb. n. 5. de voto.

Ioſeph itaquè Sorbus loci Sancti Antimi
Auerſanen diœceſis, cùm ſe ex hac vita mi-
graturum iam cognoſceret, de rebus ſuis diſ
ponens ſupremas ſcribens tabulas denun-
ciato hærede vniuerſali Marino Sorbo eius
Germano, mandauit poſt ſuprema ſua fune-
ra Cappellam erigi intus Parochialem dicti
loci Eccleſiam, eamquè nomine Sancti Pa
triarchæ Ioſephi, Beatiſſimæ Virginis Ma-
riæ Sponſi, inſigniri; eſſetquè ius patronatus
ſuæ familiæ ex linea Maſculina. Dotem
quoquè dedit annnorum ducatorum qua-
draginta, onere adiecto Cappellano eligen-
do, vt quater in hebdomadas ſingulas ſacris
oblato incruento ſacrificio operaretur. Ad-
dijciens: *Da præſentarſi detto ius patronato per*
» *Geronima Sorbo ſua figlia, e per lo medico Fabbio*
» *Perfetto ſuo genero: e da Marino Sorbo à chi loro*
» *parerà, e piacerà, e dopò morte di detta Geronima,*
» *e Fabbio s'habbia preſẽtare da dett. Marino, e ſuoi*
» *figli, & heredi. E vole che gl'Eccleſiaſtici non poſ-*
» *ſano ponere mano in detta ſua diſpoſitione, e pre-*
» *ſentatione: altrimente quello non haueria fatta.*

Subnectens etiam:
» *E da mò per all'hora ſecuta ſua morte preſenta*
» *per ſuo Cappellano in detta Cappella Paulo Sorbo*
» *ſuo nepote, facendoſi però Clerico trà anni due nu-*
» *merandi dalla morte di eſſo Teſtatore. E trà tan-*
» *to laſcia, che D. Carlo Caputo habbia da celebra-*
» *re dette meſſe con lo beneficio di detti docati qua-*
» *ranta l'anno.*
» *E laſcio, che non facendoſi Clerico detto Paolo*
» *frà anni due, reſti per Cappellano, e beneficiato di*
» *detta ſua Cappella lo detto D. Carlo Caputo con*
» *peſo di detta celebratione di Meſſe quattro la ſet-*
» *timana, e beneficio di detti docati quaranta: atteſo*
» *da mò per all'hora l'hà preſentato, e preſenta per*
» *ſuo Cappellano di detta ſua Cappella, & ius pa-*
» *tronato.*

Scriptæ fuere hæ tabulæ ſupremæ, die ter
tia menſis Octobris anni 1638. Sequenti ve-
rò die 4. Octobris anni eiuſdem Codicillos
15 rogando idem Teſtator. Quòd libera ſem-
per maneat voluntas cuiquè ad ſupremam
vitæ ſuæ auram. Ambulatoria enim eſt vo-
luntas defuncti, vſquè ad vitæ ſupremum
exitum. Vt Vulpianus *lib. 33. ad Sabinum in l.*
quod ſi iterum 4. in fin. ff de adimendis legat. Lo-
quitur. Sequentibus manu Notarij Ioannis
Hieronymi Cæſarij diſpoſitionẽ ſuã ſuperio
rem declarat. Et ita Notarius ſcribit. *Gioſeppe*
» *Sorbo aſſeriſce hauer fatto teſtamento chiuſo per*
» *mano di Notare Pietro Caputo, doue haueſſe da*
» *fare vno patronato; & vna Cappella nella Chieſa*
» *di Santo Antimo con l'entrata di docati quaran-*
» *ta, con peſo di quattro meſſe; e per due anni haue*
» *laſciato, che ſi celebraſſero per D. Carlo Caputo*
» *con l'entrata di detti docati 40.*
» *Al præſente Codicillando vuole eſſo teſtatore,*
» *per detti due anni le dette quattro meſſe ſi debba*
» *no celebrare, due la ſettimana per lo R. D. Gio: Lu*
» *ca Iauarone; e due altre per lo R. D. Carlo Capu-*
» *to: e per dette quattro meſſe la ſettimana vuole,*
» *che ſe li diano l'anno l'entrata di docati trẽta l'an-*
» *no; ciò è quindici per vno; pigliandoſi dall entrate*
» *della compra facienda, vt in dicto teſtamento.*
» *Et elaſſi detti due anni lo detto Clerico Paolo*
» *ſuo nipote facendoſi Clerico ſia lecito trouare vn*
» *Sacerdote per fare celebrare dette meſſe conue-*
» *nendoſi con il detto Sacerdote.*
» *E non facendoſi Clerico detto Paolo, detto be-*
» *neficio ſia lecito conferirſi per la celebratione di*
» *dette meſſe conforme haue detto in detto teſtamẽ-*
» *to, & non aliter. Reſtando fermo detto teſtamento*
» *to per altri legati fatti per eſſo Codicillatore, &*
» *non aliter.*

Excurſis iam duobus annis à ſupremo Te
ſtatoris funere. Cùm Paulus Sorbus Defun-
cti nepos idoneus minime ſit, qui clericali
aſcribatur militiæ, eiquè nomen Chriſto de-
dat, quòd ad Sacri Tridentini Concilij præ-
16 ſcriptum, *ſeſſ. 23. cap. 4. de reformat.* nequè le-
gere, nequè ſcribere ſciat, nequè ſpes vlla
ſubſit, nequè probabilis coniectura, quod in
poſterũ proficiet; cùm ſit vigintiduos annos
iam natus, & nihil profecerit; vt deploratum
omni-

omnino ſit, quod in poſterum proficiet. iu-
requè eidem Homericum illud ſedebit.
„ *Verum hancee uiam haud perfecerit vuquam.*
Vnde nequè Ordinatius Auerſanus illum ad
Clericalem militiam admittere voluit. Se-
quentibus nempè Sacrum Concilium diſ-
ponit: *Prima tonſura uon initientur*, (inquiens)
„ *qui Sacramentum confirmationic non ſuſcepe-*
„ *rint, & fidei rudimenta edocti non fuerint, qui-*
„ *què legere, & ſcribere neſciant, & de quibus*
„ *probanilis coniectura non ſit, eoc non ſecularic*
„ *iudicij fugiendi frande; ſed vt Deo fidelem cultum*
„ *præſtent, hoc vita genus elegiſſe.* Ita Sacrum
Concilium.
Cum ſit proinde factus caſus ſecundæ vo
cationis in perſonam R. D. Caroli Caputi à
teſtatore nominati, & vocati ad beneficium,
& Cappellam præfatam; opponit ſe eidem
dictus Fabbius Perfectus exiſtimans receſ-
ſiſſe ab hac voluntate teſtatorem per verba
illa in codicillis, relata paulo ante: videlicet:
„ *E non facendoſi detto Paolo Clerico; detto benefi-*
„ *cio ſia lecito conferirſi per la celebratione di dette*
„ *meſſe conforme haue detto in detto teſtamento, e*
non aliter.
17 Verùm fruſtrà obſtaculum eidem facit.
Quippe ipſe, vt vocatus à teſtatore, atquè ab
eo præſentatus per verba illa: (*Atteſo da mò*
„ *per all'hora l'haue preſentato, per ſuo Cappellano,*
„ *e beneficiato in detta ſua Cappella, & ius patro-*
nato.) Ita firmum, ac ſtabile ius habet, vt in
re ius habere dicatur, ne dùm ad rem; quod
conuelli minime illud poteſt: quia firma
iam voluntas eſt diſponentis, qui legem di-
xit rebus ſuis, quam voluit *d. § diſponat, in au-
th. de nuptijs*. ad *text. in l. in re mandata 21. C.
mandati*. qua quiſquè liberum de rebus ſuis,
vt placuerit ei, arbitrium diſponendi obti-
net. & probant, *text d. can. vltima voluntac 13.
quæſt. 2. d. l. fin. C de fideicommiſſis, gloſſ. d. cap. tua
nobic 17. verbo voluntatem de teſtam.* Dictum-
què fuit in hiſce noſtris terminis *in Burgen
Canonicatuc 29. Maij 1549 coram Puteo dec. 252
lib. 3. & deciſ. 99. eod lib. & in Salamantina dimi-
dia portionis 27.* Maii 1609 *coram Lugdunen de-
ciſ. 255. num. 1. & ſeq. part 2. tom. 1. in recent. &
in Gerunden beneficii 2. Decembris 1605. coram
Cardin. Sacrato deciſ. 57. nu. 5. & 6. apud Viuian.
in praxi iuric patronatuc. Rota apud Creſcentium
de iure patron. deciſ. 7.* diximuſquè nos *reſponſ.
noſtra 47. num. 1. part. 2.* vbi alios quoquè re-
tulimus
Et planè, quòd in hac voluntate permāſe-
rit teſtator, nihilq; in hac parte immutauerit
per codicillos præfatos perſpicuū fit: Codicil
18 lus. n. teſtatio mētis defuncti dicitur, & vlti-
ma teſtantis volūtas nūcuputur, vt ex recep-
tioti Doctorum ſententia teſtatur *Michael
Craſſus, §. codicilluc, num.* 1. vt proinde ſicut
firma teſtamento voluntas reditur deceden
19 tis, quod eiuſdem teſtatio mentis ſit, verbis
expreſſa, iuſtaquè ſententia, de eo, quod quis
poſt mortem ſuam fieri velit, ſecundum
Modeſtinum *lib. 2. pandectarum, in l. 1. ff. de te-*
20 *ſtament.* ita, & codicillus. Vt ſicuti à mente
eiuſdem aberrare, quæ in teſtamento ſuis
ſcripſit tabulis, abſonum omnino ſit, & exe-
crandum, legibuſquè ſacris exoſum *ad text.
in l. nulli licere 28. C. de Epiſcop. & cleric. d. § diſ
ponat in auth. de nupcijs. collat.* 4. §. 1. *in auth. de
hæredibuc, & falcid. collat.* 1. Ita planè, & ab his,
21 quæ codicillis dixit, quæ pars teſtamenti
ſunt, & vt ſpecies ſub genere, teſtamento cō-
præhenduntur: vt largo etiam modo teſta-
mentum Codicilli dicantur, ſecundum *Al-
ciat. in rub. ff. de legat. 1. & Bolog. ibid. num. 48.*
ſequiturquè *Craſſus d. §. codicillus, num. 1.* Ma-
22 nifeſtum id quidem ſit, vt cæco etiam per-
ſpicuum fiat iuxta Homericum illud.
„ *Hanc etiam cecuc metam diſcerneret hoſpec.*
Et Plautinum illud aliud.
„ *Qui ſcic ita eſſe? ſcilicet hoc cæcuc videat.*
Namquè teſtator Codicillos rogando vo-
luntatē ſuā, declarauit magis, immutādo dū-
taxat quoad quatuor miſſas in hebdomada;
vt ſicuti teſtamēto dixerat; illaſq; (perduran-
te biēnio) per D. Carolū Caputū celebrādas
mādauerat: *E frà tanto* (duorū annorū vide-
licet) *laſcia, che D. Carlo Caputo habbia da cele-
brare dette meſſe con lo beneficio di detti ducati
40. l'anno.* Ita codicillis: *che per detti due anni
le dette quattro meſſe ſi debbano celebrare, due la
ſettimana p lo R. D. Gio: Luca Iauarone, e due per
lo R. D. Carlo Caputo, e per dette quattro meſſe la
ſettimana vole, che ſe li diano l'anno l'entrata di
docati 30. l'anno, cioe 15. per vno.*
At de præſentatione per eum facta de di-
cto D. Carolo, (exiſtente caſu, quo dictus
Paulus Sorbus eius nepos, intra biennium
clericali militię non aſcriberetur) nihil om-
nino de voluntate teſtamento ſcripta, detra-
xit: *E non facendoſi Clerico detto Paolo* (diſpo-
„ nens) *detto beneficio ſia lecito conferirſi per la ce-*
„ *lebratione di dette meſſe conforme haue detto in*
„ *detto teſtamento, & non aliter.*
Remiſit ſe itaquè ad teſtamentum, & ea,
23 quæ in teſtamento dixerat, quo ad inſtitu-
tionem. Quæ ſanè inſtitutio largo quodam
modo collatio dici poteſt: quia per Ordina-
rium fit: & confunditur quandoquè inſtitu-
tio, cum collatione, vt perſpicum fit *ex regu-
la prima de regulic iuric in 6.* qua Bonifacius
24 Octauus: *Beneficium Eccleſiaſticum* (docet, di-
citquè) *non poteſt licitè ſine inſtitutione canonica
obtineri.* Vbi nomen illud (inſtitutio) quoad
beneficia omnia diſtenditur, ſiue libera illa
ſint, quæ per Ordinarios conferuntur, ſiue
de iure patronatus, quæ per Ordinarios in-
ſtitutione media, ac præſentatione præuia
dantur. ad *text. in cap. cura paſtoralic 11. de iure
patronat. extra*, & probatur non obſcure hoc,
nequè per ſomnium, ex his, quæ habet *Gloſſ.
in d. reg. 1. verbo obtineri de regul. iur in 6.* Aper-
tequè id probatur ex *Hoſtienſ. in ſum. tit. de in
ſtitut. lib. 3. num. 1.* quo loco inſtitutionem de-
ſcribit; Eccleſiæ, eccleſiaſticiquè beneficij
colla-

Google

collationi, inferius ſub ſuo ſuperiori prædi-
cato; innuateque,maius, atque generalius
verbum eſſe collationem, quàm inſtitutio-
nem,quæ ſub collationis genere, quaſi ſpe-
cies comprehenditur, proſequiturque *Dy-*
nus ad d.regulam primã n. 1. cum ſeq. & nu.24.
Pariſ.de reſignat.lib.11.quæſt 3.num.23.

Neque teſtator per quos deberet fieri
collatio epreſſit, ſed generatim, vniuer-
ſimque dixit (*ſia lecito conferirſi per la celebra-*
„ *tione di dette meſſe,conforme haue detto,in detto*
„ *teſtamento,& non aliter.*)

Si enim voluntatis ſuæ fuiſſet immutare
in hoc, quod in teſtamento diſpoſuerat ad
fauorem, & commodum dicti D. Caroli,
(quem facto caſu,quo intra biennium,Pau-
lus eius nepos Clericus non fieret, nomi-
nauit, ac præſentauit,) dixiſſet, vtique,cum
25 non magnum ei fuiſſet hoc dicere,ſi voluiſ
ſet;vt cum non dixerit, neque voluiſſe vi-
deatur *text.* eſt ſatis apertus *in l.vn.in fin.§.ſin*
autem ad deficientis,C.de caducis tollen. quo *tex.*
ſequentibus rem hanc, rationem reddens,
Imperator manifeſtam fecit: *Nam ſi contra-*
rium voluiſſet, (inquiens) *nulla erat difficul-*
tas coniunctim diſponere,& apertiſſimis verbis,
dilucidiuſque hoc reddit Innocentius Ter-
tius *in cap.2.§.ſed neque iſtud verſ. vnde ſi circa*
de translat. prælatorum. Rationem enim affe-
rens, quare non de tranſlatione exaudiri
debeant,quæ illo canone de ceſſione dicta
fuerant:*Vnde ſi circa tranſlationem idem voluiſ-*
ſet fieri,(loquens) *quod de ceſſione dixerat,& de*
*tranſlatione poterat expreſſiſſe,*ſic ibi:& *cap.ve-*
niens 19.§ non obſtante: ibi: cum de ipſis nul-
lam fecerit mentionem, *de præſcript.gloſſ.in*
cap.1.§.ſi quis Eccleſiaſticus verbo officij de ſent.
& re iudicat.l.ſi ſeruum 70.§.prætor.ait. ibi:nõ
dixit prætor. *ff. de acquir. hæredit. Rota apud*
Cardin. Caualer. deciſ.60. num.4. & deciſ.
340.num.5.& in Tullen Monaſterij 1597.*coram*
Penia deciſ.112.num.8.poſt primum vol.Conſil.
*Farinac.*diximus *reſponſ.36.num.8.part.1.& in*
tutamine iuriurium Eccleſiæ noſtræ Iuuenacen.
reſponſ.3.num.19.

26 At id voluiſſe dumtaxat videtur teſtator
quod ex verbis concipi poteſt, ad *text. in l.*
Gallus 29.§.quidam rectè in fin.ff.de liber.& poſt
humis vbi Sceuola *lib.6. quæſtionum* loquitur;
Quidam rectè admittendum credunt,etiam ſi non
exprimat de morte filij,ſed ſimpliciter inſtituat,vt
eo caſu valeat,qui ex verbis concipi poſſit. Ex ver
27 bis autem noſtri teſtatoris id, quod Aduer-
ſarij dicunt concipi haud poteſt. Non igitur
voluit.ſequitur *Bald.in l cum virum,C.de fidei-*
commiſſis,Aemilius Ferrettus reſponſ. 10.*num.2.*

28 Neque enim aliud quicquam voluiſſe
teſtator præſumitur, quàm quod dixit; ne-
que dixiſſe,quàm quod mente agitauit, vt
ex Diuo Baſilio loquitur *Petrus Gregor. Tho-*
29 *loſates*,vir ſane doctiſſimus *Sytagmatum iuris*
vniuerſi tom.2.lib.24.cap.1.nu.1.in fin. Et vſur-
pauimus nos *d.reſponſ.36.num.7.part.1.& reſ-*
30 *ponſ.10.num.7.ead. part.* Verba quippe ſunt,
quæ abſtruſam in præcordijs mentem in
apertum deducunt; vt Celſus ex Tuberonis
ſententia ſequitur *in d.l.labeo ,7. §.1.Tube-*
30 *ro,ff.de ſuppellectili legata.* Neque aliud expli-
catius mentis noſtræ teſtimonium afferre
poſſumus,quàm verba,*ſecundum Bald.in l ge-*
neraliter 13.in 1.notab.C de non numerata pecu-
nia. Et manifeſtiſſimum fit ex illo militum
ad Petrum;arguentium eſſe eum ex diſcipu-
lis Ieſu ex eius loquutione: *Vere* (dicentes)
& tu ex illis es: nam & loquela tua manifeſtum
te facit. apud *Matth. 26.73.* Et Philoſophus
quidam cuidam alteri dixit: *loquere,vt te co-*
gnoſcam. Ex loquela quippe quid in ab-
ſtruſis animi penetralibus habemus,manife-
32 ſtè cognoſcimus. Et ſcriptura,qua veluti
verbis mentem aperimus, mentis ſpeculum
dicitur apud Caſſiodorum,*lib.1.variarum in*
præfatione,pagina 4. (aientem) *Cælat etiam* (*vt*
ita dixerim) *ſpeculum mentis tuæ; vbi te omnis*
ætas ventura poſſit inſpicere. Sicuti enim in ſpe
culo faciem contemplamur,ita ex verbis,ac
conſequenter ſcriptis (quę verba dici poſ-
33 ſunt) non obſcurè, & mentem. Neque
aliò verba tendunt, quàm vt mentem ape-
riant proferentis,*cap.intelligentia ſermonum 6*
de verborum ſignificat. Menoch.lib.6. præſumpt.
35. num.6. id ipſum vero, & ſcripta faciunt,
exhibentque.

34 Inde quippe verbum illud, ſine dictionẽ
adiecit teſtator,quando dictis in teſtamen-
to ſe retulit in hac parte, (*& non aliter*) vt
oſtenderet ſe à diſpoſitis non diſcedere; ſed
firmiter illis inhærere,vt fierent, exeque-
renturque. Quoniam dictio præfata (*& non*
aliter) enixam voluntatem ſuam fuiſſe eſſe-
que oſtendit:collationem per ordinarium
fieri debere, iuxta in teſtamento diſpoſita,
(neque aliter:) dictuſque D.Carolus,quem
ipſe nominauerat,præſentaueratque, omni-
modo inſtitueretur ad beneficium,ſiue Cap
pellaniam prædictam,*Cæſar Bartius deciſ.Bo-*
nonien.79.num.45. Cardin.Tuſcus tom.2.littera
D.concluſ.321.

Neque enim Teſtator,quis nam collatio
nem præfatam faceret,exprexit; ſed ſim-
pliciter dixit, atque in genere: *ſia lecito*
„ *conferirſi per la celebratione di dette Meſſe, con-*
forme haue detto in detto teſtamento. & non ali-
*ter;*De collatione,vtique,ſiue inſtitutione
per Ordinarium facienda exaudiuit, ad ter-
minos regulæ prædictæ *prima de regul. iur. in*
*6.*Cùm confundatur inſtitutio, cum colla-
35 tione (vt ſupra diximus,)& abuſiue teſtator
loquutus fuit,vt fieri aſſolet, præſertim ve-
rò,vel à perſonis ſimplicibus,vel ab imperi-
tis Notarijs,qui omnia ſe ſcirè putant, dum
36 (& cætera) norunt. Notarij proinde error
haud in aliquo præiudicabit dicto D. Caro-
lo,neque diſpoſitis per teſtatorem;iuxta tra-
dita per *Rotam apud Coccinum Decanum deciſ.*
373.num.10.

Reſtrinxit ſe itaquè ad diſpoſita in teſta-
mento, coarctando illa, ne aliter exaudiri
poſſent, quàm ipſe, vel diceret, nunc, tempo-
re codicillorum; vel dixerat prius rogati te-
37 ſtamenti tempore. Hoc ipſum porrò dictio
illa (*& non aliter*) operatur, quòd compri-
mit dicta; ne aliàs, aliterquè exaudiri valeât,
quàm quòd in teſtamento dictum fuerat.
Secundum *Gloſſ. in l. ſi quidem 9. vbi Bald. nu. 3
C. de exceptionibus Surdus conſ 143. n. 43. vol. 1.
Viuius deciſ. 234. num. 2. Maſtrill. deciſ. 1. nu. 12.
part. 1. nos reſponſ. 10. num. 60. part. 1.* quo loci
alios retulimus, ne eadem repetamus. Ha-
bet quippe naturam præciſam, aſtringẽtem,
coarctantem, dilationi repugnantem, impe-
dientemquè diuaricationem, *Marta voto 48
num. 12. & 15. Ludouicus Morotius reſponſ. 2.
num. 14. & reſponſ. 62. num. 26.* Quin imò for-
38 mam indicit omnimodis exequendam,
juxta præſcriptionem in teſtamento datam,
ad quod relatio facta fuit, nulloquè pacto
negligendam. *Rota part. 2. tom. 1. in recentiorib.
deciſ. 16. num. 2. Marta voto 196. num 3. & clau-
ſul. 76. num. 8. part. 1. Barboſ clauſ. 81. num. 8. &
de dictionib. dict. 220. Bart. d. deciſ. 79. num. 45.
nos ipſi d. reſponſ 10. nu. 60. & 61.* Vt quicquid
39 aliter factum fuerit, nullum, inualidumquè
reddatur, vt poſt alios ſequitur, *Barboſa de of-
fic. Epiſc. part. 2. allegat. 32. num. 147.*

40 Inde quippe generaliter verba fecit teſta-
tor dicendo; (*Sia lecito conferiſi per la celebra-
tione di dette Meſſe conforme haue detto, in detto
teſtamento, & non aliter*) nequè ad indiuiduũ
aliquod ſe reſtrixit; vt generaliter quoquè
exaudiretur, iuxta id, quod in teſtamento
diſpoſuerat, ad quod ſe referebat, *ad text. in l.
1. §. generaliter, vbi Gloſ. verbo in infinitum, ff. de
legatis præſtand Puteus deciſ. 266. in princ. lib. 2.
Nauarr. conſ. 20. num. 6. in fin. lib. 5. de ſentent.
41 excommunicat.* Referens verò relatum con-
tinet ſuis cum qualitatibus omnibus, *l. aſſe
toto 77. ff. de hæredibus inſtituend. l. ſi ita ſcripſero
38. ff. de conditionib. & demonſtrat. l. ait prætor. 5.
6. 1. ff. de re iudic Aymon conſ. 45. num. 4.* Rela-
42 tum proinde attendi debebit magis, quàm
referens, *Proauus meus Robertus Maranta conſ.
67. num. 2. Rota part. 1. diuerſorum deciſ. 352.
43 num. 2.* A pari enim ſunt, nominatim aliquid
exprimi, vel per relationem ad aliud. *Pariſ.
conſ. 122. num. 3. lib. 1. Rota apud Dominum Coc-
cinum Decanum deciſ. 487. num. 2. & apud Card.
Caualerium deciſ. 94. num. 7.* Idem enim fuiſſet
ſi teſtator in Codicillis dixiſſet; *ſia lecito a det
to D. Carlo farſi inſtituire conforme hò detto, nel
mio teſtamento:* atquè fuit cum dixit: *ſia lecito
„ conferirſi per la celebratione di dette Meſſe, con-
„ forme hà detto in detto teſtamento, & non aliter.*
44 Quia nimirum relatio repetitionem infert
omnium, quæ in relato continentur, ſuis cũ
qualitatibus omnibus, *l. à filio 15. §. teſtator. cũ,
§. ſeq. ff. de alimẽt. & cibar. legat. Rota in Roman.
hæreditatis 14. Iunij 1610. coram Pirouano deciſ.
292. n. 6. in fin. ad calcẽ 2. tom. Conſilior. Farinac.
apud S. memor. Gregor. XV. deciſ. 522. num. 9. &
45 10.* Potiſſimum vero cùm relatio facta fue-
rit ad omnia cõtenta in teſtamento relato,
dicendo, (*conforme haue detto, in detto teſtamen
to, & non aliter*) Nãq; intelligitur facta relatio
cum omnibus ſuis qualitatibus, ſingula ſin-
gulis referendo, *Detius conſ. 183. num. 1. Ay-
mon. d. conſ. 45. num. 4. Rota apud S. memor. Gre-
gor. XV. deciſ. 433. n 9.* Vt videlicet præſentare
habeant Hieronyma eius filia, Fabbius Per
fectus, & Marinus. Et poſt mortẽ Hierony-
mæ, & Fabbij, Marinus, eiuſquè filij, & hæ-
redes. Atquè ſi intra biennium poſt eius ſu-
prema funera, fieret Clericus Paulus Sorbus
eius nepos, ipſe Cappellam, ſiue beneficium
„ obtineret. *E nõ facendoſi Clerico detto Paolo frà
„ anni due, reſti per Cappellano, e beneficiato di
„ detta Cappellania lo detto R. D. Carlo Caputo. At
„ teſo dà mò per all'hora l'haue præſentato, e pre-
„ ſenta per ſuo Cappellano, & beneficiato in detta
„ ſua Cappella, & ius patronato.* Hæc nem-
pè omnia repetita cenſentur per relatio-
nem illam a Teſtatore factam: *ſia lecito
conferirſi per detta celebratione di dette Meſſe,
conforme haue detto, in detto teſtamento, & non
aliter.*

Quin imò, ſi rectè perpenderimus, non
ab reloquutum fuiſſe teſtatore dixerimus,
cum dixit, *ſia lecito conferirſi conforme haue det
to in detto teſtamento.* Vt ab Ordinario (videli-
cet), collationem, ſiue inſtitutionem facien-
dam inferret. Iam. n. ipſe nominationem, &
præſentationem in teſtamento de Carolo
fecerat: *Atteſo da mò per all'hora l'hà preſentato,
& preſenta per ſuo Cappellano in detta ſua Cap-
46 pella, & ius patronato.* Quia omnino neceſſi-
tate tenetur Ordinarius præſentatum a pa-
trono inſtituere; vnde inſtitutio neceſſitatis
eſt, (ni fortaſſe, vt indignus præſentatus re-
47 pellatur,) non voluntatis: Alioquin colla-
tio omnis patrono ſpreto nulla redditur, &
inualida *cap. cum laycis 10. & cap. ex inſinua-
tione 14. de iure patronatus, & cap. ſignificaſti 18
eod. tit.* & perpendit non incongrue *Chriſto-
phorus de Roffiniaco de beneficijs cap. 29. num. 7.
8. & 9. tom. 15. part. 1. tractat. fol. 281.* Voluit
proinde teſtator, per dicta verba (*ſia lecito
conferirſi, conforme, hò detto, in detto teſtamento,
& non aliter.*) Inſtitutionem inferre, omninò
conſequendã ab Ordinario (vt in ſuperiori-
48 bus oſtendimus.) Ne alioqui mutationem
in vna, eademquè voluntate teſtatoris ſine
cauſa admiſerimus. ſecundum Valentis ſen
ſum, & dicta, *lib. 1. fideicommiſſorum in l. non ea-
dem 88. in fin ff. de condit. & demonſtrat.* Quia
non eſt præſumptio, reuocandi animo feciſ-
ſe, ſi non dixit, *vt gloſſ. ibid.* aduertit *verbo præ
ſens in fin. reſponſ. 21. num. 91. part. 2.*

Verum enim vero cedant mihi nunc
Aduerſarij, compellabo illos pauliſper. Reſ-
pondeant (quæſo) mihi: Mutatam quoniam
ipſi aſſerunt priorem voluntatem in teſta-
mento à teſtatore ſcriptam, quoad præſen-
tatio

tationem de Carolo factam,per verba illa in
Codicillis:*E non facendoſi Clerico: detto Paolo;
ſia lecito conferirſi per la detta celebratione di d.
Meſſe,conforme haue detto in detto teſtamento,&
non aliter*. Eſt ne mutata voluntas, quò ad
præſentationem Caroli? Eſt vtiquè reſpon-
debunt.Compellabo iterum: Eſt ne mutata
voluntas,vt Paulus Sorbus ſi Clericali mili-
tiæ aſcribatur, beneficium obtineat? Non
vtiquè redicent ipſi.Ego mutatam volunta-
tem fuiſſe dicam:nimirum,quòd teſtator in
in codicillis,non vtiquè ampliùs de præſen-
tatione verba fecit, ſed dixit ſolummodo:
„ *Et elaſſi detti due anni, lo detto Paolo Sorbo ſuo*
„ *nepote facendoſi Clerico ſia lecito trouare vn Sa-*
„ *cerdote per fare celebrare dette Meſſe,conuenen-*
„ *doſi con detto Sacerdote.*

Non itaquè de præſentatione amplius
meminit teſtator.Mutatus vtiquè arguitur
ab illa primeua voluntate, vt beneficium
conſequatur,ſi intra biennium Clericus fie-
ret.

49 At dicent:mutatio nō arguitur,niſi qua-
tenus verbis exprimatur,quæ(vt in ſuperio-
ribus diximus) quid in animo lateat dicen-
tis in apertum deducunt.Mutatio autem vo
luntatis non præſumitur, *l.3. vbi gloß. verbo
conuenitur, ff.de probat.Gratian. dec.35. n.6.&
deciſ.43.num.23.Alciat. regula 2. præſumpt.16.
de præſumpt.Surd.deciſ.111.num.9.& deciſ. 288*
50 *num.36.*Qui itaquè mutatam voluntatem
dixerit,ipſe adſtruere probatione tenebitur,
*l.eum,qui 21.ff.de probat.l.Lucius 22.in fin.de le-
2.text.cum gloſſ.in cap 1.verbo cum timore de
bis,quæ vi,metuſquè cauſa fiunt*, Firmus igitur
perſeuerauit in ſua voluntate teſtator,ſi fie-
ret(Clericus,) Paulus;ipſe vt beneficium ob
tineret,*cap.maiores Eccleſiæ. 3.§. fin dormien-
tes,vbi gloſſ.verbo perdurare de batiſmo,& eius*
51 *effectu*. Quia,vt non obtineret,non dixit;vt
nequè nos dicere debeamus, *ſecundum gloſſ.
fin.in fin. ff. de pactis*. Quam commendat *Oſa-*
52 *ſcus deciſ.64.in fin. num.70.* Eamquè in omni
materia locum habere,docet; atquè in vlti-
mis voluntatibus præſertim, *argumento text.
in d.l.vn.§ ſin autem ad deficientis, C.de caducis
tollend.Surd.conſ.344.num.19. vol.3. Morotius
conſ.27.num.8.idem Surd.conſ.125.nu.15.vol.1
Nicholaus Euerard conſ 21.num.12. Perez de
Lara de anniuerſar.lib.1.cap.18 num.10.* ☛ *11.*
Optima quidem reſponſio. Vērum interpel
labo. Vnde igitur habes mutaſſe volūtatem
ſuam teſtatorem, quam teſtamento expreſ-
ſerat; ſi Clericus non fieret Paulus, benefi-
cium obtineret D. Carolus Caputus? Ex
Codicillis? non vtique. Quia id teſtator
non dixit.Ergo neque nos dicere debemus,
vt ipſe paulò ante (nec incogruè) reſpondi-
53 ſti.Patiaris itaquè legem, quam tibi ipſe di-
xiſti,ſecundundum *text. in cap. cum omnes 6.
§. cum igitur de conſtitutionib vbi gloſſ.verbo pa
tere*,refert illud Auguſtini,dicentis:*Talis ſum
in ſcriptis aliorum, quales volo eſſe intellectores
meorum,& can. nequè quorumblibet 10.vbi etiā
Gloſ.9.diſt.Nauarr.in can.hæc verba,in glo.n.7.
& num.8.de pœnit.diſtinct.1.* Iuxta etiam Oui-
dianum illud.

„ *Neque enim lex iuſtior vlla eſt,*
„ *Quàm necis artificem arte perire ſua.*

Non itaq;dicere debebis,& tu,quòd teſta-
tor de rebus ſuis diſponens, (cuius voluntas
lex eſt:) minime dixit.Patiaris ergo,vt ſuum
habeat ius D. Carolus, qui à Teſtatore fuit
præſentatus: & cuius voluntas per codicil-
los mutata minime fuit: quin magis firma-
ta:quia voluit:(*Non facendoſi clerico detto Pao*
„ *lo ſia lecito conferirſi,conforme haue detto,in det-*
„ *to teſtamento,& non aliter*) Vt ita cuiquè ius
54 ſuum tribuatur iuxta iuſtitiæ partes; hone-
ſtè viuere, alterum non lædere, ius ſuum
cuiquè tribuere,*l.iuſtitia.10.ff.de iuſt.& iure,
in proemio decretalium,§ deniquè lex can.ius na-
turale diſt 1.cap.ex ore 17. in princ. de priuileg.*
55 Alioquin contra iuſtitiam peccabunt dam-
num dicto D.Carolo,quòad aſſequutionem
beneficij, inferentes, in quo per teſtatoris
nominationem, & præſentationem ius ha-
bet in re, non ad rem,tantùm;quia conuelli
illud minime poteſt:(vt in ſuprioribus dixi-
56 mus.) Obnoxij proinde erunt eorundem
damnorum reſtitutioni; vt non remittatur
peccatū niſi reſtituatur ablatū,*ad regulā pec-
catū,4.cū ibi notat.de reg.iur.in 6 S.Th.2.2.q.59
ar.vlt.Caie.in ſumm.verb.iniuſtitia. Nauar.man.
cap.17.num.74.Gratian deciſ.Rota Marchia.97.
num.25.nos reſponſ.2.num.58.& 67.part.2.*

Verum inſtabis vlterius: Teſtatorem in
codicillis diſpoſuiſſe;ſi intrà biennium Pau
lus non fieret Clericus,licitum eſſet: *Confe-
rirſi per la celebratione di dette Meße, conforme
haue detto in detto teſtamento,& non aliter.*

Exaudienda, igitur verba erunt, vt
debeat conferri beneficium per præſentatio
nem à Hieronyma,& Fabbio:& Marino fa-
ciendam,hoc enim dixit in ſuo teſtamento
teſtator. Attendi igitur debet eius voluntas,
quæ lex eſt,vt in ſuperioribus diximus.

57 Sed hoc diuinare eſt, vt *Crauetta* aduertit
conſ.161. num.12. Et taliter quiſquè iudicat,
qualiter ipſe affectus eſt: vt Ariſtoteles Phi-
loſophorum Princeps docet.

Aſſeris enim hoc, quia taliter fieri optas.
58 A tota tamen via aberras proprio ductus
amore, qui cæcus eſt. Non mirum igitur ſi
captus & ipſe ſis oculis; ne quid deceat vi-
deas,iuxta Ouidianum illud in Epiſt.

„ *Quid deceat non videt vllus amans.*

Et Propert.elegear.2.

„ *Ante pedes cæcis lucebat ſemita nobis:*
„ *Scilicet inſano nemo in amore videt.*

An ita ergo à ſenſibus aberras,oculis cap-
tum ſequens,proprio ductus amore, nec ſa-
ne ductus,quin magis tractus, iuxta illud:
Vergilij.

59 „ *Trahit ſua quemque voluptas.*

Et modo eodem *Ouid.lib.1.de arte.*

X 2 *Nil*

„ *Nil niſi turpe iuuat, cura eſt ſua cuique voluptas,*
„ *Hac quoquè de alterius grata dolore venit.*

Vt non perſpicias, neque capias; Teſtatorem retuliſſe ſe ad omnia diſpoſita in teſtamẽto, & ab eo in illo dicta: *(Sia lecito* (inquiendo) *conferirſi per la celebratione di dette Meße, conforme haue detto in detto teſtamento, & non aliter?)*

Ad omnia quippe dicto teſtamento ſcripta, dictaquè ſe retulit teſtator, & non aliter. Omnia igitur, quæ in illo continentur, complexus eſt. Nihil ergo excluſit: nequè præſentationem, & nominationem ab eo factã de D. Carolo Caputo, ſi intra biennium ab eius morte, non fieret Clericus Paulus eius nepos, primo loco ab eo vocatus; nequè pręſentationem à Hieronyma, & alijs ſuo tem-
60 pore ſucceſſiue faciendam. Quia profectò nihil dictorum excludit, qui omne dicit. probat id apertè locus Pauli ad *Habræos* 2.8. vbi de Chriſto loquens affert illud *pſal.* 8. omnia ſubiecisti ſub pedibus eius. *In eo* (inquiẽdo) *ꝙ omnia ſubiecit, nihil dimiſit nõ ſubiectũ ei.* In eo igitur (dicamus nos) quòd teſtator ad omnia in teſtamento dicta, quòad collationem faciendam, *(conforme haue detto in detto teſtamento)* ſe retulit; nihil dimiſit in hac parte, quod non compræhenderit, non concluſerit, non ſubiecerit, *ad text. in c. ſolitæ 6. §. nos autem, vbi Gloſſ. de maiorit. & obed. can. ſunt nonnulli 115. vbi gloſſ. verbo ab omni prima quaſt. 1. l. à Procuratore 23. C. mandati. Rota in Romana fideicommiſſi de Vrſinis 25. Martij 1585. coram Orano deciſ. 27. num. 3. apud Picum ad ſtatutum Vrbis. nos d. reſponſ. 10 nu. 59. & in tutamine iurium Eccleſiæ noſtræ Iuuenacen reſponſ. 2. nu. 9. 10. & 11.*

61 Quis enim, ita ſciolus erit, & Sapientum octauus, (vt prouerbio fertur) (Septẽ enim ſunt Sapientes apud Græcos, qui ſapientiorem ſe præſumit, Sapientum octauus dici poteſt), vt dicere valeat, hoc compræhendiſſe, illud autem minimè, ſed excluſiſſe teſtatorem, cùm ſimpliciter ipſe dixerit: *(conforme haue detto, in detto teſtamento?)* Vt omnem caſum ab eo in illo expreſſum compræ-
62 henderit, incluſeritue. Vbi ipſe igitur non diſtinxit, nequè nos diſtinguere decet, *ad tex. in l. non diſtinguemus 37 ff. de receptis abitris, cũ ibi notatis, & l. de pretio. 10. ff. de publician. in in rem actione. Achilles in regula de publicandis deciſ 2. num 3 Guido Papa deciſ. 629. num. 9. nos reſponſ. 18. num. 11. part. 2.*

Perpenſa potiſſimum particula illa, ſiue dictione (& non aliter,) qua voluntatem ſuam apertiſſime declarauit, nolle aliter collationem beneficij præfati fieri, quàm quòd ſecundum ea, quæ ipſe in teſtamento diſpoſuerat: vt nullo pacto præſentationi per eum factæ de D. Carolo (ſi intra bienniũ Clericus
63 nõ eſſet Paulus) derogaſſe videatur. Quia dictio illa (non aliter) præciſæ naturæ eſt (vt in ſuperioribus diximus) operaturq; ne verba per eam, (veluti cancellis reſtricta) modificationem, ſeu interpretationem aliquam ſeparatam à diſpoſitis vllo pacto admittant. vt poſt *Iaſon. conſ. 80. num. 16. lib. 3. Crauetta conſ. 201. num. 43.* ſequitur *Morotius d. conſ. 2. num. 14.*

Voluit igitur, per expreſſa in codicillis, nihil derogari ijs, quæ in teſtamento diſpoſuerat; cum collationem fieri iuſſit ſecundum ea, quæ ipſe in teſtamento mãdauerat, ſcripſeratquè, & non aliter. Alioquin omnia ex noſtro arbitratu immutabimus: cum
64 ſit altas teſtatoris voluntas verbis expreſſa omnino implẽda; quia lex eſt (vt diximus,) ſequiturquè *Rota in recent. part. 2. tom. 1. deciſ. 254. num. 2. in fin. & in nouiſſimis diuerſorum deciſ. 365. n. 44. p. 5. & apud Card Caualer deci. 394 num. 1. & deciſ. 471.* Coadiuuantquè perpenſionẽ hanc non minimi verba ipſa teſtatoris, nouiſſima. quibꝰ in codicillis in fine exprexit, dicens: *Et anco vole, che s'adempiſca la codicillo fatto clauſo per mano del prædetto Notare iuxta la dichiaratione da eſſo fatta al tempo, che ſi celebraranno dette Meſſe, e dell'altro rimanente, vole, che s'adempiſca detto teſtamento, & non altro* Impleri igitur teſtamentum, nec aliud quicquam præcepit teſtator.

65 Eius ergo parendum eſt legi, ac voluntati. Quia publicè expedit ſuprema hominum iudicia exitum habere, ſecũdum Pauli verba in *l. vel negare 5. ff. quemadmodum teſtamenta aperiantur* diximus *reſponſ. 32. num. 20. part. 1.* Ne videantur, *Mortuos rurſus occidere*, vt adagio fertur, quod nolint eorum voluntates exitum habere: vt quidam apud Græcos dixit.

„ *Age, mortuo concede, ne qui extinctus eſt*
„ *Stimulato: Quæ nam eſt fortitudo, mortuum*
„ *Necare rurſum?*

Nequè vlteriùs inſtabunt Aduerſarij, dicentes: quod impletum non adhuc ſit biẽnii tempus poſt teſtatoris ſuprema funera, intra quod Paulus fieri Clericus debebat, vt in teſtamento edixerat, ea ſolum ducti ratione, quòd tempus celebrationis miſſarum initiũ ducere debeat à die factæ emptionis: atquè in codicillis tempus dilatarit ad ſeptẽ menſes, emptionem prædictam exequendi: *Hora vuole habbiano tempo ſette meſi dopò la morte di eſſo codicillatore:* ad emptionem complendam) *E che tratanto non ſiano moleſtati dalla Reuerenda Fabrica.* Nihil enim ad rem noſtram ex hac inſtantia.

66 Quoniam à diuerſis, & ſeparatis nulla rectè deducitur illatio: *ad text. in l. Papinianus exuli 41. ff. de minoribus.* Quid enim comune habet cum emptione facienda, & celebratione miſſarum, præſentatio ad Cappellaniam, ſeu ius patronatus per eum teſtamento fundatum: & tempus bienni per eundem addictum intra quod dictus Paulus Clericus fieri debebat?

Nam

Nam apertiſſimis ſatis verbis teſtator te-
ſtamento voluntatem ſuam aperuit: dicens,
„ *E dà mò per all'hora ſecuta ſua morte preſenta,*
„ *per ſuo Cappellano in detta Cappella Paolo Sorbo*
„ *ſuo nipote,facendoſi però Clerico trà anni dui dal-*
„ *la morte di eſſo teſtatore .*
„ *E non facendoſi Clerico detto Paolo frà anni due*
„ *reſti per Cappellano , e Beneficiato di detta ſua*
„ *Cappella lo detto R.D.Carlo Caputo.*

Hoc biennium indultum vtiquè fuit à
Teſtatore ad fauorem Pauli, quem ad bene-
ficium præſentauerat,vt intra illud Clericali
militiæ aſcribi poſſet: Adiecta etiam vlterio
ri diſpoſitione: *E non facendoſi Clerico fra anni*
due,reſti per Cappellano detto D. Carlo.&c.

Duo itaquè in hac diſpoſitione perpen-
denda ſunt;& tempus adiectum biennij ad
fauorem Pauli , intra quod ad Clericalem
militiam aſcribendus erat: Et diſpoſitio ad
fauorem D.Caroli,quando dictus Paulus in
tra biennium Chriſto per Clericalem ton-
ſuram nomen non dediſſet;vt eſſet ipſe Cap
67 pellanus. Videtur ergo tempus præfatum
biennij pro forma appoſitum,vt intrà illud
Paulus promoueretur . Non poterit ergo
tempus iſtud vltrà differri , quàm teſtator
68 eddixit . Et quia forma vitiari non poteſt,
quæ ſola dat eſſe rei ſecũdum Philoſophos,
& apud noſtrates text.*in l. Iulianus 9.§. ſi quis,*
rem,ff.ad exhibendum,cap.prudentiam 21.in fin.
princip.de offic.delegat.vbi Gloſſ.verbo citrà for-
mam,cap.piſanis 19.vbi glo.ſi.de reſtitut. ſpoliat.
Rota deciſ.11.num.5.de iure patronat. in antiquis
gloſ.in auth.qua ſupplicatio,C.de precib.Imperat.
offerend.in gloſſ.1.in 2. notab. ſuper verbis *text.*
niſi ſub hac forma . ex Bald. & Saliceto, dicens
69 *nota,quod tempus dicitur de forma actus.vnde in*
fert Bald.quod ille,qui non obſeruat tempora con-
ſtitutionis,non dicitur ſeruare formam , his *Gloſſ.*
quam ſequitur *Afflict. deciſ 73. n 5.& 6.Caro*
lus Tappia Regens deciſ.Sacri Conſilij 3 n.3.& 4.
70 Et quia tẽpus illud taxatiuè videtur adie-
ctum , quia certum , & determinatum fuit,
(biennij ſcilicet),vt ſi intra illud clericus nõ
fieret,ius quæreretur D.Carolo. Non itaquè
licebit amplius Paulo tempus aliud expecta
re,etiam ſi idoneus ipſe eſſet,vt Clericus fie
ret ; cum taxatum tempus præterlui paſſus
71 fuerit,*Oldradus conſ.203.num.5* Quia nimirũ
tempus determinato modo prolatum , non
recipit functionem alterius tẽporis,vt aper-
tiſſimè docet Pomponius *lib.15. ad Sabinum*
in l.ſi vſusfructus mihi intra biennium 6.vbi glo.
ff.de vſu , & vſufruct. legato text. ſatis apertus
(noſtro iudicio) in *cap.ſtatutum 23.de elect.in*
6.quo *text.* moderatur Bonifacius Octauus
diſpoſitionem Gregorij X.*in cap. licet canon.*
*eod.*de aſſumptis ad Parochialium Eccleſia-
rum regimen intra annum ad Sacerdotium
promouendis ; alioquin eiſdem Eccleſijs
ſint priuati. declarans ad Collegiatas Eccle-
ſias non extendi.*Gloſſ. ibid. verbo alioquin* ſa-
tis ad rem noſtram concinnè:*id eſt*(explicat)
ſi ſe non fecerint infra annum promoueri . & in
verbo priuati. intelligas (inquit) *integro lapſo*
anno.Rota apud Sanct.memor.Gregor XV. deciſ.
338. *num.4. & 5. & deciſ.371. num.1. & apud*
*Coccinum deciſ.414 num.3.*Sicuti quippe non
ſat eſſet ad Parochiales Eccleſias promotis,
euoluto iam anno , ſi ad Sacerdotium pro-
mouerentur;ita per æquè,nec Paulo,euolu-
to biennio,ſi clericali militiæ nomen daret.
72 In damnum potiſſimum D. Caroli, qui
immediatè (*non facendoſi Clerico detto Paolo*
frà anni due) Cappellanus denunciatus fuit,
atquè præſentatus,eiquè ſtatim elapſo tem-
pore duorum annorum , vti a teſtatore vo-
cato,ius ad beneficium præfatum (etiam in
rè)quæſitum fuit, (vt in ſuperioribus dixi-
mus.)
73 Iuri ergo eidem iam quæſito præiudiciũ
inferri nullo modo poterit , nequè etiam
per Principem : vt notat *Rota apud Cardinal.*
Caualer.deciſ.231.num.4. in Mediolanen benefi-
cij 17.Decembris 2612. Molina de iuſtit. & iur.
tom.3.diſput.727.nu.1. Bald.in l.ſi conſtante 19.
num.2.C.de donationib ante nuptias. Iaſon conſ.
213. num.17. lib 2. Mariſcottus variar.reſolut.
lib.1. cap.5. num. 10. & ſeq. Oſaſcus deciſ. 179.
num.7.

Nequè in codicillis vllo pacto bienij huic
tempori derogatum quicquam fuit: quin
teſtator in illis ſemper dicti biennij memi-
nit. Vt venire proinde contra expreſſam te-
ſtatoris legem hæredes ſcripti minime poſ-
ſint gentium.
74 Cætcrò quin contra formam ab eo præ-
ſcriptam facient,& nullum, caſſumquè erit
quicquid,forma præſcripta non ſeruata , fa-
cient,*cap.cum dilecta 22. §. dictum inſuper, vbi*
Gloſſ verbo iuris ordinem , extrà de reſcript.Ca-
rolus Tappia d.deciſ 3.num 4. & ſeq. Carolus de
Graſſis de exceptionib.except.33.nu.6. & except.
75 39 *num.2.*etiam ſi in modico defectus fue-
rit,*ad text. in cap. 1. de baptiſmo. & ius effectu.*
76 *idem de Graſſis d.except.39. num 2.* Quia pro-
fectò ceſſante forma , formatum quoque
corruit,& in hilum cedit,*cap.cum ceſſante 61*
de appellat.Rota apud Cardin. Manticam deciſ.
77 286.*num.2.* Namquè in his, quæ de forma
ſunt,ſeruatur rigor;vt *Ruin.* (inquit) *in rub.*
ff.de noui oper. nunciat. num.9.& ſequuta fuit
Rota part.1.in recentiorib.tom.1.deciſ.175.nu.2.
78 *Gratian.forenſ.part.1.cap.166.num.16.* Forma
enim indiuiſibilis eſt , ſecundum Philoſo-
phorum ſententiam, & dixit *Rota in Brixien*
locationis 30.Decembris 1594.coram Penia dec.
*30.num.3 part.1.tom.1. in recentiorib.*Quare,
vel tota corruet; vel tota ſeruabitur, ſecun-
dum Caium *in l. ſi is , qui quadrigenta 79. §.*
quædam legata,ff.ad l. falcidiam Tappia d.deciſ.3
num.19.& 20.

Seruari igitur tempus debebit pro forma
à Teſtatore datum , intra quod Paulus ad
Clericatũ aſſumi tenebatur,vt beneficio po
tiretur;alioquin in prõptu ius ad illud aper-
tum

Digitized by Google

tum eſt Domino Carolo Caputo, ab ipſomet teſtatore conſequenter ſecundum da-
79 ram ab eo formam vocato. Porrò forma data videtur, vbi aliquid, & per prius,& per poſterius perquiritur, vt id ſuccedat, quod diſpoſitum eſt. *Pariſ. de reſignat. beneficiorum lib.8.q.8.nu.103.Tappia d.deciſ.3.num.6.& 17.* Vt quid enim volunt aduerſarij, vt ſuo faciant ſenſui ſatis; cum potiùs appetitus no-
80 xios ſub iuris regula limitare deberent: vt Gregorius nonus loquitur *in præmio decretalium* §.*ideoque lex*; & ius diruere, quod D. Carolo acquiſitum iam eſt; & voluntatem conſequēter deturbare teſtatoris, qui legem
81 talem rebus ſuis indixit;& cuilibet in rebus ſuis liberum arbitrium,vt libuerit diſponendi ſacris ſit à legibus indultum? *l.in re mandata 21.C.mandati.*modo legibus ipſis per diſpoſitionem non obluctetur *d.* §.*diſponat. in auth.de nuptijs*,vt abire interim Carolus, quę ſibi inter manus offertur occaſio, ſinat; & non magis illam præmat,iuxta paræmiā il-
82 lam: *Præmenda occaſio*,quia modis omnibus inſtandum eſt, nec omittenda ſemel oblata occaſio, iuuatque Homericum illud.

„ *Vos præmite,& vinclis magis arctè ſtrīgite captū.*

83 Quod igitur ſibi nolunt,ne faciant,alteri, vt ab ipſo naturę principio docemur: Admonetque Concilium Bracharenſe ſecundum, *in can.placuit 12.in fin.10.q.1. cap dilecti filij 13.§ eum igitur de maiorit.& obed.vbi glo. & in proemio decretal § ideoque lex,verbo alterū non lædant.can.1. humanum genus 1.diſt.* Et nos docuit Chriſtus Dominus, & Magiſter noſter (*Matth.7.12.*) bonam conſequentiam.
„ *Omnia ergo*(dicens)*quæcunque vultis, vt faciant*
„ *vobis homines, & vos facite illis. Hæc eſt enim*
„ *lex & Prophetæ.*hæc Chriſtus. Audiant ergo illum;& Patrem de Cœlis dicentem, atque
„ teſtantem: *Hic eſt filius meus dilectus, in quo*
„ *mihi bene complacui, ipſum audite. Matth.17.5.*
84 *2 Pet.1.17.*Et ſit primus gradus ex tribus iuris naturalis: ſecundum *Cardinalem Robertū Bellarminum Illuſtrium Controuerſ.tom.2.lib.1. de clericis cap.29. in princ.*

Atque ita ex his,ſaniori iudicio non reiecto, quin ex petito, reſpondendum eſſe cenſuimus.

CAROLVS MARANTA I.V.D.
Epiſcopus Iuuenacenſis.

Adiudicauit Curia Epiſcopalis Auerſana Carolo dandam eſſe inſtitutionem; illumque in poſſeſſionem induxit.

SVMMARIVM.

1 *Regula 4. Cancellariæ beneficia omnia collectorum, & ſubſectorum reſeruat.*
Satiſque erit ſola deputatio, quamuis exercitium actu non coincidat. nu. 2.
Perquiritur tamen vnicitas in collectore, vt regula locum habeat nu.3.
Alioquin beneficia non afficiuntur n.4.
Et qualitas prædicta vnicitatis probari debet per aſſerentem illam. nu.7.
5 *Qualitas vnicitatis in collectoribus, & ſubcollectoribus probari debet.*
6 *Qualitas requiſita per conſtitutionem probari debet per ſe fundantem in illa.*
7 *Circunſtantiarum prætermiſſio, quæ in aliquo actu exquiruntur, nullitatem actus operatur.*
8 *Qualitas diſpoſitionis ſi deficiat, & ipſa quoque ceſſat diſpoſitio;& nu.13.*
9 *Ordinarius liberè conferre beneficia poterit ſubcollectorum, qui vnici in diœceſi non fuerint.*
10 *Regula 4.Cancellariæ cùm reſtricta ſit ad beneficia collectorum,& ſubcollectorum vnicorum; expandenda haud erit, quia reſtrictiua eſt facultatis ordinariorum; ad vnicos proinde tantummodo ſe reſtrinxit num. 24.& quare nu.27*
11 *Odia reſtringi,fauores conuenit dilatari.*
12 *Interpretatio benignior facienda in pœnis eſt.*
14 *Qualitas, cuius contemplatione diſpoſitum eſt, attendenda, non aliud.*
15 *Deputatione ſecundi ſubcollectoris deficit primus, vnde omnium beneficia ſunt affecta declara. n.16.& 17.*
17 *Subcollectores poſſunt deputari duo in diœcebus magnis ex nouis inſtructionibus.*
Ita vt vnus non impediat alterum in exercitio.
Erit tamen vterque eorum à iuriſdictione exemptus Ordiarij in criminalibus, non in ciuilibus.
Quod non procedit in affectione beneficiorum, ex eadem reg.4.nu.19.
20 *Lex quod non dicit,neque nos aſſerere oportet*
Quare aſſerens,legem dicere, ipſe probandi tenebitur onere nu.21.
22 *Regula 4.Cancellariæ ſatis efficacibus loquitur verbis, vnicorum dumtaxat beneficia reſeruando.*
23 *Quicunque, pronomen, ſatis laxum eſt,& expanſum.*
25 *Dictio(&)ſtat quandoq; expoſitiuè,pro videlicet.*
26 *Verba inutiliter prolata fuiſſe, exaudiri haud debet.*

ARGVMENTVM.

Collectorum, & ſubcollectorum beneficia omnia reſeruata ſunt per regul.4.Cancellariæ.Verùm vnicitas in illis conſideratur.vnde plura ad huius regulæ dilucidationem, non incongruè afferuntur.

ESPONSIO XXXIII.

VAcante Archipresbyteratu cũ cura animatũ in Terra Armẽti Tricaricen. Diœceſis ob mortem vltimi illius Archipresbyteri,qui menſe Septembri proximè præterito extra Romanam Curiam ſuum extremum clauſit diẽ. Propoſito per Illuſtriſſimum Epiſcopum ad Sacri Tridentini Concilij, & Cõſtitutionis Pii Papæ V.præſcriptum edicto pro cõcurſu;inter alios concurrentes examinatus fuit R.D.Lælius Ferrus eiuſdem Terræ Sacerdos,atque idoneus repertus, & approbatus, & per dictum Illuſtriſſimum vti magis idoneus electus,& admiſſus. Cumquè eſſet menſis Ordinarij, nihilominus dictus Illuſtriſſimus Dominus Epiſcopus in difficultatem dedit: poſſet ne ipſe Bullas relaxare,atque Archipresbyteratum dicto D.Lælio cõferre, quòd defunctus Archipresbyter fuiſſet in dicta Terra armenti, & alijs nonnullis eiuſdem Diœceſis locis ſubcollector ſpoliorum ab Illuſtriſsimo Domino Nũtio Apoſtolico Generali Collectore in hoc Neapolitano Regno deputatus, & in exercitio of-
1 ficii prædicti defunctus? Obſtare proinde
regulam 4.Cancellariæ ſuper reſeruatione
beneficiorum collectorum, & ſubcollecto-
2 rum. Vt ad reſeruationem prædictam ſatis,
ſuperquè ſit deputatio officii dumtaxat,
& ſi exercitium actu minimè coincidat, *Rota decif.12. de præbend.in nouiſ. & deciſ. 11. & 13.ac 15.de præben.in antiquis, & apud Verallũ deciſ.140.& 141.par. prima, & apud Creſcent. dec.17.de præbend.Gratian.foren. diſceptationum par.3.cap.574.num.1.& 2. Barboſ. de off.Epiſc. par.3.alleg.57 num.115.Illuſtriſſimus Epiſcopus Vici Aloyſ.Riccius par.3.in praxi reſol.384 nu.2. & in collect.par.5.collect.1647.Ioãnes à Cochier. ad regulas Cancellar.ad dictam regul.4. num.10. 19.et 20.Rota in Licien Canonicatus 19.Februarij 1629.coram Dunozetto deciſ.255.nu.11.par. 5.diuerſ.Mandoſ ad eand.regul.q.4.num.4.*& dictum fuit in *Cremonen.Canonicatus 14.Ianuarij 1630. coram Durano deciſ. 233.num.14.15. 16.& 17.*

3 Verùm reſpondendum cenſuimus, haud
obſtare regulam præfatam. Quia illa(vt beneficia afficiãtur) apertiſsimè perquirit vnicitatem in exercente officium præfatũ Collectoris, vel ſub collectoris: ſic nempè regula.

» *Item reſeruauit generaliter omnia beneficia*
» *quorumcunque collectorum,& vnicorum,in qua-*
» *cunque Ciuitate,& Diœceſi;qui ſuo tempore eorũ*
» *officia exercuerint: ſubcollectorum fructuum, &*
» *prouentuum Cameræ Apoſtolicæ debitorum. Illa*
» *videlicet beneficia dumtaxat, quæ durante eorum*
» *officio obtinuerint; ac in quibus, ſeu ad quæ ius*
» *eis competierit.* Perquiritur proinde omnino
vnicitas in Collectore, vt beneficia reſeruata dicantur, vt apertiſsimè *gloſſator antiquus ad dictam regulã* teſtatur, & ſequuta fuit pluries Rota, vt refert Eminentiſſimus *Cardin. Caualer.in vna Licien.beneficiorum 4. Februarij 1608.deciſ.16.num.1.Riccius d collect. 1647.& d.reſol.384.num.2.par.3.in praxi. Garſias de beneſic tom.primo par.5.cap.primo à nu.365. Gonzal.ad regul.8.gloſ.43.q.8 num 198.& 199. cum ſeq.& gloſ.51.in 18.caſu num.67.& ſeq. Lutter. de re beneficiar.lib.2.q.32.num.181.& 182. Rota in d. Licien. Canonicatus coram Dunozetto. 255.et in alia etiam Licien Canonicatus eiuſdem 26.Martij 1629.coram eodem deciſ. 261. par.5. diuerſ.et in d.Cremonen.Canonicatus coram Durano deciſ.233.num.19.*

4 Vnicus verò non erat dictus Archipre-
sbyter iam defunctus in dicto officio ſub-
collectoris, quia adeſt adhuc, vt aderat ab
initio alter in Ciuitate Tricaricen. Non af-
fecta fuerunt igitur eius beneficia, neq; Ar-
5 chipresbyteratus: Quia nimirum qualitas
prædicta vnicitatis omnino probari debet
per ſe fundantem in illa, vt dictum fuit in
præfata *Licien. beneficiorum coram Eminentiſ-*
ſimo Caualerio d.deciſ.16.ſub nu.1. verſ. & hac
qualitas vnicitatis, Ioan. à Cochier ad d. regul.
num.10.Mandoſ.ibid.q.prima,num.1.& 2.adno-
6 tata per Rotam in materia probationis qua-
litatis requiſitæ per conſtitutionem aliquã,
quod probanda ſit per ſe fundantem in illa
in *Valliſoletana Parochialis 13.Februarij 1626.*
coram Durano deciſ.19.num.11.& 15. Circun-
7 ſtantiarum quippè prætermiſſio, quæ in ali-
quo facto exquiruntur,id operatur, vt factũ
nullum ſit, quinimò nec factum dicatur,
iuxta *gloſ.in can.notificaſti, 2. verbo cum omni,*
*33.q.5.*quam ſequitur *Barboſa,*eamquè cele-
brem,& ſingularem appellat *lib.1.voto 5.nu.*
42 in fin.poſt praxim ſoluendi penſiones.
8 Quia nimirũ ſi diſpoſitionis deficiat quali-
tas,& ipſa manca erit diſpoſitio, ad *gloſ in l.*
mancipia,5.verbo aduocandum,C.de ſeruis fugi-
tiuis, Menoch. de præſumpt.lib.6. præſumpt.15.
num.47.Barboſ.d.voto 5.nu.43.Rota apud Card.
*Seraph.deciſ.482.num.5.*vnicitatis itaquè qua-
litas cum in hoc facto deficiat,ceſſabit quo-
que,& affectionis beneficiorũ qualitas, qua-
tenus afficiuntur beneficia,quatenus ſub-
col-

collectores vnici fuerint(vt dictum eſt.) Li-
9 berum proinde Ordinariis erit ea conferre
beneficia, etiam ſubcollectorum,qui vnici
in Diœceſi non fuerint. Cùm ex hac vna
qualitate beneficia afficiantur.
10 Regula quippe cum reſtricta, atque can-
cellis quaſi obfirmata ſit ad beneficia colle-
ctorum,& ſubcollectorum vnicorum, atq;
proinde repreſſiua facultatis Ordinariorum;
expandenda,atque diffundenda,ac dilatan-
da minimè vtique erit. Ratione ducta ex ver-
bis Bonifacii Octaui in *cap. ſtatutum, 22. de*
electione,in 6. quod cum ſit pœnale (inquię-
tis) reſtringi potius conuenit, quam laxari,
vbi *gloſ. verbo reſtringi*,rationi rationem adii-
11 cit: *Nam odia reſtringi* (dicens) *fauores conue-*
,, *nit ampliari, infra de regul. iur. odia. cum ſuis*
,, *concordant.& ff.de liber. & poſthum. cum quidã,*
12 *& benignior interpretatio facienda eſt in pœnis,*
,, *infrà de regul.iuris,in pœnis,cum ſuis concordãt,*
his *gloſ.*
13 Cum itaque qualitas propter quam diſpo-
ſitum eſt in regula ad reſeruationem bene-
ficiorum(morte ſubcollectorum) vacantiũ,
deficiat,(quæ vnicitas eſt)ibi: *Et vnicorũ* & ip
ſa quoque diſpoſitio,ac regula ceſſabit, atq;
deficiet,ad *tex.in l.4.§.prætor ait,ff.de damno in-*
fecto, Rota in Sutrina Monaſterij 1598. coram
Orano deciſ.126.num.3.poſt prim.vol. conſ. Fa-
14 *rinac.* Quia qualitas,cuius contemplatione
diſpoſitum eſt,attendi debet,non alia, *Rota*
apud Card.Seraph.deciſ.1058.num.9.
15 Nec te moueat, quod per deputationem
ſecundi ſubcollectoris defecerit primus; vt
omnium beneficia reſeruata videantur, ſe-
cundùm *gloßatorem antiquum ad d.regul.4.nu.*
primo,in fin.Ioan.à Cochier ibid.num. 14 & 15.
Rota d.deciſ. 11. in antiquis, de præbend. & d.
deciſ.12. in nouis. eod. tit. & apud Verallum d.
deciſ.138.139.& 140.par.prima.
16 Quia id planè eſſet, quando non vterque
adminiſtraret,vnus in vna parte, alter in al-
tera Diœceſis,& per vnius deputationem,
alter ceſſaret.
17 At per nouas inſtructiones, quæ Illuſtriſ-
ſimis Nuntiis dãtur,ſtatutum eſt,vt in Diœ-
ceſibus amplis ad amplitudinis qualitatem
duo dumtaxat deputentur ſubcollectores;
modo vnus alterum non impediat in mini-
ſterio,ſed ſint diſtincta loca, in quibus vnuſ-
18 quiſque ſuo defungatur munere. Et licet
vterquè eorum ſit à iuriſdictione exemptus
Ordinariorum in criminibus per eos tem-
pore officii admiſſis, non verò in ciuilibus,
iuxta Gregorii XIII. Conſtitutionem, atque
etiam poſt dimiſſum officium ex noua Cõ-
ſtitutione Sanctiſſimi Domini Noſtri Vrba-
ni Papæ Octaui,vt plenè deduximus *reſponſ.*
noſtra 44.par.2. ad calcem cuius Sanctiſſimi
D. N. conſtitutionem verbo expreſſimus,
Ioan.à Cochier ad d.regul.4.num.7.& 8. Non
19 idem tamen erit, quòad beneficiorum re-
ſeruationem, per regulam præfatam quartã
Cancellariæ,quæ beneficia reſeruat ſubcol-
lectorum,& vnicorum, non ſanè aliorum,
20 vt non oporteat nos aſſerere, quod regula
ipſa minimè dicit,ad *tex.in l.diſſidentis,5.C.de*
repud.can.conſuluiſti,18.§. & quod Sanctorum
Patrum,2 q.5.cap.2.nè ſede vacant. Rota par.1.
tom.2.in recent.deciſ.660.num. 5. Si quis verò
21 pertinaci id voluntate,obfirmatoq; aſſerere
voluerit pectore,ac iudicio,ipſe id probare
oportebit,vt *Surdus deciſ.194.num.4.* docet.
22 Et planè imperpenſum dimittẽdum haud
erit,quod regula præfata ſatis efficacibus lo-
quitur verbis ad oſtendendum Summi Põ-
tificis reſeruatis mentem eſſe; vnicorum
dumtaxat beneficia ſubcollectorum re-
ſeruare,non aliorum; quod non dixit ſub-
collectorum vnicorum, ſed quorumcũque
collectorum,& vnicorum,vt laxitudinem
illam pronominis quorumcunque, tempe-
raret, atque ad vnicos dumtaxat compri-
meret.
23 Eſt enim pronomen illud quicunque la-
xum,expanſumquè ſatis,vt nihil non com-
prehenſum dimittat eorum, quibus adiici-
tur,ad *tex.in cap.ſolitæ,6.* ibi, quodcunque li-
gaueris ſuper terram,erit ligatum & in Cœ-
lis,*de maiorit.& obed.* diximus plenè *reſp. 21.*
num.13.14.& 15.par. 2. Comprehẽdiſſet vti-
que omnes Collectores, & ſubcollectores,
ſiue vnici illi in Diœceſi fuiſſent,ſiue plures,
Rota in his terminis regulæ in *d. Cremonen.*
Canonicatus coram Durano Epiſcopo Vrgellen.
24 *d.deciſ.233.num. 12.* Voluit proinde tempe-
rare Summus Pontifex, atque laxitudinem
illam comprimere,addendo,*& vnicorum*,vt
reſeruatio de vnicis tantummodo exaudi-
25 retur,non de aliis. Dictio namq; illa,& mo-
noſyllabum (&)non ſanè coniunctiuè,verũ
expoſitiuè poſitum exauditur,pro videlicet
ad *tex.in l prima,ff.de pactis*, finitionem quip-
,, pè tradens ibi Vlpianus pactionis: *Eſt autem*
,, *pactio* (inquit) *duorum, pluriumquè in idem pla-*
,, *citum,& conſenſus*, hoc ipſum explicans *gloſ.*
ibid.verbo placitum. Id eſt(inquit)placitus cõ-
ſenſus. Ex figura endiadoſi, afferrquè Virgi-
lium illud,
,, *Arma,virumq; cano Troiæ, qui primus ab oris,*
ideſt armatũ virum explicat ipſa, ſequiturq;
Nauar.de iubileo notab.8.num.3.& notab.33.nu.
2.Lucas Floron.de duello cap.3.§.1.num. 3. af-
fertquè *tex. in §. manumiſſio autem inſtitution.*
de libertinis,vbi *gloſ.* ſuper verbis illis Impera-
toris: *Nam quandiù aliquis in ſeruitute eſt, ma-*
nui,& poteſtati ſuppoſitus eſt. Et (inquit *gloſ.*)
pro ideſt;eſt ſcilicet ſuppoſitus poteſtati al-
terius.
Stabit itaque hic in regula hac quarta di-
ctio illa(&)*& vnicorum* (pro ideſt vnicorum,
vt de vnicis collectoribus,ſubcollectoribuſ-
que exaudiri dumtaxat regula debeat, neq;
26 ad alios,non unicos,extendi: alioquin futi-
liter expreſsio illa facta intelligeretur, *&*
unicorum,quod aſſeri minimè debet, ad *tex.*
in

Digitized by Google

in cap. ſi Papa. 10. *de priuileg. in* 6. *l. ſtipulatus.* 4. *in princ. ff. de vſur. l.* 3. *in princ.* ibi nec fruſtra adiiciatur. *ff. de iureiuran. l.* 1. *ff. ad municipales.* intelligebat quippe S.P. poſſe eſſe plures, q̃ vnum in diœceſi collectores, & ſubcollectores; tamen exaudiri regulã reſeruatoriã voluit, de vnicis, nõ de pluribus; ne nimiũ ordinariorũ facultas cõprimeretur cõferẽdi beneficia, vt nõ inargumentosè aduertit Lutter. *de re beneficiaria d. q.* 32. *n.* 181. *&* 182. Nõ ergo ad alios dimanãda reſeruatio, quã in vnicis dũtaxat reſtrinxit Legislator. Atq. ita ex his iudicio ſuppoſitis emunctioris naris; reſpondendum cenſuimus.

CAROLVS MARANTA V.I.D.
Epiſcopus Iuuenacenſis.

Ita exequutus fuit Illuſtriſsimus Dominus Epiſcopus, vti nos reſpondimus, cùm etiam Romanam Curiã cõtuliſſet, à qua ſimile obtinuit reſpõſũ, & R. Lælius in Archypresbyteratus pacifica poſſeſsione viuit.

SVMMARIVM.

1 *Feſtus dies de Sancto Titulari Eccleſiæ, vel Patrono celebrari poteſt.*

Quid verò ſi cũ alio feſto, vel ottaua eiuſdem, quæ primæ claſſis ſit, coincidat?n. 2. *Celebrabitur, ſi intrà octauam celebrari poterit. n.* 3.

Et ſine octaua. n. 4.

Niſi priuilegio aliquo muniatur. n. 5.

6 *Sanctorũ Marcellini, & Petri Martyrum dies feſtus ſemper pęnè cum octauis coincidit, vel Aſcenſionis, vel Pentecoſtes, vel Corporis Chriſti.*

Tranſlationem proinde eius feſti exoptant Moniales venerabilis Monaſterij Sancti Marcellini Ciuitatis Neapolis. n. 7.

Quod eorum pium deſiderium à recto alienum haud eſt. n. 8.

Quia poteſt hoc ex priuilegio permitti. n. 9.

10 *Fieri quod poteſt; vt fiat, non repugnat.*

11 *Argumentũ à conſuetis, & permiſſis validũ.*

12 *Chriſtus Dominus noſter eleuauit oculos ad Patrem cùm Lazarum ad vitam reuocauit, ergo probabiliùs eſt eleuaſſe illos cum panem, & vinum, in corpus, & ſanguinem mutauit.*

13 *Septimo menſe perfectus partus naſci poteſt. ideo, qui eo tẽpore naſcitur, filius iuſtus eſt.*

14 *Pium eſt præſumere id eſſe, quod poſſibile eſt eſſe.*

15 *Verum quod poteſt eſſe, nunquam falſum præſumitur.*

Propoſitiones, quæ æternæ veritatis dicuntur, vt vera non ſint, fieri haud poteſt.

Verum, & falſum ſimul eſſe haud poſſunt, quia contraria ſunt.

16 *Sanctorum tranſlatio vt fiat poſſibile eſt eſſe: ergo fieri poteſt, & piè præſumendum, vt fiat.*

Cedet enim hoc ad maiorem Dei gloriam. n. 17. *&* 41. *permitti igitur poterit. n.* 23.

18 *Gloriam maiorem Dei quærere omnes tenemur.*

19 *Deus glorificatur in Sanctis ſuis.*

Et virtutes in nobis eorum interceſſione operatur. n. 20.

21 *Sanctorum exemplis ad ſanctè pièque viuendum prouocamur.*

22 *Locus Pſalmi* 67. 38. *Mirabilis Deus in Sanctis ſuis, expenditur.*

24 *Sanctorum Marcellini, & Petri Martyrum dies feſtus olim menſe Decembri celebrabatur.*

25 *Feſtos dies Sanctorum transferri in opportunius tempus, nouũ in Eccleſia Dei nõ eſt.*

26 *Sanctus Iacobus Apoſtolus germanus Sancti Ioannis, primus Apoſtolorũ Martyrium ſubiit, circa dies azimorũ, & n.* 27

Dies eius feſtus die 25. *Iulii celebratur, qui tranſlationis eius eſt. n.* 27.

28 *Sanctus Ioannes Chriſoſtomus* 14. *Septembris ad æternam vitam tranſijt, ſed quia eo die celebratur feſtum exaltationis Sanctæ Crucis.*

Dies eius feſtus tranfertur in diem 27. *Ianuarii, quo die ſacræ eius reliquiæ Conſtantinopolim tranſlatæ fuerunt n.* 39.

30 *Sanctus Baſiliſcus Martyr S. Ioanni Chriſoſtomo diem mortis nunciauit.*

31 *Sancto Ioanne Chriſoſtomo mortuo horribilis grando Conſtantinopoli cecidit, & quatriduo Auguſta Eudoxia ceſſit è vita. eius reliquiæ poſtmodũ Romã tranſlatæ, in Baſilica Vaticana cõditæ fuerunt. n.* 32

33 *Sanctus Stephanus primus pro Chriſto ſanguinem fudit die tertio Auguſti, non longè poſt Aſcenſionem Domini in cælum. d.* 34.

Dies tamen feſtus eius celebratur 26. *Ianuarii, vt qui primus pro Chriſto ſanguinem fudit, & vitam dedit, celebretur, quo tempore ille ex vtero Virginis Matris hunc mundum ingreſſus eſt, factus homo, ipſo cælum ingreſſo, n.* 35.

36 *Adagium Noctuas Athenas deferre.*

37 *Argumentari licet à rubricis.*

38 *Fruſtrà nihil poſitum eſt in rubricis miſſalis, & n.* 40.

39 *Sacrilegium eſt de Eccleſia aſſerere, quod*

fruſtra quid faciat, neque aliquid de factis eius iudicandum. Adagium, A ſacris abſtinenda manus.

40 *Sancta Mater Eccleſia omnium Eccleſiarum Mater, & magiſtra.*

41 *Deus omnia in menſura, numero, & pondere, diſponit, & Eccleſia Sancta.*

42 *Omnia, quæ facimus, in nomine Ieſu Chriſti facere nos oportet, gratias agentes Domino, & Patri ſecundum Apoſtolum ad Coloſſenſ. 3.13.*

43 *Deus facit mirabilia magna ſolus. pſal. 115.4.*

ARGVMENTVM.

De translatione feſtorum ob eorũ coincidentiam. non iniucunda reſponſio.

RESPONSIO XXXIII.

1 DE Sancto Titulari Eccleſiæ, vel Patro-
no poſſe feſtum celebrari ex ipſis
Breuiarii rubricis ſatis apertum redditur,
præſertim *rub.* 10. §. 1. etiam Octauam agen-
do *rub.* 7. §. 1.

2 Verum quod difficultatem in hac re fa-
cit, eſt: Si coincidat feſtus dies Sancti titula-
ris, vel Patroni, cuius etiam per octauam
officium celebratur, cum alio quoque fe-
ſto primæ Claſſis, qui ſolemniter celebrari
debeat cum ſua octaua, vt puta in ſolem-
nitate Aſcenſionis, Pentecoſtes, vel Corpo-
ris Chriſti; Natiuitatis S. Ioannis Baptiſtæ,
vel Sanctorum Apoſtolorum Petri, & Pau-
li: Quid de Sancto Titulari, vel Patrono
peragendum?

3 Si feſtus ipſe dies Sancti Titularis intra
octauam ſolemnis haberi poterit, intra illã
4 celebrabitur. *Quod ſi feſtum per totam octauã*
„ *transferri contingerit: illo anno celebretur ſine*
5 *octaua: niſi Titularis Eccleſiæ priuilegio aliter*
„ *fieri oporteat.* Sic textus *rubricæ* 10. §. 1. *in fin.*

Poterit igitur Titularis Sancti dies feſtus
transferri in opportunius aliud tempus, etiã
cũ ſua octaua celebrandus, ſi id ex ſpeciali
priuilegio Titularis Eccleſiæ permittatur.

Hoc autem ipſum eſt, quod Moniales
Monaſterii Sanctorum Marcellini, Petri, &
Feſti Ciuitatis Neapolis, deuotis, atque hu-
millibus precibus ab Eminentiſsimis, &
Reuerendiſsimis Patribus ſacræ Congre-
gationis ſacrorum rituum expoſcunt.

6 Cùm enim Sancti Marcellini dies feſtus
coincidat pænè ſemper, vel cum octaua
Aſcenſionis Domini, vel Pentecoſtes, vel
Sanctiſsimi Corporis Chriſti, & ſi tranſ-
feratur in proximius tempus, coincidat
quoque feſtum Natiuitatis S. Ioannis Ba-
ptiſtæ, & Sanctorum Apoſtolorum Petri,
7 & Pauli, cum ſuis octauis. Exoptant Mo-
niales, vt liberum ſit eis Sancti Titularis
feſtum celebrare expletis octauis dicto-
rum Sanctorum.

8 Neque porro à recto alienum hoc earum
eſt pium deſiderium. Quippe, cùm poſſit
10 permitti hoc fieri ex priuilegio. Non vti-
que repugnat vt fiat. argumento à conſue-
11 tis, & permiſsis iure petito, quod firmũ eſt
ex Caio Iureconſulto *in l. vel vniuerſorũ* 12.
vbi Gloſſ. 1. *verſ. item nota. ff. de pignorat actio-
ne. cap. cum Martha* 6. §. *cæterum. vbi Gloſſ. ver*
12 *bo probabilius de celebrat. miſſarũ.* Argumen
tatur nẽpè ibi *tex.* Eleuauit Chriſtus oculos
ad Patrem, Lazarum cum ſuſcitauit, ergò
probabilius eſt eleuaſſe cùm panem, & vi-
num in corpus, & ſanguinẽ mutauit. meus
Maranta conſ. 77. *n.* 4. *Vincent. de Franb. deciſ.*
55. *n.* 9. Piè igitur id præſumendũ eſt, à tãtis
Purpuratis Patribus, & pietate preditis im-
petrare: ad *Baldi* non contemnendam do-
ctrinam in *l. ſeptimo menſe* 12. *ſuper verbo
credendum ff. de ſtatu hominum.* Quo loco,
13 Paulus iure cõſultus *lib.* 19. *reſpõſorũ. Septi-
mo mente naſci perfectum partum iam receptũ*
(inquit) *propter auctoritatẽ doctiſsimẽ viri Hi-*
„ *pocratis; & ideo credẽdũ eſt, eũ, qui iuſtis nuptijs*
„ *ſeptimo menſe natus eſt, iuſtũ filiũ eſſe.* his Pau
lus *Baldus* in verbo credendum; Rationem
14 dicti reddens: Quia *pium eſt hoc præſumere*
15 (ſubnectit) *id eſſe, quod poſsibile eſt eſſe.* Su-
bijciens quoq. *Vnde quando aliquid poteſt eſſe*
„ *verũ, nũquã præſumitur eſſe falsũ.* ita Bald. quo
argumenti genere vtitur quoq. *Phœbus dec.
Luſitan.* 51. *n.* 12. *p.* 1. Ita propoſitiones, quæ
à philoſophis æternę veritatis dicũtur, im-
poſsibile eſt, vt aliter ſint: alioquin æternæ
veritatis, haud dicerentur: quia profectò, ꝙ
verũ eſt, sẽper verũ erit, neq. vt verũ non
ſit, fieri vllo modo poterit. Quoniã verũ
cũ falſo haud ſe cõpatiuntur: quod contra-
ria inuicem ſint, quæ ſimul ſtare non poſ-
ſunt. *cap. maiores.* 3. § *ſed adhuc in fin. de baptiſ-
mo.* diximus *reſponſ. noſtra* 26 *n.* 3. *par.* 1. Poſ-
16 ſibile itaque hoc eſt, vt fiat; vt ex cauſis
expoſitis transferatur dies feſtus Sancti
huius Titularis. Quod piè igitur permitta-
tur, & fiat à tantis Eminentiſsimis Patribus
17 piè id ipſum præſumendum erit. In maio-
18 rem porrò Dei gloriam cedet, quam om-
nes querere tenemur, iuxtà illud *Eccleſiaſti-
ci* 35.10. *Bono animo gloriam redde Deo.* Glo-
19 rificatur quippè Deus in Sanctis ſuis, quia
mirabilis in eis nuncupatur, & apparet; vn-
20 de in nobis virtutes eorum interceſsione
operatur, eorumque exemplis ad ſanctè,
21 pièque viuendum prouocamur, vt Da-
uid *pſal.* 67.36. cecinit: *Mirabilis Deus* (in-
„ quiens) *in Sanctis ſuis: Deus Iſrael ipſe da-*
„ *bit virtutem, & fortitudinem plebi ſuæ. Benedi-*
„ *ctus Deus.* Mirabilis Deus; *Lyranus* inquit,
quia

quia per eos fecit mirabilia, cæcos illuminando, leproſos mundando, mortuos, ſuſcitando,& conſimilia. Quin (vt *Dionyſ. Carthus in eundem locum in 2.expoſit* loquitur
» multa etiam ſigna per ſuos electos hucuſ-
» que cooperari dignatur: ſinguli quo-
» que deuotorum ſcire poſſunt, quàm
» mirabiliter Deus operatur in ipſis, quoti-
» diè præces eorum exaudiendo, corda cō-
» ſolando, à tentationibus liberando, ſpiri-
» tualem profectum præſtando, ignemque
» diuinj amoris in ipſorum præcordiis fre-
» quenter incēdendo,augendo, ac perficiendo. *hiis Cartuſ.* Benedictus proinde Deus. Quia facit magna, & incomprehenſibilia, & mirabilia,quorum non eſt numerus, vt *Iob.9.*10.loquitur.

23 Non incongruè itaque permitti poterit per Eminentiſsimos Patres, tranſactis omnibus ſuprà nominatis Sanctorum octauis, quæ impedimento ſunt, atque eſſe poſſunt, ne Sancti huius Sacerdotis, & Martyris Marcellini cum ſua octaua ſolemnis dies feſtus celebretur; vt officium cum ſua octaua in opportunius tempus
24 transferatur. Potiſsimum quod olim etiā menſe Decembri horum ſolemnitas agebatur, vt conſtat ex inſcriptione homiliæ ſextæ S. Gregorij in Euangelio, habitæ ad ad Populum in Baſilica SS. Marcellini, & Petri, Dominica tertia Aduentus, die natali ipſorum, vt loquitur Eminentiſſ. Doctiſsimusq. pariter Cardinalis *Cæſar Baronius in annotationib. ad Martyrilog. Roman. die 2. Iuny litt A.* de his Sanctis Martyribus, verba faciens.

25 Neque perfectò nouum hoc eſt in Eccleſia Dei (vt Sanctorum feſtiuitates ſolemni ritu celebrari valeant) eorum feſtos dies in opportunius tempus, quàm eorum natalis dies ferre valeat; differri.

26 Sic Sanctus Iacobus Apoſtolus S. Ioannis Germanus, qui circà dies Azimorum Hieroſolymis Apoſtolorum primus vitam pro Chriſti fide dedit, & ſanguinem pro
» ſanguine fudit. (*Actor.* 12.2.) *Occidit autem*
» *Iacobum fratrem Ioannis gladio. Erant autem dies Azimorum.*

27 Dies autē feſtus eius ſolemni celebratur ritu 25. Iulij, vt Eccleſia Sancta in eius offi-
» cio teſtatur: *Memoria* (dicens) *eius natalis ho-*
» *dierno die, qui translationis eſt, ab Eccleſia cele-*
» *bratur, cū ipſe circa feſtum Paſchæ primus Apo-*
» *ſtolorum Hieroſolymis profuſo ſanguine teſti-*
» *monium Ieſu Chriſto dederit.* hæc ibi. Et meminit *Card. Baronius in annotation. ad martyrolog. hac eandem die 25. Iulij.*

28 Sancti quoque Ioannis Chriſoſtomi Cōſtantinopolitani Epiſcopi, & Eccleſiæ Doctoris dies natalis ad æternam vitam, fuit decimo octauo Kalendas Ottobris, qui eſt 14. Septembris, quo die feſtum celebra-
29 tur Exaltationis Sanctæ Crucis. Iure igitur meritiſſimo in alium diem tanti Sancti Epiſcopi, & Doctoris celebritatem trāſtulit Sancta Mater Eccleſia in vigeſimū ſeptimum nempè Ianuarij, ob translationē Reliquiarum Sanctarum eius ſacrati corporis. Sequentibus porro in eius officio res
30 tota dilucidatur: *Cumq. per Armeniam du-*
» *ceretur, Sanctus Baſilicus Martyr, in cuius tē-*
» *plo antea orauerat, noctu ſic eam affatus eſt:*
» *Ioannes frater craſtinus dies nos loco coniunget,*
» *Quare poſtridie ſumpto Euchariſtiæ Sacramen-*
» *to, ſeque Crucis ſigno muniens, Animam Deo*
» *reddidit. Quo mortuo, horribilis grando Con-*
» *ſtantinopoli cecidit & quadriduo Auguſta ceſsit*
» *è vita. Eius corpus inſigni pompa, & hominum*
» *multitudine celebratum, Theodoſius Archadij*
» *filius Conſtantinopolim portandum, & honorifi-*
» *cè ſepeliendum curauit, ſexto Kalendas Februa-*
» *rij, cuius etiam Reliquias veneratus, parentum*
32 *ſuorum veniam petijt: quod deinde Romam*
» *translatum in Baſilica Vaticana conditum eſt.* hæc ibi: & refert quoque *S. Antonin. Archiepiſcopus Florentin. in ſum. hiſtor. par. 1. tit. 7. c. 7.* & *Card Baron. in annot. ad martyrilog. hac*
33 *ead. die 27. Ianuar.* Dies præterea feſtus Prothomartyris Stephani, qui in numero Martyrum inuentus eſt primus, & ſanguinem primus ipſe reddidit Saluatori: non quo ſanè die lapidibus appetitus fuit, mortuus, (quin magis mortem perdidit, & vitā inuenit, ſuoque nomini congruentem corо-
» nā accepit; *Ecce video cælos apertos,* (inquit)
» *& filiū hominis ſtantem à dextris virtutis Dei*) (*Actor.* 7. 56. celebris ab Eccleſia habetur, qui accidit tertio Auguſti, eodem tamen anno, quo Chriſtus Dominus pro nobis omnibus in ara Crucis affixus, mortuus, & ipſe pro nobis ſumma, & immenſa charitate, ac pietatè fuit, vt *Sanctus Antoninus in ſum. hiſtor. p. 1. tit. 6. cap. 2. §. 4.* dixit, & probat *Martyrilog Romanum* ſeptimo Kalen. Ianuarii (26. Decembris) vbi de eodem memo-
34 riam faciens: *Hieroſolymis* (inquit) *natalis*
» *Sancti Stephani Prothomartyris, qui à Iudæis*
» *non longè poſt Aſcenſionem Domini lapidatus eſt.* ſequutique fuere poſt vetus Martyrilogium Romanum, & vetuſta manuſcripta, *Beda, Vſuardus, Ado, alijque,* vt teſtatur *Card. Baron. in addit. ad martyr. Roman. die 26. Decembris.* Celebratur nihilhominus ab Eccleſia die præfato 26. Decembris, nec ab
35 rè; vt eo tempore natalem ad æternam gloriam Primi Martyris ſolemni celebraret ritu Sancta Mater Eccleſia, quo Ieſus Chriſtus Filius Dei, Verbum Patris, ab æterno genitus, in tempore in vtero Virginis Matris factus homo, in orbem terræ introducitur, ſecundum Apoſtulum ad *hebræos* 5.6. & ſuum Prothomartyrem, qui bonum teſtimonium ſuo ſanguine reddidit, coronaret, vt pluribus *S. Fulgentius ſer-*

mone de hac re, perbellè, pièq. diſſerit. Neq.
aliorum Sanctorũ, quorum dies feſti tranſ-
feruntur ob alios coincidentes dies feſtos,
vel ob iuſtas alias cauſas, deſunt exempla,
quæ ne in longum, in re ſatis certa, cum
ſthomaco, protrahamus ſermonem; & vt
36 vetus eſt adagium: *Noctuas Athenas deferre*
37 *videamur*, conſultò omittimus. Vnum ta-
men addimus: ſi licèt à rubricarum titulis
argumentari, vt verè licet, ſecundum Vl-
pianum *in l.1 ff. de rebus credit. & ſi certum
petatur. Caſtrenſ. conſ.83. n.3. vol.2 Sebenard.*
38 *conſ.2. n.71. par.2.* fruſtraneè titulus in ru-
bricis Breuiarij de translatione feſtorum,
poſitus eſſet, ſi feſtos dies transferre non
liceret. At afferendum hoc minimè gentiũ
erit, ne ſacrilegio coarguamur, ad *tex. in l.
2. C. de crimine ſacrileg.* & in cælum os pone-
re videamur, iuxtà illud *pſalm. 72. 9 Poſue-
rũt in cęlũ os ſuũ, & lingua eorũ; trãſiuit in terrã.*
Vnde & Pharao in ſuperbiã elatus, *Exod.* 5.
dixit *Neſcio Dominum.* Quia de factis eius
non licet iudicare, vt poſt Innocent. loqui-
tur *Bald. in cap. dum Eccleſia el.2. aliàs* 54 *de
elect.* A ſacris proinde abſtinendæ manus.
vetus vt ſe fert Adagium. Quòd fatum in-
ſtet iis, qui rebus ſacris manus inijecerint.
40 Neque enim Sancta Mater Eccefia Ro-
mana, quæ omnium Eccleſiarum Mater
eſt, & Magiſtra *cap. fin. de foro competil. iube-
mus nulli* 14. *in fin. princip.* ibi: Religionis, &
fidei mater perpetua eſt, *C. de ſacroſanct.
Eccleſ.* quicquam fruſtra agit. *ad tex. in cap. ſi
Papa* 10. *de priuileg. in* 6. Qin omnia in men-
ſura, numero, & pondere (vt Deus) opera-
tur, atque diſponit *ſapient.* 11. 21. Iure ergò,
nec ſanè illiberaliter (cauſa id expoſcente
legitima) ob maiorem Dei, & Sanctorum
eius gloriam, feſtorum dierum translatio
42 fieri poterit iuxta illud Apoſtoli ad *Coloſſ.*
„ *3. 17. Omne quodcunque facitis* (dicentis) *in*
„ *verbo, aut in opere, omnia in nomine Ieſu Chri*
„ *ſti gratias agentes Deo, & Patri.* Præſumen
dũ id itaq. de tantis Eminentiſſimis Patri-
bus, pro eorum ſumma pietate, erit, ad ma-
iorem Dei omnipotentis gloriam, & San-
43 ctorum eius. Vt glorificetur Deus in ipſis;
qui facit mirabilia magna ſolus *pſalm.* 135.
Et ita ex his, indicio melius ſentientis,
ac Sanctæ Matris Eccleſiæ ſubiectis, re-
ſpõdendum cenſuimus.

CAROLVS MARANTA I.V.D.
Epiſcopus Iuuenacens.

SVMMARIVM.

1 *Locus ſacer, eſt locus conſecratus, & n.2.*
2 *Sacra loca quæ.*
3 *Xenodochium, ſiue Hoſpitale publicè con-
ſtructum omnibus gaudet immunitati-
bus, quibus Eccleſiæ perfruuntur, & n.19.*
4 *Xenodochium dicitur locus, in quo peregri-
ni excipiuntur.*
5 *Hoſpitalia ad pia opera publicè extructa
Eccleſiis comparantur, gaudentq. eccleſia-
ſtica immunitate.*
6 *Hoſpitale, ſiue xenodochium vnde publi-
cum, publicaue authoritate extructum di-
catur, ex ſignis aſtruitur.*
Præſertim ſi ſub Epiſcopi cura ſit.
*Vel ſi Epiſcopi authoritate extructum fue-
rit, quod vnum ſufficit, n.7.*
*Vel ſi per longum tempus fuerit ibi ſeruata
hoſpitalitas n.8.*
Ita etiam ſi hoſpitale perpetuum ſit, n.9.
*Satis tamen erit, ſi ex poſt facto authoritas
accedat Epiſcopi, n.10.*
11 *Hoſpitale Epiſcopi authoritate erectum,
eccleſiaſticum eſt.*
*Vel ſi ab antiquiſſimo tempore erectum fue-
rit n.12.*
13 *Hoſpitale, aut publicum, aut priuatum, vel
temporale, vel perpetuum.*
Priuatum ex quibus arguitur, n.14.
Et ex quibus perpetuum, & publicum n.15.
16 *Hoſpitale quod profanum eſt, poteſt de ſti-
tui, ſecus ſi publicum, atque ſacrum.*
Nullius enim in bonis eſſe poteſt, n.17.
18 *Diuini iuris quod eſt, id nullius in bonis eſt.*
20 *Immunitatis eccleſiaſticæ munere profruũ-
tur publica hoſpitalia, ſi quis ad illa con-
fugerit.*
21 *Hoſpitale ſi dubium eſt an Epiſcopi autho-
ritate extructum fuerit, profanum æſti-
mari magis debet.*
*Declara niſi ſigna in contrarium fuerint,
n.22. & n.36.*
22 *Gloſſ. in Clem. per litteras, verbo Eccleſias
de prebend. expenditur, atque in ſenſum
reducitur accomodum.*
23 *Clericus nemo præſumitur, niſi probetur,
& num. 34.*
24 *Hoſpitalia cum ad pia erigantur opera,
Ordinarii authoritate erigi conſueuere.*
25 *Argumentum à natura rei, & ratione re-
ctè ducitur.*
26 *Natura ſemper præualet, inde, quod ſecun-
dum illam eſt, attendi debet.*
27 *Hoſpitale eccleſiaſticum eſſe dignoſcitur ex
poſſeſſione, tum etiam ex temporis anti-
quitate, num. 28.*
28 *Solemnitas extrinſeca ex temporis curſu
præſumitur.*
29 *Argumentum à ſufficienti partium enume-
ratio-*

rationē, & negatiuè tenet, & num.32.
30 *Chriſtianorum genera duo ſunt ex Hieronymo.*
31 *Clerici vndè dicti?*
32 *Laycus vnde dictus?*
33 *Hoſpitalia, quædam layca, quædam Eccleſiaſtica.*
34 *Homines natura layci naſcuntur, ſiunt verò Clerici per ordinationem.*
35 *Hoſpitalia pia loca, & religioſa æſtimãtur.*
37 *Pœna docet quantum quiſq. exceſſerit.*
38 *Pœnæ metu temeritatis audacia refrenanda eſt.*
39 *Iuſtitia, quod ſuum eſt, cuiq. tribuit.*

ARGVMENTVM.

Eccleſię immunitate tutus an ſit, qui ad Xenedochium, ſiue Hoſpitale confugit, quod eſt quidem ſub Epiſcopi protectione, atque cura, non tamen habet Eccleſiam, neque campanam, neque certò apparet, an Epiſcopi auctoritate erectum ſit? Et an preſumatur, & ex quibus?

RESPONSIO XXXV.

XEnodochium eſt in Caſtro Pedimontis Aquinaten diœceſis, ab antiquis ſatis tēporibus extructum, vt in illo aduentantes aduenæ, tum etiam pauperes excipiantur, alanturque, ægrotiuè curentur, tàm viri, quàm mulieres. Ad hoc tanquam ad Aſylum ſe contulit Tiberius de Vincentijs de Palaziolo diœceſis eiuſdem; Verùm ab eo per milites Tribunalis Regij (vulgo nuncupatos di campagna) vi extractus fuit. Re delata ad Epiſcopum, vt immunitatē tueatur Eccleſiaſticam; agit ille aduerſus præſcriptum aduerſus ſacrilegos extractores iuxtà Gregorij XIV. conſtitutionem, cenſuris in illa innouatis eos ligatos propalet. Obijciunt illi, locum non eſſe ſacrum. Non deſiſſe proptereà in pœnas, & cenſuras dictæ
1 conſtitutione innouatas. Namque ſacer locus eſt, locus conſecratus, vt Vlpianus loquitur in *l. ſacra 19. ff. de rerum diuiſ.*

Conſultus proindè ego; dediſſe eos in Gregorianæ conſtitutionis pœnas, cenſu-
2 raſque reſpondi. Neque id porrò ſine ratione. Sacra enim loca ea ſunt, quæ publicè dedicata ſunt; ſiue in ciuitate, ſiuè in agro, vt idem loquitur Vulpianus *lib. 68. ad edictum in d. l. ſacra 10. ff. de rerum diuiſ.* Hoc verò Xenodochium publicè, tempore ſatis ab antiquo, ad pietatis opera, pauperes, peregrinoſque, atque ægros, languoribuſq. vexatos excipiendi extructum, atque dicatum fuit.
3 Sacrũ prinde eſt. Gaudet propterea immunitatibus, quibus cætera ſacra perfruũtur loca, ſiue etiam Eccleſiæ, Templaque Deo Altiſſimo dicata. *tex. in l. illud, quod ex veteribus 17. C. de ſacroſanctis Eccleſ.* quo loco Iuſtinianus Imperator, Xenodochium, Eccleſiæ æquale habet, vt ſicuti donata Ec-
4 cleſiæ inſinuatione non indigent, ita & xenodochio, loco ſcilicèt, in quo peregrini excipiuntur; vel Noſocomio, in quo ægroti curantur. vt *Gloſſ. ibid.* exprimit. Statuitq. apertius Federicus Imperator in *l. omnia priuilegia 34. C. de Epiſcopis, & clericis.* de locis huiuſcemodi loquens, atque ſequentibus diſponens: *Ad inſtar maioris venerabilis Eccleſiæ huius inclitæ vrbis omnibus priuilegijs, quæ eadem Sancta Eccleſia, vel nunc adipiſcitur, vel poſtea merebitur, perpetuò potiri pietatis intuitu decernimus.* Rationemque reddit ipſemet Imperator ibid. paulo ante verba prænarrata. *Valde enim hoc videtur eſſe neceſſariũ,* (inquiens) *cũ ex inde ſubſtentatio, vel educatio orphanis, atque egenis, & vſibus eccleſiaſticis, ac ptochotropijs, vel aſceterijs comparetur.* his ille. Sunt quippe ad opera pietatis comparata. Ita etiam Imperator Iuſtinianus in *authent. de Eccleſiaſticis titulis. collat. 9. cap. 42. §. fin.* ſequentibus namque ipſe loquitur: *Seruari autem iubemus venerabili Orphanotrophio huius regiæ Vrbis, & xenodochio, quod vocatur Sanctæ Mariæ Sanſon, & ſub eius gubernatione conſtitutis oratorijs, omnia priuilegia quæcunq. habet maior ſanctiſſima Eccleſia Conſtantinopolitana. Clement. quia contingit. 2. in princ. de religioſ. domib. vbi etiam Gloſſ. cap. de xenodochijs. 3. eod. tit. extra.*
5 Xenodochia ergo, quę ad opera pietatis publicè extruuntur Eccleſijs comparantur, earumq. perfruuntur priuilegijs. Gaudent proinde Eccleſiaſtica immunitate, vt ad ea perfugientes, vti ad Aſylum, ſicuti & in Eccleſiis, tuti ſint. *Remigius Gondi de immunit. Eccleſiaſtica ampliat. 19. vol. 13. par. 1. tract. Gabriel lib. 6. tit. de pia cauſa concluſ. 2. n. 4. in 2. ampliat. Maſcard. de probat. tom. 2. concluſ. 869. n. 18. Farinac. de carcerib. & carcerat. q. 28. n. 36 & 37. & in appendic. ad dictam conſtit. Gregor. XIV. de immunit. Eccleſ. cap. 4. ampliat. 7. n. 265. & 266. Peregrin. de immunit. Eccleſ. cap. 4. ampliat. 33. n. 65. Donat. Anton. de Marinis variarum reſolut. cap. 79. n. 2. Ioan. Maria Bellett. Epiſcopus Hioracen. diſquiſition. clerical. tit. de fauore clericor. regul. 5. 4. n. 36. p. 1.*

Ana-

Anaſtaſius Germonius de ſacrorum immunitate.
ſatis erudito tractatu. *lib.3. cap.16. n.27. &*
28 Alexander Sperellus deciſ. fori eccleſiaſtici
51. n.19. Vgoliu. de offic. & poteſt. Epiſ. cap.24. n.
3. Feliu. in cap. de quarta col fiu. de præſcript. Af-
flict. deciſ.67. n.4. Marcellus Vulpes in praxi fo-
ri eccleſiaſtici cap.3. n.30. Maceraten variar. re-
ſolut. lib.1. reſol.55. n.1. Camillus Borrell. in ſum.
deciſ. tom.1. tit.2. n.16. & tit.3. n.64.65. & 66.
Rota apud. ſ. memor. Gregor. XV. deciſ.4. num.11.
Naldus in ſumma verbo hoſpitale n.3.

6 Adſtruitur autem minor argumenti.
Quia profectò xenodochium hoc ſatis ex
peruetuſto tempore publicè extructum,
ad opera fuit pietatis deſignatum, atque
Epiſcopi ſub protectione, gubernioq. per-
ſeuerat; deputaturque ab eo, ſiue per eum
ab Archypreſbytero Terræ, procurator, ad
tex. in d. l. omnia priuilegia 34. ibi: ad curam
œconimi viri religioſiſſimi preſbyteri. *C. de*
Epiſcop. & clericis. Rota par.1. diuerſor. deciſ.
725. n.5. in vna Regien. Hoſpitalis 8. Nouem-
bris 1582 coram Emineutiſſ. Cardinali Seraphi-
no. Epiſcopoue rationes redduntur: quēad-
modum Epiſcopi facultate hoſpitalerius,
qui eius curam gerit, vt illud ab immundi-
tiis purget, mundumque reddat, aduentan-
teſque excipiat peregrinos; infirmosq. cu-
ret, deputatur qui etiam fidelium eleemo-
ſynas recipit, atque hoſtiatim perquirit; tē-
pore quoque recollectionis frugum colle-
ctionem facit: nec non ab Epiſcopo ſingu-
lis annis viſitatur. Signa ſunt itaque hæc
omnia Epiſcopi authoritate publicè xeno-
7 dochium extructum fuiſſe, vt hoc vnū
ſufficiat, facer vt locus, atque Eccleſiaſticus
æſtimetur *ad tex. in cap. ad hæc 4. de religioſ.*
domibus. d. Clem. quia contingit 2. eod. tit. Ve-
luti etiam, quod in illo per Archypreſby-
terum decumbentibus graui morbo infir-
mis ſacramenta adminiſtrantur, neque lon-
gè ab Archipreſbyterali Eccleſia ædificiū
hoc ſit extructum. *Caſtrenſ conſ.351. quæritur*
lib.1. quem ſequitur *Card. Tuſcus tom.4. litte-*
ra H. concluſ.158. n.21. & concluſ ſequenti 159.
à num.50. cum ſeq. vbi ſigna enumerat, ex
quibus dignoſcatur, eccleſiaſticum ne, an
prophanum xenodochium dicatur, additq.
Gabriel. d. tit de pia cauſa concluſ.2. n.6. ex *Curt.*
8 *Iunior. conſ.20. col.2.* ſi per immemorabile
tempus fuerit in loco ſeruata hoſpitalitas.
9 & *n.7.* ſi hoſpitale ipſum perpetuum ſit; nā
præſumitur eccleſiaſticum, atque Epiſcopi
authoritate fundatum, ſequiturque *Augu-*
ſtinus Barboſa de iure eccleſiaſtico lib.1. cap.11.
de hoſpitalib. & confraternitat. n.15. 16. & 17.
Maceraten. d. reſolut.14. n.4. qui ſigna eadem
enumerat. *Maſcard d. concluſ.869.* præſertim
n.5. & ſeq. Aluarus Valaſcus conſult.105. n.9. idē
Barboſ. in collect. ad d. cap. ad hæc 4. de religioſ.
domib. Satiſque erit, ſi vel ſaltim poſtquam
extructum fuerit, Epiſcopi accedat aucto-
ritas, licèt ab initio non acceſsiſſet, vt aliis
quàm plurimis relatis ſequitur *Tiraquell.*
de pia cauſa in præfatione poſt princ. verſ. item
relictum hoſpitali. Quare de duobus alterum
concedendum. Vel indubitatum eſt, locū
Epiſcopi auctoritate extructum fuiſſe, &
11 pro nobis res erit, eccleſiaſticum illum eſ-
ſe *d. cap. ad hæc 4. de religioſ. domibus*, vel du-
bium eſt; & cùm ſit ille ſub Epiſcopi admi-
12 niſtratione, & ab antiquiſsimo tempore
erectus, religioſus præſumitur, argumento
tex. in cap. auditis.3. ibi verum tanto tempo-
re probatur *de in integrum reſtit.* & ex *Fede-*
rico de ſenis, & lapo, ſequitur *Silueſt. verbo ho-*
ſpitale q.11. verſ.5. quē ſequitur *Ioan. Azor.*
inſtitut. moral. par.2. lib.3. cap.3. q.2. verſ. quæ-
res an. & q.3. Cabed. deciſ.52. n.12. par.2. Alua-
rus Valaſc. d. conſult.105. n.45. Barboſ. de offic. &
poteſt. Epiſc. par.3. allegat.75. allegat Rotam
in Alexandrina. Beneficii 18. *Aprilis 1615. co-*
ram R.P.D. Merliuo. Maſcard. d. concluſ.869 n.
30. & concluſ.583. n.1. & 4. eod. tom.2. & con-
cluſ.1316. n.8. tom.3. Perfruetur vtique priui-
legiis omnibus, quibus ſacræ aliæ domus
perfruuntur, gaudentq. Erit ergo immuni-
tate tutus, qui ad illum vti ad Aſylum per-
fugerit.

13 Hoſpitale quippè, ſiuè xenodochium, aut
publicum eſt, aut priuatum; vel tempora-
le, vel perpetuum. *Rota d. deciſ.275. n.1. Ric-*
cius par.5. collect.1886. in princ. Ioan Azor. d. c.
3. q.2. Non eſt priuatum, quia nullius parti-
cularis perſonæ, ac priuatæ ſub dominio eſt;
neque temporale, quia remoueri à priſti-
ſtino vſu pia exercendi opera, quæ in eo
exercentur, minimè poteſt; ergò publicum,
15 atque proinde perpetuum; quia Epiſcopi
ſub protectione regitur, & perpetuò in eo
pia exercentur opera, vti à ſuæ inſtitutionis
initio exercita fuere. Ergo religioſum, ac
ſanctum. quo argumento vſa quoque vide-
tur. Rota apud *Card Seraphin d. deciſ.725. n.5.*
quo loco ex præſentatione patroni, hoſpi-
tale publicum, ac conſequenter ſacrum,
religioſumque arguit, & inferius accura-
tius perpendemus. Profanum quippè ſi eſ-
ſet, dominorum voluntate ad priſtinum re-
dire ſtatum poſſet. Hoc autem fieri minimè
poteſt. Ergo publicum, ac ſacrum, atque
17 perpetuum. Nullius enim in bonis eſt, vel
eſſe poteſt. ergo ſacrum, diuinique iuris.
Quod autem diuini iuris eſt, id nullius in
18 bonis eſt. vt Caius loquitur *lib.2. inſtitut.*
in l.1. §. quod autem. ff. de rerū diuiſ. ſequiturq.
19 *Germon. d. cap.16. n.30.* Perfruetur proinde
priuilegiis omnibus, quibus ſacræ domus
aliæ gaudent, vt in initio diximus, ex *l. om-*
nia priuilegia 34. C. de Epiſcop. & clericis. Erit
igitur immunitate tutus, qui ad illud, vti
ad Aſylum confugerit. *Feliu. d. cap. de quarta*
col. fin. de præſcript. (Curt. Iunior. d. conſ.20. n.4.
& 6. vol.1. Gondi ampliat.17. n.4. in fin. Gabriel.

d. con-

Digitized by Google

d.concluſ.2.n.6. & 7. Maceraten. d.reſolut. 14. n.4.Batard.ad Clar.q.30.§ fin. n.11.13. & 14. Petrus de Benintend. deciſ.13.n.4. Farinae. de immunit. Eccleſ. cap.17.n.266. Marius Italia eod.tract.lib.1. cap.4. §.8. n.5. Peregrin. tract. ſimili d.cap.4 ampliat.32.n.66.verſ.quando vero.Couar.variar.reſolut.lib.2.cap.20. n.4. verſ. tertiò conſtat. quē ſequitur *Germon. d.cap.16. n.27.& ſeq. Maſcard.d. concluſ 869. Vulpes in praxi fori eccleſ.cap.11.n.2. Barboſ. de iure eccleſ.d.cap.11.n.15.& ſeq.Valaſcus d. conſultat. 105.num.9.& n.43. illatione 20. idem Barboſ. d cap.ad hac.4.de religioſ.domib.n.3.Gratian forenſ.par.1.cap.34.n.1.in fin.Card.Tuſcus d.tom. 4.littera H.concluſ.59.n.24.Borellus d. tit.3.n. 64.& ſeq.Naldus d.verbo hoſpitale n.3.*

21 Neque inſtabis publicum, religioſumq. xenodochium hoc dici haud poſſe, quia ſaltim dubium eſt, Epiſcopi authoritate extructum an fuerit; vt exiſtente dubio, profanum potiùs æſtimandum ſit, quàm religioſum, vt per *Gloſſ.in Clem per litteras. 2.verbo Eccleſias de prebendis.* ſequitur relatis alijs *Gonzalez ad regul. cancellariæ octauam de menſibus Gloß.5.§.4 num.24. Riccius d. collect.1886.in initio ex Magon. deciſ. Florentin. 15.*quem refert quoque *Barboſ. in d. cap. ad hac 4.de religioſ.domib.n.6.in fin.Naldus d.verbo hoſpitale n.1.*

22 Si enim rectè perpendantur verba *Gloſſ. in d.Clement. per litteras,verbo Eccleſias*, atq. Doctores per *Gonzalez d.§ 4. Gloß.5.* relati, perſpexerimus vtique ſatis diuerſimodè à facto hoc noſtro loqui *Gloſſ.* nempè ex *tex. d.Clement. litteras,* loquitur an in dubio, quando certum non eſt,hoſpitale erectum fuiſſe in titulum beneficij, quàmuis Eccleſiam habeat annexam, & indifficultatem vertatur,ſit nec ne Eccleſia principalis,hoſpitale verò acceſſorium: an contrà,hoſpitale principale, Eccleſia verò acceſſorium, vt ſemper acceſſorium principale ſuū ſequatur ad *regul. acceſſorium 42. de regul. iur. in 6.* in dubio ad poſſeſsionem recurrendū eſſe dicit, vt ſi à laycis hoſpitale poſsideatur,laycum,illud habeatur; ſin minus Eccleſiaſticū,vt neque in beneficium conferri valeat, Vt locum haud ſibi faciant litteræ Apoſtolicæ ſuper collatione beneficij ex-
„ peditæ. ſequentibus nempè *Gloſſ. d. verbo*
„ *Eccleſias. verſic. quid in dubio? Quid in dubio,*
„ (inquit) *vt quia extat hoſpitale,& Eccleſia,&*
„ *neſcitur quod ſit principale, & quod acceſſoriū?*
„ Reſpondet: *Si apparet poſſeſsio,& denomina-*
„ *tio,per quam poſſumus alterum preeligere, illud ſequemur.* Gloſſam hāc ad amuſſim ſequuta fuit Rota in prædicta *Regien. hoſpitalis. 30.Iunii 1579. coram Canturcio deciſ.106.n.1. & 2.p.2.diuerſor.* in qua ex poſſeſſione, hoſpitale, quod per laycum per annos decē, & octo poſſeſſum fuerat, laycale fuit habitum. & ita quoque. *in eadem coram eod. 26. Februarii 1580.deciſ.122.ead.par. & 13. Ottobris 1581.coram eod.deciſ.154.ead.par.2.* Quin imò, ſi penitius intueamur, tàm dicta per *Gloß.* quàm etiam per *Rotam* in prænarratis deciſionibus,quàm etiam *Gonzalez d. §.4.n. 24.* cùm in materia ſatis diuerſa loquantur, an ſcilicet hoſpitale eccleſiaſticum præſumatur in dubio, vt in titulum conferri poſſit beneficij? magis laycum præſumi,quàm eccleſiaſticum,niſi de illius appareat origi-
23 ne. Quemadmodum niſi de clericatu appareat hominis alicuius, in dubio, magis laycus,quàm clericus quiſque præſumitur, cum qualitas clericatus non ſit à natura, ſed ab extrinſeco proueniat per promotionem ad illum. *Cardin in cap.perpendimus. col. 8.num.8.circa med.verſ. vt autem præmiſſorum de ſent.excomun. Abb. in cap.bone il primo, col. penult.de elect. Rota d. deciſ.122. n.2. & deciſ. 154.n.etiam 2.p.2.diuerſ.*

Pro nobis omnia magis illa ſunt, quàm
24 contrà.Cùm,quòd hoſpitalia huiuſmodi, cùm ad pia erigantur opera, conſueuere Ordinarij auctoritate erigi;vt ex natura rei xenodochium hoc,vti Ordinarij auctoritate erectum, eccleſiaſticum habere debeamus.ad *tex.in d cap.ad hac 4.de religioſ.domibus,d.clem per litteras 2.de prabend.* argumēto *tex.in can.nemo Eccleſiam 8.de conſecrat.dist.1.*

25 Rectè autem ex rei natura, & ratione argumentum eruimus, vt nos docere viſus
„ fuit Celeſtinus 3.*in cap.ſecundò requiris 41.§.*
„ *fin.in fin.* ibi: ipſa namque ratio dictat. *vbi*
26 *Abb.n.8.de appellation.* quòd id,quod ſecūdum naturam præualet,attendi magis oporteat,argumento *tex. in l. qui habent. 3. in fin. princ.ff.de tutelis.Cardin. Tuſcus tom.5. littera N.concluſ.8.n.2.Barboſ.aſſiomat.155.n.3. & 4.*

27 Tùm, quòd ex poſſeſsione ab immemorabili tempore,quo hoſpitale hoc ſub Epiſcopi protectione, cura, atq. gubernio fuit, ſatis ſufficienter dignoſci poteſt, Eccleſiaſticum illud eſſe, atque præſumptiuè ſaltim Ordinarij auctoritate erectū illud fuiſſe, vt Rota perpendit *d. deciſ.122.n.1. par.2. diuerſor.* vel ſaltim ex poſt facto, illo iam erecto Epiſcopi auctoritatem acceſsiſſe, vt ex *Tiraquello* ſuperius perpendimus *in præfat.d. verſ.Item relictum hoſpitali.Gabriel d.concluſ.2.*
28 *n.6.* Tùm, quòd ipſa temporis antiquitas, præſertim cùm de contrario nihil appareat,& ſigna ſatis euidentia ſint pro Eccleſia, præſumere faciunt hanc extrinſecam ſolemnitatem acceſsiſſe,atque xenodochiū hoc Epiſcopi auctoritate extructum fuiſſe vt poſt *Deciū conſ.36.n.8. propè fin verſ. ſecundo reſpondetur.* ſequuta fuit Rota *d.deciſ.154. num.3.par.2.diuerſ Cabed.d.deciſ.52.n.11.p.2. Maſcard.d.concluſ.1316.n.1. & n.8. ac per tot.*

29 Tùm præterea,quòd ſi licèt argumentari, (vt ſupra quoque argumentum, à ſufficienti partium enumeratione duximus) argumē-

tum

tum vtique quàm peroptimè ducemus à diuiſione partium totius, negatiuè arguendo. quod in bona philoſophia licet; quemadmodum Hieronymum Eccleſiæ Sanctæ lumen argumentatum fuiſſe conſpicimus. *can. duo ſunt genera 7. 12. q. 1.* quo loco: duo
30 eſſe Chriſtianorum genera dicit: vnum eorum, qui Dei ſeruitio mancipati ſunt,
31 qui clerici vocantur, quòd in ſortem Dei
32 electi ſint: Alterum laycorum, à laos λαὸς græcè, quod latinè populum ſignificat. Vt liceat negatiuè argumentum ducere: Non
33 ſunt layci; ergò clerici. Ita pari ratione, cùm duplici iure hoſpitalia habeantur; quædam laycalia ſint, quædam verò eccleſiaſtica Epiſcopi auctoritate erecta; argumentari libebit; non eſt hoſpitale, ſiue xenodochium hoc laycale: quia nihil concurrit, quod laycale illud ſuſpicari faciat: erit igitur eccleſiaſticum. Si enim aliter eſſet, adeſſent, vtique qui illud prætenderet, eiuſque adminiſtrationem, vti laici, appeterent; vt argumentata fuit quoque Rota *deciſ. prædicta 106. n. 8. Coram Cantucio*: & in eadem cauſa coram Cardinali Seraphino *d. deciſ. 725. n. 1. 2. 3. 4. & 5. p. 1. diuerſorum.*

Neque inſtes vlterius, in dubio præſumi quemquam magis laycum, quàm clericũ, vt aſſerentem ſe clericum, probare id oporteat, vt ſupra diximus, ita a pari in hoc facto diei non inconueniat.

34 Id quippè prouenit, quia homines natura layci naſcuntur, clerici verò per ordinationem, quæ ab extrinſeco prouenit, fiunt. At hoſpitalia magis Ordinarij authoritate paſſim erigi conſueuere, quàm priuata, ad *tex. in d. cap. ad hæc. 4. de Religioſ. domib.* quam
35 ob cauſam hoſpitalia pia loca, & religioſa æſtimantur *d. Clem. per litteras. & gloſſ. ibid. verbo Eccleſias in princ.* ſequitur Rota *coram Card. Seraphino d. deciſ. 725. n. 6.* Cùm igitur ſigna omnia, quæ ſupra enarrauimus in hoc xenodochio, in illud tendant, vt eccleſiaſticum æſtimetur, atque Ordinarij authoritate erectum; neque ſit, qui contrarium dicat: tale vtique habendum erit, ęſtimandumque.

Vti ſacrilegi itaque extractores milites, qui Tiberium ex hoc ſacro hoſpitali vi abduxerunt, atque carcerauere, ad Gregorianæ conſtitutionis præſcriptum, habendi
37 erunt; atque cenſuris in illa innouatis feriendi, vt pæna docente diſcant quantum exceſſerint, ad *tex. in cap. niſi ſpecialis illa di-*
28 *lectionis. 3. de officio legati.* Metuque pænę ab huiuſmodi temeritatis audacia refrenẽtur, iuxtà Clementis V. verba *Clem. vnica de conſanguinit. & affinit.* Atque metus pænæ, meta huiuſmodi præſumptionis exiſtat. Innocentius 4. vt loquitur *cap. pro humani 1. §. cum igitur de homicid. in 6.*

Iure ergo facit Epiſcopus, qui in illos iuſtitiæ zelo inſurgit, vt cuique, quod ſuum eſt, tribuat *l. iuſtitia 10 ff de iuſtit. & iure. can. ius naturale. diſt. 1. in proemio decretal. §. ideoq. lex cap. ex ore 17. in princ. de priuileg.*

Atque ita ex his Ariſtarchi virga, iudicioque haud reiecto, quin expetito, reſpõdendum cenſui.

CAROLVS MARANTA V.I.D.
Aduocatus.

Ita ſeruatum fuit in hac facti ſpecie, atq. extractores vti ſacrilegi immunitatis violatores, cenſuris ligati.

SVMMARIVM.

1 *Mandantes per aſſaſſinos Chriſtianos homines necari, pænis ſubijciuntur, & cenſuris in cap. pro humani 1. de homicid. in 6. ſtatutis.*

Comprehenduntur tamen etiam mandatarij, n. 2. & n. 18.

Et hoc propter relationem, quæ inter mandantem eſt, & mandatarium.

3 *Relatiua ſe mutuò reſpiciunt, vt vnum ſine altero eſſe non poſſit.*

Vnde diſpoſitum in vno, in altero diſpoſitum videtur n. 4.

Quod etiam in pœnalibus attenditur; ſi ratio vna fuerit, num. 5.

6 *Anaſtaſius Germonius Tarantaſiæ Archiepiſcopus celebratur.*

7 *Carolus Emanuel Magnus Sabaudiæ Dux Principum omnium Gloria extollitur.*

8 *Aſſaſſini à toto Chriſtiano populo perpetuò diffidati habentur.*

Nulla igitur fides eis ſeruanda, n. 9.

Neque ab Eccleſia, ſi ad eã confugiant. n. 11.

9 *Fidem qui alteri non ſeruat, iuſtum eſt ſi nec ei ſeruetur.*

10 *Diffidare quid?*

12 *Aſſaſſini Gregorij XIV. conſtitutione excipiuntur, ne tuti ſint eccleſiaſtica immunitate.*

13 *Aſſaſſini qui dicantur, & n. 33. quiue comprehendantur eorum nomine n. 25.*

14 *Lex, vel conſtitutio vbi non diſtinguit, neq. nos diſtinguere oportet.*

15 *Aſſaſſini per iudicem eccleſiaſticum ſeculari curiæ tradendi, & n. 26.*

Et excommunicati ſunt n. 17. & 19.

16 *Violentas manus in eccleſiaſticas perſonas inijcientes excommunicationem incidunt in can. ſi quis ſuadente diabolo.*

20 *Mandantes aſſaſſinium perpetrari, quare ſoli*

ſoli in cap. pro humani primo ab Innocentio IV. comprehendantur? Ratio aſſertur.

21 *In fideles cenſuris Eccleſiaſticis ligari non poſſunt.*

22 *Diſpoſitio cap. pro humani primo de homicid. in 6. extenditur ad mandatarios, quãuis pænalis, quia fauorabilis, & medicinalis eſt.*

23 *Extenſio fit in pænalibus propter criminis atrocitatem.*

24 *Aſſaſſinorum receptatores, vel defenſores, ſeu occultantes illos excomunicationem contrahunt.*

27 *Irregularitatem haud contrahit Eccleſiaſticus Iudex Aſſaſſinum, vel alium exceptum conſtitutione Gregorij XIV. ſeculari Curiæ tradendo.*

28 *Aſſaſſinus dicitur, quamuis mors non ſequatur eius, quem aſſaſſinio petijt, modo proximum ad actum proceſſerit.*
Vnde aſſaſſinorum pœnis tenebitur.
Etiam mandans, quamuis mandatum, etiam re integra, retraxerit. num. 29.

30 *Mandans aſſaſſinium committi, ſolo ipſo mandato aſſaſſinus eſt.*

31 *Verbum nullum eſſe debet, quin ſuum operetur effectum in Pontificis ſummi diſpoſitione.*

32 *Mandatarium ad actum proximum mortis deueniſſe ſatis erit, vt Aſſaſſinus dicatur, commeritiſque feriatur pœnis.*

34 *Aſſaſſinorum pœnis tenebitur, ſiue quis interfici fecerit, ſiue mandauerit.*

35 *Mediator, ſiue proxeneta in aſſaſſinij crimine, aſſaſſinus habetur & num. 38. & n. 45. quia magis in cauſa eſſe ipſe videtur num. 39.*

36 *Indefinita loquutio vniuerſali æquiperatur.*

37 *Mandans, & mandatarius, qui & ipſe mandet, per æque habentur.*

40 *Cauſa facti, factum reſtringit.*

41 *Mediator in crimine aſſaſſinij eiſdem feritur pœnis, quibus mandans & mandatarius.*

42 *Cauſam præbens, vt aliquis in clericum violentas iniiciat manus, eodem modo excomunicatus eſt, vt faciens.*

43 *Qui prohibere potuit, & non prohibuit ne clericus verberibus afficeretur, excomunicationem canonis contrahit.*

44 *Iudæi Chriſtum crucifixerunt, & quomodo ex S. Auguſtino.*

46 *Agentes, & conſentientes pari feriuntur pœna.*

47 *Dianæ ſententia de mediatoribus in aſſaſſinio patrando, quod immunitate gaudeant Eccleſiæ, reiicitur.*

48 *Omne qui dicit, nihil excludit.*

49 *Pragmatica prima de aſſaſſinis elucidatur.*

50 *Ioannes Antonius Nouarius reiicitur in ſua ſententia.*

51 *Mediator in crimine aſſaſſinii influit vt cauſa in mortem alterius, ideo aſſaſſinus habetur, & n. 54.*

52 *Mediator in Crimine Simoniæ, Simoniacus habetur.*

53 *Mediatores ſiue proxenetæ interemptores vocantur, & quare?*

54 *Cauſa qui cauſa eſt, ipſe cauſati quoque eſt cauſa.*

56 *Adulter habetur, qui domum præbet ad adulterium patrandum.*

57 *Monens aliquid fieri, ipſe facere videtur.*

58 *Cauſam præbere, & facere, idem ſunt.*

59 *Facere, & conſentire facienti, idem ſunt.*
Probatur. Alciati emblemate. Quod elucidatur num. 60.

61 *Qui facit per alium, perinde eſt, ac ſi ipſe fecerit.*

62 *Mandans fieri aſſaſſinium, ipſe facere videtur.*
Vnde in conſtitutione comprahenditur Gregorii XIV.

63 *Depoſitarius pecuniarum in crimine aſſaſſinii ab immunitate excluditur Eccleſiæ.*

64 *Mediator in crimine aſſaſſinii in cauſa proxima eſt illius, vnde ab immunitate excluditur Eccleſiæ.*

65 *Sacrilegium ſacræ rei violatio eſt, & irreuerentia.*

66 *Sacrilegii ratione foro Eccleſiaſtico ſubiicitur homo, & num. 69.*

67 *Eccleſiaſtica perſona Deo ſacra ſunt, eiuſque famulatui dicata.*

68 *Sacrilegium admittitur per iniurioſam manuum iniectionem in perſonas Eccleſiaſticas.*

70 *Aſſaſſinos Curiæ ſeculari tradi expedit.*

ARGVMENTVM.

Aſſaſſinii pœnis an feriatur iuſtè, ita mandans, ſicut, & mandatarius? Et quid in proxeneta, ſiue mediatore; an & ille aſſaſſinus quoque dici iure valeat? pluraque ad ornatum tex. in cap. pro humani primo de homic. in 6. atque conſtitutionis Gregorij XIV. de Immunitat. Eccleſiaſtica non inutilis reſponſio.

RESPONSIO XXXVI.

Titius (Seio, Caioque mediatoribus) Sempronio dat pecunias, Fabritium ſacerdotem, quo eùm pacem iam pauiò ante inierat ipſe Titius, vt perimat, necetque. Sempronius pecunijs acceptis, dum ſacrilegium cum aſſaſſinio adornat, inuentũ Fabritium publica adoritur in via, paruoque ex tormento bellico ignivomo excuſſa glande, læthali vulnere petit, atque ad mortem deijcit, ſeque in Eccleſiam recipit. Verùm Eccleſiaſtico à Iudice (Epiſcopali ſcilicet Curia) inde extractus, ad carceres ducitur Eccleſiaſticos. Statimque rem totam aperit, admiſſumque crimen confitetur. Fabritius autem ſacerdos poſt tres menſes, quibus lecto ad mortem decubuit, repugnante medicorum omnium ſententia, hominumque expectatione, miraculo magis, quàm naturæ vi conualeſcit, rediuiuuſque reſurgit.

In dubium proinde reuocatum fuit: tradẽdus ne eſſet ſeculari Curiæ Sempronius? & an aſſaſſinus dici debuiſſet, Fabritij morte non ſequuta? Quid ue de Seio, Caioque mediatoribus? Et num ſane ſacrilegij cauſa potuerit in eos Eccleſiaſticus iudex cõdigna animaduerſione inſurgere, pœnaque debita ferire?

Eccleſiaſticæ Immunitatis fauore tueri haud ſe poſſe Sempronium reſpondi. Licet
1 enim Innocent. IV. in Concilio Lugdunenſi
in *cap. pro humani primo de homicid. in 6.* de
mandantibus per aſſaſſinos Chriſtiani hominis necem perpetrari, verba faciat, illis verbis:
„ *§. cum igitur. Vt ipſos faciant per aſſaſſinos occi-*
„ *di, & in fin. §. ſacri approbatione Concilij, quem-*
„ *piam Chriſtianorum per prædictos aſſaſſinos in-*
„ *terfici fecerit, vel etiam mandauerit.* Abſolutum
tamen apud iuris interpretes eſt, exequuto-
2 res mandati præfati, ita hominibus pernicioſi,
cùm animam perdant, & corpus, viliſſimæ
pecuniæ vt ipſi participes fiant. (qui propterea Mandatarii vocantur,) cùm mandantibus
vnà comprehendi, ob relationem, quæ inter
3 mandantem eſt, atque mandatarium, vt vnũ
ſine altero eſſe minime poſſit, ſicuti relatiua
omnia ſunt, ſecundum *Ariſtot. in prædicam. ad*
aliquid, vt diſpoſitum in vno & in altero pari-
4 ter diſpoſitum videatur *ad tex. in l. fin. C. de*
indicta viduit. tollen. l. fin. C. de acceptilationib.
5 quod in pœnalibus quoque locum ſibi facere,
vbi ratio eſt vna, ac par, docet *Abb. in cap.*
quia Clerici 6. num. 3. de iure patronat. l. vnica
C. de Cupreſſis lib. 10. vbi Bald. l. 3. in fin. C. de
ſacroſanct. Eccleſ. Surdus deciſ. 52. num. 5. Didacus à Couarruuias Præſul *doctiſſimus lib. 2.*
variarum reſolut. cap. 20. num. 10. verſ. 4. eadem
ratione. & in Clement. ſi furioſus par. 2. in initio
num. 9. in 2 & 3. caſu de homicid. quem ſequi-
6 tur & ille doctiſſimus pariter *Præſul* Tarantaſiæ Archiepiſcopus (Magni Ducis Sa-
7 baudiæ, Caroli Emanuelis, Principum noſtrorum temporum Gloriæ, apud Catholicã Maeſtatem legatus) Anaſtaſius Germonius celebri illo ſuo tractatu de ſacrorum immunitate *lib. 3. cap. 16. num. 68. & 69. Petr. Plaza in epitome delictorum lib. 1. c. 19. num. 4. verſ. 3. dubium illud Decian. tract. criminal. lib. 6. cap. 28. num. 18. in fin. tom. 2. Capicius deciſ. 155. num. 3. & ſeq. Guttierez practicar. quæſt. lib. 3. quæſt. 7. num. 4. Petrus Caballus tract. de omni genere homic. num. 501. cum ſeq. Farinacius in praxi crimin. par. 4. de homicid. quæſt. 124. in ſpection. 2. num. 19. & 26 & inſpect. 4. in 3. ampliat. nu. 90. & in appendice de immunit. Eccleſiaſt. cap. 8. ampliat. 6. num. 127. & conſ. 101. num. 3. par. 1. Ambroſin. de Immunit. Eccleſiaſtica cap. 7. num. 5. Peregrin eodem tractat. cap. 7. in prima ampliat. num. 29. Triuiſan. deciſ. 18. num. 1. par. 2. Gratianus Forenſ. diſceptat. par. 3. cap. 598. num. 7. & 8. Riccius in collectan. 101. par. 1.* Triuiſanũ referens. *Vulpes in praxi fori Eccleſiaſtici cap. 3. num. 11. Ioan. Anton. Nouar. in ſum. Bullarum de immunit. Eccleſiaſtica n. 63. Barboſ. in collect. in d. cap. pro humani 1. num. 7. Fernandez à Caſtro Palao theologiæ moralis tom. 2. tract. 11. de reuerentia debita locis ſacris diſp. vnica punt. 9. num. 22. in fin. & 33.* aliique a præfatis allegati *& Iulius Caribarius deciſ. 82. num. 11. Curia Archiepiſcopalis Mediolanenſ. Regens Rouitus deciſ. 15. à num. 4. cum ſeq.*

Tũ etiã, quod inter pœnas, quibus, ob crimi-
8 nis huius deteſtationẽ, peſſimi hi homines, ac
deplorati nominis in conſtitutione præfata
Innocentij IV. in Concilio Generali Lugdunenſi, *in cap. 1. in fin. de homicid. in 6.* iurè, ſanctèque feriuntur, vna eſt; vt à toto Chriſtiano
populo perpetuò diffidati habeantur. Diffi-
9 datis igitur nulla fides ſeruanda erit, quam
ipſi alteri non ſeruauere *ad tex. in l. cũ proponas*
21. C. de pact. vbi Salicet. capit. peruenit. 3. vbi
Gloſſ. verbo paruiſſe de iure iurand. Quia ini-
mi-

Google

16 mici,hoſteſque habentur. Diffidare enim
eſt bellum indicere, hoſtemque ſe decla-
rare, vt *Lexicon iuridicum nouum verbo dif-*
11 *fidare.* ſequitur. Nō igitur ab Eccleſia tutā-
di erunt, qui eius hoſtes,& inimici diffidati,
declarati fuere. Extorres ergo erunt, qui
eius immunitate perfruantur. *Couarr. d.cap.*
20.num.9.Plaza d.cap.19.n.24. in 23.not. De-
tian d.cap.28.n.18.circa med.Farinac. d.q.123.
inſpection.3.in 12.ampliat.n.69.& in appendice
de immunit. d. cap 8. num.118.
12 Deinde,quod Gregorii XIV.conſtitutio,
qua non nulli excipiuntur criminum pa-
tratores, ne immunitate tuti ſint eccleſia-
ſtica,ſi ad Eccleſiā, vti ad Aſylum confuge-
rint; abſolutè aſſaſsinos excipit, ne immu-
13 nitate tuti ſint eccleſiaſtica, *Aut aſſaſſini,*
dicens. Aſſaſsini verò, ij propriè nūc agno-
ſcuntur,qui pecuniis acceptis, baptiſmatis
aqua ablutos homines occidunt: quamuis
non ex illis ſint infidelibus, qui in hoc toti
erant,vt domini ſui parentes mandato, in-
cautos homines ex inſidiis necarent: iuxta
diſpoſita in *dicto capit. pro humani primo de*
homicid.in 6. per Innocent. IV. in Generali
Concilio Lugdunenſi, vt poſt alios ſequi-
tur *Fernand.à Caſtro Palao,d.diſput.vnic. pun-*
cto 1.n.32.Anaſtaſius Germon.d.lib.3.cap.16.n.
68.Detian d.lib.6.cap.28.n.18.Carthar.d.deciſ.
82.n.11. At non diſtinguit conſtitutio inter
mandantem, & mandatarium mandatum
14 ipſum peſsimum exequentem: neque nos
ergò diſtinguere decebit. ſequitur *Peregri-*
nus d.cap 7.num.30.
15 Iudicis itaque eccleſiaſtici erit, conſti-
to verè, vel probabilibus ſaltem argu-
„ mentis(vt Innocentius IV.*d.cap.1.in fin.* ibi
„ *poſtquam probabilibus conſtiterit argumentis.*
loquitur)de aſſaſsinii patrato ſcelere, Sem-
pronium, nè dum ob admiſſum ſacrilegū
facinus violentas manus diabolo ſuadente
in perſonam Presbyteri Fabritii iniiciendo
excomunicatum declarare,excommunica-
tione Pontifici Summo reſeruata in *can. ſi*
quis ſuadente diabolo.17.q.4. Verùm & excō-
municatione dicto *cap. pro humani 1. de ho-*
*micid.in 6.*contenta,ob patratum nefariè aſ-
ſaſſinii crimen. Tametſi enim dicto *cap.1.*
de mandantibus aſſaſsinio chriſtianos ho-
mines data pecunia necari,verba faciat, di-
ſpoſitionemque roget in Generali Conci-
lio Innocentius IV.eoſque excommunica-
tione liget, vt in proprio caſu dumtāxat
exauditi pænalis ſanctio debeat, quod ad-
uertit *Couarr d.cap.20.num.10.lib.2.variarū*
reſolut. Admiſſa tamen interpretum omniū
ſententia eſt,diſpoſitionem illam,ob relati-
ui termini connexionem, cùm vnum ſine
altero eſſe haud poſsit (vt paulò ante dixi-
mus, probauimuſque) ad mandatarium
quoque extendi,ne dum extenſiuè, verùm
& compræhenſiuè; cùm vna,eademque, ac
19 par ſit ratio in vtroque; vt quemadmodū
mandatarii à toto chriſtiano populo per-
petuò diffidati habentur;ita,æqueuè,& ſen-
tentia ligentur excommunicationis dicto
canone rogata,quemadmodum & mandā-
tes. Indè enim eſt, Summum illum Ro-
manum Pontificem,(virum alioqui doctiſ-
ſimum)in mandantes cenſurarum gladium
ſtrinxiſſe; non quòd in mandatarios ſtrin-
gere illum noluerit; ſed quod eſſent illi
21 (vti infideles) extra gremium Eccle-
ſiæ; atque propterea incapaces, qui cenſu-
ris eccleſiaſticis ligari potuiſſent. Neq e
22 proinde comprimenda (vti pænalis) ſit te-
xtus huius diſpoſitio,quin magis expandē-
da, ac dilatanda vti fauorabilis, & medici-
nalis,in animarum fauorem rogata,vt om-
nes omninò comprehendat, qui ſcelere
hoc ita immani, & execrando, ac inhuma-
no,horrendoq.(quo non corporum ſolum,
ſed mors etiam procuratur animarum)tur-
piſſimè ſe fędarint. Quod ſanè ex ipſo con-
textu facilè ſit intelligere, illis in verbis,
quibus diſponens Summus Pontifex, ſe-
„ quentibus loquitur. *Nos (inquiens) tanto*
„ *periculo volentes occurrere animarum, & tam*
„ *nefarias præſumptiones eccleſiaſticæ animaduer*
„ *ſionis mucrone ferire, (vt metus pænæ meta*
„ *huiuſmodi præſumptionis exiſtat.) Sacri appro-*
„ *batione Concilij ſtatuimus.* Aduertitque per
„ optimè *Cardinal. Hoſtienſ d.cap. n.19. Archi-*
„ *diac.poſt n.1.verbo Princeps. Gemin.n.5. Fran-*
„ *chus n.3.*Sequiturq. *Barboſa in collect. ibid. n.*
„ *3.Capic d.deciſ.155.n.23. Farinacc, praxi cri-*
„ *minali d.q.123.inſpect 1 n.23.Cartharius d.de-*
ciſ.82.n.11.& 16. Rationemque etiā venari
23 libebit ex his,quæ Bonifacius Octauns Sū-
mus,& ipſe Pontifex in *cap. Fælicis.5. §. cæ-*
„ *terum de pænis lib.6.* habet: *Quia dignum eſt,*
„ (inquiens) *vt nefandi ratione flagitij, vltionis*
„ *ſeueritas amplius extendatur, & propter enor-*
„ *mitatem culparum, plagarum modus exuberet,*
„ *nec pænis ſolitis contentetur.* Atque præterea,
24 quod ſicuti Summus ipſe Pontifex ob cri-
minis tam ſceleſti deteſtationem, ne dum
mandantes, excommunicationis tarthareo
„ ligat fune, verum & qui *aſſaſsinos præfatos*
„ *receptauerit,vel defenderit,ſeu occultauerit*: ita
multoque magis & aſſaſsinos ipſos com-
25 prehendet. Cæterò quin,cùm nullibi nūc
nefarij illi infideles homines reperiantur,
qui nefarium, deteſtandumque hoc ſcelus
opere complebant; reperiantur verò ex
Chriſtianis ita nefarij,ac deplorati nominis
homicidiones,qui pecunia cōducti chriſtia-
nos homines occidāt;ſi in illos Innocētiana
diſpoſitio locum non habebit, inanis erit,
& vacua diſpoſitio ipſa, licebitque nefarijs
homuncionibus his ſe pretio vendere, vt
Chriſtianos homines, nihil tale præcauen-
tes,& incautos interimant,necentq;,neque
in eos decretæ pęnæ, cenſuræque locum
ſibi facient; quod aſſerendnm minimè eſt
gentium: quin contrà comunis inualuit

interpretum vſus, vt aſſaſsinorum nomine,
ij comprehendantur, qui pecuniis condu-
cti, chriſtianum hominem occiderint, ſiue
infideles, ſiue fideles fuerint. *Detianus d.cap.*
*28.n.18.in fin.lib 6.*quem ſequitur *Ambroſin.*
de immunit. Eccleſ.cap.7.n.6.Iul.Clarus §.aſſaſ-
*ſinium n.1.& 2.*de comuni, atque ab omni-
bus recepta ſententia teſtans *Menoch. de ar-*
bitrat. lib.2.centur.4.caſu 360.n.42.Farinac.d.
conſ.101.n.2. Gambacurta de immunit. Eccleſ.
lib.5.c.33.n.5.& 6 Peregrin.d.c.7.n.26.& 28.
*Guttierez d q.7.n.4.*vbi de comuni, atque re-
cepta ab omnibus ſententia aſſerit *Bonaci-*
na tom.2.circa primum decalogi præceptum di-
ſputat.3.q.7.punct.6.§.4.n.2.verſ.tertio pro illis
26 *Carthar.d.deciſ.82.n.11.* Immunitate igitur
cùm non perfruatur eccleſiaſtica Sempro-
nius, qui Fabritium per aſſaſsinum ad mor-
tem petijt; iure, neque ſanè iniquè ſeculari
curiæ tradendus erit: vt dicta Gregoriana
conſtitutione cauetur; notat quoque *Fer-*
nand. à Caſtro d.diſput.vnic. puncto 13.num.1.
27 Neque ob id metuere ſibi poterit eccle-
ſiaſticus iudex, ne irregularitatis nota ſi-
gnetur, quòd ſeculari iudici condigna fe-
riendum pæna nefarium, ſceleſtumque, at-
que ſacrilegum aſſaſsinum furcis ſuſpen-
dendum tradiderit, quando id apertiſſimis
verbis Gregorius XIV. ſua conſtitutione
„ exprexit, ſequentibus loquens: *Abſque irre-*
„ *gularitatis nota, aut alicuius cenſuræ eccleſiaſti-*
„ *ſticæ incurſu tradi, & conſignari curent, ac fa-*
ciant; & quilibet eorum curet, & faciat. & pau-
„ lò infrà: *Tuncq. demum de mandato Epiſcopi*
„ *per iudicem eccleſiaſticum curiæ ſeculari, qua-*
„ *cunque appellatione poſtpoſita, cõſignentur,* Sic
Pontifex Gregor. ſequitur *Farinac.tom.2. in*
praxi criminum de Carceribus, & carceratis q.
28. n.77. & in appendice in d. Bullam Gregor.
cap.22 num.343. Ambroſinus cap.11. n.5. verſ.
ſed conſtito. & n.6.
Proficiet haud minimè verò Sempronio
conualuiſſe Fabritium, neque morte occu-
28 buiſſe. Sat quippè fuit, vt aſſaſſiuus ipſe di-
ceretur, pecunia conductũ ad occidendum
fuiſſe, eumque ad actum proceſsiſſe proxi-
mum, vt occideret. Necauit porrò quantũ
in ſe fuit, neque per ipſum ſtetit. Ignitam
nempè glandem corpori infixit, ad terram-
que penè mortuum Fabritium deiiecit,
nihilque ſuperarat amplius, ni animam ef-
flaret, ſepulcroq. conderetur. At caſu, for-
tunaque accidit, ſic diuina diſponente bo-
nitate, vt poſt tres menſes, quibus lecto cũ
morte conflictans decũbuit, rediuiuus exur
geret. Ex accidenti igitur hoc euenit. Nihil
ergo Sempronio proficiet quin aſſaſsinio
occidiſſe Fabritium dicatur, quòd mors, quã
in cauſa ipſe iam intulerat, ſubſequuta mi-
nimè fuerit. Diſponit id apertiſſimè Inno-
„ centius IV. dicto *cap. pro humani 1.§. ſacri ap-*
„ *probatione Concilij,* dicens, *Vt quicunque Prin-*
„ *ceps, Prælatus, ſeu quæuis, alia eccleſiaſtica, ſecula-*
„ *riſue perſona, quempiam Chriſtianorum per præ-*
„ *dictos aſſaſsinos, interfici fecerit, vel etiam man-*
dauerint (quanquam mors ex hoc forſitan non ſe-
quatur.) Sic ille. Quemadmodum verò man-
dans ita per aſſaſsinos chriſtianum hominẽ
necari, quamuis ſubinde ſubſequuta mors
non fuerit: Reus tamen pænæ dicto *capit.*
pro humani 1. ſtatutæ habetur, quòd ſat, ſu-
perque fuerit mandatum ad occidendum
dediſſe; reuocauerit quamuis, etiam inte-
gra re mandatum, quod adnotat apertiſsi-
mè *Gloſſ. ibid. verbo mandauerit.* ſequentibus
loquens. *Hic autem puto, quòd etiam ſi reuoca-*
„ *uerit re integra* (mandatum .ſ.) *pænam in-*
„ *currit, cùm ex ſolo mandato iam prius ligatus*
eſſet. Rationemque reddit addens ibidem.
„ *Quia hoc ipſum mandare,* (inquiens) *eſt delictũ*
conſumatum. Alioquin inaniter Summum
Pontificem illum Generali in Concilio lo-
quutum fuiſſe facili admiſerimus negotio,
„ cùm dixit: *interfici fecerit, vel etiam manda-*
uerit; ni illud (*mandauerit*) ita exaudierimus,
vt ex ſolo ipſo mandato crimen hoc nefa-
rium in mandante perfectum, conſuma-
31 tumque æſtimetur, vt *Gloſſ.* perpendit. At
nullum verbum eſſe debet, quin ſuũ ope-
retur affectum in tanti Pontificis diſpoſi-
tione *ad tex. in cap. ſi Papa 10. de priuileg. in 6.*
Ita peræquè mandatarium ad actum per-
ueniſſe proximum, quo chriſtiani hominis
nex, per eum ad illam pecunia conductum,
dandam, ſequeretur, ſatis ſuperque erit: vt
ita aſſaſsinus dicatur, commeritiſque feria-
tur pœnis, etiam ordinariis, eccleſiaſticaque
priuetur immunitate. Abſolutè quippè (vt
in ſuperioribus) aſſaſsinos conſtitutione
ſua Gregorius XIV. remouet ne immuni-
tate perfruantur Eccleſiæ. Extorres itaque
erunt ab ea; ſequatur nec ne mors, ſi per eos
ad actum proximum deuentum fuerit, vt
intuliſſe illã dicantur, neque per eos, quin
33 illam intulerint, ſteterit. Porrò aſſaſsinus
dicitur, qui, vel datis, vel acceptis pecuniis
chriſtiani hominis mortem intenderit. *Co-*
uarr. in d. Clem. ſi furioſus par.2. relection. in ini-
tio n.6. in 1. caſu. Menoc. d. caſu 360. n.39. & 44.
Gramat. voto 9. n.9. & 10. Clarus §. Aſſaſiinium
verſ ſcias & n.7. ibique Baiard. n.24. Triniſan.
d. deciſ.18. n.4 Vincent. de Franch. deciſ.176. n.
3. Plaza in epitom. d cap.19 n.9. verſ.10. ex Pon-
tificia Hieronym. de Monte. q.16. n.33. Lopez ad
Diaz in praxi crimin. cap.100. littera D. in 2 ca-
ſu fol. mihi 424. Marta de iuriſd. par.2. cap.34.
n.17. & voto 238. n.9. Hieron. de Laurent. deciſ.
Auenionen. 15. n.6 Farinac. d. q.123. inſpect.4.
num.79 & ſeq. & ampliat.3 n.101. & ſeq. & in
appendice cap.8. n.128. Ambroſin. d cap.7. n.11.
Gratianus d. cap.398 num.9. & 10. Pariſ. de cõ-
fident. beneficior. q.39. n.3. Hieronym. Ceuallos
comunium contra omnes q.901. n.44. & ſeq. &
55. & 56. Marius Giurba conſil. crimin.70. nu.
23. Detian. d. lib.6. cap.28. n 28. ad fin. Fernand.
à Caſtro d. diſput. vnic. punct.9. n.39. Peregrin. de
im-

immunit. d.cap.7.in 2.ampliat.n.31.32.33. & 34. Caballus dict. tract. de omni genere homicid num.524.& num.ſeq.

Nullum proinde commodum nefario huic
ſicario accedere debebit, ex quo mors ſequu-
ta minime fuerit, quam ipſe iam intenderat,
dederatque, neque per eum ſteterat, quin effi-
ceretur, atque Fabritius in puncto ad inferna
deſcenderet, ſi non ipſe paratus, & ſine pec-
cato fuiſſet.

Pari quoque modo de Seio, Caioque Me-
diatoribus aſſerendum erit. Vel enim ipſi
inter eos agnoſcentur, cōpræhendēturque; qui
interfici fecerint, vel qui etiam mandauerint.
34 Vterque nempe horum conſtitutione præfa
ta Innocentij 4. *d.cap.pro humani primo* § *ſacri*
approbatione concily, compræhenditur: ibi;
„ *Quempiam Chriſtianorum per prædictos aſſaſ-*
„ *ſinos interfici fecerit, vel etiam mandauerit.* Sa-
„ tis quippè laxè ſummus ille Pontifex loqui-
tur, cum dicit, interfici fecerit; neque modum
diſtinguit, quo interfeci fecerit; generaliter
igitur omnes compræhendet modos, quibus
quiſquam per aſſaſſinos interfeci fecerit; ſiue
35 vt principalis, ſiue etiam vt mediator. Eſt
enim indefinita illa loquutio (interfici fecerit,
36 vel etiam mandauerit). Vniuerſali itaque
æquipollebit. *Bart.in l.omnes populi n.57. ff. de*
Iuſtit.& Iur.Cagnol.in l.1.n. 10. de regul. Iur.
Couar.lib.1.variar.reſolut. c. 13. num. 8. *Mel-*
chior Lucterius de re beneficiar. lib. primo
quæſt.24 num.68. quam perpenſionem abhor-
ruiſſe minimè videtur accuratus perpenſor
Scipio *Rouitus d.deciſ.15.num.4. & ſeq.* in ter-
minis loquens *Pragmat. 1. de aſſaſſin. & in*
commentar. in eād. pragmat. à num. 22. ex do-
ctrina, *Angeli tract. de Malefic. verbo Sempro-*
37 *nium mediatorem quæſt. 6. num. 16.* dicentis;
„ *Quod ſi mando tibi, vt tu mandes alij, tu ſecundo*
„ *mandans teneris, vt ego principalis, & primò*
„ *mandans,*& ibid. *Auguſt. Ariminenſis Addens,*
& Hyppolit.de Marſil.ſingul. 181. *atque* Bald.
in l.vnica §.ne autem num 18.C. de Caduc. tol-
lend per tex. in l. ſi ego 6.ff. quod vi, aut clam.
quo loco Paulus iure conſultus *lib. 67. ad edi-*
„ *ctum*, (loquitur:) *Si ego tibi mandauero opus*
„ *nouum facere, tu alij: non poteſt videri meo iuſ-*
„ *ſu factum: tenebris erga & tu, & ille. An & ego*
„ *tenear videamus. Et magis eſt, & me, qui initiū*
„ *rei præſtiterim teneri* his Paulus Verùm *Gloſſ.*
ad rem noſtram & illa, *in verbo tu.* quia no-
mine tuo fecit. *ex Accurſio* (inquit) & *verbo*
„ *teneri.* Si meo nomine mandauit. (Sequitur.)
38 Eodem itaque modo Mediator, ac proxeneta
in facinore hoc aſſaſſinij, ita aſſaſſinus ha-
bebitur hominis Chriſtiani, ſicuti & is, qui
mandauit fieri, & qui mandatum ſuſcepit, vt
faceret, & exequutus fuit. Neque enim hic fe-
ciſſet ni mandatum, pecuniæ promiſſione, à
39 mediatore accepiſſet. In cauſa ergo magis
hic fuit mediator, quàm primus mandans, vt
Chriſtianus homo necaretur, quia proximiùs
in mortem influxit eius. Ipſe igitur mandauit
fieri. Huic ergo pari, æquoque modo impu-
tabitur ſicut & exequenti; ac mandanti. Cau-
40 ſa quippè facti, factum ipſum reſtringit, vt
Bald. loquitur *in l. cancellauerat in fin. verſ.*
nota quod cauſa ff.de his, quæ in teſtament de-
lentur. diximus *reſponſ. 24. num. 95. par. 1.*
Erit proinde ipſe pari modo aſſaſſinus, ſicuti
& mandans, & mandatarius. In eaſdem pro-
41 pterea dabit pænas, quas & vterque eorum;
& vt excommunicatione ligatus ſit (dicto *cap.*
pro humani primo ſtatuta; & vt immunitate Ec
cleſiæ, ſi ad eam, vti ad Aſylum confugerit,
minime protegatur. In illam, quia per aſſaſſi-
nos interfici fecit: in hanc quia et ipſe Aſſaſſi-
nus eſt. Aſſinos autem omnes ab immunitate
extorres fecit Eccleſiæ Gregor. XIV. in ſua
Conſtitutione, indefinitè aſſaſſinos eximendo,
neque diſtinguendo an mandans, an manda-
tarius, an mediator, & proxeneta peſſimi, ne-
fandique huius flagitij eſſet. Vt neque nos di-
ſtinguere oporteat, vt in ſuperioribus quoque
diximus. Aſſaſſini igitur habebuntur Seius,
Caiuſque, qui mediatores fuere, vt Sempro-
nius Fabritium Sacerdotem per necem de
medio tolleret.

Atque pari modo cenſuratū erūt ligati fu-
42 ne, *in can. ſi quis ſuadente diabolo.* quia me-
diatores, ac proinde in cauſa fuere, vt violen-
tas manus in Fabritium inijceret Sēpronius,
ad *tex.in cap. mulieres 6. §. illi verò de ſent. ex-*
comunicat. Ex ratione, quam affert ibi Alexā-
„ der Tertius: *Cum is committat verè,* (inquiēdo)
„ *cuius authoritate, vel mandato delictum com-*
„ *mitti probatur,* & *Gloſſ.ibid.verbo authoritate.*
43 Et planè, ſi qui prohibere potuit, nec pro-
hibuit, ne Clericus percuteretur, in canonis
præfati, *ſi quis ſuadente* dat cenſuras, *cap. quan-*
ta 47.de ſent.excom. vbi Gloſſ. verbo interpræta-
„ *mur.* Ex ratione Innocentij III. ibid. *Eos de-*
„ *linquentibus fauere interpretamur,* (dicentis)
qui cùm poſſint, manifeſto facinori deſinunt ob-
uiare. ſequitur plures alios referens *Barboſ.*
d. can. ſi quis ſuadente in collectan. num. 40. &
45. Multo magis vtique, & hi facinoroſi ho-
mines, Seius, Caiuſque, qui mediatores fuere,
vt occideretur Fabritius ſacerdos, neque pro-
hibuere, cum potuiſſent, in cenſuras dicto ca-
none dederunt inflictas.

Neque dicant ipſi, non nos occidimus Fa-
britium; Sempronius occidit, ipſe pecunias, vt
occideret, accepit, ipſe aſſaſſinus fuit.

44 Porrò, namque Iudæi Chriſtum occiderunt,
ſed Pilatus in eum ſententiam protulit, vt
Crucifigeretur, atque Cruci eum Gentiles
affixere, & nihilominus eos illum occidiſſe
proclamat Auguſtinus. Audi illum in pſalm.
63.verſ.4.

Exacuerunt tamquam gladium linguas
ſuas.

„ *Non dicant Iudæi non occidimus Chriſtum*
„ (loquēs) *etenim propterea eum dederunt iudici*
„ *Pilato, vt quaſi ipſi à morte eius viderentur im-*
„ *munes, nam cùm dixiſſet eis Pilatus: Vos eum*

„ oc-

Digitized by Google

„ *occidite. Reſponderunt; Nobis non licet occidere*
„ *quemquam. Iniquitatem facinoris ſui in iudicem*
„ *hominem refundere volebant. Sed nunquid Deũ*
„ *Iudicem fallebant? Quod fecit Pilatus in eo*
„ *ipſo, quod fecit, aliquantulum particept fuit, ſed*
„ *in comparatione illorum multò ipſe innocentior.*
„ *Inſtitit enim quantum potuit, vt illum ex eorum*
„ *manibus liberaret. Nam propterea flagellatum*
„ *produxit ad eos: Non perſequendo dominum*
„ *flagellauit, ſed eorum furori ſatisfacere volens,*
„ *vt vel ſic iam miteſcerent, & deſinerent velle*
„ *occidere, cùm flagellatum viderent: fecit, & hoc.*
„ *At vbi perſeuerauerunt, noſtis illum lauiſſe ma-*
„ *nus, & dixiſſe, quod ipſe non feciſſet, mundum ſe*
„ *eſſe à morte illius. Fecit tamen. ſed ſi reus, quia*
„ *fecit, vel inuitus, illi innocentes, qui coegerunt*
„ *vt faceret? Nullo modo. Sed ille dixit in eum ſen-*
„ *tentiam, & iuſſit eum Crucifigi, & quaſi ipſe oc-*
„ *cidit; & vos ò Iudæi occidiſtis. Vnde occidiſtis?*
„ *Gladio linguæ. Acuiſtis enim linguas veſtras. Et*
„ *quando percuſſiſtis, niſi quando clamaſtis. Cruci-*
„ *fige, Crucifige?* vſque huc Auguſt.
Occiderunt, itaque atque Crucifixerunt
Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum Iudæi,
quando apud Pilatum inſteterunt, atque cla-
mauerunt, crucifige, crucifige eum. Et non
magis Fabritium occiderunt Seius, Caiuſque,
qui apud Sempronium mediatores fuerunt,
vt pecunia accepta eum accideret? Omnimo-
45 do. Si ergo aſſaſſinus fuit Sempronius man-
datarius, qui mandatum dedit, cur non æquè
Caius, Seiuſque, qui apud vtrumque medij
fuere, atque cauſa, ſine qua non, Fabritius à
Sempronio ignea glande petitus fuiſſet, atque
pœnè occiſus? Aſſaſſini ergo cum ipſi habean-
tur, ſicuti mandans, & mandatarius, peræquè
46 pœnis ferientur, vt illi. Vt qui pares in delicto
fuere agendo, atque conſentiendo, pares in
pœnis habeantur. *cap. primo de offic. delegat.*
vbi Gloſſ. verbo pars pœna l. ſi quis ad declinan-
dum 38. §. fin. in fin. vbi etiam Gloſſ. fin. C. de
Epiſcop. & Cleric. l. penultim. & l. fin. C. de pa-
gan. & hanc ſententiam poſt *Cardin. Tuſcum*
tom. 3. littera E. concluſ. 10. num. 10. & concluſ.
11. num. 7. & Caball. tract. de omni gener. homi-
cid. nu. 412. ſequitur *Peregrin. de Immun. cap. 7.*
num. 37. & eum refert *Diana reſolut. moral.*
par. 4. tract. 1. reſolut. 33. quamuis ipſe cum *Do-*
nato Anton. de Marin. quotid. reſolut. cap. 171.
num. 5. in negatiua reſideat: & quòd ita per
Sacrum Neapolitanum Conſilium deciſum
fuiſſe refert *Rouit. ad dict. pragmat. primã de aſ-*
ſaſin. num. 45. & dicta deciſ. 15. in fin. & nouiſſi-
me ita in contingenti facto deciſum fuit per
M. C. V. apud Io. Bapt. de Thoro *in compend.*
deciſ. p. 3. ſect. 2. verbo mediator, & quod Gre-
goriana Conſtitutio aſſaſſinos tantum exci-
piat. Mediatorem vero inter aſſaſſinos mini-
47 me agnoſcit. Verùm non rectè (meo quidem
iudicio.) Cùm, quod indefinitè Gregorius
XIV. aſſaſſinos ab immunitate excipiat Ec-
cleſiæ, vt omnes aſſaſſinorum comprehendae
ſpecies; ſiue mandans fuerit, ſiuè mandata-
rius, ſiue etiam proxeneta, & mediator: vt qui
48 omne dixit, nihil omnino ſecluſerit. *ad tex. in*
cap. ſolitæ 6. de maioritat. & obed. vt in ſuperio-
49 ribus diximus. Tùm, quòd inde Sacrum
Conſilium Neapolitanum mediatorem in
ipſa pragmatica diſpoſitione non compre-
hendi iudicauit, quia abſolutè pragmatica
ipſa de mandante, & mandatario loquitur, vt
viſum haud fuerit mediatorem, de quo prag-
matica non loquitur, concludi, atque in illa
comprehendi, Dominis illis Conſiliariis, &
Iudicibus. Verum *Rouitus* tàm dicta *deciſ.* 15.
quam in *d. pragmatica ſanctione,* pluribus con-
tendit; mediatorem aſſaſſinum dici: vt non ſit
proinde à diſpoſitis in dicta pragmatica infe-
rendum ad diſpoſita in d. Gregoriana Conſti-
tutione, atque in *d. cap. pro humani primo* cùm
Vterque Summus Pontifex, & Gregorius, &
Innocentius, Aſſaſſinos omnes ſimpliciter in-
ſectentur. Vnde parum refert ratio, quam
Ioan. Anton. Nouar. in ſum bullar. de immunit.
Eccleſiaſt. num. 72. in fin. refert; fauore Eccleſiæ
(dicens) ne recedas à firmata concluſione,
mediatorem in hoc crimine aſſaſſinij gaude-
re vtique eccleſiæ immunitate. reſidet enim
ipſe cum eo, quod deciſum referat in ſacro
Neapolitano Conſilio per *Rouit. d. pragmat. 1.*
quamuis & ipſe aſſerat de iure videri contra-
rium. Neque enim Gregorij XIV. vllo pacto
dicta ſua conſtitutione pro mediatoribus eſt,
vt tuetur eos immunitate; cum abſolutè aſ-
ſaſſinos excepit.
51 Quam ob cauſam, cùm mediatores, & ipſi
in mortem influant Chriſtiani hominis per
aſſaſſinium, aſſaſſini vtique dicentur; quare
per Gregorianam conſtitutionem excepti
erunt; ne ad eccleſiam confugientes, eius im-
munitate protegantur. Proficit perpenſioni
huic quod habetur ex *tex. in cap. mediatores*
primo de teſtibus in 6. vbi Gemin. alijq.
52 Nam ex dicto tex. apertè habetur. Media-
tores in crimine Simoniæ, & ipſos Simonia-
cos haberi. quod etiam aduertit *Gloſſ. ibid. ver-*
bo mediatores, perpendens ex *tex. can. Clericus*
quilibet 3. 91. diſt. in fin. vbi etiam Gloſſ. verbo
53 *interemptores.* Proxenetas, ſiue mediatores,
Interemptores vocari, quòd inter ementem,
vendentemque medij ſint. Erunt ergo pari
ratione Mediatores in crimine hoc peſſimo
aſſaſſinij, & ipſi aſſaſſini; comprehendentur
igitur ſub aſſaſſinorum appellatione, qua
Gregorius XIV. aſſaſſinos eximit, ne immuni-
tate protegantur Eccleſiæ. Immunitate igitur
non erunt tuti eccleſiæ. eſt pro hac ſententia
plurimus *Marius Giurba conſ. 6. à num. 6. cum*
ſeq. probare namque nititur pluribus ratio-
nibus, Proxenetam, & mediatorem in hoc
crimine, aſſaſſinum dici; atque proinde iurè
patibulo ſuſpenſam fuiſſe Agatham Brundo,
quæ mediatrix in aſſaſſinij crimine fuerat, re-
fert.
Contra apertam itaque mentem, & diſpo-
ſitionem legiſlatoris Gregorij fecerimus, ſi
me-

mediatores in aſſaſsinij ſcelere,vt eccleſia-
ſtica immunitate tuti ſint, admiſerimus;
quando abſolutè ille aſſaſsinos excepit, ne
immunitate potiantur eccleſiaſtica, cùm
inter aſſaſsinos mediatores computentur,
quorum opera, ſuaſioneque factum eſt, vt
mandatarius aſſaſsinium adornatus fuerit.
54 An non ipſi in cauſa fuere, vt per aſſaſsinū
chriſtianus homo necatus ſit, animamque
fortaſſe perdiderit, Chriſti ſanguine reden-
ptam? Si ergò in cauſa fuere, ipſi vtique aſ-
ſaſsinium perpatrauere, quorum ſuaſione
factum eſt, vt occideretur per mandatariū
55 homo. Qui enim eſt cauſa cauſæ, ipſe cau-
ſati quoque cauſa eſt. Probat id apertiſsi-
mè Vlpianus *lib.4 de adulter in l. & ſi amicis*
,, *9.ff. ad leg. Iul. de adulter. Et ſi amicis, quos do-*
,, *mum præbuiſſet, tenetur. Sed & ſi quis in agro*
,, *ſuo, alienoue ſtuprum fieri præbuiſſet, comprehē-*
,, *di debet.* Rationem reddit in fine dicens:
,, *Quia ſine colloquio illo adulterium non commit-*
teretur. Tenetur ergò mediator aſſaſsinii,
quia ſine colloquio illo, & mediatione aſ-
ſaſsinium non committeretur. Eſt ergò &
ipſe aſſaſsinus, quia effectus illius cauſa fuit.
Dilucidius id in medium facit Papinianus
lib.2. de adulter. in l. qui domum. 8. ff. eodem.
,, *Qui domum* (dicens) *ſuam, vt ſtuprum, adul-*
,, *teriumue cum aliena matrefamilias, vel cum*
,, *maſculo fieret, ſciens præbuerit: vel quæſtum ex*
,, *adulterio vxoris ſuæ fecerit, cuiuſcunque ſit con-*
,, *ditionis, quaſi adulter punitur.* Ita Papinianus.
Ouidius quoque 5. *Triſtium eleg.15.* ad rem
hanc noſtram accomodè inquit.
57 *Qui monet vt facias, quod iā facis, ille monēdo*
Laudat, & hortatu comprobat acta ſuo.
Et in veteri Mimo.
Bis peccat, qui peccanti auxilium accomodat.
Plautinum quoque illud.
Qui monet quaſi adiuuat.
Imò quam perbellè hoc comprobat Vl-
pianus *lib.18 ad l. Iuliam, & Papiam in l. ni-*
hil intereſt 15. ad l. Cornel. de ſicarijs ſcribens:
Nihil intereſt, occidat quis, an cauſam mortis
præbeat. Cauſam itaque mortis Fabritii, Se-
ius, Caiuſque dederunt. Ipſi proinde occi-
derunt. Aſſaſsini fuerunt igitur. Immunita-
te ergò Eccleſiæ tuti haud erunt. Sanctus
enim Thomas Angelicus Doctor, cui Chri-
ſtus benè ſcripſiſti de me Thoma dixit, fa-
uere huic ſententiæ videtur, *2. 2. quæſt. 40.*
,, *art. 2. in 3. arg.* ſequentibus docens: *Eiuſdem*
59 *rationis eſſe videtur, quod homo aliquid faciat,*
,, *& quod facienti conſentiat, ſecundum illud ad*
,, *Roman. 1. Non ſolum digni ſunt morte, qui fa-*
,, *ciunt, ſed & qui conſentiunt facientibus, maximè*
,, *autem conſentit, qui ad aliquid faciendum alios*
inducit. Sic S. Doctor. Induxerunt autem
Seius, Caiuſque Sempronium, aſſaſsinum
in perſonam Fabritii vt faceret; ipſi igitur
maximè conſenſerunt. Ipſi ergò fecerunt,
qui in cauſa, vt faceret, fuerunt. Digni ergò
morte erunt iſti, vt ille. Sicuti verò iſte ne
ab Eccleſia immunitate tutaretur extorris
fuit, quia aſſaſsinus; ita & iſti, quia & ipſi in-
ter aſſaſsinos computātur, agnoſcuntur ue.
60 Subueniat tibi, quid concinnè in hanc
conſonantiam Alciatus *emblemate 174.* cui
titulum dedit: *Parem delinquentis, & ſuaſoris*
culpam eſſe, ſequentibus dixit:
,, *Præconem lituo perflantem claſsica, victrix*
,, *Captiuum in tetro carcere turba tenet.*
,, *Queis ille excuſat, quòd nec ſit ſtrenuus armis:*
,, *Vllius aut ſæuo læſerit enſe latus.*
,, *Huic illi: Quin ipſe magis timidiſſimè peccas,*
Qui clangore alios æris in arma cies.
quod ſane emblema ſūpſit ex Aeſopi apo-
logo de tubicine in bello capto, qui ſe in-
ſontem prædicabat, quòd nullum occidiſ-
ſet, ſed neque in quemquam gladium ſtrin
,, xiſſet. qui mox audiuit: *Sed ideo magis tibi*
,, *moriendum eſt, qui cum pugnandi ſis expers,*
,, *alios omnes ad pugnam excitas.* Ideo magis
itaque Seio, Caioque moriendum eſt, quia
cùm ipſi nollent per ſe Fabritium occide-
re, Sempronium excitauere, vt necaret. per
61 ſe igitur fecere ex *regula 72. de regul. iur.*
in 6. Qui fecit per alium, eſt perinde ac ſi
faceret per ſe ipſum. quam ad hanc rē per-
pendit *Suarius tom. 1. de religion. lib. 3. cap. 11.*
62 *num. 16.* de mandante loquens, quod com-
prehēdatur in exceptione Gregorij XIV. de
aſſaſsinis facta, neq. eſſe extenſionē legis pæ-
nalis, ſed interpretationē ab ipſo iure factā.
63 Et mirum ſanè eſt quod *Giuba conſ 41. n.*
12. in fin & n. 13. docet, depoſitarium pecu-
niarum in crimine hoc peſsimo aſſaſsinij,
eiuſdem aſſaſsinij pæna teneri; atque etiam
illum, qui pecuniam mutuò dedit, vt aſſaſ-
ſinium perficeretur, quod vterque in cau-
ſa ſit, vt illud peſsimum facinus opere cō-
,, pleatur; ſequiturque idem *Ioan Anton. No-*
,, *uar. d. loco de immunit. Eccleſ. n. 65.* dicens: *ſed*
,, *depoſitarius conuentę pecunię in aſſaſſinio, nec*
,, *gaudebit immunitate eccleſiaſtica ſequuto homi-*
,, *cidio, quia dicetur verè aſſaſsinus iuxta relata*
,, *Per Giurbam conſ. 41.* Si depoſitarius verè di-
64 citur aſſaſsinus, multo magis vtique Pro-
xeneta, qui in cauſa proxima eſt, vt fiat aſ-
ſaſsinium, & aſſaſsinus ipſe dicetur, vt non
gaudeat immunitate Eccleſiæ, pæniſque fe-
riatur aſſaſsinis debitis.

Reſiduum eſt vt nouiſsimo quæſito ſa-
tisfaciamus: num ſacrilegij cauſa potuerit
in ſacrilegos hos omnes eccleſiaſticus iu-
dex inſurgere, pęnaue illos cōdigna ferire?
65 Annuendum cenſeo, quia profectò per
ſacrilegium, quod ſacræ rei violatio eſt, &
irreuerentia *Gloſſ. in can. ſacrilegium 3. 17. q. 4.*
S. Thom. 2. 2. q. 99. art. 1. & 3. Sylueſt. verbo ſa-
crilegiū n. 1. Locatus in opere iudiciali verbo ſa-
crilegium n. 1. Leſsius de iuſt. & iur. lib. 2. cap.
45. dub. 2. n. 6. Peguera deciſ. Cathalun. 24. n. 2.
67 Eccleſiaſtico iudicio ſubijcitur homo
cap. cum ſit generale 8. vbi Gloſſ. Abb. & ſcribēt.
de foro compet. l. ſi quis in hoc genus ſacrilegij

10.G.

10.C.de Epiſcop.& cleric.Couar.variar.reſolut. lib.1.4.n 8.Menoch.de arbitrar. lib. 2. centur.4. caſu 389.n.3.Card. Tuſcus. tom.4.littera I. concluſ.59. n.25. & 26. Per violentam autem manuum injectionem in perſonas eccleſiaſticas, cùm ſint illæ Deo ſacræ, eiuſque dicatæ famulatui *can. cleros, & clericos. 21. diſt.can.clericus,& can.duo ſunt genera 12. q.1. cap. cum ſecundum Apoſtolum 16. de præbend.*

68 Sacrilegium perpetrari nemini in dubium vertitur, cùm id apertiſsimè diſponat *tex. in*
„ *d.can ſi quis ſuadente.17.q.4.* vbi Innocentius
„ Papa Secundus: *ſi quis ſuadente diabolo, huius*
„ *ſacrilegij.vitium.vel crimen incurreris, quòd in*
„ *clericum, vel monachum violentas manus inije-*
„ *cerit, anathematis vinculo ſubiiaceat.* Erit igitur propter ſacrilegium Eccleſiæ iudicio ſubiectus. *Gloſ per illum tex.in auth.item nulla comunitas verbo requiſiſti ab Eccleſia C.de Epiſcop.& cleric.Couar.d.cap.4.n.8.Locatus d.verbo ſacrilegium n.1. Repertor. Inquiſitor. eodem verbo Iul.Clarus. §. fin. q.36.n.47.verſ. quæro quid ſi per laycum Decian.lib.4.c.27. num.1. & 22.Guido Papa deciſ. 562. n.3.& ſeq. Vincent. Anna allegat.146.lib.2.Viuius deciſ.27. n.3.Carolus de Graſsis de effectibus clericat.effectu 1.n. 577.& ſeq.Ioan. Maria Bellect. Epiſcopus Hieracen. diſquiſitionis clerical. tit. de fauore clericor.reali §.4.n 12.& 13.*

76 Satius tamen erit (vt diximus) curiæ ſeculari facinoroſos hos ſacrilegos aſſaſsinos tradere, pœnis debitis feriendos. Atque ita ex his iudicio ſubjectis meliori, emunctiorique, reſpondendum cenſui.

CAROLVS MARANTA V.I.D. Aduocatus.

Hac mihi facta occaſiona annectere hic operæ pretium me facturum putaui, extẽporaneum libellum conſobrini mei Doctoris Syluij Marantæ viri ſanè eruditi, ac docti de impunibili aſſaſsinorum nece; ne tanti viri excidat memoria, cùm, quæ parauerat, morte præoccupatus, cùm id minimè expectaret, abſoluere haud potuerit.

SVMMARIVM.

1 *Aſſaſsini poſt bellum à Godofredo Buglionio pro Hieroſolyma recuperanda actum, apparuere.*

2 *Aſſaſsinorum officium quale?*
Vnde gentis huius principium cœperit, n.3.
quam exactam obedientiam ſuo maiori præſtent, vt etiam ſe morti offerant. n.4.
Eorum mores. n.5. & n.9.

6 *Corradus Bonifacii Montis ferrati Marchionis filius ab aſſaſsinis interemptus.*

7 *Odoardus Henrici Regis Britaniæ filius ab aſſaſsinis vulneribus petitus.*

8 *Aſſaſsini valde formidoloſi omnibus fuere*
Quæ oppida incolunt.n.9.

10 *Raymundus Comes Tripolitanus ab aſſaſsinis necatus.*

11 *Aſſaſsinorum à Principe pecunia impunitas emitur.*

12 *Innocentius IV. legem ſtatuit contra aſſaſsinos in cap.1.de homicid. in 6.*

13 *Aſſaſsinorum nomine an etiam Chriſtiani comprehendantur? dubiæ quæſtionis fuit.*
Affirmatiua tamen ſententia contra Couarruuias receptior eſt. n.14.
Ratio affertur n.15.& n.17.

16 *Aſſaſsinorum facinus, quod per Chriſtianos in Chriſtianos exercetur, horrendum.*
Quia profectò quamuis non ex genere illorũ infidelium ſit, eis tamen moribus concordat.num.18.

19 *Aſſaſsini pœna diſſidatio eſt, quæ mortem importat.*

20 *Aſſaſsinus an à quolibet priuato occidi poſſit?*

21 *Homicidæ omnes rei ſunt mortis.*
Exceptis medicis, & aduocatis. n.22.

23 *Facinoroſorum cædes ad magiſtratus Ciuitatum ſpectat. Ratio affertur, n.25.*

24 *Diuus Thomas Aquinas extollitur.*

26 *Ratio in alteram partem inflectere haud debet.*

27 *Homicida Deitatis fit æmulus, & diuinæ poteſtatis vſurpator.*

28 *Vita, & mors in manu Dei,*

29 *Occidere vi priuata licet aliquibus caſibus.*
Ex hiſtorijs illuſtratur n.30. & 32.
Ex ſacra ſcriptura, n.34.
Rationque affertur, n.31.

33 *Adulter, & adultera à marito deprehenſi iure regni non iniquè occiduntur.*

35 *Aſſaſsinos necari publica è re eſt, etiam data pecunia occiſori, n.38. quia auctoritate publica hoc fit, n.39.*

36 *Diffidatio licentia eſt impunè occidendi.*

37 *Diffidare, bellum indicere eſt.*

40 *aſſaſsini an inauditi occidi poſſint?*
Affirmant aliqui. n.41.
Negant alij, n.43. tutior æſtimatur, n.44.

42 *Sententia non requiritur in pœnis ipſo iure debitis ſecundum Baldum.*

45 *Rebellis occultus iure occiditur.*

46 *Clauſula (ipſo iure) quid referat?*

47 *Tyrannum licet occidere.*

48 *Aſſaſsinorũ occiſori an præmium debeatur?*

49 *Captus dicitur qui reſiſtens, in pugna configitur.*
Quia per capientem non ſtetit.

50 *Igno-*

50 *Ignorans qui aliquid facit, in premium cõſequatur facienti deſponſum?*

51 *Conditio de capiendo, non eſt poteſtatiua, ſed mixta.*

52 *Facinoroſorum hominũ captura difficilis.*

53 *Opinio hominum rei naturã non mutat.*

ARGVMENTVM.

De impunibili aſſaſsinorum nece libellus extemporalis.

RESPONSIO XVII.

1 ANte ſacrum bellum in Mahumetiſtas, ne dum obſcura, ſed prorſus Europæis ignota gens aſſaſsinorum erat. At quo tempore Godofredus Bulionius pro Chriſti fide in Syriam ad recuperandam Hieroſolymam traiecit, & populi aſsiſini, ſiue aſſaſsini, eorumque mores in noſtrorum exitium innotuere, &
2 cruore claruere. Hi ſiquidem ita in Chriſtianorum proceres ex factione propria cõiurarunt, vt ſe vitam æternam conſecuturos arbitrarentur, ſi aliquem eorum occidiſsẽt, ipſi verò occiſores perijſſent. Huiuſmodi, & voti & gentis meminit Gulielmus Tirius Archiepiſcopus, Hieroſolymitani Regni olim Cancellarius in *Sacri belli hiſtoria lib.* 20. *cap* 31. in hæc verba.

„ *Aſſaſsinorum populus ortum habuit in pro-*
„ *uincia Tyrſi, quæ Phœnicis dicitur circa Eprea-*
„ *tum Anteradenſem, decem habens Caſtella, &*
„ *aſcendens ad numerum ſexaginta millium, qui*
„ *eligit pro meritis ſibi præfectum, quem Senem*
„ *vocat. Hic Princeps ſibi odioſos, aut genti ſuæ ſu-*
„ *ſpectos, vt tollat, mittit vnum ex ſuis, qui tandem*
„ *ipſos opprimat, quocumque ſecuturo euentu.*
Hactenus Archiepiſcopus.

4 Huic Principi ſic adamuſſim paruiſſe laudantur, vt obedientia certam cædem anteueniret, referentibus *Fulgoſio lib.* 2 *cap.* 1. *& Egnatio lib.* 5. *cap* 6. Aſſaſsinorum gentẽ Perſicam in Syria ad Montem Antilibanũ, nihil antiquius habuiſſe, quàm Regi, quem ſua lingua Senem appellabant, obedire: cumque illuc publica fide accepta, profectus eſſet Henricus Campaniæ Comes, & ab Antiochia Tyrum verſus iter haberet, horum populorum Princeps, vt hunc obediendi morem Henrico præſente declararet, oſtenſis in altæ Turris ſummitate aliquot hominibus, vnum nominatim euocauit, & is nulla mora facta in ipſorum conſpectu è turri ſe demiſit, qui ex caſu detritus ſtatim vitam obiuit, & cùm alios etiam vocare vellet; Comitis precibus, qui totus admiratione ſimul, & horrore obſtupuerat, vix retentus fuit. Adeo populi illi ſola religione moti, vitę ſuæ prodigi ſunt.

5 Politicas horum vires moreſque, & educationem deſcribit quoque *Volaterranus lib.* 11. *Geographia*, de ſectis Syriæ in hæc verba:
„ *Aſſaſsini in Prouincia Phœnicis circa fines Ci-*
„ *uitatis Anteradenſis, quæ vulgo Tortoſa appellatur, quadam Caſtella poſſident loci natura munitiſſima, quæ tamen intus habent ſedes amęniſſimas. Regem eligunt Senem induſtria exercitatum, qui pueros in ſeceſſu quodam nutrit, docetq. diuerſas linguas, deinde adultos tanquam emiſſarios mittit, qui diuerſis hominum commercijs per eas regiones congredientes, clam, ignoti, cultro abdito ſe ſe turbæ miſcent, aut Regis inimicos, aut proprios interficiunt, ſiue etiam alios amicorum, aut pecuniæ cauſa, eoque modo ſe ſ[illegible]libertatem conſecuturos ſperant.*

6 Horum vnus (vt auctor eſt *Fulgoſos lib.* 5. *cap.* 6. in medio foro Tyriæ Vrbis Principẽ Contadum Bonifacij Montis Ferrati Marchionis filium, occidit, ſtatimque ipſe quoque eodem in loco occiſus eſt. Nam cùm videret ob ſingularem Conradi virtutem magna Saracenis inferri damna, voluit moriendo, patriæ, ac gentis ſuæ legi tanta virtute præditum hominem adimere, in hoc Romano Sceuolæ tantò præferendus, quantò fœlicius rem, quam ſuſceperat, tranſegit.

Et alius eiuſdem gentis, eodem ſtudio compulſus Odoardum Henrici Regis Britnaniæ filium, qui Ptolomaide aduerſus Chriſti hoſtes, Chriſtianis in præſidio erat, ſecretum colloquium ab eo petens, occidere tentauit: ſed Odoardus audacia periculum diſcuſſit. Nam & ſi duo, vel tria vulnera a Saraceno accepit, eius tamen dexteram tandiù tenuit, quoad famuli Arſacidã fœde laceratum, cubiculo extraxerunt. ſic hiſtoriam narrante *Blondo lib.* 8. *decad.* 2.

Hæc deſperata hominũ temeritas Chriſtianos Principes valde terruit, vt qui intra armatorum ſuorum millia incauti, nihil tale ſuſpicantes contigerentur, vt eleganter, & concinè *lib.* 5. *in Hiſtoria Francia*, in Ludouico iuniore, & in *lib.* 6. in Filippo Auguſto, & in *lib.* 7. in Diuo Ludouico enarrauit *Paulus Æmilius*, quorum locorum præcipuum vnum *ex lib.* 5. *per Duarenum lib.* 2. *Anniuerſar. diſputat.* 2. *cap.* 12. relatum, tranſcribere placet.

8 *Non agri modo infeſti ab hoſte erant: ſed in*
„ *vrbibus inſidię proceribus ſtruebantur, nec vllus*
„ *locus tutus, nullum tempus metu vacuum; nec*
„ *tam magni Reges, Imperatoreſque formidoloſi*
„ *erant, quam aſſaſsini, gens obſcura. Decem omni-*
9 *nò incolunt oppida, circiter ſexaginta virorum*
„ *millia Phœnicibus tunc contribuebantur. Eadem*
„ *fere regione fuere Eſſeni. Plinius tradit, vt noc-*
„ *tes figerent ſine pecunia, & ſemina duabus gene-*
„ *ris humani peſtibus degere. Sed aſſaſsini exper-*

„ *ſide profecti creduntur, receptaque Mahemetis*
„ *perſuaſione, ſanctiſſimi omnium à Barbaris exiſti-*
„ *mabantur, nec, qua cæteri mortales, bonorum*
„ *cupiditate ducuntur. Ipſi inter ſe maxime vna-*
„ *nimes, nulla de imperio Magiſtratuũue ambitio,*
„ *ſummam arbitriumque, rerum non nobilitati,*
„ *ſanguiniquè committunt. Quem virum optimũ*
„ *iudicarint, cum ſibi præficiunt, Senioremque*
„ *atque Arſacidam vocitant; eoque nomine contẽ-*
„ *tum, cæterorum curam gerere iubent: & vt illum*
„ *in commune conſulere volant; ita ipſi ea opinio-*
„ *ne imbuti ſunt, vt ſibi perſuadeant, in rebus hu-*
„ *manis nihil antiquius eſſe, quàm pro publica ſa-*
„ *lute, dum tempora poſtulant, mortem oppetere.*
„ *Eorum alii alias linguas à pueris edocentur,*
„ *omnes ita animo affecti, vt cæleſtem immortali-*
„ *tatem adepturos ſe munere Numinis confidant,*
„ *ſi ſectæ ſuæ hoſtes occiderint. Cui prouincia eue-*
„ *nerit alicuius è noſtris proceribus interimendi,*
„ *is vt vnus è noſtris ſe noſtrorum turbæ immi-*
„ *ſcens per fallaciam cædem facit, ſibi minime par-*
„ *cens, gratumque ſibi ſtatim occumbendum eſſe.*

10 Sic Raimundus Comes Tripolitanus, quòd eis infeſtus eſſet, Tripoli à duobus Aſſaſſinis confoſſus, cęterorum curam acuit, vt cuſtodes corporibus adhiberent...

11 His ergo ſic graſſantibus, non nulli magna-
tes ſui cędem timentes, ſecuritatem à domi-
no ipſorum coacti ſunt magno precio impe-
12 trare. Quod Innocentium Quartum Ponti-
ficem Maximum ad promulgandam legem
regiſtratam in *c. 1. de homicidiis in 6.* impulit,
per quam & aſsaſinos, & fautores grauiſſimis,
rigidiſſimiſquè pœnis ferit, Quæ an in illos
13 Populos Aſſaſinos dictos, tantum ſit ſcripta,
an in quoſcumque, qui pecunia data, vel pro-
miſſa homines occidi fecerint, in eoſque hu-
iuſmodi occiſores. arduæ fuit inter noſtros
quæſtionis argumentum.

Animantibus aliquibus, quorum relator eſt, & aſſecla *Couar. Variar. lib. 2. cap. 20. nu. 10.* legem illam ad eos non extendi, quia pecunia data, vel promiſſa, aliquem per Chriſtianum occidi mandant, expendendo verba legis applicari non poſſe ad alios, quam ad mãdantes Chriſtianum per Saracenum, vel infidelem, necari. Eamque diſpoſitionem intra huiuſmodi verborum limites reſtringi, extraque illam facti ſpeciem ex defectu intentionis legislatoris non ligare.

14 Sed hi omnes, & Couarruuias Neotericorum facile Princeps, conſuetudinem, & communem DD. ſententiam habent in contrarium, ita vt ſi viuerent, Patrum communi cõſenſui, rebuſque pro communi in ſupremis Europæ Tribunalibus iudicatis, cedere neceſſe eſſet, vrgente potiſſimum ratione.

15 Nam licet inficiari non poſſit gentem aſſaſinorum, de qua ſupra, cauſam legis fuiſſe, negari neutiquam poteſt, quin qui pecunia accepta, vel pollicita innoxios ſibi, & iniurios homines occidunt, in omnibus Saracenis illis, quorum hiſtorias retulimus, ſimiles ſint, cum, & amicos, vel ſaltim non inimicos, in cautos, nil tale præcauentes per inſidias, & per induſtriam necent; Saracenis propter finem improbiores. Illi namque inani ſpe æternæ fœlicitatis conſequendæ ſeducti, occidebant: hi carnificinam exercentes, infami, execrandoque lucro moti, gnari, Deum, hominesſque vltores in vtroque ſeculo habituros.

16 Horrendum ſanè crimen, infidelis opera pecunia conducti Chriſtianum occidi, ſed ſupremo horrendum, Chriſtianum per Chriſtianum necari, ſicut grauius à fratre, quam ab extraneo interfici. Chriſtiani omnes fratres ſumus in Chriſto, proinde inhumanum, inde mortem prouenire, vnde debebatur auxiliũ. Acerbior ſæuitia, impacatiuſque odium in mandante ſignatur, qui per Chriſtianum cædes prædictas exercet, quam qui per paganum. Chriſtiano fides, & charitas chriſtiana obſtabunt, quo minus non ſit facilis ad effundendum ſanguinem. Vehementiores ergo inſtantiæ, & maiora, vt hic occidat, præmia requiruntur; quæ inexpiabilis odij, & internecinæ crudelitatis erunt vehementiſſima argumenta; cum Turca, & Saraceno his ſolutis legibus tanta non opus erit induſtria, quibus & propter habitus diuerſitatem, non ita facilis ad occidendum poteſt eſſe acceſſus.

17 Quinimo ſi lex delicti huius punit effectum,
& finem, qui inuiolẽta incauti hominis mor-
te inſidioſè, & per induſtriam, & pecunia me-
diante conſumatur, nulla ratio originis, na-
tionis, conditioniſque perſonæ habenda erit
occidentis, cum hæ accidentales qualitates
18 vno potius, quam alio conſideratæ modo, nec
impediant, nec minuant delictum; & homici-
da, si ex aſſaſinorum gente non eſt, moribus
ijs ſimilis cum ſit, imò peior, ſuſtinebit pœnã,
cui ſimilia aſſaſſinis patrando ſe ſubiecit. Au-
ctores hanc communem ſuſtinentes refert
Farinacius quæſtione octaua numero 83. & Gut-
tierez practicarum libro tertio quæſt. 7.

19 Sed cum inter cæteras pœnas, quibus aſſa-
sini lege illa feriuntur, præcipua ſit diffida-
tionis (quæ mortem importat) diſceptandum
20 eſt, an à quolibet priuato aſſasinus poſſit oc-
cidi?

Ex ſententia Auguſtini *lib. 1. de Ciuitate*
Dei cap. 26. in medio non licere videtur: ſic
„ enim docet. *Qui ſine aliqua publica admini-*
„ *ſtratione maleficum occiderit, velut homicida*
„ *iudicabitur, & tanto acrius, quanto non ſibi à*
„ *Deo conceſſam poteſtatem abuſinè vſurpare non*
„ *timuit,* ex qua fulciri conſtat opinionem Do-
ctorum dicentium apud *Vaſquez Illuſtrium*
quæſt cap. 18. num. 23. priuatum occiſorem bã-
niti, vel alias facenorosi per ſententiam con-
demnati, de iure mox occidendi, capite plecti.
Vitam namque illius breuiat, cui vitam adi-
mendi authoritas ſibi non datur. Quæ ſingu-
laris tanto eſt, vt generice omnes homicidæ

rei

rei ſint mortis. Hi enim cum non immorta-
lem, ſed alioqui moriturum occidaut, occi-
dendi ſunt, quia uon authoritate, ſed temeri-
tate vitam homini breuiant, malum in repu-
22 blica, quod in Medico, & in Aduocato tan-
tum eſt impunibile, vt eſt apud Stobeum *titul.
de Medic.* dicentem: *Id ſoli medico, & aduocato
licet, occidere ſine ſuo periculo.* quod & Plinius
ſatis ſcitè, & ad noſtra tempora *lib. 29. cap. 1.*
„ De Medicis nulla lex, quæ puniat inſcitiam
„ capitalem, nullum exemplum vindictæ, di-
„ ſcunt periculis noſtris, & experimenta per
mortes agunt. Medicoque tantum hominem
occidiſſe, ſumma impunitas eſt. Hinc illa
„ infœlicis monumenti inſcriptio: *Turba Medi-
„ corum me interemit.* Facinoroſorũ ergo cædes
ad illum ſolum pertinet, cui commiſſa eſt cu-
ra communitatis conſeruandæ. Siquidem
malefactoris occiſio alioqui illicita, in quan-
tum ad ſalutem totius communitatis ordina-
tur, eſt licita. Et ſicut ad Medicum membrũ
putridum præcidere pertinet, quando totius
corporis cura ſalutis fuerit ſibi commiſſa: ita
Principibus habentibus publicam authori-
tatem, quibus cura communis boni commiſ-
ſa eſt, malefactorum occiſio licebit, non alijs.
24 Ita Iubar Neapolitani Regni, Religioniſque
chriſtianæ Fulcrum Aquinas Doctor. *ſecunda
ſecundæ quæſt. 64. art. 3.*
Soli igitur Magiſtratus, & miniſtri iuſtitiæ
portant gladium, & vindices ſunt malefacto-
rum, vt dicit Doctor gentium ad *Romanos ca-
pitulo decimotertio*, quæ doctrina ex principijs
naturalis dictaminis profluit. Si enim iniuriã
paſſo propriam vindictam natura commiſiſ-
ſet, nemo eſſet, qui ſe vltra iuſtum, & æquum
non vindicaſſet, cum dolor illatæ iniuriæ ra-
tionem obſcurans, & affectum in rabiem tra-
hens, faceret, vt non quantum iuſtitia poſtu-
lat, ſed quantum quilque ſibi vindictæ ſumẽ-
dum proponeret, ſe vindicaret. Cum ergo
iuſtitiæ effectus non perturbato animo, ſed
integro, atque maturo iudicio exequutioni
mandari debeat, (iuſtum namque iuſte exe-
quendum eſt) opus fuit quammaximè, vt non
pars læſa, ſed communis perſona omni affe-
ctione, atque paſſione libera particularia cri-
mina, iniuriaſque vlciſceretur. Imò nec ipſis
hominibus hoc prorſus concedi debuit, vt di-
26 cit *Ariſtotel. Ethicor. 5. cap 6.* ſed rationi legi-
bus inſtructæ, quam in alteram partem flecti
eſt impoſſibile.
27 Aliter ergo quicumque occidit Deitatis fit
emulus, & diuinæ poteſtatis vſurpator. In
28 Dei namquè manu vita, & mors hominum
reſidet, dicente Domino *in Deuteron. cap. 32.*
Non ſit alius Deus præter me: ego occidam,
& ego viuere faciam. & dignus pœna grauio-
ri, quod authoritatem hanc ſibi vſurpet, &
malefactorem pænæ publicæ ſubtrahat, necã-
do, ex *tex. fin. C. de Maleſic. & Mathemat.*
29 Sed multa in iure ciuili leguntur loca, li-
centiæ priuato ſine iudice ſe vindicandi. No-
cturnus ſiquidem agrorum populator, & iti-
nera frequentata inſidijs aggreſſionis obſi-
dens: miles, cui, vt latroni telo obuiare opor-
teat: publicus latro, deſertorque militiæ, pro
quiete communi, à priuatis occidi poſſe, diſ-
ponunt leges ſub *tit. C. Quando liceat, ſine iu-
dic. ſe vindicare*, quas vt iuſtas approbat Ter-
tullianus in Apologetico dicens; *In reos Ma-
„ ieſtatis, & publicos hoſtes, omnis homo miles eſt;
„ & ita eſt; cuique ijs caſibus reum capiendi, il-
„ lumque interficiendi ius permittitur.* Extant
„ & exempla aggreſſoris, & alterius cuiuſ-
„ cumque in dubio vitæ diſcrimine occi-
dendi *in l. 2. & 3. C ad leg. Corn. de Sicar. in l.
Quoniam multa C. ad leg. Iul. de vi public. in
l. Sed & ſi quemcumque ff. ad leg. Aquil.* Vim
namque inferens, vi repellendo iuſtè occidi-
tur *l. Scientiam §. Qui cũ aliter ff. ad leg. Aquil.*
Et Iuſtinianus *in l. vnica §. Ne igitur C. de rap-
tor. Virgin.* raptores Virginum, vel honeſtarũ
fœminarum in ipſo crimine compertos, oc-
cidi poſſe ſtatuit, ab ipſis mulieribus, & cura-
toribus earum, vel patronis, vel dominis. Et
Marcellus iureconſultus in *l. Minimè ff. de Re-
ligioſis, & ſumptibus funerum*, reſpondit, pla-
cuiſſe maioribus, eum qui ad patriam delen-
dam, liberoſque occidendos venerit, non eſſe
lugendum, & filium, qui huiuſmodi patrem; &
patrem, qui huiuſmodi filium occidiſſet, non
tantum immunem à pœna, verum etiam &
præmio afficiendum.
30 Et in hiſtorijs vetuſtiora his legibus legũ-
tur, Pop. Rom. conſimilia decreta. L. Quintius
Seruiliũ Halã à cæde Spurij Memij abſoluit,
quòd vocatus à Magiſtro equitum, ad Dicta-
torem non veniſſet, dicto non parentem, ſed
animos plebis concitantem; authore *Liuio
lib. 4.* P. Scipio Naſica, qui occiderat Tiberiũ
Graccum ſeditioſum, legatione libera in Afri-
cam liberatus ab accuſatione. Et L. Opimius
Conſul C. gracco occiſo à Tribuno plebis
Q. Decio liberatus; teſte *Plutarco in vita grac-
corũ, & Appiano lib. 1. belli Ciuilis* M Horatius
occiſis tribus Curiatijs, rediens ſpolijs onu-
ſtus; ſororem ſuam vni Curiatorum deſpon-
ſatam, cum flentem interemiſset, vt publicam
lætitiam impedientem, Populi iudicio abſo-
lutus eſt, vt Author. eſt *Alicarnaſſeus lib. 3.*
31 Iniuſta ne ergo hæc iudicia? nequaquam.
Cædes namque illæ in ordine ad publicam
commoditatem, & tranquillitatem fuere.
32 Sed nec Græcis expediens hoc incognitũ.
Licebat lege Draconis, homicidas, vel necare,
vel ad iudices ducere. Et in alia ſic cautum:
cædis actiones ne ſumito vnquam in eos, qui
in exules deſæuiant: ſi quis eo redit, quo non
licet. Et in alia. Quod ſiquidem hoſtiliter per
vim, vel per iniuriam graſſantem, ſtatim de-
fenſionis ſuæ cauſa occiderit, impunè occiſus
eſto. Et in Areopago Palladis iudicio Oreſtes
abſolutus, quòd vltus fuiſſet patris necem.
Item & Mars abſolutus, quòd ſtupratorem
filiæ occidiſſet, vt de omnibus teſtatur De-

moſthenes *in oratione contra Ariſtrocatiam.*
33 Iure regni ex *conſtitutione ſi maritus.* Adul
ter, & adultera in adulterio comprehenſi,
iuſtè occiduntur. Et de iure commnui pa-
tri,& marito in filiam, & vxorem in adulte-
rio deprehenſam, idem ius fuit ex *l. Graccus
C. ad leg. Iul. de adulter.*
34 Sacra quoque ſcriptura multa ad hæc
confirmanda ſuppeditat exempla: Phinees,
qui ſcortantes in Dei, & populi eius con-
tumeliam occidit, non tantum à pæna ex-
cuſatus, ſed laudatus, vt iuſtam rem faciens,
reputatumque ei ad iuſtitiam *lib. Numeri.
cap.* 25. Sicuti & filijs Leui, quod idolatras
ex Iſrael ſuſtuliſſent ad numerum triginta
millium Moyſis iuſſu *Exodi cap.* 32. Zelus
Eliæ probatus, qui occidit Prophetas Baal
manu propria 3. *Reg. cap.* 18. Nec peccauit,
cum quinquagenarios Regis Ochozię igne
cœleſti occidi pręcatus eſt 4. *Reg. cap.* 1. Nō
pariter Eliſeus, qui maledixit pueros cla-
mantes, Aſcende Calue, & poſt maledi-
ctionem, paſſus eſt ex eis deuorari quadra-
ginta duos 4. *Reg. cap.* 2. Non Petrus, qui
Ananiam, & vxorem eius morte affecit,
quod mentiti eſſent Spiritui Sancto. *Actuū
cap.* 5.
35 Erit ne idem ius de aſſaſsinis, quos è me-
dio tolli, commune bonum eſt, publicaue,
tranquillitas, & quies? Idem prorſus. Diffi-
36 dati ſunt enim à iure, & diffidatio idem
eſt, ac licentia impunè occidendi, vt in pū-
cto eſt reſolutum poſt omnes *Canoniſt. in
dicto cap.* 1. *per Decian. in tractat. Crimiual lib.* 4.
37 *cap.* 9. *num.* 78. Verbum etenim diffidare,
bellum indicere, hoſtemue declarare ſigni-
ficat. Sic apud Petrum de Vineis *Epiſtol.* 3.
cap. 85. Penitus deneges opportunitatem,
quam tecum habere ſunt ſoliti, & diffides
eos tanquam inimicos noſtros, & imperij.
A voce feida Francia, guerram, & capitales
inimicitias ſignificante. Beatus Rhenanus
Germanicar. rer. lib. 2. Feidam, ait, vocaſſe
Francos ſimultatem apertam, qua vnus ali-
quis, vni, vel pluribus bellum denuntiat.
Eſtque idem, quod apud populum Roma-
num amicitiæ renunciatio; & domus inter-
dictio. *Suetonius in Claudio.* Ac nec tunc qui-
dem vltra progreſſus, quam & vt ei amici-
tiam renuntiaret, mandaretque domeſticis
vltionem, ſi quid ſibi accideret. Et *Tacitus
lib.* 5. Sed Cæſar miſsis ad Senatum literis,
diſſeruit, morem fuiſſe maioribus, quoties
dirimerent amicitias, interdicere domo,
38 eumq finē gratiæ ponere. Licebitq hæc cę
des, etiā per pecuniā, hoc eſt pretio ad hoc
p occiſorē recepto, vt reſoluit *Gregor. Lopez
in terminis in l.* 3. *tit.* 27. *p.* 7. *gloſ.* 4. in hæc ver-
ba, quæ tranſcribere libet, cum liber non ſit
" communis *Sed an ille talis* (loquens de aſ-
" ſaſsinis) *poterit occidi mediante pecunia?* Albe-
" ricus in 4. *par. ſtatutor. quæſt.* 20. *concludit, quod
ſic, ex quo iſte diffidatus poterat impunè occidi;
& Albericum ſequitur Nellus in tract. banni-
tor. in* 1. *par.* 2 *tempor. quæſt.* 12 *dicens, deciſionē
Alberic. eſſe veram: & in caſu, in quo occiſor
hoc faciat zelo vindictæ publicæ, & exequendi
diſpoſitionem dicti cap. primi, non peccaret etiā
in foro conſcientiæ, ex quo talis occiſor facit au-
thoritate legis, & ſicut legis miniſter, & execu-
tor Vnde ſicut Iudex, puniendo, vel occidendo
malefactorem, ſecundum formam legis non pec-
cat, imò meretur, vt in can. reos & per tot.* 23. *q.* 5.
*ita iſte, qui hoc facit auctoritate legis, & ob pu-
blicam auctoritatem, & vindictam. Et ita tenet
Albericus, dicens, ſe audiuiſſe à multis Religio-
ſis, quod Theologi ita tenent, in dicta quarta par-
te ſtatutor. quæſt* 19. *Si tamen occidit non iſto ze-
lo, ſed zelo vindictæ, & pro lucro pecuniario, &
dilectione effundendi ſanguinem humanum, licet
in foro exteriori non puniretur, tamen peccaret
mortaliter in foro conſcientiæ ſecundum eum in
dicta quæſt.* 39. & 20. Hactenus doctiſsimus
Gregorius; cum quo concordat *Sileuſt. in
ſum. verbo aſſaſsinus num.* 3. dicens, fas eſſe
cuicumq. priuato, aſſaſsinum impunè oc-
cidendi.
Authoritas verò Diuorum Auguſtini, &
Thomæ, magis hanc ſententiam muniunt,
39 tantum abeſt, vt ei repugnet. Siquidem ſi
priuati aſſaſsinos occidunt, non temeritate
propria hoc faciunt, ſed ex poteſtate per
diffidationem cuicunque tributa per In-
nocentium Quartum in *dicto cap.* 1. Proinde
ſi Pontificis auctoritate, & decreto occi-
dunt, Pontifex occidit: ille namque facit,
cuius auctoritate fit; non ipſe occidit, ait
Auguſtinus: qui miniſterium debet iuben-
ti, ſicut gladius adminiculum eſt vtenti; ex
qua ſententia infert *Diuus Thomas d. artic.* 3.
ad primum, occiſores amicorum, & proxi-
morum ex mandato Domini, videri non
ipſos feciſſe, ſed potius illum, cuius auctori-
tate fecerunt; ſicut & miles interficit hoſtē
auctoritate principis, & miniſter latronem
auctoritate iudicis; ex quo principio, & cæ-
tera ſuperius adducta limitantur iura, vt
procedant, quando lex expreſsè occidendi
priuatis non præſtat auctoritatem, quæ cō-
tra aſſaſsinos expreſsè per diffidationem
præſtatur. Vnde in huiuſmodi lue è repu-
blica eradicanda impertinens eſt, has, vel il-
las obſeruari cæremonias, cum nihil inter-
ſit carnificis manu magis ſtrangulari, quàm
priuato iugulari ferro.
40 Occidentur ergò ne inauditi? Obſtat ius
naturæ, condemnari inauditos; imminet, &
reipublicæ pernicies, huiuſmodi permitti
cædes: nam anſa malis præbetur homini-
bus ſub ſpecie tollendorum aſſaſsinorum
priuata odia internecinaſque ſimultates
vlciſcendi. Vnde cruentas ſæpè prauorum
manus iſtus cogeretur munerare iudex.
Hic obex noſtros in duas ſcilcit factio-
nes.

nes. Rigidiorem tuens opinionem abſolatè
tenuit, aſſaſsinos vti à iure diffidatos reipu-
blicæ, & Regis eſſe hoſtes, quos audiri mos
non eſt, ex *tex. in l. 3. §. Transfugas ff. ad leg.
Cornel. de Sicar.* occidique poſſe, etiam ban-
no nō ſuppoſitos, nec per ſententiam aſſaſ-
ſinos declaratos. Cuius opinionis anteſi-
gnanus eſt *Angelus de Maleſic. in verb. Et Sē-
pronium mandatorem, verſic. Si autem*, quem
ſequuntur *Socinus Senior conſ. 20. n. 43. verſ.
Omitto poſtremo.* allegans *Alberic. in 4. parte
ſtatutor. quæſt. 94.* Teſtās ita alias ſe obtinuiſ-
ſe, & *Nellus de Bannit parte 4 principal. quæſt.
9. Surd. conſ. 425. n. 27. lib. 3. Ruin. conſ. 4. num.
21. in fine lib. 2. & Tiraquell. de reuocand. do-
nat. in verbo Reuertatur n. 402.* & ante omnes
fuit de mente *Baldi in l. Quæ ſub conditione §.
fin. in fin. verſ. vel die ſecundo ff. de condit. & de-
moſtr.* dum dicit non requiri ſententiam de-
claratoriam in pœnis ipſo iure impoſitis,
quæ ad earum executionē iudicis factum;
aut miniſterium non requirunt.

43 Altera in mitiorem inclinans, quæ cele-
brior eſt, voluit, aſſaſsinos conditionaliter
occidendos per priuatos, ſcilicet, ſi prius
de aſſaſsinio per probabilia argumenta cō-
ſtiterit; lataque ſit ſententia declaratoria,
non incurſus in pœnas, ſed quod patratum
ſit aſſaſsinium, cuius relator eſt *Boſs. in tit. de
for competent. num. 65. 67. & ſeq. & in tit. de de-
fenſ reor. n. 63.* & nouiſsimè poſt omnes *Ma-
ſcard. concluſ. 183, n. 16.* Qui ex hac doctrina
eius mentis videntur, vt iuridica cognitio
cædem præcedat. Iuridica autem cognitio
præcipuè in audientia reorum conſiſtit.

44 Quæ ſententia vti tutior, ita & ſanior;
temperanda tamen, vt ſi poſt necem con-
ſtet de aſſaſsinio, licita, & impunibilis ſit oc-
ciſio, & ſubſequens declaratoria retrahatur
ad tempus necis. Author eſt temperamenti
*Marcus Antonius Eugenius conſ. 22. num. 76. &
num. 48. & conſ. 20.* vbi teſtatur ex hoc libe-
ratos quoſdam, qui aſſaſsinum occultum
occiderant.

45 Plena rationum penus in confirmatio-
nem temperamenti, Periculoſi Sicariorum
mores. Si proceſſus expectabitur, & atten-
detur declaratoria, hi facinora criminibus
ſuperaddent, aliaſque funeſtabunt domos.
Mora in ſanguinariorum pœnis, aut alte-
rius cruentationis cauſa, aut fugæ inſtru-
ctio, & fugient, vt improbiores redeant. Ita
Rebellis occultus à priuato abſque pro-
ceſſu, & declaratoria occiditur, quia expe-
dit reipubl. talem occidi, ne dum ſententia
expectatur, aliquid mali faciat, & poſt necē
in proceſſu occiſionis liquidabitur rebel-
lio. Theorica eſt *Bartol. in extrauag. qui ſint
rebelles. V. Rebellando, num. 22:* ſequitur *Gi-
gas de crimin. leſæ Maieſtat. tit. de rebell. q. 25. n.
5. in ſuper.* Si eſt diffidatus, ideſt, occiſioni
expoſitus, vt ſupra eſt probatum, ipſo iure,
ideſt, legis authoritate, & poteſtate, ſine ma-
giſtratus auxilio, vel facto. Hoc enim ſibi
46 vult clauſula *ipſo iure Briſſon. in comment.
verbor. iuris. verbo ipſo iure* Patrato aſſaſsinio,
etiam ſi aſſaſsinium ſit latens, impoſsibile
eſt, non eſſe diffidatum: nam, vt pateat, non
cauſa, ſed probatio deficit. Si diffidatus, quid
ergo non poterit interimi? Pugnantia ſunt
eſſe diffidatum, & non poſſe à quoli-
bet occidi. *Numeri lib. cap. 15.* Propinquis
occiſi permiſſa fuit occiſio occiſoris. An
poſt ſententiam declaratoriam? forte non.
Tunc enim non partis, ſed iudicis occidē-
47 di fuiſſent partes. Sic licet occidere Tyrā-
num, non eum, qui rem publicam oppri-
mit in modo regendi, cum alioqui ſit verus
dominus, ſed qui in iure dominij eſt Tyran
nus, iniquè occupans rem publicam. Hic à
quolibet priuato iuſtè occiditur. *Sanctus
Thomas 2. de Regimin. princip. cap. 6.* & com-
mendatur Aioth. *Iudicū 3.* qui Eglon Regē
Ioab Iſraelis Tyrannum interfecit. Nā ſo-
la hoc caſu ſufficit ad cædem, euidentia fa-
cti, etiam in proceſſum non deducti, quæ in
necando aſſaſsinum per aſſaſsinium iam
diffidatum, & reipub. hoſtem effectum, cur
non ſufficiet, cùm vtrique ſint reipubl. ho-
ſtes; hic per aſſaſsinamenta, ille per tyran-
nidem?

Dum autem ex Gregorio Lopez proba-
uimus, aſſaſsinos etiam mediante pecunia
configi poſſe, pro coronide opuſculi quæ-
48 rendum eſt. An occiſori debeatur præ-
mium tempore necis per ſtatutum, vel per
pollicitationem ab offenſis conſtitutum,
ſed ab ipſo occiſore ignoratum? Item ſi fue-
rit oblatum in caſu capturæ, an debeatur, ſi
non viuens capiatur? Et demum an lucro
occiſoris præmium cedat, qui non vltrò,
ſed caſu, & forte ſe defendendo, imò igno-
rans occiſum eſſe aſſaſsinum, occidat.

Prima quæſtio à *Bartolo* eſt deciſa *in l. om-
nes populi n. 38 ff de iuſtit. & iur.* quod debea-
tur præmium, quia ſtatutum ſtatim ſuum
operatur effectum, quando in alicuius com-
modum promulgatur. In pollicitatione idē
eſſe videtur, cum nulla differentiæ ratio
poſſit adduci, vt per ſtatutum deferatur lu-
crum, non per pollicitationem. Cum polli-
citator ita ſuum conſequatur finem (captu-
ram, ſcilicèt, aſſaſsini) vt conſequuntur ſta-
tuētes, dū per ſtatutū promittitur: & vtroq.
caſu, præmium capientis, vel occiſoris tan-
tum commodum reſpicit, quod *Bartolus*
conſiderat, vti cauſam acquiſitionis igno-
ranti, quem verò, ſimile non eſt futurum
neutro horum caſuum propriæ vtilitatis
ſpretorem. in 2. verò licet viuens deſidere-
tur, vt complices prodat ex *tex in l. fin. C. de*
49 *maleſic. & mathemat.* Si tamen reſiſtens in
pugna, & concertatione configatur, condi-
tio capiendi impleta videtur, cum per ca-
pien-

Google

pientem uon ſteterit,viuentem capere, ſed
reſiſtentia mortem produxerit, ex ratione
*sex.in leg.ſi ſeruus C.de his, qui ad Eccleſ. con-
ſug.* & ex theorica *Baldi in l ſi Barſatoram C.
de fideiuſſor. num.* dicentis: ſtatutum præ-
mians Lupi inuentorem, verificari in ;in-
terficiente. Sentit enim Lupum viuentem
ſine maximo periculo, & difficulate capi
non poſſe.In tertia noſtri Anteſignani *Bar-
50 tolus,& Baldus* diſſentiunt, negãte Bartolo
deberi præmium capienti,vel occidenti, ſi
ignorauerit,captum, vel occiſum eſſe aſſaſ-
ſinum. Tum quia neſciens quid faciat ni-
hil meretur,quia caſu,non vltro agit,etſi ſe
defendendo capturauerit,vel occiderit, in-
citatus, vt ſe defenderet, non ſtudio, nec
propoſito capiendi,vel occidendi actus hos
feciſſe videtur: tum etiam quia conditio
de capiendo eſt poteſtatiua,implerique de-
bet de ſui natura à ſciente,& abſque aliqua
compulſione, aliter impleta non videbi-
tur.Hæc Bart in *d.l.Omnes populi d.n. & in l.
3.§ Vtrum ff ad Sillanian.& in l.nulla C.de de-
lator.lib.*10.At contra *Bald in l.Genero n.4 ff.
51 de his qui notant.infam.*deberi præmium vo-
luit, quia conditio de capiendo nõ eſt po-
teſtatiua,ſed mxita,ex inſidijs fortunæ pen-
dens, quam ſufficit quoquo modo imple-
ri,etiam facto. Cui opinioni inhærendum,
vti veriori.Statutum namque,vel pollicita-
tio non propoſitum,neque tempus capien-
di, vel occidendi reſpiciunt, ſed nudum fa-
ctum.Facinoroſi inſuper eſt valde difficilis
captura, nec à ſola voluntate capientis,
52 eiuſque poteſtate pendet:multa enim acci
dere ſolent,vt non capiatur ad *sex.in §.Illud
quæſitum inſtit de rer.diuiſ.* Proinde impoſsi-
bile eſt conditionem de capiendo, vel de
occidèndo eſſe poteſtatiuam; ſed verè eam
eſſe mixtam,vt *Baldo* placuit. Vlterius opi-
53 nio hominis non mutat iuris conſtitutio-
nem, & exinde, etſi capiens, vel occidens
ignoret conditionem capti, vel occiſi, pu-
tetque capturam,vel necem illicitam, hæc
ignorantia tollere commoda ex prædictis
actibus prouenientia non poteſt, ex *Bald.
conſ.*401.*n.*2.*lib.*1.Ita tenet *Crauett. conſ.*336.
*num.*50.Nec retorquenda ignorantiæ præ-
ſumptio,in odium ignorantis,in cuius fauo
rem tantum fuit introducta, & vt prodeſſet
nõ vt obeſſet,prout retorqueretur,& obeſ-
ſet,ſi allegatio ignorantiæ admitteretur ad
tollendum præmium capienti, vel occidẽ-
ti aſſaſsinum; quod alioqui ſcienti debere-
tur,vt aduertit *Surd.conſ.*119.*num.*huiuſque
opinionis fuit *Carauit: in pragm. de exul. pri-
ma num.*141. ex alijs tamen mediis, vt ex
collatione,cum ſcriptis ſuis fit patens.

Cenſor meliora doce, aut tace.

S V M M A R I V M.

1 *Eccleſiaſticos apud prophanos iudices iudica-
ri indecens eſt.*

2 *Eccleſiaſtici ſancti vocantur quia Deus ſan-
ctus eſt, cui ſe dicauere.*

3 *Locus Apoſtoli prima ad Corinth. 6. 1. ex-
penditur, atque elucidatur.*

4 *Clericos apud prophanos iudices iudican-
dos pertrahens, pœnas & cenſuras haud
effugit, & Eccleſiaſticas.*

Quæ enumerantur num. 31.

Et Sat erit ipſos voc [illegible] *ſſe num.* 57. *nec pœni-
tentia locum habet.*

*Fratrum acerba bella: atque abominanda
inter fratres diſcordiæ num.* 4.

5 *Dicatum ſemel Deo, non eſt ad humanos vſus
transferendum amplius; quod eſt etiam
imperialibus legibus vetitum num.* 6.

7 *Clericatu Deo homo dicatur, atque à pote-
ſtate eximitur hominum prophanorum.*

8 *Clericus vnde dicitur?*

Ad ea non trahendus amplius num. 9.

10 *Prophanum vnde dicatur?*

11 *Sacrilegio notatur, qui Deo dicatos homi-
nes ad prophana pertraxerit.*

Ac ſacra prophanis miſcuerit.

12 *Sacrilegium quod?*

13 *Sacrilegus cenſuris feritur eccleſiaſticis per
excomunicationem.*

14 *Pœna conueniens ſacrilegio, excommunica-
tio eſt.*

15 *Cardinalis Bellarminus extollitur.*

16 *Sacra quæ ſunt Deo, inalterius ius deduci
haud poſſunt, neque Principum terræ.*

17 *Sacrilegij nota ſe maculat clericus clericum
apud laycum iudicem iudicio pulſans. Vn-
de cauſam perdit.*

18 *Actor rei forum ſequitur.*

Et à comunione habetur extraneus num. 21.
& 22. & *num.*25.

19 *Libelli actio diſpici debet. & ex præmiſſis
conſequentia infertur libelli nu.*22.

20 *Conſequentia ex præmiſſis infertur.*

23 *Cap. ſi diligenti* 12. *de foro compet. & can.
inolita* 35. *& can.placuit.*36.11.*quæſt.* 1.
*innouata fuere per Conſtitutionem Mar-
tini V.*

*Cuius verba referuntur nu.*24. *& expendun-
tur num.*51.

26 *Concilium Lateranenſe ſub Leone* 10. *pœnas
omnes contra libertatis & immunitatis
Eccleſiaſticæ violatores per ſummorum
Pon-*

Pontificium conſtitutiones inflictas, etiam in Bulla in Cœna Domini, innouauit.

Et ita pariter per Sacrum Tridentinum Cōcilium ſeſſ. 25. cap. 20. de refor. eas omnes innouauit. num. 27. exoſumque etiam videtur legibus imperialib.

28 *Pœna docente, vt quis cognoſcat quantum exceſſerit, iure in iudicium vocatur, illa feriturus.*

29 Excomunicatus *ſathanæ traditur, vt ſpiritu ſaluus fiat, & ad cor redeat.*

30 Excomunicatio *medicinalis eſt.*

31 *Adagium; Anicularum deliramenta.*

32 *Conſtitutionem Martini V. vſu receptam non eſſe dicens, errat.*

33 *Locus pſalmi 144. 4. expenditur contra excuſationes quærentes in peccatis.*

Caſus offenſæ libertatis Eccleſiaſticæ reſeruatus eſt per Paulum 2. & Benedictum.

34 *Nouam conſtitutionem antiqua iura renouantem, vſu non receptam aſſerens, errat. Nam cùm illa firma ſint, & hanc firmam eſſe oportet.*

35 *Lex rationabilis eſſe debet.*

36 *Lex à legendo, vel ligando dicitur.*

37 *Lex proditur, vt appetitus noxius ſub iuris regula limitetur, ſiue vt humana coerceatur audacia. num. 38.*

39 *Lex quæ abuſus reſecat, & libertatē tuetur Eccleſiaſticam, abrogata dici haud poteſt.*

40 *Lex innouans antiqua iura, illa ad vitam reuocare dicitur, & in priſtinam obſeruantiam reſtituere.*

41 *Reſtitutio eſt in priſtinum ſtatum repoſitio.*

42 *Legem abrogatam, ſiue non vſu receptam dicens, ipſe probare tenetur.*

Non tamen id præſumitur, num. 43.

43 *Libertas Eccleſiaſtica ſemper à laicis impugnatur.*

44 *Lex non recepta non obligat.*

Quod exauditur non procedere ſi lex aliquid tanquam malum prohibet, & irrationabile, atque abuſus reſecat.

Vnde tolli haud poterit per non vſum. n. 45.

46 *Lex ſcripta, quamuis dura videatur prauis hominibus, ſeruanda tamen eſt.*

47 Adagium, *Stateram ne transgrediaris, illuſtratur.*

48 *Adagium: Coronam ne carpſeris, ex Sancto Hieronymo dilucidatur.*

49 *Vrbium mœnia turrita quare ſint, ac coronarum ſpeciem præbeant?*

50 *Trahere quis nam dicatur clericum ad vetitum iudicium? & an directè, vel etiam indirectè. num. 51.*

52 *Actio qualibet per quam ad iudicium laycum clericus trahitur, prohibetur, ſiuè directè, ſiue indirectè.*

53 *Sequeſtro lis introducitur coram iudice, qui ſequeſtrum dedit. Quia rem in controuerſiam deducit.*

54 *Actio perfecta fuit per ſequeſtrum exequutum contra bona eccleſiarum, vnde, coram eodem iudice comparere pars debet ad diſſoluendum ſequeſtrum n. 55.*

56 *Perfectum quod nam dicatur?*

57 *Libertas violari dicitur, cum impeditur quis facere, quod ſibi libet.*

58 *P. Hieronymus Pecoranus è Societate Ieſu celebratur.*

ARGVMENTVM.

Clericus ad ſeculare iudicium Clericum pertrahens qua feriatur pœna? Vnde conſtitutio elucidatur Martini Papę Quinti. Et quod nam crimen hoc ſit? An ſacrilegium?

RESPONSIO XXXVIII.

1 SVpra quàm dici, vel excogitari poteſt, indecēs eſt: ſanctos, (Eccleſiaſti-
2 cos videlicet) qui ſe Deo Optimo Maximo dicarunt, vnde ipſe dicit: Sancti eritis, quoniam ego Sanctus ſum. *Leuit. 11. 44. & p. Petr. p. 15.* apud profanos iudices iudicari: ſecundum illud Apoſtoli gentium Doctoris Pauli *primæ ad Corinth.*
3 „ *6. 1. Audet aliquis veſtrum,* (inquientis) *habēs* „ *negotium aduerſus alterum, iudicari apud iniquos, & non apud ſanctos. An neſcitis quoniam* „ *ſancti de hoc mundo iudicabunt? Et ſi in vobis* „ *iudicabitur mundus: indigni eſtis, qui de minimis* „ *iudicetis? Neſcitis quoniam Angelos iudicabimus: quantò magis ſecularia? Secularia igitur iu-* „ *dicia ſi habueritis; contentibiles, qui ſunt in Ec-* „ *cleſia, illos conſtituite ad iudicandum. Ad vere-* „ *cundiam veſtram dico. Sic non eſt inter vos ſa-* „ *piens quiſquam, qui poſſit iudicare inter fratrem* „ *ſuum? Sed frater cum fratre iudicio contendit,* „ *& hoc apud infideles.* Loquitur nempè Apoſtolus carpendo, & increpando Corinthios, quòd cum de rebus ciuilibus inter-

terſe iudicium,litigiumque haberent apud
infideles iudices recurrebant; Quod erat
multipliciter malum, (*vt Dionyſ. Carthuſ.*
*ibid.*loquitur) Dabatur enim per hoc infi-
delibus occaſio opprimendi pauperes
Chriſtianos,& ſpernendi Eccleſiam , quaſi
non habentem perſonas ad iudicandum
actiuè idoneas. Dabatur quoque infirmis
fidelibus occaſio reputandi infideles; cùm
tamen dicat ſcriptura: *Ad nihilum deductus*
*eſt in conſpectu eius malignus.Pſal.*14. Et occa-
ſio redeundi ad idololatriam , ſic *Carthuſ.*
neque abſimilibus *Gloſſ. Ordin. Nicholai de*
Lyra.
4 Non itaque pœnas; non cenſuras effu-
giet Eccleſiaſticas, frontis quiſquis attritæ
ſic fuerit,vt Eccleſiaſticos apud incompe-
tentes profanos iudices iudicio petere , at-
que pulſare auſus temerè fuerit. Atque fra-
ter fratres Concanonicos, Deoque altiſſi-
mo ſacros. Quod apud Gentiles ipſos abo-
minandum erat. vt Eripides in Ephygenia
Aulidenſi dixit.

Res dira,verbis inuicem altercarier,
Dictiſque fratres dimicare mutuis,
Si quando lis inciderit,aut contentio.

vt prouerbio locus factus fuerit apud Ari-
ſtotelem *Politicorum lib.* 7. Acerba enim
5 bella fratrum.Nec ſanè mirum,quia ſemel
Deo dicatum hominē ad profana pertrahe-
re , ac vi quaſi abducere , veritus minimè
fuit; aduerſus ea, quæ Deus ipſe *Leuit. vlt.*
28.populo mandauit Hebræorum. *Omne,*
quod Domino conſecratur, (dicens) *ſiue homo*
fuerit,ſiue animal ſiue ager,non veniet , nec re-
dimi poterit. Quicquid ſemel fuerit conſecratum,
ſanctum ſanctorum erit Domino. & tranſtulit
Bonifacius Summus Pontifex. *can. nulli li-*
*ceat.*3.12.*quæſt.*2.*regul ſemel Deo* 51. *de regul.*
6 *Iur.in* 6. Vt vetarint ſacræ & ipſæ Imperato-
rum leges, nexibus alligari humanis, quæ
iuris diuini ſunt. *in l. ſancimus nemini* 18. *in*
princ.C.de ſacroſanct.Eccleſ. Per Clericatum,
7 verò,cùm Deo nomen dat, Deo ipſi ſacra-
tur homo Chriſtianus; atque à poteſtate
eximitur hominum profanorum in pote-
8 ſtatem ac ſortem Dei addictus, à pò tù Chli
ros: ἀπό τοῦ κλήρος ſorte videlicet dictum.
Quod Clerici in ſortem aſcribātur Dei,eo-
rumque ſors Deus euadat, ſecundum Hie-
ronymum ad Nepotianū , tranſlatum *Can.*
Clericus,& can.Duo ſunt genera 12.*q.*1. *Iſidor.*
*lib.Etymologiar.*7.*cap.* 12. relatum *Can. Cle-*
ros,& Clericos 21.*diſtinct.Innocent.* 3.*cap. cum*
ſecundum Apoſtolum 16. *de prabend. extrà.*
9 Ad profana non igitur trahendi amplius.
10 Prophanum quippè id propriè(ſecundum
Trebatium) dicitur,quod ex religioſo , vel
ſacro,in hominum vſum proprietatemque
conuerſum eſt . quod ſequitur *Macrobius*
*Sarturnalium lib.*3 *cap.*3.
11 Sacrilegio igitur notatur, qui ſic ſacros
homines ad profana protraxerit, & ſacra
prophanis miſcuerit , ſecundum Hora.
Miſcebis ſacra prophanis.
12 Quodque ſacram rē violarit, eiq. irreue-
rentiam fecerit, quod ſacrilegium eſt , ad
tex.in can.ſacrilegium 3.ibique *Gloſſ.*17.*quæſt.*
4. *S.Thom.*2.2. *quæſt.* 96. *art.* 1. & 3. *Armilla*
verbo ſacrilegium. Syluester eod. num. 1. *Card.*
*Tuſcus tom.*7.*littera S.concluſ.*6. *num.* 4.
13 Iurè , non ergo iniuria , cenſuris pe-
titur,atque pœnis feritur Eccleſiaſticis per
excommunicationem *d. can. nulli liceat* 3. *in*
fin 12.*quæſt.*2.*can.conſtituit.& can.quiſquis in-*
uentus 17. § *ſi quis domum Dei* 17. *q* 4. *cap,*
cum ſit generale 8.*in fin.de foro compet.*
14 Quia hoc modo conueniens pœna ſa-
crilegi, qui ſacris iniuriam intulit, exco-
municatio eſt, per quam à ſacris arcetur,vt
ſanctus loquitur *Thomas d.q.*96.*art.* 4. *in re-*
ſponſ.
15 Dictique rationem reddit, & ſcientia , &
vita,ac moribus, & religione , ac dignitate
Eminentiſſimus Cardinalis Bellarminus
*tom.*2 *Illuſtrium controuerſ. lib.*1. *de Clericis.*
*cap.*29 *col.*4. *ad quartum argum.* Quod in ea,
16 quæ ſunt oblata,& conſecrata Deo ius nul-
lum habere poſſunt Principes ſeculi. *Ioan.*
Azor.Inſtitut moral.par. 1. *lib.* 5. *cap.* 11. *q* 1.
verſ.& in dictis capitibus Card.Tuſcus d.littera
S. concluſ 6.*num.*7.
16 Sacrilegij itaque non leui ſe infecit nota
R.D.Vitus Scaleſius,Caſtri Maris de Stabia
Cathedralis Eccleſiæ Canonicus , cum
apud laycos iudices Magnæ Curiæ Vica-
riæ,dato libello, ſequeſtrari fecit pecunias
ex venditione Syluæ Cæduæ redditiuum
Maſſæ communis Capituli, eidem Capi-
tulo ſoluendas, vt ex ipſis ſibi, ſecundum
ea,quæ prætendebat, Iudicis Layci decre-
to,ſatisfaceret. Auſus quippe fuit, negotiū
habens aduerſus fratres Canonicos, iudi-
cari apud profanos; & non apud ſanctos,
iuxta allatum ſupra per nos locum Pauli
Apoſtoli.
Neque inficias iurè ibit; laycos(refrican-
do) apud laycos iudices iudicio tentaſſe,
18 reorumque forum ſequutum fuiſſe *ad*
tex.in l.fin.C.vbi in rem actio l. Iuris ordinem 2.
C.de iuriſd.omni Iud. cap.ſi clericus 5 & *d cap.*
cum ſit Generale 8. *de foro compet. Hartaman*
Piſtoris obſeruatione 118.*num.*12. Inuetitum
proinde haud dediſſe.
19 Rectè nempè ſi libelli actio diſpiciatur,
aduerſus Capitulum, & Canonicos illam
tēdere nō in obſcuro, ſed lucente ſole per-
ſpexerimus, vt vel cæco appareat , vt dici
prouerbio aſſolet. Nihil enim à laicis D.
Vito debebatur: quod verò ipſe prætendit
aduerſus Capitulum eſt,& Canonicos; ad-
uerſus eos porro actionem dirigit Ait quip-
pe in narratiua libelli: *anno elapſo* 1639.
Capitulum dictæ Ciuitatis, & ſucceſſiue Canoni-
cos vendidiſſe quædam lignamina exiſtentia in
quadam ſylua; quam prædicti Canonici poſſident

ra-

„ *ratione introitnum prædicti Capituli, quorum*
„ *pratiam diſtribuitur inter eoſdemmet Canoaicos,*
„ *æqualiter. Et quia ad præſens prætendunt dicti*
„ *Canoniei*, (ſic minorem libelli ſubinfert)
„ *eidem comparanti partem competentem aomi-*
„ *ne, quo ſupra denegaado, aaferre, tempore quo*
„ *comparens eſt in poſſeſſione dicti Caaonieatas*
„ *percipiendo eius introitas, habeas omnia priui-*
„ *legia, & prærogatiuas, pro vt habent, & retinẽt*
„ *prædicti alij Canoniei ia Epiſcopatu prædicto.*
„ *Ideo inſtat mandari* (conſequentiam infe-
„ rens) *prædictis debitoribus, vt ſtatim depoſiteat,*
„ *& depoſitare babeant, & debeaat in dicta magna*
„ *Cur. prædictas pecuniarum quantitates eidem*
„ *Capitalo debitas; alias exequantur ſeruata forma*
„ *iuris, &c.*
20 Ex præmiſſis namque conſequentia in-
fertur libelli, quæ attendi debet, iuxta no-
tara *in cap. examinata* 15. *de iudicijs Bart. in l.*
eerti conditio § quoniam ff. ſi certum petat Ma-
ranta coaſ. 67. num. 3.
Capitulum itaque, & Canonicos, à qui-
bus portionem prætendebat venditorum
lignaminum ex cædua ſylua, apud laycos
indices, vetitumque iudicium vocauit: non
ſane laycos homines, à quibus nihil ſibi de-
bebatur.
21 Dedit ergo nec ſane iniuria, in pęnas, &
cenſuras *ia cap ſi diligeati* 12. per Innocen-
tium tertium. *de foro compet.* inflictas; quæ
22 quidem ſunt: vt cauſam perdat; & à com-
munione habeatur extraneus; vt in Mile-
nitano, & Cartaginenſi Concilijs ſpeciali-
„ ter promulgatum fuerat; ne Clerici Cleri-
„ cos relicto ſuo Pontifice ad iudicia publica
„ pertrahant: alioquin cauſam perdant, & à
communione habeantur extranei. Vt ver-
ba ſonant Innocent. 3. *d. cap. ſi diligenti &*
eaa. inolita 35. quod eſt ex Cõcilio Mileuita-
no, & *can. placuit* 36. ex Concilio Carrhagi-
nenſi 11. *quaſt.* 1. & ſcribit Gregorius Ro-
mano Defenſori Siciliç, relatus *can. perue-*
23 *nit* 53. *ead. cauſa & q.* Qui ſanè canones fue-
runt innouati per conſtitutionem Martini
Papæ Quinti anno Pontificatus ſui XI. quã
refert pręter Bullarium, *tom.* 1. *conſtitut.* 10.
fol 251. Stephanus Quarant. *ia ſum. verbo fo-*
rum competens in princ. fol. mihi 257. eiuſque
meminit inter excommunicationes Pa-
pæ reſeruatas, *Iulius Lauorius de iubileo, &*
indulgentijs par. 5 *cap.* 21. *num.* 96. & in eam
adnotat *Pater Ioa. Baptiſta Scortia è Societate*
Ieſu in ſilectas ſummorum Pontificium epitom.
31. *Theoremat.* 82. & 83. Cuius conſtitutio-
nis verba ſequentia ſunt § 3.
24 *Nos igitur aduerſus talia præſumentiam te-*
„ *meritatem remedia apponere, & ſuper his ſalu-*
„ *briter prouidere cupieates; ac Concilij Mileuita-*
„ *ni, & fœlicis recordationis Inaocentij Papæ*
„ *Tertij prædeceſſoris noſtri cõnſtitationibus ſu-*
„ *per hoc editis, Auctoritate Apoſtolica, ex certa*
„ *ſcientia hac noſtra inrefragabili coaſtitutione*
„ *perpetuò duratura tenore præſentium ſtatuimus,*
„ *decernimus, ac etiam ordinamus. Quod omnes,*
„ *& ſingulæ perſoaæ Ecclesiaſticæ, ſecalares, &*
„ *regalares ordinum quorumlibet. quacunque ex-*
„ *ceptione ſuffultæ, etiam ſi Patriarchali, Archiepi-*
„ *ſcopali, Epiſcopali, Abbatiali, vel alia quauis*
„ *præfulgeant digaitate, quæ aliam perſonam Ec-*
„ *cleſiaſticam, Collegiam, vel conaentum in actio-*
„ *ne reali, mixta, vel perſonali, ciuili vel eriminali,*
„ *etiam occaſione cuiaſcumque ſubmiſſionis; etiam*
„ *iuramento vallata. vel aliàs aa forum, ſiue iudi-*
„ *cium laicale directè, vel indirectè (de qua in foro*
„ *Eccleſiaſtico ordinari conſueuerit, poſſit, vel de-*
„ *beat, de iure, vel de conſuetudine, aut aliàs co-*
„ *gnoſci) trahere præſũpſerit: Caaſam ipſam, &*
25 *omne ias ei, ſiuè eis, in poſſeſſorio, ſiue petitorio*
„ *in re, vel ad rem, cauſa, vel occaſione huiuſmodi,*
„ *quomodolibet, competens, eo ipſo perdaat pæni-*
„ *tùs, & amittant: & ſiagulares perſonæ excom-*
„ *munaicationis, capitula vero, & conuentus ſuſ-*
„ *ſpenſioais & interdicti ſententias incarrant ipſo*
„ *facto* his Martinus Papa. & paulò poſt.
„ *Nulluſque ab eiſdem ſententijs per alium, quàm*
„ *per Romanum Poatificem, præterquam in mortis*
„ *articulo conſtitutus, abſolui valeat, ſiue poſſit.*
26 Et in Concilio Lateranenſi ſub Leone
X. ſeſſ 9. *tit. reformatioaes Curiæ, & aliarum*
tom 3. *Coacilior fol. mihi* 646. 5. *& cùm à Iure.*
Innouata fuere omnia decreta, & Summo-
rum Pontificinm conſtitutiones, & quæcũ-
que Apoſtolicæ ſanctiones in fauorem li-
bertatis Eccleſiaſticæ, & eius violarores
quomodolibet editæ, & pęnis etiam contra
talia præſumentes, in bulla, quæ legitur in
cęna Domini contentis, in ſuo robore per-
manſuris.
27 Et nouiſſimè quoque Sacrum Tridenti-
„ num Concilium: ſacros canones, & conci-
„ lia generalia omnia, nec non alias Apoſto-
„ licas ſanctiones in fauorem Eccleſiaſticarũ
„ perſonarum, libertatis Eccleſiaſticæ, & cõ-
„ tra eius violatores editas (decreto peculia-
„ ri *ſeſſion.* 25. *cap.* 20. *de reformat.*) innouauit, &
exactè ab omnibus obſeruari debere edi-
xit. Exoſumque viſum fuit etiam Imperato-
ribus; vt idem quo ad laicos mandarint,
clericos in vetitum vocantes iudicium. *in*
auth. ſtatuimus C. de epiſcop. & cleric.
Firmum itaque permanet, dediſſe in
præfatas pœnas, & cenſuras ſupradictum
Canonicum D. Vitum Scaleſium: Vnde in
iudicium per eius Illuſtriſſimum Dominũ
Epiſcopum iurè, ac citrà iniuriam vllam
vocari poterit; vt pęna docente cognoſcat
quantum exceſſerit, iuxta Innocentij Ter-
tij verba. *in cap. niſi illa* 3. *de offic. legati.*
29 Atque ad cor ita rediens medicam ma-
num non reſpuat, vt à peccato reuocetur,
Sathanæ traditus, vt Spiritu ſaluus ſit in
die Domini noſtri Ieſu Chriſti, ſecundum
Apoſtolum *prima ad Corinth.* 5. 5.
30 Medicinalis eſt namque excommuni-
catio; diſciplinans, non eradicans. *cap. cum*
medicinalis primo de ſent. excommunic. 6.

31 Nec obiectum faciet: (ſunt enim Aniculа-
rum deliramenta,vt adagio dici ſolet:)
32 Conſtitutionẽm præfatam Martini V. non
eſſe vſu receptam. Ad excuſandas quippè ex-
33 cuſationes in peccatis, (iuxta verba Regij
Citharedi *pſal.*140.4.) cum hominibus ope-
rantibus iniquitatem:id (& ſi plenè perpetã)
aſſerunt. Hi nempe habituati in malo, & in
eo aſſueti, conſueuere excuſationes obtende-
re,vt malum abſcondant, quod patrarunt. At
hoc eſt miſerandiſſimum genus prauorum,
qui propria delicta excuſant, vt *Dionyſ. Car-
thuſian.ibidem*.aduertit. Debebat enim noſſe,
ſi in vetitum compellaſſet iudicium Conca-
nonicos ſuos, ſe in pœnas daturum à ſacris
canonibus inflictas: vt cecinit ille apud *Ho-*
„ *ſtienſ Cardinal d.cap.ſi diligenti num.* 1.
„ *Clerice ſi quæris examen,quo prohiberis;*
„ *Et deponeris, & cauſa deſtitueris*.
34 Præſertim verò cum inter caſus Pontifici
Summo reſeruatos,Paulus 2.*in extrauagant.3.
& ſi dominici de pœnit. & remiſſ. inter commu-
nes*. offenſæ eccleſiaſticæ libertatis caſũ enu-
meret. & Benedictus XI. *in extrauag. p.§. per
hoc autent.de priuileg.*
34 Tùm etiam quod conſtitutio hæc Martini
innouat etiam decreta Innocentij III. & Con-
cilij Mileuitani, & Carthaginenſis. in corpo-
re iuris relata;Vt ſicuti firma illa perſeuerant,
ita & iſta. Nulla quippe ratio patitur, vt ab-
rogata hæc vna æſtimetur, firmis remanenti-
bus antiquis, quæ ab hac innouantur, & con-
35 firmantur. Rationabilis enim lex eſſe debet,
*can.erit autem lex.diſt.4.Nauar.conſ.*24.*an cle-
rici num.*2.*infin.lib.*5.*de priuileg.* Quod ſi ra-
tionabilia antiqua iura ſunt;cur non rationa-
bilis hæc æſtimabitur lex, quæ antiqua inno-
uat,& confirmat, atque deteſtabiles abuſus
36 tollit,quæ irrepſerant? Inde enim lex dicitur,
quod in ea legatur,quid ſeruandum,quidue
faciendum ſit; vel quod liget,& obliget ad fa-
ciendum. *Can. lex. diſt.*1. *& ibi gloſ. & in pro-
hem decretal.verbo lex proditur. S.Thom.* 1.2.
q 90.*art.* 1. *nos reſponſ.*40. *n.*16. *par.*2. Atq; vt
appetitus noxius ſub iuris regula limitetur,
38 vt in *d.prohem.decretalium.§.Ideoq; lex*, Gre-
gorius nonus loquitur.Siue, vt humana coer-
ceatur audacia, & tuta ſit inter improbos in-
nocentia, vt *Gloſſ.d.verbo lex proditur* inquit,
39 quod omnino fieri debebat, ad retrahendos
deperditos homines, ne libertatem, immuni-
tatemq; læderent Eccleſiaſticam,per dictam
Martini Quinti conſtitutionem, ſicuti per an-
tiquos illos canones conſtitutum antea fuerat;
firmiori vt ligarentur,noua hac lege,ligamine.
Quia profectò funiculus triplex difficile rum-
pitur. *Eccleſiaſtes.*4.12.
40 Tum, quoq; quod Sacrum Tridentinum
Cõcilium,& ipſum omnia iura,omneſq; Sum-
morum Pontificum Conſtitutiones, Apoſto-
licaſq; Conſtitutiones in fauorem Eccleſiaſti-
carum perſonarum; libertatiſq; Eccleſiaſticæ;
ac in eius violatores editas,innouauit.Vt ſi in
deſuetudinem fortaſſis hæc Martini abijſſet
Conſtitutio (vt cęlo aberrans toto, totaq; via,
Aduerſarius autumat,) innouatione Concilij
fuiſſet ad vitam reuocata, atque poſtliminio
41 quaſi in priſtinum reſtituta, ad *tex.in l.reſti-
tuere* 1.*&* 2.*ff.de verborum ſignificat. l.*1. *C.de
ſent.paſſis.Gloſſ in cap.auditis.*3.*verbo contra re-
liquam.de reſtitut.in integrum. Rota in Barchi-
nonen penſionis* 16.*Ianuarij* 1612. *coram Card.
Caualerio apud Marcheſan. par.*1.*fol.*623.*deciſ.*
26.*ſub n.*3.*&* 4.quæ eſt in impreſſis per eund.
*Caualer.deciſ.*180.*n.*3.*& par.*2 *diuerſ.deciſ.*702.
n 7.*in Mediolanen.curſus aquarum coram Aldo-
brandino Clemente VIII.*
42 Tum demum,quod legem ab authoritatem
habente,(vt Summus eſt Romanus Pontifex,)
latam, & ex vrgenti cauſa,(vt libertatis, & im-
munitatis Eccleſiaſticæ conſeruatio eſt, quæ
43 ſemper à laicis impugnatur ad *tex. in cap.Cle-
ricis laicos* 3.*de immunitate Eccleſ in* 6.) abro-
gatam eſſe dicens,neq; conſuetudine receptã;
ipſe probare tenebitur,qui in abrogatione,vel
non receptione fundamentum iacit. ad *tex.in
l.*2.*& l.quoties.*18.*in fin. & l.verius.*20. *de pro-
bat l.*2.*C.eod.cap.vlt. §.ſanè,de iure iurand. nos
reſponſ.*29.*n.*33 *par.*1. Cùm id præſertim mi-
nime præſumatur *Rota apud Card.Caualer.de-
ciſ.*423.*n.*1.*& ſeq.*
44 Præter quàm quòd regulam illam; legem
non receptam non obligare; limitant Docto-
res, quando lex aliquid prohibet tanquam
malum,& irrationabile; atq; abuſus tollendo
pergit, vt eſt conſtitutio præſata Martini. ibi;
(*Nos igitur aduerſum talia præſumentium teme-
ritatem,&c.*) Vt aduertit *Sãctarellus* poſt alios
45 *variar.reſolut. q.*4.*n.*43. *& ſeq.* Vt tolli haud
poſſit per non vſum, vel contrarium vſum,
non data ſcientia Papæ,vt dixit *Rota apud Ca-
ualer dicta deciſ.*423.*n.*4. & in alia coram ipſo,
Romana concordiæ S.Petri 11. *Ianuarij*, *&* 12.
Februarij 1610.
46 At ſufficit ita ſcriptum fuiſſe, quamuis id
(vitam ducere volentibus laxiorem) durum
videatur,ſecundum *Gloſſ. in can. propoſuiſti* 2.
§.eſt enim vetus. verbo ſcriptum eſt. 82. *diſt.*
Quia profectò lex, quamuis dura,ſeruanda ta-
men erit,argumento,*l.proſpexit* 12. *ff.qui,& à
quibus, Rota apud Creſcent.deciſ.*18.*n.*2.*de pro-
bat. Hoſtienſ. d.cap.ſignificaſti. n.*2.*verſ. ſi dicas*
„ *quod durum.* ſubnectens. *Nec poteſt quis con-*
„ *queri de duritia iuris, ſed potius debet ſibi impu-*
„ *tare,quia ſcienter facit contrà canonicas ſanctio-*
„ *nes.* hæc ille Vir doctiſſimus, & S.R.E.Cardi-
nalis.
47 Non igitur ſtateram tranſgrediantur, vt
prouerbio habetur antiquo;ne quid .ſ. faciant
48 præter ius,& æquum. Neue coronam carpſe-
rint;ſecundum quod Diuus Hieronymus ad-
uerſus Ruffinum interprætatur; Vrbium leges
obſeruandas eſſe, non violandas, neq; repræ-
hendendas; quod Vrbium turrita mœnia co-
rona-

Digitized by Google

rónarum ſpeciem præbeant.

50 Neque obaudiatur, quod non verè traxerit, vt in pœnas haud dederit prædictas;
neq; enim ipſe aliquem de capitulo per citationem Iudicis laici in vetitum vocauit iudicium. ſic ipſe philoſophatur.

51 Sat enim traxit, (vt ex libello apertiſſime patet.) Cùm aduerſus Capitulum, & Canonicos pro portionibus capitularibus inter capitulares diſpertiendis, actionem dixit, ſequeſtrumq; ſuper bonis ipſis capituli innecti per Iudicem laicû petijt; illudq; obtinuit, atq; aduerſus debitores, exequi fecit, ac conſequenter ſiue directè, ſiuè indirectè aduerſus Eccleſiaſticas perſonas coram laico Iudice actionem (coram Eccleſiaſtico dirigendam) inſtruxit; vt ex ipſa Martini Conſtitutione etiam cæcis appa-
„ ter ibi: *Vel alias ad forum, ſiue iudicium laicale,*
„ *directè, vel indirectè (de qua in foro Eccleſiaſtico*
„ *ordinari conſueuerit, poſſit, vel debeat de iure, vel*
„ *conſüetudine, aut aliàs dignoſci) trahere præſum-*
52 *pſerit.* Quælibet igitur actio per quam perſona
trahitur Eccleſiaſtica ad vetitum iudicium, ſiue directè, ſiuè indirectè id fiat, ſuper re, de qua coram Iudice Eccleſiaſtico cognoſci debebat, per ſacros Canones, ac Conſtitutionem prædictam Martini, prohibetur: vt ex allatis ſupra canonib. & *d cap ſi diligenti*: Legentibus plenè, aperteq; parere poteſt. atq; *d. Conſtitutione Martini.* At directè, nedùm indirectè cognoſcẽdum deduxit Vitus præfatus per Iudicẽ laicum ſuper diſtributionibus quotidianis à Capitulo faciendis: vnde etiam ſequeſtrum
53 exequi fecit, per quod litem, laico coram Iudice, Clericus inferre cœpit: vt perpendit *Hartman. Piſtoris d obſeruat.* 118. *n.* 13. Deduxit enim rem ſequeſtram in controuerſiam, ex Florentino *lib.* 7. *Inſtitutionum in l. licet deponere.* § 7. *ff. depoſiti.* Incidit proindè in pœnas, & cenſuras aduerſus hoc crimine notatos, inflictas.

54 Quia nimirum actio ipſa ſequeſtri perfecta fuit, atq; completa, non imperfecta, cùm executionem obtinuerit; vnde per Iudicem lai-
55 cũ bona Capituli ſequeſtro ligata fuere: Vnde coram eodem Iudice Capitulam comparere tenebatur ad impetrandam ſequeſtri relaxationem; vt idem *Hartman. d. obſeruat.* 118. *n* 1. non in concinnè aduertit, ex *Ferrarien. in pra-*
56 *xi tit. de forma ſequeſtri.* Perfectum quippe dicitur, quod ſuis partibus conſtat, cique; vt addatur, nihil ſupereſt. ex Caio iure Conſulto in *l.* 1 *ff de origine iuris. in princip. can. ſi omnia* 7. 6. *q.* 1. *Lucas de Penna in l.* 1. *n.* 8. *C. de agentib. in rebus. lib.* 12.

Nihil autem hic ſuper addendum reſtabat, ne Capituli bona permanerent penès laicum Iudicem, eius arbitrio iudicanda. Fuit itaq; perfectum opus ſequeſtri, & conſummata iniuria, non cepta; vt Vlpianus loquitur in *l* 1. *§. hæc autem verba ff. quod quiſq; iuris in alterũ ſtatuerit.* Vt ita oportuerit coram eodem laico Iudice comparere, atq; pro moderatione ſe-
57 queſtri inſtare. Et ſat fuit coram Iudice comparuiſſe, atq; in vetitum vocaſſe iudicium Canonicos. vt optimè *Hoſtienſ. d. cap. ſi diligenti ſub n.* 2. aduertit, eumq; ſequitur *Cardin à Turre Cremata d can. Inolita. in* 1. *q. n.* 2. Vt nihil proinde pœnitentia efficiat poſt iactum lapidem, *ad tex. in cap. grauem* 15. *vbi gloß. verbo depoſuiſſe. de exceſſibus prælator. can. placuit.* 8. *ibi: peticrit, vbi gloß* 11. *q.* 1. *Scortia d. Theoremat.* 82. *verſ. quæres, an ſi actorem pœniteat.*

58 Violata ergo Eccleſiaſtica libertas quia reſtricta facultas fuit faciendi quicquid libet, iuxta Florentini libertatis finitionem in *l. libertas.* 4 *ff. de ſtatu homin.* § *libertas inſtitut. de iure perſonar.*

Dedit proinde in pœnas, & cenſuras dictus D. Vitus Scaleſius, vt deſcẽderet in profũdum inferni. At ſi eum penituerit, pœnitentiamq; condignam fecerit, aſcendet in excelſum ſuprà. iuxta *Iſaiæ* verba 7. 11.

Et ita ex his (Ariſtarchi haud diſiecto iudicio) ſum voti, ac conſulo, atq; ita reſpondendum iurè cenſui.

CAROLVS MARANTA V.I.D.
Epiſcopus Iuuenacenſis.

Ita exequutus fuit Illuſtriſſimus Epiſcopus Maſcambrunus aduerſus dictum D. Vitum, quamuis non pauci fuerint, qui illum haud inci diſſe in pœnas prædictas, voluerint. At noſtram hanc ſententiam ſequutus fuit quoque
59 Vir ille, nunquam ſanè ſatis laudibus concelebratus, doctrina, & in ſacrata Theologia, literis Græcis, & latinis, atq; in ſacris Canonibus, iureque Ciuili apprimè excultus, & verſatus eruditusq; ac Magiſter meus, Pater Hieronymus Pecorarius Societatis Ieſu alumnus; multis mihi, totique Vrbi nominibus ſuſcipiendus. Et quis ſanè eſt, qui eius doctrina nõ eruditus, ſermonibusq; non perſuaſus fuit?

SVMMARIVM.

1 *Iuſtè ab iniuria vindicatur, qui iniuſtè illa affectus eſt.*
2 *Leges promptiores ſunt, vt læſo auxilium ferant, quàm ei aſſiſtant, qui lucrum ex damno præoccupat alterius.*
3 *Iniuriam immerenti offerre, iniquum.*
4 *Iniuria quid?*
5 *Factum, quod dubium eſt, ita interpretari debet, vt crimen ſemper ſeclusũ videatur.*
6 *Interpretatio benignior in pœnis facienda.*
7 *Diffinitio rei eſſentiam, & quiditatem in apertum deducit.*
8 *Demonſtrationis omnis principium definitio.*

9 *Inſtitutio de quacunque re à definitione incipere debet.*
10 *Definitio cum definito conuerti debet.*
11 *Definitio. cui conuenit, & definitum congruere debet, & è contrà.*
Definitio datur, vt innoteſcat definitum.
12 *Simonia quid?*
13 *Simonia dicitur ſtudioſa voluntas; & quomodo.*
14 *Simonia à Simone Mago nomen ſumpſit, & originem.*
15 *Voluntas verbis aperitur.*
Oeconomus quid?
16 *Simonia tripliciter dicitur.*
17 *Simoniæ formalitas eſt pretium, vel quid pretio æſtimabile pro ſpirituale.*
18 *Simonia formalitatem ex conuentione per pretium accipit.*
19 *Beneficiarius dum in humanis agit, vſufructuario comparatur, & fructuum dominus eſt, ita, vt libet, de eis diſponere valeat.*
20 *Dignus eſt operarius mercede, ac cibo ſuo.*
21 *Locus Deutoronomij 25. non alligabis os boui trituranti, ex S. Paulo elucidatur, de Sacerdotibus laborantibus in vinea Domini.*
22 *Operarijs mercedis exhibitio debetur.*
23 *Simonia non eſt, quod contra formam ſacrorum canonum geſtum minimè fuit.*
24 *Permiſſum cenſetur quod iure prohibitum non inuenitur.*
Quinimò in dubio permiſſus actus cenſetur, qui iure non prohibetur n. 25.
26 *Bulla Apoſtolicæ iuſtificata exequutionem merentur ob concedentis reuerentiam.*
Quod exauditur contradictore legitimo ſe non opponere. n. 27.
28 *Simonia vt inferatur, exquiritur, vt quod datur in pretium formale cedat, & lucrum pro re ſpirituali.*
29 *Meum fieri haud poteſt, quod meum eſt, niſi meum eſſe deſierit.*
30 *Nemo ſuum (vt pretium) recipit.*
31 *Simonia abſque lucro non infertur. elucidatur dictis Petri actor 8. ad Simonem magum.*
32 *Nemo præſumitur velle in palam delinquere.*
33 *Qui delinquit tenebras quærit.*
34 *Omnis qui malè agit, odit lucem.*
35 *Peccatum abſconditula amat, & nu. 37.*
36 *Parentes noſtri poſt peccatum ſe nudos eſſe cognouerunt, & erubuerunt, atque ſe abſconderunt.*
37 *Contractus, quod non dicit, neque nos dicere, aſſerereque debemus.*
38 *Fructus beneficiorum quid temporale ſunt, nõ ſpirituale, vnde poſſunt pretio diſtrahi.*
39 *Simonia ex actu licito inferri haud debet.*
40 *Simonia in dubio magis excludi, quam includi debet.*
41 *Simonia crimen atrociſſimum, omnia alia ſua atrocitate vincens. vnde concludenter probari debebit, neque præſumptiones ſufficient. niſi violentæ illæ fuerint.*
Præſertim ſi ad priuationem agatur beneficij, num. 42. quamuis ciuiliter.
43 *Aſſerens probare tenetur. non verò negans.*
44 *Soluere quis præſumitur ex proprijs.*
Exauditur in dubio, ſecus in facto aperto. num. 45.
46 *Confirmans nihil noui agit, ſed actum agit, & exercitium tribuit; declara ſi actus ex ſe ſubſiſtat, ſecus ſi per confirmationem vires ſumat. nu. 51.*
47 *Dictio (tamen) reſtitutionẽ operatur omniũ præcedentium, & contradictionem infert. nu. 48.*
48 *Conditio ſuſpendit actum, cui adijcitur.*
49 *Nullum quod eſt nullum parit effectum.*
50 *Confirmatio nouum ius minimè confert.*

ARGVMENTVM.

Ad materiam ſimonię: quod ſit illa concludenter probanda, atq. in dubio excludenda magis, quàm includenda: quęue requirãtur, vt ſimonię crimen ad miſſum dicatur? Arguta, nec infructuoſa reſponſio.

RESPONSIO XXXIX.

INiuſta ſatis eſt nota, quæ R. D. Franciſco Antonio della Mura V. I. D. Parocho Parochialis Eccleſiæ ſub inuocatione S. Agrippini in Caſali Marani Neapolitanæ diæceſis ab R. D. Franciſco de Angelis
1 prætenſi criminis ſimoniæ inuritur. Iuſtè igitur, neque inuria, quin iure, ſanctèque ab illa vindicandus erit. Promptiores nempè
2 ſunt leges, vt læſo auxilium ferant, & de damno certat vitando, quàm ei, qui lædere, lucrumque ex eo venari pertentat. ſecundum Vulpiani reſponſum in *l. & ſi quis. 14.*

§. ſed

§.ſed ſi adbita ff.de religioſ.& ſumpt.funer. Ay-
mon conſ. 33. n.24. in fin. Rota apud ſ. memor.
Gregor.XV.deciſ.439.n.9. Vt dixerit,nec ab re
S. Ambroſian *lib.de officÿs.lib.3. cap.9.* Si non
poteſt ſubueniri alteri, niſi alter lædatur,
commodiùs eſt,neutrum iuuari,quàm gra
uari alterum.relatus etiam *canon. denique.8.*
14.q.5. Equidem,vt *Terent. in Hecyra* dixit:
3 *Offerre iniuriam alicui immerenti iniquũ eſt.*
4 Iniuria autem eſt omne id, quod non fit
iurè, iuxta S. Auguſtin. ad Macedonium
*epiſt.54.*relatum *can. quid dicam 11. in fin.14.*
q.4.& eſt,ſpontè præter leges officere.ſecũ-
dum *Ariſt.lib.1.Rethoricorum.*

5 Hanc igitur ob cauſam, ne iniquè alteri
iniuriam inferant leges, ita factum, quod
dubium eſt,interpetrari mãdant, vt crimen
ſemper ſecluſum videatur, ſecundum Vl-
„ piani ſententiam in *l.meritò 51.ff. pro ſocio*
„ dicentis: *Et ſanè plerumque credendum eſt, eũ,*
„ *qui partis dominus eſt,iure potiùs ſuo vti,quàm*
„ *furti conſilium iure cap fin.in fin. vbi Gloß. fin.*
verbo præſumitur de præſumpt.Ioan.Azor.Inſti-
tut.moral.part.2.lib.8.cap.2. q.11. & 12. dixit
in hiſce noſtris terminis ſimoniæ *Rota in*
vna Hiſpalen Beneficiorum 6. Martÿ 1592. co-
ram Cardin.Mellino deciſ.88.num.2.poſt primũ
vol.conſil. Farinac.& ſequuta quoque fuit *in*
Aretina confidentia 23. Ianuarÿ 1595. coram
Litta deciſ.101.num.10.in fin. apud eund. Fari-
nac.eod.vol. Et apud Card. Caualer. deciſ. 398.
num 5. pluribus *Menoch.lib.5.præſumpt.3. per*
6 *tot.* Quod in pœnis benignior interpretatio
ſit facienda,regula *in pœnis 40. de regul. Iur*
in 6.

7 Cùm itaque definitio ſit, quæ rei eſſen-
tiam,quiditatemque,& quid illa ſit,in aper
tum deducat, atque aperiat. *Gloß. in l omnis*
8 *definitio.203.ff. de regul.iur.* Quia nimirum
omnis demonſtrationis principium defini-
tio eſt,ſecundum *Ariſt.1.de Anim.* Vt omnis
proinde,quæ de quacumque re traditur in-
ſtitutio, à definitione proficiſci debeat, vt
eloquentiæ parẽs *Tullius in 1.de offic.* loqui-
tur. ſi rectè quid ſimonia ſit perpenderi-
mus; patebit vtique ab omni ſimoniæ labe
alienum fuiſſe contractum inter dictum
D. Franciſcum Antonium Parochum, &
D. Dominicum Antonium de Syluestro
ſuper œconomia Parochialis præfatæ anno
1636.die 11. Septembris initum.

11 Conuenire ſiquidem,atque ita conuerti
cum definito definitio debet, vt cui conue-
nit definitio, finiti quoque natura congue-
re oporteat,ex *Ariſt.6.Topic.* quod aduerſa-
rij ipſi nec diffitẽtur, quin pro ſe ipſis aper-
tè proficere atteſtantur. Et contrà,cui non
conuenit finitio,nec natura finiti ſedere po-
terit, vt poſt *Ariſt.* Phyloſophorum omniũ
Principem, noſtrates ſequuntur *in l.2.§. ap-*
pellata.vbi Doct.ff.ſi certum petat. l.1. §. dolum
vbi Bart.ff.de dolo, & in l.ſi quis ſeruo.20. in 2.
notab.num.2.C.de furt. & ſequitur Emanuẽ-
ſis noſter. *Petr.Gregor.Tholoſat.Syntaxeon.ar-*
tis mirabilis lib.2.cap.9.in aſsiomati.n.8.& 10
diximus *reſponſ.noſtra 28 n.3.& 4.p.* Defini-
tio enim datur,vt innoteſcat definitum,ſe-
cundum *Ariſt.6.topic.cap.2.*

12 Simonia verò eſt,ſtudioſa voluntas con-
trectandi pretio rem ſpiritualem, vel ſpiri-
tualitati annexam; vt explicatius, quidam
volunt.cum alioqui ſub ſpiritualis rei no-
mine,ſpiritualitati annexa comprehendun-
tur,vt aduertit *Gloß in ſum.in princ.1.q.*
Card.Tolet.lib 5.inſtruct. ſacerdot. cap.84. n.2.
ita *S. Thom.2.2.q.100. art.1. & in 4. diſt. 25.*
art.1.q.1.in corp. & colligitur ex *can. Salua-*
tor.8. qui eſt Vrbani II. *1.q.3. Gulielm. Ro-*
doan.de ſimon cap.2. num.3. Ioannes Carafa ex
Goffred.de ſimon.n.5.tom.15.p.2. tract.fol. 117.
Rota apud Coccin.Decanum dec. 468. n.5.Paul.
à Layman Theolog.moral.tom.2.lib.4. tract. 10.
c.8.§.1. Pater Franciſ. à Ripa de Simon. par.1.
num.18.

At qui ſimoniæ tradita definitio,contra-
ctui,de quo in præſenti quæſtio agitur,mi-
nimè congruit: Neque vtique definitum
conueniet:quòd difinitionis ſimoniæ par-
tes contractui non adaptentur, vt neque
definitum ad definitionem conuerti valeat
ex tradita Ariſtotelis Regula paulò ante re-
lata.& nos *reſponſ.dicta 28.n.3. & 4.*

13 Studioſa dicitur voluntas; actus ſcilicèt
voluntatis,ſeù libera volitio, contrectandi
pretio; per quod (gerundium) quicunque
comprehenditur contractus, in quo pretiũ
intercedit,ſiuè ſit emptio,ſiuè venditio, ſi-
ue locatio,ſiue permutatio,ſiue alius quiuis
modus, per quem res temporalis pro ſpiri-
tuali, tanquam prætium,ſiue æſtimatio rei
ſpiritualis traditur ad *text.in cap.fin.de pactis.*
„ ibi: cum in huiuſmodi (vtiq; ſpiritualibus,
„ de quibus Gregorius 9.ibi verba facit) om-
nis pactio, omniſque cõuentio debeat om-
ninò ceſſare. *S.Thom.d.q.100.art.1. ad 5. To-*
let.d.cap.84.Layman.d.§.1.Ripa d.art.1.nu.19.
& 21.

At nihil horum in hoc contractu inter-
ceſſit: Non ſanè voluntas, quia talis neque
apparet,neque arguitur.

14 Non prætium,à quo ſimonia à Simone
Magno initium ſumpſit, qui donum Dei
pecunia acquirere æſtimauit *Actorum 8. ca-*
non. ſi quis Epiſcopus 8.p.q.1.d.can.ſaluator.8.
1.q.3.S.Thom.d.q.100.art.1.in 4 arg Ioan.Ca-
rafa d.tract.de Simon.n.2.Layman d.§.1. Quia
de eo minime conſtat.Non igitur Simoniæ
crimine inſimulandi contrahentes erunt,
cum nihil eorum, quæ ſimoniam conſti-
tuunt,interceſſerit, vel ipſi intenderint.

Et quidem voluntas verbis expreſſa, atq;
15 in apertum deducta in inſtrumento, ſiue
præfato cõtractu(verbis quippè volũtas ape
ritur *ad tex.in l.labeo 6. §. il Tubero ff. de ſup-*
pel-

pelleƈt.legat. fuit œconomum, ſiue adminiſtratorem conſtituere in Parochiali prædicta S.Agrippini, qui curam omnium dictæ Parochiæ, tam in ſpiritualibus, quàm in tēporalibus ageret: Cùm conſtituens ipſe ob ſenectutem, morboſque, quibus infeſtatur, atque podagræ, chyragræque dolores id præſtare minimè per ſe ſe valeat. Omnimodam proinde transferre in eum voluit poteſtatem: *Omnia, & ſingula faciendi, atque gerendi, quæ ipſemet conſtituens facere poſſet; conſtituens eum procuratorem veluti in rem propriam, ad exigendum, habendum, & recuperandum à quibuſcumque perſonis in illis temporibus, & modis, & eo modo & forma, prout ipſe D.Franciſcus Antonius habuit, &c.* Dictuſque D. Dominicus Antonius ſe obligauit, & promiſit integrè, & ad plenum, &c. *Dare, ſoluere, & aſſignare dicto D. Franciſco Antonio hic Neapoli ducatos cētum quadraginta quatuor ſingulis annis durante dicta œconomia in tribus ſolutionibus. videlicet ducatos quinquaginta in primo die menſis Settembris, alios ducatos quinquaginta in die Paſchatis reſurrectionis D.N.Ieſu Chriſti, & alios ducatos quadraginta quatuor in prima die menſis Septembris ſubſequētis, &c.* vt in inſtrumento præfato legitur. Quos ſanè ducatos 145. in ſingulos annos, non ex ſuo D. Dominicus promiſit, ſed ex his, quæ vti œconomus (adminiſtrator ſcilicet, hoc enim ſonat nomen œconomus) & procurator ad exigendum, erat percepturus. Correſpondet enim ſolutio, conſtitutioni procuratoris ad exigendum, vt ex his ſolueret, quæ ex Parochialis fructibus exigere debebat, procurator veluti in rem propriam cum omnimoda poteſtate conſtitutus.

Pretium autem; neque emptio, vel venditio, aut pretij ſolutio aliqua, quo res ſpiritualis, vel ſpiritualitati annexa contrectaretur: neque etiam perpendi, aut inueſtigari (quamuis ab oculatiſſimo lynceo) poteſt. Nulla ergo neque realis, actualiſque ſimoniæ ſpecies dignoſci valebit; iuxta tri-
16 plicem ſimoniæ diſtinctionem, quam tradunt Doctores omnes: In Mentalem ſcilicet, Conuentionalem, & realem, ſiue miſtam, ex vtroque conſtantem. *Tolet d.lib 5. cap.87. P.Layman d.tract.10.cap.vlt.§.6.n.67. Ripa d.par.1.art.1.num.9. & ſeq.* alijque per eos, & deducitur ex *extrauag.2. de ſimonia. Farinac.conſ.75.nu.16.vol.1.*

17 Formalitas quippe, quæ ſimoniam ingerit, ea vna eſt: cùm quid temporale (pretium formaliter: vel pretio æſtimabile) datur, vēditionis, vel emptionis in recompenſam pro re ſpirituali, vel ſpiritualitati annexa: Vt ſi nihil pro pretio, vel pretio æſtimabile formaliter detur pro re ſpirituali, ſimonia haud ſit. *ex can. ſunt non nulli 115. 1. q. 1. d. c.ſaluator.8.p.q.3. cap.querelam 5.* ibi: accepta pecunia reſignauit, *de ſimon. S.Thom.d.art.1. Card Tolet d.l.5. cap.87* in regula ad dignoſcendam ſimoniam, *Layman d. cap vlt. §.2.*
18 *in princ. & §.4. in initio* Etenim ſimonia formalitatem ex conuentione per pretium accipit, vel rem pretio æſtimabilem, vt dixit *Rota apud S.memor.Gregor.XV.dec.517. nu. 32.* quæ etiā eſt in impreſſis *recent.par.2. tom.1.dec.358.num 12.* & ſequuta fuit etiam Rota *in vna Leodien.Canonicatus Sancti Ioannis 11. Martij 1619. coram Vbaldo.* impreſſa per Franciſcum Ripam poſt *tract. de ſimon. in 3.conſultation.nu 19. & 22.fol.mihi 294.*

At nulla pretij formaliter, vel promiſſi, vel ſoluti qualitas pro œconomiæ conſtitutione hic interceſſit. Nulla itaq; ſimonię labes ſe inuoluit.

Neque vrgebis, quòd annui ducati centum quadraginta quatuor annuatim tertiatim ſoluendi dicto D.Franciſco Antonio conſtituenti per præfatum D. Dominicum promiſſi fuere; vt hoc nec conuentionalis ſolum, verùm & realis ſimonia ſit, vt pro D. Franciſco de Angelis, qui Bullas Apoſtòlicas ſuper ſimoniæ crimine impetrauit, Admodum R.P.Marcellus Megala Doctus, ac Pius planè vir, conſuluit.

Si enim rectè, atque oculatim (vt oportet) òmnia in contractu prædicto deducta, expendantur; apparebit vtique (nec in tenebris, at lucente ſole, videntibus lumen:) Nihil omninò pretij nomine, vel promiſſum, vel datum fuiſſe per dictum D. Dominicum Antonium œconomum deſignatū. nihil enim quod ſuum eſſet, vel promiſit, vel ſoluit: dictos vero annuos ducatos centum quadraginta quatuor non ex ſuis, ſed vti Procurator cum ampliſſia poteſtate exigendi conſtitutus, ſoluere annuatim ſpopondit; ex fructibus vtique prouentibus, & redditibus Parochialis prædictę; qui ſanè omnes dicto D. Franciſco Antonio Parocho, dum vitali perfruituraura, debebātur, atque debentur cauſa poſſeſſionis Parochialis ipſius; propter quam Beneficiarius
19 dum in humanis agit, veluti vſusfructuarius (cui æquatur) fructuum dominus eſt; poteſtque, vt ſibi libet, de eis diſponere. *Gloſſ.recepta in cap.præſenti.9. verbo reſeruari circa med.de offic.ordin.in 6. & in cap ſi propter 10.verbo primi anni circa medium verſ.comparo enim hunc beneficiatum.de reſcript in 6. Rota deciſ.41.n.2. de probat in antiquis. Rota apud ſan.memor.Gregor.XV. deciſ.405.* vbi ampliat etiam in Epiſcopo Regulari. & apud *Cardin. Caualer. deciſ.104. n.7.* quæ eſt etiam in impreſſis apud *Statilium Pacificum de ſaluiano interdicto, in Baren fructuum. 2.Iunij 1610. deciſ.224 n.6. Grilenzon.conſ.14 n.2. Ceuallos cōmunium contra communes.q.388.n.8. Rota apud Card.Seraphin.deciſ.594.n.7 Couar.in cap.cum in officijs.n.1.de teſtam. Lotterius de re benefi-ciar.*

Digitized by Google

tier.libr.a.cap.36.n.45.Garſias de benefic.tom.1.
par.2.cap.1.n.5. Cardin Toletus inſtruction.Sa-
cerdot.lib.8.cap.38.n.2. Rota in Cuſentina præ-
tenſa confidentia 4.Februarij 1595. coram Ora-
no deciſ.102.n.3. & 12. poſt 1.vol.conſil. Fari-
nac. & in Lunen. Sarzanen confidentia 9. Iunij
1600. coram Card.Pamphilio. deciſ.135. in fin.
eod vol.1.conſil.Farinac. Inde igitur illum vti
Procuratorem veluti in rē propriam fecit,
atq; conſtituit,*ad illos exigendum, recuperan-*
dum, & habendum à quibuſuis perſonis in illis
temporibus,& modis,& eo modo,& forma prout
ipſe D.Franciſcus Antonius habuit, &c. vt in
inſtrumento præfato legitur,vt ipſe exige-
ret,& ſolueret.

Hoc autem Iure Sacrorum Canonum,
vt ſimoniacum, (cum minimè illud ſit)
prohibitum non inuenitur. Neq; etenim
vt pretium Occonomiæ reſeruauit ſibi di-
ctos ducatos centum quadraginta quatuor
anno quolibet D.Franciſcus Antonius,ſed
vt neceſſariam ſubſtentationem ex fructi-
bus,& redditibus proprij beneficij. Alio-
quin à proprio beneficio excidiſſet per
Occonomi conſtitutionem, atque fructus
amiſiſſet. reſiduos verò fructus in victum,
vt cederent conſtituti Occonomi pro ſuis
20 laboribus,contentus fuit. Dignus eſt enim
operarius cibo ſuo, vt Dominus loquitur
*Matth.*10.10.vel mercede ſua.apud *Lucam*
10.8.vnde *Deutor.*25.4.Non alligabis os bo-
21 ui trituranti, iubet Dominus Deus. Quod
Gentium Doctor Paulus ad *Timoth.*5.18.
„ ad laborantes in vinea Domini Presbyte-
„ ros tranſtulit,dicens: *Qui benè præſunt preſ-*
„ *byteri duplici honore digni habentur; maximè*
„ *qui laborant in verbo, & doctrina. Dicit enim*
„ *Scriptura: Non infrenabis os boui trituranti:*
„ *Et dignus eſt operarius mercede ſua.* Namque
22 Operarijs mercedis exhibitio debetur, vt
Bonifacius 8. loquitur *in extravag. ſuper ca-*
thedram §.verum ne parochialis de ſepultur.in-
ter cōmunes. Nos reſpoſ.noſtra.18.nu.20.par.1.
23 Nihil ergo à Iure Sacrorum Canonum
improbatum hic geſtum eſt. Alienum itaq;
totum à ſimoniaca labe fuit. Vt argumen-
tatur quoque.*Gloſ in d.can.ſunt nonnulli 115.*
24 *verbo ab omni,prima quæſt.1.* Quia profectò
quod Iure minime prohibetur, hoc per-
miſſum vtiq. cenſetur. ad *tex. in l. ſancimus.*
C. de teſtament. l. nec non 28. poſt princip. ibi
ſed ſi leges non prohibeant. *ff. ex quibus*
cauſis minor.Grilenzon.conſ 9.nu.1.
25 Quinimò ea in dubio admittenda inter-
pretatio eſt, vt permiſſus actus cenſeatur,
qui iure vetitus non apparet. *Aymon. conſ.*
203.nu.23. Ancharan.conſ.344. Christianiſſimè
ad fin. Menoch.lib.6. præſumpt.16.num.2. & 3.
Barboſ.aſſiomat.193.nu.7. & 8.

Nec proficiet Aduerſarijs, quòd ducati
quadraginta anticipatè ſoluti fuere D.Frā-
ciſco Antonio, vt hoc vnum ſimonia realis
ſit; ſufficiatq; ad Apoſtolicarum Bullarum
26 iuſtificationem, ac conſequenter exequu-
tionem: Quia iuſtificatæ paratam obtinent
exequutionē ob concedentis reuerentiam,
ad inſtar *l. fin. C. de edicto Diui Adrian tollen.*
cap.ſi capitulo 5. vbi gloſ. verbo. exequatur, &
cap.ſequenti de conceſſ.præbend.in 6.cap. ſi quan
do 5.de reſcript Rota apud S.memo.Gregor.XV.
deciſ.121.nu.2. & in Recentior.part.1.tomo 2:
deciſ 506.nu.1.& par.2.tom.1. deciſ.57.nu.2.&
deciſ.138.nu.1.in fin. & part.4. diuerſor. deciſ.
366.nu.1.in fin. apud Card. Canaler.deciſ.638.
& 639.nu.7.apud Coccin.Decanum deciſ.458.
27 Cùm,quod id planè exauditur, ſi nullus
legitimus appareat contradictor. *Rota apud*
Card.Canaler.deciſ.278.num.2. & d.deciſ.639.
& ſeq. Vel ſi conditionales litteræ non fue-
rint; vt in facto hoc noſtro. *Rota apud eund.*
Canaler. deciſ.183. nu.4. apud Coccinum deciſ.
225.

Tùm, quod ducati ipſi quadraginta ſo-
luti D. Franciſco Antonio fuere,non equi-
dem in pretium conſtitutæ Oeconomiæ, ſed
incompotum dictorum ducatorum cētum
quadraginta quatuor, (vt ſunt Verba con-
tractus.) Quare nihil de ſuo ſoluit dictus D.
Dominicus Antonius, ſed ex fructibus Be-
neficii, qui omnes in eū vti Procuratorem
cum ampla poteſtate ad exigendum, tranſ-
fuſi fuerunt.

Ex ſuo igitur accepit dictus D. Franci-
ſcus Antonius, non ex dicti D. Dominici
bonis. Omnimodò vero exquiritur ad ſi-
28 moniæ labem contrahendam, vt quod da-
tur,in pretium formale cedat ipſius rei ſpi-
ritualis, quæ pretio ematur ipſo. Alioquin
ſimonia haud erit.*Card.Tolet.d.lib.5.cap.87.*
in prima regula.

Quo nam pacto igitur(Bone Deus)quod
D. Franciſci Antonij erat, ei in pretium
ſolui poterat conſtitutæ Oeconomiæ? Meū
29 porrò alia ex cauſa fieri haud poteſt, quod
ipſo initio meum eſt, niſi meum eſſe de-
ſierit, vt Innocent.3. loquitur *cap.inter dile-*
ctos 6.§.cæterum in fin. vbi gloſ.de fide inſtrum.
Gonzal ad regul.8.cancellar.gloſ.43. num.118.
Nullum itaque lucrum ex hoc retulit D.
30 Franciſcus Antonius. Quinimò damnum,
quia reſiduos fructus, vt in victum cederent
Oeconomi permiſit. Nemo verò ſuum (vt
pretium ſcilicet) recipit; vt Vlpianus lo-
31 quitur in *l.ſi quis ſeruum communem 9.ff. de*
ſeruo corrupto. At in ſimoniæ crimine, vt
quid, (uendenti ſpirituale) accedat tem-
porale lucrum, omninò exquiritur, ex tra-
dita in initio ſimoniæ finitione. Sic nempè
excandeſcens iuſtè, iureq; Sanctus Petrus,
Apoſtolorum uertex, Simoni peſſimo illi
„ Mago, exprobauit: *Pecunia tua tecum ſit in*
„ *perditionem; quoniam donum Dei exiſtimaſti*
„ *pecunia poſſideri.* Pecuniam namque Simon
Apoſtolis obtulerat, ut per impoſitionem
ma-

mannum Spiritum Sanctum dandi pote-
ſtatem obtineret. *Cum vidiſſet autem Simon*
(S.Lucas inquit *Actor.8.18.*)*quia per impoſitio-
nem manus Apoſtolorum daretur Spiritus ſan-
ctus, obtulit eis pecuniam dicens: Date & mihi
hanc poteſtatem, vt cuicunq; impoſuero manus,
accipiat Spiritum ſanctum.* Pecnniam ſuam in
pretium Simon obtulit, vt in lucrum cederet
Apoſtolorum. Inde enim indignãs Apoſtolus:
Pecunia tua tecum ſit (inquit) *in perditione:
Quiſquis igitur res Eccleſiaſticas, & Dei dona,*
(verba ſunt Vrbani .II. in *d. can. Saluator. 8.
§.quiſquis.1. q.3.*) *quæ à Deo fidelibus, & à Fi-
delibus Deo donantur; quæq; ab eodem gratis ac-
cipiuntur, & ideo gratis dari debent, propter ſua
lucra vendit, vel emit, cum eodem Simone donum
Dei poſſideri pecunia exiſtimat.* hæc Vrbanus.
Lucrum igitur proprium exqniritur, quod in
pretium cedat venditæ rei ſpiritualis, vt ſimo-
nia ſtatuatur. Alioquin ſimoniæ formalitas
deerit. Deerit proinde, & eius eſſentia, ac con-
ſequenter quæ ex illa fluunt paſſiones; ſiue (di-
camus nos) effectus; qui remota non dantur
cauſa. *cap. cum ceſſante 61. de appellat.*

32 Neq; prætereà (vt à poſteriori argumētum
trahamus) ſi eorum animus in ſimoniam pro-
pendiſſet, ita reſupini fuiſſent, vt publice, aper-
têque: Vt ex Comicis Græcis dixit quidam,
atq; (vt dici ſolet) in facie ſolis huius, per in-
ſtrumentum conrrahere voluiſſent. *Quod vis*
33 *latere, ne facias sine teſtibus.* Nemo quippe in
palam, quæ criminum ſapinnt naturam, (ac
peſſimorum facinornm præſertim,) deducit;
34 ſed in occulto facit. *Omnis enim, qui malè agit,
odit lucem; & non venit ad lucem, vt non arguā-
tur opera eius.* Chriſtus nos docuit infallibilis
veritas, Verbum Patris. *Ioan. 3. 20.* Quorum
nempè opera mala ſunt, tenebras atq; latibu-
la perquirunt, & amant. Sic idem Chriſtus Ma-
giſter noſter *loco eod. 19. Hoc eſt autem iudi-
cium, quia lux venit in mundum, & dilexerunt
homines magis tenebras, quàm lucem: erant enim*
35 *eorum mala opera.* Amat abſcondicnla pecca-
36 tor. Poſt peccatum Parentes noſtri, quòd nu-
di eſſent cognouerunt, atq; verecundia ſuffuſi
conſueuerunt ſolia ficus, & fecerunt ſibi peri-
zomata, & abſconderunt ſe. *Geneſ. 3. 7. Et cum
audiuiſſent vocem Domini Dei deambulantis in
Paradiſo ad auram poſt meridiem, abſcondit ſe
Adam, & vxor eius à facie Domini Dei in me-
dio ligni paradiſi. Vocauitq; Dominus Deus Adā,
& dixit ei: Vbi es? Qui ait: Vocem tuam audiui
in paradiſo, & timui eo quod nudus eſſem, & ab-
ſcondi me.* Ex propria ſcilicet nuditate confuſi-
bilis factus per culpam; & abſcondi me, me-
tuens, & verecundans coram te taliter præſen-
tari. vt *Dionyſ. Carthuſ. in eund locum. art. 24.*
dicit. & *Ezechiel. 8. 12.* Deus ad Prophetam lo-
quens dixit: *Certè vides fili hominis quæ ſenio-
res Iſrael faciunt in tenebris, vnuſquiſq; in ab-
ſcondito cubiculi ſui: dicunt enim, non videt Do-
minus non dereliquit Dominus terram.* In tene-
bris; (dicit Spiritus ſanctus) ne vtiq; obtutibus
paterent aliorum. Non itaq; ita in palam ſimo-
niæ crimen admiſiſſent hi contrahentes, quan-
do in illud intendiſſent, cùm latebræ ſint aptæ
criminibns. argumento *tex. in l. Graccus 4. in
fin.* ibi: nox. *C. ad l. Iul. de adulter.* vnde *Ouid. lib.
7. de remed.* dixit:

Nox, & amor, & vinū nihil moderabile ſuadent;
Illa pudore vacat, liber, Amorq; metu.

Pudore vacare noctem dixit, quia tenebræ
perquirūtur in peccatis, ne erubeſcamus ob eo-
rū turpitudinē. & adnotauit, *Frācisc. Petra vir
eruditus feſtiuarum lect. lib. 3. c. 13. fol. 131. in fin.*

Quod porrò aſtruitur manifeſtiùs, ex ſub-
ſeqnenti pacto in contractu præfato adiecto,
quo voluerunt, atq; ita contraxere, vt etiam ſi
dictus D. Dominicus Antonius Oeconomus
non eſſet, teneretur nihilominus ad ſoluēdum
dictos ducatos centum quadraginta quatuor
in ſingulos annos: nec ſanè ex proprio, quod
37 id actum, dictumq; non fuit; vt quod contra-
ctus non dicit, neq; nos aſſerere liceat. ad *tex.
in l. diſſidentis 5 C. de repud. cap. illa. 2. ne ſede
vacant. nos reſponſ. noſtra 40. n. 73 par. 1.* Verùm
ex fructibus, redditibus, & prouentibus Paro-
chialis, ad quos exigendum Procurator, veluti
in rem propriàm, conſtitutus fuerat. Cætero-
quin haud imprudēs ita fuiſſet D. Dominicus,
vt etiam poſtquàm ab œconomia cecidiſſet,
ſoluere ex ſuo voluiſſet 144. ni illa vti procu-
rator ſolnere ſe obligaſſet, ex his, quæ ex fru-
ctibus beneficij exegiſſet.

38 Quod ſanè iurè non improbatur: Cùm fru-
ctus beneficiorum quid temporale ſint, non
ſpiritnale. *Abb. in cap peruenit. n. 12. de fideiuſ-
ſor. Rota in d. Cuſentina confidentiæ anno 1595.
coram Orano deciſ. 102. n. 18. poſt 1. vol. conſil.
Farinac.*

39 Haud ergo ex actu licito ſimonia inferri
debebit. *Aymon conſ. 145. n. 4. Decius conſ. 436.
n. 12. Puteus deciſ. 17. lib. 2.* & dictum fuit in
*Meliten Canonicatus 6 Martij 1595. corā Card.
Mellino deciſ. 104. n. 1. in fin. apud Farinac. poſt
1. vol. conſil. & apud Marcheſan. par 1. deciſ. 12.*
40 *n. 3. fol. 612.* Ea potiſſimum ratione, quòd in
dubio, quando ſimoniæ ſuſpitio adeſſe poteſt,
nec ne; interpretatio admittitur, quæ ſimoniā
abijcit, ſecluditque, *Rota apud Puteum deciſ.
381. ſiue 371. lib. 1. in noua impreſſione Romæ
Rota in d. Aretina confidentiæ coram Litta d.
deciſ. 101. n. 10. in fin. poſt 1. vol. conſ. Farinac.* &
dictum quoq; fuit in *Taruſina prætenſæ ſimo-
niæ. 13. Maij 1596. coram Corduba deciſ. 111.
n. 4. eod. vol. 1. apud Farinac.*

41 Simonia quippè, cum crimen ſit, & illud
atrox, alia omnia ſua immanitate vincens. *cap.
ſicut 6. de ſimon. vbi Innoc. d. can. Saluator 8. 1.
q. 3.* non ſanè futiliter, ſed plenè, ac conclndenter
probari debet; & clarè, neq; per coniectu-
ras, & præſumptiones, niſi vehementes illæ fue-
rint, atq; omnino neceſſariæ, quæ ad violentiā
propendant. ſecundum *Gloſſ.* receptam *in cap.
inſti-*

inſinuatum 13.*in Gloſſ.fin.de ſimon.Felin.in cap. ſuper his n.17.de accuſat Rot.in d.Taruſina prætenſæ ſimoniæ coram Corduba deciſ.*111. *n.*4. & *par.*1.*tom.*1.*in recent. deciſ.*418.*n.*4. & *par.*4. *diuerſor.deciſ.*701.*n.*2. & *in d.Meliten Canonicatus coram Mellino deciſ.*104.*n.*3.*in fin.*& *in d. Leodien Canonicatus S Ioannis coram Vbaldo. n.*20. & 21. *apud Ripam fol* 295.*de ſimon conſultatione* 3.*Farinac.d.conſ.*75.*n.*13.25. & 26.

42 Potiſſimum verò ſi ad priuationem beneficij agatur propter ſimoniæ crimen (vt in facto hoc noſtro) *Gloſſ in cap. veniens.*]10.*verbo illorum.vbi Abb.n* 4. *de teſtib.* quam communiter receptam aſſerit *Alciat.conſ.*2.*n.*40.& 41. *lib.*1.*reſponſ. Rota apud Card. Seraphin. deciſ.* 1029.*n.*1.etiam vbi agitur ciuiliter. *Rota in d. Taruſina prætenſæ ſimoniæ coram Corduba deciſ.*111. *n* 4. & 5. & *in d. Meliten Canonicatus coram Mellino deciſ.*104.*n.*3. & *in Brittonouen Comenda* 12.*Decembris* 1588.*coram Giptio deciſ.*63.*n.*1. *poſt* 1.*vol.cōſil.Farinae.*& *deciſ.*333. *poſt* 2.*vol eiuſd.* & *par.*2 *tom.*1.*in recent. deciſ.* 166.*n.*8.*apud Card.Caualer.deciſ.*352.*n.*1.& 2. *Beltramin. ad ſancta memor. Gregor. XV. deciſ.* 238 *n.*14.*Farinac.d.conſ.*75.*n.*25.& 26. plures etiam referens Sacræ Rotæ deciſiones. *à n.*38. & *ſeq ad finem vſq.*

Ex his proinde principijs à finitione erutis ſimoniæ,omnia in aduerſum diſijciuntur argumenta; vel quia illa ad factum non aptantur, vel quia ſupponunt,(at non rectè)pretium pro Oeconomia datum fuiſſe,nedum promiſſum; quod tamen minimè per Aduerſarios probatur,quin magis improbabile redditur. Tota namq; eorum argumentorum vis eſſe debet in probanda minore aſſumpti ſyllogiſmi,ducatos videlicet centum quadraginta quatuor in pretium conſtitutæ Oeconomiæ promiſſos fuiſſe. Neque porrò (vt in ſuperioribus luce clarius demonſtrauimus) dicti ducati 144.ex proprijs ſoluere ſpopondit D.Dominicus Antonius, ſed ex fructibus Parochialis, vti Procurator etiam in rem propriam cum pleniſſima poteſtate exigendi,habendique,conſtitutus.

43 Eorum igitur erit aſſerentium,quòd fundamentum intentionis eorum ſit, probare, non vero negantium.*Gabriel de probationib.concl.*6. *in* 1.*limit.n.*15. *Rota apud ſanct.memor.Gregor. XV.deciſ.*480.*nu.*3. *nos reſponſ.noſtra* 29.*nu.*33. *par.*1.

44 Nam, quòd ſoluere quis præſumatur ex proprijs, ex *l.*& *magis* 4. *ff.de ſolut.* vbi Pomponius: *Et magis quod meo nomine, quam quod pro alio fideiuſſorio nomine debeo,*&*c.* (inquit) *l.*2.*vbi Bart.*& *Bald.C.pro ſocio.*

45 Id planè exauditur in dubio, ſecus ſi aliter per ſcripturam loquentem appareat.vt ſequitur *Dec.conſ.*21.*n.*10.*circa fin.* & *conſ.*99.*nu.*2. *Cæſar Bartius deciſ. Bononien.* 66. *n.*9. *Rota in Romana conſignationis* 16.*Ianuarij* 1598.*coram Lancellotto. deciſ.*7.*n.*3. *per Zacchiam impreſſis ad Galleſ.de obligat.Camer.*

Neq; obijcias, quòd cōſtitutio œconomię ab initio ſimpliciter facta fuit; vt non ſuffragetur, quòd ſit confirmandus œconomus per
46 Curiam Archiepiſcopalem,quòd confirmans noui nihil addat, ſed quod factum eſt validat, atq; actum agit; exercitium tribuens ſolummodo. *Abb.poſt Gloſſ.in cap.noſti.* 9.*verbo confirmata.n.*2. *de elect. Gloſſ.*1.*circa med. verſ. ſi quæratur.in can.quantò* 10. 63.*diſt.idem Megala in Promptuario verbo electio nu.*59. *Rota apud Card.Mantica deciſ.*4.*n.*11.

Cùm,quod id nihil contra nos vrget. Cum namq; (vt probatum æſtimamus) promiſſio ducatorum 144. non fuerit facta in pretium conſtitutionis Oeconomiæ, nihil vtiq; officit. Neq; enim ſimonia vlla admiſſa fuit; (quod ſolum officeret:) & probandum concludenter ſupereſt per Aduerſarios ipſos.

Tum, quòd (vt in facto quoque,Aduerſarijs ſatisfaciamus) Oeconomus non ſimpliciter (vt aſſerunt) conſtitutus fuit,ſed conditionaliter:quatenus per Curiam Archiepiſcopalem approbaretur,illis verbis: *Confirmandum tamē per Curiam Archiepiſcopalem Neapolitanam, vt ſolitum eſt,ad beneplacitum eiuſdem Curiæ.*

47 Perpendenda igitur erit dictio illa (*tamen*) quæ operatur reſtrictionem, & compreſſionē ad omnia præcedentia, ſecundum *Bald. conſ.* 195.*n.*12.*verſ.*3.*lib.*2.*Rota apud Coccinum Decanum deciſ.*406. *n.*3.

Vt eatenus œconomi facta conſtitutio cenſeatur,quatenus ille per Curiam Archiepiſcopalem Neapolitanam admitteretur,atq; confirmaretur; & non aliàs.

48 Porro conditio, quæ per dictionem tamen inſertur,ſuſpēdit interim actum, cui adijcitur. *l.non omnis.*19. *ff ſi certum petat. l.cedere diem.* 213.§.*ſub conditione. ff.de verbor. ſignificat. nos reſponſ.*28.*n.*9.& *ſeq. par.*1.

Tùm pręterea,quod explicatiùs dictum,geſtumq; fuit;
„ *Che non confirmandoſi detto D Do-*
„ *menico Antonio in Economo,ſeu Coadiutore (vt*
„ *ſupra) per detta Corte Arciueſcouale, il preſente*
„ *inſtrumento ſi habbia per non fatto.*

49 Si igitur actum inter partes nullum non ſequuta confirmatione habebatur, ac pro non facto;nullum vtiq; effectum prætenſa conſtitutio in actum educere poterat. *l.*4. §.*condemnatum ff.de re iudicat. regula non firmatur.*18. *de reg.iur.in* 6.*l.quod dictum.*33. *ff.de pactis. Nauar.conſ.*26. *Orta ſunt grauia.n.*11.*ad* 2.*dubium lib.*3.*de regularib.*

50 Tum demum,quòd & ſi quidem Confirmatio nouum ius minimè conferat. *Rota apud Mantic.d.deciſ.*4.*n.*11.

51 Haud tamen locum obtinet ſi actus confirmandus per ſe ſubſiſtere nequaquam poſſet. Denuo enim tunc facere confirmans videtur *Rota apud ſanct. memor. Gregor. XV. deciſ.*267. *n.*8. *Gratian.forenſ.par.*5.*n.*992.*n.*11.

Atq; ita ex his reſpondendum cenſuimus, Ariſtarchi iudicio ſemper præhabito.

CAROLVS MARANTA I. V. D. Epiſcopus Iuuenacen.

Ceſſauit Aduerſarius ab inceptis veritatis admonitus,& propria didicit experientia,cautius in poſterum negotiari cum expenſas amiſerit pecunias, conſilio deceptus aliorum. D. Franciſcus verò Parochiali Eccleſiæ nuncium miſit ad fauorem alterius; reſeruata ſibi annua penſione Apoſtolicis Bullis expeditis, vterq; autem eorum in pacifica manet poſſeſſione, ille Parochialis, hic penſionis annuæ.

SVMMARIVM.

1 *Saponaria Terra nullius diœceſis, eſt immediatè Sanctæ Sedi Apoſtolicæ ſubiecta.*

2 *Iudicare alienum ſeruum nemo debet ſuper quem iuriſdictionem non habet. locus Apoſtoli ad Roman. 14. 4.*

3 *Iudex iuriſdictionem vſurpans alterius peccat.*
Quia iudicium peruerſum redditur.

4 *Iudici abſque iuriſdictione ius dicenti non paretur impunè.*

5 *Iuriſdictione vti vbi illa fundata non eſt, ne fas æſtimatur.*

6 *Iuriſdictionem exercere extra territorium, vel in non ſubditos, vel iuriſdictione carere pro eodem habentur.*

7 *Iuriſdictio iudicantis cum primis probanda, eiusque defectus inſanabilis.*
Nullamque admittit hæc regula exceptionem num. 8.

9 *Iuriſdictio in non ſubditos non exercetur.*

10 *Vſurpare, quid? & nu. 64.*
Et quis nam vſurpare dicatur num. 11. & num. 59.

12 *Grauare quid?*

13 *Iudici de facto grauati reſiſti poteſt.*
Quia temerè agit.
Atque vt pars procedere, non vt Iudex dicitur.

14 *Iudex in grauamen alterius partis innouare minime debet.*
Parte potiſſimum in poſſeſſione exiſtente. nu. 15.

16 *Iudex boni viri officia defungi in omnibus debet.*
Alteri proinde iniuriam non inferet.

17 *Iniuriæ oriri inde minimè debent, vnde iura naſcuntur.*

18 *Iudicem qualem eſſe deceat ex Caſſiodoro.*

19 *Iudex qui non iuſtè procedit, male facit, ac proinde retractandum.*

20 *Sacramentum pænitentiæ abſque iuriſdictionis dubio miniſtrari oportet.*
Hac de cauſa tutiorem in partem declinandum. nu. 21.

21 *Certum timendum, dimittendum incertum. in re præſertim pro ſalute animarum.*

22 *Conditio in forma ſpecifica à ſuperiore indicta adimplenda.*
Quia deſignat nudum miniſterii facti n. 23.

24 *Conditioni, quamuis aliàs ridiculæ, parere grauatum oportet. atque etiam incertæ perſonæ facta obligationem parit nu. 25.*
Et quomodocumque fiat impleri debet.

26 *Iura edere tenetur, qui illa occupauit in alterius præiudicium.*

27 *Silentium, & taciturnitas veritati rei præſumptionem non minimam facit.*
Quin imo probationem inducit.

28 *Conditio expirat ſtatim ac exiſtat, quod ſub illa indictum fuerat.*

29 *Adagium: Suomet gladio perimi, illuſtratur.*

30 *Lis per denegatam audientiam actori, pendere amplius non dicitur, & nu. 35.*

31 *Cauſa ceſſante, effectus quoque eius ſubmouetur.*
Præſertim ſi cauſa finalis fuerit. nu. 32.
Atque effectum produxerit conſumatum n. 33.

34 *Decretum prouiſionale deficit, cauſa ceſſante, ob quam interpoſitum fuerat.*

35 *Audientiam denegare actori, liti finem imponere eſt.*

36 *Sententia liti finem dat, terminumque ponit.*
Præſertim re iudicata pro poſſeſſore exiſtente. num. 37.
Quia nulla alia deſideratur exequutio.

38 *Actore excluſo, & non probante reus abſolutus dicitur.*
Quia ſolùm ius actoris perpenditur. nu. 39.

40 *Lis finita dicitur per rei abſolutionem.*
Potiſſimum ſi appellatum ab abſolutoria minimè fuerit.
Vel ſi per decennium taceatur, atque ſententiæ pareatur. nu. 47.

41 *Clauſula ſine præiudicio iurium partium præſeruat iura ambarum.*
Siue in petitorio, ſiue in poſſeſſorio nu. 42.
Et conditionalis dicitur nu. 43.
Et quodcumque ius, quamuis minimum, præſeruat. nu. 44.

45 *Iuriſdictio turbida redditur per litem motam.*

46 *Probare is tenetur, qui dicit.*

48 *Lis extincta dicitur per denegationem audientia; & taciturnitatem per decennium.*

49 *Sacrum Trident. Concilium ſeſſ.23.cap.15. de reform.non amouet facultatē cōfeſſarios approbandi ab eo, qui iuriſdictionem epiſcopalem in ſibi ſubiectos habet, vel quaſi, quamuis inferior ſit Epiſcopo.*

50 *Prouiſioni lite pendente ſi locus eſt in temporalibus, multo magis & in ſpiritualibus.*

Vbi periculum imminet animarum.

51 *Reſeruare, nihil de nouo tribuere, denotat.*

Supponit enim aliquod per prius. n.52.

53 *Reiteratio ſubiectum reiterabile ſupponit.*

Et confirmatio confirmabile.

54 *Iudex, partis in ciuile factum, ſua iuriſdictione coercere debet.*

55 *Aloyſius Sanſeuerinus Biſiniani Princeps celebratur.*

56 *Reſpublicæ fœlices forent ſi eas à Philoſophis, vel philoſophiæ amatoribus regi contingeret.*

57 *Ioannes Aloyſius Riccius Epiſcopus Vici Equen, extollitur.*

58 *Iudici de facto procedenti impune non paretur.*

60 *Iudex citans, prætendens habere iuriſdictionem, pars potius præſumitur, quàm Iudex.*

Nec præſumitur quod velit contra factum ſuum pronunciare.

Vnde ſuſpectus redditur. nu.61.

62 *Iudex cognoſcit an ſua ſit iuriſdictio.*

63 *Vaſſallus ſi negat ſe talem, Dominus feudi non poterit eſſe Iudex.*

65 *Epiſcopus fundatam habet intentionem ſuam exercendi iuriſdictionem, quo ad omnes, qui in ſua ſunt diœceſi.*

Et in qualibet eius parte,

Ac etiam in inuitos.

Limita ſi poſſeſſio Epiſcopi eſſet turbida, atq; obſcura. nu.66.

Vel exiſtente inferiore in poſſeſſione. nu.69.

67 *Poſſidens ab immemorabili cum priuilegio, manuteneri debet.*

68 *Iuriſdictionem exercens ex antiqua poſſeſſione, manuteneri debet, quamuis ius commune ei reſiſtat.*

ARGVMENTVM.

Grauare quādo iudex dicatur? Et nùm Iudici grauanti reſiſti poſſit? pluraque de facultate confeſſarios approbandi ad fideliū pœnitentium confeſsiones excipiendas: ad ſacri Trid. Concilij decreti ſeſſion.23.cap.15.de refor. ornatum.

RESPONSIO XXXX.

QVod intulit grauamen Modernus Epiſcopus Marſicen Archipresbyrero Terræ Saponariæ nullius diæceſis, pacifica in poſſeſsione exiſtēti omnimodam in illa exercendi iuriſdictionem, ſiue contentioſam, ſiue voluntariam, duplex eſt.

Primū, quòd in edicto per eum ſub datū Marſici ex Palatio Epiſcopali die 19. menſis Iulij 1640. emanato, publicatoque, præcepit *R.D. Ioanni Danio Archipresbyrero Terræ Saponariæ Marſicen diæceſis: & RR. Sacerdotibus confeſſarijs tàm ſecularibus, quàm regularibus eiuſdem Terræ Saponariæ noſtræ Marſicen diæceſis.* Facit propterea Terram Saponariæ Marſicen diæceſis: Nullius cùm ſit. Grauauit proinde.

Alterum, quòd facultas approbandi cōfeſſarios in dicta Saponariæ Terra, per Sacram Congregationē Epiſcopo Marſicen facta, non abſoluta, neque libera fuit, ſed adſtricta: Dùm pendens erit lis inter Epiſcopum Marſicen, & Archipresbyterum Terræ Saponariæ. Atque per modum prouiſionis. Ac demum: citrà preiudicium iurium ambarum partium.

Fuit proinde facultas ipſa conditionalis. Euenit poſtmodum anno 1629. per Sacram Romanam Rotam (in qua lis pendebat) denegatam fuiſſe Epiſcopo Marſicen audientiam, ex quo acta non tranſportauerat, quæ afferre, edereque tenebatur. Libera propterea apud Archipresbyterum iuriſditio omnis remanſit, quoad eius exercitiū tàm voluntariæ, quàm contentioſæ, vt in ea ab eodem anno 1629. ad hunc vſque diem permanſerit. Reſoluta proinde conditione Epiſcopus proceſſit. Grauauit itaq.

Et planè primum apertè ſatis deducitur. Tentauit quippè Ordinarium ſe facere in d. Terra Saponariæ, ſuæque conſequenter

iuriſdictioni illam ſubijcere, aſſerens illam
1 Marſicen. diœceſis, cùm ſit nullius, vnique
S. Sedi Apoſtolicæ immediatè ſubiecta.
Vſurpauit itaque, quam non habebat iu-
riſdictionem. Iure ergò nec ſane iniquè
2 obijci ei poterat Apoſtolicum illud *ad Ro-*
„ *man.* 14. 4. *Tu quis es, qui iudicas alienum ſer-*
uum? Super quem iuriſdictionem non ha-
„ bes: vt *Dionyſ. Carthuſ ibid.* ſubnectit, & ad-
3 notat *S. Thom.* 2. 2. *q.* 60. *art.* 6. *ſed contrà.* Hoc
autem peccatum eſt, & contra iuſtitiam,
quia iudicium peruerſum redditur in ter-
tij preiudicium *S. Thom. ibid. in reſponſ.* quem
ſequitur *Nauarr. man. cap.* 12. *n.* 71. *verſ.* 2. *qui*
habens in fin. & cap. 27. *n.* 8. *& conſ.* 2. *n.* 4. *verſ.*
4 2, *reſpondet. lib* 5. *de hæreticis.* Hanc proinde
ob cauſam eidem non paretur impune,
quia extra territorium ius dicere tentauit.
iuxta Bonifacii VIII. determinationẽ *cap.*
vt animarum. 2. *in fin. de conſtitutionib. in* 6. &
Pauli iure conſulti *in l. fin ff de iuriſd. omniũ*
iudic. Felin. in cap. ſi quando 8. *n.* 1. *verſ.* 2. *fallit*
de offic. delegat. infra quoq. allegandus *Na-*
5 *uar. ubi ſupra.* Nefas eſt enim iuriſdictione
velle vti, (quin abuti magis) vbi illa funda-
ta minimè reperitur *Molin. de iuſt. & iur.*
tract. 5. *diſput.* 8. *littera D. verſ.* 3. *quoniam.* Ba-
ſis quippe, ac iudicii fundamentum iuriſdi-
ctio eſt, qua ſine quicquid ædificatur cor-
ruit, nullumque redditur *ad tex. in can. cùm*
Paulus 26. 1. *q.* 1. *Rota par.* 1. *diuerſor. deciſ.* 199.
num. 1. Quoniam pro nullo habetur, quod
iuriſdictione carens tentauit: Vlpianus vt
loquitur *in l.* 1. §. *hæc autem verba ff. quod quiſ-*
que iuriſ. Rota apud Card. Caualer. deciſ. 40. *n.*
1. *& par.* 2. *diuerſor. deciſ.* 12. *n.* 6. *Alexand. Am-*
broſin. deciſ. Peruſin. 39. *n.* 13. *p.* 2. pro eodem
enim habentur, vnaque penduntur truti-
na; iuriſdictionem exercere (contentioſam
potiſsimum) extra territorium, vel ſine iu-
riſdictione, vel demum in non ſubiectos.
Bald. conſ. 124. *Archipresbyter. in princ. lib.* 1.
quẽ ſequitur *Card. Tuſcus tom* 4. *littera I. cõ-*
cluſ. 546. *in fin. n.* 25.

7 Cùm primis igitur conſtare apertè de-
bebit eius de iuriſdictione, qui iudicare vo-
luerit. *Rota apud Verallum deciſ.* 114. *n.* 1. *p.* 2.
Pariſ de reſignatione lib. 9 *q.* 8. *n.* 12. *Rota apud*
Card. Caualer. deciſ 63. *n.* 2. Alioquin inſana-
bilis ſemper iuriſdictionis defectus habe-
tur. *l. fin C. ſi quis à non competent. iudic. d l fin.*
„ *in fin. ff de iuriſdit. omn. iudic.* quo loco Pau-
„ lus iure conſultus: *Idem eſt,* (inquit) *ſi ſupra*
„ *iuriſdictionem ſuam velit ius dicere: quia inuti-*
liter agit. cap. at ſi Clerici. 4. *vbi Gloſſ. verbo non*
tenet extra de iudic. Rota apud Card. Caualer. d.
deciſ. 40 *n.* 5. *& in Cephaluden penſionis* 11.
Maij 1618. *coram Buratto deciſ.* 324. *n.* 9. *apud*
Verallum deciſ. 38, *n.* 2. *p.* 3. Neque exceptione
aliqua elidi hæc poterit regula: Actum, vi-
delicet, nullum reddi, qui citra iuriſdictio-
nis ſit poteſtatem, vt *Synd.* docet *conſ.* 301. *n.*
18. *lib.* 3. quẽ ſequitur *Ambroſin. d. deciſ.* 19. *n.*
19. *p.* 2. Quia profectò in non ſubditos iuriſ-
dictio non exercetur. *Bart. in l. vnica n.* 25. *C.*
de mulier. lib. 10. *Surdus conſ.* 525. *n.* 13. *vol.* 4.
dictũ fuit in *Meliten. collectarũ* 7. *Maij* 1627.
coram Eminentiſſ. Card. Vbaldo deciſ. 63. *nu* 9.
par. 5. *diuerſ.*

Vſurpauit proinde quod ſuum non eſt
Epiſcopus Marſicen. cùm iure proprio iu-
riſdictionem in Terra Saponariæ nullius,
capere tentauit, Ordinarium ſe faciendo,
aſſerendoque. Hoc nempè vſurpare eſt, nõ
quomodocunque capere, ſed quaſi iure
proprio rem accipere. *Frater Antonius à*
Souſa in relect. in Bullam in Cœna Domini cap.
18. *diſput.* 87. *n.* 2. *Duard. in eand. lib.* 2. *cap.* 17.
q. 3. *in* 2. *concluſ. n.* 15. *Bonacin. tom.* 3. *diſp.* 1. *q.*
18. *punct.* 1. *n* 3. eſt tex. in noſtris iuriſdictio-
nis terminis in *cap. conquaſtus* 16. *de foro com-*
„ *petent.* ibi: Temporalem iuriſdictionem,
„ quæ in quibuſdam caſtris, & villis Eccleſiæ
„ Bononien competit pleno iure, per violen-
„ tiam vſurpare præſumunt. *tex. in cap.* 2. *in*
fin. de clerico non miniſtrant. quo loco Vrba-
nus III. Legionen Epiſcopo ſcribens: *Ex*
„ *litteris veſtris intelleximus,* (dicit) *quod ſi Diaco*
„ *nus cum non impoſuiſſes ei manus, miſſarum ce-*
„ *lebrationem vſurpare præſumpſit.* ibi propterea
„ *Gloſſ. Bene* (inquit) *Vſurpare dicit, quia non*
„ *confecit; cùm virtutem illam non haberet.* Vſur-
11 pat igitur qui id, quod non habet, ſibi ap-
propriat, & vti proprium facit. Probatur ex
tex. in clement. 1. *de decimis.* Vbi Clemens V.
„ ſequentibus loquitur: *Religioſi quicunque qui*
„ *noualium, aut alias decimas Eccleſijs debitas ad*
„ *eos ex aliqua cauſa legitima non ſpectantes ap-*
„ *propriare ſibi præſumpſerint, aut exquiſitis frau-*
„ *dibus, ſiuè coloribus vſurpare.* Et *Cicero* 7. *in*
„ *Verr.* Vſurpare nomen Ciuitatis, dixit. &
„ *ibidem*: Iura ſua quotannis vſurpare, ac ſẽ-
„ per retinere, dixit; & *eod. loco,* non vt ali-
quid ex huius bonis vſurparet. Id eſt occu-
paret, vt *Theſaur. eod. loc.* aduertit.

Vſurpauit itaque, quam non habebat iu-
riſdictionem. Occupauit igitur illam iniu-
12 ſtè. Grauauit proinde. Grauare quippè di-
citur, qui alicui quid imponit, quod mini-
me debet; ad *tex. in clement. vn. de exceſſibus*
prælator. vbi Card. n. 2. *in* 2. *notab. Bertacchin. in*
repertor. tom. 2. *verbo grauare.*

13 Poterit ergo contra de facto grauãtem,
facto etiam obniti. Quia Iudex de facto pro-
cedens, cùm non vt Iudex faciat, ſed vt pars,
grauare dicitur, vnde poterit ei reſiſti. ſecũ-
dum *tex. cum Gloſſ. in cap. ex litteris* 29. *in fin.*
verbo denũcietis de offic. delegat. Temere enim
Iudex tunc agere dicitur *l fin. C. cominatio-*
nes, epiſtolas pragmaticas. vbi Gloſſ. verbo teme-
„ *rè, ideſt non cauſa cognita,* exponit. *Tex. in l. fin.*
C. ſi per vim, vel alio modo. Rationemq; affert
14 ibi Imperator; *Quia nihil Iudex in grauamen*
„ *alterius partis innouare debet. Innocent. in cap.*
dile-

Digitized by Google

dilecto filio 6.n.1.de ſent.excommun in 6. Panormit.ex eodem Innocent. d cap.ſi quando 8.n.2.& ibid. Felin.n.2.& ſeq.plenè de offic.delegat. Alexand.conſ.144.n.2.vol.2. Oldrad.conſ.79. Rota par.1. diuerſ.deciſ.802.n.7.& in recent. par.2. tom.1.deciſ.147.n.4.& tom.1. par.1.deciſ.270. n.2. & apud Coccinum Decanum deciſ.97. n.1. apud Card.Caualer. deciſ.171.n.8.& deciſ.328. Mariſcott. variarum reſolut. lib.2. cap.6. nu.3. Viuius lib.4. deciſ.513.n.20.

15 Parte potiſſimum in poſſeſſione exiſtente, vt *Panormitan d.cap.ſi quãdo n.2.* loquitur; ex ratione, quam Innocentius IV. *d.cap. dilecto.* reddit; Cùm omnes leges, omniaq; iura (inquiens) vim vi repellere, cunctiſq; ſeſe defendere permittant.

16 Iudicem porrò, boni, innocentiſque viri officio in omnibus defungi oportet. Vlpianus loquitur in *l.cetera itaq; res 4. in princ. ff. famil.berciſcunda. Iacobus Thomingius deciſ. Lipſienſ.34.n.33.*

Non itaq; alijs iniuriam inferre debebit: 17 Ne inde iniuriarum naſcatur occaſio, vnde iura naſcuntur. Imperator dixit, in *l.meminerint 6. C.vnde vi.* Innocent.III. in *cap. Qualiter,& quando. 17. de accuſat.*

18 Audi (quæſo te) Regem Theodoricum ad Dudum apud *Caſſiodorum variar. lib. 4. epiſt.28.in princ.* qualem Iudicem eſſe oporteat, delineantem. *Conſcientiam probamus,* (inquientem) *cui iudicanda committimus. Quia dignus eſt inter alios ſequenda decernere, qui ſibi modum viſus eſt legitimæ conuerſationis imponere.* Et paulò poſt. *Hoc te legitima volumus diſceptatione cognoſcere; & probabili ſententia terminare: quatenus nullus tentare auſus ſit, quod nobis diſplicere cognoſcit.* ita Rex ille.

19 Haud igitur iurè proceſſit Epiſcopus, quin cum iniuria, non ſuam vſurpando iuriſdictionem. Iniuſtè ergo. Malè proinde. argumẽto petito à contrario ex verbis Auguſtini relati *can. quid dicam penult. in fin. 14. q.4.* Retractandum propterea, quod cum iniuria geſtum fuit alterius. *Rota apud Crancium de cenſibus.deciſ.88.n.6.par.1.*

Alterum verò nec minori deducitur lumine. Ipſis porrò ex litteris ſacræ Congregationis, non per tranſennam, verùm attentè (vt par eſt) ſi illæ perlegantur; non ſanè per ſomnium, neq; obſcurè, ſed lumine patebit aperto, perperam Epiſcopum proceſſiſſe, grauando magis, quàm quicquam ad Sacræ Congregationis mentem tentando. Sequentibus enim illa.

,, *All'Illuſtre, e molto Reuerendo Signore come fratello il Veſcouo di Marſico.*

,, *Illuſtre, e molto Reuerendo Signore come fratello.*
,, *Hauendo Monſignor mio Illuſtriſſimo Cardinale di Treſcio riferito di nuouo nella ſacra Congregatione la controuerſia giuriſditionale, che paſſa trà V.S. e l'Arciprete della Saponara: s'è riſoluto, che s'oſſeruino le lettere di queſta, e della Sacra Congregatione del Concilio ancora: cioè, che V.S. mentre penderà indeciſa tal differenza; e per modo di prouiſione, e ſenza pregiuditio delle raggioni delle parti, approui, & eſponga à ſentire le confeſſioni ſacramentali li Confeſſori ſecolari, come Regolari habitanti nel medemo luogo della Saponara, che non hanno cura d'anime; accioche li Sacerdoti non reſtino ſenza chi l'approui, & eſponghi. ouero vengano eſpoſti da chi non hà autorità, & in conſeguenza dette anime reſtino illaqueate, ò priue del neceſſario aiuto ſpirituale. Vengo à ſignificare à V.S. tale riſolutione, à fin che ſi vaglia dell'autorità che ſe li dà con la preſente. e Dio la preſerui, di Roma li 14. Giugno 1625.*
,, *Di V.S. come fratello il Cardinale Bandino.*

Conditionalis itaq; facultas fuit has per litteras à Sacra Congregatione Epiſcopo demandata, confeſſarios approbandi. Dum, ſcilicet, indeciſa lis pẽdebit. Et per modum prouiſionis; (non finali determinatione) Et citrà præiudicium iurium partium. ,, *Mentre penderà indeciſa tale differenza. E per modo di prouiſione. E ſenza pregiuditio delle raggioni delle parti.*

20 Neq; id ſanè abſq; euidẽti ratione. Cum etenim dubium adhuc eſſet, ſpectaret necne ad Archipresbyterum voluntaria hæc iuriſdictio confeſſarios approbandi ad ſacramentales pœnitentium confeſſiones excipiendas: rem adeò neceſſariam ad animarum ſalutem, noluit ſub dubio dimittere Sacra Cõgregatio; ſed in partem potiùs de-
21 clinare tutiorem, prudenti ſatis vſa cõſilio, iuxta illud Auguſtini relatũ *can. ſi quis autem 4. in fin. de pænit. diſt 7.* Ergo tene certũ, (dicentis) dimitte incertum. *cap. Iuuenis 3. de ſponſalib. Gloſſ in cap.ad audientiam. 12. verbo in dubiis de homic.* Hanc proinde ob cauſam Epiſcopo demandauit, vt interim lite pendente; per modum prouiſionis; & citrà præiudicium iurium partium confeſſarios exponeret, atque approbaret. Quod per ſacram Rotam fuerat per prius quoque approbatum in eadem cauſa *Marſicen iuriſdictionis 20. Ottobris 1621. coram Buratto deciſ. 565. in impreſſis cum additionibus Ferrentilli.*

Saluberrima itaque tria fuerunt amuleta, quæ hac facultate Sacra Congregatio complexa fuit. Vnum, vt illa lite pendente, & in deciſa dumtaxat perdurante, non vltrà extenderetur. ,, *Mentre penderà indeciſa tal differenza.* Alterum, vt eſſet per modum prouiſionis, interim ſcilicèt, non abſolutè; ,, *E per modo di prouiſione.* Tertium demum, vt iura ſua vnicuique parti intacta ſeruaret, citrà præiudicium iurium partium: ,, *E ſenza pregiudicio delle raggioni delle parti.*

Non itaq. expanſa ita eſt hæc facultas, tũc Epiſcopo per ſacram congregationem facta, vt nunc modernus Epiſcopus illam ,, exiſtimat. Fuit nempè conditionalis: *Mentre*

,, *tre penderà indeciſa tal differenza.* Non vltrà
igitur progredi potuit, quàm lis ipſa inde-
22 ciſa perdurauit. Quia profectò conditio
in forma ſpecifica a ſuperiore indita im-
pleri debet: alioquin non implet conditio-
nem, vt Paulus loquitur in *l. qui heredi* 44.
in princ.ff.de condit. & demonſtrat. Rationẽq.
,, dicti refert: *Nemo enim* (inquiens) *in tali ſpe-*
,, *cie conditionem, neſciente me, vel nolente, imple-*
23 *re poteſt.* Quia conditio (vt *Bart.in ſum. l.*
,, *Meuius.* 54.*ff.eod.* loquitur) deſignat nudum
,, miniſteriũ facti, & debet impleri in forma
,, ſpecificata. *Quid enim prodeſt,* (Iabolenus *lib.*
,, 4.*epiſtolar.in d. l. Meuius*, rationem reddens
,, inquit) *vtrum tali perſonæ dari iubeatur, an*
,, *aliquo loco ponere, vel in mare deiicere.* Sic ille.
24 Cum omninò conditioni, quamuis alias
ridiculę, parere grauatum oporteat. vt *Gloſ.*
ſecundum Bart.in additionibus ibid.aduertit. fa-
citque *tex. in l.à Titio* 108. *ff. de verbor. obli-*
gat. ex ratione, quam Iabolenus idem ibidẽ
25 affert: *Nam cùm conditio* (dicens) *etiam ex*
,, *incertæ perſonę facto parere obligationem poſſit.*
Quia (dicimus nos) quomodocunque ſit,
impleri cõditio debet. *Menoch. de præſumpt.*
*lib.*4.*præſumpt.*65. *nu.*14. *& ſeq. & præſumpt.*
185. *Fuſar. de fideicom ſubſtit.q.*454.*n* 24. *Ioan.*
Deccherus diſſertationum, ſiue deciſionum Belgi-
*carum diſſertat.*14.*lib.*1.*n.*40. *Iacob. Thomin-*
*gius deciſ. lipſien.*43. *n.*3. At qui verò anno
1619. liti huic vltimus terminus datus fuit:
Propoſito nempè in ſacra Romana Rota
dubio: An intraret arbitrium; Danda ne
eſſet audientia Epiſcopo Marſicen contrà
Archipresbyterum Saponariæ, quamuis il-
le proceſſus, qui apud ipſum erant, non
transportaret, an verò deneganda? Domi-
ni perſiſtendo in deciſis coram bonæ me-
moriæ R.P.D.Buratto ſub die 3.Iulij, & 20
Nouembris 1617. (quæ ſunt *deciſion.* 266. &
26 278. in impreſsis per eum) Negauerunt ta-
li arbitrio locum eſſe; Dum probata eorũ-
dem iurium exiſtentia, & intereſſe Archi-
presbyteri, illa Epiſcopus exibere modis
omnibus tenebatur, neq. iuribus eiſdem nõ
exhibitis, editiſque, audiri. Quod ſanè tunc
fuit propoſitum per R.P.D. Veroſpium in
nullius, ſeu Marſicen iuriſdictionis Vene-
ris 16. Februarij 1629. atque ita deciſum, vt
in deciſione, quæ datur.

Impoſito propterea ſilentio Epiſcopo,
iuriſditio omnis, etiam priuatiuè quoad
Epiſcopum, tàm voluntaria, quàm conten-
tioſa, pœnes Archipresbyterum perſeuera-
uit. vt dictum fuit in eadem *Marſicen iuriſ-*
dictionis 11. *Ianuarij* 1621. *coram eodem Bu-*
*ratto deciſ.*504. *per tot.*

27 Silentium quippè, & taciturnitas veritati
rei præſumptionem non minimam facit.
ſecundum Rotam *apud Card. Caualer. deciſ.*
551. *ſub n.*3. *verſ. concurrebat taciturnitas.* quin
imò approbationem inducit, ſecundum
Gloß. notabilem *in cap. cum olim* 38. *verbo*
protinus in princ.de officio delegat. quam ſe-
quuta fuit Rota *in Romana pecuniaria* 8. *No-*
uembris 1627. *coram Domino Coccino Decano*
*deciſ.*103.*n.*22.*p.*5.*diuerſ.*

Approbaſſe proinde ſacra Rota viſa fuit
iuriſdictionem omnem tàm voluntariam,
quàm contentioſam pro Archipresbytero
per taciturnitatem, & ſilentium, ac dene-
gatam audientiam Epiſcopo, qui ad ſe iu-
riſdictionem ſpectare prætendebat. Expira-
uit igitur conditio illa prima per ſacram
Congregationem in litteris anni 1625. fa-
cultatis Epiſcopo attributæ approbandi cõ-
feſſarios interim lite pendente indeciſa:
,, (*Mentre penderà indeciſa tal differenza.*) Cùm
primum deciſa lis fuit, atque denegata au-
dientia Epiſcopo Marſicen ob actis non
28 tranſportatis. Porrò quia conditio, quæ
exit iam, ſiſtere, ac conquieſcere, ac ſilere
facit id, quod ſub conditione laxatum fue-
rat: iuxta Papiniani ſenſum in *l. teſtamento*
Centurio 51.§.1.*ff de manumiſſis teſtam. Rota*
*apud Card. Gaualer. deciſ.*634.*num.*5. *&* 6.
29 De duobus alterũ deliget ſibi Epiſcopus:
cætero quin *ſuo* (vt dicitur) *perimetur gladio.*
translata metaphora ab his, qui in pugna
ſuis ipſorum telis aliquoties confodiuntur.
,, iuxta etiam *Ciceron.* illud pro Cæcina: *Aut*
,, *ſuo* (*quemadmodum dicitur*) *gladio, aut noſtro*
defenſio tua conficiatur, neceſſe eſt. cui alluſit
Ouid.in epiſt.
,, *Remigiumq. dedi, quò me fugiturus abires.*
,, *Heu patior telis vulnera facta meis.*
,, Et eiuſdem *Ciceron.* illud aliud: *In tuum ipſe*
,, *mucronem incurras neceſſe eſt.* & rurſum. *Hic*
,, *eſt defenſionis tuæ mucro; in eum incurrat ora-*
,, *tio tua neceſſe eſt.*

Vel acta traſportabit, quæ Archipresby-
tèr petiit, ex quibus, velut ab equo Troiano
iura exſurgent eius. Vel ſilere eum opor-
tebit ni acta tranſportauerit. Acta verò ede-
re minimè poteſt, quia non ſunt. Silebit igi-
tur. Patietur proinde Archipresbyterum
omnimodam ſuam iuriſdictionem in Ter-
ra Saponariæ Nullius, (non ſanè Marſicen
diæceſis) & voluntariam, & contentioſam
exercere, vt ab anno 1629. quo audientia
denegata fuit, liberè eam exercuit.

Cum enim permiſſio facta fuerit Epiſco-
po, dum penderet indeciſa lis huiuſmodi,
30 & per modum prouiſionis. Lis verò per
deciſionem denegatæ audientiæ, iam con-
quieuerit, vt non poſsit Epiſcopus amplius
loqui aduerſus Archipresbyterum. Pende-
re haud amplius lis dicetur præfata. Ceſſa-
uit itaque cauſa facultatis permiſſæ appro-
bandi confeſſarios ob dubium iuriſdictio-
31 nis pęnes Archipresbyterum: Ceſſauit er-
go & effectus eius, qui ſubmota cauſa, &
ipſe quoque ſubmouetur, cum fine ea hic
eſſe minimè poſſit. vt in confeſſo eſt apud
omnes

omnes philoſophos, & apud noſtrates per
regulam *tex.in cap. cùm ceſſante 60. de appel-
lat.cap.& ſi Chriſtus 26.propè fin. de iure iuran.
capit.non debet 8.de conſanguinit.& affinit.l.illũ
32.ff.ad leg.Aquil.l. adigere 6.§. quamuis ff. de
iure patronat.*
31 Potiſsimum verò ſi concedendi cauſa,
quæ poſtmodum defecit, (vt iſthæc eſt) fi-
nalis fuerit. *ad tex. in l. generaliter. 40. C. de
Epiſcop.& cleric.* Vlpianus *in l.2. §. fin. ff. de
donat.tot.tit.ff. & C.de donationib. ob cauſa, &
donat.cauſa data cauſa non ſequuta. nos reſponſ.*
33 *9.n.19.& 20.p.1.* Suumque iam produxe-
rit completum effectum, illo ſaltim tem-
pore,quo in eſſe fuit: (lite ſcilicèt penden-
te) ſecundum *Bart.in l.2.§.fin n.2.& 3.ff. de
donat Tiraquell tract.ceßante cauſa limitat. 11.
n.1.& 2.Rota in Romana ſucceßionis quartę
22.Maij 1609. coram Manzanedo apud Stati-
lium Pacific. de Saluiano interdicto deciſ. 174.
n.33.& 34.* Optimè omnium Magnus ille
vir omniſcius *Petrus Gregor. Tholoſates ſyn-
taxeon artis mirabilis in commentar lib.3.c.14.*
34 Quemadmodum etiam decretum pro-
uiſionale eandem ob cauſam adiectum, &
ipſum quoque defecit, veluti cauſa ceſſa-
uit,ob quam acceſſoriè adiectum fuit.iuxtà
tradita per *Gemin.in cap præſenti.n.2.verſ. no-
ta quoq eo ipſo. & Franc.in 3. notab. de officio
delegat.in 6. Natta conſ.173 n.6. Rota in Oxe-
men Archidiaconatus 19. Nouembris 1614. co-
ram Buratto deciſ.78. n.6. & in Veneta dona-
tionis 15.Aprilis 1616. coram eodem deciſ.166.
num.8.*
35 Quid enim (quæſo te) denegare Epiſco-
po audientiam fuit ob acta non tranſporta-
ta,quàm liti finem imponere, atque iuriſ-
dictionem pro Archipresbytero decerne-
36 re? Per ſententiam quippè liti terminus,
finiſque datur. *Rota deciſ.10. vt lite pendent.
in nouis.l.1.ff.de ſent.& re iudic. Rota apud Ve-
rall.deciſ.173.n.2.& 3.par.2. Lancellott. de at-*
37 *tentat. pār.2. in præfat.nu.250.* Re iudicata
præſertim pro poſſeſſore exiſtente, vt dictũ
fuit *apud eundem Verallum deciſ.174. n.6. p.2.*
quia nulla alia deſideratur exequutio *Lan-
cellott.in præfat.vbi ſuprà n.254. Card. Tuſcus
tom. 5.littera L.concluſ.385.n.7. & 8.*
Porrò actor in hac cauſa Epiſcopus fuit,
reus contrà Archipresbiter. Sat ergò fuit
38 per denegatã audientiã Epiſcopum acto-
rẽ excluſum fuiſſe, vt Archipreſbyter reus
abſolutus dicatur,etiam ipſo nihil præſtan-
te: ad regulam *l. qui accuſare 4. C. de edendo.
cap. fin. §. fin. de iureiurand. cap. cùm Eccleſiæ
ſutrina 3.in fin. de cauſa poſſeßion. & proprie-*
39 *tat.* Quia ſolum ius actoris conſideratur,
vt dixit *Rota apud eũd. Verall.deciſ.11.n.1.p.1.*
Abſolutus igitur fuit Archipresbyter,
quia impedimentum, quod ſibi per litem
obijciebat Epiſcopus, per denegatam au-
dientiam ſubmotum fuit, diſiectumq. per
abſolutionem. ergò extincta, atque com
pleta, deciſaque lis fuit, ſecundũ *Bald con
391.in fin.lib.3.* eò potiſsimum ſi appellatum
ab abſolutoria minimè fuerit, vt poſt alios
ſequitur *Gratian.forenſ.diſceptat.p.4. cap.781.
num.18.& 19.*
Completa igitur conditio fuit ſub qua
facultas Epiſcopo approbandi confeſſarios
demandata fuerat. *Mentre penderà indeciſa
tale differenza,* Interijt conſequenter facul-
tas ſub conditione eidem facta confeſſa-
rios approbandi. Nec minorem, infirmio-
remque firmat lapidem pro Archipresby-
teri iuriſdictione, quòd demum indulta
Epiſcopo facultas fuit: citra præiudicium
» iurium partium. (*E ſenza pregiuditio delle
» ragioni delle parti.*) Quæ ſanè exceptio, quẽ-
41 admodum iura reſeruauit Epiſcopi Mar-
ſicen, ſi pro eo lis, quæ indeciſa tunc pen-
debat, finem conſequenter vidiſſet: Ita
quoque & Archipresbyteri, ſi pro eo (vt
accidit) differentiæ remotæ fuiſſent, tunc
pendentes. Eſt nempè exceptio præſeruans
42 omnia iura, ſiue in petitorio, ſiue in poſ-
ſeſſorio. *Rota apud S.memor.Gregor.XV. deciſ.
332.vbi Beltramin.n.4.& 6.& apud Burattum
deciſ.511.n.4.* Quia conditionalis permiſsio
43 videtur *Ferentillus addens ibid.n.6.* Ac ſi de-
cretũ ipſum nullo pacto interceſsiſſet. *Ro-
ta apud eundem Buratt deciſ.166 n 8.* Quoniã
44 minimum quamuis ius quodcunque fir-
mum dimittit,atque illibatum ſeruat. *Rota
apud Coccinum Decanum deciſ.500.ſub n.2.* di-
ximuſque in noſtro *Apologetico pro Eccleſia
noſtra.Iuuenacen.n.193.& 194.*
Haud ergò obſtaculo eſſe poterit, quod
Modernus Epiſcopus obijcit: Sacram Cõ-
gregationem facultatem demandaſſe Epi-
ſcopo etiam poſt Sacræ Rotæ deciſiones.
*Marſicen. iuriſdictionis 20. Ottobris 1621. &
29.Nouembris 1621.coram Buratto.* illam qui-
dem *deciſ.565.* hanc *deciſ.578. in impreßis,* cũ
litterę datę fuerint 14. Iunii 1625.
Quia profectò deciſiones præfatæ non
fuere finales,omninò ſilentium imponen-
tes Epiſcopo, atque audientiam denegan-
tes ob non productionem actorum; vt fina-
lis fuit illa anni 1629 coram R.P.D. Veroſ-
pio. Dato namque dubio (vt diximus) An
intraret arbitrium Rotæ; Deneganda nec
ne eſſet audientia Epiſcopo? Non intrare
arbitrium Domini reſpondere,ex cauſa nõ
productionis actorũ, vt ex deciſione patet.
Denegata propterea audientia Epiſcopo,
lis omnis aduerſus Archipresbyterum reũ
in iudicio vocatum, conquieuit. Liberè
proinde, ac ſine aliquo impedimento pœ-
nes Archipresbyterum iuriſdictio omnis
45 tàm voluntaria, quàm contentioſa perſe-
uerauit,quæ per litem motam per Epiſco-
pum,turbida ſaltem reddebatur, vt *d. deciſ.
578.apud Buratt.* manifeſtiſsimè deducitur.
Ceſſa-

Ceſſauit itaque facultas per Sacram Cõgregationem, ita modis reſtricta, Epiſcopo demandata: lite indeciſa pendente; per modum prouiſionis, & citrà præiudicium iurium partium.

46 Alioquin ipſemet Epiſcopus, qui ſuper lite pendente ſe fundat, ipſe de illa doceat, eamque pendere demonſtret, ad *tex. in l.2. & l.quoties 18. in fin. & l.verius 20. ff. de probat.l.2.C.eod.nos reſponſ.29.n.33. par.1.*

47 Cùm præſertim poſt deciſionem præfatam anni 1619.denegatæ Epiſcopo audientiæ, conquieuerit lis toto decennio, & vltra, neque de ea in poſterum prędeceſſor Epiſcopus loquutus fuerit; vt ab approbãdo confeſſarios, vi facultatis ſibi demandatæ ceſſarit; parueritque Sacræ Rotæ deciſioni, atque Archipresbyterum ſua defun-
48 gi libera iuriſdictione ſiuerit. Quòd extinta iam lis eſſet; quæ ante vigebat deciſionem denegatæ audientiæ, optimè, ac pluribus *Lancellott.de attentat.in d.præfat nu. 327.& 328. & ſeq. par.2. Rota apud Achillem deciſ.152.& 159.aliàs 3.& 10.vt lite pendent. Card.Tuſcus littera L:d.concluſ.385.n.8.* & dictum fuit *in Bononien Parochialis* 18. *Maii* 1615.*coram Pirouano deciſ.692.n.3.in.fin.par. 2.tom,2.in recentiorib.*

Non pendet igitur amplius lis prædicta, per deciſionem denegatæ audientię iam dirempta. Nihil proinde virium obtinet amplius, facultas à Sacra Congregatione Epiſcopo demandata confeſſarios approbandi: *Mentre penderà indeciſa tale differenza.*

49 Neque obſtat decretum Sacri Tridentini Concilii *ſeſſ.23.cap.15.de refor.* quo priuilegiis, atque conſuetudinibus quibuſcunque in contrariũ facientibus derogatũ fuit.

Sacrum nempè Concilium exercentes iuriſdictionem epiſcopalem in exemptum populum ab omni Epiſcopi iuriſdictione, haud excludit, neque eos, qui in ſibi ſubditos iuriſdictionem quaſi epiſcopalem exercẽt. *Pater Suarez tom.4.diſp.28.ſect.5. in princ. Sanchez de matrim.lib.3. diſp,29. n 14. Valer. Reginald. in praxi fori pænitent. lib.1.nu 180. Barboſ.in remiſsion·b ad Concil.d.cap.15.verbo Epiſcopis.& in collectan.n.20.*dictumque fuit in *Nullius, ſiue Marſicen. iuriſdictionis coram Buratto deciſ.504.n.4. ad fin. Ioan. Aloyſ. Riccius Epiſcopus Vici* Equen *deciſ.22.n.5.par.4. Nouar in cõcluſ iuriſ. pontificii concluſ.68.n.4.*

Idemque, citra controuerſiam vllam approbaſſe videtur Sacra Ipſa Congregatio, ac Sacra Romana Rota in ead. *Marſicen apud Burattum d.deciſ.565.* Cùm facultatem fecere Epiſcopo confeſſarios approbandi, conditionaliter: Interim lite pendẽte indeciſas & per modum prouiſionis; ac citrà præiudicium iurium partium: Et hoc quidem propter dubium iuriſdictionis pęnes Archipresbyterum, propter rationem, non vtique contemnendam, quam Rota
50 ibidem perpendit: *Quia ſi eſt locus prouiſioni, lite pendente, in temporalibus; multò magis eſſe debet; vbi periculum imminet animarũ.* ibid. *n.2.& 3.*ex regula *c. vbi periculũ 3.de elect.lib.6.*

At quieuit dubium, illudque ſtetit dirempta lite per deciſionem denegatæ Epiſcopo audientiæ ob non tranſportationem actorum, eorumque editionem.

Cæteroquin inanis omninò prouiſio, & Sacræ Congregationis, & Sacræ Romanę Rotæ fuiſſet, qua Epiſcopo permiſit confeſſarios approbare, lite pendente indeciſas & per modum prouiſionis; & citra præiudicium iurium partium. Quid enim ſeruaſſet iura, ſi illa Archipresbytero non redi-
51 uiuæ lite dirempta redirent? Reſeruare quippè nihil de nouo tribuere denotat, ſed quod ius per prius erat, conſeruat. *Aymon conſ.29.n.8.* quem ſequuta fuit Rota apud *S.memor.Gregor.XV. deciſ 398. num.6.* Sup-
52 ponit enim aliquid per prius exiſtens.
53 Veluti reiteratio, ſubiectum reiterabile, & confirmatio idem ſubiectum confirmabile ſupponit *ad tex.in cap. auditis 29. circa fin.de elect. extra. l. Aurelius Symphorius 29. §. Teſtamento ff. de liberat. legata Rota apud Card.Manticam deciſ 254.n.6.*

Reſeruauit igitur iura partium Sacra Congregatio, quia ſubiectum habile erat dirempta lite, iuriſdictionem etiam voluntariam exercendi.

Ceſſare ergo debebit Epiſcopus ab im-
54 petitis grauaminibus: & in ciuile factum Sacra coercebit Congregatio, iuxta Vlpiani ſenſum in *l.medicus.3.ff. de variis, & extraordinar. cognit.* Atque ita ex his, iudicio ſuppoſitis meliori, reſpõdendũ cenſuimus.

CAROLVS MARIANTA V.I.D.
Epiſcpous Iuuenacen.

55 Reſponſionem hanc dedi, requiſitus quid ſentirẽ, petente Excellentiſſimo Domino D. Aloiſio Sanſeuerino Principe Biſiniani, Domino meo; Viro ſanè, & in legali facultate verſato, & in Sacra Theologia non mediocriter inſtructo, vt tibi non vulgari indicio oſtendet Catena Patrũ in Regii Citharedis pſalmos tribus voluminibus abſoluta. Vtinam huius exemplo, & alii excitentur viri Principes his intendere, quibus tãtus hic Princeps vir in dies verſatur. Succederet planè quod Boetius docet:
56 Fœlices Reſpublicas futuras, ſi illas vel à Philoſophis, vel à philoſophiæ amatoribus regi contingeret.

Hanc quoque reſponſionem ſuo approbauit iudicio Illuſtriſſimus alter Ioannes Aloyſius Riccius Epiſcopus Vici Equen, Præceptor, & Dominus meus. Non itaque breuis hęc pagella tanti viri laudes capere poterit. Verùm retexant illas tot volumina, quibus & canonica, & ciuilia illuſtrantur iura. An non linguæ ſunt tot ſyllabę,

tot

tot litteræ, tot prudenter reſponſa, quæ illis
continentur? Quot enim ſyllabę, tot præ-
cones. Concinant illæ ſuis modulis meritas
tanti Præſulis laudes, eaſque ad ſydera tol-
lant. Non mihi ſi linguæ centum, oraque
centum eſſent, omnia percurrere huius viri
glorioſa facinora poſſem.

Ego Ioannes Aloyſius Riccius Epiſco-
pus Vici Equen. Laudo ſummopere ſcri-
pta Illuſtriſsimi Epiſcopi Iuuenacen. viri
vndequaque doctiſsimi, illa enim continent
iuris concluſiones fundatiſsimas, & ſubti-
liſsimas, eruditione plenas, & auctoritate
maximorum iuris conſultorum refertas, ac
comprobatas; ita vt parum, aut (vt verè lo-
quar) nihil ſubſtantiale addi poſsit à quo-
quam quantumuis peritiſsimo viro, & ideo
vt ſupra eleganter concluſum fuit; ita iuris
eſſe cēſeo. Et ſi mihi cauſa commiſſa eſſet,
ita iudicarem. Illud dumtaxat addendo, vi-
ce tamen corolarii, ne prorſus ad illud lau-
tiſsimum conuiuium imparatus accedam.

Dico enim dictum Epiſcopum Marſica-
num nullo pacto, nulloque iure potuiſſe
58 facere, quæ auſus fuit contra Archipreſ-
byterum Terræ Suponariæ; ſiquidem de
facto proceſsit: & propterea non eſſe obe-
diendum à ſupradicto Archipresbytero, &
à noſtris Eminentiſsimis maioribus eſſe
grauiter reprehendendum, vti vſurpatorē
alterius iuriſdictionis, iuxta notata per *Soc-
cin. in l. 1. n. 15. ff. ſi quis dicenti, & in conſ. 127.*
59 *volum. 1.* Vſurpare enim dicitur qui de fa-
cto, & extra iudicium, non autem de iure
per viam iudicii procedit, & hæc eſt vera,
& communis opinio omnium: teſtantur
*Iaſon in l. ſi priuſquam n. 19. auctoritate Cumani
ibidem ff. de operis noui nunciatione, & in conſ.
25. volum. 1. Raimon. conſ. 12. n. 22.* ſequitur, &
defendit latius *Menoch. in conſ. 230. 3. volum.
n. 6.* qui reſpondet *n. 107.* authoritati Alber-
ti *Brun. in conſ. 160. 2. volum.* & ibi latè Me-
noch. quod turbatio requirat animum tur-
batiuum, quodque ſit doloſè facta; vt per
eundem *Brun.* ſine iuxta, & probabili cau-
ſa. *Rebuff. ſuper conſtitutione Gallia volum. 2. in
tit. de literis requiſitoriis*, qui multas deciſio-
nes cumulat.

Ex quo fit, quòd *tex. in l. ſi quis ex aliena
ff. de iudic.* non procedat in caſu, de quo agi-
tur, cùm ſit contentio inter Tribunalia, ita
quod vnumquodque ſe pretendit iudicē
competentem: tunc quia videntur paria,
recurrendum eſt ad ſuperiorem. *Gloſ. not. in
cap. ſtatutum §. 1. in verb. copia de reſcript. in 6.
Innoc. notabiliter in cap. ex parte il 1. de priuil.*
latè per eundem *Innoc. in cap. venerabili de
cenſ. n. 5. per totum*, & dixit *Prob. in addit. ad*
60 *Io. Monac. in d. cap. ſtatutum* §. 1. quod Iudex
qui citauit, prætendens habere iuriſdictio-
nem, cenſeatur potius pars, quàm Iudex, &
non præſumitur quòd contra factum ſuū
velit ſententiare, & dum aſſumpſit defen-
ſionem ſuæ iuriſdictionis, dixit *Abb.* quod
ſit ſuſpectus *in cap. conquerente de reſtitut.
ſpol.* auctoritate *Gloſ. ibi.* & ſemper, quòd po-
teſt ſuſpicari aliqua affectio, vel aliqua vo-
luntas, tunc non poteſt iudicare, an ſua ſit
iuriſdictio. *Bart.* eleganter *in l. 2. C. ſi quis in
ius voc. non ier. n. 3.* & alias notabiles limita-
tiones ponit, allegando deciſiones particu-
lares, doctiſsimus *Menoch. in conſ. 1000. nu.
107. cum ſeq.* quem referr, & ſequitur de *Pō-
te in decis. 13.* vbi Iudex cognoſcit an ſua
ſit iuriſdictio, quando ſumus in dubio, ſe-
cus ſi in claris, prout in caſu domini Archi
presbyteri, cuius iuriſdictio per tot, tantaſ-
que Sac. Rot. deciſiones, ac declarationes
Eminentiſsimorum fundata eſt: argumen-
to eorum, quæ ſcripſit *Gloſ.* notab. *in cap. 1.
de inueſtitur. in mag. fact. vbi Bald.* notat pro
ſingulari, *Roman. & Iaſon in dicta l. ex qua-
cunque. Ang. in l. 1. C. ſi à non à comp. iud. Miſin-*
63 *ger. centu. 6. obſeruat. 6.* & in materia vaſſal-
lorum, quando vaſſallus negat ſe eſſe vaſ-
ſallum, vt non poſsit idem dominus eſſe
Iudex tradiderūt *Hoſt. Innocent. Io. Andr.* &
communiter Canoniſtæ in *cap. præterea ſi
inter duos. Iacob. in verſ. Et detti vaſſalli poſt n.
20. verſ. idem eſſet,* latè *Cum. in 2. part. princip.
7. quæſt.*

Et ſi Dominus Epiſcopus adiuiſſet Vr-
bem pro reſolutione ſuæ intentionis, vtiq.
euitaſſet titulum vſurpationis; non dicitur
enim vſurpari iuriſdictio, quando iuriſdi-
ctio per eum miniſtratur, qui iuriſdictioni
64 præeſt de iure, aut conſuetudine. Vſurpa-
re enim eſt malè quærere. *Luc. de Pen. in l. 1.
in princ. C. de fund. lib. Vrb. Roma lib. 11.* & vt
plurimum capitur in malū vſum. *Clement.
1. vbi Card. de decim.* Et vſurpare eſt in malū
vſum deducere, vel prauo vſu rem ad ſe
trahere, argument. *l. 2. ff. de adminiſtrat. rer. ad
ciuit. pertin.* & voluit *Matth. de afflict. in con-
ſtitut. Regni durum, & diram n. 8.*

65 Et quamuis Eiſcopus ſecundum omniū
communem opinionem habet fundatam
intentionē exercendi iuriſdictionē quoad
omnes in tota ſua diœceſi, & in qualibet
eius parte, etiam in inuitos. *cap. conquerente
cap. cum Epiſcopus de officio ordinarii, & can.
omnes Baſilica 16. q. 7.* & propter hanc ratio-
nem concedendum ſit ei mandatum de
manutenendo *Verall. deciſ. 203. par. 2. & Rot.*
ſæpiſsimè, & præſertim *in vna Bononien. S.
Petronii 28. Aprilis 1595. coram Mantica,* & *in
vna Veronen. iuriſdictionis 28. Martii 1596. co-
ram Pamphilio*; nihilominus ſupradicta mi-
66 nimè procedunt in Domino Archipreſ-
bytero; quia poſſeſsio, ſeù aſsiſtentia Do-
mini Epiſcopi eſt turbida, & obſcura, & cō-
ſequenter non conceditur ei mandatum
de manutenendo, vt ſæpiſsimè cenſuit *Ro-
ta*, & ſignanter in *vna nullius iuriſdictionis 4.*

Digitized by Google

Maij 1598. coram Seraphino, & in vna Montis regalis 4. Nouembris de eodē anno corā Penia.

Tandem Reuerendus Archipresbyter habet priuilegium ſimul cum præſcriptio-
67 ne immemorabili, munitum tot deciſionibus Sac. Rot. Rom. ac declarationibus Eminentiſſimurum, vt ſupra dicebamus. Quare ſequitur manutenendum eſſe in poſſeſſione, nec cogi ad obediendum Epiſcopo præcipienti contra eius iuriſdictionem, vt probatur aperte *in c. cum perſona, vbi Lapus, Ancar., & Franch., & reliqui communiter de priuileg.* & fuit reſolutum *in Rot. in vna Salamantina iuriſdictionis 17. Decembris 1582 coram Seraphino.*

68 Et eo magis ſupradicta procedunt, cum dominus Archipresbyter maneat in antiqua, & pacifica poſſeſſione exercendi iuriſdictionem in eius ſubditos, ex quo ſequitur de iure, vt is manuteneri debeat, quamuis ei ius commune reſiſtat. *Abb. in cap. 1. num. 8. vt lit. pend. poſt Innoc. in c. cum veniſſent de reſtit. ſpoliat. Capic. deciſ.* 589. qui teſtatur *in Conſil. Neapolitano* diffinitum fuiſſe, eum debuiſſe manuteneri, qui erat in quaſi poſſeſſione paſcendi in alieno prædio, quod iure communi liberum præſumatur ab hac ſeruitute. Hos ſequutus eſt *Couar. practic. quaſt cap. 17 num. 6. Ruin. conſ. 28. num. 12. lib. 4. addit. ad Matth. 6. notab. 28. num. 3. Menoch. in vlt. remed. retinend. num. 21. & 22.* vbi confutat *Gloſ. in l. ſi priuſquam de oper. non. nunciat.* dum inquit, maiorem eſſe vim præſumptionis, quod libera res ſit, ex præſumptione, quæ a quaſi poſſeſſione ſeruitutis proficiſcitur.

Hinc eſt, quod licet Epiſcopo ius commune aſsiſtat in exercenda iuriſdictione
69 in ſubditos, vt dixi, tamen ſtante quaſi poſſeſſione inferioris, talis aſsiſtentia iuris communis ei prodeſſe non poteſt, neque illius vigore ei danda eſt manutentio, ſed debet dari inferiori; itā fuit deciſum in allegata, *Salamantina iuriſdictionis 27. Iunij 1582. coram Cardinale Seraphino,* non obſtante decreto Sac. Concil. Trident. *ſeſ. 24. c. 20. §. ad hac.* Quod cauſæ matrimoniales, & criminales Epiſcopi tantum iuriſdictioni relinquatur; quia ita illud decretum fuit interpretatum à Sacra Congregatione Concilij *in vna Palentina Archidiacbonatus 10. Martij* 1576. Epiſcopus Riccius.

SVMMARIVM.

1 *Audientia denegatur ei, qui apud ſe retinet acta pro aduerſa etiam parte facientia, ſi illa non exhibeat.*

Neque intrat arbitrium.

2 *Exiſtentia actorum, & iurium in eis contentorum probatur partis confeſſione:*

Et ne dum indefinitè num. 3.

Sed etiam expreſſe num. 4.

5 *Succeſſor Epiſcopus non liberatur ab onere exbibendi acta, quod facto prædeceſſoris illa non appareant in Archiuio.*

Si eandem litem proſequatur ſucceſſor Epiſcopus num. 6.

Quia eodem modo obſtat ſucceſſori in quem tranſiuit inſtantia num. 7.

8 *Cauſam quis proſequendo, omnia acta facit propria.*

9 *Archiuiſtam compellere ad edendum ſcripturas, & acta Epiſcopi eſt neceſſitas.*

10 *Perſona ſucceſſoris in Dignitate, & perſona defuncti eadem cenſetur in lite cepta cum defuncto, vt etiam ſucceſſor condemnari debeat.*

11 *Priuilegij de continentia cùm aliter conſtare non poteſt, ex defectu opponentis, procedi debet perinde, ac ſi plenè contineret, vt pars allegabat.*

12 *Incendium formiter probari debet per aſſerentem.*

13 *Iuramento non ſtatur alterius in re graui, & maximi præiudicij tertij.*

Quamuis de fide perſona, quæ iurat dubitari non poſſit.

14 *Scripturæ omnes, quæ per prius erant in Archiuio tempore prædeceſſoris, perueniſſe præſumuntur ad ſucceſſorem.*

Rotę deciſio coram R.P.D. Veroſpio nullius, ſeu Marſicen. iuriſdictionis.

Veneris 16. Februarij 1629.

1 PRopoſito hodie a me dubio, an intraret arbitrium, vt Epiſcopo Marſicen. concedenda eſſet audientia, etiam quod proceſſus, & acta non exhiberet, quæ ab eodem Epiſcopo petebat Archipresbyter Saponariæ; Domini perſiſtendo in deciſis coram bo. me. R.P D. Buratto ſub *die 3. Iulij, & 20. Nouemb.* 1617. negarunt tali arbitrio locum eſſe poſſe, dum probata eorumdem iurium exiſtentia, & intereſſe Archipreſbyteri, illa Epiſcopus, & omninò exhibere tenebatur, & nonniſi eiſdem iuribus exhibitis poterat audiri, ex traditis per *DD. in l. 3 ff ad exhib. Dec. in l. 2. num. 19 C de eden. Feli. in cap. G. perpetuus de fide inſtr. Lap. alleg. 58. nu. 16. Vinc. de Franch. dec.* 271. Id quod etiam eſſe de ſtilo huius Tri-

Tribunalis dictum fuit in *Colonien. Canoni-*
catus 8. *Martij* 1611. *coram Penia,& in Valen-*
tina illegitimatis 9. Decembris 1609. *coram*
*Card.Caualerio dec.*82.
2 Et quidem tàm eorundem actorum, &
proceſſus exiſtentia, quàm quod in illis
iura Eccleſiæ Saponariæ continerentur,
controuerti non poterat, cum vel ex ipſa
confeſſione Epiſcopi anteceſſoris conſta-
ret,in eiſdem probatam fuiſſe immemora-
bilem ſupr exercitio iuriſdictionis in dicta
Terra, & Oppido Saponariæ Archipresby-
tero competentis,præter alias probationes,
3 quibus hoc idem deciſiones confirmarunt.
Exiſtentia verò non ſolum probata fuit in-
definitè,vt ſatis erat, dum eorum iurium
cuſtodia Epiſcopi intererat, *gloſ. in l. non*
ignorabit in verb fuiſſe C. ad exbib. Abb.in cap.
*cum ad ſedem num.*16.*de reſt ſpol.Rot. dec.*259.
num 6:*par.* 1.*recent.et in Romana computorum*
25. *Maij* 1615. *coram Domino meo Decano*;
cum in eiuſdem Epiſcopi Archiuio ſerua-
ri,& cuſtodiri debuiſſet ex præſcripto *Sac.*
4 *Con.Trid ſeſſ.*24.*de refor.cap.*20: ſed expreſsè
de tempore motæ litis, poſtquam lite iam
in Rota introducta atteſtatus fuerat Nota-
rius Actuarius ex hoc proceſſu, qui tunc
erat in Archiuio, extractam a ſe fuiſſe co-
piam ſententiæ, quam inter Archipresby-
terum, & Curiam Epiſcopalem Marſicen.
tulerat Vicarius Pariſius ab eodem Epi-
ſcopo Iudex in hac cauſa deputatus.
Hæc verò,& alia, ex quibus & intereſſe
Archipresbyteri, & quod hodie culpa, &
facto Epiſcopi hæc acta, & probationes Ec-
cleſiæ Saponariæ deficerent, firmauit Ro-
ta,non tollebantur, aut liberare poterat ab
5 ea neceſſitate exhibitionis Epiſcopum,
quod eadem acta deſierint eſſe in Archi-
uio facto anteceſſoris, cuius non debet ipſe
dici ſucceſſor, dum expreſsè probanit ad
eiuſdem Epiſcopi anteceſſoris hæredem
hunc ipſum proceſſum perueniſſe. Quia
6 cum eandem cauſam, quæ pendebat in
Rotà inter Epiſcopum Pariſium defunctū,
& Archipresbyterum,proſequatur moder-
nus Epiſcopus Marſicen. (neque enim di-
uerſum cenſetur iudicium reſtitutionis in
integrum,quam aduerſus ſententiam, & rē
iudicatam obtinuit Archipresbyter, & in
cuius gradu pendet hodie cauſa *l. Diuus ff.*
*de reſt.in integr.l.*1.*C.ſi aduerſ. libert. Oddus de*
*reſt.in integr par.*1.*q.*1.*art.*5.*num.* 53.) eodem
7 modo obeſt hæc exceptio ſucceſſori, in
quem tranſiuit inſtantia, & qui eandem
cauſam proſequendo omnia acta fecit pro-
pria, ſicut obeſſet anteceſſori, ſi viueret,
8 *cap.dilecti de for.comp.gloſ. in Extrauag. ſuſce-*
pti in ver.vàcantium ne ſed. vacan. Probus ad
Monachum in cap.ſi hi contra quos nu. 3. *verſ.*
*nihil igitur vt lit.pend.lib.*6. *Felin. in cap. quia*
11.*num.* 2. *Dec.num.*25.*de iudic. Mohed.dec.*1.
*eod.tit. Rot.dec.*1.*vt lit. pend. in antiq. & dec.*
652.*num.*4.*p.*2.*recent.*
Imò cum acta,& proceſſus, qui ad ma-
nus Cæſaris nepotis Epiſcopi defuncti di-
cebantur deueniſſe, non probarentur ori-
ginalia, ſed tantum copiæ (cum non niſi
copiam proceſſus,conſcripta ad Procura-
torem Epiſtola, Epiſcopus petierit, eun-
dem proceſſum ad Vrbem tranſmiſſum
Cardinalis Sanſeuerinus Archiepiſcopus
Salernitanus copiam eſſe dixerit, & hoc
idem depoſuerint ipſemet Procurator Epi-
ſcopi,& plures teſtes, licèt eandem copiā
dixerint eſſe authenticam) eo magis intra-
bat hæc neceſſitas exhibitionis, quod aut
proceſſus,quem Epiſcopus a ſuo Procura-
tore in Vrbe ſibi reddi curauit, & dèinde
hæredi reliquit,non probabatur originalis,
& cum in Archiuio, vt dictum eſt, debeat
eſſe originalis, ſatis eſt vt ipſe Epiſcopus
9 compellere poſſit Archiuiſtam, vt eundē
proceſſum exhibeat, ad hoc vt neceſſitas
dicatur eſſe eiuſdem Epiſcopi,*Card.Seraph.*
*dec.*1224.*num.*3. *Rota in Pennen. iuriſdictionis*
22.*Maij* 1622.*coram Card.CauaIerio,& coram*
*Ludouiſio dec.*129.*num.*9. Aut verò proceſſus,
quem Epiſcopus hæredi reliquit,idem fuit,
qui erat in Archiuio,& eum facto,& culpa
Epiſcopi defuncti non poſſit Archipreſby-
ter iura ſuæ Eccleſiæ, quæ in eodem pro-
ceſſu continebantur hodie deducere, eadē
10 cenſetur perſona ſucceſſoris in dignitate,
ac perſona defuncti, *gloſ in cap. aduerſus. in*
verb. ſucceſſorem de immun. Eccl. vbi etiam
Abb.num. 16. & hoc etiam nomine debet
idem ſucceſſor condemnari, quod & in il-
lis actis,& proceſſu præſumetur plenè fun-
datam fuiſſe intentionem alterius Prælati,
& Eccleſiæ, cuius iura facto anteceſſoris
perierunt, *Card. Zabar.in cap. peruenit nu.*2.
*de teſtib.cogen.Butr.in cap. cum cauſa num.*23.
de teſtib.& atteſt. Cin.in l. prouidendum nu. 2.
*Caſtr.num.*4.*Aret.num.*3. *C. de poſtul. Barbat.*
*conſ.*54.*num:*4.*&* 18.*lib.*3.*Boer.dec.*292. quia,
vt inquit *Abb.in cap.accepimus num.*5. *de fid.*
inſtr. cum de continentia priuilegiorum
11 aliter conſtare non poſſit, procedi debet
perinde,ac ſi plenè continerent, prout pars
allegabat;non ex eo capite, vt Eccleſia pu-
niatur ex delicto Prælati, ſed quia præſum-
ptio eſt,quod ſic dictarent priuilegia.
Et ex his neque prodeſſe poterant Epi-
ſcopo diligentiæ,quas in perquirendo hoc
proceſſu dicebat ſe feciſſe in proprio Ar-
chiuio, præſertim cum incendium, quo
idem Archiuium deflagrauit, perire, & ab-
ſumi potuerit, quia cum anno 1577. ex at-
teſtatione Notarij,vt dicebam, conſtet hūc
eundem proceſſum fuiſſe in Archiuio, nō
concludebatur ex incendio, quod contin-
git anno 1575. caſus amiſsionis, vt ſaltem
12 formiter probari debuiſſet, *Bar. in l. ſi quis*

ex argentarijs §. an hac hæredi num. 4. ff. de eden. Felin. in cap. ſicut num. 8. de ſent. & re iud. Menoch. de præſumpt. lib. 6. præſ. 61. num. 19. Rota in Aſſiſien. pecuniaria 1. Iulij 1611. coram
13 *Manzanedo*, & iuramentum Epiſcopi, quod hodie penès ſe, aut in ſuo Archiuio acta non ſint, neque ſatis eſſe poteſt: tum quia in re graui, & in qua ius omne alicuius partis continetur, non ſtatur alterius iuramento, etiam quod de fide perſonæ, quæ iuratura eſt dubitari non poſſit, *gloſ. in l. cum quidam in verb. Sacramentum C. de fid. inſtru. Gemin. in cap. quaſdam num. 3. de præſumpt. Menoch ead. præſumpt. 61. num. 13. lib. 6. Corn. conſ. 318. num. 9. lib. 4. Rota coram Cardinali*
14 *Caualerio dec. 82. num. 5.* tum quia propter neceſsitatem curæ, & cuſtodiæ publicarum ſcripturarum, quæ defuncto Epiſcopo incumbebat, de iure præſumitur, vt omnes deuenerint ad ſucceſſorem, *glo. in cap. ſi Epiſcopum in verb. reddantur 16. q. 6. Menoch. ead. præſump. 61. lib. 6 num. 12 Rot. coram Ludouiſio d. dec. 129. num. 8.* contra quam iuris præſumptionem, neque iuramento locus eſſe debet, *Bart. in l inter omnes §. rectè num. 3. verſ. nec obſtat ff de furt. Alex. in l. 1. §. per Procuratorem num. 4 ff. de acquir. poſſ. Menoch. de præſumpt. lib. 1. q. 77. nu. 15. & præſ. 61. lib. 6. nu. 13. Card. Seraph. dec. 1224. num. 2.* Et ita &c.

SVMMARIVM.

1 *Concedi per iudicem debet, quod iure denegari minime poteſt.*
2 *Iudex iniuſtè agit, ſi id denegat, quod iuſtè concedi, ac permitti debet.*
3 *Iuſtè iudica, dicebat Cleobolus vnus ex ſeptẽ Græciæ ſapientibus.*
Quod à Domino præceptũ fuerat Leuit. 19. 15.
4 *Iuſtitia exigit, vt cuique reddatur, quod ſuum eſt.*
5 *Iniuſtitia eſt, ſi denegetur petenti, quod ius habet petendi.*
6 *Iuſtitia ſuum cuique proportione tribuit.*
7 *Iniuſtitia ex genere mortale eſt.*
8 *Iuſtum eſt, quod leges iubent, & quod eſt æquum.*
Iniuſtum vero quod contra leges.
9 *Iudicium iuſti, atque iniuſti diiudicatio eſt.*
10 *Iniquum quod eſt, fieri non debet: præſertim in iudicio.*
11 *Sententia ius tribuit ei, pro quo lata fuit.*
Præſertim cum in iudicatum tranſijt. n. 12.
Et exequutionem habet.
Potiſſimum in tribus conformibus. num. 13.
13 *Sententiæ tres conformes exequi debent.*
14 *Sententia, quæ in iudicatum tranſijt, pro veritate habetur.*
Facit proinde ius irretractabile, & de albo nigrum num. 15.
Et ius in re tribuit. num. 16.
Atque dominium directum, ne dum quaſi, in victorem transfert num. 17.
18 *Lis finita dicitur per rem iudicatam.*
19 *Ordinarius tenetur exequi ſententiam delegati requiſitus, atque ita iudex laycus.*
Poteſtque in id compelli num. 20. etiam cenſuris num. 44.
Quamuis iniuſta fuerit ſententia num. 21. & num. 41.
22 *Iudices layci poſſunt cognoſcere de iuſtitia ſententiarum, ante quam brachium impertiantur eccleſiaſticis.*
Verum ſententia hæc improbatur num. 40. & 41.
23 *Sententia iudicis ſemper rationabiliter prolata præſumitur.*
Præſertim pro ſententia Sacræ Romanæ Rotæ num. 24.
Propter Auditorum peritiam.
25 *Eccleſia Romana omnium Eccleſiarum Mater eſt, & Magiſtra.*
26 *Iudices layci incompetentes ſunt, qui de ſpiritualibus iudicent.*
Tantoque minus de Romana Eccleſia iudicabunt n. 27.
28 *Eccleſiam Romanam extrà neque ſalus eſt, neque remiſſio peccatorum.*
Illa de omnibus iudicat, & à nemine iudicatur, num. 29.
29 *Prima ſedes à nemine iudicatur.*
30 *Filii matrem diudicare non debent; neque eius turpitudinem reuelare.*
31 *Locus Leuit. 18: 6. expenditur litteraliter, & Tropologicè num. 33.*
32 *Ruben primogenitus Iacob maledictus, quia cubile patris aſcendit.*
33 *Canaam, quòd patris ſui Noè verenda reuelaſſet maledictione feritur.*
34 *Peccatum eſt laycum de Eccleſia iudicare, & filium matrem, & reum iudicem.*
Eccleſia Mater noſtra eſt.
35 *Iudices inferiores iudicare coguntur pro vt Neapolitanum Conſilium iudicauit.*
36 *Conſiliarii Regii, Regis ſub nomine ſententias proferunt.*
37 *Rotæ Romanæ ſententiam alii iudices ſequi tenentur.*
38 *Auditores ſacræ Rotæ Papæ Cappellaai ſũt, eiuſq. delegati et ſub nomine Papæ iudicãt.*
39 *Factum à Delegato à Papa, dicitur ab ipſo Papa factum.*

40 *Iu-*

40 *Iudex poteſt paulisper ſuperſedere ne exequatur mandatum Papæ, donec certiorẽ eum reddat de ſubreptione.*

42 *Iudices inferiores de maioribus iudicare abſonum eſt.*

43 Laycalis *autoritas ab Eccleſiaſtica pendet.*

44 *Tex. in can. Adminiſtratores. 23. quaſt. 5. expenditur, an ſit ſententia lata, vel ferendæ.*

45 *Iudex laycus iudicium eludere eccleſiæ haud poteſt.*

46 Exequatur *regium vt concedatur decretis Romanę Curiæ, cognoſcunt laici, an præiudicium fiat Regiæ Maeſtati.*

47 *Iuſtitia nemini petenti deneganda; neque iuſta petenti.*

48 *Patronus prohibito præſentare poteſt, cum beneficium iuris patronatus vacat, modo dignum præſentet.*

49 *Patronatus, ſi nullum ei infertur præiudiciũ quoad ius præſentandi, non poteſt conquęri de alio.*

50 *Penſio ſi imponatur ſuper beneficio iuris patronatus laycorum, patronorum aſſenſus non eſt neceſſarius.*

Et quid in Epiſcopo? num. 51.

52 *Romanus Pontifex abſolutam habet poteſtatem ſuper beneficijs, iiſque, quæ de Chriſti patrimonio ſunt.*

53 *Penſio antiqua extinguitur & noua conſtituitur, cum illa de perſona in perſonam transfertur.*

Declara quo ad perſonam, non quo ad ſubſtantiam num. 54. & n. 56.

55 *Effectus à cauſa non degenerat.*

57 *Penſionis reſeruationi conſentiens, & pro ſe, & ſucceſſoribus in beneficio, conſentit.*

58 *Sententiæ exequi debent iudicio completo.*

59 *Omnium rerum viciſſitudo eſt, illuſtratur.*

60 *Circulus res ſunt mortalium.*

ARGVMENTVM.

Poſſint ne iurè, nec iniuria iudices layci Reggium denegare beneplacitum, ſiue exequatur petentibus illud, eò prętextu dumtaxant, quòd uelint de iuſtitia cognoſcere ſententiarum à Romana Curia latarum, ſuper quarum exequutione beneplacitum petitur? Et num patroni non accedente conſenſu ſuper beneficio de iure patronatus laicorum penſio imponi poſſit? Quidue ſi penſio de una in aliam fuerit translata perſonam, num nouus requiratur conſenſus? non inutilis Reſponſio.

RESPONSIO XXXXI.

NVlla cùm intercedat difficultas, quin Regium beneplacitum, ſiue exequatur præſtari debeat ſuper exequutione ſententiarum per Sacram Romanam Rotam latarum pro Domino Camillo Venantio Penſionario, & pro eo iam defuncto, pro Archiconfraternitate S. Hieronymi de charitate Almæ Vrbis, contrà, & aduerſus D. Vincentium Pignatellum beneficiarium, & Titularem beneficii de iure patronatus laicorum ſub inuocatione Sancti Petri ad Curtim Saler-
1 nitanæ diœceſis. Concedi vtique illud de-
bet per iudicem, quod iurè denegari mini-
me poteſt. *tex. in capit. licet quibuſdam* 18. §.
Quo circa nouerint de regularib. Nouerint vni-
„ *uerſi* (Innocentius Papa III. ibi loquitur) *ſe*
„ *ad concedendam licentiam tranſeundi taliter*
„ *poſtulantibus de iure teneri: Quia ſicut ſubditus*
„ *à Prælato cum humilitate, & puritate debet*
„ *tranſeundi licentiam poſtulare, ne bonum obe-*
„ *dientiæ contemnere videatur; ſic profectò Præla-*
„ *tus ſubdito ſine difficultate, & prauitate aliqua*
„ *debet tranſeundi licentiam indulgere.* his In-
2 nocent. Alioquin iniuſtè agit Iudex, qui
id denegat, quod iuſtè concedi, atque per-
mitti debet. argumento *tex. in l. 1. §. fin.* ibi;
„ Nec eſt hoc beneficium, (Vlpianus ibi lo-
„ quitur) ſed iniuria, ſi quis fortè non impe-
„ trauit. *ff. de aqua quotid. & æſtiua.*
3 Vnde Cleobolus, vnus ex Septem Gręciæ ſapientibus, dixit; *Iuſtè iudica*. quod priùs (*Leuit. 19. 15.*) Dominus Moſi præceperat: *iuſtè iudica proximo tuo.* & fortaſſe à dicto libro Cleobolus accepit; vel naturali illuſtiatus lumine dixit, Philoſophiæ præceptis informatus.
4 Quia profectò ſicuti iuſtitia exigit, vt cuique, quod ſuum eſt, reddatur. *l. iuſtitia 10. ff. de iuſtit. & iur. §. 1. inſtitutionibus eod. cap.*

ſententiarum à Sacra Rota Romana lata-
rum, atque ab Eccleſia Romana, quę om-
nium Mater eſt, & Magiſtra? *cap. fin. §. fin. de
foro compet. extrauag. S. Romana 3. de elect. in-
ter communes. cap. 2. ad fin. de ſum. Trinit. & fide
catholica l. fin. C. eod. tit. can. non licet 1. 12. diſt.
extrauagant. 1. de maior. & obed. inter comunes
Sacrum Trid. Concil. ſeſſ. 7. can. 3. de baptiſmo, &
ſeſſ. 14 cap. 3. circa fin. de ſacram. extrema vn-
ction. ſeſſ. 22. cap. 8. de ſacrific. miſſa, & ſeß. 25. in
decreto de delectu ciborum. nos reſponſ. 14. num.
16. par. 1.*
26 Cum incompetentes omninò ſint iudi-
ces layci, qui de ſpiritualibus cognoſcant
*cap. 2. de iudic. Couar. practicar. reſolut. cap. 35.
num. 1. in 2. concluſ. verſ. verum ſi diligenter.*
27 Vt multominus ipſi de omnium matre
iudicare valeant. Quis enim tantæ ſuperbię
faſtigio tumidus erit, vt regalem ſenſum
contemnat? Impetator loquitur in *l. fin. C.
de legibus*. Vt S. Romanæ Eccleſiæ ſenſũ cõ-
28 temnat? (dicimus nos) Extra quam nec ſa-
lus eſt, nec remiſſio peccatorum, ſecundũ
verba Bonifacij VIII. in dicta *extrauaganti.
vnam ſanctam 1. in princip. de maiorit. & obed*
29 Quæ de omnibus iudicat, & à nemine iu-
dicatur, quia prima ſedes eſt. *can. ſi Papa 6.
40. diſt. can cuncta per mũdum 17. & 18. 9. q. 4.*
Et filij matrem diſcernant, eiuſque turpi-
tudinem reuelare, atque diſcooperire au-
31 deant? Porrò præceptum Domini eſt *leuit.
„ 18. 7. Turpitudinem patris tui,* (dicentis) *& tur-
„ pitudinem matris tuæ, non diſcooperies. mater
„ tua eſt. non reuelabis turpitudinem eius.* Quia
neque matrimonij prætextu, matrem ſuam
cognoſcere quis carnaliter poteſt, cùm ſit
hoc diſcooperire turpitudinem matris, atq.
proinde iure prohibitum, & natura ipſa ab
hoc abhorreſcat facinore, vt *Dionyſ. Carthuſ.
Alphonſus Toſtatus Epiſcopus Abulen. & Ema-
nuel Sà in eund. locum & Gloſſ. Ordin.* explicãt.
32 Vnde maledicto ſuppoſuit Ruben pri-
mogenitum ſuum Iacob, quòd inceſto vio-
„ laſſet eius cubile, dicens. *Geneſ. 49. 4. Effuſus
„ es ſicut aqua, non creſcas, quia aſcendiſti cubile
„ patris tui, & maculaſti ſtratum eius.* Canaan
quoque maledictione feritur, quòd patris
ſui Noe verenda reuelaſſet. *Geneſ. 9. 22. &*
33 25. Reuelabit itaque turpitudinem matris
(vt ad tropologiam litteram, ſecundũ *Gloſſ.
ibid.* reddducamus) qui ipſius facta cognoſce-
re, ac perſcutari temerè audebit, vnde ma-
34 ledicto iurè ferietur. Neque enim leue
putandum eſt, ſi filius matrem diudicare
voluerit. Eccleſia nempè mater noſtra eſt,
vt *Gloſſ.* inquit in *can. recurrat nunc animus. 2.
§. omnes enim peperit, verbo ſocietate. 32. q. 4.* &
reus iudicem capite damnare, vt *S. Ambro-
ſius lib. 3. de virginib. poſt initium* de S. Ioannẽ
Baptiſta Domini Præcurſore ab impijſsimo
Rege Herode capitis damnato, loquitur,
„ dicens: *A reis in iudicem capitalis ſceleris pœ-
„ na conuertitur.*

35 Et planè ſi iure, nec ſanè iniuria cogun-
tur inferiores iudices ita in cauſis iudicare,
ſicuti Sacrum Neapolitanum Conſilium
36 iudicauit; quod Regij Conſiliarij, qui in
illo iudices aſſident: Regiæ Maieſtatis ſub
nomine ſententias ferant. *Proauus meus Ma-
ranta in ſpeculo 6. p. de appellat. n. 252. Afflict.
deciſ. 169. n. 9. in fin. & deciſ. 190. n 7. in fin. Vin
cent. de Franch. deciſ. 81. n. 2. & deciſ. 90. n. 5. Mi-
nadous deciſ. 39. n. 8. nos d. reſpõſ. 14 n. 12. & 13.*
37 Cur non magis (Aedepol) cogentur, ac
tenebuntur layci iudices ita iudicare, atque
38 ſententiam ſequi Sacræ Romanæ Rotæ?
Cùm eius auditores viri doctiſſimi, ac pie-
tate præditi, Sanctiſsimi D. Papæ Cappella-
ni ſint, atque eius Delegati, & ſub nomine
iudicent Summi Dei Optimi, terque maxi-
mi, vices in terris gerentis Romani Ponti-
39 ficis? At factum Delegati à Papa, ab ipſo-
met Papa factum cenſetur, vt dixit *Rota in
Anerſana fructuum 18. Iunij 1607. coram Da-
maſceno deciſ. 153. n. 3. in fin. per Farinacc. ad
calcem 1. tom. conſil.* Et nos in Apologetico
pro Eccleſia noſtra Iuuenacen contra Ar-
chipresbyterum Terræ Terlitij noſtræ Iu-
uenacen diocæſis *n. 110. & 111.*
40 Neque vllo modo permiſſum videtur
per Doctores, de ſententijs iudicare Sacræ
Romanæ Curiæ laycos iudices. Quamuis
enim ſi præces quandoque in apoſtolicis
diplomatibus veritate niti minimè digno-
ſcantur, poſſint paululum ſubſiſtere iudi-
ces, vt Summum Pontificem certiorem
reddant; Nullo tamen pacto permittitur,
quòd de illis iudicent, neque de Pontificis
poteſtate: quod abſurdum omninò eſt, &
inauditum, atque ſacrilegiũ; quod ex Drie-
dono, viro doctiſsimo, ſacræ theologiæ ma-
giſtro *lib. 1. de libertate Chriſtiana*, ſequitur
doctiſſimus, & ipſe præſul *Didacus Conarr.
d. cap. 25. pract. quæſt. n. 4. verſ. ſic etiam in his
Regnis*, & eum *Petrus Foller. in d. conſtitut. poſt
mundi machinam n. 103.* parum ab Aduerſa-
rijs expenſus, & ſi pro ſe ipſis allatus, & nos
reſponſ. 24. n. 115. & 116. p. 1.
41 Neque verum aduerſariorum aſſumptũ
dignoſcitur: poſſe iudices laycos de iuſtitia
cognoſcere ſententiarum eccleſiaſticorum
iudicum, priuſquam illis brachium requi-
42 ſiti impertiti fuerint: quin magis omninò
abſonum æſtimatur, inferiores de maiori-
bus iudicum ferre. ad *tex. in d. extrauag. vnã
43 ſanctam de maioritat. & obed.* quãdo gladius
ſub gladio eſt, & laycalis auctoritas ab Ec-
cleſiæ auctoritate pendeat, vt ibidem Sum-
mus Pontifex Bonifacius VIII. perpendit
44 Neq. verum eſſet, poſſe iudicem eccle-
ſiaſticum reluctantem laycum iudicem
cenſurarum mucrone ferire, atque ita bra-
chium ei ſeculare præſtare *cap. 2. §. per tem-
poralem de maledic. vbi Doctor. cap. 1.* vbi etiam
Doctor. potiſsimum *Abb. n. 11. 12. & ſeq. de
offic.*

offic.ordin.d.cap.ſignificaſti.7.& cap.in litteris
45 *9.de offic. delegat.* & dicto *can. adminiſtrato-*
,, *res*, vbi *Gloſ.fin.* dicens: *videtur ergò quod ipſo*
,, *iure ſit excommunicatus, qui non facit iuſtitiam*
clerico; & ſequuntur alij apud *Archid. ibid.*
quamuis non nulli ferendæ excommuni-
cationis ſententiam eſſe velint, *apud eund.*
& Turrecrem. ibid. At priorem ſententiam
admittit *Cardinalis Tolet. Inſtruct. ſacerdot.*
lib.1.cap.37.n.1.in 1.excommunicat. Poſſetque
pro libito laycus Iudex iudicium eludere
eccleſiaſticum; quod planè perexoſum æſti
matur; proſequiturque dictus *Ioan. de ſegura*
Dauolos d.par.2. cap.13. per totum, potiſsimũ
n.32.& 33.& ſeq.& Couar.d.cap.10. pract. n.
5.& pluribus relatis proſequitur *Petrus Mo*
neta de conſeruatorib. iudic.d.cap.8.q.10.n.261.
*Pater Diana d.reſol.*108.

Neque id nunc agitur, iuſtè nec ne ſint
Sacræ Romanæ Rotæ pro Camillo contra
Vincentium datæ ſententiæ; ſed hoc vnum
petitur, vt mãdato exequutiuo ſententiarũ
latarum regium exequatur, ſiue benepla-
46 citum, permittatur; in quo nulla alia in-
tercedit cauſæ cognitio, niſi dumtaxat per-
pendant ij, ad quos ſpectat; fiat necne præ-
iudicium Regiæ Maieſtati, eiuſque ſubie-
ctis in iuriſdictione, vel patrimonialibus
Regis; quod ipſemet *Follerius d. conſtitut. 1.*
poſt mundi machinam d.n.103. pro nobis ad-
uertit, quod nõ perpendere Aduerſarii.

Nullum verò hic in facto hoc, neque
Maieſtati Regiæ, neque ſubiectorum ei
præiudicium infertur. Non ſanè Regi, quia
nulla ei, eiuſque iuriſdictioni Regali iniu-
ria fit, neque de ea agitur. Non ſubiectis,
quia nullum eis infertur grauamon, neque
de rebus agitur laycorum, ſed inter eccle-
ſiaſticas perſonas, inter titularem, & pen-
47 ſionarium lis fuit. Nullũ itaque (Regiũ
,, denegandi exequatur) Ius ſupereſt aliud.
Annuendum propterea iuſta petenti, ne-
que iuſtitia neganda. *cap. inter quatuor. 8. in*
finalib. verbis de maiorit. & obed. extrà.

Neque vllum peræquè Domini Mar-
chionis Paglietæ Germani D. Vincentij in-
tereſſe detegitur. Non enim nunc agitur de
iure ipſo patronatus, & præſentandi, quod
integrum perſeuerat ei in ſingulis præſen-
48 tationibus, cum caſus euenerit præſentan-
di, vt pro libito, quem maluerit, præſenta-
,, re valeat, modo dignum. *cap. quoniam 3. §.*
,, *præſenti.* ibi: qui maioribus iuuantur meri-
,, tis. *vbi Gloſſ. de iure patronat. & cap. conſultatio-*
nibus.19.eod.

49 Neque intereſſe vllum ſe item offert
Maieſtatis Regiæ. Liberum nempè mane-
bit eidem arbitrium præſentandi, quem vo-
luerit, eiuſque ſalua iura ſemper erunt; ſi
ob lineam finitam deuoluatur ad eam ius
patronatus, & præſentandi; quod perpendit
Innocentius Papa III. in *cap. poſtulaſti,*
30.de iure patronat. ſequentibus loquens. *Ad*
,, *quod breuiter reſpondemus, quod per intitula-*
,, *tionem huiuſmodi nullum patronis præiudicium*
,, *generatur, quin poſſint alios ad illas Eccleſias, cũ*
,, *vacauerint, præſentare.* his Innocent. III. &
ibid. abundè *Gloſſ.* & ſequitur *Gigas de pen-*
ſionib.q.23.n.10.& 11.tom.17. par.1.tract. Co-
uar.pract.quæſt.cap.36.q.10.n.10.

50 Neque præterea patroni exquiritur con-
ſenſus cùm ſuper Beneficio iuriſpatrona-
tus laycorum penſio conſtituitur annua ad
vitam penſionatii; modo titularis aſſenſus
accedat, cui vni per penſionis reſeruatio-
nem ex fructibus ſoluendæ beneficii, præ-
iudicium ingeneratur; non æquè vero pa-
trono; cuius primarium præiudicium eſſet,
ſi præſentandi ius eidem retineretur, com-
primereturq. vt cõtentus eſſe debeat, quod
exceptum, ac ſaluum, integrumque ius ſuũ
præſentandi in ſingulis vacationibus ma-
neat ei; quod perpendit optimè *Gigans de*
penſionib.d.q.23.n 9.& ſeq.Conar.d. cap.36. n.
10.q.1. Pater Fernand. à Caſtro Palao in opere
morali p.2.tract.13. de benefic. eccleſiaſt. diſput.
1.punct.11 n.7.8.& 9. neque ipſe contra nos
51 eſt, cùm negatiuam ſequitur; loquitur
enim de Epiſcopo, an ſ. poſsit ex cauſa ſu-
per beneficio iuris patronatus laycorum
penſionem alteri, (patroni non requiſito
conſenſu) reſeruare? & licet negatiuam
amplectatur, abſolutè tamen admittit in
52 Summo Romano Pontifice; ob abſolutã,
quam in beneficiis omnibus eccleſiaſticis,
ac ſuper toto Chriſti patrimonio obtinet
poteſtatem. *cap propoſuit.4. de conceſſion. præ-*
ben cap.licet 2.cap. ſtatutum.3.cap. ſi à ſede 31.
de præbend.in 6. clement.1. §. fin. in fin. vt lite
pend. cap.2. de iure patronat. Rota apud Card.
Manticam deciſ.76.n.2.Nauar.de indulg.notab.
29.Gratian.Forenſ par.5.cap.992. n.14. Clem.
paſtoralis 2.in fin.de re iudic. Rota in recent. par.
2.tom.1.deciſ.11. ſub n.7.

Quod autem, in hac noſtri facti ſpecie,
titularis tunc temporis acceſſerit conſen-
ſus in penſionis reſeruatione, cùm illa Illu-
ſtriſsimo Archiepiſcopo Sanuitali ſuper
hoc beneficio S. Petri ad Curtim reſeruata
fuit per Dominum Diomedem Caraccio-
lum; in fauorem cuius reſignauit Archie-
piſcopatum Baren, nec Aduerſarii ipſi infi-
cias eunt, verùm ſpontè fatentur. In diffi-
cultatem verò vertunt, non acceſsiſſe titu-
laris huius aſſenſum in translatione facta
penſionis per dictum Archiepiſcopum Sã-
uitalem ad fauorem præſati Camilli Ve-
53 nantii. Videtur proinde antiqua penſio
extincta, ac noua conſtituta, vt noua dica-
tur penſio. *Gigas de penſ. q.74. n.1. & q.88.n.*
8.Garſias de benefic.p.1.cap.5.n.255.Rota apud
ſ.memor.Gregor.XV, deciſ.18.n.4. Nouus præ-
terea exquirebatur Beneficiarii conſenſus.
54 Et ſi profectò, quoad perſonas extincta
videa-

Google

videatur antiqua penſio, ac noua conſtitu-
ta cenſeatur, mutata primæua perſona: Quò
ad ſubſtantiam tamen, & originem, ſiue in
cauſa, & actu primo eadem omnimodo eſt
penſio; & ſi in actu ſecundo, & exercitio,
55 ſiue in effectu diuerſa cenſeatur. At effe-
ctus à cauſa non degenerat, vt diximus *re-*
56 *ſponſ.24.n.93.& 94.p.1.* dicitur verò noua
penſio quoad effectum, vt ſciatur quiſnã
exigere in poſterum penſionem debeat, &
cuius per mortem vacet. vt dictum fuit in
vna *Carpentoratten penſionis 29. Maii 1602.*
coram Lancellotto, quam refert *Garſ. d.par.1.*
cap.5.num.256.ex Vitalino in Clement.1. §. ea-
dem n.2.de ſupplenda negligent.prælalor. & ſe-
quuta fuit *Rota in Romana penſionis extrà Ro-*
tam 19 Iunii 1615.coram Buratto par.2.tom.2.
in recent.item deciſ.732.n.1. & par.1. tom.1.in
recent.item deciſ.327.nu.4. & 5.cum ſeq. quæ
eſt eadem Carpentoratten coram Lancel-
lott. quam ex parte duntaxat retulit *Garſias*,
ſequiturque *Beltramin. addens ad dictam de-*
ciſ 18.Sanctiß.Gregor.XV.n.11. littera B.
57 Haud igitur nouus exquirebatur con-
ſenſus. Quia profectò quando in penſionẽ
conſenſum dedit Caracciolus pro Sanui-
tali, nedum pro ſe duntaxat aſſenſum præ-
ſtitit, ſed prò ſucceſſoribus in beneficio, vt
poſt Lutteriũ de re beneficiaria *lib.1.q.39.*
nu.101. ſequuntur *Barboſ in praxi exigẽdi pẽſio-*
nes q.2.n.45. Neq. demũ huiuſcemodi obie-
ctio ad rem præſentem facit. Erat enim id
in Sacra Rota deducendum, (ſi deductum
minime fuit,) cùm lis in cauſa principali
agebatur ad translationem infringendam
reſeruatæ penſionis pro Camillo Venan-
tio, pro quo ſententiæ fuere contra D. Vin-
58 centium Titularem. Nunc verò nil tale
agitur completo iam iudicio per ſenten-
tias, quæ exequi debent. *Rota apud Card. Ca-*
malcr. deciſ.495. n.1. & per tot. Vnde ſuper
mandato exequutiuo per Sacram Rotam
relaxato aduerſus dictum D. Vincentium
pro regio exequatur obtinendo inſtatur; vt
cognito per iudices laycos, nullum fieri
præiudicium, vel Regiæ Maieſtati, vel eius
ſubiectis, denegare illud haud poſsint quin
annuant; iuxta in ſuperioribus tradita per
Follerium, & alios. Atque ex his, quæ ſa-
niori, puriorique iudicio, limæque luben-
tes ſubiicimus, ita reſpondendum cenſui-
mus.

CAROLVS MARANTA I.V.D.
Epiſcopus Iuuenacen.

Fuit tendem impertitum per iudices Regiũ
exequatur, atq. Sacræ Rotæ ſententiæ exe-
quutioni demandatæ aduerſus dictum D.
Vincentium. Non minimi igitur ex re erit
legentiũ, cùm ſimilis caſus euenerit, quod
accidere facile poterit, cùm viciſsitudini
res omnes humanæ ſubiectę ſint, neque
quid ſtabile in eis, ſed orbitæ reuolutioni
ſuppoſitæ. *Omnium enim rerum viciſsitudo eſt:*
59 vt Terẽtius in Eunucho dixit, atque Euri-
pides in Ione.
„ *Eiuſmodi mortalium*
„ *Sunt res, vt in eodem nihil duret ſtatu.*
& Homerus
„ *Nunc his, nunc illis contingit vincere,*
& ex Grecis alter
„ *Varias vices res obtinent mortalium.*
celebraturque apud eoſdem hoc dictum
60 *Circulus res mortalium ſunt: Fortuna verſante*
„ *rotam.* vt reuertantur proinde, earumque
omnium viciſsitudo ſit.

S V M M A R I V M.

1 *Inſtitui is debet, qui maiora patronorum ob-*
tinet ſuffragia.

2. *Maior pars vnius ſtipitis, minorem abſor-*
bet eiuſdem.

Quia in ſtirpes ſuccedunt, non in capita n.3.

4 *Derogationem obtinens pro medietate, ſe ab*
illa præſentatum fuiſſe docere debebit.

Alioquin effectum non ſortitur n.27.

5 *Gratia Pontificis iuſtificata, exequationem*
meretur.

Et iuſtificari debet n.30. in fin.

6 *Manuteneri is debet in poſſeſſione, qui ante-*
riorem illam, habet tempore præſertim motæ
litis.

7 *Poſſeſsio facti eſt, nec præſumitur.*

Poſterior turbatiua dicitur, atq attentata n.8.

Vnde nec manutenibilis.n.9.

Ratio affertur n.10.

10 *Poſſidere eandem rem eodem modo, & tem-*
pore, duo ſimul, & in ſolidum haud poſ-
ſunt. & n. 28.

11 *Iudex non ritè, neque rectè procedens, ſpo-*
liare dicitur. non priuat proinde aduerſa-
rium ſua poſſeſſione, quia partis factum
æſtimatur.

Quamuis eſſet delegatus Principis.n.12.

13 *Exequutor cum clauſula (vocatis vocandis)*
mixtus dicitur non merus.

Vnde ab eius datur ſententia appellatio. ratio
affertur n.13.

15 *Delegatus ſententiam ſuam mutare haud*
poteſt.

Præſertim diffinitiuam n.16.

Quamuis ordinarius.

17 *Gratia ſubreptitia dicitur, ſi non meminit*
ſententiæ pro aduerſario datæ.

Vnde proceſſus inde ſequutus, æſtimatur nul-
lus. num.18.

Præſertim ſi ſententia in iudicatum tranſierat. num. 19.

20 *Sententia, à qua non fuit appellatum, in iudicatum tranſit.*

Vel ſi poſt tempora appellatum fuerit. n. 21.

Vel ſi appellationẽ proſequutus non fuit. n. 22.

Quia deſerta habetur.

23 *Negligens ſibi imputare debet damnum, quod inde euergit.*

24 *Beneficium impetrans quod non vacat, ſaltim de facto, nulliter impetrat.*

Neq. delegatus gratiam exequi poteſt, quia iurisdictionem minimè ſortitur. n. 25.

26 *Poſsidet iuſtè, qui prætore authore poſſidet.*

29 *Gratiam fuſſe inſtificatã ex actis probari debet, nõ ex ſola iudicis delegati aſſertione.*

Cui in hoc noncreditur. n. 30.

31 *Epiſcopo aſſerenti ſolemnitates in alienatione rei Eccleſiæ interueſſiſſe, nõ creditur. niſi ex actis conſtet.*

32 *Ius præſentandi ad hæredes tranſit, qui verè hæredes ſint.*

33 *Iudex nõ niſi petenti officium ſuum impertitur.*

34 *Decretũ in petitorio nõ afficit non citatum.*

Ratio aſſertur. n. 35.

Quamuis à Principe latum. n. 36.

25 *Negotiorum merita partium aſſertione panduntur.*

37 *Decretum Iudicis non afficit, ſi de mandato procuratoris non conſtet ex actis, vel cum falſo procuratore factum n. 39.*

38 *Procuratoris mandatum ad vnum actum, non extenditur ad alium.*

40 *Præſentatio ſufficit ſi facta fuerit ab exiſtentibus in poſſeſsione, vel quaſi.*

41 *Petitorium nihil comune cum poſſeſſorio habet.*

42 *Poſſeſſionẽ non citati turbare quis nõ poteſt.*

43 *Poſſeſſio iuris præſentandi, in hæredem non tranſit, niſi appræhendatur.*

44 *Præſentatio fructus eſt iuris patronatus.*

Et per ipsã præſentationem conſumitur.

45 *Præſentatio ſequuta inſtitutione actus præfectus dicitur.*

46 *Præſentatus ab exiſtente in quaſi poſſeſſione, inſtitututus non amonetur, quamuis poſtmodum ius patronatus ab eo euincatur.*

Ratio aſſertur. n: 47.

58 *Præſentato inſtituto, quamuis alter derogationem, vel gratiam beneficij obtineat, nihil tamen proficit.*

49 *Patronus, qui alium non patronum ad præſentandum admittit, ſibi præiudicat.*

Etiã ſi præſentatio effectũ non ſortiatur. n. 50.

51 *Duobus exiſtentibus paribus in gratia, is, obtinet, qui primo gratiam ſuam exequutori præſentauerit. & n. 56.*

52 *Otium, & ignauia fures ſunt temporis.*

53 *Prouerbium. Serò ſapiunt Phryges.*

54 *Euentus ſtultorum magiſter eſt.*

55 *Adagium. Malo accepto ſtultus ſapit.*

57 *Peregrini ſumus. hoc cogitandum ſedulò.*

58 *Factum cuiuſdam Monachi narratur, qui mortem ſibi præuidit.*

59 *Mortui nos alloquuntur, vt meminerimus mori.*

60 *Nouiſſimorum memoria habenda.*

ARGVMENTVM.

Mandatum de manutenendo datur exiſtenti in poſſeſſione de tempore motę litis. & anterior poſſeſſor manutenendus eſt. Habens gratiam cum derogatione pro medietate patronorum, quid preſtare debeat? Maior pars pręſentantium ex uno ſtipite minorem abſorbet. Delegatus latam ſententiam, neq; decretum reuocare poterit. Quid ſi duo fuerint pares in eadem gratia? Qui primo præſentauit ſuam gratiam potiora obtinet. pluraque in materia iuris patronatus. Iudex qui nec iure, neque rectè poceſſit, poſſeſsione alterum non priuat.

RESPONSIO XXXXII.

MAnutenendum eſſe D. Cæſarem de Franco in ſua poſſeſſione Beneficij ſub inuocatione ſanctiſſimæ Annuntiatæ in loco Ortæ Auerſanen dioeceſis de iure patronatus laycorum aduerſus D. Maurum Mutionũ Terræ Cayuani Auerſanen quoq. diœceſis, Vi Delegationis Apoſtolicæ per ſanctiſſimum D. N. Vrbanum Papa VIII. reuocatis poſtmodum omnibus nulliter, attentatèque factis per Dominum Vica-

Vicarium Auerſanum, iurè nec planè iniquè me feciſſe, ac iudicaſſe, ex ſequentibus oſtendi.

Et certè, cùm D. Cæſar præfatus Bullas Apoſtolicas cum derogatione pro medietate obtinuiſſet, illiſque eſſet adiecta clauſula (*appellatione remota,*) eas coram Vicario Generali Auerſano executore Apoſtolico præſentauit. Quo coram in iuſtificandis narratis per eum, ſe præſentatum docuit à D. Anna Piſano eius Matre, atque per præſentationem, nedùm ſe à medietate compatronorum præſentatum, verùm, & vltra illam, per qua-

1 tuor alias voces medietatis alterius. Maiorem itaque compatronorum pro ſe partem obtinebat. Inſtituendus proinde erat (fac pro altera medietate derogationem nequaquam haberet) *cap. 3. §. præſenti. cap. conſultationibus 19. de iure patronat. can. monaſterium 30. vbi Gloſſ. fin. & can. ſi plures. 33. cum Gloſſ. 1. 16. q. 7. cap. Eccleſia veſtra 48. vbi Gloſſ. verbo dirigebant de elect. extrà cap ſi cui 23. de elect. in 6. Lambertin. de iure patronat. lib. 2. par. 2. q. 8. princip. art. 15. Ioſeph Ludouic. concluſ. 42. in 15. ampliat. fol. 97. Ruinus conſ. 50. num. 3. lib. 5. Mandoſ conſ 7. num. 17. Didacus Spino in ſpeculo teſtament. Gloſſ. 4. princip. de perſonis à teſtatore nominatis num. 62. Caluaccan. deciſ. 11. num. 21. par. 3. Maceraten. variarum reſolut. lib. 1. reſolut. 104. num. 1. Riccius rerum quotidianar. quæ eſt 2. pars praxis reſolut. 173. n. 1. Rota in recent par. 2. tom. 1. deciſ. 202. num. 1. & deciſ. 146. num. 4. & apud Coccinum Decanum deciſ. 464. num. 5. & apud Illuſtriſſimum Duranum Epiſcopum Vrgellen. deciſ. 125. num. 1. & deciſ. 199 num. 1.*

Quod vero præſentatus ipſe fuiſſet à medietate compatronorum pro vna parte, & pro altera quatuor voces haberet; id facili deducebatur negotio. Fuerat quippè ipſe præſentatus à D. Anna Piſano eius Matre. Hæc vniuerſalis hæreserat quondam V. I. D. Orlandi Franchi eius Viri. Qui ceſſionem habebat iuris præſentandi à Scipione Miccio ab anno 1588 Hic & ipſe ab anno 1569. & iterum anno 1575. ceſſionem obtinuerat à Iacobo, Ioanne Baptiſta, & Scipione de Roſana fratribus: atque etiam ab Antonio de Laurenza de Roſana. eodemque modo ab Agnello, Nicholao, Paulo, & Cæſare de Roſana. Ceſſionem confirmauerat Curia Epiſcopalis Auerſana anno 1584. Quod in dubium minime reuocabatur, vtpota in facto fundamẽtum habens ex ceſſionũ publicarũ ſcripturis.

Totum autem ius præſentandi à Franciſco de Roſana originem trahebat. Oſtendebant id apertiſſimè Bullæ per quondam Illuſtriſſimum Ioannem Paulum Epiſcopum Auerſanen. ab anno 1491.

Franciſco tres fuere filij.

Vincentius, Ioannellus, & Paulus.

Ex Ioannello hanc lucem aſpiciunt:

Paſcharellus, Ioſue, & Bernardinus.

Sed Ioannellus, è medio iam ſublatis Paſcharello, & Ioſue, ius omne præſentandi à Franciſco patre ipſe ſubiuit. qui cum filios ſuſcepiſſet; Iacobum, Ioannem Baptiſtam, ac Scipionem. Hi ius præſentandi ad eos ſpectans in Scipionem Miccium tranſtulere ceſsione facta. Sortitur igitur Miccius tertiam integram partem totius iuris præſentandi: ac cõſequenter Orlandus eius Ceſsionarius.

Paulus verò vnico Grabriele ex ſe relicto filio, fatis ipſe conceſsit.

Gabriel ex Laurenza vxore duos ſuſcepit liberos; Minicum, & Antonium.

Antonius portionem iuris præſentandi ad ſe ſpectantem Miccio cedit. Sortitur propterea hic huius ex perſona alterius tertiæ partis medietatem. Habet proinde totius præſentãdi iuris integram medietatem.

Minicus autem plurium filiorum fit Pater.

Generat quippe hic Agnellum, Nicholaũ: Paulum, Cæſarem, Gabrielem, & Bartholomæum.

Agnellus, Nicholaus, Paulus, & Cæſar, Ius, quod ipſis præſentandi erat Miccio cedunt. Habet ea propter hic ex hac altera medietate quatuor voces. Ni iurè, neque illiberaliter aſſerere voluerimus, & totam hanc partem.

2 Cùm minor pars duorum Gabrielis, & Bartholomæi, abſorbeatur à maiori parte quatuor aliorum fratrum, qui in Miccium ius transfundere præſentandi. In ſtirpes hi namque omnes Minico patri (qui primus fundator haud erat) ſucceſſere: pro vna proinde voce omnes computabuntur. *Clement. plures 2.*
„ *vbi Imol. num. 7. de iure patronat. l. quod maior*
„ *19. ff ad municipales. Quod maior pars Curiæ*
„ *effecit,* (Sceuola ibi loquitur) *pro eo habetur,*
„ *ac ſi omnes egerint & cap. ſicut. 23. de elect. lib. 6. Caſſador. deciſ. 2. de iure patronat. poſt Roccum, & Lambert. eod. tract. Ruinus d. conſ 50. num. 6. & 7. lib 5. Gonzal. ad regul 8. cancellar. Gloſſ. 45 n 91. Genuẽſ. in praxi Curiæ Archiepiſcopbalis cap. 61. alias 63. num. 24 de probat. Iur. patronat. Maceraten. d. reſolut. 104. num. 13. Rota in recentiorib par. 2. deciſ 443. num. 4. & 5. & part. 2. diuerſor. deciſ. 117. n. 1. apud S. memor. Gregor. XV. deciſ. 452. num. 3. & 4. vbi Beltramin addens num 23. apud Cardin. Caualer. deciſ. 21. num. 1. & deciſ. 436. n. 1. & ſeq. & deciſ. 519. n. 2. 3. & 4. & apud Duranum Epiſcopum Vrgellen. deciſ. 199. num. 8. & apud Coccinum Decanum deciſ. 464. num. 5. & num. 11. in fin. & deciſ. 212. n. 4. & in Florentina iuris patronatus de Iamfiglizijs 14. Maij 1729. coram eodem Durano Epiſcopo Vrgellen. deciſ. 385. num. 9. par. 5. diuerſorum nouiſſimarum.*

4 Sat itaque fuit Franco, ſe à medietate patronorum præſentatum fuiſſe, docere, vt gratia derogationis pro medietate iuſtificata dici poſſet, quod per eum preſtandum fuerat vt effectum ſortiri valeret. *cap. ſi proponente 42. de reſcript. cap. ſi motu proprio 23. de præ-*

bend.lib.6. Abb. per illum tex. in cap. quia circa,
6.num.3. in 2.notabili de conſanguinit.& affini-
tate. Rota deciſ.20.de præbend. in nouiſ.& apud
ſ.memor.Gregor XV deciſ.314.num.1.Macera-
ten.variar.reſolutionum lib.1.reſolut.3.num.15.
& 16.& d.reſolut.104 num.24.verſ.1. quod nõ
iuſtificauit. Rota in Vrgellen Canonicatus 21.
Maij 1593. coram Eminentiſſimo Cardinali
Blanchetto deciſ. 53. num. 3.apud Marcheſan.
par.prima fol.472.& in recentiorib.par.1.tom.
2.deciſ 707.num.1. & apud Vinianum in praxi
Iuriſpatronatus deciſ.84.num.1.& ſeq.& n.15.
& deciſ.110.apud eundem & par.5.diuerſorum
nouiſſimarum deciſ.285.num. 4.

5 Exequi proinde debebat gratia per exe-
quutorem Apoſtolicum. *ad tex. in cap paſto-*
ralis 28 §. quia verò in fin. de officio delegati.
vbi Gloſſ verbo tenetur. Quia nimirum illa,
iuſtificata, ob reuerentiam, quæ concedenti
Summo Romano Pontifici debetur, exequu-
tionem paratam obtinet, ad inſtar *l. final C.*
de edicto diui Adriani tollendo.cap.ſi capitulo 5.
vbi Gloſſ.verbo exequatur de præbend.in 6. Ro-
ta apud S.memor.Gregor XV.deciſ.221.num 2.
& apud Coccinum Decanum deciſ.373.num. 2.
apud Card.Caualer.deciſ.639.num. 1. & deciſ.
148.num.1.& deciſ.363.num.3. & in recentio-
rib.par.2.tom.2.deciſ.625.num. 2. & apud D.
Andrea deciſ.91.num.2.in impreſſis per eum. &
in Iacen Parochialis 27.Iunij 1623. corã Card.
Pamphilio deciſ.28.num.1.apud Marcheſan.par.
1.fol.449.

At fuit in poſſeſſionem inductus Francus
Beneficiorum, vigore Gratiæ Apoſtolicæ cum
6 derogatione pro medietate, iam iuſtificatæ.
Manuteneri proinde debet in poſſeſſione,
qua reperitur, & de qua docet per immiſſio-
nem ſubſequutam, & actus poſſeſſiuè factos.
Præſertim de tempore motæ litis per Mutio-
nium *l.1.ff.& C.vti poſſidet. §. retinendæ Inſti-*
tutionib.de interdict. Rota apud S. memor Gre-
gor.XV.deciſ.160.& deciſ.223.num.1. & apud
Card.Manticam deciſ.227.num 1.& deciſ.272.
num.2.& apud Coccinum deciſ. 26. num 1. &
deciſ.366.num.1.& ſeq. & in collectis per Fa-
rinac.par.4.diuerſ.deciſ. 187. & in recentiorib.
par.1.tom.1. deciſ.270. num. 1.& apud Card.
Caualer.deciſ.42.num.1. & deciſ. 54. & deciſ.
150 & 182.ſub num.4.

Neque obſtaculum faciet Mutioni poſſeſ-
ſio, quatenus quidem de illa docuiſſet, cum
alias non præſumatur, quia facti eſt. *Rota*
» *apud Card.Caualer.deciſ.419.num.1.cap.cum*
» *noſtris 6.* ibi; quia talis poſſeſſio plus habet
» facti, quam iuris. *de conceſſione præbendæ.*

Eſt quippè poſterior, turbatiua, & clande-
8 ſtina, atque tandem attentata; antefertur pro-
ptereà ei Franchi poſſeſſio antecedens. *cap.*
licet cauſam 9.§.ex præmiſſis autem vbi Doctor.
& ſilu.num.9.verſ. ad iſtam tertiam cauſam
deprobat.Doctor.in d.l.1.vti poſſidet.Bart.in l.ſi
duo 2.nu.4.ff.vti poſſidet.Afflict.deciſ.324. n.8.
Rota par.1.diuerſor. deciſ 27. num.7. & deciſ.
802.num.1.& par.4.diuerſor.per Farinac.deciſ.
171.num.2.& apud S. memor.Gregor. XV. de-
ciſ.6.num.3.& deciſ.9.num.5.& deciſ.40.nu.2.
Maceraten variarum reſolut.lib.1 reſol.66.n.7.
Rota in recentior.par.1 tom.1. deciſ.225. nu. 4.
9 vbi potiſſimum poſſeſſionis meminit at-
tentatæ, quæ manutenibilis nequaquam
eſt; neque impedimento eſſe poteſt, quin
anterior manuteneatur. *Rota apud Cocci-*
num deciſ.14. num.7. & deciſ. 239. num. 1. &
ſeq.apud Card.Caualer. deciſ. 267. num. 5. &
deciſ.478.n.1.& 2.apud Verallum deciſ. 353.n.
2 par.2.apud Card. Manticã deciſ 72.n 5. apud
eundem Coccin.Decanum deciſ 314 n.5.& de-
ciſ 325.n.2. & deciſ.353. n.3. & apud Durantẽ
10 *Epiſcopum Vrgellen.deciſ.4 n.7.* Etiam quidẽ
ſi prima eſſet inſtrumentalis, & ſubſequens
cum fructuum perceptione, apud *Gregor.*
XV.deciſ.171.n.3 vbi *Beltramin. n.3.* Ea ſanè,
neque inadæquata ratione, quia eiuſdem
rei, atque beneficij poſſeſſio apud duos eo-
dem modo, & in ſolidum eſſe minimè po-
teſt. *d.cap. licet cauſam 9.§.ex præmiſſis de pro-*
*bat.*ex verbis Innocentij III. *Rota apud Card.*
Caualer.deciſ.48.in princ.& deciſ.150.

Inſufficiens proinde, (quin ne ternuntii
quidem) Mutioni videbatur replicatio:
fuiſſe ipſum decreto eiuſdem Domini Vi-
carii Delegati in poſſeſſionem immiſſum.

Nimirum, quòd neque decretum, neq.
poſſeſſio ipſa (ſi verè Mutiano data fuit)
Francum ſua anteriori poſſeſſione priuare,
11 ac ſpoliare potuit. Quia profectò, ni iudex
ritè, rectèque proceſſerit, per ſuum factum,
quod partis factum æſtimatur, Aduerſariũ
haud ſua priuat antecedenti poſſeſſione.
l.fin.C ſi per vim.vel alio modo.l.fin. C. commi-
nationes.vel epiſtol. Aymon. conſ 18. n 8. Rota
apud Verallum deciſ.11 .par.1.& par.1.diuerſ.
d.deciſ.270.n.2.Mariſcottus variar reſolut. lib.
2.cap.6.n.7.Rota apud Card Caualer.deciſ.171.
n 8.& deciſ 328.n.1.& 537.n.1.2.& ſeq.& de-
ciſ.470.num.4.apud Coccinum deciſ 97.num. 1.
apud ſanctæ memor.Gregor XV. deciſ 198.nu. 2.
deciſ.209.num.2.& deciſ. 336. & 362. num. 4.
& in Romana vineæ 28.Nouembris 1611. corã
Card.Sacrato.deciſ.2.num.4. & in Romana vi-
neæ 28.Nouembris 1611. coram Card. Sacrato.
deciſ.2.num.4 in impreſſis per Zacchiam ad Gal-
leſium de obligat.Camer Rota Maceraten. apud
Marcum Antonium Thomati deciſ.15. num. 17.
& deciſ. 16. num. 2. Quamuis quidem exe-
12 quutor, & Delegatus fuerit Apoſtolicus.
Rota in recentiorib.par.1.tom.1.deciſ.270. nu.3.
& par.2.tom.1.deciſ.147.num 4. & deciſ. 171.
num.4.& deciſ.187.num.3.par. 4. diuerſor. per
Farinacium.Mariſcottus d.cap.6.n. 3.

Præterea fuerat poſſeſſio attentata, intra
decẽ dies ad appellãdũ cõceſſos, data. Neq;
13 enim merus ille exequutor fuit, ſed mixtus, ob
clauſulam (*vocatis vocandis.*) Debuit propte-
rea

rea in forma iudicii procedere, Franco, &
aliis intereſſe habent, buſcitatis, atque ab
eius ſententia appellatio dabatur, & ipſe
14 appellationi deferre tenebatur. Quia (Ae-
depol) non debet, qui in poſſeſſione repe-
ritur Beneficii, ita infirmi eſſe iudicii, vt ad
verbum mixti exequutoris ius ſuum dere-
linquat. vt Rota loquitur apud *Cardin. Se-
raphin. deciſ. 1045. n. 2. & ſeq. Rota etiam par. 1.
diuerſ. deciſ. 6. n. 1. & ſeq. & apud Cardin. Man-
ticam deciſ 324. n. 3. atque in recentiorib. p. 1. d.
deciſ. 225. n. 3. & apud s. memor. Gregor. XV. de-
ciſ. 91. n. 1. 2. 3. & 4. & deciſ. 251. n. 2. & deciſ.
339 nu. 4 & deciſ. 413. vbi etiam Beltramin.
Garſias de benefic par. 6. tom. 1. cap. 2. n. 110. 111
& 112. & 118* quo loco refert Rotæ quoq.
deciſionem in terminis in vna *Vercellen be-
neficij 17. Decembris 1593. coram Orano. idem
Garſias par. 9 cap. 4. n. 16. & 17.*
15 Cæterum iam antea ipſe Dominus Vica-
rius, etiam vti Apoſtolicus Delegatus pro
Franco ſententiam tulerat, eumque in poſ-
ſeſſionem induxerat: functus proinde ſuo
fuerat officio. Eius itaq. non erat amplius
datam ſententiam reuocare, ſiue bene, ſiue
malè pronunciaſſet. *tex. in l. Paulus reſpondit
42. & l. Iudex poſtea quam. 51. ff. de ſentent. &
re iudicata. cap. cum ceſſante 60. vbi Abb. in 2. no-
tab. n. 3. de appellat. cap. in litteris. 9. de offic. de-
legati. Gloſſ in l. quod iuſſit. 14. ff de ſentent. & re
iudic. Vantius de nullitate tit. de nullit. ex defe-
ctu iuriſd. n. 114. fol. mihi 92. Maceraten. variar.
reſolut. lib. 1. reſolut. 26. n. 12. & reſolut. 72. n. 3.
Rota apud ſ. memor. Greg. XV. deciſ 486. n. 8. idē
Vantius tit. coram quo poſſit, & debeat nullitas
proponi n. 3. fol. 14. Meus Maranta in ſpeculo. 4.
par. tit. 5 diſtinct iudiciorum. an ſit iudicium or-
dinarium, vel delegatum, in 22. differentia n. 52.
verſ. quod autem reuocandum. Barboſa in col-
lect. ad dictum capit. in litteris 9. n. 3. de offic. de-
legati D. Franciſcus del Caſtillo ſiculus deciſ. 58
n. 1. p. 1. Riccius Epiſc. in praxi p. 1. reſol. 418. &
reſol. 572. in collect. p. 5. collect. 1474. verſ. 4. li-
mita in delegato. Afflict. deciſ 215. n. 1. verſ. nā ſpe
cialc eſt in Principe. Surd. cōſ. 288 n. 1. vol. 2.* qui
n. 20. declarat, hoc præſertim procedere in
ſinitiua ſentētia, eſto etiam Ordinatius fue-
rit, quem ſequitur *del Caſtillo d. deciſ. 58. n. 2.*
Neque obſtabat Mutioni replicatio; pro-
ceſsiſſe dictum Vicarium vti Delegatum
ex nouis Bullis ſanctiſsimi, Derogationis
pro medietate.
Præterquam quod enim ex hoc magis,
magiſque Bullæ prędictæ ſubreptionis, ob-
17 reptioniſque vitio notantur (quòd obije-
cit Franchus.) Quia nimirùm debuerat
Mutionus meminiſſe ſententiæ iam latę
pro Frāco, atq. ꝙ in poſſeſsionem immiſ-
ſus fuerat vi alterius Breuis Apoſtolici de-
rogationis pro medietate. *cap. inter dilectos.
6. vbi Gloſſ. verbo mentio de fide inſtrument. c.
cum noſtris 6. vbi Gloſſ. verbo falſi ſugeſtionem
de conceſſione præbend. Felin. in cap. ſuper litte-
ris 20. in 7. regula. n. 14. de reſcripsis. Bellamera
deciſ. 4. de reſcripti. Guido Papa conſ. 139 n 1. Ro
18 ta apud Card. Caualer. deciſ. 92. n. 2.* Vnde eſt,
quòd, ne dum litterę delegationis vitio in-
fectæ fuere; verum & proceſſus omnis inde
ſequutus eodem commaculatus vitio fuit.
*d. cap. cum noſtris. cum Gloſſ d. verbo falſi ſug-
geſtione Geminian. conſ. 117. in quæſtione ver-
tente inter Paulum. n. 12. Aymon. conſ. 68. n. 2.*
19 Potiſsimum verò quod ſententia ipſa
pro Franco ab Vicario Exequutore lata iu-
ſtificationis gratiæ derogationis pro me-
dietate, & immittendum eſſe in poſſeſsio-
nem, nullo præſertim legitimo exiſtente
contradictore, (neq. etiam ipſo Mutiono)
in iudicatū tranſierat. Et quod ab ea appel-
20 latū minimè fuerat. *c. Romana 3. § ſi verò de
appellationib. in 6. Authent. hodie C. de appella-
tionib. Rota p. 2. in recētiorib. dec. 666. n. 1.* Et ꝙ,
quatenus appellaſſe Mutionus pretendat,
quādo exequutor in poſſeſsionem Frāchū
induxit; id tamen poſt tempora fuit ad ap-
pellandum indulta. vnde acquieſcentia in-
ducitur, neque appellatio proficit. *d. cap. Ro-
mana. 3. § ſi verò vbi franc. n. 7. de appellationib.
in 6. Rota apud Card. Seraphin. deciſ. 422. n. 5. &
apud Coccinum deciſ. 456. num. 1. & 2. & apud
Card. Caualer. deciſ. 516. n. 2. Hieronym. Mago-
22 gonius Rotæ Lucenſ. deciſ. 67. n. 3.* Tum etiam
quòd quatenus etiam legitimè appellaſſet
neque tamen illam proſecutus fuit, vnde
deſerta habetur, ac ſi minimè appellaſſet.
*cap. ab eo. 6. de appellat. in 6. clement. ſi appella-
tionem 6 eod. tit. l. fin. §. vltim. C. eod. tit. Caſſa-
dor. deciſ. 4. de appellat. Verallus deciſ. 31. & 32.
par. 1. Rota apud Creſcent. deciſ. 7. de ſent. & re
iudic. & deciſ. 2. de appellat. apud Card. Manti-
cam deciſ. 272. n. 7. & deciſ. 276. num. 1.* Neque
Mutionus ipſe per appellationis remedium
nunc venit; neque eo nititur, ſed nouæ gra-
tiæ per Bullas derogationis pro medietate;
23 vt ſibi imputare debeat, quod negligens
fuerit, ſi venerit germanus eius, & per ſimi-
lem gratiam eum præuenerit, benedictio-
nemque eius præoccupauerit. (iuſtè qui-
dem, non fraudulenter) quamuis hoc ipſe
exiſtimet, iuxtà iudicium, quod de Iacob
Patriarcha, fecit, nec iuſtè, Eſau, qui primo-
genita ſua eidem vendiderat. *Geneſis 27. 36.*
ad *tex. in cap. ex parte 30. vbi Gloſſ. verbo incu-
ria de conſuetud. l. pupillus 24. §. fin. ff. quæ in
fraudem creditor. §. quorum inſtitut. in præmio.
Rota apud Card. Manticam. deciſ. 49. n. 13. Nos
reſponſ. 2. n. 21. & reſponſ. 11. n. 8. par. 1.*
24 Nihilhominus tamen, neque poterat di-
ctus Vicarius, qui Frācum in poſſeſsionem
induxerat ex ſimili gratia derogationis pro
medietate (iuſtificata illa iam per probatio-
nem, ſe ſaltim à medietate patronorum
(ſicuti à maiori parte etiam oſtendit) præ-
ſentatum fuiſſe, illaque iam exequuta;) à le-
gi-

gitima cum poſſeſsione remoueresin illāq.
Mutionum inducere, ex ratione ſatis fun-
damentali, quam affert Innocentius III.
Baſilenſi Epiſcopo, & Abbati Sanctæ Ma-
„ riæ ſcribens in *d.cap. cum noſtris. 6. de conceſ-*
„ *ſione prębend. Cum præpoſitura illa*(dicens)*non*
vacaret. talium *de facto.* vt eodem textu ha-
betur, vbi *Gloß.* notabiliter ad rem noſtram
„ *verbo non vacaret, in fin.* dicens: *Sic poſſeſsio*
„ *non dicitur vacua, quam alter quocunque modo*
poſſidet, vel detinet. tex. quoque ſatis apertus
eiuſdem Innocentij III. Archidiacono Ri-
chemundiæ *in cap. poſt electionem. 7. §. fin. de*
conceſsione præbendæ. ſequentibus decernen-
tis, ex ratione, quam affert, vt decernat: *Et*
„ *quod inſtitutione facta per ipſū ſecūdū iuris ordi-*
„ *nē minimè reprobata, Archidiaconatus nō vacās,*
„ *nō potuit, nec debuit in aliū transferri.* Non po-
tuit igitur Archidiaconatus non vacans in
alium tranferri. *Rota apud Card. Caualer. de-*
ciſ.173.n.3. Non valuere proinde litteræ ſe-
cundæ per Mutionum extortæ, non facta
memoria de ijs, quæ acciderant, & quæ fa-
25 cta fuerunt pro Franco; vnde nullæ, atq.
inualidæ illæ fuere, nullamque iuriſdictio-
nē Delegato tribuere, quod aduertit quo-
que *Gloſſ. d. verbo non vacaret. in d. cap. cum*
noſtris. & ibid. Abb. n. 7. 13. & 20. At ſatis, ſu-
perque erat Frāco, ſe per exequutoris Apo-
ſtolici ſentētiam in poſſeſsionem Beneficij
26 inductum fuiſſe, vt iuſtè poſſidere intelli-
„ geretur. ex Pauli verbis in *l. iuſtè 11. ff. de ac-*
„ *quirend. poſſeſsione. Iuſtè poſsidet,*(dicentis)*qui*
authore Prætore poſsidet. & ſequuta fuit Rota
apud *Card. Manticam d. deciſ. 271. n. 3.* & in hi-
ſce noſtris terminis, quòd poſſeſſor immiſ-
ſus vigore gratię, videatur iuſtè immiſſus, vt
nec poſsit à poſſeſsione remoueri; ſequuta
fuit eadem Rota apud *Duranum Epiſcopum*
Vrgellen deciſ. 12. n. 5. Haud itaque vacabat
Beneficium cum Mutionus ſuam præſen-
tauit gratiam, ſuper aſſerta vacatione fun-
damentum habens. Non poterat proinde
ex hac Mutioni gratia iuriſdictionem nan-
ciſci Vicarius præfatus. probatur ſatis aper-
tè per dictum *tex. cap. poſt electionem 7. de*
conceſſione præbend.

Quin (fac etiam Vicarium per has nouas
à Mutiono præſentatas Bullas iuriſdictio-
nem nactum fuiſſe) neque tamen pro illo
iudicare potuiſſet, cùm non vtique, ſe à
medietate patronorum præſentatum fuiſ-
ſe, iuſtificaſſet, quod pręſtare debebat, vt in
27 ſuperioribus oſtendimus alioquin; in caſsū
gratia illi cederet derogationis. *Maceraten*
d. reſolut. 104. n. 24. verſ. 1. quod non iuſtificauit.
& d. reſolut. 3. nu. 15. & 16. aliique ſupra per
nos relati.

Et nihilominus neque poterat. Quippè
quòd pro Franco, ne dum erat integra Me-
dietas patronorum ex vna parte; verum &
pro altera quatuor quoque voces, ex ſex,
pro ſe haberet, vt oſtendimus in ſuperiori-
bus. Impoſſibile igitur factu erat, Mutionū
integram pro ſe medietatem obtinere, à
duobus tantummodo præſentatū, qui pro
integra medietate præſentandi, poſſeſſionē
non habebant, illa pro quatuor alijs fratri-
bus exiſtente, ad regulam *tex.* ſatis apertam
in cap. licet cauſam 9. §. ex præmiſſis in fin. extrà
„ *de probationib.* ex ratione eruta Innocentij
„ III. *Cum duo inſimul*(dicentis) *eandem rem, &*
„ *eodem modo inſimul poſſidere non poſſint.* Di-
ctumq. fuit in his noſtris terminis apud *S.*
memor. Gregor. XV. deciſ. 453. num. 3.

Ne teruntij proinde faciendum erat,
quod aſſeruerit Vicarius Delegatus: veri-
ficaſſe Mutionum narrata omnia in gra-
29 tia. Nimirum quod gratis id aſſerebatur,
cùm ex actis non probaretur, ex quibus
probari oportebat. ad *tex.* ſatis apertum *in*
cap. quoniam contrà xi. de probationibus. Cre-
ſcentius deciſ. 3. num. 2. de fide inſtrument. Rota
apud S. memor. Gregor. XV. d. deciſ. 413. n. 1.
30 Neque ſola ipſa Vicarij delegati aſſertio
id præſtare poterat, cum ei fides in hoc mi-
31 nime habeatur; ſicuti neque Epiſcopo aſſe-
renti, ſolemnitates interceſſiſſe in aliena-
tione rei Eccleſiæ; niſi aliunde de illis do-
ceatur, iuxta Doctrinam *Bart. in l. ſi fortè. ad*
fin. ff. de caſtrenſi pecul. & in auth. ſi quis in ali-
quo documento num. 12. ibidemque Decius n. 36.
C. de edendo. Aymon. conſ. 175. num. 2. dictum
fuit apud *Card. Seraphin. part. 1. diuerſorum*
deciſ. 752. nu. 2. & 3. & ſequuta fuit eadem
Rota *apud Card. Caualer. deciſ. 439. num. 6. &*
part. 2. tom. 1. in recent. deciſ. 235. num. 4. quam
ſequuta quoque fuit Rota *in Ferrarien Ar-*
chypresbyteratus 26. Iunij 1628. coram Domino
Coccino Decano deciſ. 197. num. 50. 51. & 52.
par. 5. diuerſorum nouiſſimarum.

Neque dicat Mutionus iam iuſtificaſſe
integram medietatem, ex decreto eiuſdem
Vicarij, qui pronunciauerat: Nullum ius
fuiſſe prædictis, Nicholao, Agnello, Paulo,
& Cæſari, qui hæreditati nuncium paternæ
iam antea miſerant; ſolis Bartholomæo &
Gabriele adheuntibus illam; ad illos pro-
32 inde vti hæredes ius præſentandi transfu-
ſum fuiſſe. *Abb. in cap. cùm ſeculum 13. num. 4.*
& 5. de iure patronat. Couar. *variar. reſolut. lib.*
2. cap. 18. num. 6. Peregrin. de fideicommiſſis. art.
6. num. 37. diximus *repouſ. 16. num. 17. part. 2.*

Preterquàm quòd enim decretum hoc
nullo inſtante ex ijs, qui ad ius præſentandi
prætendere poſſent, neque Gabriele, neque
Bartholomæo, ſed gratis interiectum fuit.
33 Cum alioqui iudex non niſi petenti ſuum
tribuat officium. argumento verborum
„ Vlpiani *in l. 5. §. hoc autem iudicium.* ibi: ſi po-
ſtulatum eſt *ff. de damno infecto. Roland. à Val-*
le conſ 83. num. 11. lib. 1. Papazonus in additio-
nib. ad deciſ. 23. Rota in nonis de reſcript. nu. 13.
Rota apud S. memor. Gregor. XV. deciſ. 503. n. 4.
Ma-

Marius Giurba deciſ.13. nu. 7. & 8. Rota apud
Martinum Andreæ deciſ.4.num.1.& 2.
34 Nihilomious fuit decretum præfatum
nullum, vt puta latum in petitorio, neque
audita, neque citata prædicta Domina An-
na Piſano intereſſe habente fundatum in
negotio, ad tex. in l. de vnoquoque 47. ff. de re
iudicata. cap.2. de teſtib. & in materia benefi-
ciali loquens, atque diſponens. tex. in cap. li-
cet Epiſcopus 28. cum Gloſſ. verbo te non voca-
to de præbend. in 6. cap. exhibita 19. vbi Gloſſ.
verbo euocandi de iudic. extrà. Meus Maranta
in ſpeculo 6. par. in 1. membro Iudic. de citatione.
n.2. Duegnas reg.92.n.1. Cotta in memorabilib.
verbo citatio partis. Rota p.1. diuerſor. deciſ.167.
n.3. & 5. & deciſ.802.n.8. & apud Farinac. par.
4. diuerſor. deciſ.172. nu.3. & apud Card. Sera-
phin. deciſ.1395.n.7. verſ. nec fuit citatus. & ſe-
quuta fuit Rota in d. Ferrarien. Archipresby-
teratus 26. Iunij 1628. corã Coccino Decano de-
ciſ.197. n.54. par.5. diuerſorum nouiſſimarum.
Quòd fulcitur ratione ex textu eruta in l.
35 fin. in fin. C. ſi per vim vel alio modo, Quia ne-
„ gotiorũ merita partiũ aſſertione pãduntur. & di
xit quoque Innocentius III. in cap. cum ex
litteris 5. §. Tandem deliberatio noſtra. de in in-
tegrum reſtitut. Hinc ſanè fit, neque illibera-
liter, ſententiam parte non citata latam, nul
lam, atque inualidam æſtimari, neque affi-
36 cere non citatum; Principis quamuis pro-
nũciatio eſſet, ne dum Delegati ab eo. Cle-
ment. paſtoralis.2. § cæterum defectus. de ſentent.
& re iudicata. cap. inter quatuor 8. vbi Gloſſ. ver
bo citati. de maiorit. & obed. Innocent. in cap.
humilis. fin. n.1. & 3. de maioritat. & obed. Ma-
ranta d. membro 1. Iudic. in 6. part. n.70. Vantius
de nullitat. tit. an quælibet ſententia n.14. fol.34.
Bald. in l. ab eo 3. n.17. C. quomodo, & quando
Iudex. Put. deciſ.92. lib.3. Achilles dec.3. de ſent.
& re iudicata. Rota in Viterbien bonorum. 1591.
coram Orano deciſ.87.n.4. in fin. ad calcem tom.
1. conſil. Farinac. & in recentiorib. par.1. deciſ.
409.n.1. in fin. apud s. memor. Gregor. XV. deciſ.
467.n.3. apud Card. Caualer. deciſ.328. n.2. &
deciſ.353. n.3. & deciſ.396.n.2. & apud Coccinũ
Decanum deciſ.449.n.1. Surd. deciſ.256. n.15.
Neque ſuffragabatur Muriono, citatũ fuiſ-
ſe D. Carolum Pyrrum dictę D. Annæ pro-
curatorem.
37 Nimirum, quòd de mandato legitimo
procurationis nequaquam in actis conſta-
bat, quod ſatis ſuperque erat, vt decretum
præfatum ex dicto citationis defectu nullũ,
diceretur. Vantius de nullitate ex defectu man-
dati n.62. fol.148. Rota apud Coccinum deciſ.28.
n.1. & deciſ.466.n.3. & 4. & in recent. p.2. de-
ciſ.754 num.1.
Quatenus verò de mandato aliquo con-
ſtaret modo, illud ſanè fuerat ad pręſentãdũ
38 dictum D. Ceſarem Francum; Quam ob
cauſam ob factam iam præſentationem ex-
tinctum fuerat, atque finitum. ad tex. in l. ſi
arrogati 14. ff. de tutelis. §.1. & ſeq. inſtitut. qui-
bus modis tutela finitur. Vantius d. tit. de nullita-
te ex defectu mandati n.175. fol.169.
39 Decidit proinde iudicium, ac conſequẽ-
ter decretum, ſiue ſententia cum prætenſo
procuratore, mandatum non habente, in-
ſtitutum, l. licet 24. C. de procurator. quamuis
poſt ſententiam de huiuſcemodi obijcia-
tur defectu. cap. in noſtra. 4. §. fin. de procura-
torib. extra. quo loco ſequentibus rem hanc
aperit Innocentius III. Cabilonen, & Cata-
„ lanen Epiſcopis ſcribens: Attendentes etiam,
„ (inquiendo) quod falſi procuratoris exceptio,
„ non ſolum ante ſententiam; verum etiam poſt-
„ modum poteſt obijci, vt puta qua probata, iudi-
„ cium nullum, & nullius momenti controuerſiæ
reputantur. Sic ille. Vantius de nullitate ex de-
fectu mandati n.59 fol.147. Rota d. deciſ.745.n.
in recentioribus par.2. tom.2.
Verùm eſt aliud quid, quod Mutiono
obſtat. Quia profecto Orlandus Francus
etiam ab anno 1604. veluti etiam, à quo
ipſe cauſam habebat per ceſſionem) Scipio
Miccius ab anno 1585. in poſſeſsione paci-
fica erant præſentandi ex perſona dictorũ
40 Agnelli, Nicolai, Pauli, ac Cęſaris. Suffi-
ciebat propterea Cæſari Franco, ſe ab exi-
ſtentibus in poſſeſsione, vel quaſi præſenta-
tum fuiſſe. tex. in d. cap. conſultationibus 19. de
iure patronat. vbi Abb. in vltimo notab. & cap.
ex litteris 7. n.3. eod. Paulus de Cittadinis de iu-
re patronatus. p.6. art.3. q.38. n.64. Nicholaus
Delphinal. eo. tract. num.190. Rocchus de Curte
tract. part verbo competens q.16. n.35. Lamber-
tin. p.1. lib.2. 3. q. princip. art.19. n.3. Lapus alle-
gat.95.n.2. in fin. Puteus deciſ.228.n.2. lib.2. &
deciſ.90. lib.3. Mothedan. deciſ.9. n.2. de cauſa
poſſeſſ. & proprietat. Achilles deciſ.1. de iure pa
tronat. Creſcent. deciſ.9. nu.1. eod. tit. Rota apud
Card. Seraphin. deciſ.875.n.3. & deciſ.884. n.3.
& deciſ.1334.n.7. & 8. & in recentiorib. par.1.
d. deciſ.224.n.1. & deciſ.347.n.1. & apud s. me-
mor. Gregor. XV. deciſ.349.n.1. apud Card Mã-
tic. deciſ.86. n.1. Vincent. de Franchis deciſ.85.
n.2. Mariſcottus variar. reſolut. lib.1. cap.55. n.
12. Maceraten. lib.1. d. reſolut.104. num.7. Rota
apud Card. Caualer. deciſ.55. n.4. & deciſ. 197.
num. 4. & deciſ. 382. num. 1. 2. & ſequent.
& deciſ.395.n.1. & 2. & part.5. diuerſorum de-
ciſ.362.n.1. & 4.
Si verò ſpectaniſſet, nec ne ad dictos
Agnellum, Nicholaum, Paulum, & Cæſarẽ
ius præſentandi, quod hæreditati paternæ,
41 nuncium miſiſſent, id ſane petitorium pe-
tebat, quod nihil comune cum poſſeſſo-
rio obtinet. ad tex. in l. naturaliter 12. §. nihil.
comune ff. de acquirend. poſſeſsion. Mohedan. d. de-
ciſ.9.n.2. in fin. de cauſa poſſeſsion. & propriet.
Cæſar de Graſsis deciſ.1.n.3. de reſtitut. ſpoliat.
Gigans conſ.48.n.47. Rota apud Farinac. par.4.
diuerſor. deciſ.187. num.4. Maceraten. d. reſolut.
104. n.6. lib.1.

42 Tur-

42 Turbare haud igitur poterat Mutionus
dictæ D. Annæ poſſeſsionem. *Polidor. Ripa*
ſingularium obſeruationum obſeruat. 201.*nu.*4.
43 At replicabat ipſe, non fuiſſe in poſſeſ-
ſione D. Annàm præfatam ex propria per-
ſona præſentandi (quamuis hæres quondã
Orlandi eius Viri) cùm in illam poſſeſsio
translatá minime fuerit ſine attuali appræ-
henſione. *l. cum hæres 23. in princ. ff. de acquir.*
poſſeſſ. Afflict. decis. 167. *num.* 3. *Vincent. de*
Franch. decis. 109. *num.* 1. *Achilles decis.* 5. *de*
cauſa poſſeſſion. & proprietat. ſequuta fuit
Rota *apud S. memor. Gregor. XV. decis.* 222. *n.* 6.
& decis. 417. *n.* 7. *& in Ianuen Iuriſpatronatus*
corã Litta 1603. *par.* 2. *n.* 4. *apud Marcheſ. f.* 518
& apud Coccinum decis. 464. *num.* 3. *Macera-*
ten. d. reſolut. 104. *num.* 5. *& in Lunen Sarzanen*
Beneficii 31. *Maij* 1627. *Coram Durano Epi-*
ſcopo Vrgellen. decis. 110. *nu.* 20. *apud Viuian. de*
iure patronat. quæ eſt in impreſsis apud ip-
ſum *decis.* 87. *num.* 20.

Verum ſubmouebatur obiectum, quòd
dicta D. Anna iam facto poſſeſsionem ap-
prehenderat Cæſarem filium præſentando,
44 quæ præſentatio fructus eſt Iuris patrona-
tus, *Gloſſ in cap. cum olim.* 14. *verbo capitulo in*
fin. de maioritat. & obedient. Abb. d cap. ex lit-
teris 7. *num.* 3. *de Iure patronat. Paulus de Citta-*
dinis d. art. 3. *q.* 38. *n.* 64. *in fin. Alexand. conſ.* 75.
num. 42. *vol.* 4. *Caſſador. decis.* 7. *num.* 15. *de cau-*
ſa poſſeſſion. & proprietat. & decis. 3 *num.* 4. *in-*
fin. de Iurepatrouat. Abb. conſ 54 *num.* 2. *par.* 1.
Rota decis. 7. *de Iurepatronat. in nouiſ. num.* 1.
& apud Card. Manticam decis. 140. *num.* 5. *Ale-*
xander Raudenſ. variar. reſolut. cap. 19. *nu.* 27.
Marius Muta decis. 72. *nu.* 6. *Gratianus Forenſ.*
part. 3. *cap.* 577. *num.* 6.
45 Potiſſimum verò, quòd præſentatio per
Iudicis Delegati decretum, qui etiam or-
dinarius erat, Vicarius Generalis Epiſcopi
Auerſanen, effectum iam ſuum viderat,
Inſtituto Cęſare, atque in poſſeſsionem im-
miſſo, qui ſane actus perfectus dicitur &
vnus ſat erat, vt manuteneri D. Anna poſſet
in poſſeſſione Iuris præſentandi, per Cal-
derinum conſ. 13. *in fin. verſ. patet etiam de Iure*
patronat. Ripa in cap. cum Eccleſia Sutrina nu.
91. *cum ſeq. de cauſa poſſeſſ. & proprietat.* quem
ſequuta fuit Rota *apud Seraphin. decis.* 713.
num. 1. *par.* 1. *diuerſorum & in Papien. Iuriſpa-*
tronatus 18. *Iunij* 1593. *coram Card. Blanchetto*
decis. 525. *par.* 4. *diuerſ. & in d. Lunen Sarza-*
nen 31. *Maij* 1627. *coram Durano decis.* 110.
num 8. *apud Viuian. de Iurepatronat.* & apud
ipſum *d. decis.* 87. *num.* 8. *& part.* 5. *diuerſorum*
d. decis. 285. *num.* 2. *Gonzalez ad* 8. *regulam*
Cancellar. Gloſſ. 45. §. 2. *num.* 29. *Garſias de Be-*
nefic. part. 5. *cap.* 5. *num.* 59. *Claudius Tutius q.* 3.
de Iure patron. num. 13.

Neque obſtaculum faciebat; Vicarium
præfatum quando Cæſari decretum dedit
de immittendo ad præſentationem D. An-
,, næ, dixiſſe; *Saluis Iuribus circa ius præſentan-*
,, *di quoad perſonas Agnelli, Nicholai, Pauli &*
,, *Cæſaris.*
56 Hoc porrò petitorium reſpiciebat. Quã
ob cauſam, ſat erat Cæſari Inſtitutum fuiſ-
ſe ad præſentationem d. D. Annæ, quæ in
poſſeſsione, vel quaſi erat præſentandi, vt
amoueri nullo alias pacto potuiſſet ab ip-
ſo Beneficio, quamuis poſtmodum decla-
ratum fuiſſet ad prædictos Agnellum, &
alios Ius pręſentandi non ſpectare. *ad tex.*
ſatis apertum in *d. cap. conſultationibus* 19. *de*
Iure patronat. ſequentibus nempè Alexan-
der Tertius Abbati S. Alberti ibidem re-
,, ſpondet. *Si aliquis Clericus ab Ordinario Iu-*
,, *dice in Eccleſia fuerit inſtitutus ad præſentatio-*
,, *nem illius, qui eiuſdem Eccleſiæ credebatur eſſe*
,, *patronus, & poſtea Ius patronatus alius euicerit*
,, *in Iudicio, Inſtitutus non debet ab ipſa propter*
,, *hoc remoueri; ſi tempore præſentationis ſuæ, ille,*
,, *qui eum præſentauit, Ius patronatus Eccleſiæ*
,, *poſſidebat.* Rationemque reddit *Gloß.* ibidem
,, *verbo remoueri. Quia quod legitimè factum eſt,*
,, (dicens) *non debet irritari, licet ad eum caſum*
,, *deueniat, à quo incipere non poſſit.* ſequitur
,, *Abb. in d. cap. ex litteris num.* 3. *cum Gloſſ. fin. de*
,, *Iure patronat. tex. cum ſua gloſſ. in d. cap. cum*
olim 7. *de cauſa poſſeſſionis & proprietat. Paulus*
de Citadin. d. q. 38. *num.* 64. *Rocchus d. verbo cõ-*
petens q. 16. *num.* 40. *Lapus d. allegat.* 95. *nu.* 2.
in fin. Fredericus de Senis conſ. 234. *ſuper primo*
dubio num. 4. *verſ. ad ſecundum dubium. Mo-*
nald. conſ. 47. *num.* 3. *vol.* 2. *Mariſcott. d. cap.* 55.
num. 12. *& num.* 50. *Franciſcus de Ponte conſ.*
1. *num.* 42. *lib.* 1. *Gonzal. d. Gloſſ.* 45. §. 2. *num.* 8.
47 *& ſeq.* rationem referens, quia cum præ-
ſentatio fructus ſit Iuris patronatus (vt pau-
lo antè diximus) qui ad poſſeſſorem ſpe-
ctat, iam ille per præſentationem conſum-
ptus dicitur *Rota in recentiorib. par.* 1. *tom.* 1.
decis. 374. *num.* 2. *& ſeq.*

Hinc ſanè eſt, quod & ad pedem (vt dici
ſolet) huic noſtro negotio accommodatum
eſt. dixitque Suidas Platonem citans,
,, *Vt hoc meo negotium quadrat pedē.*
48 quòd ſi præſentatus ad Beneficium Iuris
patronatus, Pontificem adeat pro deroga-
tione; & interim Patroni variantes (ſaltim
cumulatiuè) aliũ præſentẽt corã ordinario,
qui illum inſtituat, redeũte poſtmodũ illo
primo cum gratia derogationis; illius litte-
ræ euaneſcunt, neque Inſtitutus amo-
uetur amplius. *Lambertin. de Iure patronat.*
lib. 2. *par.* 3. *q.* 9. *princ. art* 33. quem ſequitur.
Viuianus eodem tractatu in praxi lib. 14. *cap.* 1.
num. 118. *&* 119.

Cæterum (fac fuiſſe, Agnellum, Nicho-
laum, Paulum, & Cæſarem hæreditati pa-
49 ternæ renunciaſſe) cùm tamen alij fratres
præſentationibus iam antea per Scipionem
Miccium, atque per Orlandum factis, ac
nouiſſe per D. Annam non obluctarint; ſed
annuerint, illoſque admiſerint; ſibi præiu-
dicium intulere; vt ſibi imputare debeant,
quòd

quòd diligentiores non fuerint,illoſque nõ
repulerint. Doctrina eſt ſatis ad rem noſtrã
ſedens, *Calderini conſ. 20. de Iure patronat.*
quem ſequitur,*Ripa d.cap.cum Eccleſia Sutri-
na num.93. circa fin.verſ. ſexto requiritur de
cauſa poſſeſſ.& propriet.Rota apud S. mem. Gre-
gor.XV.d.deciſ.517.num.5.& deciſ.452.nu.15.*
50 Etiam ſi præſentatio facta, effectum per
Inſtitutionem conſequuta nequaquam
fuerit,cum inter compatronos agatur, qui
ſibi præiudicare potuere. *Rota par. 2. in re-
cent.deciſ.174.num 3.& 4. & in d. Lunen Sar-
zanen coram Durano deciſ. 110. num. 7. apud
Vivianum,& 87.num.7.* apud ipſum.

Ad nouum tandem confugit Mutionus
effugium,iurè ſe depræhenſum, (quin non
compræhenſum)dignoſcens,ſe anteriorem
eſſe in data Bullarum gratiæ derogationis
pro medietate:præferendum proinde.

Præter quàm quod enim (vt inſuperio-
ribus diximus) à gratiæ effectu excluditur,
cùm à medietate compatronorum ſe præ-
ſentatum nec docuit, nec docere potuit;
quod præſtare debebat,cum Iuſtificari gra-
tia præfata Apoſtolica debuerit, vt dictum
quoque fuit *in d.lumen Sarzanen num. 16.
apud Duranum.*
51 Nihilominus tamen (eſto anterior in da-
ta fuerit,atque dà, etiam à medietate vocũ
præſentatum fuiſſe) imputet ſibi negligen-
tiam ſuam,qua paſſus eſt,Francum, & parẽ
derogationem ante eum præſẽtare Dele-
gato, atque iuſtificare gratiam,conſequen-
terque inſtitui,& in poſſeſſionem immitti.
Audiat(quæſo)non meam, ſed Summi Põ-
tificis Bonifacij Octaui deciſionem *in cap.
duobus 14.§. ſi vero neutri de reſcript. in 6.* ſe-
,, quentibus quippe ipſe loquitur. *Si verò
,, neutri eorum, vel vtrique canonicatum contuli-
,, mus, tunc (ex quo in gratia ſunt æquales) is, qui
primò præſentauerit,erit potior in prębenda.* Sic
Summus Pontifex. At primo ſuam præſen-
tauit gratiam Francus,& primo Inſtitutio-
nem obtinuit. Cedat proinde ei Mutionus,
52 ſuæque aſcribat ſocordiæ, quòd poſterior,
habeatur. *Otium enim, & ignauia fures ſunt
temporis*, vt quidam dixit apud *Tuillium* in
præfatione ad Alciati emblemata *circa fin.*
Ab ignauia furari ſibi tempus paſſus eſt
Mutionus.Turbidam fœcem bibat neceſſe
53 eſt.*Serò tandem ſapiunt Phriges.*vt prouerbio
habetur. Vnde per quàm eleganter Fabius
54 apud Titum Liuium, Euentum,ſtultorum
magiſtrum, appellat: *Nec euentus docet hoc,*
(inquiens)*qui ſtultorum magiſter eſt,ſed ratio.*
Quid mirum ſi malo iam accepto ſapiens
factus fuerit? iuxta adagium illud. *Malo ac-
55 cepto ſtultus ſapit.* dixitque Heſiodus.
,, *Tandem ſua pœna nocentem*
,, *Conſequitur,paſſuſque ſapit, tum denique,
ſtultus.*
eſtque apud Græcanicas ſententias cæle-
bris illa;
Tum iudicant homines,vbi pœnitet.

Priùs igitur hoc cogitare debuerat Mu-
tionus, neque ſe anteiri à Franco pati. Ita
planè non pœniteret nunc, neque diceret
ſe anteriorem in data fuiſſe. At ille ante-
56 rior in effectu. Non igitur factum infectũ
fieri poterit. quod perpendit *Caputaquens
deciſ.5.par.1.* loquens in ſimili in habẽtibus
parem expectatiuam, ad terminos *tex.* præ-
fati *cap.duobus 14.Pariſ conſ.101.num.7.lib. 4.
Mandoſ.ad regulam 16.Cancellar.q 47. num.2.
& ſeq.Gonzalez ad regul.8.in proæmio § 3.n.18.
& num. 22.* ad regulam 54. Prior in tem-
pore potior in Iure. *de regul. Iur. in 6.Mace-
raten.lib.1. reſolut. 105. num. 4. & ſeq. Ioan.
Maria Nouarius in concluſionib. Iuris Pontifi-
cij concluſ.61. num. 1. Nicolaus Bellonus conſ.
72.num.10.*

Manuteneri proinde debuit in ſua poſ-
ſeſione Francus. Vti manutenendum eum
in ſua poſſeſſione authoritate Apoſtolica
mihi commiſſa pronunciaui. Ac conſe-
quenter reuocaui attentata quæcumque
per dictum D. Vicarium,maleque per eum
Iudicatum fuiſſe pronunciaui 3. Nouem-
bris.1625. manu Notarij Anelli Rotundi
Clerici Neapolitani, Curiæ Archiepiſco-
palis Neapolitanæ Scribæ; quem in hac
cauſa pro Notario aſſumpſeram.

CAROLVS MARANTA V.I.D.
Aduocatus Delegatus Apoſtolicus.

Voluit melius de iuribus ſuis experiri
Mutionus, atque per appellationem cau-
ſam Epiſcopo Caſertano committi obti-
nuit,à quo,auditis partibus, mea ſententia
confirmata fuit: Et Francus liber à mole-
ſtijs in ſua poſſeſſione perſeuerauit, vt per-
ſeuerat. At Mutionus non multo poſt vlti-
mum vidit terminum, vitæque diem clau-
ſit. Meminerimus proinde aurei illius dicti
Abbatis Olimpij apud Sophronium *in
57 ,, prato ſpirituali cap.12.Vbicunque ſederis*(di-
,, centis) *dic aſſidue:Peregrinus ſum.*
58 Atque facti illius cuius meminit idem
Sophronius *cap.5.* de Abbate Polichronio
,, in monaſterio nouæ Lauræ:dicens: *Cùm
,, in eodem monaſterio defunctus eſſet quiſpiam
,, fratrum,dixit mihi diſpenſator: Fac charitatem,
,, & veni, vt fratris vaſa in locum diſpenſationis
,, deferamus. Cùm ergo ferre cepiſſemus, aſpicio
,, diſpenſatorem flentem, cui dixi; Quid (quæſo)
,, ita ploras, Abba? Quia (inquit ille)hodie fratris
,, vaſa fero, & poſt duos dies alij portabunt mea.
,, Tertiaque requieuit frater ille, ſic vt prædixe-
59 rat.* Sic loquuntur,qui nos præceſſeruntur
,, apud *Eccleſiaſticum 38.23.* dicentes; *Memor
,, eſto Iudicij mei,ſic enim erit & tuum. Mihi heri,
,, & tibi hodie.*

Tulimus hodie fratris vaſa,Cras alii no-
60 ſtra deferent.*Memento igitur nouiſſimorum,*

vt eodem *cap.38.21.* nos docet ſapiens, quin eius ore Spiritus ſanctus: atque vt dixit ex Gentilibus vnus;

„ *Viue memor lethi. fugit hora. hoc, quod loquor, inde eſt.*

Sic enim fiet, vt non peccemus. Succeſſimus in bona aliorum; & alii ſimiliter in noſtra ſuccedent. Quæ nunc obtinemus, beneficia, dignitates officia, pro quibus litigia exercemus, alii ante nos habuerunt, nos in locum eorum ſubiuimus; Erit qui noſtrum habeat: Dicetque nobis, *Dà huic locum*. Hæc vera ſunt. Hæc itaque cogitemus, His animum intendamus, ſicque tranſeamus per bona temporalia, vt non amittamus æterna. Vt ſancta *Mater* noſtra Eccleſia nos orare Præpotentem Deum docet. Hoc facientes Viuemus iuxta illud
„ Domini *Lucæ* 10.28. Hoc fac, & viues.

S V M M A R I V M.

1 *Ezechielis Prophetæ verba cap. 23. 3. & 4. tropologice interpretata, de ambitione.*

2 *Ambitionis olla non niſi mortuorum ſuppoſitis oſſibus ebullit.*

Ratio refertur. num. 3.

4 *Ambitioſi cadauera vt Vultures ſequuntur.*

5 *Vultures cadaueribus tantum viuunt. eorumque proprietas.*

6 *Circulus res mortalium ſunt. & quare?*

Illuſtratur etiam ex Græcis.

7 *Rerum omnium viciſſitudo eſt.*

Ratio redditur.

8 *Aeſopi dictum ſatis ſcitum de Ioue.*

9 *Deus ſuperbis reſiſtit, humilibus autem dat gratiam.*

10 *Præſentatus à maiori parte patronorum inſtituendus eſt. & num. 37.*

11 *Ius patronatus in ſolidum eſt apud omnes, qui illud obtinent.*

Quia Ius eſt indiuiſibile & num. 20.

12 *Ius patronatus, & Ius præſentandi diſtinguntur.*

Ius enim præſentandi exercitium tantummodo importat. n. 13.

14 *Iuris præſentandi exercitium tantùm habens, Ius patronatus habere non dicitur.*

Vnde perſonale dicitur, atque vnam tantum vocem habere num. 15.

16 *Vocum patronorum minor pars à maiori parte abſorbetur.*

17 *Pars in toto eſt. non contrà totum in parte.*

18 *Maior pars quod efficit, ab omnibus factum cenſetur.*

19 *Inutile quod eſt, pro nihilo æſtimatur.*

21 *Præſentatio fructus eſt iuriſpatronatus.*

Et ad eum ſpectat qui Ius ipſum obtinet. num. 22.

23 *Fructus percipere ad dominum ſoli ſpectat, quamuis alter ſeminarit.*

24 *Abſens, & inutilis, pro mortuo habetur, & non eſſe æſtimatur. num. 28.*

25 *Eccleſia epiſcopum habens inutilem, vidua appellari poteſt. Quia vt mortuus reputatur.*

26 *Mulier virum habens inutilem, quaſi vidua æſtimatur.*

27 *Vidua vnde dicatur?*

29 *Inhabilis ad agendum, non dicitur eſſe.*

30 *Præſentatio vnius ex compatronis præſeruat iura aliorum,*

Atque pro conſentientibus habentur, ac præſentantibus & num. 31. & 34.

Ad fauorem præſertim præſentati.

Et quaſi poſſeſſio illis acquiritur.

Et augetur numerus vocum ad fauorem præſentati num. 33.

32 *Poſſeſſio præſentandi ſine facto non acquiritur.*

Poteſt tamen acquiri per factum negatiuè num. 36.

35 *Præſentatio negatiuè quæ dicatur? & quæ interpretatiuè?*

38 *Patronus lite iam inſtituta per præſentationem inter duos collitigantes, variare amplius non poteſt, neque cumulatiue ad fauorem tertij.*

Vt neque admitti eius præſentatio debeat. num. 51.

Etiam ob mortem vnius ex litigantibus num. 43.

39 *Præſentare permiſſus pro vna vice, facta ſemel præſentatione expirat eius facultas, nec cumulare poteſt.*

Potiſſimum in hominis diſpoſitione n. 40.

42 *Tex in cap. 1. & 2. de elect. in 6. habent locum in præſentatione quoque ex Rota doctrina.*

ARGVMENTVM.

Iuſpatronatus in ſolidum eſt apud eos, qui illud obtinent, & fructus dicitur præſentatio, qui carpitur ab obtinente illud. Quam

Ob

ob cauſam unus pręſentãs pręſeruat iura alterius, ut & ille alter præſẽtare dicatur, & in quaſi poſſeſsione in futurum conſtituatur. Et nũ pendente iudicio coram Ordinario cum duobus pręſentatis, quis eorũ inſtitui debeat: poſſitq. unus ex cõpatronis cumulando pręſenare alium? non inutilis reſpõſio.

RESPONSIO XXXXIII.

1 Non ab re dixerunt quidam, qui tropolegicè verba Ezecchielis Prophetæ 24. 3. & 4. quibus præceperat illi Dominus dicens: (*Po-*
„ *ne ollam, pone, (inquam) & mitte in eam aquã.*
„ *compone quoque ſtrues oſſium ſub ea: efferbuit coctio eius; & diſcotta ſunt oſſa illius in medio eius.*) de ambitione interpretati fuere. Olla
2 enim hæc, quæ ambitio eſt, non vtiq. ebulliet, niſi mortuorum oſſa ſub ea congeran-
3 tur, vt efferbeat. Quia nimirum ni obtinentes mortui fuerint, ambiẽtes, dignitatibus, honoribus, beneficiis, diuitiiſque haud po-
4 tientur. Cadauera vt vultures ſequuntur.
5 Nam huic aui proprium, cadaueribus tantùm viuere. Vnde & natura tantùm illi ſagacitatis addidit (auctore Plinio) vt biduo, aut triduo præuolet illuc, vbi cadauera ſunt futura: eoque, (vt refert verè Magnus ille Baſilius) ingenti agmine ſolet comitari ca-
6 ſtra militum. Circulus enim res mortalium ſunt: vt ex Græcis quidam dixit, quod circum agantur, & velut in orbem recurrant, fortuna verſante rotam, vt dici conſueuit. Nam vt alter ex Græcis dixit.
„ *Varias vices res obtinent mortalium.*
Et Euripides in Ioue
„ *Eiuſmodi mortalium*
„ *Sunt res, vt in eodem nihil duret ſtatu.*
& Theognis in ſententiis
„ *Nunc etenim huic librã inclinat, nunc Iuppiter illi,*
Vt modo ſis diues, nil modo poſſideas.
7 Omnium proinde rerum viciſsitudo eſt. vt *Terentius in Eunucho* fatur, quia in rebus mortalium nihil eſt perpetuum, nihil ſtabile, ſed omnia velut æſtuatio quodã fluxu, refluxuque decedere, atque accedere. Atque his vicibus fortunæ, ab aliis ad alios transferuntur imperia, opes, gloria, voluptas, eruditio: denique quicquid eſt, aut cõ-
8 modum, aut incomodum. Vt dixerit nec illepidè Aeſopus apud Laertium. Is enim rogatus quid ageret Iuppiter? reſpondit. *Deprimit excelſa, & tollit humilia.*
9 Dixerat autem antea Spiritus Sanctus ſa-
„ pientis ore *prouerb. 3. 34. Ipſe* (Inquiẽs) Deus
„ (ſcilicèt) *deludet illuſores, & manſuetis dabit gratiam.* quod transtulit *D. Iacobus* in ſua canonica 4. 6. ſequentibus loquens: *Propter*
„ *quod dicit: Deus ſuperbis reſiſtit, humilibus autem dat gratiam.* & D. Petrus Apoſtolorum
„ Princeps. 1. *epiſt. cap. 5. Omnes autem inuicem*
„ *humilitatem inſinuate: quia Deus ſuperbis reſi-*
„ *ſtit, humilibus autem dat gratiam.* Citharedus
„ quoque Propheta *pſal. 112. 5. Quis ſicut Do-*
„ *minus Deus noſter,* (inquit) *qui in altis habitat,*
„ *& humilia reſpicit in cælo, & in terra?* Et Virgo immaculata Maria in ſuo cantico *Lucæ*
„ 1. 52. *Depoſuit potentes de ſede,* (dixit) *& exaltauit humiles.*

Vacauit hiſce proinde diebus Beneficium de iure patronatus laycorum; Sancti Nicholai nomine ornatum; fundatum, atque dote præditum per quondam D. Ientilẽ Capaſſum in loco Fratte Maioris Auerſanen Diœceſis, qui nouiſſimè mortem obijt. Præſentatus hinc fuit per Ioannem Andræam Capaſſum fundatoris, ex fratre nepotem, D. Andræas Capaſſus. Illinc verò per Camillam Capaſſum, hac vice ad præſentandum a fundatore vocatam, D. Andræas de Spenis eiuſdem loci. Fit itaque inter compræſentatos iurgium: Vter eorũ inſtitui debeat? Reijcit aduerſarium de Spenis, quòd per Camillam medietatem obtineat vocum: Capaſſum verò à ſolo Ioanne Andræa præſentatum, vnam tantummodo vocem obtinere, adeſſe alium Ioannis Andræ fratrem, qui in Bello abeſt. Hunc non præſentaſſe. At nos pro Capaſſo ex aduerſo ſtamus. Fundator quippè D. Ientilis, Ius patronatus, & præſentandi pro Horatio fratre, & filiis eius, atque eorum deſcendentibus maſculis dumtaxat, (fœminis excluſis) reſeruauit. Admiſit tamen vna vice tantum Camillam neptem. Habere propterea D. Andream Capaſſum ex perſona Ioannis Andræ pro ſe omnes
10 voces. Fore proinde ipſum inſtituendum *cap. quoniam 3. §. præſenti. & cap. conſultationibus 19. de iure patronat. can. monaſterium 30. cum Gloſſ. finali. & can. ſi plures 33. cum Gloſſ. prima 17. q. 7. cap. Eccleſia veſtra 48. vbi Gloſſ. verbo dirigebant extra de elect. cap. ſi cui 23. de elect. in 6. Rota apud Coccinum Decanum deciſ. 464. n. 5. & in recentiorib. par. 2. tom. 1. deciſ. 202. num. 2. & deciſ. 146. num. 4. & apud Illuſtriſſimum Duranum Epiſcopum Vrgellen deciſ. 125. num. 1. & deciſ. 199. num. 1.*
11 Adſtruitur minor. Cum nempe eodem ex principio, atque capite vterque veniat frater, apud ipſos vtique Ius patronatus in ſolidum tranſlatum fuit, vt in ſolidũ apud vtrumque ſit. Eſt enim illud Ius indiuiſibile. *cap. 1. vbi Gloſſ. verbo non debet, & ibid. Abb. & Ioann. Andreæ de iure patron. & in*

cap.querimoniam 9.num. 3. eod. tit. Vincentius de Franch.deciſ. 85. num. 1. Rota in Florentina Iuriſpatronatus de Ianſigliazis 14. Maij 1629. coram Illuſtriſſimo Durano Epiſcopo Vrgellen deciſ. 285. num. 9. part. 5. diuerſorum nouiſſimarum. quæ eſt etiam in impreſſis apud ipſum d.deciſ. 199. nu. 10.

12 Hinc infertur, differentiam perpendi inter Ius patronatus, & Ius ipſum præſentan- quia nimirū poteſt vni ius patronatus præſeruari, & alteri ipsū præſentandi ius concedi; vt in hoc exercitiū tantūmodo præſen-
13 tādi ſit, in altero verò vtrūq., & ius patronatus, & exercitiū eius, quod in præſentando eſt, & completur. Calderin.conſ. 9. de Iure patronat. quem ſequuta fuit Rota apud Card. Seraphin.deciſ. 456. num. 2. 3. & 4. Rota deciſ. vlt. num. 5. de Iure patronat. in antiquis Card. conſ. 69. num 4. Abb.conſ. 54. num. 2. par. 1. Puteus deciſ. 193. lib. 1. Maceraten variarum reſolut. lib. 1. reſolut. 60. num. 22. verſ. & dum obijceretur, & num. 23. & reſolut. 87. num. 17. eod. lib. 1. Marius Giurba deciſ. 84 num. 1. verſ. conceſſo Iure præſentandi. Fuit itaque per funda-
14 torem D. Ientilem admiſſa ſemel ad Ius præſentandi (ad exercitium ſcilicet Iuris patronatus) Camilla, non verò ad Ius ipſum patronatus. tranſiuit propterea in illam exercitium tantummodo Iuris præſentandi hac vice, non autem Ius patronatus. Non tranſiuit itaque in ſolidum Ius ipſum patronatus in illam, vti in duos fratres filios Horatii, vna cum exercitio iuris præſentandi transfuſum fuit.

15 Pro vna igitur voce præſentatio à Camilla facta computabitur, non pro medietate Iuris præſentandi, vel patronatus, (vt perperā de Spenis perſuaſum ſibi habuit.) Fuit etenim illa admiſſa pro hac vice dumtaxat, vt vna cum Ioanne Andrea, & Fratre eius, filiis Horatii, præſentaret, exercitiumq. haberet hac vice Iuris præſentandi.

Pro ſua ergo perſona tantummodo vox
16 eius computabitur. At qui hęc ſola Camillę vox à maiori parte abſorbetur, vt pars à toto comprehenditur, non contrà totum à parte. Nam pars in toto eſt. Vulpianus vt
17 loquitur in l. ſi quis cum totum 7. in princ. vbi Gloſſ. verbo in toto ff. de exceptione rei iudicatæ. & Caius in l. in toto 114. ff. de regul. Iur. in toto & pars continetur (inquiens) ad tex. in Clem. plures 2. vbi Imol. num. 7. de Iure patronat. Sceuola in l. quod maior 19. ff. ad municipales. ſe-
18 ,, quentibus loquens: Quod maior pars Cu-
,, riæ effecit, proinde habetur, ac ſi omnes egerint.
,, cap. ſi cui 23. de elect. lib. 6. Caſſador. deciſ. 2. de Iure patronat. Ruin. conſ. 50. num. 6. & 7. lib. 5. Gonzalez ad regul. 8. Gloſſ 45. num. 61. Maceraten. variarum lib. 1. reſol. 104. num. 13. Rota par. 2. diuerſ. deciſ. 117. num. 1. & apud S. memor. Gregor. XV. deciſ. 452. num. 3. & 4. vbi Addens Beltramin. num. 23. & apud Cardin. Cangler deciſ. 21. num. 5. & deciſ. 436. num. 1. & apud Coccinum Decanum deciſ. 464. num. 5. & 11. & apud Duranum d. deciſ. 199. num. 8. & apud eundem d. deciſ. 285. num. 9. par. 5. diuerſ.

Nil vtique pro ſe de Spenis habere dice-
19 tur. Eſt enim inutilis ei hæc Camillæ vox. Nihil igitur æſtimabitur. ad tex. in l. 1. § quod ſi nemo ff. quod cuiuſque vniuerſitatis nomine geſtum eſt. can. Dabertū. 24. prima q. 7. c. quod autem 5. in fin. de iure patronat.

Fit vero firmum, apud Ioannem Andræam totum Ius patronatus, & præſentā-
20 di reſidere. Quia in ipſum in ſolidum, atq. indiuiſibiliter (vt dictum eſt) Ius patronatus transfuſum fuit. Ipſe igitur pro omnibus, ac toto iure, præſentare valuit, vti D. Andræam Capaſſum præſentauit. Nam
21 præſentatio fructus eſt iuris patronatus. Gloſſ. in cap. eum olim 14. verbo capitulo in fin. de Maiorit. & obed. Abb. in cap. litteris 7. nu. 7. de iure patronat. Idem Abb. d. conſ. 54. nu. 2. par. 1. Caſſador. deciſ. 3. num. 4. in fin. de iure patronat. & deciſ. 7. num. 15. de cauſa poſſeſſionis, & propriet. Rota deciſ 7. de iure patronat. in nouis num. 1. & apud Card. Manticam deciſ. 140. n. 5. Marius Muta deciſ. 72 num. 6. Alexander Raudenſ. variar. reſolut. cap. 19. num. 27.

22 Ipſe ergo totos percepit Iuris præſentādi fructus, apud quem ius patronatus in ſolidum, atque indiuiſibiliter, & planta, ſiue arbor, (vnde fructus oriebantur,) reſidebat. Quemadmodum (vt Iulianus in l. qui ſcit 25. ff. de vſur. & fructib. decidit,) ad dominum ſoli fructus pertinent, quamuis alter in illo
,, ſegetes ſeuerit. Quoniam in percipiendis fru-
,, ctibus (inquiens) magis corporis ius, ex quo per-
,, cipiuntur, quàm ſeminis, ex quo oriuntur, inſpici-
,, tur. Sic ille, & ibid. Florianus. Ioan. de Amicis
,, conſ. 69. num. 12. Gratian. Forenſ. diſcept. par. 4. cap. 614. num. 4. Rota apud Coccin. deciſ. 498. num. 5. & 6.

24 Præter quàm quod, cum abſens eius eſſet frater, & in longinguis in Bello; vel pro mortuo in hoc habebatur, vel pro eo, qui non eſſet in rerum natura; erat quippe inutilis ad præſentandum propter abſentiam, vnde pro mortuo habebatur. argumento tex. in cap. inter corporalia 2. §. ſed neque illud de translat. Epiſcopi. quatenus Innocentius
25 Tertius ibidem docet; Eccleſiam habentē Epiſcopum inutilem, viduatam appellari, quoad quædā, quia, vt mortuus reputatur, (vt Gloſſ. ibid. verbo inutilem (ſubnectit) & eſt Gloſſ. in l finali. verbo orbitates C. ad l. flaniam de plagiarys. quatenus habet: filium habentē inutilem; orbatum filio dici. Parique mo-
36 do mulierem virum habentem inutilem, viduam dici. Licet enim vidua verè dicatur,
27 cuius maritus eſt mortuus, can. vidua eſt 16. vbi Gloſſ. 34. diſt. viduam dici aſſerit, quæ à viro Idua, id eſt ſeparata, vel diuiſa eſt. In aliquibus, tamen, & quo ad ſolatium, quæ inu-

inutilem virum habet, vidua dici poteſt.
ſequiturq; *Nauar. in cau. hac autem verba nu. 4. & 5. de pœnitent. diſt. 1.* eſt *text.* ſatis ad rem
apertus in *d. l. 1. §. quod ſi nemo ff. quod cuiuſq; vniuerſitat. nomine.* Ibi enim Caius *lib. 4. ad*
28 *edictum* ſequentibus loquitur. *Et quidem non*
„ *eſſe actorem, vel ſyndicum tunc quoque intelligi-*
„ *mus, cùm is abſit, aut valetudine impediatur, aut*
„ *inhabilis ſit ad agendum* . Sic Caius, vt nihil
aptius, dilucidiuſq; deſiderari valeat; non
eſſe quippè exiſtimat eum, qui abſens eſt.
ſequiturq; *Gloſſ. d. cap. inter corporalia d. verbo*
29 *inutilem.* Sequentibus loquens: *Qui inhabi-*
lis eſt ad agendum, nullus dicitur (hoc eſt non
eſt addimus nos) allegat *tex. in d. l. 1. §. fin. ff.*
quod cuiuſq; vniuerſitatis, cum alijs. Erat itaq;
abſēs Frater Ioānis Andreæ, & in lōginguis
in bello, ac ſi non eſſet, habebatur. Ad Ioan
nem Andreąm itaque vnum, ac ſi mortuus
hic alter fuiſſet, ius pręſentandi ſpectabat,
ad quem totum iuſpatronatus inſolidum
pertinebat.
30 Accedit, quòd ipſamet Ioannis Andreæ
præſentatio præſeruat iura fratris abſentis,
vt per illum quoque præſentatio facta in-
telligatur, cùm pro præſentante, atque
conſentiente in ſui commodum æſtime-
tur ad regulam, *qui tacet 43. de regul. iuris*
in 6. vbi ſcribent, ſequiturque inhiſce no-
ſtris præſentationis terminis *Rota deciſ. 423.*
alias 11. numero 2. in final. verſ. ad quod reſpon-
debatur de iure patronat. in nouiſs. Caputa-
quenſ. deciſ. 367. nu. 6. part. 2. qui & ipſe in ip-
31 ſiſſimis noſtræ diſceptationis terminis lo
quitur, quòd abſens non præſentans pro
præſentante habeatur ad fauorem præſen-
tati. Vnde ita tacitè præſentanti (cùm non
modico ſui fœnore) quaſi poſſeſſio acquiri-
tur præſentandi, ex ſententia *Abb. d. conſ.*
54. ſub nu. 3. verſ. nam vbicunq; par. 1. & refert
Fredericus de Senis conſ. 147. quidam de Ciuita-
te Tudert. ſub num. 1. verſ. Item caſus talis eſt.
vbi & ipſe in terminis loquitur de pluribus
fratribus ius habentibus præſentandi, ſi eo-
rum aliquis abſens fuerit, pro præſentante
nihilominus habebitur, vt quæratur quoq;
ei quaſi poſſeſſio iuris præſentandi in alijs
32 vacationibus, quæ ſanè poſſeſſio ſine facto,
& apprehenſione quæri minimè poteſt.
ad tex. in l. cum hæres. 23. in princ. vbi Gloſſ. ff.
de acquirenda poſſeſſ. Doctrina hæc Frederici
canonizata fuit ſæpè in Rota *apud S. memor.*
Gregor. XV. deciſ. 417. num 9. vbi etiam Beltra-
min. nu. 15. & deciſ. 452. nu. 9. & apud Achillem
deciſ. 267. aliàs 4. de præbend. num. 14. ſequuta
que fuit eadem Rota *apud Card. Seraphin.*
deciſ. 970. num. 2. & apud Card. Canaler. deciſ.
197. num. 5. Mariſcottus variarum reſolut. lib. 1.
cap. 55. num. 33. Garſias de Benefic. par. 5. cap. 5.
nu. 115. & 116. Gratian. Forenſ. par. 3. cap. 577.
nu. 16. Viuian. lib. 5. in praxi iuriſpatronat. cap.
4. nu. 44. Melchior Lotterius de re beneficiar. lib.
2. quæſt. 12. n. 15. Riccius Epiſcopus Vici Equen.
in praxi probationis iuriſpatronatus reſolut. 232
nu. 4.

Neque mouearis ex Aduerſarij obiecto;
Præſeruari quidem in futurum ius præſen-
tandi, non vero dici nunc præſentare, neq;
præſentato vocum numerum adaugeri.

Inſula nempè eſt replicatio (ni in voca-
33 bulis quæſtionem figamus non in re.) Hoc
enim ipſum eſt præſeruari abſenti ius præ-
ſentandi in futurum. Quia (dubio omni
procul) pro præſentante, nunc, atq; hic (vt
Philoſophi dicunt) habetur. Ita apertiſſime
Rota d. deciſ. 11. de iure patronat in nouiſ. Fre-
dericus de Senis d. conſ. 147. optimè omnium
Caputaquenſ. d. deciſ. 367. part. 2. Quærebatur
porrò ibi: vtrum ne facta præſentatio per
duos ex Compatronis ad fauorem Henrici
della Porta, aliàs de Meſsia; cùm ex Fun-
datoris lege tres compatroni eſſe deberent,
valida, ac firma fuerit? Validam illa fuiſſe
Rota reſpondit. Quia cùm tertius compa-
tronus non præſentauerit, neq; contradi-
xerit, pro conſentiente, conſequenterque
34 pro præſentante, habebitur. Cæteroquin ſi
non pro præſentante haberetur inanis fuiſ-
ſet Rotæ reſponſio; Henricum validè præ-
35 ſentatum fuiſſe; cùm ille poſitiuè non
præſentauerit, præſentauit verò negatiuè,
quia pręſentationi non contradixit. Neque
porrò præſentandi quaſi poſſeſsio, per alio-
rum duorum præſentationem, atque inter-
pretatiuè tantum per eum pręſentationem
factam acquiſita eidem fuiſſet, quæ non
niſi per poſitiuum actum acquiritur, habe-
36 tur itaque interpretatiuè, pro actuali præ-
ſentatione, hæc ipſa eius (negatiuè dicta) pręſentatio. *Menoch. de retinenda poſſeſſ. remed. 3.*
nu. 52. Gonzal. ad regul. 8. Gloſſ. 34. nu. 108 Rota
apud Coccinum deciſ. 464. nu. 3. & 4. & in Lu-
nen Sarzanen 31. Maij 1627. coram Durano
Epo Vrgellen apud Viuian. de iure patronat. de-
ciſ. 110. num. 20. quę eſt in impreſsis apud
ipſum. deciſ. 87.

Rectè igitur ex his, probata minori ar-
gumenti, fuiſſe D. Andręam Capaſſium
à maiori parte patronorum præſentatum;
37 probatio ſequitur conſequentię; Inſtituen-
dum ipſum *fore*, quod maioribus (videlicet)
patronorum ſuffragiis iuuentur *d. cap. quo-*
niam 3. de iure patronat. vt in ſuperioribus
oſtendimus.

38. Neque obſtaculum teruntii quidem
faciebat ei, quod Camilla (lite iam inter
duos hos pręſentatos inſtituta, proceſſuq;
inſtructo) cumulatiuè alium quoque præ-
ſentauerit. Cùm quidem, quòd iam per
primam præſentationem ab ea factam pro
D. Andræa de Spenis, expirauerat eius pre-
ſentandi facultas per D. Ientilem Fundato-
rem eidem facta. Vnde neque cumulatiuè
ei facultas ampliùs ſupererat ad *tex. in l. bo-*
nes 89. § hoc ſermone ff de verbor. ſignificat. Ro-
ta apud Card. Manticam deciſ. 322. nu. 6. Perez
de

de Lara.de anniuerſ.lib.1. cap.3.num.1. & ſeq.
40 potiſsimum verò in hac hominis diſpoſi-
tione,ſecundum *Card.Mantic.de tacit.& am-
big.tom.1.lib.6.tit.20.nu.56.*Carebat proinde
pręſentandi facultate,atque ab ea exciderat
iam.

Tum quod (fac quidem cumulare va-
luiſſet) haud tamen nunc poterat lite iam
pendente inter duos præſentatos vt neq;
41 admitti pręſentatio huiuſmodi poſſet, vti
attentata ad *tex.in cap.1.& cap.2. vt lite pen-*
42 *den.in 6.& c.1.& 2. de elect.in 6.* qui quãuis
in electione loquantur, habent nihilomi-
nus locum in pręſentatione, vt Rota decla-
tauit apud *Coccinum deciſ.426.num.1.2.& 3.
Calder.conſ.1.vt lite pend & conſ.18.de iure pa
tronat.* quod conſilium canonizatum fuit
apud *Creſcentium deci.8.num.2.& deciſ.10. de
iure patronat.Lamber. de iure patronat.part.1.
lib.2. quæſt.6. articul. 12. Rota part. 1. diuerſ.
deciſ.442.nu.6.& par.4.etiam diuerſ. collecta
per Farinac.deciſ. 538.& apud Card. Caualer.
deciſ.126.num.1.& deciſ.200.in princ. & deciſ.
280.nu.1. & deciſ.317.& deciſ.333. num.1. &
ſequ. & deciſ. 556.* ſatis aptè in hiſce noſtris
terminis.*Garſias de beneſic.d.par.5. cap.9.num.
217.Rota apud S.memor.Gregor.XV.deciſ.417
num.11.Riccius* Epiſc.*Vici par.1.praxis reſolut.
170.in fin.& par.3.reſolut.454.Barboſ. de offic.
Epiſc.par.3.allegat.72.num.140.verſ.idem ſi lis
eſt inter ipſos. Vinian.de iure patronat. in praxi
par.2.lib.10.cap.1.nu.2.& cap.3.nu.1.* Quam-
43 uis quidem ob indignitatẽ vnius ex prius
pręſẽtatis, noua fieret pręſentatio, nõ enim
amplius ei nunc licebit lite pendente. Idẽ-
que erit, vel per ceſsionem, vel per obitum
vnius ex litigantibus. Ne detrimentum ob
diuturnam vacationem Eccleſia patiatur.
*Rota d.deciſ.538.par.4. diuerſ. & apud Cardin.
Caualer.d.deciſ.556.& deciſ.280.nu.1.& deciſ.
317.*aliiq; paulò ante relati Doctores.

Tum demùm quod neque ita hic ipſe
cumulatiuè præſentatus D. Andręam vin-
cet, à maiori parte pręſentatum, ſicut neq;
de Spenis, cum vterque vna tantùm pro ſe
nudam vocem obtineat: inſtitui verò de-
beat, qui à maiori patronorum numero
pręſentatus fuit, vt in initio diximus. Atq;
ita ex his, Ariſtarchi ſeueriori iudicio ſu-
biectis, reſpondendum cenſui.

CAROLVS MARANTA V.I.D.
Aduocatus.

Fuit demùm inſtitutus D. Andræas Ca-
paſſus. Tu (Amice Lector) fruere pa-
ratis; Deoq; prępotenti vnà mecum gra-
tias age; ab ipſo enim omne datum opti-
mum, & omne donum perfectum eſt. *Iaco-
bi.1.* Ipſi Gloria, & Imperium in ſecula ſe-
culorum. Amen.

SVMMARIVM.

1 *Beneficia non niſi magnis laboribus, & ex-
penſis conquirũtur, vndè cum beneficium
vacauerit multi circum aduolant.nu.2.*
3 *In Beneficijs Iuriſpatronatus præcedere
debent edicta aduerſus intereſſe habentes.
iuxtà formam tex.cap fin.de elect.in 6.*
4 *Tex.in cap.fin. de elect.in 6. locum habet,
etiam in præſentatione.*
5 *Citatio ad ſententiam omninò exquiritur.
Alioquin ſententia nulla eſt.
Qui defectus citationis inſanabilis eſt nu.6.
Quia aufert defenſionem.
Neque ſubſtinetur citatio ad dicendum
pro prima die, & deindè in antea cum
continuatione.n.7.
Quia ſeruitutis ſpeciem inducit.n.8.
Subſtinetur tamen ad modicum tempus ex
ſtylo.n.13.*
9 *Citatio quod circunducatur per menſem ex
Riccij.ſententia.
Declaratur.n.10.*
11 *Ritus Magnæ Curię Vicariæ quoad In-
ſtrumentorum liquidationem, admiſſus
fuit in Curia Archiepiſcopali Neapoli-
tana.*
12 *Citatione circunducta, perindè eſt, ac ſi fa-
cta non fuiſſet, ac nullitatem inducit.*
14 *Inſtituendus eſt pręſentatus à maiori par-
te patronorum.*
15 *Iuſpatronatus familiare in capita defertur
primis ſucceſſoribus.
Alijs verò ſequentibus in ſtirpes.n.16.*
17 *Maritus vxoris nomine præſentat.
Vnde illa præſentare dicitur.*
18 *Nomine quod facit alieno, non ſuo facit no-
mine, ſed illius, ei proindè imputabitur, nõ
facienti.*
19 *Qui per alium facit per ſeipſum facere
videtur.*
20 *Nominum diuerſitas, diuerſitatem indicat
effectuum.*
21 *Familię alicuius ſe eſſe aſſerens, id probare
tenetur.*
22 *Iuſpatronatus familiare, intelligitur data
gradus prærogatiua, vt proximiores pri-
mò admittantur, deindè remotiores.*
23 *Iudicare qui alios vult, affectus ſedatos ha-
bere oportet, neque affectu aliquo moueri.
nu.24.*
25 *Iuſpatronatus Gentilitium, & familiare
ad eos defertur, qui ſunt ex familia, quam-
uis hæredes non fuerint. & nu.31.*

26 *Iu-*

26 *Incidit in foueam, quam fecit, qui alij ruinam, quam parauit, ipſe in illam dat.*

27 *Tales erga alios eſſe debemus, quales erga nos eos volumus.*

28 *Lex iuſta eſt, quæ ſua arte deludit artificem.*

29 *Par pari referre; Terentianum dictum, illuſtratur.*

30 *Ius patronatus hæreditarium hæredibus defertur.*

Non ita Gentilitium num. 31.

31 *Ius patranatus Gentilitium ad illos de familia defertur.*

Quamuis tranſuerſales num. 32.

Quamuis fœminas. n.

33 *Præſentatio eorum, qui in poſſeſſione ſunt præſentandi, præualet. etiam contra veros patronos.*

Quia in hac materia ſtatus attenditur vltimus n. 34.

35 *Quaſi poſſeſſio Iuris præſentandi aduerſus patronos, etiam per vnicum actum acquiritur.*

ARGVMENTVM.

Citatio ad ſententiam omnino exquiritur pro certa die, & hora, neque ſuſtinetur facta pro prima die, & deinde cum continuatione. Ius patronatus quod familiare eſt, & Gentilitium, qualitatem hæreditariam haud requirit, ſed ſatis erit ſi de familia ſe probet. Neque ſuſtinetur Inſtitutio nì præceſſerint contra intereſſe habentes edicta, ad formam tex. in cap. fin. de elect. in 6. Iſque debet inſtitui, qui à maiori parte fuerit prẹſentatus.

RESPONSIO XXXXIV.

NOn niſi multis expenſis, & laboribus, (vt habeat quiſque quo ſuſtentari debeat,) Beneficia acquiruntur Eccleſiaſtica. vt Clemens Ter-
2 tius loquitur *in cap. ſuper hoc 5. de renunciat. extrà.* Hinc ſanè eſt, quod cùm primum
aliquod vacarit Beneficium, multi circum
aduolant, illud vt captent. Cum itaque vacaret hiſce diebus ob ſequutum obitum
Clerici Ioſephi Barattucij, ſimplex Beneficium, ſiue Cappellanica Iuriſpatronatus familiæ del Vecchio ſub inuocatione S. Mariæ de Conſtantinopoli in venerabili Eccleſia S. Mariæ de Noua in Ciuitate Theanen, fuerunt ad illam præſentati, D. Franciſcus de Petio ab vna patronorum parte;
ab altera verò D. Franciſcus Schiauetta.
Vnde orta inter eos lite. tandem per Curiam Epiſcopalem Theanen D. Franciſcum Schiauettam fore inſtituendum,
declaratum fuit, atque iudicatum.
Verùm introducta cauſa per appellationis remedium in Metropolitana Curia Capouana, publicatiſque actis: In
duobus peccare potiſſimum ſententiam
Domini Vicarij Theanen pro D. Franciſco Schiauetta; contra D. Franciſcum de
Petio, dixi: & in ordine, & in iuſtitia. In ordine quidem, quia nulliter lata, nec pro-
3 ceſſu compilato. Neque enim proceſſit
Curia propoſitis edictis, contumacijſque
incuſatis aduerſus intereſſe prætendentes,
iuxta diſpoſita per Bonifacium Octauum
in cap. fin de elect. lib. 6. qui ſanè *tex.* quamuis
in electione loquatur, pari tamen modo, &
in præſentatione ius obtinet. *Rota apud Verallum deciſ. 37. num. 3. & 4. par. 2. apud Coccinum Decanum deciſ. 426. num 2. & apud Card. Caualer. deciſ. 297. num. 1. & 2.* & dictum fuit *in Ianuen Parochialis 12. Nouembris 1632. coram Veroſpio in manuſcriptis deciſ. 18. verſ. demum & lis. col 3. & in Comen Iuris patronatus 1595. coram Card. Mellino deciſ. 103. num 8. ad calcem 1. tomi conſil. Farinac. Viuian. in praxi Iuris patronat. lib. 6. cap. 5. num. 3.* ad *tex.* ſatis
aptum in hac materia, qui eſt Innocentij
Tertij *in cap. quarelam 24. de elect. extrà. Genuens in praxi curiæ Archiepiſcopalis cap. 82. varia de Iure patronatus num. 6. ſiue cap. in impreſſis Romæ anno 1609.* Neque præterea
proceſſit Curia Theanen Epiſcopalis in hac
cauſa dato termino ad probandum; neque
5 etiam citata parte ad ſententiam, quæ omnino præcedere debuerat, vt illa (iuxta ordinem, & iudicij telam ſaltim) firma eſſet.
Quam ob cauſam nulla, atque inualida
euaſit: vt nullo modo, nullaque via ſanari
6 potuerit. Eſt quippè inſanabilis citationis
defectus; Quia defenſionem; quæ & naturali, atque diuino iure permiſſa eſt, aufert.
clement. ſæpe 2. §. non ſic tamen Iudex. vbi Gloß. verbo defenſiones de verborum ſignificat. l. 1. §. item cum ex edicto ff. quæ ſentent. ſine appellat. reſcinduntur Felin. in cap. quæ in Eccleſiarum 7. num. 26. & 66. de conſtitut. Vantius de nullitate ex defectu citationis num. 9. & 10. Rota in

Zam-

Zamoren pecuniaria 20. Martij 1609. coram
Cardin. Caualer. par. 1. tom. 1. in recent. deciſ.
179. num. 2. & apud S. memor. Gregor. XV. deciſ.
4. num. 1. quæ eſt quoque in impræſſis *in re-*
centioribus par. 1. tom. 1. deciſ. 486. num. 6. &
apud Card. Caualer. deciſ. 35. n. 1. & deciſ. 53.
num. 1. quæ eſt eadem atque allata paulo
ante *deciſ. 179. in recent. & deciſ. 296. num. 1.*
& 6. & apud Duranum Epiſcopum Vrgellen.
deciſ. 8. num. 1. Rota Maceraten apud Marcum
Antonium Thomati deciſ. 16. num. 8.

7 Neque ſanitati redidi potuit hic defectus,
quod aſſeratur factam fuiſſe monitionem
ad dicendum ſub die 30. Auguſti pro prima
die, & deinde in antea cum continuatio-
ne, &c. & ad audiendum tenorem ſenten-
tiæ, &c.

8 Quia profectò eſt hic modus citandi,
ſeruitutis perbellè inducens ſpeciem, atq.
propterea improbatus, à Sacra Rota præ-
ſertim; deberet nempè citatus omni die, &
hora in curia adeſſe. Audi Vulpianum iu-
re conſultum *lib. 70. ad edictum in l. aut qui*
aliter 5. §. ſi quis, vbi Bart. ff. quod vi aut clam.
„ ſequentibus loquentem: *Si quis denunciaue-*
„ *rit opus facturum, non ſemper videtur non clam*
„ *feciſſe: ſi poſt denunciationem fecerit. Debebit*
„ *enim, (& ita Labeo ait) & diem, & horam de-*
„ *nunciatione complecti, & vbi, & quod opus fa-*
„ *cturus ſit: neque perfunctoriè, aut obſcurè dicere,*
„ *aut denunciare: neque tam arctare aduerſarium,*
„ *vt intrà diem occurrere ad prohibendum non*
„ *poſſit.* ita Vlpianus diſertiſſimis verbis. ſe-
quitur *Abb. in cap. fin. num. 9. 10. & 11. de di-*
lationib. optimum *Bald. conſ. 268. factum tale*
eſt vol. 1. quod ſemper Rotam amplexatum
fuiſſe teſtatur *Creſcent. deciſ. 11. num. 1. & ſeq.*
de dolo, & contumacia. Mohedan. deciſ. 4. nu. 3.
de teſtib. Verall. deciſ. 108. par. 1. Puteus deciſ.
258. n. 5. lib. 1. & deciſ. 152. lib. 2. & deciſ. 148.
eod. lib. & apud S. memor. Gregor. XV. deciſ. 71.
num. 3. & 6. & deciſ. 140. num. 1. & apud Card.
Caualer. deciſ. 376. num. 5. & 6. & apud Card.
Seraphin. deciſ. 765. num. 2. & in Aliſana Ca-
nonicatus 4. Martij 1611. coram Penia deciſ. 313.
n. 7. ad calcem 2. tom. Conſil. Farinac.

9 Neque obſtaculum faciebat id, quod re-
fert *Riccius deciſ. 73. par. 1.* Citationem ad
ſententiam circunduci per menſem.

10 Præter quam quod enim deciſio ipſa Ri-
cii loquatur de citatione vigore ritus Ma-
gnę Curiæ Vicarię ſuper liquidatione in-
11 ſtrumenti, recepti iam in Curia Archiepi-
ſcopali Neapolitana, de quo teſtatur etiam
Genuenſis in praxi cap. 15. de liquidatione in-
ſtrumentorum num. 2. vt nihil ad rem hanc
noſtram, cùm agamus de citatione ad ſen-
tentiam.

Nihilominus tamen neque in facto hoc
admittebatur. Nam ſententia (dictum D.
Franciſcum Schiauetta fore inſtuendū &c.)
lata fuit die 2. Ottobris: Citatio vero ad di-
cendum decreta die 30. Auguſti, & execu-
ta die 31. atque proinde iam excurſo men-
12 ſe à die citationis. circundacta itaque iam
fuerat citatio (etiam in ſententia Ricii)
menſe iam inclinato, & qui occaſum vide-
rat: atque propterea ſententia dicta fuit
poſt terminum, ſub quo cadebat citatio.
Nulla ergo, & inanis euaſit ob citationis
defectum. *l. 2. & 3. C. de ſentent. & interlo-*
quut. omn. Iudic. cap. fin. de re iudicat. in 6. Ga-
briel. lib. 2. tit. de citation. concluſ. 1. in 23. am-
pliat num. 116. Rota in Feſulana Prioratus 15.
Nouembris 1600. coram Marquemontio apud
Marcheſan. tom. 3. deciſ. 11 fol. 90. quę eſt etiā
in impreſſis *par. 1. tom 1. in recent. deciſ. 252.*
num. 1. in fin. eadem Rota *apud S. memor.*
Gregor. XV. deciſ. 546 num. 6.

13 Et licet quidem ſuſtineri poſſit talis
modus citationis, per aliquos tantum dies,
vbi ſtylus receptus fuiſſet: non tamen per
tantum temporis ſpatium, (per menſem
videlicet, & vltrà). ſecundum Rotam *in re-*
centiorib. par. 1. tom. 1. deciſ. 307 num. 9. & apud
Card. Seraphin. deciſ. 1057. num. 4. & 5. verſ.
quarta nullitas, & apud S. memor. Gregor. XV.
deciſ. 457. quæ eſt etiam *in recent. part. prima*
deciſ. 227. & apud eundem Gregor. XV. deciſ. 71.
num. 3. & apud Caſarem de Graſſis deciſ. 9. nu. 6.
de ſentent. & re Iudic. & 4. part. diuerſorum
collecta per Farinac. deciſ. 72. n. 1.

Debebit tamen de ſtylo conſtare. vt di-
ctum fuit in *Melphitten Iuris patronatus 27.*
Maij 1619. coram Vbaldo in manuſcriptis, de-
ciſ. 77. in qua apertiſſimè infirmata fuit ſen-
tentia ſimilis Vicarij Epiſcopi Melphitten,
qui citauerat ad dicendum, & ſententiam,
pro prima die, & deinde in antea cum con-
tinuatione, &c. Rota quoque *in recent. par. 2*
tom. 1. deciſ. 451. n. 9. & deciſ. 486.

In iuſtitia vero peccabat ſententia. Adiu-
dicat nempe Beneficium, ſiue Cappellaniā
pręfatam D. Franciſco Schiauetta à minori
compatronorum ſuffragio præſentatum;
cùm contrà adiudicare illud debuiſſet D.
Franciſco de Petio, pro quo maior nume-
rus vocum patronorum erat. Ob hanc
14 proinde cauſam ei iure omni, omnique
dubio procul, Inſtitutio debebatur. *cap. 3. &*
cap. conſultationibus 19. de Iure patronat. Rota
in recent. par. 2. deciſ. 146. num. 4. & deciſ. 202.
num. 1. & par. 2. diuerſor. deciſ. 117. num. 1. Co-
uar. practicar. quæſt. cap. 36. num. 4. verſ. 3. op-
portunè in fin. Maceraten. variar. reſolut. lib. 1.
reſol. 104. num. 1. Claudius Tutius quæſt. 11. de
Iure patronat. nu. 2. Riccius in praxi par. 1. re-
ſolut. 173. n. 1. Rota apud Card. Manticam deciſ.
86. num. 3. & 4. idem Riccius, qui pro Schia-
uetta fortè ſcripſit. *in praxi probationis Iuris*
patronatus reſolut. 232. ſub num. 4. verſ. vnde
præmiſſis omnibus.

Pro-

Probatur aſſumptum. Quippe, Præſenta-
tus (De Petio) fuit ab Hyppolita del Vec-
chio ſorore fũdatoris; à Paulo del Vecchio
fundatoris fratre; & à Syluia etiam del Vec-
15 chio fundatoris filia. In hos autem Ius ip-
ſum patronatus delatum fuit in capita, &
non in ſtirpes, per *Doctor. in clement. plures 2. de Iure patronatus vbi Card. præſertim, q. 2. verſ. aut vnus fuit ab initio patronus*. dictum
fuit in *Montis Alti Iuris patronatus 5. Iulii 1610. coram Domino Coccino Decano par. 2. tom. 1. in recentiorib. deciſ. 308. num. 4. Viuianus de Iure patronat. par. 1. lib. 4. cap. 1. num. 59.* &
16 in hac ſpecie Iuriſpatronatus familiæ reli-
cti, quòd illi de familia in capita ſuccedant,
& non in ſtirpes, niſi tamen eorum deſcen-
dentes, qui in ſtirpes ſucceſsionem ſubibũt.
ſequitur *Riccius deciſ. 120. par. 2. num. 3.* refe-
rens, ita ſequutam fuiſſe Rotam *in vna Regien Prioratus 13. Nouembris 1601. coram Remia. & in collectan. 1733. par. 5.* ita quoque
Gratian. Forenſ. diſceptat. par. 3. cap. 521. num. 15. & num. 18. alias quoque ſacræ Rotæ de-
ciſiones referens. eſt optimum *conſ. Antonij de Butrio 29. Viſo puncto, & quæſitis in 1. dubio.* quod eſt etiam inter *Conſil. Ancharani 355. Rota in Mediolanen Iuris patronatus 22. Maii 1709. coram Lugdunen par. 2. in recent. tom. 1. deciſ. 251. num. 5. & in Florentina Canonicatus 14. Maij 1629. coram Eminentiſſimo Verospio deciſ. 289. num. 4. part. 5. diuerſorum nouiſſimarum*.

D. Franciſcus autem Schiauetta præſen-
tatus fuerat à Beatrice del Vecchio funda-
toris nepte. Vnam propterea dumtaxat vo-
cem obtinebat. Vincebatur proinde à ma-
iori parte.

Neque nimium inſidendum erat in vo-
ce per Gaſparem del Vecchio virum Bea-
tricis pro ipſo Schiauetta.

17. Cùm, quòd ille præſentauerat vti maritus
Beatricis, & non ex propria perſona. Eius
18 igitur nomine fecit. Ei proinde imputabi-
tur præſentatio, cuius nomine geſta fuit. ex
Pomponij ſenſu *in l. in ædibus 9. §. quod filius, vbi Bart. & Paulus de caſtro ff. de donationibus.*
„ *Quod filius familias patris iuſſu, aut voluntate*
„ *donauit*, (Pomponius loquitur) *perinde eſt,*
„ *ac ſi pater ipſe donauerit; aut ſi mea voluntate*
„ *rem meam tuo nomine Titio doneſ.* ſic Pom-
ponius. vbi *Gloſſ. verbo donauerit*, affert re-
19 gulam. Qui per alium facit per ſe ipſum fa-
cere videtur. *regul. qui facit 72. & regula qui poteſt 68. de regul. Iur. in 6. l. quod Iuſſu 141. ff. de regul. iur. S. Thom. 2. 2. q. 49. art. 2. in 3. argum.*
afferens illud Apoſtoli *ad Rom. 1. non ſolum*
„ *qui faciunt digni ſunt morte, ſed & qui conſen-*
„ *tiunt facientibus* inferens ipſe: *eiuſdem rationis eſſe videtur, quod homo aliquid faciat, & quod facienti conſentiat.*

Quia nimirum ille facit, cuius nomine quis
facit. *Euerard. conſ. 64. nu. 4. Rota par. 4. diuerſorum collecta per Farin. deciſ. 652. n. 1.* Non
itaque Gaſpari imputanda, neque accepto
ferenda erit præſentatio, quam vti Maritus
fecit Beatricis, ſed ipſi Beatrici. Nihil igitur
magis habet ex Gaſparis perſona Schia-
uetta, quàm ex perſona habet Beatricis.
At illam tantummodo habet. Eſt ergo in-
ferior in præſentatione hic à D. Franciſco
de Petio. Ei igitur poſt haberi debet.

Tùm quod ipſe Gaſpar in familia del
vecchio à fundatore proueniente minime
computatur, neque agnoſcitur. Eſt enim
de familia vello vecchio. quod neque in-
ficias eunt Aduerſarii, quin & aſſerunt,
apud eundem *Ricium d. reſolut. 232. num. 4. in praxi iuris patronat. argumento tex. in l. ſi idem codicilli 7. C. de codicillis.* & ſequuta fuit
Rota apud Illuſtriſsimum Duranum Epi-
ſcopum Vrgellen *deciſ. 25. n. 2.*

20. Non mirum igitur ſi nominũ diuerſitas
diuerſitatẽ demonſtret effectuũ *l. procuratoris. §. ſi plures ff. de tributor. actione l. per procuratorẽ 89. in fin*: ibi; quia caſtrẽſia eſſe deſie-
„ runt mutatione perſonę. *ff. de acquirend. hæredit. Rota in Mediolanen ſimulationis contractus 1599. coram Corduba deciſ. 128. nu. 6. poſt primum vol. conſil. Farin. & apud Coccinum Decanum deciſ. 289. num. 1.*

Tum præterea, quòd, neque ipſe Gaſ-
par, neque etiam Catherina del Vecchio,
quæ etiam nouiſsimè eundem Schiauettã
21 præſentauit, probauere ſe eſſe de familia
del Vecchio à fundatore prouenientes, vt
ita ad præſentandum admitti potuiſſent.
ad tex. in l. non ignoret 9. C. qui accuſare non poſſunt quatenus probat, quòd qui agit, vt
talis, probare ſe debet eſſe talem. *Rota in d. Mediolanen iuris patronatus coram Lugdunen deciſ. 251. n. 4. par. 2. in recent.*

Quã ob cauſam haud poſſum nõ demira-
ri acre ingenium Aduerſariorum, qui cum
excludere eos voluerint, qui Dominum de
Petio præſentauerunt, quamuis de familia,
(quod in irritum vocare minime poſſunt,)
22 ea ducti ratione, quod ius patronatus fami-
liare, (vt iſtud eſt, & in confeſſo eſt etiam
apud ipſos Aduerſarios) exaudiri debeat
data gradus pręrogatiua, vt proximiores
primò admittantur, ſucceſiuè verò alii re-
motiores, (*Riccius d. reſolut. 232. ſub num. 4. verſ. imo dico.*) Quòd excluſa, eliminataque
Syluia filia fundatoris, ac conſequenter
proximiore, (in primo ſcilicet gradu lineę
deſcendentis.) vnde vti proximior funda-
tori admitti debebat, vt dictum fuit *in d. Florentina Canonicatus coram Eminentiſſimo Verospio d. deciſ. 289. n. 9. part. 5. diuerſ.*) admit-
tere tamen nequaquam dubitarint Beatri-
cem, neptem ex filio, quæ in ſecundo
gradu eſt, ac cõſequenter remotiori; Quin
iuſtum, ſanctumque æſtimarint, Gaſparem
Virum Beatricis ad pręſentandum admit-

tere, & Catherinam alıegenam; eoſque
23 Paulo Fūdatoris Fratri, & Hyppolitæ eiuſ-
dem ſorori anteferre. At qui aliorum ſu-
bire iudicia vult, Affectus ſedatos habere
oportet; vt ex Calliſtrato *lib.1. de cognitioni-
bus in l.obſeruandum 19.in fin.ff.de offic.Præſi-*
,, *dis.* ſatis perſpicuum fit legentibus. Is enim
,, de Iudice loquens: *Sed & in cognoſcendo*
,, (loquitur) *neque excandeſcere aduerſus eos,*
,, *quos malos putat, neq; precibus calamitoſorum,*
,, *illacbrymari oportet. Id enim non eſt conſtantis,*
,, *& recti Iudicis, cuius animi motum vultus de-*
,, *tegit.* Sic ille. Non itaque affectu aliquo mo
ueri decet eum, qui de alijs dat iudicium.
,, Audi *Ouid. de triſtib. lib.1. eleg.1.*
,, *Iudicis officium eſt: Vt res, ita tempora rerum*
Quærere: quæſito tempore tutus eris.
24 Si iuſtum igitur putant admitti Beatri-
cem in vlteriori gradu Fūdatori iunctam:
Cur non æquè Syluiam in proximiori
cōnexam? Ipſi ergo Iudices ſunto. Verùm
Inſtabunt: Iure, neq; iniquè admitti Beatri-
cem, quod illa ſit hæres Fundatoris, non
Syluia. At ſatis inſtantiæ facimus: Quod ius
hoc patronatus Gentilitium ſit, non hære-
ditarium. Sequentibus nempè Fundator
,, Vincentius del Vecchio: *Quale Cappella*
,, *debba eſſere de Iurepatronatus de Caſa del Vec-*
,, *chio, e delli deſcendenti da eſſi in perpetuum*
Hoc autem in confeſſo apud Aduerſarios
ipſos eſt. Ita apud *Riccium d. reſolut.232.nu.1.*
Et eodem modo in aſſenſu per Epiſcopum
in fundatione dato, ſequentibus declara-
,, tur: *Eſſe debere de Iurepatronatus familiæ del-*
,, *lo Vecchio, ac deſcendentium ex ea, illiuſque hæ-*
,, *redum in perpetuum &c. iuxtà voluntatem dicti*
,, *Vincentij &c.*
25 In iure autem patronatus Gentilitio,
atque familiari, ſatis eſt, vt admittatur quis,
ſi ſe probet diſcendentem ex familia, quā-
uis hęres nequaquam ſit, *Rota d. Mediolanen.*
iuriſpatronatus coram Lugdunen. d. deciſ. 251.
nu.5. & in eiuſdem beneficij 1. Iulij 1615. coram
Dunozetto par.2. tom.2. in recentiorib. deci.756.
nu.3. Riccius deciſ.69. nu.1. par.2. & d. reſolut.
232. num.1. diximus *reſponſ. noſtra 16. num.18.*
par.2. Nihil igitur officiet Syluiæ ſe funda-
toris hæredem non eſſe, cum ſat ei debeat
eſſe, quòd filia ſit, & conſequenter de fami-
lia, vt ad præſentandum admitti potuerit.
Neque Beatrix vti hæres admiſſa ad præ-
ſentandum fuit, ſed vti de familia. Et hoc
ipſum argumētum ferit etiam Aduerſa-
26 rios; cùmq; ſuo gladio perimantur, atque
in foueam inciderint, quã foderunt, iuxtà
Citaredi dictum *pſalm.7.16.* neque ſic tamē
periculum aduertere, & caſum. Si nempè
Syluia à pręſentando excluditur, quòd non
ſit hæres, (quamuis de familia.) Cur (quæ-
ſo) admiſſos voluere Gaſparem, & Cathe-
therinam, qui neque de familia ſunt, neq;
27 hæredes? Tales proindè erga nos ſe exhi-
beant, quales nos erga ſe eſſe volunt; iuxtà
illud Auguſtini ad Fortunatum *epiſt.11. re-*
,, *lati can. neque quorumlibet.10. in fin. 9. diſt. Ta-*
,, *lis ego ſum* (dicentis) *in ſcriptis aliorum, qua-*
,, *les volo eſſe intellectores meorum.* ſequitur
Gloſſ. cap. cùm omnes.6. in fin. verbo patere legē.
de conſtitutionibus. iuxtà Ouidianum illud.
28 ,, *Neque enim lex iuſtior vlla eſt;*
,, *Quàm necis artificem arte perire ſua.*
ſequiturque *Nauar. in cap. hæc autem verba in*
Gloſſ. nu.7. de pœnitent. diſt.1. Sic apud Teren-
29 tium in Eunucho. (*Par pari referre:*) iuſtum
æſtimatum fuit. Ita meliori præceptione
Chriſtus Dominus, & Magiſter noſter
,, *Matth.7.2. In quo enim iudicio iudicaueritis.*
,, (inquit) *iudicabimini: & in qua menſura men-*
,, *ſi fueritis, remetietur & vobis.*
Neque inſtabunt vlterius, quòd & Hyp-
polita, & Syluia cùm nuptui viris traditæ
fuere, renunciauere (vt moris eſt fieri) pro
maſculis omni ſucceſſioni, &c. Eadē quip-
pè reſpōſione inſtantia ſubmouetur: officc-
ret vtiqui facta renūciatio his mulieribus)
30 ſi in iuſpatronatus hæreditarium ſe immi-
ſcere vellēt, in quo planè dicta hæreditaria
qualitas omnino deſideraretur. diximus *d. re-*
ſponſ. noſtra 16. nu.17. At noſtra in hoc erit, q
31 familiare, & gentilitium eſt; vt ſufficiat il-
lis eſſe de familia Fundatoris, (contentiua
ſaltim,) de qua Fundatorem intellexiſſe,
nemo ſanè mentis negauerit, qui verba ad-
uerterit illius (*de iurepatronatus de Caſa del*
32 *Vecchio.*) Vt compræhendantur, ſiuè deſcen
dentes, ſiuè tranſuerſales, ſiuè maſculi, ſiuè
fœminæ. *l. pronunciatio 195. §. familiæ ff. de*
verbor. ſignificat. l. fin. C. eodem. l. voluntas. 4. C.
de fideicommiſſ. Rota in Romana fideicommiſſ.
17. Iunij 1615. coràm Card. Phamphilio part.2.
tom.2. in recent. deciſ 707. nu.2. Gratian. part.4.
forenſium diſceptationum cap.645. num.3. &
ſeq. Caluaccanus deciſ.19. par.3. nu.74. in fin. &
75. cum ſeq. plures alios retulimus *d. reſponſ.*
noſtra 16. nu.1. & ſeq. & nu.7. par.2.
33 Quibus omnibus pro coronide accēdit,
quòd qui de Petio præſentauere, in poſſeſ-
ſione, vel quaſi ſunt præſentandi, per alias
præſentationes factas, & quæ effectum ha-
buere; At non ex aduersò, qui Schiauettā;
34 quamuis fortaſsè (ex hypoteſi) in petitorio
34 ad illas ſpectaret. Quia profectò in hac
præſentandi materia ſtatus attenditur vi-
dimus *d. cap. conſultationibus 19. & ibid. Abb.*
& Butrius, alijq; de Iurepatronatus. Rota apud
Card. Manticam deciſ.86. nu.1. & ſeq. & apud
S. memor. Gregor. XV. deciſ.349. num.1. & deciſ.
452. nu.14. & 16. & apud Card. Caualer. deciſ.
55. nu.4. & deciſ.197. nu.2. Monald. conſ.47. nu.
3. vol.2. Mariſcottus variar. reſolut. lib.1. cap.55
nu.12. & 13. Lapus allegat.95. in fin. Rota in
recent. par.1. tom.1. deciſ.214. num.1. & in Cre-
men. Cappellaniæ 14. Ianuarij 1594. coram
Card. Mellino apud Vinianum in praxi iuriſpa-
tron. deciſ.13. num.2. Maceraten. variar. reſolut.
lib.1.

lib.1.reſol. 104.nu.7.Guttierez conſ.3.num.1.& 2.Marius Muta deciſ.72.nu.8.Anton.Faber lib. 6.tit. 1. C.de iurepatronat. diffinit.5. & 9. Alexand.Randenſ.variar.reſolut. cap. 19. num.18. & 19.

35 Quam ſanè poſſeſſionem præſentandi, (potiſſimum verò aduerſus alios compatronos) vt quis acquirat, vel ſemel præſentaſſe ſufficit. *Rotæ par.2. diuerſorum deciſ.318. apud Card.Caualer. d.deciſ.55, num.4. & deciſ. 197.nu.3.apud Coccinum deciſ.464.nu. 3. apud S.memor.Gregor.XV. deciſ.222.nu.6. & deciſ. 417.num.7.apud Achillem de Graſſis deciſ.5.de cauſa poſſeſſion.& propriet.Maceraten.d.reſolut. 104.nu.5.Guttierez.d.conſ.3.num.2.Randenſ d. cap.19.num.26.Gonzalez ad regul 8.cancellar. Gloſſ 45.§.2.num.29.& ſeq.Perez de Lara de cappellan lib.2.cap.1.nu.55.& 56.Cladius Tutius q.3.de iurepatronat.nu.13.*

Cum itaque, & à maiori parte patronorum, & ab exiſtentibus in poſſeſſione, vel quaſi præſentandi, D. Franciſcus de Petio præſentatus fuerit, ipſe vtique inſtituendus erat.

Vt ex his, iudicio ſubiectis prudentiori, reſpondendum cenſui.

CAROLVS MARANTA V.I.D.
Aduocatus.

Per Metropolitanam Curiam Capuanam, reuocata ſententia Vicarij Theanen. de Petio Cappellaniã deberi, pronunciatum fuit, & ita poſtmodum exequutum.

SVMMARIVM.

1 *Parentum eſt filijs theſaurizare.*
Neque curis, laboribuſq; parcere, natis vt acquiſita relinquant.n.2.
Taleq; parentum votum eſt erga filios.n.3.
4 *Parentum bona filijs debentur, non ita liberorum Parentibus.*
5 *Parentum amor erga filios, ſummus.*
Vt plus filios, quàm ſe diligant.nu.6.
Quia in illis eorum protrahitur ſubſtantia. nu.7.
Et liberi ſunt anima patris.
Nulluſque amor vincit paternum.
Filius vndè dicatur?
Matrimonium; in bonis externis, collocabat Plato.
8 *Rixa ex diuiſione.*
9 *Hæredis nomen ex græco, cum rixa nomine congruit.*
Et vndè deducatur? ex alijs.n.10.
11 *Bona qui cupiunt aliorum, vt ea poſt mortem capiant, Vulturibus comparantur.*
12 *Adagium. Si Vultur es, cadauer expecta. Illuſtratur.*
13 *Legatum de re, quæ teſtatori non debebatur, caducum efficitur.*
14 *Hæres ſcriptus, ſi præmoriatur teſtatori; teſtamentum caducum efficitur.*
Reſtringe ſi in re certa alij hæredes dicti fuerint, namque per ius accreſcendi, hæreditatem ſubibunt.nu.15.
Ac præſertim inter liberos.n.16.
Reſtringe ſi teſtator id prohibuit.nu.20.
17 *Antecedente deſtructo, conſequentia cadit.*
18 *Inteſtati cauſa eliditur, ſi teſtati cauſa locum occupet.*
19 *Inteſtatus quis dicatur?*
21 *Voluntas teſtatoris, quæ manifeſta eſt, attendi, ac ſeruari debet.*
Quia lex eſt.
21 *Legatum dotis à patre filiæ factum, ſoluendum tamen tempore matrimonij, purum dicitur, non conditionale.*
Quia cenſetur tempus ſolutioni dictum, ne nimium grauaretur hæres. n.23.
Et legatum huiuſmodi legitima loco habetur. nu.25.
24 *Paternum eſt officium filias dotare.*
26 *Legitima ſine onere, & abſque conditione filiis debetur.*
Et omnis ab ea conditio, & temporis dilatio remouetur.n.27.
Vt pro non adiectis habeantur.n.28.
Vnde ad ſuos tranſmittitur, etiam non adueniente tempore matrimonii. nu.29. etiam in ſtatuto excluſiuo fœminarum. num.32.
Accedentibus potiſſimum coniecturis.nu.30. inſtitutionis potiſſimum.
Poterit proindè ad libitum de illa diſponere. nu.31.
32 *Rei ſuæ quilibet eſt moderator, & arbiter.*
Siue inter viuos, ſiue in vltima voluntate. nu.33.
Multoq; magis in anima ſua commodum. nu.34.
Atque Deo donare.n.35.
Ratioq; affertur.n.36.
34 *Anima cunctis rebus præferenda.*
37 *Res ſuas poteſt quiſq; etiam in mare proijcere.*
Ratio datur.n.38.
Multoq; magis Deo relinquere, & Sanctis. nu.39.
39 *Maria Virgo Immaculata Deiparens laudibus tollitur.*
Et omnia dedit ei filius in manus.n.40.

Nihilq; nos accipere quod per manus eius nõ tranſiret.n.41.

42 *Sanctus Bernardus Claræ Vallis Abbas celebratur.*

43 *Maria Mater cunctorum viuentium, iurè magis, quàm Eua, dicitur.*

44 *Matri debetur legitima in bonis filia decedentis.*

45 *Legata pia Deo feruntur, quæ pro anima rogantur.*

Quia ipſe finis vltimus omnium eſt.n.46.

46 *Deus finis vltimus, & per ſe eſt omnium.*

47 *Deo, qui ſe oppugnat, vltorem illum habebit.*

48 *Horrendum eſt incidere in manus Dei viuentis.*

49 *Deus omnia videt.*

ARGVMENTVM.

Legatum de ſumma, quæ relinquenti non debebatur, factum, non debetur. Hærede teſtamento dato præueniẽte teſtatorem per fati tempus, qui in re particulari hęres datus fuerat, per Ius accreſcendi uniuerſę hereditatis fit Dominus. Legatum dotis à patre filię relictum, ſoluendum tempore matrimonij, an purum, uel cõditionale cenſeatur? Et praemoriente ea antequam matrimonium contrahat, ad ſuos illud tranſmittat? Legitime onus nullum affigi poteſt, neque temporis, neque conditionis.

RESPONSIO XXXXV.

1 Parentum eſt pro filiis ſolicitos eſſe, illiſque theſaurizare, iuxta Apoſtoli dictum *ſecunda ad Corinth. 12. 14.* translatum *in cap. cum Apoſtolus 6. §.*
2 *probibemus de cenſib. & can. prædicatos 64. in fin. XVI. q. 1.* Maria quippe ipſa (vt *Caſſiodor. variar. epiſt. 14. lib. 2.* loquitur) ſæuis tempeſtatibus excitata, Genitoris cura non refugit, vt peregrinus mercibus acquirat, quod
3 propriæ ſoboli relinquat. Et tale parentum eſt votum, & naturalis erga filios charitas, vt ipſi eorum bona habeant. Iuxta Papiniani ſenſum, ex eius erutum verbis *in l. nam & ſi parentibus 15. in princ ff. de inoffi e. teſtam.* & iterum *in l. ſcripto hærede 6. in fin. ff. vnde*
4 *liberi.* ſequentibus enim loquitur Papinianus ibi. *Non ſic parentibus liberorum, vt liberis parentum debetur hæreditas, parentes ad bona liberorum, ratio miſerationis admittit: liberos vero, natura ſimul, & parentum comune votum.* ſic ille. Naturale ſiquidem eſt, vt na-
5 ſi parentum habeant bona. Summa quippe parentum erga liberos eſt effectio. vt Paulus innuit *in l. iſti quidẽ 8. in finalibus verbis ff.*
6 *de eo quod metus cauſa.* Quin pater plus diligit filium, quam ſe ipſum; ſecundum quòd *Gloſſ. in eadem l. iſti. verbo magis.* loquitur. Rationemque refert, quia per filios parentes perſeuerare, ac perdurare, videntur: & naturale ſic, quòd res plus perſeueraturas, quis plus diligat. ſic *Gloſſ.* Vnde Plato in bonis externis matrimonium collocabat, quòd in filiis perpetuitatem, & quandã generis noſtri immortalitatem habeamus. quod refert quoque *Clemens Alexandrinus lib. 3. ſtrommatum fol. mihi 198.* Dixitque perbelle Euripides.

Cunctis hominibus liberi ſunt anima.

& Philoſtratus ex græcis.

Animalibus liberi ſunt animæ inſtar.

Dictumque filium voluerunt antiqui Grãmatici, quaſi (φίλιον) quòd nullus amor vincat paternum. vt imperator loquitur *l. cùm furioſus 7. C. de curator furioſi.* Illudque Vergil. 1. Aeneid.

Omnis in Aſcanio cari ſtat cura parentis.

Volens proinde filiis ſuis proſpicere Franciſcus Fedelis V. I. D. Ciuitatis Auerſæ, ne poſt ſuprema ſua funera in diuidenda bona diſcordiæ inter eos, ac rixæ enaſce-
8 rentur. Ex diuiſione quippè rixæ vt plurimum oriuntur, Vnde ſatis perbellè *Federicus Morellius* in corollariis ad emblemata Alciati *emblem. 159.* in illis verbis: *Maxima*
9 *rixa oritur.* ex græco aduertit, maximam cognationem eſſe inter has voces hæredis, & ἔριδος (heridos) id eſt rixæ. vt propter hanc connexionem, apud antiquos nomen (*hæres*) ſine diphtongo ſcribebatur. Quia cum de actione agitur familiæ erciſcundæ, ſiue diuidendæ, in promptu rixæ ſunt. Quod nec ineruditè nonnullorum interpretatio-
10 ni congruit, qui nomen hæredis deduci volunt adhærendo, quod nimis artè inſideant, hæreantque qui hæreditatem capiunt aliorum. quibus illi hæredes ſunt, ac conſequenter proximi. quod adnotauit *Tuillius* ad idem Alciati emblema. Hinc ſa-
11 nè factum eſt, vt hi, qui bonis inhiant aliorum,

rum, vt ea hæreditate capiant: Vulturibus comparentur, ſit enim illi mortuorum cadaueribus veſcuntur, ita plane iſti, qui non niſi poſt mortem, ad bona peruenire poſſunt aliorum, ſiue coniunctorum ſanguine, ſiue parentum ſuorum.

12 Vt Adagio locus factus fuerit. *Si vultur es, cadauer expecta.* iuxta illud Senecæ *lib.15.*
„ *epiſtol.96. At ſi* (dicentis) *hæreditatis cauſa id*
„ *facit, Vultur eſt, cadauer expectat* & illud *Mar-*
„ *tialis lib.6.*

„ *Admiſit pater vnicum gilanus.*
„ *Ceſſas mittere munera Oppiane?*
„ *Heu crudele nefas, malaque Parcæ,*
„ *Cuius Vulturis hoc erit cadauer?*

Hic itaque Franciſcus anno 1597. poſtremas ſibi ſcribens tabulas, vniuerſalem ſibi hædem Laurentium filium dedit. Iudithæ verò, & Cremoſinæ filiabus, ſexcentum vnicuique earum reliquit. Ioanuem vero Hieronimum alterum filium in ducentis ducatis legitimæ nominæ hæredem nuncupauit. Cum tamen vltimum non tunc vidiſſet diem Franciſcus: interim Laurentius filius mortem obijt; quem non multos poſt annos Frãciſcus ipſe ſequutus fuit. Poſt huius ſuprema funera Ioannes Hieronymus, duæque eius ſorores Iuditha, & Cremoſina, ac Mater, quæ in prioribus tabulis per Franciſcum Patrem, & Virum Domina, & patrona relicta fuerat, (ſi thorum vidua ſeruaſſet,) in bonorum comunione in eadem domo perſeuerant. Cremoſina, cũ dies ribi ſtaret, vt fatis concederet, rogato elogio, Biſcentum relinquit ſanctæ Mariæ de Carmelo Ciuitatis Aucrſæ, & pro eis annuos ducatos decem & octo, ex ſexcentum ſibi à patre relictis: onere aſſixo, vt ter in ſingulas hebdomadas incruentum Miſſæ ſacrificium eius pro anima offerant Patres. Hac extincta, agunt Patres aduerſus Ioannem Hieronymum nunc Parochum Parochialis Eccleſiæ ſanctorum Philippi, & Iacobi in eadem Ciuitate, relictum petentes legatum. Ille ne ſoluat duo excipiendo obijcit.

Primum. Teſtamentum Franciſci Patris ob præmaturam mortem Laurentii, qui hæres nuncupatus fuerat, iam eccidiſſe atq. caducum effectum fuiſſe. Eſſe proinde ſe hæredem ab inteſtato.

Secundum, fuiſſe legatum, Cremoſinæ per Franciſcum patrem relictum, conditionale. Sequentibus namque illo diſpoſuerat:
„ *Quos ducatos ſexcentum dari voluit pro dote*
„ *tempore ſui maritagij.* Vidiſſe illam extremum diem, ante quam marito copularetur coniugio. Non deberi proinde ſexcenta, nec potuiſſe conſequenter illa biſcentum S. Mariæ de Carmelo relinquere.

13 Legatum quippè de re, quæ teſtatori minime debebatur, caducum, atque nullum redditur; ita Vlpianus *in l. ſi ſic legauero 78.*
„ *§. ſi mihi ff. de legat. 1. Si mihi, quod Titius debet,*
„ *fuerit legatum* (Vlpianus inquit) *neque*
„ *Titius debeat. ſciendum eſt nullum eſſe legatum.* ita ille. ſequiturque *Bart. ibid. in 2. notab.* dixi *reſponſ. 3. n. 3. par. 1.* Verùm, neutrum horum obſtare Patribus Eccleſiæ Sanctæ Mariæ, quin legatum conſequærentur, iurè reſpondeſſe me, qui ſapit, intelliget.

14 Non ſanè primum. Tamet ſi portò, hærede teſtamento ſcripto præmoriente, ac teſtatorem præueniente, tabulæ nullæ fiat, ac totum decidat, quod in illis ſcriptum fuerat, atque caducum fiat. *ad tex. in l. ex teſtamento 29. C. de fideicommiſſis.* docet apertiſſimè *Bald.* (in hiſce noſtris terminis præmorientibus filiis inſtitutis, patri teſtatori) *conſ. 167. Thema proponitur in his terminis n. 1. in primo præmiſſo lib. 2. & conſ. 264. Ad euidentiam eſt præmittendum num. 1. lib. 5.* ſequitur *Cardin. Tuſcus tom. vlt. littera T. concluſ. 126. num. 1.*

15 Id nihilominus firmum haud perſiſtit, datis teſtamento cohæredibus inſtitutis; quia nimirum ipſi (per ius accreſcendi) totam ſubibunt hæreditatem: ne pro parte teſtatus: & inteſtatus pro alia parte diſponens deceſſiſſe videatur, quod ſacræ abominantur leges: eſt *tex in l vnica § pro ſecundo verò & § his ita definitis C. de caducis tollend. l. 1. §. ſi ex fundo ff. de hæredibus inſtituend. vbi Gloſſ. verbo Inſtitutus l. quoties 9. §. ſi duo ff. eod. l quoties 3. vbi Bart. Angel. Salicet; Iaſon, alijque C. de hæredib. inſtituend. Gloſſ. in cap. ſi pater 1. verbo in re certa de teſtam. in 6. Bald. d. conſ. 167. num. 4. & d. conſ 264. num. 3. Card. Tuſcus d. concluſ. 126. num. 6. & 7. & concluſ. antecedenti 125. num. 23. & 24. Menochius de adipiſcenda poſſeſſ. remed. 4. q. 18. num. 116. 117. & 118. Michael Craſſus communium concluſ. verbo Hæreditas q. 3. num. 3.* plures alios referens, atque de comuni teſtatur, *& §. ius accreſcendi q. 16. num. 10. & 11. Couar. cap. Raynutius §. 1. num. 9. de teſtament.* quo loco & ipſe de comuni atteſtatur. *Abb. eod. cap. Raynutius num. 13. & Butrius num. 27. de teſtament. Tiraquellus tract. le mort Saiſit le vif. par. 2. declarat. 4. num. 14. Idem Menoch. lib. 4. præſumpt. 24. num. 5. & ſeq.* & in hiſce noſtræ quæſtionis terminis de filia in legitima inſtituta, optimè *Corneus conſ. 33. circa primum conſultationis articulum num. 5. & ſeq. vol. 4.* vbi etiã
16 de comuni atteſtatur. Præſertim verò inter liberos, vt peroptime ampliando ſequitur *Fuſar. de ſubſtitut. q. 341. nu. 1.*

Cadit propterea, atque in peſſum ruit Ioannis Hieronymi conſequentia ad antecedentem enthimematis; caducatum fuiſſe teſtamentum per præmaturam mortem Laurentij hæredis ſcripti; Ad ſe proinde ab inteſtato hæreditatem perueniſſe. Quia de-
17 ſtructo antecedente, conſequentia quoq.

ca-

cadit, quia antecedentis ſequela eſt, vt ver-
bis vtar Vlpiani in *l quicunque. 5.§.penult. in*
fin.ff.de inſtitor actione.l.ad rem mobilem 56.&
l.ad legatum 62.ff.de procurator.Rota apud Cōc-
cin.deciſ.267.n.7.& 8. & apud Card. Caualer.
*deciſ.291.ſub n.3.*diximus *reſponſ.31.n.19. &*
18 *20.par.1.* Quippe eliditur inteſtati cauſa,
vbi ex teſtatoris iudicio in hæredem (etiam
particularem, per ius accreſcendi, vt dixi-
mus) eius bona decurrunt. Neque enim ei,
qui teſtamentum reliquit, quiſquam inte-
ſtato ſuccedit, ſecundum verba *tex in l.ante-*
quam.8 C.omnia de ſucceſſionib.l.quandiu 90.ff.
de regul iur.l.1.C.de bonorum poſſeſ. ſecundum
tabulas. Inteſtatus quippe dicitur, ex Paulo
iure conſulto, in *l.inteſtatus 64. ff. de verborū*
ſignificat. qui teſtamentum non fecit, vel
cuius ex teſtamento hæreditas edita non
eſt. *l.1. C. de ſuis, & legit. hæredib. Michael*
Craſſus §.ſubſtitutio ab inteſtato.q.1.n.1.

Hæreditatem verò ceperunt aliæ ſorores
in re particulari inſtitutæ. Non igitur ab in-
teſtato hæreditatem ſubire poterat Ioan-
nes Hieronymus. Accedebat quoq. quòd
quamuis ipſe hæres dictus fuerat in legiti-
20 ma. Inhibitum tamem erat ei à teſtatore,
(iuſtis cauſis) ne ad hæreditatem vniuerſa-
lem aſpirare potuiſſet. Haud proinde pote-
rat cum eo locum ſibi facere, vt per ius ac-
creſcendi, ad ipſum hæreditas deferretur,
ſecundum *Iul. Clarum §. Teſtamentum q.74.*
& ſequuta fuit Rota in *Eſina bonorum 23.*
Iunij 1614.coram Veroſpio par.1. tom.2. in re-
centiorib.deciſ.635.n.5. Rationemque reddit
21 *Michael Craſſus §. inſtitutio. q.21. n.3. Quia*
„ *voluntas teſtatoris manifeſta eſt,* (inquiens)
qua maximè attendi, & obſeruari debet. Eſt
lex eius voluntas, quæ omninò ſeruari de-
bet. *§.diſponat in auth. de nupt.collat.4.*

Neq. ſecūdū obſtabat obiectū Io. Hie-
22 ronymi. Quia profectò Cremoſinam purè
in ſexcentis hæredem inſtituit Franciſcus
Pater, & ſi quidem ſolutionem tempore
matrimonij contracti fieri voluerit, fuit
proinde modus, atque legati exequutio, nō
planè conditio. Neq; porrò ſolutionis om-
nis dilatio, ſiue ſuſpenſio in tempus potiſ-
ſimum contracti matrimonij, conditio
æſtimatur, neque conditionis effectus dila-
tio omnis cenſetur. vt docet ſatis ad rem,
(vt cōſueuit) iuris lucerna *Bart.in l.1.n.1.ff.*
23 *de condit. & demonſtrat.* quem ſequitur *D.*
Garſias Maſtrill.deciſ.78.n.7. Cenſetur nem-
pè data dilatio ad ſoluendum hæredi in
tempus vſque contracti matrimonij, vt hoc
commodum hauriret ille, neque ad ſoluē-
dum ſtatim cogeretur, iuxtà Pauli ſenſum
in *l.idem Iulianus 41.§.eo ex facto ff. delegat.1.*
& Papiniani *in l.vnum ex familia 69.§.ſi rem*
delegat.2. vti etiam Vlpianus reſpondit in
l.uec ſemel 12.§.item Celſus ff.quādo dies legati
cedat. vbi ſequentibus ad rem aptè loqui-

„ tur: *Niſi fortè euidens ſit voluntas teſtatoris, in*
„ *annuas penſiones ideo diuidentis, quoniam non*
„ *legatario conſultum, ſed hæredi proſpectum vo-*
„ *luit, ne vrgeretur ad ſolutionem.*) magis quàm
conditionem filię adijceret, quam dotare
24 tenebatur: paternum hoc namque eſt
officium, filias dotare, vt Imperator Iuſti-
nianus dixit in *l.vlt.§. neque enim. C. de iure*
dotium. & Martinianus *in l. qui liberos 19. ff.*
de ritu nuptiarum, vbi *Gloſſ. verbo, & dotare.*
quod aduertit *Socin.ſenior conſ.92.circa t.hu-*
ius concluſionis n.8.vol.1. Hieronym. de Laurē-
tijs deciſ. Auenionen.56.n.25. in fin. Rota apud
Card.Caualer.deciſ.393.n.7. & deciſ.600.n.1.
pluribus *Nicholaus Noalis de tranſmiſſionibus*
caſu 17.n.16. & n.53. & ſeq. & n.56. Lander-
chius Imolen conſ.25.n.4.in 3. & 4.exceptione.
& perpenſum fuit in *Bononien de Capacellis*
17.Iunij 1611.coram Card. Caualer. deciſ.162.
25 *n.4.& 5.* Preterea ſexcenta hæc, quæ Cre-
moſinæ Franciſcus inſtitutionis iure in ſu-
premis ſuis tabulis reliquit, quamuis tem-
pore, quo viro locaretur, ſolui eidem man-
26 dauerit, legitim loco tueruntæ; ſine vllo
itaque onere, & abſque conditione aliqua
debebantur. *cap.Raynutius 16.§. quia verò pa*
ter.& cap. Raynaldus 18.§. Dilectus filius. vbi
Gloſſ.verbo nequiuit.de teſtamentis §.1.in auth.
de triente, & ſemiſſe.auth.nouiſſima.& l. omni-
modo.30.& l.quoniam in priorib.32.& l.ſcimus
27 *36. §. itaque C. de in officioſo teſtamento.* vt
omnis ab ea conditio remoueatur, omniſq.
temporis dilatatio, *d.l.omnimodo 30.*ibi: ſine
vllo grauamine, vel mora exigere. *C. de in*
officioſo teſtam.Caroeius deciſ.70.Vincentius de
Franch.deciſ.127.n.6.Gratian. Forenſ.diſcept.p.
3.cap.594. Rota apud Card. Caualer. deciſ.326.
ſub n.6.& deciſ.388.n.3. Card.Mantica de con-
iectur.lib.7.tit.10.n.18.& lib.11. tit.23. nu.13.
Nicholaus Noalis de tranſmiſſionib.caſu 8.num.
102.& caſu 10.n.9.Landerech.d.conſ.25.n.4.&
10.& Rota apud.Card.Caualer.d. deciſ.162.n.
5.apud Card.Manticam deciſ.258.n.5. Mercu-
rialis Merlinus tract.de legitima lib.2.tit.2.q.5.
n.1.& lib.3.tit.2.q.1.n.2. & 10. & 11. & eod.
lib.3.tit.2.q.8.per tot.præſertim n.38.& ſeq. &
28 *q.9.per tot.præſertim n.1.& 20.Maſtrillus de-*
ciſ.181. num.5. cum ſeq. par.2. Vt quatenus
conditio aliqua fuerit adiecta, ex ſe, ipſoque
iure à legitima recuſa videatur. *d.l.quoniam*
in priorib.32.in fin.C. de in offic. teſtament. Vt
illam (etiam, non adhuc facto tempore ſo-
lutionis, cùm res omninò exitum ſuum ha-
bere oporteat, vt ſoluatur, quia nimirum
naturæ iure debetur legitima,) ad ſuos
tranſmittant ij, quibus debetur. *ad tex. in l.*
quamquam.10.C.ad legem falcid. Socin. d.conſ.
92.n.8.& ſeq.Menoch.lib.4.præſumpt.146. nu.
31.& ſeq.ad 35.Maſtrill.d.deciſ.78 n.8. Lana-
rius conſ.10.n.1.& ſeq.Couar.in cap. nos quidē
3.n.11.verſ. octano à mente præſumpta de teſta-
ment.Hieronym.de Laurentijs d.deciſ.56. n.23.
&

Digitized by Google

& 25.ad finem vſque decisionis. Michael Craſſus
§.legatum q.48. n.6. Gratian. deciſ. Rotæ Mar-
chiæ 4.num.65.& ſeq Gaſpar. Anton. Theſaur.
quæſt foren ſ.lib.1.q.43.nu.1.& ſeq. Rota apud
Caualcr.d. deciſ.162. n.5.& 6. Didacus Spino
in ſpeculo teſtament.Gloſ.14.n.41. vbi verio-
rem appellar hanc ſententiam, magiſque
comunem.*Cauallos p.1. comunium contrà co-*
30 *munes.q.138.n.4.& ſeq.Noalis d.caſu 17. nu.*
12.& n.16. & ſeq. & dicto caſu 10.n.1.& ſeq.
Landerecb. d.conſ.25.d.n.4. Merlinus d. lib.3.
tit.2.q.1.n.10.& 11. Maſtrillus d. deciſ.181.n.
6. & 7. & ſeq. Accedentibus potiſsimum
coniecturis.*Aymon.conſ.101. Menochius conſ.*
60.n.37.& ſeq.lib.1. Magon deciſ lucenſi 28.n.
2. & ſeq. vbi etiam Fabius Thimæus in additio-
*nib.littera C.Noalis.d.caſu 17n.52.*præſertim
verò inſtitutionis, vt aduertunt *Imolen.d.*
conſ.25.ſub.n.4. & Noalis d.caſu 17.nu.12.&
*23.*Non minus igitur, (ex quo, antequàm
viro coniungeretur Cremoſina, ſepulchro
iuncta fuit) ſexcenta, quę legitimę nomine
ſibi debebantur in bonis comunis paren-
31 tis conſequuta fuit;ac ſi viro locata fuiſ-
ſet. Et quia in illis hæres inſtituta fuerat;
& quia non ſubſtantiæ legati,ſed executio-
ni illius tempus ſolutionis adiectum fue-
rat.*Noalis d.caſu 17.n.54. 55.& 56.* & quia
omnimodis libera debebantur, cùm locũ
ſubirent legitimæ, vt diximus.ſequiturque
nec incongruè perpenſionem hanc *Fabius*
Goleota controuerſ.lib.2.controuerſ.15. nu.85.
87.88.& 89. quod legatum dotis purũ ſit,
ex quo loco ſuccedit legitimæ,docens.Po-
tuit proinde de illis ad libitum teſtamento
diſponere, cuique placuiſſet relinquere,
32 eaq. vti propria moderari *ad tex. in l. in re*
mandata 21.C.mandati. can nulli dubium 1.12.
q.5.Noalis de tranſmiſsionib. d.caſu 10.nu.1. &
ſeq.Landerecb.d.conſ.25.n.8. & nu.16. in for-
tioribus terminis loquens, in ſtatuto ſcili-
cèt,excluſiuo fœminarum, quando dos il-
la legitimæ loco habeatur, *& Galeota* loco
ſuprà relato,ipſum *Imolen* quoque referẽs.
33 Siue inter viuos, ſiue in vltima voluntate.
Eucrardus conſ.216.n.15. Multòque magis
in animæ ſuæ commodum, (quæ rebus
omnibus pretio præhaberi debet, ſecundũ
Philoſophũ 7. *polit.tex.in can.præcipimus 24.*
in princ. 12. q.1. cap. cum infirmitas 13. in fin.
35 *vbi Gloſſ. de pænit. & remiſsionib.*) ea relin-
quere, Deoque Optimo Maximo dono
„ dare,argumento *tex.in cap.iniuſtum 4.in prin-*
*cip.*ibi : pro animæ ſuæ remedio conſecra-
36 runt,*de rerum permutat.* Ratione non ſanè
contemnenda,ſed adæquata ſatis, eruta ex
verbis Innocentij tertij *in cap.tua nobis 26.*
§.cum enim Deus de decimis. De decimis ver-
„ ba facientis: *Ne deterioris* (inquiendo) *con-*
„ *ditionis ſit Deus,quàm dominus temporalis.*
37 Si enim poteſt quiſque res ſuas etiam in
mare proijcere,vt ex *Caſtrenſ. conſ.125.col.1.*
lib.1. ſequitur *Card. Tuſcus tom.6. littera P.*
*concluſ.112.n.11.*ex ratione,quam affert Ca-
ius in *l. non vſque adeo 2. ff. ſi à parente quis*
38 *manumiſſ.ſit. Quia iniquum eſt,*(dicens) *inge-*
nuis hominibus non eſſe liberam rerum ſuarum
39 *alienationem.* Cur (quęſo te) non ea ſicuti
Sanctæ Marię de Carmelo, Virgini imma-
culatę,Dei Parenti,Chriſti nutrici, qui eius
puriſsima ſuxit vbera, lacte de cęlo plena,
biſcenta relinquere, dono dare, & elargiri?
40 Quando ei omnia dedit Filius in manus,
ſicuti Filio omnia dedit ei Pater in manus.
Ioan.13.3. atque per manus eius nos omnia
41 habere Deus voluit, nihilque quod non
per manus Mariæ tranſierit. Non mea hęc
eſt ſententia, ſed ſanctiſsimi, melliſluique
illius Clari Cęreuallenſis Abbatis Bernar-
di *ſermon. 3. in Vigilia Natalis Domini in fin.*
Rationem reddens, cur Maria Adiutoriũ
vocetur. *Quia*(inquiens) *nihil nos Deus habe-*
re voluit, quod per Mariæ manus non tranſiret.
43 Et ſanè ipſa ſi Mater noſtra eſt, vereque
Mater viuentium, ſicuti Eua nuncupata
fuit, mater cunctorum viuentium (*Geneſis*
3:20.) cuius in locum mutato Euę infælici
elogio,in Aue nomen, iure transfuſa fuit,
vt Mater vocaretur cunctorum viuentiũ.
44 debebatur vtique ei in bonis decedentis
filię legitima.*l.cum ratio.7.ff.de bonis damnat.*
l.ſcripto hærede 6.in fin.ff.unde liberi. d.l.nam &
ſi parentibus 15.ff de inoſſicioſ.teſtam. diximus
reſponſ.noſtra 30.n.5.par.1.

Non iure igitur facit Ioannes Hierony-
mus,qui hæc ipſa ducenta, ne habeant Pa-
tres; ne ferat Beatiſsima Virgo, quin Deus
ipſe,impedimento eſt. Deo quippe legata
45 feruntur,quę pro anima fideles deſtinant,
46 quia Deus finis eſt cuius, affirmatiuus, &
per ſe,atque vltimus omnium *S.Thom. pri-*
ma par.q 44.art.4.& prima ſecundæ q.1.art.8.
Nauar.de finib. humanorum actuum num. 6. &
*11.& 34.*diximus ſatis abunde *reſponſ.noſtra*
9.num.14.& ſeq.& per tot. reſponſionem. præ-
ſertim *num.52.par.1.* Deo ergo ſe oppugna-
47 bit Ioannes Hieronymus. Illum proinde
vltorem habebit, ſentietque. Quia iudica-
48 bit Dominus populum ſuum. Horrendum
eſt autem incidere in manus Dei viuentis.
vt Paulus loquitur Apoſtolus *ad Hebræos*
10. 31. Eſt profecto Deus,qui,quæ nos gerimus,
49 *auditque,& videt.vt Plaut. in captiuo* dixit.&
Ouid.13.Metamorph.
„ *Aſpiciunt oculis ſuperi mortalia Iuſtis.*

Atque ita ex his,ſententiis rectius non
abiecto,quin expetito iudicio, reſponden-
dum cenſui.

CAROLVS MARANTA V.I.D. Aduocatus.

Pro legato Patribus ſoluendo in curia
Epiſcopali Auerſana ſententia fuit. Verum
Io-

Google

Ioannes Hieronymus cauſam ad Illuſtriſſimum A.C. per appellationem traxit, à quo confirmata ſententia pro patribus, mandatum exequutiuum relaxatum fuit ſuper bonis hæreditarijs quondam Franciſci. Hæc igitur vt haberes quod inſudarim, boni conſule Amice, candidique animi lector; poterunt enim quãdoque tibi commodo eſſe.

SVMMARIVM.

1 *Statuta cuique dies eſt vltima.*
2 *Mors atra omnia ſub ſuas vocat leges.*
Satiſque moleſta eſt num. 3.
Nullique eam exorare licet.
4 *Præſentatus ad beneficium iuris patronatus ab exiſtentibus in poſſeſſione præſentandi, is inſtitui debet, & num. 19.*
Quamuis ex aduerſo veri patroni exiſterent.
Quia in hac materia Iuriſpatronatus vltimus ſtatus attenditur num. 5.
Et vltima præualet poſſeſſio num. 6.
Quamuis violenta num. 7.
8 *Poſſeſſio defuncti in hæredem non transfunditur, niſi apprehendatur, quia poſſeſſio facti eſt.*
Apprehenditur verò per præſentationẽ, etiam vnicam num. 9.
Qua ſecuta inſtitutione manutenibilis eſt.
Et ſufficit deſcendentiam probare. vt præſentatio ſuſtineatur num. 10.
Quia vltimus ſtatus attenditur num. 11.
Excluſis etiam veris patronis in poſſeſſione non exiſtentibus.
12 *Quaſi poſſeſſio iuris præſentandi conſideratur medijs perſonis eorum, qui præſentauerunt.*
13 *Hæreditatis adhitione iura omnia defuncti in hæredem transfunduntur, propriumque hæredis patrimonium efficiuntur.*
14 *Poſſeſſionem præſentandi apprehendit hæres per præſentationem.*
Et per eam pertinentia probatur Iuriſpatronatus n. 15.
Qui verò non præſentauit, in poſſeſſione minime dici poteſt præſentandi n. 16. in fin.
16 *Prouerbium. Hanc thecnam in te ipſum ſtruxiſti.*
Et ſuo iumento ſibi malum accerſere. Dilucidatur.
Suis artibus peti num. 17. Liuij dictum.
Suoque gladio ſe perimere.
18 *Marius vnus ex triginta tirannis à ſuo milite, ſuoque gladio interemptus.*
Sepia piſcis eſt alba, at ſuccum habet atrum, quem ſpargit in metu, ne deprahendatur. Prouerbium neque quid ſit album, quid nigrum noſſe.
20 *Ius patronatus ad ſe ſpectare dicens. Petitorium reſpicit.*
21 *Proprietas cum poſſeſſione nihil commune habet.*
22 *Pati quis debet legem contra ſe, quam pro alio dixit.*
23 *Fraudem fraude repellere permiſſum.*
24 *Notario, vt fides habeatur, conſtare debet illum eſſe notarium.*
25 *Notario extrahenti ſcripturam ab originali exhibito, & exhibenti reſtituto, non creditur.*
Teſtatur enim de re aliena.
26 *Scriptura, vt fidem faciat, extrahi debet parte citata.*
Alioquin non probat.
Neque etiam ſi facta fuerit lite pendente, & abſque compulſorialibus n. 27.
28 *Scriptura producta, vt probet, præſentari debet parte citata ad dicendum contrà.*
Alioquin ſola præſentatio efficitur de actis, non verò ſcriptura num. 29.
30 *Ius patronatus hæreditarium potius præſumitur, quàm ex pacto, & prouidentia, vel gentilitium.*
Vnde ad extraneos, etiam fœminas, tranſit.
Qui autem non hæreditarium eſſe contenderit, probare debebit. num. 31.
Quod difficilius præſtabit, ſi contrà ſubſequuta obſtiterit obſeruantia num. 32.
33 *Scripturæ fides, ſi nutet, reproba habetur, nec probat.*
Vt formata ſit conſtare debet de notario, qui illam rogauit. num. 34.
35 *Scripturæ fides ſi nutet, reproba habetur, nec probat.*
36 *Notarius à tabellionatu depoſitus ob fidem dubiam, ad illum reuocari amplius non poteſt.*
Quia fides eius iam in dubio poſita eſt.
37 *Fides eius, quæ ſemel ſuſpecta facta eſt, in periculum iterum adduci minime debet. & num. 38.*
38 *Scripturæ fides, quæ vna eſt, diuidi non poteſt.*
39 *Fides quid?*
40 *Veritas nihil fucatum, aut à vero alienum habere debet.*

41 *Hæreditas neque dari, neque adimi poteſt in codicillis.*

42 *Codicilli vt firmi ſint, quinque teſtium præſentia roborari debent.*

43 *Beneficium Iuris patronatus, ſi ad ipſummet reuertatur, libertatem acquirit.*

Quia nemo ſui ipſius patronus eſſe poteſt.

44 *Oppoſitio iuſta æſtimatur illa Vlpiani, quæ ad te liberas ædes habeo. Prouerbium: ſerenitati nebulas inducere.*

45 *Aduerſarium ſatis eſt excludere per non ius ſuum.*

46 *Inuidiæ proprium quid?*

Inuidia quid?

Dæmonis peccatum inuidia fuit fœlicitatis hominis ex Auguſtino, & Steucbio.

47 *Deſcendentiæ probatio nihil ſuffragatur, ſi ij, à quibus deſcendentia deducitur, in poſſeſſione non ſunt præſentandi.*

48 *Prouerbium. Tota via, totoque cœlo aberrare.*

49 *Deſcendentia probari debet formiter, atq. in ſpecie, non in genere, & coram competenti Iudice.*

Parteq. ex aduerſo citata num. 50.

Et per teſtes, qui deſcendentiam per gradus diſtinctos, atque nomina, & cognomina, ac matrimonia deponant. num 51.

ARGVMENTVM.

Inſtitui is debet ad beneficium iurispatronatus, qui ab exiſtentibus in poſſeſſione, uel quaſi pręſentatus fuit. Sufficit uerò deſcendentiam probaſſe ab ijs, qui aliàs pręſentauere, atque per præſentationem actu, defuncti poſſeſſionem capere, inſtitutio, ut ſequi poſſit. Ius autem patronatus hæreditarium magis præſumitur, quam ex pacto, & prouidentia. Et quomodo deſcendentia probetur? non inutilis reſponſio.

RESPONSIO XXXXVI.

1 STatuta cuique dies eſt vltima.

„ *Tendimus huc omnes, metam properamus ad vnam.*

2 *Omnia ſub leges mors vocat atra ſuas.*

Ouid. ad Liuiam ſcribens cecinit. & *Horat. lib. 2. ſer.* ad Poſthumum.

„ *Eheu fugaces, Poſthume, Poſthume,*
Labuntur anni, nec pietas moram
Rugis, & inſtanti ſenectæ
Affert, indomitæque morti.

Et ſanctiùs *Sanctus Auguſtinus de Ciuit. Dei lib. 13. cap. 11.* ſequentibus loquens:

„ *Vtinam in paradiſo benè viuendo egiſſemus, vt*
„ *reuera nulla eſſet mors Nunc autem non ſolùm*
„ *eſt; verum etiam tãta moleſta eſt, vt nec vlla ex-*
3„ *plicari loqutione poſſit. nec vlla ratione vitari.*

Dulcem dum itaque auram florentibus annis, traheret R. D. Franciſcus Merenda Cathedralis Eccleſiæ Auerſanen Canonicus; ecce tibi in foribus adfuit mors.

Vt enim *Martialis lib. 1* loquitur.

„ *Lanificas nulli tres exorare puellas*
„ *Contigit; obſeruant, quem ſtatuere, diem.*

Seneca quoque *traged. 1.*

„ *Duræ peragunt penſa ſorores,*
„ *Nec ſua retrò fila reuoluunt.*

& ibid.

„ *Certo veniunt ordine Parcæ:*
„ *Nulli iuſſo ceſſare licet:*
„ *Nulli ſcriptum proferre diem:*
„ *Recipit populos vrna citatos.*

Vacauere proinde eius lætho, quæ obtinebat beneficia. Interea vnum erat de iurepatronatus laicorum ſub inuocatione Sanctę Marię Aſſumptæ in Eccleſia eadem Cathedrali Auerſauen, illorum de familia de Giorgio. Fuit propterea ad illud ex vna per œconomos Sanctæ Mariæ Annunciatæ Ciuitatis eiuſdem præſentatus Adm. R. D. Fabius Merenda V. I. D. & Cantor Cathedralis eiuſdem; quòd eſſent illi ex teſtamento hæredes quondam Ioannis Baptiſtæ de Georgio, qui ſanè in poſſeſſione deceſſerat præſentandi ad beneficium pręfatum. Ex altera vero per quoſdam familiæ de Donato, ſe patronos aſſerentes, pręſentatus D. Pompilius Pagliuca Parochus Parochialis Eccleſię Caſalis Principis. Exorta proinde inter pręſentatos lite. Vter eorum inſtituendus eſſet in dubium reuocatum fuit. Inſtituendũ itaque dictum D. Fabium
4 Merendam reſpondere mihi viſum fuit; quòd ab exiſtentibus in poſſeſſione, vel quaſi iuris pręſentandi apud Ordinarium præſentatus fuiſſet. Quamuis ex aduerſo fortè veri patroni exiſterent, quòd is ſanè præferendus in concurſu ſit, qui ab exiſtentibus in poſſeſſione, vel quaſi, præſentatus fuit. *cap. conſultationibus 19. de iure patronat.*

extrà. cap. quærelam 24. §. nos igitur de elect.
cap. cùm Eccleſia Sutrina 3. §. nos igitur in fin.
de cauſa poſſeſſ. & proprietat. Lapus allegat.
95. in fin. Federic. de Senis conſ. 234. num. 4. Fer-
rett. conſ. 179. num. 8. par. 1. Nichol. delphin. de
Iure patronat. lib. 2. quæſt. 12. & 13. num. 187. &
quæſt. 14. num. 190. Rota apud Card. Manticam
deciſ. 86. num. 1. & ſeq. Mariſcott. variar. reſolut.
lib. 1. cap. 55. num. 12. & 13. Iacob. Anton. de
Mauro allegat. 39. num. 3. Alexand. Raudenſ.
variar. reſolut. cap. 19. num. 18. & 19. Guttierez
conſ. 3. num. 1. & 2. Rota in Lunen Sarzanen
beneficii 31. Maii 1627. coram Durano deciſ.
110. num. 11. apud Viuianum de Iure patronat.
quæ eſt in impreſſis per eundem deciſ. 87.
num. 12. Nimirum quòd Iuris patronatus
in hac materia, vltimus ſtatus attenditur
6 Monald conſ. 47. num. 3. vol. 2. atque vltima
præualet poſſeſſio. ad tex. cum Gloſſ. verbo
vltimo, & verbo trium Epiſcoporum vbi etiam
Doctor. in d. cap. cum Eccleſia Sutrina 3. de cau-
ſa poſſeſſion. & propriet. Abb. conſ. 54. n. 2. par. 1.
Vincent. de Franchis deciſ. 85. num. 8. Violen-
7 ta quamuis. Rota deciſ. 7. de Iure patronat. in
antiquis Marius Muta deciſ. 72. nu. 6. & ſeq. &
11. & num. 16. Rota apud S. memor. Gregor.
XV. deciſ. 449. num. 1. & deciſ. 452. num. 14.
& 16. apud Card. Canaler. deciſ. 55. num. 4.
& deciſ. 197. num. 1. & in recent. par. prima
tom. primo deciſ. 224. num. primo & in Cre-
monen. Cappellaniæ 14. Iunii 1594. coram Card.
Mellino deciſ. 13. num. 2. apud Viuianum de Iu-
re patronat. Gonzal. ad regulam 8. Gloſ. 45. §. 2.
num. 6. Maceraten. Variarum reſolut. lib. 1. reſo-
lut. 104. num. 7.

Præſentatus verò fuit Cantor Merenda
per œconomos Sacræ Domus Hoſpitalis
Sanctæ Mariæ Annunciatæ hæredis quon-
dam Ioannis Baptiſtæ de Giorgio, qui in
poſſeſſione deceſſit præſentandi. Ipſe igitur
inſtituendus erit.

8 Neque obijciant. Defuncti poſſeſſionem
in hæredem haud transfundi, niſi appræ-
hendatur. Quia nimirum poſſeſſio facti
eſt. l. cùm hæredes 23. in princip. cum ibi notat.
per Doctor. ff. de acquir. poſſeſſion. l. 1. §. Scæuola
ff. ſi quis teſtam. liber eſſe iuſſus ſit. Afflict. deciſ.
167. num. 3. Vincent. de Franch. deciſ. 109. nu. 1.
Rota apud Achillem de Graſsis deciſ. 5. de cau-
ſa poſſeſſion. & propriet. apud S. memoria Gre-
gor. XV. deciſ. 222. n. 6. & deciſ. 417. num. 7. apud
Coccin. deciſ. 464. num. 3. apud Card. Manticam.
deciſ. 150. num. 2. Maceraten. d. reſolut. 104. n. 5.
lib. 1.

Non ſat eſſe igitur Eccleſiam Sanctæ Ma-
riæ Annunciatæ hæredem eſſe q. Ioannis
Baptiſtæ de Giorgio, quodque præſenta-
rint eius œconomi, vt in quaſi poſſeſſione
dici valeant præſentandi, cùm defuncti poſ-
ſeſſio haud illis ſuffragetur.

9 Reſpondetur nempè obiectioni; illam
minimè obeſſe; Quia profectò œconomi
Eccleſiæ Sanctæ Mariæ nunc primum poſ-
ſeſſionem apprehendere præſentandi, cùm
per ſupremum fati diem dicti Franciſci
Beneficium vacauit; ipſique dictum Domi-
num Cantorem præſentauere. Sufficit
quippe (etiam per vnicum actum) poſſeſ-
ſionem apprehenſam fuiſſe, vt ſequuta de-
inde inſtitutione, manutenibilis quoq. ſit.
Perez de Lara de cappellan. lib. 2. cap. 1. num. 55.
& 56. Claudius Tutius q. 3. de Iure patronat.
num. 13. Piaſecius in praxi Epiſcopali par. 2.
cap. 5. art. 1. num. 23. fol. mihi 360. impreſſione
Colonien. Rota par. 2. diuerſorum deciſ. 318. n. 1.
& ſeq. & apud Card. Canaler. d. deciſ. 55. nu. 4.
& deciſ. 197. num. 3.

10 Tùm etiam, quòd & ſi planè anteceſſo-
ris defuncti poſſeſsio in hæredem ſine ap-
præhenſione non transferatur, vt in quaſi
poſſeſsione ipſe coſtitui valeat ex ſua per-
ſona, atque in illa manuteneri; ita tamen
eidem ſuffragatur, vt ſufficiat deſcenden-
tiam probare ab eo, qui vltimo loco præ-
ſentauit, & in quaſi poſſeſſione Iuris præ-
11 ſentandi deceſsit. ob vltimum ſtatum, qui
in hac materia attenditur, excluſis etiam
veris patronis in poſſeſsione præſentandi
non exiſtentibus ad tex. in d. cap. quærelam
24. §. nos igitur de elect. & d. cap. cùm Eccleſia
Sutrina 3. cum Gloſſ. Rota apud S. memoria Gre-
gor. XV. deciſ. 349. num. 1. apud Card. Canaler.
deciſ. 382. num. 1. & ſeq. & deciſ. 395. num. 1. &
par. 2. tom. 1. in recent. deciſ. 337. num. 3. Marius
Muta d. deciſ. 72. n. 10. & paſsim ſequuta fuit
Rota, vt in Regien Iuris patronatus 10. Maii
1623. coram Pirouano deciſ. 17. num. 4. apud Vi-
uianum in praxi Iuris patronat. Et dictum
fuit in Firmana Iuris patronat. 20. Maii 1591.
coram Domino Orano, eadem Rota in recent. par.
2. tom. 1. deciſ. 146. num. 2. & deciſ. 274. num. 8.
Viuian. de Iure patronat. lib. 11. cap. 5. nu. 100. &
101. & perpenſum fuit in d. Lunen Sarzanen
beneficii 31. Maii 1627. coram Durano deciſ.
110. num. 20. apud eund. Viuian. in praxi Iuris
patronat. & apud eum deciſ. 87. num. 20.

Sat itaque erit Eccleſiæ Sanctæ Mariæ, ſe
hæredem oſtendiſſe præfati Ioannis Bapti-
ſtæ de Giorgio, qui præſentauit quo tem-
pore vitalem adhuc trahebat auram; & poſt
eius ſuprema funera Laura Merenda, eius
quoque hæres, quæ dictum D. Franciſcum
Merendam, (cuius per mortem nunc be-
12 neficium vacat,) præſentauit. Quaſi poſſe-
ſsio nempè Iuris præſentandi conſideratur
medijs perſonis eorum, qui præſentauerũt,
ad notata d. cap. quærelam 24. & d. cap. cum
Eccleſia Sutrina 3. Sequiturq. Ferrett. d. conſ.
179. n. 9. lib. 1. Guttierez d. conſ. 3. num. 2. Ran-
denſis in ipſis noſtris terminis d. cap. 19. n. 26.
Rota d. deciſ. 337. num. 3. par. 2. in recent. tom. 1.
13 In Hæredem quippe hæreditatis adhitio-
ne

one iura omnia, quæ apud defunctum erant, ita transfunduntur, vt proprium hæredis efficiantur patrimonium, *l. per procuratorem 89. ff. de acquiren. hæredit. l. fin. C. de inoffic. teſtam. l. ſed & ſi plures, 10. §. filio impuberi, ff. de vulgar. & pupillar. ſubſtit. meus Maranta conſ. 92. num. 4. in fin. Rota apud Sanct. memo. Greg. XV. deciſ. 219. num. 6. & deciſ. 421. num. 6. nos reſponſ. 21. num. 1. 2. & 3. p. 2.*

14 Eo ipſo igitur, quo quis præſentauit, ſeq; hæredem probauit, atque ad præſentãdum admiſſus fuit, poſſeſſionẽ appræhẽdiſſe dicitur; quia citra ius, & nomen, hæredis fieri præſentatio minime potuit, vti tẽtum fuiſſe in vna *Auerſana iuriſpatronatus, ſeu beneficij 23. Iunij 1603. coram Litta, & in eadem 15. Martij 1610. coram Pirouano* refert *Cardin. Caualer. deciſ. 395. nu. 1.*

Ad ſummum vero, & ſi planè (,vt obiectum fuit) defuncti poſſio in hæredem non transfundatur, niſi facto appræhendatur, (ad effectum quidem obtinendi mãdatum
15 de manutenendo;) non eſt tamen, quin ex illa pertinentia iuriſpatronatus, ſucceſſoris in commodũ, vtilitatemq. nõ probetur; vti dictum fuit in *Placentina Cappellæ 30. Ottobris 1615. coram Coccino Decano, & in Pientina iuriſpatronatus 1611. d. deciſ. 337. nu. 3. par. 2 in recentior.* ſequiturque, ac refert *Beltraminus ad deciſ. 417. num. 14. S. memor. Gregor. XV.* parique modo *Lucterius de re beneficiaria lib. 2. q. 11. nu. 118. & 119.*

16 Et certè perbellè, ac ſcitè ſatis, hoc nobis obijciunt Aduerſarii: *Et hanc technam in ſe ipſos ſtruxerunt*, (vt prouerbio dici ſolet.) *ſuoque iumento ſibi malum accerſere.* vt Plautus in Amphytrion dixit.

„ *Ipſe homo ſibi à me malam rem accerſit iumento ſuo.*

ſumpta metaphora à plauſtris onerarijs. Nã id quoque ſignificat iumentum, auctore *Gellio lib. 20. cap. 1.* aut certè ab animalibus tergo vectantibus onera, Auctor Adagiorum, iuxta etiam illud Senecæ *in traged.*

„ *Sæpè in Magiſtrum ſcelera redeunt ſua.*

Si enim obſtare poterit noſtris Oeconomis, quòd defuncti poſſeſſio in eos, vti Eccleſiæ Sanctæ Mariæ Annunciatæ adminiſtris, trãſfuſa minime fuerit; quo pacto equidem proficere poterit dictis de Donato, qui Pagliucam præſentauere, cùm ipſi nuſquam gentium in poſſeſſione fuerint præſentandi, neque per ſe ipſos, neque per anteceſſores ſuos, neque ex perſona Bernardinę Po-
17 pone, à qua deſcendentiam obtendunt? quod perpendit *Muta d. deciſ. 72. num. 11. in fin. & num. 12.* ſuis itaque artibus petuntur. Aduerſarij, iuxta *Liuij* dictum *lib. 2. de bello punico.* Atquè ſuo gladio, ſuoue telo ſe iugulant; ac ſuopte inuento, doloue capiun-
18 tur. Quemadmodum Marius, vnus è trigin ta Tyrannis, à milite quodam interemptus narratur à Trebellio Pollione, qui adoriẽs dixerit: *Hic eſt gladius, quam ipſe feciſti.* Nam Marius ante imperium faber ferrarius fuerat, & eius militis opera in fabrili officio vſus. vti etiam perbellè *Salluſtius in fragmen.*
„ *hiſtoriar. Praua incepta* (dicens) *conſultoribus ſunt noxæ.* atque *Lucretius lib. 5.*

„ *Circumretit enim vis, atque iniuria quaque,*
„ *Atque vnde exorta eſt, ad eum plerumque reuertit.*

nec inconcinnè *Ouid. 1. de arte.*

„ *Falli te fallentes; ex magna parte profanum*
„ *Sunt genus: in laqueos, quos poſuere, cadant.*

Satis feſtiuiter igitur, ſepiam imitati.

„ *Quæ cùm ſit piſcis, ſola album nouit, & atrum.*

vt Mateon apud Athenæum *lib. 4.* de ſepia loquens dixit, quæ, cùm ſit colore albo, ſuccum tamen habet atrum, quem ſpargit in metu, ne depræhendatur. Sparſere quippe atrum colorem, vt ipſi effugerent: ſed in foueam inciderunt, quam fodere, iuxta Citaredi dictum *ſpalm. 7. 16.* oſtendunt verò ſe, neque quid ſit album, quid nigrum noſſe, vt prouerbio fertur.

19 At ſatis ſuperque erit, noſtrum hunc Cãtorem præſentatum fuiſſe ab ijs, qui deſcendunt (per ſucceſſionem ſaltim) ex his, qui aliàs ante eos, præſẽtauerũt, & qui in quaſi poſſeſſione ſunt præſentãdi, ad *tex. in d. c. cõſultationib. 19. de iure patronat.* alijſq. ſupra relatis. Ipſi vero oñi iure ab hac præſẽtãdi, vel quaſi, poſſeſſione ex torres ſunt. Quicquid igitur ipſi nunc dicũt ad eos ſpectare iuſpatronatus, hoc petitorium reſpicit, non planè poſſeſſorium. iuxta tradita per *Maceraten. d. reſol. 104. nu. 6.* commune autem nihil poſſeſſoriũ cũ petitorio habet, ad *text. in l. naturaliter, 12. § nihil commune, ff. de acquiren. poſſeſſione. Puteus deciſ. 166. num. 3. lib. 1. impreſſione Romana.* Ad petitorium igitur ſua remittant
22 iura: atque patiantur interim legem, quam pro ſe ipſi dixere, iuxta Innocentij Tertij Conſilium in *cap. cùm omnes, 6. §. cùm igitur de conſtitutionib. extrà,* & *text. in authent. de Sanctiſſimis Epiſcop. cap. 11. § omnibus autem Epiſcopis in fin. collat 9.* Illudque Ouidianum.

„ *Neque enim lex iuſtior vlla eſt,*
„ *Quàm necis artificem arte perire ſua.*

& eiuſdem 3. *de Arte.*

23 „ *Iudice me fraus eſt conceſſa repellere fraudem,*
„ *Armaque in armatos ſumere iura ſinunt.*

Neque dicant, vt petitorium adſtruant: ius hoc patronatus pro deſcendentia, & proximioribus ab illa, fundatum fuiſſe. Producunt inſtrumentum fundationis anno 1528. per quondam Hieronymum de Giorgio.

24 Cùm quòd de Notatio, qui inſtrumentum confeciſſe dicitur, non conſtat. *ad text. in cap. 2. de fide inſtrumentor.* ibique notatis, & per *Gloſſ. in cap. vt circa 4. verbo publico de electio. in 6.*

25 Tũ, ꝙ illud extractũ fuit ꝑ notariũ, dicentẽ ab originali mihi exhibito, & exhibẽti reſti

tuto, qua de cauſa cùm atteſtetur de geſtis ab alio, atque proinde de re aliena, fidem nullam faciet. *Innocent.in cap.fin.* vbi etiam *Felin.num.13.in 2.limit.ver.vnde ſi dicetur,& Curdin. num.3. de fide inſtrument. Boer.deciſ. 36.num.4.& 5.Rota in vna Meliten habitus 2. Iunij 1608.coram Card.Caualer.deciſ.25.nu.1. Afflict.deciſ.282.n.6.*

26 Tum etiam, quòd ipſa extractio neque etiam parte citata facta fuit; nõ itaque probat. *Felin.d.cap.fin.num.6.de fide inſtrum. Rota in recentior.part.2.tom.2.deciſ.32.num.5.& 8. Bart.& Doctor.in authent.ſi quis in aliquo documento,C.de edend.meus Maranta in ſpeculo 6 part.in 10.actu.tit.actorum editio num.4. Caſſador.deciſ.1.num.1.de exceptionib.Cacheran.dec. 1.num.46. Rota in Romana legatorum de Sabellis 1569. coram Orano deciſ.110. num.1. poſt primum vol. Conſil.Farinac. & in Romana cenſus 1597.coram eodem Orano deciſ.113.num.1. in fin.eod.volum.*

27 Tùm, quod extractio prædicta facta fuit lite iam introducta,& pendente, & abſque compulſorialibus;nihil itaque probabit. ad *text.in cap.1.& fin. vt lite pendent. extrà, & in 6.ibique ſcriben.Rota apud Coccinum Decanum deciſ.289.n.6.& dec.317.n.2.*

28 Tum præterea,quòd neque aſſerti inſtrumenti prædicti productio fuit citata parte facta ad dicendum contra. Nihilo proinde probabit.

29 Namque,& ſi præſentatio de actis facta fuerit,non tamen ſcriptura ipſa, cùm non fuerit producta parte citata ad dicendum contrà;doctrina eſt *Burt.* recepta *in extrauaganti ad reprimendum verbo de plano num.3. Maranta dicto actu 10. num.2. & 3. & conſ.72. nu.6.in fin.Hoſtienſ.in cap. quoniam contrà 11. num.12.& Butr.nu.23.Felin.num.50.de probationib.Rota apud Verallum deciſ.99.part.2.apud Cæſarem de Graſſis deciſ.3.num.6.& 7.de reſtit. ſpoliat.apud Cardin.Manticam d.deciſ.32.nu.8. & 9.& deciſ.177.nu.1.2.& 3.& apud Sanct. memor.Gregor XV.deciſ.209.num.5.vbi Beltramin.num.8.Cacheran.d.deciſ.1. nu.46. & 47.& apud Card.Caualer.deciſ.433.n.1.*

30 Tum demum,quòd iuſpatronatus,hæreditarium potiùs præſumitur, quam Gentilitium,vel ex pacto,& prouidentia,niſi aliter probatum fuerit. Vt tranſeat propterea ad quoſcumque,etiam extraneos hæredes; etiam fęminas.*Clemen.plures 2.vbi Card.q.6. & Ancar. num.2. de iurepatronat. Abb. in cap. cum ſeculum num.3.& 5. de iurepatron.Couarruias variar.reſolut.lib.1.cap.18.nu.6. Rocchus de Curte de iurepatronat.in verbo,ipſe,vel à quo quæſt.8 Pariſ.conſ.48.nu.4.& 9.vol.4.Monald. conſ.47.num.7.& 8.vol.2.Abb.d.conſ.54.nu.4. par.1.Caluacean.deciſ.28.num.4.par.3. Garſias de beneſic part 5.cap 9.num.142.Claud. Tutius de iurepatronat.quæſt.4.num.6. Riccius in prax. par.1.reſolut.158.Rota in Lucana iuriſpatronat. 20.Iunii 1603 coram Eminentiſſimo Card.Merlino deciſ.13.num.1. apud Viuian.in praxi iuriſpatronat. & part.1.tom.2. in recent. deciſ.482. num.7.& deciſ.675.num.1.& apud Cardin.Caualer.d. deciſ.395. num.1.& in Florentina ſubdecanatus 22.Maii 1628.coram Illuſtriſſ.Durano Epiſcopo Vrgell.deciſ.147.num.3.& 4. & in eadem coram eodem 20. Decembris 1628. deciſ. 173. num.1. & ſequ. & in Romana iurſpatronatus 15. Martii 1630. coram Merlino deciſ.*

31 *362.nu.9.p.5.diuerſorum nouiſſimarũ* Probare id itaque debebunt Aduerſarii,iuſpatronatus non hæreditarium eſſe, ſed ex pacto,& prouidentia, vti ipſi prætendunt. *Rota dicta deciſ.482.num.7.& deciſ.707.num.8. ead.part. & apud Viuian.deciſ.84 num.13.*Idem *Viuian. in praxi iuriſpatronat lib.4.cap.2.num.4.& ſeq. Rota in d. Florentina. Subdecanatus 20. Decembris 1628. dec.173.nu. 2.3.& 4.coram Durano.*

Vt autẽ id præſtent, *hoc opus,hic labor eſt.*

32 Cũ pręſertim cõtra eos obſeruantia ſubſequuta pugnet,namque ab ipſo fundationis initio,ad Lauram vſque Merẽdam vxorem, hæredemque vſufructuariam quond. Ioannis Baptiſtę de Giorgio,quæ D. Franciſcum præſentauit,ſemper vti hæredes,atque in beneficio hæreditario præſentauerint.*Rota d.deciſ.482.num.6.& d.deciſ.707.nu. 6.in recent.& deciſ.362.num.9. part.5. diuerſorum,& in d.Florentina ſubdecanatus coram Durano d.deciſ.173.*

Neque obijciant pręterea nouo inuento: quõdam Hieronymum de Giorgio patruũ Ioannis Baptiſtæ in ſupremis ſuis tabulis diſ poſuiſſe; quòd decedente ipſo ſine filiis ex corpore legitimis, & naturalibus, (vt dies eſt hodie)bona ſua omnia ad eius præfatam Cappellam peruenirent. Teneri propterea Eccleſiam prædictam Sanctæ Marię Annunciatę totam reſtituere hæreditatẽ Cappellæ præfatę.

Pręter quàm quòd enim prędicta omnia petitorium reſpiciant, ipſique de iure tertij obijciant;nos vero in hoc poſſeſſorio Iudicio (vter præſentatorum Inſtitui debeat?)agamus: ſitque pro nobis apertiſſima iuris diſpoſitio,ab exiſtentibus in poſſeſſione, vel quaſi iuris pręſentandi, præſentatũ, inſtituendum eſſe,ex *tex.in d cap. conſultationibus 19.de iure patronat.* alijſque ſupra per nos adductis.

Nihilominus tamen obiectioni congruum vt demus reſponſum, dicimus: Nihil in iudicio hoc doctũ fuiſſe de pretenſa

33 ſcriptura tabularũ nouiſſimarũ dicti quõ. Hieronymi. Eſt quippe ſcriptura informis: non enim habet requiſita,quę à *Gloſſ.* enumerantur,*in l.generali 3.verbo ſeruituti in fin. C.de tabulariis lib.10.Bart.in l.ſi quis ex argentariis §.ſi initium num.6.in 7.requiſito ff. de edẽdo. Rota apud Card.Caualer. deciſ. 480.num. 2. Scipio Rouitus conſ.90. num.10. lib. 1.* Quin nec ſine falſitatis ſuſpitione; Et quòd non

conſte

34 conſtet de notario, vtrum verè notarius fuerit, ad *tex. in l. Barbarius 3. ff. de offic. prætor. Aymon. conſ. 121. num. 16.* Et quòd, & ſi in initio ſcripturę, illam ſcriptam fuiſſe à Notario Paulo Biſolco, aſſeratur, extracta tamen illius apparet ab actis alterius Nota-
35 rij facta. Nutat proinde ſcripturę fides, ac conſequenter reprobata euadit. Approbari non itaque poterit. argumento *tex. in cap. gratum 3. de poſtulatione prælator.* quatenus habet: id, quod reprobũ eſt; approbari minime potuiſſe. ex quo loco Bald. argu-
36 mẽtum ducit, Notariũ depoſitum à tabellionatu, non poſſe per Comitem Palatinũ iterum creari. Iam enim eius fides nutat; & quod ſemel reproprobatum eſt, approbari minime poteſt: argumento ſatis ad rẽ concinno petito ab *authentico de armis col-*
„ *lat. 6. §. fin.* ex verbis Imperatoris; *Inſuper (di-*
„ *centis) nec ipſum vlterius permitti à nobis*
„ *ſcrinium in huiuſmodi adeſſe ſolicitudine; ſed*
„ *aliis committi Fabricentium curam.* ita Imperator. Rationemque reddimus: quia cuius
37 fides iam ſuſpecta eſt, non debet iterum in periculum adduci. Quam rationem nõ abominaſſe videtur *Gloſſ. fin. verbo ſolicitu-*
„ *ne ibid. Nota,* (inquiens) *quod ſi tabellio deli-*
„ *quit in officio, non debet amodo poſſe hoc officium*
38 „ *exercere.* ſic Gloſſa. Neque enim Scripturæ fides, quæ vna eſt, diuidi poteſt. vt Rota dixit apud *Card. Manticam deciſ. 75. nu. 5.* Et qui ſemel in fide claudicauit; claudicabit & in poſterum, iuxta Homericum illud.
„ *Verum claudicat, inque pedes vtroſque vacillat.* Et *Plautus in Trin.* ſequentibus rẽ perbelle. aperit, dicens:
„ *Malè fidem ſeruando, illis quoque abrogant fidem, qui nihil etiam*
„ *Meriti: quippe ex eorum ingenio ingenium horum probant.*
39 Fides equidem definitur dictorum, conuentorumque conſtantia, & veritas. Veritas
40 autem nihil fucatum, aut à vero alienum habere debet. vt *Tuillius ad Alciati emblema 9.* eddidit. Veritate vero caret hæc ſcriptura. Non vtique ei fides præſtanda.

Deinde, quòd ſcriptura prædicta, non ſanè Teſtamentum, ſed Codicillos exprimit præfati Hieronymi. In codicillis verò
41 neque dari, neque adimi poteſt hæreditas. *§ fin. Inſtitution. de codicillis. l. hæreditatem 2. C. de Codicillis l. conficiuntur 8. ff. de iure codicillorum Cardinal. Tuſcus tom. 1. littera C. concluſ. 406. Rota apud Canaler. deciſ. 394. n. 2.*

42 Præterea, defectu Codicilli laborant non vulgari, cum manchi ſint in numero teſtiũ. Quinque enim eſſe teſtes debent, qui firmos codicillos reddant. *l. fin. C. de codicillis Michael Craſſus §. Codicilli num. 4. Idem Cardinal. Tuſcus d. littera C. concluſ. 405. num. 1.* in hac verò ſcriptura quatuor tantum fuerunt adhibiti. Informis proinde, ac manca.

Accedit, quòd ſi codicilli ipſi firmi erunt: quod ſanè (Cappella ipſa agente aduerſus Sanræ Mariæ Annunciatę Eccleſiã,) in petitorio Iudicio deducendum erit: Actum iam erit de noſtris Aduerſarijs. Vt quid enim ad ipſos de Præſentatione facta pro D. Pompilio Pagliuca, ſi iam benefi-
43 cium in Cappellam translatum, ſuam acquiſiuit libertatem, & à ſeruitute patronorum extorre factum eſt? Nemo quippe ſui ipſius patronus eſſe poteſt. *Gloſſ. in cap. vn. verbo eidem in fin. de iure patronat. in 6. Rota in recentiorib. par. 2. tom. 2. deciſ. 756. num. 2.* Fruſtra igitur nos fatigant, pręſentationem impugnando pro Cantore, Cùm nihil ad eos, ſi beneficium in ſuam, (quaſi poſtliminio) iam redierit libertatem. Vt dicere eis, nec ſane iniquè valeamus, quod Vlpianus vſurpauit *in l. laici corpus 4. §. competit in fin.*
44 *ff. ſi ſeruitus vendicetur.* Quantum enim ad te pertinet (dicens) liberas ædes habeo. Sequlturque perpetuionem hanc *Ancharan. conſ. 360. Ex ſerie pacti num. 1.* ſtrictiuſque ad rem noſtram *Ioan. Baptiſta Ferretus conſ. 185. n. 6. inſin. verſ. Item dato quod.* At non aduertũt, Serenitati ſe nebulas inducere ad eundem modum, quo *Horatius lib. 3. Ode 15.* de anu deformi, quæ ſe puellarum choris admiſcebat, ſcitè dixit:
„ *Et ſtellis nebulam ſpargere candidis.*
45 Sufficiatque aduerſarios excludere per nõ ius eorum. Si nempè beneficium liberum eſt, nihil ad eos iuris ſupereſt. Sinant proinde nos cum Cappella litigium tenere; *ad tex. in cap. fin. § fin de iure iurand. cap. fin. de ſent. & re iudicat. cap. vnic. §. cum enim vt Eccleſiaſtica benefic. ſine diminut. conferantur Rota deciſ. 7. de exceptionib. in antiq. apud Verallum deciſ. 11. actore non probante. par. prima & in Iaten Archidiaconatus 1601. coram Card. Pamphilio deciſ. 167. num. 1. inſin. poſt ſecundum volum. conſil. Farinac. apud Coccinum Decanum deciſ. 385. num. 1. apud Cardin. Canaler. deciſ. 8. num. 4. & deciſ. 606. nu. 11.*

Nunquid ipſi inuidia tabeſcunt, quod
46 pro nobis potiora ſint, quàm pro ipſis? Hoc enim proprium inuidię eſt. *Ouid. 2. metamor.* vt cecinit.
„ *Sed videt ingratos, intabeſcitque videndo*
„ *Succeſſus hominum, capitque, & capitur vnà,*
„ *Suppliciumque ſuum eſt.*

Eſt enim inuidia odium fœlicitatis alienæ, vt inquit Auguſtinus Steuchius *de perenni Philoſophia lib. 8. cap. 38. littera D.* ex S. Auguſtino ſuper Geneſim, probans: Dæmonis peccatum fuiſse inuidiam fœlicitatis humanæ.

47 Neque dicant ipſi: iam probaſſe deſcendentiam à quondam Bernardina Popone; debere propterea inſtitui Pagliucam ab ipſis præſentatum.

Cùm

Cùm quidem, quòd nihil ad nos hæc ip-
48 ſa deſcendentia. Tota enim via aberrant, quin non toto cœlo, vt prouerbio fertur. Porrò quidem, quòd neque probauerunt ad Bernardinam ſpectare ius præſentandi; neque enim illa in poſſeſſione vnquam fuit iuris ipſius præſentandi, ad terminos *tex. in d. cap. conſultationibus 19. de iure patronatus extrà*. Reſpicere proinde hanc eorum excogitatam prætenſionem, petitorium, vt etiam in ſuperioribus diximus.

49 Tùm quod deſcendentia ipſa (ſac in poſſeſſione fuiſſet Bernardina iuris præſentandi) probanda fuerat formiter coram Iudice competente, vt puta coram Domino Vica-
50 rio Auerſano, parte ex aduerſo citata. ad *tex. in l. de vnoquoque 47. ff. de re iudicat.* ac per
51 teſtes legitimè examinatos, qui deſcendentiam per gradus diſtinctos deponerent. *ad tex. in cap. licet ex quadam 47. vbi Abb. nu. 12. verſ. vnde ex quo per teſtes. extrà de teſtib.* Non itaque ſat erit deſcendentiam in genere probaſſe. *Rota par. 2. diuerſorum deciſ. 288. num. 2.* ſed ſpecifica perquiritur atque per nomina, cognominaque eorum, à quibus deſcendentia ducitur, atque per matrimonia legitima, aliiſque ſignis, ex quibus deſcendentia trahitur *cap. licet ex quadã 47. §. Teſtes autem extrà de teſtibus*. ſequentibus nempè rem totam Innocentius Tertius aperit, dicens: *Perſonas expreſſis nominibus, vel demonſtratione, vel circumlocutione ſufficienti deſignent; & ab vtroque latere ſingulos gradus, clara computatione diſtinguant.* ſic ille. ſequitur *Rota in Veliterna Iuris patronatus 16. Februarij 1609. coram Cardin. Caualerio deciſ. 46. num. 4. & in eadem 12. Maij 1609. coram eodem deciſ. 61. num. 2. & ſeq. & in Lauden Cappellania 26. Februarii 1616. coram eodem Card. Caualer. d. deciſ. 382.* Dictumque fuit in *Vigleuanen. iuris patronatus 24. Ianuarii 1611. coram Lugdunen.* quam refert *Ricius Epiſcopus Vici Equen in praxi noua iuris patronatus reſol. 201. num. 1. & in Gerunden Beneficii 15. Aprilis 1630. coram Mottmanno deciſ. 366. per tot. par. 5. diuerſorum nouiſſimarum, & in Barchinonen Beneficii 4. Nouembris 1625. coram Durano deciſ. 8. num. 4.*

Nihil autem horum præſtitere adhuc aduerſarii. Ibunt proinde foras. iuxta Ouidianum illud.

„ *Si nihil attuleris ibis Homere foras.*

Obtinere propterea debebit noſter hic Cantor Merenda ab exiſtentibus in poſſeſſione, vel quaſi præſentatus, atque inſtitui, vt probare conati fuimus.

Et ita ex his, iudicio ſubmiſsis rectius ſentientis, reſpondendum cenſui.

CAROLVS MARANTA V. I. D.
Aduocatus.

Dicta cauſa coram Illuſtriſsimo Domino D. Carolo Carafa Epiſcopo Auerſano, me patrono, aſsiſtente quoque admodum Illuſtri. D. Thoma Imperato V. I. D. nunc Neapolitanę Eccleſiæ Canonico, Conſultore in hac cauſa electo. Dictum fuit inſtituendum eſſe dictum D. Fabium Merendam Cantorem Cathedralis Auerſanæ ad præſentationem œconomorum Santiſsimæ Annunciatæ; ſaluis tamen iuribus in peritorio, ſi quę comperunt, tàm dictis de Donato, quàm Promotori fiſcali ad prætenſam libertatem beneficii prędicti. Et beneficium inſtitutione canonica dictus cantor obtinuit. Adnotare hæc ipſa, quæ paraueram, volui libenter, tuę vt ſeruirem vtilitari, candidi animi lector.

SVMMARIVM.

1 *Iuſpatronatus probari debet ex fundatione, vel dotatione per authentica documenta, & ex multiplicatis præſentationibus, ex mente Sacri Tridentini Concilij.*

2 *Authentica documenta quæ dicantur?*
Et an teſtes ſufficiant?

3 *Iuſpatronatus in non potentioribus probari poteſt per alios iuris modos, etiam ex mente Sacri Concilij.*

4 *Præſentationes replicatæ per antiquiſſima tempora, quæ effectum ſortitæ fuerint, iuſpatronatus probant.*

5 *Ordinarij canonizationi de iurepatronatus aſſerentis admodum defertur.*
Ratio affertur, num. 6.

7 *Beneficium in dubio de iurepatronatus ex fundatione, & dotatione præſumitur in non potentioribus, ſed priuatis perſonis.*

8 *Beneficia non naſcuntur, ſed fiunt.*

9 *Vſurpatio, ac conſequenter delictum, non præſumitur.*
Limita in potentioribus, vel familia potentiorum, ſiue Communitatibus, ſeu Vniuerſitatibus, num. 10.
Siue etiam ſi à Parochianis iuſpatronatus prætendatur, vel à parua Vniuerſitate, num. 11.

12 *Iuſpatronatus ex dotatione, vel fundatione probatur, in non potentioribus, per famam per antiquiſſimum tempus, & immemorabile.*
Vt omnis elidatur vſurpationis præſumptio, num. 13.
Accedente præſertim quaſi poſſeſſione præſentandi, num. 14.
Potiſſimum ſi illa antiquiſſima fuerit, nu. 15.

Multo

Multoque magis ſi quinquagenaria, nu.16.
Vel ſaltim quadragenaria, n.17.
Super omnia verò, ſi quinquaginta annorum metas excedat, n.18.
19 *Poſſeſſio longeua præſumptionẽ facit tituli.*
Allegatione potiſſimum accedente ex fundatione, vel dotatione, n.20.
Et concurrentibus multiplicatis præſentationibus, nu.21.
Quæ tamen omnes, effectum ſortitæ ſint.
Etiam ſi tres tantum eſſent, n.22.
Siue etiam duo, num.23.
Fuitque ita deciſum pluries, n.25.
24 *Multitudo duorum, vel trium nomine completur.*
25 *Manuteneri debet in ſua poſſeſſione præſentandi, qui in illa eſt, ſi ſemel ita pronunciatum fuerit per Ordinarium, cauſa cognita.*
Atque ita declaratum per Sacram Congregationem.
Deciſumque in Curia Archiepiſcopali Neapolitana, num.27.
Alioquin nullus litibus eſſet finis, nu.28.
29 *Poſſeſſionis magnum eſt commodum.*
30 *Poſſidenti manutentio datur.*
31 *Poſſeſſione, pro titulo præſumitur.*
32 *Poſſeſſionem habere quis præſumitur in vim præcedentis tituli.*
Si de titulo potiſſimum in contrarium nihil deducantur, n.33.
34 *Immiſſu, vt quis poſſit in poſſeſſionem præſentandi, ſufficit bona fides, ratione quaſi poſſeſſionis præſentandi.*
Etiam aduerſus ordinarium. 35.
Etiam ſemel, ſubſequuto effectu, n.36.
37 *Inſtitutio debet ſequi poſt præſentationem, & acceptationem. atque edicta.*
38 *Tempus nullum certum ſtatutum eſt ad inſtituendum præſentatum, neque ad bullas, ac teſtimoniales litteras obtinendum, num.39.*

ARGVMENTVM.

De probatione iuriſpatronatus, ex fundatione, uel dotatione ex authenticis documentis ad mentem Sacri Tridentini Concilij ſeſſ.24.cap.9.de reformat.& an in dubio fundatio, uel dotatio præſumatur, & quid accedente quaſi poſſeſſione præſentandi cum fama? Et quid in non potentioribus, quidue in potentioribus? Et an uſurpatio præſumatur? Late diſſeritur.

RESPONSIO XXXXVII.

IN irritum ite cenſeo objecta per Promotorem, Curiæ Epiſcopalis Caſertanæ aduerſus eos de familia de Gazellis patronos iuriſpatronatus.& præſentandi in Cappella Sanctæ Mariæ Matris Domini in Villa Puccianelli Caſertanæ diœceſis.

Porrò quia ſatis plenè conſtare videtur de poſſeſſione, vel quaſi iuris præſentandi
1 in dicta Cappella, ex mente quoque Sacroſanctæ Tridentinæ Synodi *ſeſſ.25.cap.9.de*
» *reformat. Decernit Sancta Synodus* (dicentis) *vt*
» *titulus iuriſpatronatus ſit ex fundatione, vel do-*
» *tatione. qui ex authentico documento, & alijs iu-*
» *re requiſitis oſtendatur, ſiue etiam ex multiplica-*
» *tis præſentationibus pe antiquiſſimum temporis*
» *curſum, qui hominum memoriam excedat, aliáſ-*
» *ue ſecundum iuris diſpoſitionem.*

Nam, & ſi quidem non ita manifeſtè fundatio, vel dotatio conuingatur Cappellæ præfatæ (ex actis tranſmiſſis) per dictam familiam de Gazellis, & anteceſſores Notarij Vincentij, & Abbatis Laurentii de Gazel-
2 lis fratrum per authentica documenta; per authenticas ſcilicet ſcripturas, non verò per teſtes, vt ſacram declaraſſe Congregationem eiuſdem Sacri Tridentini Concilii interpretum, refert *Gonzalez ad regul.8. cancellar.gloſ.18.num.79. cum ſeq.* quem ſequitur *Piaſecius in praxi Epiſcopali part.2. cap.5. art.1.num.22. Gratianus forenſ.part.1.cap.168. num.20.& 21. Riccius in praxi part.1. de iurepatronatus reſolut.124. & in praxi probationis iuriſpatronatus reſolut.119 num.2. Alexander Trentacique conſ.65. in princ.verſ.pro reſolutione part.1.*& dictum fuit in vna *Sabinen beneficiorum 15. Decembris 1581. coram Robuſterio part.2.diuerſor.deciſ.199.n.4.*

3 Sat tamen oſtenditur ad mentem Sacri Concilij, quod in non potentioribus, modos alios iuris communis probandi iuſpatronatus minime excludit: ibi; *aliaſue ſecundum iuriſdiſpoſitionem*: vt ſæpe ſepius deciſum fuiſſe ſequitur *Rota in recent. part.2.tom.1.deciſ.360. num.2. & deciſ.374. num.1. & 2. ead.part.& deciſ.331. part.2. diuerſorum nu.1. Garſias de benefic.part.5. cap.9. num.81. & 84. Rota apud Coccinum Decanum deciſ.25. num.6.*

& dicta

& dicta deciſ. 199. ſub num. 5. part. 2. diuerſ. & in Tudertinâ iuriſpatronatus Parochialis Sancti Laurētij coram Illuſtriſſimo Patriarcha Hieroſolymitano 9. Iunii 1623. deciſ. 5 nu. 1. apud Viuian. in praxi iuriſpatronat. Trentacinq. d. conſ. 65. ſub n. 3. verſ. tertius modus.

4 Ex replicatis tamen præſentationibus per antiquiſſimum tempus, quę ſortitæ iam omnes fuere effectum, eſſe dictos de Gazellis in poſſeſſione, vel quaſi iuriſpræſentandi, tanquam patronos ex fundatione, vel dotatione per eorum anteceſſores, id plenè deducitur: tum quidem ex præſentatione anno 1557 (vnde 67. effluxere anni) in perſonam D. Cæſaris Gazellæ ob renunciationem dicti Abbatis Laurentij, qui liberè beneficio prædicto in manibus ordinarij nūcium miſit; atque vnà cùm dicto Notario Vincentio eius fratre dictum Cæſarem pręſentauit, & inſtitutio ſubſequuta fuit, vt ex bullis inſtitutionis fol. 2. Tùm ex alia præſentatione anno 1608. ob dicti Cęſaris ſupremum diem, facta per Birgittam Gazellam, neptem dicti Notarij Vincentij filiam Doctoris phiſici Bernardini Gazellæ filii dicti Vincentii, in perſonā D. Marci Gazellæ eius fratris, per quam cū cauſæ cognitione, decreto præcedente Ordinarii, Marcus inſtitutus fuit, facta canonizatione iuriſpatronatus ex fundatione, vel dotatione, vt ex ſententia fol. 15. & bullis fol. 17. & 18.

5 Admodum verò huic defertur canonizationi cum cauſæ cognitione per ordinariū

6 factæ. Quia nimirum non ita faciles eſſe conſueuere Ordinarii in canonizando iuſpatronatas, euidens ob præiudicium, quod eorum liberæ fit collationi. *Rota deciſ. 11. de iurepatronat. in nouis, & apud Puteum dec. 243. in fin. lib. 2.* perpenditque optimè Rota *in recent. part. 2. d. deciſ. 360. num. 12. & in d. Tudertina iuriſpatronatus deciſ. 5. num. 4. apud Viuianum Garſias d. part. 5. cap. 9. nu. 86. Rota apud Eminentiſſimum Cardin Caualer. deciſ. 46. nu. 1. & deciſ. 55. num. 2. & deciſ. 60. num. 3 & apud S. memo. Gregor. XV. deciſ. 58. num. 3.* & dictum fuit in *Hyeracen iuriſpatronatus* 18. *Aprilis 1616. coram Cardin. Veroſpio deciſ. 10. num. 4. apud Viuian. & apud eundem Canale. deciſ. 362. n. 2. & in Tudentina Parochialis 21 Maii 1610. coram Card. Sacrato apud Marcheſanum tom. 1. deciſ. 56. num. 1. fol. 477. & apud Card. Seraphin. deciſ. 1334. num. 1. & in recent. par. 1. tom 2. dec. 680. & in Auximana iuriſpatronatus 28. Maii 1593. coram Cardin. Mellina deciſ. 4. apud eund. Viuianum, & apud Coccinum Decanum deciſ. 209. nu 3. & deciſ. 247. & deciſ. 461. nu. 2. Trentacinq. d. conſ. 65. num. 1 cum ſeq. & per tot. Nouarius quæſtionum forenſ. part. 1. quæſt. 77. num. 5. & 6. Riccius in praxi probationis iuriſpatrona. reſolut. 66.*

7 In dubio verò, particularis, priuatæque perſonæ beneficium, ex fundatione magis,

8 quàm vſurpatione præſumitur. Cùm, quod beneficia non vtique naſcantur, ſed fiant. *Abbas conſ. 54. num. 2 in fin. verſ. pro hoc etiam facit, part. 1.* quem ſequuta fuit Rota apud *Creſcent. deciſ. 1. de iurepatronat.*

9 Tùm quod delictum, atque proinde vſurpatio minime præſumatur; Rota apud *Creſcent. d. deciſ. 1. de iurepatronat. & prima parte diuerſorum deciſ. 792. in fin. num. 11. & in recentior. d. deciſ 360. num. 2. part. 2. tom. 1. & in collect. per Farinac part. 4. diuerſorum deciſ. 634 num. 3. Marius Antonin. variarum lib. 1. reſolut. 109. num. 9.*

10 Quæ in aduerſum igitur facere poſſent, locum habent in beneficio familiæ potentiorum, vel Communitatum, ſeu Vniuerſitatū, in quibus faciliori negotio, eorum ob potentiam, vſurpatio præſumitur. *Creſcent. d. deciſ. 1. de iurepatronat. Mohedanus deciſ. 2. eod. Rota d. deciſ. 360. num. 2. in recent. Marius Antonin. variarum lib. 1. reſolut. 33. num. 2. Caluaccan. deciſ. 17. num. 7. part. 2. Trentacinque d. conſ. 65. ſub num. 9. verſ. 4. & vltim. probatur, Rota apud Cardinal. Caualer. deciſ. 89. num.*

11 3. Siue etiam ſi ius ipſum patronatus à Parochianis prætendatur; veluti etiam in parua Vniuerſitate, in quibus vſurpationis quoque præſumptio viget, vt ſequuta fuit Rota apud *Coccinum Decanum deciſ. 25. nu. 3* quo loco, ita quoque per Sacram Congregationem Sacri Tridentini Concilij interpretum reſolutum fuiſſe, refert; dixeratque etiam *Genuenſis in praxi Epiſcopali cap. mihi 100. num. 17.*

12 At verò in non potentioribus fama per antiquiſſimum tempus, & immemorabile præſumptionem non leuem facit, ex fundatione, ſiue conſtructione beneficium erectum fuiſſe. plenè *Trentacinque d. conſ. 65. d num. 1. cum ſeq. & num. 8. 9. & ſeq. Rota part. 3. diuerſorum lib. 3. deciſ. 481. & in recent. d. deciſ. 360. num. 8. & d. deciſ. 374. part. 2. nu 4. & part. 1. deciſ. 195. num. 1. & 2. & apud Card. Caualer. d. deciſ. 89. num. 3. & in Portuen Beneficii 27. Martii 159. coram Card. Mellino deciſ. 3. num. 4 apud Viuian. & in Bracharen Parochialis 1. Iulij 1592. coram Card. Mantica deciſ. 198. nu. 4. & in Conuerſanen Cappellania 14. Decembris 1592. coram eodem Mantica deciſ. 208. num. 1. & ſeq. Riccius in praxi probationis iuriſpatron. reſolut. 87.* referens *Rotæ deciſionem in Mediolanen iuriſpatronatus 4. Nouembris 1709. coram Attrebatten.* Adeo quidem, vt præſumptionem omnem occupationis eliminet in nō potentioribus. *Marius Antonin. d. reſolut. 33. nu. 5. 6. & 7. lib. 1.*

14 Multoque id magis, quaſi poſſeſſione præſentandi, vna coeunte, quæ ius ipſum patronatus, etiam Ordinariū aduerſus probat. *Puteus deciſ. 140. num. 1. lib. 1. Marius Antoninus d. reſolut. 33. nu. 6. & reſolut. 109. num. 43. lib. 1. Garſias d. part. 5. cap. 9. num. 85. & 86.*

Tren-

Digitized by Google

Trentacinq. d.conſ.65. per tot. & 8. & 9.

15 Si longiſſima præſertim quaſi poſſeſſio ip-
ſa fuerit. *Put.deciſ.60.num.4. & 5. lib. 1. Rota
part.1.diuerſorum d.deciſ.792.nu.1. Achilles de-
ciſ. 6. de iure patronat. Rota coram Cardin. Se-
raphino deciſ. 1203. num. 6. Gratian. Forenſ.
part.2.cap.310.num.80. Rota in recent. part. 2.
cap.310.num.80. Rota in recent.part.2. d. deciſ.
360.num.6.& 13.& deciſ.341.num.3.ead.part.
2.tom.2. Riccius in praxi par. 1. de Iure patro-
nat.reſolut.130.num.4.& deciſ.21.num. 1. par.
1.Garſias d.cap.9.num.83. Rota in d. Bracharen
Parochialis coram Card. Mantica d.deciſ. 198.
num.4.& in d. Conuerſanen Cappellaniæ coram
eodem d.deciſ.208.n.1.& ſeq.*

16 Suffragabitur itaque cum fama non mini-
mi quinquagenaria poſſeſſio ſecundum Ro-
tam *deciſ.409.num.1.in fin.& n.2. part. 1. di-*
17 *uerſ.* ſiue etiam quadragenaria, ſecundum
eandem *in recentioribus. part. 1. tom. 1. deciſ.
235.num.2 Trentacinq.d.conſ.65. num. 2. & 3.*
& declaraſſe Sacram Congregationem refert
Rota *in recent.par.1 tom 1 d.deciſ.195.num.4.
& in d.Tudertina Iuris patronatus deciſ.5. n. 5.*
18 *apud Vinianum.* Eoque magis, ſi quinqua-
ginta annorum metas effluxerit, vt in facto
hoc noſtro, in quo 67. effluxere anni. *Rota d.
deciſ.360.n.6 & 8.part.2. in recent. Trentacin-
que d.conſ 65.n 2.*

19 Quin imò longeua ipſa poſſeſſio præſum-
ptionem facit tituli, ſecundum Rotam *par. 1.*
20 *diuerſor deciſ.595. nu.4.* accedente potiſſimũ
tituli allegatione ex fundatione, vel dotatio-
21 ne, concurrentibuſque vnà multiplicatis præ-
ſentationibus, quæ omnes effectum ſortitæ
fuere, etiam ſi tres tantum eſſent ad Sacri
Tridentini Concilij mentem *d.cap 9.* quod
multiplicatas præſẽtationes perquirit. *Oldra-
dus conſ.229. nu. 2.* quem ſequitur *Rota apud
Coccinum Decanum deciſ 387 nu.1. Caluaccan.
d deciſ.17.num.13.& 14.par.2. Achilles deciſ.7.
n.1 de iure patronat. Mariſcott. variarum lib. 1.
cap.81.num.8. Alciat.lib.1. reſponſ conſ.37.n.2.*
23 *Trentacinq.d.conſ.65.num.4.& ſeq.* Siue etiam
duo, quæ ſat quoque eſſe videntur ad dicti
ſacri Concilii mentem, multiplicatas perqui-
rentis præſentationes *Rota in d. Conuerſanen
Cappellaniæ coram Eminentiſſimo Mantica d.
deciſ. 208. num.* 3. Porrò, quòd duo, vel tres
multi ſint. *ad tex.in l.1.§.hoc reſcriptum.verbo
multis vbi Gloſſ.ff.ad ſyllanianum, §. fin. in fin.
vbi Gloſſ. inſtitut. de iure perſonarum Gloſſ. in
cap.ad noſtram. 11. verbo per multos de rebus
Eccleſ. alienand. Menoch. de præſumpt. lib. 3.
præſumpt.90.num.14.Trentacinq.conſ.65. n. 1.*
25 atque ita pluries deciſum in Neapolitana
Archiepiſcopali Curia, vt duæ ſufficiant præ-
ſentationes, refert *Riccius in praxi par. 1. reſo-
lut.127.num.4.& in praxi probationis iuris pa-
tronatus reſolut.67.*

26 Hanc ob cauſam propterea ſacra Congre-
gatio, eiuſdem ſacri Tridentini Concilij in-
terpretum, cenſuit: Non poſſe repelli à ſua
quaſi poſſeſſione præſentandi, qui in illa eſt, ſi
adhibita ſemel cauſæ cognitione ſuper iure
patronatus, poſt Concilium Ordinarius à
patrono præſentatum admiſiſſet: vt *Ge-
nuenſis in praxi cap. 63. de probatione iuris pa-*
27 *tronatus num.3.* refert: addicque in Archiepi-
ſcopali Neapolitana Curia ita pluries deci-
ſum fuiſſe: *Eſſe (ſcilicet) manutenendum in
ſua quaſi poſſeſſione præſentandi patronum, ſal-*
28 *uis tamen iuribus fiſco in petitorio.* Cætero-
quin nullus litibus eſſet finis. Eumque ſequi-
tur *Gonzalez ad regul.8. dicta Gloſſ.18.num.23.
26.& 28.& Proſecus in praxi par.1. cap.5. axi.
1.num.22.& 23.fol.mihi 360. Ricius deciſ.117.
num.2.par.2.& in praxi nouiſſima probandi ius
patronatus reſolut.233. in princ. Pereira de ma-
nu reggia.par.1.cap.7.num.28.*

29 Magnum profectò poſſeſſionis eſt commo-
dum. *§. retinendæ in fin. Inſtitutionib. de inter-*
30 *dictis.* Iurè igitur poſſidenti manutentio da-
tur. *Rota d.deciſ.595.n.1.par.1. diuerſ. & in re-
cent.tom.1.par.2. deciſ.235.num. 1. & apud S.
memor.Gregor.XV.deciſ.323.& deciſ. 437.*

31 Quin imò ex poſſeſſione pro titulo non ab
re præſumitur, atque tituli qualitate, reſpectu
quidem ſtatus in quo poſſeſſio reperitur: vt
loquitur. *Imola in cap.cùm veniſſent 6. per il-
lum tex.num.11. de inſtitutionib. poſt Butrium
ibid.num.12.& Abb.num.7. & 8.* ſequiturque
Franciſcus de Clapperiis cauſa 2.q. 2. num. 12.
32 Quia nimirum poſſeſſionem in vim præce-
dentis tituli habere quis præſumitur, *Gloſſ.*
finalis, atque notabilis in *l.quadam mulier 76.
ff.de rei vendicat. vbi Angel. num.4.* ſequitur-
que *Franciſ.de Ponte Regens conſ. 72. num. 1.*
33 *lib.2.* Si præſertim de titulo in contrarium
non appareat. *Angel.d.num.4.*

34 Sufficiet itaque bona fides, vt immitti quis
poſſit in poſſeſſionem præſentandi ratione
quaſi poſſeſſionis iuris ipſius præſentandi, ſe-
35 cundum *Verall.deciſ 69.par. 2.* Etiam aduer-
ſus Ordinarium, ſi cum bona fide concurrat
36 admiſſio præſentationis, etiam ſemel cum
ſubſequuto effectu eiuſdem, ſecundum *Cal-
derin.conſil.12.de Iurepatronat.* quem ſequuta
fuit Rota apud *Achillen deciſ.5. de iure patro-
nat.num.1. Rota per Farinac.collecta par. 4. di-
uerſorum deciſ.525.n. 1. & 2. & deciſ. 527. &
521.& apud Duranum Epiſcopum Vrgellen.de-
ciſ.23.num.7.& apud Coccinum Decanum de-
ciſ.461.num.3.*

Neque ſuppetias Fiſco ferebat: Non poſſe
institui D. Auguſtinum de Gazellis nouiſſi-
mè preſentatum; quòd poſt præſentationem,
37 & acceptationem eius, intra legitima tem-
pora inſtitutio ipſa ſequuta minime fuerit, vt
effluxerit iam annus à tempore præſentatio-
nis, & acceptationis, atque edictorum, ad mẽ-
tem *tex.cum Gloſſ.fin.in cap.fin.de elect.in 6.*

38 Porrò quia ad inſtituendum præſentatum,
ſiue confirmandum nullum eſt certum, atq.

Ii præ-

præfinitum tempus iure datum. *Rota deciſ.4. de iure patronat.in nouis Rocchus de Iure patronat.verbo honorificum q.25.num.55. Paulus de Citadinis eod.tractat.par.6 art. 3. num. 105. in 53.q.Lambertin.eod.tit.lib.2.part.3.art 6 ſecũda quæſt principalis nu.7.Anaſtaſius Germonius* Tarantaliæ Archiepiſcopus *de Indultu Cardin.§.volumus penult. num. 78. & 81. Garſias de benefic. part. 10. cap. 4. num. 1. Viuianus in praxi iuris patronat.part.2.lib.12.cap.6. num.1.*
39 *cum ſeq* Nullumque certum eſt iure ſacrorũ Canonum præfixum tempus inſtituendo ad Bullas, ſiue teſtimoniales litteras inſtitutionis factæ expediendas. *Rota in recent.part.2. tom.2.deciſ 656.num.4. Perez de Lara de Cappellaniis lib.2 cap.10.num.15.16.& 17.*

Inſtituendus igitur erit D.Auguſtinus nouiſſimè præſentatus. Vt ex his cenſoris haud abiecta virga reſpondendum cenſui.

CAROLVS MARANTA I.V.D.
Aduocatus.

Fuit proinde inſtitutus D. Auguſtinus per Curiam Epiſcopalem Caſertanam.

SVMMARIVM.

1 *Metelli Numidij diſerti oratoris dictum, an expediat vxores habere?*
2 *Mulierem creauit Deus ad propagandum genus humanum.*
3 *Mulierem ex Ada coſta ædificauit Deus omnipotens.*
Et quare? nu. 4.& an nuda, vel carne plena educta fuerit.n.5.
Ex Hebræa voce, ex latere formatam aduertit Auguſtinus Steuchius.nu.3.
Congruitque myſterio Eccleſię cum Chriſto. num.6.
4 *Viri ſummo amore diligere vxores debent. & nu.5.in fin.*
Sicut Chriſtus Eccleſiam nu. 7. & 8.
Ratio redditur ex S Chryſoſtomo nu. 11.
Et ſicut corpora ſua nu. 9.
Et ſicut ſeipſum.nu.10.
Probatur doctrina Chriſti Domini.num.12.
Quia ſunt vna caro, & nu.3.in fin. & n.13.
6 *Eccleſia ex latere Chriſti in Cruce dormientis formata fuit, quam ſibi in ea deſponit. num.7.*
11 *Paulus Apoſtolus verbis Sancti Ioãnis Chryſoſtomi celebratur.*
13 *Coniunctionem maris, & feminę in coniugio Deus efficit.*
14 *Vir, & vxor vna caro ſunt.*
Ac ſi vnus eſſet homo.
Vnus proinde eorum eſſe debet animus. n.15.
16 *Tria ſunt pretioſa in conſpectu Dei.*
17 *Vir, & vxor, cum ſunt concordes, nihil melius eſſe poteſt.*
18 *Macrinus quidam fœlix æſtimatus, quod 39.annis ſine iurgio cum vxore vixerit.*
19 *Quintus Caius cum Rutilia vxore viginti annis vixit ſine bile.*
20 *Maritum diligere debet vxor vt ſuam vitam. Taciti dictum.*
21 *Vxor audiutrix, & ſocia dicitur operæ domeſticę, ex Clemente Alexandrino.*
22 *Coniux vnde dicta?*
23 *Vxor nomen eſt dignitatis, non voluptatis.*
24 *Vxores dominæ dicuntur, & quare?*
25 *Legatum annuum vxori relictum quoad vixerit, vltimi anni legatum hæredibus debetur vxoris.*
Reſtringe, niſi aliud ex verbis, menteque appareat teſtatoris.nu.28. & 39.
Siue expreſſe, ſiue etiam tacitè. nu.29.
Quod hæredi ſuo proſpicere voluit.
Finitur tamen morte legatarij.nu.23.
26 *Legem violare à teſtatore dictam, non leue facinus.*
27 *Verba animum indicant proferentis.*
28 *Diſpoſitio leg. ſi à vobis 5. ff. de annis legatis expenditur, & declaratur nu. 32. præſertim ex Bartolo.nu.33.*
30 *Legem quam vult teſtator, dicere poteſt rebus ſuis.*
31 *Hæredibus teſtatores ſe nimium graues exhibere non conſueuere, in oneribus potiſſimum ab ipſis, non à lege adiectis, etiam fauore vxoris.*
34 *Teſtatores non fruſtra, ſed cum miniſterio loqui videntur. & nu. 50.*
Modum proinde dicendi teſtatoris aduertere debemus.nu.35.
Ad eius mentem aſſequendam.
Vnde notanda verba, ac ſignanda myſteria, atque ſecretum voluntatis eorum per illa. num.36.
36 *Gregorij Magni verba in argumentum perpenduntur.*
37 *Aſcenſio Chriſti in cœlum à S. Luca refertur.*
38 *Dictio (Però) ſiue (proinde) perpenditur.*
Quæ reſtrictionem operatur dictorum, & num. 39.
40 *Dictio (Tantum) taxatiuę, atque compreſſiuæ naturę eſt.*
Et habet ſemper adiunctam ſibi negatiuam. num.41.

Per-

Perſonaque inhæret:
Reprimitque actum etiam fauorabilem. n. 42
Quia diſpoſitionem ad expreſſa dumtaxat comprimit. num. 43.
44 Dictio (& non vltrà) expenditur.
45 Solutio à teſtatore demandata fieri (tertia per tertia) quid indicet expenditur. & nu. 47.
46 Legatarius in legato magis dilectus herede, videtur.
48 Modus ſolutioni legati à teſtatore datus obſeruandus erit.
Quamuis ille difficilis ſeruatu foret.
49 Verba quibus textator vſus eſt ad legatum taxandum, admodum aduertenda ſunt. quando ille aliter dicere potuiſſet, & non dixit.
Vacare proinde illa haud debent à miniſterio, ad quod aſſumpta à proferente fuere. num. 51.
At contrà operari debent id, ad quod adhibita fuere. nu. 52.
53 Argumentum à modo dicendi teſtatoris optimus.
54 Teſtator talem ſenſum habuiſſe præſumitur, qualem verba indicant.
55 Robertus Maranta iunior fuit Authoris Genitor.
Filius Pomponij Maranta Cauſarum Patroni.
Qui fuit filius Roberti Marantæ Venuſini.
Horum meminit Marcus Mantua inter viros illuſtres nu. 56.
57 Pomponius Maranta Authoris Auus fuit diſcipulus Marci Mantuæ.
58 Robertus Maranta Authoris Proauus Iuris Ciuilis interpres fuit in Gymnaſio Salernitano.
Et Neapoli feudorum. n. 59.
Extant eius commentaria ſuper feuda.
60 Parentes ſunt viuæ imagines communis Parentis. Dei ideo honore proſequendi, ac pietate.

ARGVMENTVM.

Legatum certæ annuæ quantitatis uxori factum, donec uita ſuperſtes erit, & non ultrà, ſi illa quiquennio uixerit, & quatuor menſibus, an ſexti anni legatum, uxoris heredibus lucro cedat? expenditur tex. in l. à nobis 5. ff. de annuis legat. multaque ad rem non inconcinnè congeruntur.

RESPONSIO XXXXVIII.

1 Metellus Numidius grauis, ac diſertus vir, in oratione, quam ad Populum in cenſura dixit de ducendis vxoribus, cùm eum ad matrimonia capeſſenda adhortaretur, vt refert *Aulus Gellius noctium Atticarum lib. 1. cap. 6.* ita ſcriptum reliquit: *Si ſine vxore poſſemus (Quirites) eſſe: omnes eâ moleſtia careremus. Sed quoniam ita natura tradidit, vt nec cum illis ſatis commodè, nec ſine illis vllo modo viui poſſit; ſaluti perpetuæ potius, quàm breui voluptati conſulendum.* Ad propagandum enim humanum genus Deus omnipotens Adæ Euam tradidit vxorem comitem; cum non eſſe bonum putarit, hominem eſſe ſolum. Fecit proinde ei adiutorium ſimile ſibi. *Geneſ. 2. 18. Immiſit ergo Dominus*
3 *Deus ſoporem in Adam, cumque obdormiſſet, tulit vnam de coſtis eius, & repleuit carnem pro ea. Et ædificauit Dominus Deus coſtam, quam tulerat de Adam in mulierem, & adduxit eam ad Adam. Dixitque Adam: Hoc nunc os ex oſſibus meis, & Caro de carne mea: hæc vocabitur (Virago,) quoniam de viro ſumpta eſt. Quam ob rem relinquet homo patrem ſuum, et matrem, & adhærebit vxori ſuæ: & erunt duo in carne*
4 *vna.* Sic facet textus. Ex coſta mulierem ædificauit omnipotens Deus, vt ſummum debere eſſe viri in vxorem amorem indicaret. ex *S. Ambroſ. lib. de Paradiſo cap. 10.* relato *can. nec illud otioſum 20.* vbi etiam *Gloſſ. verbo coſta 33. q. 5. S. Thomas prima part. q. 92. art. 3. in*
5 *corpore.* cui interpretationi haud incongruit ex voce hebræa (*zela*) quæ latus ſignificat; Euam ex latere ædificatam, atque formatam Adæ fuiſſe, vt *Auguſtinus Steuchius* Chyſami Epiſcopus in eundem *2. Geneſis caput* aduertit. Et Pater Io. Alba Carthuſianus in *ſelectas ſacræ Scripturæ cap. 3.* non ineruditè perpendit; non nudam coſtam Dominum Deum tuliſſe ex Adam, ſed illam plenam carne, ex Vulgata, atque ex fonte hebræorum, *& repleuit carnem pro ea,* videlicet eduxit coſtam, & eam plenam carne, atque ex illa carne repleta, & obducta, ædificaſſe mulierem Aeuam, probatque ex verbis Adam: *Hoc nunc os ex oſſibus meis, & caro de carne mea.* quod os, coſtam videlicet, carne obductam, & plenam eduxerit Omnipotens Deus, repleuiſſe vero locum illum Adæ carne: *& repleuit carnem pro ea.* vt magis indicaret, non vulgarem eſſe debere virorum in vxores amorem. Congruitque
6 myſterio, quòd ex latere Chriſti dormientis

in Cruce efformata fuit Eccleſia. Vnde te-
ſtatur diſcipulus ille, quem diligebat Ieſus,
qui & ſupra pectus eius in cœna recubuit,
,, *Ioan. 19.33. Ad Ieſum autem cum veniſſent*, (mi-
,, lites ſcilicet) *vt viderunt eum iam mortuum*,
,, *non fregerunt eius crura: ſed vnus militum lan-*
,, *cea latus eius aperuit, & continuo exiuit ſan-*
,, *guis, & aqua. Et qui vidit teſtimonium peri*
,, *buit, & verum eſt teſtimonium eius. can. in*
ſacramentorum primo & can. non oportet 4.
& can. in calicem 83. §. de latere eius de con-
ſecrat. dist. 2. cap. in quadam 8. §. per hoc
autem de celebrat. miſſarum. S. Doctor dict.
art. 3. concinnè S. Epiphanius aduerſus
,, hæreſes *lib. 3. hæreſ. 78. circa fin. Accepit* (in-
,, quit) *vnam de coſtis eius, & ædificauit ipſi in*
,, *vxorem. Quo oſtendat Dominum quidem de*
,, *Maria efformaſſe ſibi ipſi corpus, ab ipſa vero co-*
,, *ſta ædificatam eſſe Eccleſiam, in eo quod punctū,*
,, *& apertum eſt ipſius latus, & myſteria ſangui-*
,, *nis, & aquæ, pretia redemptionis facta ſunt.* Vt
ſicuti Chriſtus ſummo, quin infinito amo-
re Eccleſiam dilexit, quam in ara Crucis
ſibi deſpondit; ita ſummo viri vxores ſuas,
quas ſibi non in ara Crucis, ſed in talamo
nuptiali deſpondent, amore proſequi de-
bent. Non mea eſt hæc cogitatio, non meū
inuentum, ſed Apoſtolica doctrina. Audi
Apoſtolum Paulum Doctorem Gentium
Ad Epheſios 5.25. loquentem, exortantem,
8 admonentem, docentem, præcipientem;
,, *Viri diligite vxores veſtras, ſicut Chriſtus dile-*
,, *xit Eccleſiam, & ſemetipſum tradidit pro ea,*
,, *vt illam ſanctificaret, mundans eam lauacro*
,, *aquæ in Verbo; vt exhiberet ipſe ſibi glorioſam*
,, *Eccleſiam non habentem maculam, aut rugam,*
,, *aut aliquid huiuſmodi, ſed vt ſit ſancta, & imma-*
9 *culata. Ita & viri debent diligere vxores ſuas vt*
,, *corpora ſua. Qui ſuā vxorē diligit ſe ipſum diligit.*
,, *Nemo enim vnquā carnē ſuā odio habuit: ſed nu-*
,, *trit, & fouet eam, ſicut & Chriſtus Eccleſiam:*
,, *quia membra ſumus corporis eius, de carne eius,*
,, *& de oſſibus eius. Propter hoc relinquet homo*
,, *patrem, et matrem ſuam, & adhærebit vxori ſuæ,*
,, *& erunt duo in carne vna. Sacramentum hoc*
,, *magnum eſt, ego autem dico in Chriſto, & in Ec-*
,, *cleſia. Veruntamen, & vos ſinguli, vnuſquiſque*
10 ,, *vxorem ſuam ſicut ſeipſum diligat.* Audiſti
igitur virum illum Paulum Apoſtolum,
11 (cuius virtutes nullis verbis explicari poſ-
ſunt; Os illud; Dominicum (inquam) in-
ſtrumentum, quod è Cœlo habetur in ad-
miratione, & quod terra veneratur. vt ſan-
ctus Ioannes Chryſoſtomus loquitur *ſer-*
mone de SS. Petro, & Paulo apud Simonem
Metaphraſtem.) Quanta is ſolicitudine
mandet, vt viri vxores ſuas diligant, vt cor-
pora ſua exemplo Chriſti, qui Eccleſiam
12 dilexit. Ac ſi nullum exemplum ardentio-
ris amoris proponi potuiſſet, quàm Chriſti
in Eccleſiam. Rationem verò amoris huius
virorum in vxores, quem Paulus exemplo

Chriſti inſinuat, reddens aurum os Chriſo-
ſtomus *homil. 20. in epiſt. ad Epheſ.* Quia ſu-
premam Apoſtolus ab vxoribus obedien-
tiam erga viros requiſierat: Dixerat enim
,, paulo ante *d. cap. 4. num. 22. Mulieres viris ſuis*
,, *ſubditæ ſint, ſicut Domino.* ſequentibus oſten-
,, dit: *Vidiſti* (inquit) *menſuram obedientiæ? audi*
,, *etiam menſuram dilectionis. Vis tibi obedire*
,, *vxorem, ſicut Chriſto Eccleſia? Ipſe quoque*
,, *eius curam gere, ſicut Chriſtus Eccleſiæ.* Ita
ipſe Chriſtus Dominus noſter Phariſeis
tentantibus illum, & dicentibus. (*Matth. 19.*
,, 3.) *Si licet homini dimittere vxorem ſuam qua-*
,, *cumque cauſa?* Reſpondens ait eis: *Nunquam*
,, *legiſtis: quia qui fecit hominem ab initio, maſcu-*
,, *lum & fœminam fecit eos? & dixit: Propter hoc*
,, *dimittet homo patrem, & matrem, & adhærebit*
,, *vxori ſuæ, & erunt duo in carne vna. Itaque*
,, *iam non ſunt duo, ſed vna caro. Quod ergo Deus*
,, *coniunxit homo non ſeparet.* Sic Chriſtus. Cō-
13 iunctionem itaque maris, & fœminæ in
coniugio Deus effecit. *can an quod 2. & can.*
quod Deus 18.33 q. 2. cap. inter corporalia 2. §.
eum ergo fortius de translat. Epiſcop. cap. fin. de
frigid. & maleficiat. Summo itaque amore
ſe diligere debent vir, & vxor. Quia iam nō
ſunt duo, ſed vna caro.
14 Ac ſi vnus eſſet homo; vxor veluti cor-
pus, vir verò veluti ſpiritus, & anima. vt
Dionyſius Carthuſian & Maldonatus in eun-
dem *Matth.* locum commentum agunt. &
ante eos quoque *S. Thom.* in eundem Pauli
locum *ad Epheſ. 5. lect. 10. & Cornelius à La-*
pide verſ. 31. cap. gaudemus 8. §. verum de di-
uort. & cap. 1. de coniugio leproſorum. Quorū
15 itaque vnum corpus eſt, vnus debet eſſe, &
animus. Vt Vrbanus Papa Secūdus loquitur
Sanctio Regi Aragonum *can. de neptis tuæ*
3.31. quæſt. 2. & nos plura reſponſ. noſtra 33. à
num. 3. & per tot. par. 2. Rectè proinde, & piè
16 dixit quidam: Tria ſpecioſa videri, & eſſe
in conſpectu Dei, & hominum: *Concordiam*
,, *inter fratres: amicitiam inter vicinos: Virum, &*
,, *mulierem in ſocietate, & fide mutua perſeueran-*
tes. Multoque rectius, & eligantius Home-
rus ſequentibus carminibus:
17 ,, *Nihil enim hoc potiùs, & meliùs,*
,, *Quàm cum concordes animis domum habi-*
tant
,, *Vir, & vxor: multi dolores inimicis,*
Gaudia autem amicis.
quos refert *Tiraquell. in l. 5. connubial.* additq;
18 fœlicem, Macrinum illum fuiſſe (ſi quis
fœlix vnquam fuit,) quem cum vxore tri-
ginta nouam annis vixiſſe ſine iurgio, ſine
offenſa, ſcibit Plinius. Er Romæ in Appia-
19 ni antiquitatibus legitur talis inſcriptio:
,, *Quintus Calus Seuerus Rutiliæ primitiuæ con-*
,, *iugi ſuæ dulciſſimæ, cum qua vixit annis viginti*
,, *ſine bile.*
20 Vt enim Tacitus inquit: *fœmina vnum*
ac-

accipit maritum, quomodo vnum corpus, vnamq. vitam, ne vlla cogitatio vltrà, ne longior cupiditas, ne tanquam maritum, ſed tanquam matrimonium amet. Et apud Clementem Alexandrinum, *lib. 2. ſtromatum, fol. mihi 19.* vxor dici-
21 tur: *Socia, & adiutrix operæ domeſticæ.* Paulus quoque *in l. 1. ff. rerum amotarum: vxores, Socias eſſe vitæ, diuinæque, atque humanæ domus,*
22 appellauit. Vnde coniux dicitur ſecũdum Phocam à verbo coniugo. Et Feſtus coniuges vocat, tanquam eiuſdem iugi. Multis propterea honoribus, boniſque cumulantur vxores à viris, tùm etiam cùm in extremo vitæ ſtatu fuerint.

Hinc factum eſt in occurrẽti facto, quod ſupremum vitæ diem trahens Franciſcus Anionius Iordanus, ſcriptis ſupremis tabulis, hæredique dicto R.V.I.D. D. Petro Mattina eius ex ſorore nepote, Margaritæ eius legauit vxori.

„ *Oltre dicto* (dicens) *laſcio per amoreuolezza*
„ *alla detta Signora Margarita docati ſiſſanta ogni*
„ *anno, durante però la vita di detta Signora Mar-*
„ *garita tantùm, & non vltrà, da pagarleſi terza*
„ *per terza.*

23 Dominam illam appellat: Nam vxor nomen eſt dignitatis, non voluptatis, vt L. Verus Imperator aiebat. Et vxores Dominæ
24 dicebantur, honorifica in ſpeciem appellatione, iuxta illud Vergil. 6. *Aened.*

„ *Hi Dominam ditis thalamo deducere adorti.*

25 Poſt ſuprema viri funera vitam protraxit Margarita quinquenniũ, & quatuor mẽſibus. Hac è medio ſublata, eius contendũt hæredes, deberi ſibi integra ſexagita. Legẽ pro ſe apertiſsimis verbis loquentem, aſſerunt, *in l. à vobis 5. ff. de annuis legatis. A vobis quoque cæteri hæredes peto,* (Modeſtini ſunt
„ verba) *vt vxori meæ preſtetis, (quoad viuet) an-*
„ *nuos decem aureos. Vxor ſuperuixit marito quin-*
„ *quennio, & quatuor menſibus. Quæro an hæredi-*
„ *bus eius ſexti anni legatum integrum debeatur?*
„ *Modeſtinus reſpondit, integri ſexti anni legatum*
„ *deberi* Sic ille. Facinus itaque non leue eſſe
27 à legis, ac teſtatoris deſciſcere ſanctione. Diſponat teſtator, & ſit lex eius voluntas: legis oraculum eſt. *§. diſponat in authent. de nupt. collat. 4.* Parendum igitur eius erit voluntati. *l. nulli licere 28. C. de Epiſcop. & cleric. §. 1. in authent. de hæredibus, & falcid. collat. prima.*

Verùm ex ipſo Aduerſariorum principio: non leue facinus eſſe à lege reſilire teſtatoris, quam ille rebus ſuis dixit: nos contrarium aſſerendum non leuibus putamus argumentis. Primarium autem ſit ex verbis
27 petitum teſtatoris; illa enim animum indicant proferentis, vt poſt *Ariſtot: primo periermenias,* docuit nos Celſus in *l. labeo 7. §. id Tubero ff. de ſuppellectili legata can. humanæ aures 11. 22 quæſt. 5.* At manifeſtiſſima eloquutione teſtator edixit, vt annua ſexaginta vxori ſoluerentur: *(Durante però la vita di detta Signora Margherita tantùm, & non vltrà, da pagarleſi terza per terza.)* Vltrà proinde vitam eius protrahi legati ſolutionem haud voluit teſtator, ex eiuſdem Modeſtini ſenſu in *l. Titia cum teſtamento 35. §. Titia cùm nuberet, ff. de legat. 2.* quatenus probat: legatum ad vitam factum, morte intercipi, ac finire legatarij. ſequiturque *Pariſ. conſ. 109. num 38. lib. 3 l ſi patri 3. C. de vſufruct. cap. nuper 6. de donat. inter virum, & vxorem Card. in conſ. 49. cum teſtatoris voluntas num. 5.* ſequitur *Simon de Pretis de interpretat vltimarum vol. lib. 4. in ſpeci. 8. & vltima num. 5. fol. 476.* mox infra referendus. *Surdus deciſ. 346. num. 11. Rota apud Card. Manticam, deciſ. 19. num. 1. 2. & 3* Nec imme-
28 ritò porrò reſtrictionem hanc admittet diſpoſitio textus præfati in *l. à nobis*, in qua ex Modeſtini verbis, in ſimplici alimentorũ legato vxori (quoad viuet) facto, loquutum nec ſine ratione, eum fuiſſe, nemo, (ſi ipſe non inſaniat) negabit. Quando nedum ſanè expreſſis verbis, verum, & ex tacita diſponentis mente, poteſt illi præiudicium inferri. Quid enim ſi hæredi proſpectum voluit teſtator, ne vltrà vitam vxoris (dicamus nos) vrgeretur ad ſolutionem? vti Vlpianus loquitur in *l nec ſemel 12. §. item Celſus, & §. ſi in habitationem,* ibi: coniectura voluntatis facta, vbi etiam *Gloſſ. verbo voluntatis. verſ. ſic de coniectura, ff. quando dies legati cedat. Simon de Pretis de interpretat. vltimar. volunt. lib. 4. dub. 11. num 92. & 93. fol. mihi 431. Surdus de aliment. tit. 4. quæſt. 17. num. 20. & 21.* quem ſequitur *Intrigliol. ſingul. 151. num. 6. lib. 2. Molina de Hiſpaniæ primogen lib. 2. cap. 15. nu. 9. & 10. & n. 73.*

30 Et quidem potuit teſtator, (cuius ab arbitrio pendebat, relinqueret, nec ne vxori) talem rebus ſuis legem dicere: *ad text. in l. in re mandata 21. C. mandati, d. §. diſponat. in authent. de nupt.* atque vxori ob dilectionem, quam erga illam habebat, dum vitalẽ hauriret hauram, proſpicere: eaque vitæ terminum faciente, hæredi nimium ſe grauem
31 non exhibere. Quòd conſueuere ſemper teſtatores præuidere, ne vltra modum hæredes grauent. *ad text. in l. idem Iulianus, 41. §. Seio ex facto, ff. de legat. primo l. vnum ex familia 69. §. ſi rem tuam in fin.* ibi: Et onerandis hæredibus: *ff. de legat 2. d l nec ſemel 12 §: item Celſus in fin. quando dies legati cedat l ſi ita relictum 44. in fin princip.* ibi: minor pars accipienda erit. & *l: Sempronius Proculo 48. in fin.* ibi: in hoc caſu hæredi parcendum eſt. *ff. de legat. 2. Ioan. Cephalus conſ. 144. num. 13. & 14. lib. 1. Card. Mantica de coniectur. vltim. volunt. lib. 9. tit. 1. num. 5. Rota apud Card. Caualer. dec. 512. num. 6.* In onere potiſſimum ab ipſo, nõ à lege adiecto; vt perpenſum fuit in Rota *in Romana legatorum de Vitellis 17 Nouembris 1577. coràm Aldobrandino,* poſtmodum Cle-

mente

mente VIII. *part.1. diuerſorum deciſ.666. ſub num.3.verſ.neque obſtat.* Vxoris etiam fauore *Cranett.conſ.25.num.24.Surd.conſ.112.nu.15. lib.1.* ſequuta fuit Rota in *Romana fideicommiſſi 15.Iunÿ 1627.coram Illuſtriſſimo Durano Epiſcopo Vrgellen.deciſ.93.n.10.& 11.*

32 Eatenus quippe ſexti quoque anni legatum deberi vxoris hæredibus Modeſtinus dicta *l.à nobis*, reſpondit; quatenus ex præſumpta diſponentis mente, illud principio anni cedere admiſſum eſt, vt *Gloſſ. verbo deberi* ibidem aduertit, ad *text. in l. in ſingulos annos 8.§ illud certè, ff. de annuis legat.* Et aduertunt (nec planè cæcutientes) ſupra relati datores *Surd Simon de Petris, Intrigliol. Molina*, alijque apud eos. ſequiturque, nec inconcinnè Iuris Luçerna *Bart.* in eadem *lege à vobis*, cum textum exaudit in legato ſimpliciter facto, ſecus ſi aliquo cum addito fiat. iuxta etiam dicta per eum *in l. ſi ſeruus communis Meuÿ, 18 §. fin ff de ſtipulat. ſeruorum* ſicuti in facto hoc noſtro.

34 Neque porrò perpenſioni huic primariȩ lapidem addit minorem, quòd appoſitè, nō ſanè fruſtrà, teſtator loquutus fuit, at cum miniſterio. ad *text. in l. ſi quando 112. ff. de lega. 1. l. 3. in princ.* ibi: nec fruſtra adijciatur, *ff. de iure iurand. l. 1. ff. ad municipales, cap ſi Papa 10. vbi Gloſſ. de priuileg. in 6. nos reſponſ. noſtra 36. nu. 10. part. 1.* Cùm legatum ita reliquit vxori, vt haberet illud: (*Durante però la vita ſua tantùm, & non vltrà, da pagarſeli terza per terza.*) Vt indicaret nobis, (nec leui indicio,) (ipſis ab eo prolatis verbis,) peculiare ali-
35 quid ſignare voluiſſe: aduerteremuſque nos dicendi modum teſtatoris ad eius mentem aſſequendam. ad *text. in l. cum de Lanionis 18. §. aſinam. ff. de fundo inſtructo inſtrumen. legato.* Ex verbis Pauli ibidem: *Optimum ergo*
„ *eſſe Pedius ait*, (dicentis) *non propriam verbo-*
„ *rum ſignificationem ſcrutari: ſed in primis quid*
„ *teſtator demonſtrare voluerit: deinde in qua præ-*
„ *ſumptione ſint, qui in quaque regione commoran-*
tur. ſic ille, & *ibid. Bart. nu. 4. & l. ſi ſeruus plurium 53. §. fin ff. de legat. 1.*

36 Quemadmodum ſimili modo argumen-
tuiſſe Magnum illum Gregorium
n Euangelium, *Marci cap. 16. homi-*
onſpicimus. Perpendens nempe
æ *actor. 1. 4.* ad myſterium
Chriſti Domini Noſtri in
bus loquitur: *Notandum*
s referat dicens; conuenſcens
roſolymis ne diſcederent, &
bus illis eleuatus eſt, & nubes
culis eorum. Notate verba ſi-
c. (Inquiens.) Notanda igi-
verb teſtatoris, & ſignan-
ins: vt relinqueret
in ſingulos annos
durante tantùm,
non inſulsè ſanè

petito ab Vlpiani ſenſu, & verbis in *l. nec ſemel diem. 12. §. ſi in habitationem.* ibi; eiſdem intelligitur legatum relictum coniectura voluntatis, *ff. quando dies legati cedit*, perpenditque *de Pretis d. lib 4 dub 11. num. 93. verſiculo tacita verò.* Inde enim dictionem illam adijecit; (*Durante però la vita ſua tantum,*) quȩ (*proinde. vel propterea*) reddi latinè poteſt.

Quam ob cauſam reſtitutionem, ac dicti præſſionem operabitur, vt vltrà quàm dictū fuit, diſpoſitio minime extendatur. *Abb. conſ 81. videtur primo num. 1.* ibi dum dicit, & hoc ideo fecit *lib. 1.* & aduertit ad rem noſtram non inconcinnè *Cardin. Tuſcus tom. 2. concluſ. 289. num. 4. littera D.* ſequiturque *Barboſ. de dictionibus, dict. 144 num. 1.*

39 Reſtringere nempe voluit teſtator legati annui laxitudinem; vt illud viuente vxore tantùm ſolueretur, (ad cuius commodum reſpiciebat, cùm illud reliquit;) & nō aliorum, qui poſt eius ſuprema funera illud haurire, vel potuiſſent, vel intentaſſent. *ad text.* Sceuolæ in *l. filiusfamilias 27. in princ. ff. quādo dies legati cedat.* perpendit Rota *coram Aldobrandino d. deciſ. 667. num. 2. part. 1. diuerſ.* Inde quippe taxatiuam illam (*tantum*) vitæ, perſonæque vxoris annexit, vt in illa legatum ſiſteret, neque ad vxoris hæredes diuagaretur. *ad text. in l. ſicut in annos ſigulos 3. §. fin. ff. quibus modis uſufructus amittatur* ex Vlpiani verbis; ibi: *ſicuti ſi quid aliud quod perſonæ cohæret.* Ex illo enim legatum finitur, ſecundum *Bald.* in ſummario ibid. dicens: *quicquid*
40 *perſonæ cohæret, morte finitur.* Aliquin nihil omnino dictio ipſa (*tantùm*) operaretur; cū eius ſit naturæ comprimere rem, cui adijcitur, atque cancellis claudere ne egrediatur; ſolitariamque perſonam redere, cui adiun-
„ gitur *l. niſi 23. vbi Doctores communiter. ff. de*
„ *pactis. Niſi hoc actum eſt,* (inquit ibi Vplia-
„ nus) *vt dumtaxat à reo non petatur; tunc enim*
„ *fideiuſſor exceptione non vtetur* ſic ille. *text. in l. non ſolùm 9. §. tale legatum, vbi Bart. ff. de liberat. legata, l. Caius Seius 12. in fin. ff. de annuis legat. Clement exiui. 5. §. cum autem de verbor. ſignificat. l. ob æs 12. C. de prædÿs minorum* ſequutaque fuit Rota *in Foroliuien Cappellæ 16. Martÿ 1615. coram Buratto in recentiorib. par. 2. tom. 2. deciſ. 740. num 4 in fin. Gratus de dictionib. dict. 280. num. 1. in fin Gomeſius variarum reſolut. tom. 2. cap. 11. num. 13. Vincent Fuſar. conſ. 93. num. 34. & 35. Farinac. conſ. 76. num. 13 vol. 1. Rota apud Card Manticam deciſ. 316. nu. 3. & apud Card Caualer. deciſ. 99 nu. 5. & apud Coccinum deciſ. 348. num. 2. Gratianus forenſ diſceptat. part. 5. cap. 821. nu. 6. & 8. Marius Giur-*
41 *ba conſ. criminali 60. num. 11.* Quia habet ſemper adiūctam ſibi negatiuam, vt alteri dari haud poſsit, quod dictione (*tantùm*) alicui datum eſt; perſonæ quippè adhæret, *text. in cap. cum Eccleſia Sutrina 3.* ibi: Quod ad eos tantùm ſpectaret electio, *de cauſa poſſeſſionis, & pro-*

Digitized by Google

& proprietat. vbi Gloſ. & Ioan. Andr. col.2. in
verſ. tantum, poſt Goffred. ibid. Gloſſ. in l. in anna-
libus 12. verbo voluit, & ibid. Doct. C. delegat.
Abb. conſ. 51. videtur primo ſtandum num. 3. lib.
1. Couarr. lib. 3. variarum reſolut. cap. 9. num. 10.
in fin. verſ. quamobrem in hac controuerſia, Fu-
ſar. d. conſ. 93. num. 35. Simon de Pretis de inter-
pretat. vltim. volunt. lib. 4. dub. 3. nu. 20. fol. 448.
& inſpect. 8. num. 5. 6. & 8. fol. 476. Cranetta de
42 antiquitate tempor. p. 4. n. 111. Qui dictionē
hanc taxatiuam extendit, vt actum quoque
fauorabilem reprimat. Caſſador. deciſ. 6. num.
11. de iurepatronat. Bart. in l. ſi conſtante in 9. q.
prima part. principalis col. 7. ff. ſoluto matrimon.
Barboſ. de dictionibus dict. 401. num. 4. & 10.
43 Quia profectò diſpoſitionem ad expreſſa
dumtaxat reprimit, ac cogit, atque quaſi in
pugillo reſtringit, vt vltrà illā progredi, at-
que extendi nō patiatur, l. ſi quis ita legauerit
3. §. Cùm Titio, ff. de adimend. legatis, audi Vl-
pianum ibidem dicentem: Cùm Titio cētum
„ teſtamento legaßet, & eidem codicillis, ita legaſ
„ ſet: Titio quinquaginta dumtaxat, nec amplius
„ hæres meus dato, non ampliùs quinquaginta le-
„ gatarium petiturum. ſic Vlpianus. Ratio verò
in promptu eſt, quia dictione taxatiua (dum-
taxat) illa reliquit, Bart. in l. ſi quidem num. 3.
C. de tranſaction. & in l. rationes in fin. C. de pro-
bat. Abb. d. conſ. 51. num. 3. lib. 1. ſequuta fuit
Rota in Romana Saluiani interdicti 28. Aprilis
1584. coram Litta apud Statilium Pacificum de
Saluiano interdicto deciſ. 58. num. 4.

Perpenſo hoc prçſertim, (vt verba ſigne-
mus, notemuſque dicentis teſtatoris) quod
non in ſola illa dictione (tantùm) ſtetit,
44 orationemque preſſit, ſed vltrà progreſſus
fuit, addendo (& non vltrà.) vt omnem di-
uaricationis anxam amoueret; vitamque
vxoris, (cuius commodo legabat.) compri-
meret; neque, quo ſe appellerent, eius hæ-
redes haberent amplius: oſtenderetque eius
deficere conſenſum, ac voluntatem, ſi ali-
ter fieret. ad tex. in l. properandum 12. ibi: non
vltrà triennij metam C. de Indic. Lexicon no-
uum Iuridicum verbo vltrà quandoq. in fin.
Barboſ. (de clauſula agens, & non alias) 81.
per tot. & diction. 210. ac dict. 428. Card. Tuſcus
tom. 2. littera D. concluſ. 395.
45 Accedit his quoque quòd non ſine ra-
tione, (vt hanc noſtram fulciret racionan-
di diſcretionem) teſtator adiecit, ſolutionē
ſexaginta annuorum fieri debere (terza per
terza) Quo planè ſoluendi modo, & ſi vxo-
ri proſpicere voluit, dum vita illa ſuperſtes
fuiſſet, vt quarto quoque menſe ſolutionē
acciperet, ſuiſque neceſſitatibus per hanc
promptam pecuniarum numerationem
46 faciliùs ſuccurreret; iuxta notata per Mo-
lin. d. cap. 15. num. 73. & Surdum d. tit. 4. q. 17.
nu. 20. de aliment. Quod in legato magis hæ-
rede legatarius dilectus videatur. ad tex.
in l. Publius Meuius 36. §. Titia Codicillis ff. de
conditionib. & demonſtrationib. & ex ſum mario
Bart. ibid. Card. Mantica, de coniectur. vltim.
volunt. lib. 7. tit. 1. num. 39. Gratian. deciſ. 153.
n. 32. & Forenſ. diſceptat. par. 1. cap. 136. num. 4.
47 Non eſt tamen quin apertiſſimum non
eruamus argumentum, noluiſſe teſtatorem
vltrà vxoris vitam grauare hæredem, quem
teſtamento ſibi ſcripſerat, (quod in ſupe-
rioribus aduertimus,) vt ſi vnam fortaſſe
tertiam, in humanis perdurante Margherita
vxore, ſoluiſſet, vltimā haud ſolueret, illa ex
humanis ipſis exceſſa. Modus namque ſo-
48 lutioni demandatus obſeruandus omnino
erit ad mentem dignoſcendam teſtatoris.
argumento tex. in l. plures teſtamento 30. fin. ff.
de rebus dubiis. ſequiturque Martin. Colerus
de aliment. lib. 2. cap. 2. num. 15. quamuis ille
difficilis ſeruatu eſſet, vt dictum fuit in Me-
leuitana bonorum 7. Maij 1627. coram Durano,
deciſ. 65. nu. 22. part. 5. diuerſ. nouiſſimarum;
eſt in impreſsis apud eum deciſ. 78. n. 22. Vt
quid enim (quæſo te) ſi id non intendiſ-
49 ſet teſtator, verba illa adiecit, quibus lega-
tum reſtrinxit ſexaginta vxori relictum:
Durante però la vita di d. Signora Margherita
tantum: & non vltrà, da pagarſeli terza per
terza?) cùm id præſtare valuiſſet, dicendo:
ad vitam eius, vel quoad viuet: (mentre ſarà
viua.) Et in diem vitæ: vt loquitur tex. in l. 1.
in princ. C. de bonis matern. & Triphoninus
in l. Miles ita 42. in princ. ff. de militari teſta-
mento d. cap. nuper 6. de donationib. inter virum,
& vxor. & d. l. cum plures teſtamento. 30. §. fin.
de rebus dub. aduertitque Mandoſ. in Gloſſ. fa-
cultatis §. ac etiam, in verbo obtineat in princip.
fol. mihi 257. quem planè ſequitur Gloßella
marginalis in d. l. à vobis. in verbo quò ad viuet.
50 Inaniter proinde, atque ſuperfluis verbis,
nihilque operari aptis locutum fuiſſe te-
ſtatorem fateri cogemur: ni ſenſum hunc
habuiſſe illum, iurè, nec ſanè illiberaliter
admiſerimus: ne videlicet ex humanis ex-
cedente vxore, quicquam ſexti anni exci-
51 perent hæredes. Vacarent porrò verba præ-
dicta, ac dictiones à miniſterio, ad quod
exercendum aſſumptæ fuere. Gloſſ. in l. 1. ff.
de eo quod vi, metuſque cauſa, & ibid. Bald. Ro-
land. conſ. 39. num. 24. 25. & 26. vol. 4. Peregrin.
de fideicommiſſ. art. 7. num. 17. & ſeq. cùm con-
52 trà operari eas oporteat id, ad quod à te-
ſtatore, nec ſine rectæ rationis iudicio ad
voluntatis ſuæ oſtendendam deliberationē,
fuerunt adhibitæ l. ſi quando quis 112. in prin-
cip. ff. de legat. 1. ex verbis Aphricani ibi: A-
lioquin fruſtra ei legaturus ſit. Gloſſ. in cap.
ſolita 6. verbo tanquam, de maioritat. & obed.
Rota in recentior. par. 2. tom. 2. deciſ. 718. num. 4.
Surdus de aliment, tit. 7. q. 9. num. 21. qui ſanè
53 intelligendi modus omnino excipiendus
eſt ad diſpoſitiones ſaluandas teſtatorum, vt
poſt Roman. conſ. 83. num. 2. alioſque, ſequitur
Fabius Galeota lib. 2. controuerſ. 48. n. 37. & 38.

54 At

54 At ſenſum talem in verbis ipſis habuiſſe
teſtator præſumitur, qualem verba ab ipſo
prolata indicant. iuxta Sceuolæ verba *in l.
Gallus 20. §. quidam rectè in fin. ff. de liberis, &
poſthum.* dicentis: *Vt eo caſu valeat, qui ex ver-
bis concipi poſſit.* & ſequitur *Bald. in l. cum
virum C. de fideicommiſſ. Aemil. Ferrect. re-
ſponſ. 10. num. 2.* diximus *d. reſponſione noſtra
36. n. 9. par. 1.*

Ceſſabit iure proinde, nec ſanè iniquè
D. Petrus, hæres Franciſci Antonij, à ſolu-
tione ſexaginta, ſexti anni, quo diem vidit
extremum Margherita.

Atque ita ex his, virgæ (lubentiſsimo ani-
mo) ſubiectis, rectioris cenſoris, reſponden-
dum cenſui.

CAROLVS MARANTA V. I. D. Aduocatus.

Negotium (quòd inter pariter ſanguine
iunctos ageretur) amicabili pace inter ſe ſe
compoſuiſſe partes, cùm, & de alijs quoque
rebus ſecum concordiam haberent, rela-
tum fuit.

Similem facti ſpeciem inter ſacrum Hoſ-
pitale Diuæ Mariç Annunciatæ Almæ hu-
ius Vrbis, & hæredes Pauli de Alexio in ſa-
cro Neapolitano Conſilio agitatam reperi
Cauſæ patrono V. I. D. Roberto Maranta
55 meo Genitore inter primarios ſui tempo-
ris Aduocatos, filio quondam Pomponii,
qui & ipſe cauſarum Patronus Neapoli
fuit, & filius Magni illius Roberti Venuſi-
56 ni. quorum inter viros illuſtres meminit
Marcus Mantua *in tract. de Viris illuſtri-*
57 *bus n. 228. vol. 1. tract. fol.* 167. quo loci Pom-
ponium præfatum Patauii ſuum diſcipulũ,
& auditorem fuiſſe, letatur. Eiuſdemque
58 Roberti Senioris, quòd Salerni Iuris Ciui-
lis interpres fuerit, meminit inter viros Il-
luſtres Valentinus Forſterus in hiſtoria Iu-
ris Ciuilis. *circa fin. tom. 1. tract. fol.* 58. ſequẽ-
„ bus loquens: *Robertus Maranta docuit Sa-*
„ *lerni in Sicilia, floruit anno* 1519. Et ipſe met
Robertus Maranta *in ſpeculo par. 6. in prin-
cip. de citatione fol: mihi* 120. ſe in Gymnaſio
Salernitano Iuris Ciuilis interpretem fuiſſe
59 ſcribit. Neapoli quoque in publicis huius
inclitæ Ciuitatis ſtudiis feudorum inter-
pretem fuiſſe patet ex litteris patentibus
Excellentiſsimi Pro Rege Catholico in
Regno locum tenente. eiuſque ſuper fæu-
da commentaria, quæ publicæ legit in hac
Vrbe, poenes me habeo eius exarata manu.
Informationem proinde in iure datam per
Genitorem meum hic ſubnectere à propo-
ſito alienum haud æſtimaui. Neque enim
Genitoris memoriam, (occaſione ſe pro-
ſperè prodente) ſine ingratitudinis nota, in-
60 termittere, me potuiſſe putaui. Sunt enim
parentes viuæ quædam, veræque imagines
communis omnium Parentis Dei. teſte Pro-
clo. Neque vllus eſt, qui Deum rectè, co-
lere, & obſeruare poteſt, qui in Parentes
fuerit impius ſecundum Stobeum *ſermon.*
77. Quia Parentes ſunt inſtar Deorum cer-
te maximorum apud prudentes. Sequenti-
bus namque ipſe.

SVMMARIVM.

1 *Legatum annuum, cum in initio anni cedat, ad hæredes tranſmittitur.*

Limita ſi relictum fuit cum clauſula (durante eius vita) num. 2.

3 *Species determinat genus, illudque reſtringit.*

Eodemque modo legatum nu. 4.

5 *Legatum factum cum dictione (donec) dicitur conditionale.*

Finiturque morte legatarij, n. 6.

7 *Onus legatum ſoluendi temporaliter adiectum, operatur, vt legatum morte legatarij finiatur.*

8 *Rigor iuris ſeruatur in omni legato annuo.*

Limita in legato alimentorum num. 9. & num. 12.

10 *Dictio (Durante vita) reſtringit legatum ad perſonam legatarij.*

11 *Proœmium cauſam finalem demonſtrat.*

12 *Tex. in l. à vobis ff. de annuis legatis declaratur.*

ARGVMENTVM.

Legatum durante vita factum, an
ſi legatarius aliquam ratam nõ
exegerit, tranſmittat hoc ius ad
hęredem. Et num annus ceptus
pro completa habeatur in eius
beneficium, ita vt hęres poſsit
petere exactionem.

SVM-

RESPONSIO XXXXIX.

IOannes Baptiſta Pignatellus in anno
1573. 28. Nouēbris in teſtamento quod
ſollemniter condidit, inſtituit eius hære-
dem Sacrū Hoſpitale Diuæ Mariæ An-
nuntiatæ de Neapoli. Et inter alia in eo di-
ſpoſita legauit Paulo Alexio ſcutos quin-
quaginta, *durante eius vita.*

Mortuus eſt nunc dictus Paulus, & eius
hæredes in Sacro Conſilio duo prætendūt.

Primum, quòd eis fieri debeat ſolutio ra-
tæ dictorum ſcutorum quinquaginta ma-
turatæ in vita dicti legatarij, & per eum nō
exactæ, dum vixit.

Secundum, quòd cùm mortuus ſit præ-
dictus Paulus infrà annum iam ceptum re-
1 ſpectu ſolutionis dicti legati, qui dies ipſius
cædit in initio anni, & ſufficit de iure, quod
annus ſit ceptus, per tex. *in l. à vobis. ff. de an-
nu. lega.* & ideò fuiſſe ad ipſos hæredes tranſ-
miſſam exactionem dictarum quantitatū.

Sacrum Hoſpitale præſupponit nullum
ius competiiſſe, nec competere ipſis hære-
dibus, & per mortem prædicti legatarii ex-
tinctum fuiſſe legatum prædictum, & di-
ctas quantitates tàm ratæ non exactæ, quàm
integros ſcutos quinquaginta annatæ ce-
ptæ, & non completæ, per mortem ſequutā
prædicti legatarii ceſsiſſe, & cedere in be-
neficium Sacri Hoſpitalis hæredis vniuerſa-
lis dicti teſtatoris.

Fundatur enim hæc opinio, nàm teſta-
tor per dictam clauſulam appoſitam in di-
2 cto legato, ſcilicèt (*durante eius vita*) re-
ſtrinxit ſolutionem ipſius ad tempus certū,
& ideò videtur appoſita gratia determina-
tionis, & reſtrictionis legati prædicti, cùm
tempus in ſpecie fuerit conſideratum, ob
quod colligitur, quòd intentio ipſius teſta-
toris non fuit alia, niſi, vt ſolutio in genere
dicti legati fieret dicto Paulo, verùm (*duran-
3 te eius vita,*) & *Bar. in l. quæſitum. §. ſi quis fun-
dum. ff. de fund. inſtruc.* concludit, quòd vbi
ſpecies ſequens, vel præcedens reſpicit ver-
bum ſignificatiuum generis, quòd tunc vi-
detur ſpecies appoſita gratia determinatio-
4 nis, & reſtrictionis legati, per *l. cum delanio-
nis. §. quidam. ff. de fund. inſtruct. l. ſed ſi adÿcia-
tur. ff. pro ſoc.* In caſu noſtro teſtator voluit in
genere, quòd ſoluantur dicto Paulo ſcuta
50. Tamen poſtea reſtringendo dictam ſo-
lutionem ad certum tempus, appoſuit illam
clauſulam (*durante eius vita,*) ac ſi dixiſſet,
quòd ſolutio prædicta fieret per hæredem
5 dicto legatario, donec vixerit, & legatum fa-
ctum cum illa dictione, *donec,* eſt conditio-
nale. *l. legatum. ff. de annuis legatis l. ſi pater. §.
fin. ff. de cond. & demon. l. Caio §. Imperator. ff. de
6 alim. & cibar lega.* Quæ dictio cùm ſit appo-
ſita ad limitationem legati; ſequuta morte
legatarii, legatum finitur. *d. l. legatum. ff. de
7 ann. legat. & l. 1. C. de legat.* Et *Ruin. in conſ 42.
ſub num. 5. vol. 2.* dicit, quòd ſi onus ſoluen-
di legatum hæredi eſt appoſitum tempora-
liter (ſcilicèt vſquequò, & donec vixerit)
(prout in caſu noſtro) tunc videtur, quòd
mens teſtatoris fuit, vt per mortem legata-
rii finiatur legatum, allegat *Cyn. in l. fin. C. de
8 indict. vide tolle.* Et hoc eſt de rigore iuris,
qui ſeruatur in omni legato annuo, dum-
9 modo non ſit alimentorum, in quo fauore
alimentorum fit alia interpretatio, per *tex.
in l. 1. C. de lega. & Præſes de Franchis in de-
ciſ. 155.*

Cōſideraro maximè in caſu noſtro, quòd
teſtator oſtendit maximam habuiſſe affe-
ctionem in perſonam legatarii, eam nomi-
nando expreſsè, & propter illam dictionē,
10 (*durante vita*) noluit aliam perſonam par-
ticipare de legato prædicto, quàm dictum
11 Paulum. Nàm ex prohemio cauſa finalis
legati demonſtratur, *Bart. in l. fin. per illum
tex. ff. de hæred. inſtit. in l. 1. in prin ff. ad macedo.*
Cauſa enim finalis dicti legati fuit perſona
dicti Pauli, quæ cùm per mortem extincta
fuerit, legatum etiam extinctum remanſit.
Teſtator enim habuit ſolum intentionem
prouidendi perſonam legatarii, & non aliā.
Nàm eam tantummodò contemplauit, &
voluit grauare hæredem, quantum minus
potuit.

Et propterea concludendo dico, quòd
licèt legatarius prædictus mortuus ſit poſt
aliquos menſes anni iam cepti, cùm ſequu-
ta fuerit mors prædicti legatarii antè annū
finitum: Exactio non tranſmittitur ad hæ-
redes, nec totius annui legati, nec ratæ ma-
turatæ in vita legatarii, & non exactæ per
eum, dùm vixit: Nàm perſona legatarii tan
tum fuit contemplata, qua deficiente, lega-
tum extinctum remanet in beneficium hę-
redis, excluſis pænitus dictis hæredibus præ
dicti legatarii. prout ſic inſtat ſacrum Ho-
ſpitale fieri, & prouideri per prædicta.

12 Nec obſtat *tex. in d. l. à vobis,* nàm loqui-
tur in vxore, cui màritus reliquit aliquam
quantitatem, quia tunc cùm habeatur quā-
titas prædicta, ac ſi pro alimentis fuerit reli-
cta, fit lata interpretatio, vt concludit *Dec.
in conſ. 488. poſt n. 1.*

Robertus Maranta Aduocatus.

SVMMARIVM.

1. *Collectæ prædÿs imponuntur. & num. 14.
Siue ſuper fructibus, ſiuè ſuper re imponan-
tur. num. 18.*
2 *Cenſu conſignatiuo, rei dominium ſuper qua
cenſus imponitur, penes vendentem rema-
net, atque poſſeſsio.*
3 *Collectarum onus ſuper re impoſitum, ad*

venditorem cenſus ſpectat, non ad emptorem.

4 *Cenſus emens annuos ſuper re ſtabili fructifera, nihil proprietatis ſuper rem ipſam nanciſcitur.*

Illa pænes vendentem permanente.

Sed ius tantum percipiendi cenſum, ſiue penſionem ex re ipſa ſtabili fructifera.

5 *Cenſus annuus ſemper materiam habilem perquirit, ſuper quam cenſus imponatur.*

Et accidens quoddam eſt. n. 6.

6 *Accidens ſinè ſubiecto eſſe minimè poteſt.*

Sicuti etiam qualitas ſinè ſubiecto n. 8.

7 *Rei, quæ non extat, bonitas, æſtimari haud poteſt.*

9 *Cenſu conſignatiuo res ſtabilis non vtique emitur, ſed ius percipiendi cenſum, ſiuè penſionem.*

10 *Cenſus quid?*

11 *Cenſuarius neque ciuiliter, neque naturaliter rem poſſidet, ſuper quam cenſus impoſitus fuit.*

Neque ius obtinet ſuper rem ipſam. n. 12.

Quamuis acceſſoriè rem obligatam, ſiuè hypotecatam habeat, neque ius fructuum emit, ſed annuum cenſum. n. 15.

13 *Res onere affecta ad quemcunque tranſierit, affectione illa inuſta tranſit.*

15 *Fructus rei cenſuatæ ad dominum rei ſpectant.*

16 *Cenſus ſuper fructibus rei minimè imponitur, ſed ſuper re ipſa fructifera.*

Neque ius eſt eoſdem numero fructus percipiendi. num. 17.

19 *Fructuum onus ad collectorem ſpectat.*

Sicuti & eorum commodum.

20 *Fructus expenſis deductis exaudiuntur.*

21 *Cenſum emens pactum adÿcere haud poteſt, vt vendens ad onera omnia teneantur.*

Exauditur tamen de oneribus, quæ extrà naturam contractus veniunt. n. 22.

Vel ſi non excedatur ſumma decima partis. num. 24.

Vel id gratia maioris, dilucidioriſq. expreſſionis fiat. num. 23.

24 *Collectæ, quæ cenſuum poſſeſſoribus imponuntur, per ipſos cenſuarios ſolui debent.*

ARGVMENTVM.

Quis nam collectas ſoluere debeat, venditor ne, an emptor cenſus? in controuerſiam uocatur.

RESPONSIO L.

VEnditorem cenſus, non ſanè emptorem ad collectas ſoluendas teneri, quæ prò re imponuntur, in propoſita controuerſia reſpondi. Quippè col
1 lectę prædijs imponuntur, iuxtà diſtinctionē ab Vlpiano traditam in *l. reſcripto 6. §. fin. de munerib. & honorib.* quo loco *in fin.* ſequentibus infert. *in retributiones, quæ agris fiunt, vel ædificiis: poſſeſſoribus indicuntur.* ita Vlpianus.

2 Vendito autem cenſu, (conſignatiuo, de quo nunc eſt ſermo) pænes venditorem prædia permanent, ſuper quibus cenſus impoſitus eſt, non in emptorem cenſus transferuntur. ſecundùm *Gloſſ. in cap. conſtitutus. 6. verbo iuxta ratam (quæ eſt penultima) in fin. verſ ſed fuit cenſualis contractus.* vbi etiā *Abb. num. 20. de religioſ. domibus. Molina de iuſtic. & iur. tom. 2. de contract diſput. 381. n. 3. & 4. Nauar. tract. de vſuris. q. 22. n. 116. Cencius de cenſibus p. 1. cap. 1. q. 1. art. 1. n. 23. & ſeq. Carolus Tappia deciſ. Sacri Conſil. 25. n. 23.* Rota *in Romana cenſus 30. Octobris 1602. coram Cardin. Mellino apud eund. Cencium deciſ. 1. n. 2. Petrus Binsfeldius in c. in Ciuitate 6. de vſur. q. 9. verſ. Cenſus variis modis diuiditur.*

3 Ad venditorem ergo ipſum collectarum ſpectabit ſolutio *l. 1. in fin C. de annon. & trib. lib. 10* *Annonas autem* (inquit ipſe Imperator) *is ſoluere debet, qui poſſeſſiones tenet, & fructus recipit.* ſic tex. *Nau. d. tract. de vſur. n. 132. Redoan. de rebus Eccleſiæ non alienand. tit. de conſtitut. annui cenſus q. 17. num. 6. Virgin. Boccaccius de cenſib. p. 1. num. 68. & 69. Vgolin. de vſur. cap. 44. § 13. num. 4. Molin. de contractibus diſput. 390. num. 8 Ioan. Azorius inſtitut. moralium par. 3. lib. 10. de cenſib. cap. 15. Card. Tolet. inſtruction. Sacerdotal. lib. 5. c. 43. n. 3. verſ. 4. particula. Comitulus lib. 3. reſponſorum moralium q. 38. num. 4 Surd. conſ. 162. n. 26. cum ſeq. vol. 2. Gratianus deciſ Rotæ Marchiæ 20. num. 1. Cencius d. q. 1. art. 1. n. 26. & ſeq. Franciſcus de Clapper. cauſa 98. q. 2. n. 5. et 6. et 13.*

4 Deinde, qui cenſus emit annuos, proprietatis nihil in prædium acquirit, ſuper quo cenſus imponitur, ſed ius duntaxat nanciſcitur percipiendi annuum ipſum cenſum, (ſiue penſionem vocaueris, iuxta *textum d. cap. conſtitutus 6. de religioſis domibus*) ex re ipſa ſtabili fructifera, ſuper qua cenſus im-
5 poſitus eſt. Semper enim materiam habilē perquirit annuus cenſus, ſuper quam imponatur. vt *Franciſcus Sarmientus* loquitur *lib. 7. ſelectarum interpretationum c. 1 n. 13.* Quip-
6 pè cenſus accidens quodam dicitur, quod ſine ſubiecto eſſe minimè poteſt. iuxtà philoſophi doctrinam, ad *tex. in l. ſi ſeruum 4. §. 1*

ff. de

ff. de actionib. empt. quatenus Pomponius
7 *ibid.* habet, dicens: *non poteſt æſtimari bonitas*
loci, qui non extet. notatque ex eo *Gloßella*
8 *marginalis* dicens: *non poteſt eſſe qualitas ſine*
ſubiecto Bald. in l. 2. ante med. col. 1. C. de bonor.
poßeſsion, contra tabul. argumento *tex. in can.*
cum Paulus 26. 1. q. 1. cap. veniens 3. de presby-
tero non baptizato. Nauar. conſ. 21. num. 6. in fin.
9 *lib. 3. de empt. et vendit.* Neque porrò res ipſa
ſtabilis, ſiue prædium venditur, ſed ius per-
cipiendi cenſum, ſiue penſionem, iuxta fi-
nitionem, quam tradit *Cardin. Toletus d. lib.*
5. cap. 42. n. 1. deſcribens: *ius exigendi penſio-*
nem de re vtili alterius. Penſionem dixit: hoc
eſt: quotam quandam, vel fructuum, vel pe-
cuniarum, quæ alicui ſoluitur, vel ſeptem
ad centum, ſiue octo, vel etiam decẽ iuxta
conſtitutiones Martini V. Caliſti III. *inter*
extrauagantes comunes tit. de emption. vend. ſi-
ue etiam Nicolai V. relatam à *Quaranta in*
ſum. bullar. verb. contractus cenſualis. fol. mihi
208 *Nauar. d tract. de vſur. q. 3. n. 104.* Doctiſ-
ſimus ille præſul *Didacus Couarr. lib. 3. va-*
riar reſolut. cap 7. num. 3. verſ. non oberunt huic
deciſion. Gaillus pract. obſeruat. lib. 2. obſeruat.
7. n. 5. Nauarr eod. tract. de vſur. n. 137. & num.
140. Leſsius de iuſtit. & iur. lib. 2. cap. 22. dub. 3.
n. 13. Molin. de contractib. diſput. 385 n. 6. & 7.
Petrus Binsfeldius in cap. in Ciuitate 6. de vſur.
q. 9. verſ. alio modo cenſus vocatur, & q. 12. con-
cluſ. 2. in 8. condit. Tolet. d. cap. 42. n. 3. Franciſc.
Leo in Theſaur fori eccleſiaſtici par. 2. cap. 15.
num. 47. Carol. Tappia d. deciſ. 25. n. 23. Sarmien-
to d. lib. 7. cap. 1. n. 13. & 17. Rota *in d. Romana*
11 *cenſus coram Mellino deciſ. 1. n. 2.* Hanc ob
cauſam proinde fit, vt neque ciuiliter, neq.
naturaliter rem poſſideat cenſuarius, ſuper
quam cenſus impactus eſt. *Couar. d. cap. 7. n.*
1. Gratian. d. deciſ. 20. n. 2. 5. & 6. Tolet. d. cap. 42
12 *n. 3. Cencius d. art. 1. n. 23.* Neque ius vllum
obtineat ſuper rem ipſam, (præter illud
exigendi penſionem;) quamuis acceſſoriè
dumtaxat rem pro cẽſu obligatam habeat,
ſiuè hypotecatam, vndè ad quemcunque
13 tranſierit res, onere illo affecta tranſibit,
quia onus reale eſt. *cap. ex litteris 5. in. fin. ex-*
trà de pignorib. Nauar. d. tract. de vſur. n. 116. q.
22. Carol. Tappia d. deciſ. 25. num. 9. 10. & 11.
Binsfeld. d. q. 9.
14 Onus verò collectarum pro re impoſi-
tum, rem ipſam ſequitur. *d. l. reſcripto 6. §. fin.*
ff. de muneribus, & honoribus. Ad rei proinde
dominum eius ſpectabit onerum ſolutio.
15 Præterea, Rei cenſuatæ fructus ad do-
minum ſoli pertinent, non ad cenſuarium;
neque enim ius fructuum emit cenſuarius;
ſed annum cenſum, (ſiue penſionem illam
vocaueris) ſuper re ſtabili ſoluendum.
Vt optimè, atque pluribus, neque ſanè vul-
garibus, differentias tradendo inter empto-
rem cenſuũ, & fructuũ, diſcutit *Surd. d. conſ.*
162. per tot. lib. 2. poſt *text. in d. l. 1. in fi. C. de an-*
16 *non. & tribut. lib. 10.* Neq; ſuper fructibus
cenſus imponitur, ſed ſuper re fructifera.
17 Neque cenſus ius eſt percipiendi eoſdem
numero fructus, quos res ipſa fert, ſed ius
percipiendi cenſum, ſiue penſionẽ, (vt dixi-
mus) quandiu quidem res ipſa manet *Ioan.*
Salas de cenſibus dub. 41. Leſsius de iuſt. d. cap. 22
dub. 3. lib. 2. Nauar. d. tract. de vſur. num. 115 in
19. q. Binsfeld. d. cap. in Ciuitate quæſt. 12. conclu.
3. in 9. condit. requiſita per Bullam Pij V. per
per eum quoque relatam, *circa fin.*
18 Qua de cauſa: vel ſuper fructibus onus
imponitur collectarum, vel ſuper re ipſa
ſtabili. Vtcũque igitur erit, ad poſſeſſorem,
& Dominum eius, onerum ſpectabit ſolu-
19 tio. Onus quippe fructuum ad eorum per-
tinet collectorem; veluti eius quoque eſt
commodum, *l. fructus 31. C. de actionibus emp*
ti Boceaccius de cenſib. part. 1. num. 69. Surd. d.
conſ. 162. nu. 28. Franciſcus Leo Epiſcopus The-
leſin. d. cap. 15. nu. 50. Franciſ. de Clapper. d. cau-
ſa 98. quæſt. 2. num. 2. Vgolin. de vſur. d. cap. 44. §.
13. num. 4. Rota apud Coecinum deciſ. 498. num.
5. & 6. Fructus verò expenſis deductis intel-
liguntur, *l. 1. C. de fructibus, & litis expenſ.*
Gloß in cap. cum contrà 6. Gloſſ in cap. præſenti.
9. ſiue fin. verbo debitis, de offic. ordinar. in 6. Af-
flict. deciſ. 252. ſub num 6. Myſinger. centur. 6.
obſeruat. 30. num. 10. ad 12. Vgolin. d. §. 13. ſub
num. 4. Nos ipſi *reſponſ. noſtra 18. num. 30.*
part. 1.
21 Non itaque obſtaculum faciet; haud poſ-
ſe emptorem cenſus pactum adijcere ven-
ditori, vt ipſe ad onera teneatur om-
nia; quòd id vſura ſit; potiſſimum verò
ex conſtitutione Pij V. de cenſibus. *Nauar.*
in commentar. de vſur. num. 94. Gloſſ. 11. quem
poſt alios ſequitur *Vgolin. d. cap. 44. §. 13. num.*
2. & 3.
22 Exauditur id plane de oneribus, quæ ex
natura contractus non veniunt, neque poſ-
ſeſſorem ſequuntur, & quæ extrinſeca ſunt
rei, non planè intrinſeca, vnde etiam cen-
ſuarius locupletior fiat. Ita nempè apertiſſi-
mis verbis Pius V. ſua illa conſtitutione: *Si-*
cuti etiam annullamus (inquit) *pacta conti-*
nentia ſolutiones onerum ad eum ſpectare, ad quæ
aliàs de iure, & natura contractus, non ſpectarẽt.
Sic Summus Pontifex. Illa igitur impro-
bantur onera, quæ venditori pacto impo-
nuntur, quæ ex natura rei, atque contractus
ad eum minime ſpectant. *Nauarr. d. commen.*
de vſur. num. 135. Leſsius d. cap. 22. dub. 12. nu.
87. in 9. condit. Ioan. Azor. d. lib. 10. cap. 15. in
princ. Vgolin. d. cap. 44. §. 13. num. 2. 3. & 4. Fran-
ciſc. Leo d. cap. 15. num. 47. & 48. Boccaccius d.
part. 1. num. 68. & 69. Gauantus in enchyridion
Epiſcop. verbo contractus num. 10. Alijque om-
nes per eoſdem relati.
23 Quòd autem per venditorem collectæ
ſoluantur, aliaque onera, quæ rem ipſam
ſequuntur, id ex ipſa rei natura prouenit,

Digitized by Google

non ex pacto; quòd maioris, lucidioriſque expreſſionis gratia adiectum videtur. Quòd perpendit *Nauarr. d. comment. de vſur. d. num. 136. in fin.*

24 Præter quàm quòd, neque improbabitur hoc pactum, ſi non excedatur hoc modo decimæ partis ſumma in ſingulos cenſus, iuxta dictam Nicholai V. conſtitutionem, vt dictum fuit in *Romana nullitatis cenſus 4. Februarij 1583. coram Cantuccio apud Fa.rincac. poſt ſecundum volumen conſil. deciſ. 19. num. 2.*

25 Si vero collectæ, ſiue onera ſuper ipſo cenſu imponantur, ac conſequenter cenſuarijs, liber tunc vtique venditor erit hoc ab onere; portabit tamen onus ſuum quicunque eſt ille, qui cenſum poſſidet, quiq. ius habet cenſum exigendi in ſingulos annos. *Nauarr. d. conſ. 19. num. 1. lib. 3. de empt. & vendit. Boccaccius d. part. 1. num. 71. & 72 Cencius d. art. 1. num. 27. & d. art. 2. n. 2.*

Atque ita ex his, cenſoriis non excuſſa virga, reſpondendum cenſui.

CAROLVS MARANTA V.I.D.
Aduocatus.

SVMMARIVM.

1 *Hominem ad fœlicitatem. optimamque conditionem creauit Deus, deditque ei ſapientiam, qua ſe contrà malas cupiditates tueretur, n. 2.*
Suique ſpectatorem conſtituit, atque Dei interpretem.
Operumq. Dei contemplator eſſet, n. 6.
4 *Sapientiam homo omni cura, & diligentia, quærere debet.*
Quia ipſa ſola poteſt efficere beatos.
5 *Sapiens proximus Deo eſt, eique ſimilis, excepta morte.*
6 *Sapientia ſanctiſſima res eſt.*
Ratio redditur, num. 7.
Et ad regna euehit num. 10.
8 *Sapiens ipſe fingit ſibi fortunam.*
Neque eget.
Elucidatur ex Ariſtippi facto, & dicto, n. 9.
Magnis quoque decoratur honoribus, n. 10.
11 *Sapientes, & litteratos viros, maioribus beneficiis afficiendos Sacri Canones decreuere.*
12 *Eccleſia Dei indiget viris litteratis.*
Doctorum ordo eſt præcipuus in Eccleſia, id eſt priuilegiatus.
13 *Doctorum ſcientia fidei calor per prædicationem augetur.*
14 *Doctores Sacri Hyadum nomine nuncupantur.*
Et quare? Ex Diuo Gregorio.
Dicuntur vigiles, qui cuſtodiunt Ciuitatem, num. 15.
Sanctam (ſcilicet) Eccleſiam.
15 *Locus Canticorum 3. 3. inuenerunt me vigiles, qui cuſtodiunt Ciuitatem. Expenditur.*
16 *Sapientibus potiora debentur.*
17 *Litterati nobilibus æquantur.*
18 *Magiſter Angelus à Montepeluſio Conuentualium celebratur, & nu. 37.*
Exarauit libros in ſummam Scoti.
19 *Deus dat omnibus affluenter, & non improperat.*
20 *Labore ſine nil mortalibus vita dat.*
Ipſe tamen omnia vincit.
21 *Dignitatis priſtinæ, vel memoria iuuat.*
22 *Prouinciales Titulares æquantur natiuis in Religione Conuentualium.*
23 *Aequatorum idem eſt iudicium.*
24 *Omne qui dicit, nihil excludit.*
25 *Præcedere is debet in religione, qui prior in illam ingreſſus fuit.*
26 *Papa omnia poteſt, & præualet, vt Deus, excepto peccato.*
27 *Clauſulæ derogatoriæ ot particlaudunt, & Iudicem ligant.*
28 *Subreptionem allegans, ipſe de ea docere debet.*
Ratio redditur num. 29.
Neque ſufficit illam probare, niſi quoque quod retardaſſet Principem, num. 30.
29 *Obiectum concludenter probari debet ab opponente.*
31 *Stylus variabilis argumentum non tribuit pro obſeruantia.*
32 *Generales ſine Capitulo noua ſtatuta, quæ perpetua ſint, condere non poſſunt.*
Neque Capitulum ſine Generali.
Poteſt tamen Generalis edita per alios ſtatuta, ipſe declarare, num. 33.
34 *Generalis eſt primas in religione, & Patriarcha, magnaque proinde eius poteſtas.*
35 *Nouennium requiſitum in religione Conuentualium, in Regentibus ſtudiorum, vt ad Paternitatem aſciſci poſſint, an per æquipollens poſſit impleri?*
Caſus obmiſſus ſub diſpoſitione remanet iuris communis.
36 *Per æquipollens quod fit, accedit ei, quod ſimpliciter fieri expoſcitur.*

38 So

38 *Solem facibus adiuuare; prouerbialiter dictum.*
39 *Gratia meram concedentis liberalitatem ſupponit.*
Et dicitur ex quo gratis datur, n.40.
41 *Merita iuſtitiam exigunt.*
42 *Iuſtitia, quod ſuum eſt, cuique tribuit.*
43 *Merces laboranti ex iuſtitia debetur.*
44 *Meritum importat quandam æqualitatem iuſtitiæ.*
45 *Verbum dignum, & dignè perpenditur.*
46 *Antidora aliqua præcedentia merita ſupponunt.*
Et vnde dicantur? n.47.
47 *Ingratos aduerſus actio Athenis conſtituta erat.*
Quia tollunt beneficiorum commercium.
Beneficium accipere, libertatem vendere eſt.
48 *Labor meritum reſpicit, non gratiam.*
49 *Gratia non dicitur, in quo neceſſitas intercedit faciendi.*
50 *Neceſſitas liberalitatem excludit.*
Nemo enim in neceſſitatibus liberalis exiſtit.
Et qui dat ex neceſſitate, non donat.
51 *Verbis in apertis Cauillus, atque exquiſita ſubtilitas reijcitur.*
52 *Statera diuina ponderanda omnia, ſpiritualia præſertim.*
53 *Præmij ſpè eleuãdi animi erũt ſtudẽtiũ, vt laboribus ſe libenter ſubiiciant, & honor iurè appetitur ad maiorem Dei laudem, & proximorum commodum.*
Locus pſalm. 118. 112. Inclinaui cor meum ad faciẽdas iuſtificationes tuas in æternũ propter retributionem, expenditur.
54 *Studijs qui incumbunt, à voluptatibus ſe tẽperare debent.*
55 *Conſtitutionis Vrbanæ verba de Regẽtibus expenduntur, atque elucidantur.*
66 *Coæquatorum ratio eſt, vt paria ſint, & vnum non excedat alterum. Aequalia quæ dicantur?*
Ratio affertur, n.58.
57 *Iuriſpatronatus cauſa, vti ſpiritualis ab Eccleſiaſticis tractanda.*
59 *Connexa inſeparabilia ſunt.*
Atque pro vno habentur,
60 *Verba fuerunt, & forent, & præteritum indicant tempus.*
Ad futurum non propterea extendenda.
Præteritum tempus ad futurum non protendendum.
61 *Poſteriores in ordine, quod anterioribus præferantur id nulla iuris ratio patitur, & irrationabile æſtimatur, numero 66.*
62 *Priores qui ſunt in tempore, potiores in iure eſſe debent præcedendi.*
63 *Conſuetudo probari debet: quia facti eſt.*
Et in caſu de quo controuerſia agitatur, n.64.
Quia conſuetudo ſtricti iuris eſt.
Et debet eſſe legitimè præſcripta, n.65.
Et rationabilis eſſe, vti lex, cui æquiperatur.
Irrationabilis non ſeruanda n.66.
Nec ſufficit probare conſuetudinem, niſi actus factos, eo animo factos, vt conſuetudinem inducerent, probatum fuerit n.70.
67 *Clauſula (non obſtantibus) tollunt omnia, quæ obſtaculum facere poterant.*
68 *Clauſula (quorum tenores) quid operetur? refertur.*
69 *Clauſula (ſicq. & non aliter per quoſcuque Iudices.) expenditur.*

ARGVMENTVM.

De Præcedentia inter Patres Prouinciæ, & diffinitores in Religione Sancti Franciſci Conuentualium inter Prouinciales, & Regentes ſtudiorum ad interpretationem Conſtitutionum Vrbanarum nũcupatarum, plura, neque inutiliter diſſeruntur.

RESPONSIO LI.

1 DEus hominẽ, (vt Epitectus dicit,) ad fœlicitatem, optimãque cõditionem creauit, quòd factum eſt, cùm eum ad imaginem, ſimilitudinemque ſuam creauit, *Faciamus* (inquit Moſes *Geneſ. 1.26*) *hominem ad imaginem, & ſimilitudinem noſtram, (& num.27.) Et creauit Deus hominem ad imaginem, & ſimilitudinem ſuam, ad imaginem Dei creauit illum, Maſculum, & fæminam creauit eos.*
Exemplũq. Dei quiſq. eſt, in imagine parua,
2 *vt Manilius lib.4.* cecinit. Deditq. ei ſapientiã,
qua ſe contra malas cupiditates tueretur, &
optima ſe ſe cõditione, beatæq; vitæ actione
3 contineret. Hominemque veluti ſpectatorem ſui, (Dei ſcilicet) operumque ſuorum in mundum introduxit, atque verum interpretem Dei, idem vt Epitectus dixit: ſequiturque Magnus ille Sophos Chyſami Epiſcopus Auguſtinus Steuchius de *perenni Phi-*

in Cruce efformata fuit Eccleſia. Vnde te-
ſtatur diſcipulus ille, quem diligebat Ieſus,
qui & ſupra pectus eius in cœna recubuit:
„ *Ioan.19.33. Ad Ieſum autem cum veniſſent,* (mi-
„ lites ſcilicet) *vt viderunt eum iam mortuum,*
„ *non fregerunt eius crura: ſed vnus militum lan-*
„ *cea latus eius aperuit, & continuo exiuit ſan-*
„ *guis, & aqua. Et qui vidit teſtimonium perhi-*
„ *buit, & verum eſt teſtimonium eius. can. in*
ſacramentorum primo & can. non oportet 4.
& can. in calicem 83. §. de latere eius de con-
ſecrat. diſt. 2. cap. in quadam 8. §. per hoc
autem de celebrat. miſſarum. S. Doctor diſt.
art. 3. concinnè S. Epiphanius aduerſus
„ hæreſes *lib. 3. hæres.78. circa fin. Accepit (in-*
„ *quit) vnam de coſtis eius, & ædificauit ipſi in*
„ *vxorem. Quo oſtendat Dominum quidem de*
„ *Maria efformaſſe ſibi ipſi corpus, ab ipſa vero co-*
„ *ſta ædificatam eſſe Eccleſiam in eo quod punctũ,*
„ *& apertum eſt ipſius latus, & myſteria ſangui-*
„ *nis, & aquæ, pretia redemptionis facta ſunt.* Vt
ſicuti Chriſtus ſummo, quin infinito amo-
re Eccleſiam dilexit, quam in ara Crucis
ſibi deſpondit; ita ſummo viri vxores ſuas,
quas ſibi non in ara Crucis, ſed in talamo
nuptiali deſpondent, amore proſequi de-
bent. Non mea eſt hæc cogitatio, non meũ
inuentum, ſed Apoſtolica doctrina. Audi
Apoſtolum Paulum Doctorem Gentium
Ad Epheſios 5.25. loquentem, exortantem,
8 admonentem, docentem, præcipientem;
„ *Viri diligite vxores veſtras, ſicut Chriſtus dile-*
„ *xit Eccleſiam, & ſemetipſum tradidit pro ea,*
„ *vt illam ſanctificaret, mundans eam lauacro*
„ *aquæ in Verbo; vt exhiberet ipſe ſibi glorioſam*
„ *Eccleſiam non habentem maculam, aut rugam,*
„ *aut aliquid huiuſmodi, ſed vt ſit ſancta, & imma-*
9 *culata. Ita & viri debent diligere vxores ſuas vt*
„ *corpus ſua. Qui ſuã vxorẽ diligit ſe ipſum diligit.*
„ *Nemo enim vnquã carnẽ ſuã odio habuit: ſed nu-*
„ *trit, & fouet eam, ſicut & Chriſtus Eccleſiam:*
„ *quia membra ſumus corporis eius, de carne eius,*
„ *& de oſſibus eius. Propter hoc relinquet homo*
„ *patrem, et matrem ſuam, & adhærebit vxori ſuæ,*
„ *& erunt duo in carne vna. Sacramentum hoc*
„ *magnum eſt, ego autem dico in Chriſto, & in Ec-*
„ *cleſia, Veruntamen, & vos ſinguli, vnuſquiſque*
10 „ *vxorem ſuam ſicut ſeipſum diligat.* Audiſti
igitur virum illum Paulum Apoſtolum,
11 (cuius virtutes nullis verbis explicari poſ-
ſunt; Os illud; Dominicum (inquam) in-
ſtrumentum, quod è Cœlo habetur in ad-
miratione, & quod terra veneratur. vt ſan-
ctus Ioannes Chryſoſtomus loquitur *ſer-*
mone de SS. Petro, & Paulo apud Simonem
Metaphraſtem.) Quanta is ſolicitudine
mandet, vt viri vxores ſuas diligant, vt cor-
pora ſua exemplo Chriſti, qui Eccleſiam
12 dilexit. Ac ſi nullum exemplum ardentio-
ris amoris proponi potuiſſet, quàm Chriſti
in Eccleſiam. Rationem verò amoris huius
virorum in vxores, quem Paulus exemplo
Chriſti inſinuat, reddens aureum os Chriſo-
ſtomus *homil. 20. in epiſt. ad Epheſ.* Quia ſu-
premam Apoſtolus ab vxoribus obedien-
tiam erga viros requiſierat: Dixerat enim
„ paulo ante *d.cap.4. num.22. Mulieres viris ſuis*
„ *ſubditæ ſint, ſicut Domino.* ſequentibus oſten-
„ dit: *Vidiſti* (inquit) *menſuram obedientiæ? audi*
„ *etiam menſuram dilectionis. Vis tibi obedire*
„ *vxorem, ſicut Chriſto Eccleſia? Ipſe quoque*
„ *eius curam gere, ſicut Chriſtus Eccleſiæ.* Ita
ipſe Chriſtus Dominus noſter Phariſeis
tentantibus illum, & dicentibus. (*Matth.19.*
„ *3.) Si licet homini dimittere vxorem ſuam qua-*
„ *cumque cauſa?* Reſpondens ait eis: *Nunquam*
„ *legiſtis: quia qui fecit hominem ab initio, maſcu-*
„ *lum & fæminam fecit eos? & dixit: Propter hoc*
„ *dimittet homo patrem, & matrem, & adhærebit*
„ *vxori ſuæ, & erunt duo in carne vna. Itaque*
„ *iam non ſunt duo ſed vna caro. Quod ergo Deus*
„ *coniunxit homo non ſeparet.* Sic Chriſtus. Cõ-
13 iunctionem itaque maris, & fœminæ in
coniugio Deus effecit. *can. an quod 2. & can.*
quos Deus 18.33 q.2. cap. inter corporalia 2. §.
cum ergo fortius de tranſlat. Epiſcop. cap. fin. de
frigid. & maleficiat. Summo itaque amore
ſe diligere debent vir, & vxor. Quia iam nõ
ſunt duo, ſed vna caro.
14 Ac ſi vnus eſſet homo; vxor veluti cor-
pus, vir verò veluti ſpiritus, & anima. vt
Dionyſius Carthuſian & Maldonatus in eun-
dem *Matth.* locum commentum agunt. &
ante eos quoque *S.Thom.* in eundem Pauli
locum *ad Epheſ. 5. lect.10. & Cornelius à La-*
pide verſ.31. cap. gaudemus 8. §. verum de di-
uort. & cap.1. de coniugio leproſorum. Quorũ
15 itaque vnum corpus eſt, vnus debet eſſe, &
animus. Vt Vrbanus Papa Secũdus loquitur
Sanctio Regi Aragonum *can. de neptis tuæ*
3.31. quæſt.2. & nos plura *reſponſ. noſtra 33. d*
num.3 & per tot. par.2. Recte proinde, & piè
16 dixit quidam: Tria ſpecioſa videri, & eſſe
in conſpectu Dei, & hominum: *Concordiam*
„ *inter fratres: amicitiam inter vicinos: Virum, &*
„ *mulierem in ſocietate, & fide mutua perſeueran-*
tes. Multoque rectius, & eligantius Home-
rus ſequentibus carminibus:
17 „ *Nihil enim hoc potiùs, & meliùs,*
„ *Quàm cum concordes animis domum habi-*
tant
„ *Vir, & vxor: multi dolores inimicis,*
Gaudia autem amicis.
quos refert *Tiraquell. in l.5. connubial.* additq.
18 fœlicem, Macrinum illum fuiſſe (ſi quis
fœlix vnquam fuit,) quem cum vxore tri-
ginta nouam annis vixiſſe ſine iurgio, ſine
offenſa, ſcibit Plinius. Et Romæ in Appia-
19 ni antiquitatibus legitur talis inſcriptio:
„ *Quintus Caius Seuerus Rutiliæ primitiuæ con-*
„ *iugi ſuæ dulciſsimæ, cum qua vixit annis viginti*
„ *ſine bile.*
20 Vt enim Tacitus inquit: *fæmina vnum*
ac-

Digitized by Google

accipit maritum,quomòdo vnum corpus,vnamq.
vitam,ne vlla cogitatio vltrà,ne longior cupidi-
tas,ne tanquam maritum,ſed tanquam matrimo-
nium amet. Et apud Clementem Alexandri-
num,*lib.2.ſtrommatum,fol.mihi* 19. vxor dici-
21 tur:*Socia,& adiutrix operæ domeſticæ.* Paulus
quoque *in l.1.ff.rerum amotarum:* vxores,*So-*
cias eſſe vitæ, diuinæque, atque humanæ domus,
22 appellauit. Vnde coniux dicitur ſecũdum
Phocam à verbo coniugo. Et Feſtus coniu-
ges vocat,tanquam eiuſdem iugi. Multis
proptera honoribus,boniſque cumulantur
vxores à viris, tùm etiam cùm in extremo
vitæ ſtatu fuerint.

Hinc factum eſt in occurrẽti facto,quod
ſupremum vitæ diem trahens Franciſcus
Anionius Iordanus,ſcriptis ſupremis tabu-
lis,hæredique dicto R.V.I.D.D.Petro Mat-
tina eius ex ſorore nepote,Margaritæ eius.
legauit vxori.

„ *Olere dicio* (dicens) *laſcio per amoreuolezza*
„ *alla detta Signora Margarita docati ſiſſanta ogni*
„ *anno,durante però la vita di detta Signora Mar-*
„ *garita tantùm, & non vltrà, da pagarleſi terza*
„ *per terza.*

23 Dominam illam appellat: Nam vxor no
men eſt dignitatis,non voluptatis,vt L.Ve-
rus Imperator aiebat. Et vxores Dominæ
24 dicebantur,honorifica in ſpeciem appella-
tione,iuxta illud Vergil.6.*Aened.*

„ *Hi Dominam ditis thalamo deducere adorti.*

25 Poſt ſuprema viri funera vitam protra-
xit Margarita quinquennio,& quatuor mẽ
ſibus. Hac è medio ſublata, eius contendũt
hæredes,deberi ſibi integra ſexagita. Legẽ
pro ſe apertiſsimis verbis loquenrem, aſſe-
runt,*in l.à vobis 5 ff.de annuis legatis. A vobis*
quoque cęteri hæredes peto, (Modeſtini ſunt
„ verba) *vt vxori meæ præſtetis,(quòad viuet)an-*
„ *nuos decem aureos.Vxor ſuperuixit marito quin-*
„ *quennio,& quatuor menſibus. Quæro an hæredi-*
„ *bus eius ſexti anni legatum integrum debeatur?*
„ *Modeſtinus reſpondit,integri ſexti anni legatum*
„ *deberi* Sic ille. Facinus itaque non leue eſſe
27 à legis, ac teſtatoris deſciſcere ſanctione.
Diſponat teſtator, & ſit lex eius voluntas:
legis oraculum eſt. *§. diſponat in authent. de*
nupt.collat.4. Parendum igitur eius erit vo
luntati.*l.nulli licere 28.C.de Epiſcop.& cleric.*
§.1.in authent. de hæredibus, & falcid. collat.
prima.

Verùm ex ipſo Aduerſariorum princi-
pio: non leue facinus eſſe à lege reſilire te-
ſtatoris,quam ille rebus ſuis dixit:nos con-
trarium aſſerendum non leuibus putamus
argumentis. Primarium autem ſit ex verbis
27 petitum teſtatoris; illa enim animum indi
cant proferentis, vt poſt *Ariſtot: primo perie-*
*menias,*docuit nos Celſus in *l.labeo 7.§.id Tu*
bero.ff.de ſuppellectili legata can. humanæ aures
22.22 *quæſt.5.* At manifeſtiſſima eloquutio-
ne teſtator edixit,vt annua ſexaginta vxori

ſoluerentur:*(Durante però la vita di detta Si-*
gnora Margherita tantùm, & non vltrà, da pa-
garleſi terza per terza:) Vltrà proinde vitam
eius protrahi legati ſolutionem haud vo-
luit teſtator,ex eiuſdem Modeſtini ſenſu in
l.Titia cum teſtamento 35.§.Titia cùm nuberet,
*ff.de legat.2.*quatenus probat:legatum ad vi-
tam factum,morte intercipi, ac finire lega-
tarij.ſequiturque *Pariſ conſ.109.num 38.lib.3*
l ſi patri 3. C.de vſufruct.cap. nuper 6.de donat.
inter virum,& vxorem Card.in conſ.49.cum te-
*ſtatoris voluntas num.5.*ſequitur *Simon de Pre-*
tis de interpretat vltimarum vol.lib.4. in ſpect.
8. & vltima num.5.fol.476. mox infra referen
dus.*Surdus deciſ.346.num.11. Rota apud Card.*
Manticam deciſ.19.num.1.2.& 3 Nec imme-
28 rito porrò reſtrictionem hanc admittet
diſpoſitio textus præfati in *l. à nobis*, in qua
ex Modeſtini verbis,in ſimplici alimentorũ
legato vxori(quoad viuet) facto,loquutum
nec ſine ratione,eum fuiſſe,nemo,(ſi ipſe
non inſaniat) negabit. Quando nedum ſa-
nè expreſſis verbis; verum, & ex tacita diſ-
ponentis mente,poteſt illi præiudicium in-
ferri. Quid enim ſi hæredi proſpectum vo-
luit teſtator, ne vltrà vitam vxoris(dicamus
nos) vrgeretur ad ſolutionem? vti Vlpianus
loquitur in *l nec ſemel 12.§.item Celſus, & §.*
ſi in habitationem, ibi: coniectura voluntatis
facta,vbi etiam *Gloſſ.verbo voluntatis.verſ ſic*
de coniectura, ff.quando dies legati cedat. Simon
de Pretis de interpretat. vltimar. volunt. lib.4.
dub.11.num.92.& 93.fol. mihi 431. Surdus de
aliment.tit.4.quæſt.17.num.10. & 21. quem
ſequitur *Intrigliol. ſingul.151. num.6. lib.2.*
Molina de Hiſpaniæ primogen lib.2. cap.15.nu.
9.& 10.& n.73..

30 Et quidem potuit teſtator,(cuius ab arbi-
tritrio pendebat,relinquerer,nec ne vxori)
talem rebus ſuis legem dicere: *ad text.in l.in*
re mandata 21. C. mandati, d. §.diſponat.in au-
*thent.de nupt.*atque vxori ob dilectionem,
quam erga illam habebat, dum vitalẽ hau-
riret hauram,proſpicere:eaque vitæ termi-
num faciente, hæredi nimium ſe grauem
31 non exhibere. Quòd conſueuere ſemper
teſtatores præuidere, ne vltra modum hæ-
redes grauenr. ad *text.in l. idem Iulianus, 41.*
§.Seio ex facto,ff.de legat.primo l.vnum ex fami-
lia 69. §. ſi rem tuam in fin. ibi: Et onerandis
hæredibus:*ff delegat 2.d l nec ſemel 12 §.item*
Celſus in fin.quando dies legati cedat l ſi ita reli-
ctum 44.in fin princip. ibi: minor pars acci-
pienda erit.& *l:Sempronius Proculo 48.in fin.*
ibi:in hoc caſu hæredi parcendum eſt.*ff.de-*
legat.2.Ioan.Cephalus conſ.144.num.13.& 14.
lib.1.Card.Mantica de coniectur.vltim. volunt.
lib.9.tit.1.num.5. Rota apud Card Caualer.dec.
5 *12.num.6.* In onere potiſſimum ab ipſo,nõ
à lege adiecto; vt perpenſum fuit in Rota
in Romana legatorum de Vitellis 17.Nouembris
1577.coràm Aldobrandino, poſtmodum Cle-
mente

Digitized by Google

mente VIII. *part.1. diuerſorum deciſ.666. ſub*
num.3.verſ.neque obſtat. Vxoris etiam fauore
Cranett.conſ.25.num.24.Surd.conſ.112.nu.15.
lib.1. ſequuta fuit Rota in *Romana fideicom-*
miſſi 15.Iunij 1627.coram Illuſtriſſimo Durano
Epiſcopo Vrgellen.deciſ.93.n.10.& 11.
32 Eatenus quippe ſexti quoque anni lega-
tum deberi vxoris hæredibus Modeſtinus
dicta *l.à nobis*, reſpondit; quatenus ex præ-
ſumpta diſponentis mente, illud principio
anni cedere admiſſum eſt, vt *Gloſſ.verbo de-*
beri ibidem aduertit, ad *text. in l. in ſingulos*
annos 8.§ illud certè,ff.de annuis legat. Et aduer
tunt (nec planè cæcutientes) ſupra relati
datores *Surd Simon de Petris,Intrigliol.Moli-*
*na,*alijque apud eos.ſequiturque,nec incon
cinnè Iuris Luçerna *Bart.* in eadem *lege à*
*vobis,*cum textum exaudit in legato ſim-
pliciter facto, ſecus ſi aliquo cum addito
fiat.iuxta etiam dicta per eum *in l. ſi ſeruus*
communis Meuij,18 §.fin ff de ſtipulat.ſeruorum
ſicuti in facto hoc noſtro.
34 Neque porrò perpenſioni huic primariæ
lapidem addit minorem,quòd appoſitè,nō
ſanè fruſtrà,teſtator loquutus fuit,at cum
miniſterio.ad *text. in l.ſi quando 112.ff.de lega.*
*1.l.3.in princ.*ibi:nec fruſtra adijciatur, *ff.de*
iure iurand.l.1.ff.ad municipales,cap ſi Papa 10.
vbi Gloſſ.de priuileg.in 6.nos reſponſ. noſtra 36.
*nu.10.part.1.*Cùm legatum ita reliquit vxo-
ri,vt haberet illud: (*Durante però la vita ſua*
tantùm,& non vltrà, da pagarſeli terza per ter-
za.) Vt indicaret nobis, (nec leui indicio,)
(ipſis ab eo prolatis verbis,) peculiare ali-
35 quid ſignare voluiſſe: aduerteremuſque
nos dicendi modum teſtatoris ad eius men
tem aſſequendam. ad *text.in l.cum de Lanio-*
nis 18.§.aſinam.ff.de fundo inſtructo inſtrumen.
,, *legato.*Ex verbis Pauli ibidem:*Optimum ergo*
,, *eſſe Pedius ait*, (dicentis) *non propriam verbo-*
,, *rum ſignificationem ſcrutari: ſed in primis quid*
,, *teſtator demonſtrare voluerit:deinde in qua præ*
,, *ſumptione ſint,qui in quaque regione commoran-*
*tur.*ſic ille,& *ibid.Bart.nu.4. & l.ſi ſeruus plu-*
rium 53.§.fin ff.delegat.1.
36 Quemadmodum ſimili modo argumen-
tatum fuiſſe Magnum illum Gregorium
Papam,(in Euangelium,*Marci cap.16.homi-*
lia 29:) conſpicimus. Perpendens nempe
ipſe verba Lucæ *actor.* 1.4. ad myſterium
57 Aſcenſionis Ieſu Chriſti Domini Noſtri in
Cœlum:ſequentibus loquitur:*Notandum*
,, *nobis eſt,quid Lucas referat dicens; conueſcens*
,, *præcepit eis ab Ieroſolymis ne diſcederent, &*
,, *poſt pauca:Videntibus illis eleuatus eſt, & nubes*
,, *ſuſcepit eum ab oculis eorum. Notate verba ſi-*
,, *gnate myſteria,&c.* (Inquiens.) Notanda igi-
tur nobis erunt verba teſtatoris, & ſignan-
da arcana intentionis eius: vt relinqueret
quidem vxori ſexaginta in ſingulos annos
ſoluenda; at vita eius perdurante tantùm,
& non vltrà, argumento non inſulsè ſanè
petito ab Vlpiani ſenſu, & verbis in *l. nec*
*ſemel diem.12.§.ſi in habitationem.*ibi; eiſdem
intelligitur legatum relictum coniectura
voluntatis,*ff.quando dies legati cedit*, perpen-
ditque *de Pretis d.lib 4 dub 11.num.93. verſi-*
*culo tacita verò.*Inde enim dictionem illam
adiecit;(*Durante però la vita ſua tantùm,*)quę
(*proinde.vel propterea*)reddi latinè poteſt.
Quam ob cauſam reſtitutionem,ac dicti
præſſionem operabitur,vt vltrà quàm dictū
fuit,diſpoſitio minime extendatur. *Abb.*
*conſ 81.videtur primo num.1.*ibi dum dicit,&
hoc ideo fecit *lib.* 1. & aduertit ad rem no-
ſtram non inconcinnè *Cardin.Tuſcus tom.2.*
concluſ. 289. num. 4. littera D. ſequiturque
Barboſ.de dictionibus,dict.144 num.1.
39 Reſtringere nempe voluit teſtator legati
annui laxitudinem; vt illud viuente vxore
tantùm ſolueretur,(ad cuius commodum
reſpiciebat,cùm illud reliquit;) & nō alio-
rum, qui poſt eius ſuprema funera illud
haurire,vel potuiſſent, vel intentaſſent. *ad*
text. Scæuolæ in *l.filiusfamilias 27. in princ.ff.*
quādo dies legati cedat. perpendit Rota *coram*
Aldobrandino d.deciſ.667.num.2.part.1. diuerſ.
Inde quippe taxatiuam illam(*tantum*)vitæ,
perſonæque vxoris annexit, vt in illa lega-
tum ſiſteret,neque ad vxoris hæredes diua-
garetur.*ad text.in l.ſicut in annos ſigulos 3.§.fi.*
ff.quibus modis vſusfructus amittatur ex Vlpia-
ni verbis; ibi *ſicuti ſi quid aliud quod perſonæ*
*cohæret.*Ex illo enim legatum finitur,ſecun-
dum *Bald.*in ſummario ibid.dicens:*quicquid*
40 *perſonæ cohæret, morte finitur.* Aliquin nihil
omnino dictio ipſa (*tantùm*) operaretur; cū
eius ſit naturæ comprimere rem,cui adijci-
tur,atque cancellis claudere ne egrediatur;
ſolitariamque perſonam redere, cui adiun-
,, gitur *l.niſi 23.vbi Doctores communiter.ff.de*
,, *pactis. Niſi hoc actum eſt,* (inquit ibi Vplia-
,,nus) *vt dumtaxat à reo non petatur;tunc enim*
,, *fideiuſſor exceptione non vtetur* ſic ille. *text. in*
l.non ſolùm 9.§.tale legatum,vbi Bart.ff.de libe-
rat.legata,l.Caius Seius 12.in fin.ff.de annuis le-
gat.Clement exiui 5.§.cum autem de verbor.ſi-
*gnificat.l.ob as 12.C.de prædijs minorum*ſequu-
taque fuit Rota *in Foroliuien Cappellæ 16.*
Martij 1615.coram Buratto in recentiorib. par.
2.tom.2.deciſ.740.num 4.in fin.Gratus de dictio-
nib.dict.280.num.1.in fin Gomeſius variarum
reſolut.tom.2. cap.11. num.13.Vincent Fuſar.
conſ.93.num.34.& 35.Farinac.conſ.76.num.13
vol.1.Rota apud Card.Manticam deciſ.316. nu.
3.& apud Card Caualer.deciſ.99 nu.5.& apud
Coccinum deciſ.348.num.2.Gratianus forenſ di-
ſceptat.part.5.cap.821.nu.6.& 8.Marius Giur-
41 *ba conſ.criminali 60.num.11.*Quia habet ſem-
per adiūctam ſibi negatiuam, vt alteri dari
haud poſſit, quod dictione (*tantùm*) alicui
datum eſt;perſonæ quippè adhæret, *text.in*
*cap.cum Eccleſia Sutrina 3.*ibi: Quod ad eos
tantùm ſpectaret electio,*de cauſa poſſeſſionis,*
& pro-

Digitized by Google

& proprietat. vbi Gloſſ. & Ioan. Andr. col.2. in
verſ. tantum, poſt Goffred. ibid. Gloſſ. in l. in anna-
libus 12. verbo voluit, & ibid. Doct. C. delegat.
Abb. conſ. 51. videtur primo ſtandum num. 3. lib.
1. Couarr. lib. 3. variarum reſolut. cap. 9. num. 10.
in fin. verſ. quamobrem in hac controuerſia, Fu-
ſar. d. conſ. 93. num. 35. Simon de Pretis de inter-
pretat. vltim. volunt. lib. 4. dub. 3. nu. 20. fol. 448.
& inſpect. 8. num. 5. 6. & 8. fol. 476. Crauetta de
42 antiquitate temporũ p. 4. n. 111. Qui dictionẽ
hanc taxatiuam extendit, vt actum quoque
fauorabilem reprimat. Caſſador. deciſ. 6. num.
11. de iurepatronat. Bart. in l. ſi conſtante in 9. q.
prima part. principalis col. 7. ff. ſoluto matrimon.
Barboſ. de dictionibus dict. 401. num. 4. & 10.
43 Quia profectò diſpoſitionem ad expreſſa
dumtaxat reprimit, ac cogit, atque quaſi in
pugillo reſtringit, vt vltrà illã progredi, at-
que extendi nõ patiatur, l. ſi quis ita legauerit
3. §. Cùm Titio, ff. de adimend. legatis, audi Vl-
pianum ibidem dicentem: Cùm Titio certum
„ teſtamento legaſſet, & eidem codicillis, ita legaſ-
„ ſet: Titio quinquaginta dumtaxat, nec amplius
„ hæres meus dato, non ampliùs quinquaginta le-
„ gatarium petiturum. ſic Vlpianus. Ratio verò
in promptu eſt, quia dictione taxatiua (dum-
taxat) illa reliquit, Bart. in l ſi quidem num. 3.
C. de tranſaction. & in l. rationes in fin. C. de pro-
bat. Abb. d. conſ. 51. num. 3. lib. 1. ſequuta fuit
Rota in Romana Saluiani interdicti. 28. Aprilis
1584. coram Litta apud Statilium Pacificum de
Saluiano interdicto deciſ. 58. num. 4.
Perpenſo hoc præſertim, (vt verba ſigne-
mus, notemuſque dicentis teſtatoris) quod
non in ſola illa dictione (tantùm) ſtetit,
44 orationemque preſſit, ſed vltrà progreſſus
fuit, addendo (& non vltrà.) vt omnem di-
uaricationis anxam amoueret; vitamque
vxoris, (cuius commodo legabat.) compri-
meret; neque, quo ſe appellerent, eius hæ-
redes haberent amplius: oſtenderetque eius
deficere conſenſum, ac voluntatem, ſi ali-
ter fieret. ad tex. in l. properandum 12. ibi: non
vltrà triennij metam C. de Indic. Lexicon no-
uum Iuridicum verbo vltrà quandoq. in fin.
Barboſ. (de clauſula agens, & non alias) 81.
per tot. & diction. 210. ac dict. 418. Card. Tuſcus
tom. 2. littera D. concluſ. 395.
45 Accedit his quoque quòd non ſine ra-
tione, (vt hanc noſtram fulciret rationan-
di diſcretionem) teſtator adiecit, ſolutionẽ
ſexaginta annuorum fieri debere (terza per
terza) Quo planè ſoluendi modo, & ſi vxo-
ri proſpicere voluit, dum vita illa ſuperſtes
fuiſſet, vt quarto quoque menſe ſolutionẽ
acciperet, ſuiſque neceſſitatibus per hanc
promptam pecuniarum numerationem
46 faciliùs ſuccurreret; iuxta notata per Mo-
lin. d. cap. 15. num. 73. & Surdum d. tit. 4. q. 17.
nu. 20. de aliment. Quod in legato magis hæ-
rede legatarius dilectus videatur. ad tex.
in l. Publius Menius 36. §. Titia Codicillis ff. de
conditionib. & demonſtrationib. & ex ſummario
Bart. ibid. Card. Mantica de coniectur. vltim.
volunt. lib. 7. tit. 1. num. 39. Gratian. deciſ. 153.
n. 32. & Forenſ. diſceptat. par. 1. cap. 136. num. 4.
47 Non eſt tamen quin apertiſſimum non
eruamus argumentum, noluiſſe teſtatorem
vltrà vxoris vitam grauare hæredem, quem
teſtamento ſibi ſcripſerat, (quod in ſupe-
rioribus aduertimus,) vt ſi vnam fortaſſe
tertiam, in humanis perdurante Margherita
vxore, ſoluiſſet, vltimã haud ſolueret, illa ex
humanis ipſis exceſſa. Modus namque ſo-
48 lutioni demandatus obſeruandus omnino
erit ad mentem dignoſcendam teſtatoris.
argumento tex. in l. plures teſtamento 30. fin. ff.
de rebus dubiis. ſequiturque Martin. Colerus
de aliment. lib. 2. cap. 2. num. 15. quamuis ille
difficilis ſeruatu eſſet, vt dictum fuit in Me-
leuitana bonorum 7. May 1627. coram Durano,
deciſ. 65. nu. 22. part. 5. diuerſ. nouiſſimarum,
eſt in impreſſis apud eum deciſ. 78. n. 22. Vt
quid enim (quæſo te) ſi id non intendiſ-
49 ſet teſtator, verba illa adiecit, quibus lega-
tum reſtrinxit ſexaginta vxori relictum:
Durante però la vita di d. Signora Margherita
tantum: & non vltrà, da pagarſeli terza per
terza?) cùm id præſtare valuiſſet, dicendo:
ad vitam eius, vel quoad viuet: (mentre ſarà
viua.) Et in diem vitæ: vt loquitur tex. in l. 1.
in princ. C. de bonis maternis. & Triphoninus
in l. Miles ita 42. in princ. ff. de militari teſta-
mento d. cap. nuper 6. de donationib. inter virum,
& vxor. & d. l. cum plures teſtamento. 30. §. fin.
de rebus dub. aduertitque Mandoſ. in Gloſſ. fa-
cultatis §. ac etiam, in verbo obtineat in princip.
fol. mihi 257. quem planè ſequitur Gloſſella
marginalis in d. l. à vobis. in verbo quò ad viuet.
50 Inaniter proinde, atque ſuperfluis verbis,
nihilque operari aptis locutum fuiſſe te-
ſtatorem fateri cogemur: ni ſenſum hunc
habuiſſe illum, iurè, nec ſanè illiberaliter
admiſerimus: ne videlicet ex humanis ex-
cedente vxore, quicquam ſexti anni exci-
51 perent hæredes. Vacarent porrò verba præ-
dicta, ac dictiones à miniſterio, ad quod
exercendum aſſumptæ fuere. Gloſſ. in l. 1. ff.
de eo quod vi, metuſque cauſa, & ibid. Bald. Ro-
land. conſ. 39. num. 24. 25. & 26. vol. 4. Peregrin.
de fideicommiſſ. art. 7. num. 17. & ſeq. cùm con-
52 trà operari eas oporteat id, ad quod à te-
ſtatore, nec ſine rectæ rationis iudicio ad
voluntatis ſuæ oſtendendam deliberationẽ,
fuerunt adhibitæ l. ſi quando quis 112. in prin-
cip. ff. de legat. 1. ex verbis Aphricani ibi: A-
lioquin fruſtra ei legaturus ſit. Gloſſ. in cap.
ſolita 6. verbo tanquam, de maioritat. & obed.
Rota in recentior. par. 2. tom. 2. deciſ. 718. num. 4.
Surdus de aliment, tit. 7. q. 9. num. 21. qui ſanè
53 intelligendi modus omnino excipiendus
eſt ad diſpoſitiones ſaluandas teſtatorum, vt
poſt Roman. conſ. 83. num. 2. alioſque, ſequitur
Fabius Galeota lib. 2. controuerſ. 48. n. 37. & 38.

54 At

54 At ſenſum talem in verbis ipſis habuiſſe
teſtator præſumitur, qualem verba ab ipſo
prolata indicant. iuxta Sceuolæ verba *in l.
Gallus 29.§.quidam rectè in fin. ff.de liberis, &
poſthum.* dicentis: *Vt eo caſu valeat, qui ex ver-
bis concipi poſſit.* & ſequitur *Bald. in l.cum
virum C. de fideicommiſſ. Aemil. Ferrett. re-
ſponſ.10.num. 2.* diximus *d. reſponſione noſtra
36.n 9.par. 1.*

Ceſſabit iure proinde, nec ſanè iniquè D. Petrus, hæres Franciſci Antonij, à ſolutione ſexaginta, ſexti anni, quo diem vidit extremum Margherita.

Atque ita ex his, virgæ (lubentiſsimo animo) ſubiectis, rectioris cenſoris, reſpondendum cenſui.

CAROLVS MARANTA V.I.D. Aduocatus.

Negotium (quòd inter pariter ſanguine iunctos ageretur) amicabili pace inter ſe ſe compoſuiſſe partes, cùm, & de alijs quoque rebus ſecum concordiam haberent, relatum fuit.

Similem facti ſpeciem inter ſacrum Hoſ-
pitale Diuæ Mariæ Annunciatæ Almæ hu-
ius Vrbis, & hæredes Pauli de Alexio in ſa-
cro Neapolitano Conſilio agitatam reperi
Cauſæ patrono V. I. D. Roberto Maranta
55 meo Genitore inter primarios ſui tempo-
ris Aduocatos, filio quondam Pomponii,
qui & ipſe cauſarum Patronus Neapoli
fuit, & filius Magni illius Roberti Venuſi-
56 ni. quorum inter viros illuſtres meminit
Marcus Mantua *in tract. de Viris illuſtri-
57 bus n.228.vol.1.tract.fol.167.* quo loci Pom-
ponium præfatum Patauii ſuum diſcipulũ,
& auditorem fuiſſe, fatetur. Eiuſdemque
58 Roberti Senioris, quòd Salerni Iuris Ciui-
lis interpres fuerit, meminit inter viros Il-
luſtres Valentinus Forſterus in hiſtoria Iu-
ris Ciuilis. *circa fin.tom.1.tract.fol.58.* ſequẽ-
bus loquens: *Robertus Maranta docuit Sa-
lerni in Sicilia, floruit anno 1519.* Et ipſe met
Robertus Maranta *in ſpeculo par. 6. in prin-
cip.de citatione fol: mihi 120.* ſe in Gymnaſio
Salernitano Iuris Ciuilis interpretem fuiſſe
59 ſcribit. Neapoli quoque in publicis huius
inclitæ Ciuitatis ſtudiis feudorum inter-
pretem fuiſſe patet ex litteris patentibus
Excellentiſsimi Pro Rege Catholico in
Regno locum tenente. eiuſque ſuper feu-
da commentaria, quæ publicè legit in hac
Vrbe, pœnes me habeo eius exarata manu.
Informationem proinde in iure datam per
Genitorem meum hic ſubnectere à propo-
ſito alienum haud æſtimaui. Neque enim
Genitoris memoriam, (occaſione ſe pro-
ſperè prodente) ſine ingratitudinis nota, in-
60 termittere, me potuiſſe putaui. Sunt enim
parentes viuæ quædam, veræque imagines
comunis omnium Parentis Dei. teſte Pro-
clo. Neque vllus eſt, qui Deum rectè, co-
lere, & obſeruare poteſt, qui in Parentes
fuerit impius ſecundum Stobeum *ſermon.
77.* Quia Parentes ſunt inſtar Deorum cer-
te maximorum apud prudentes. Sequenti-
bus namque ipſe.

SVMMARIVM.

1 *Legatum annuum, cum in initio anni cedat, ad hæredes tranſmittitur.*

Limita ſi relictum fuit cum clauſula (durante eius vita) num.2.

3 *Species determinat genus, illudque reſtringit.*

Eodemque modo legatum nu.4.

5 *Legatum factum cum dictione (donec) dicitur conditionale.*

Finiturque morte legatarij, n.6.

7 *Onus legatum ſoluendi temporaliter adiectum, operatur, vt legatum morte legatarij finiatur.*

8 *Rigor iuris ſeruatur in omni legato annuo.*

Limita in legato alimentorum num. 9. & num.12.

10 *Dictio (Durante vita) reſtringit legatum ad perſonam legatarij.*

11 *Prooemium cauſam finalem demonſtrat.*

12 *Tex. in l.à vobis ff. de annuis legatis declaratur.*

ARGVMENTVM.

Legatum durante vita factum, an ſi legatarius aliquam ratam nõ exegerit, tranſmittat hoc ius ad hęredem. Et num annus ceptus pro completa habeatur in eius beneficium, ita vt hęres poſsit petere exactionem.

SVM.

RESPONSIO XXXXIX.

IOannes Baptiſta Pignatellus in anno
1573. 28. Nouēbris in teſtamento quod
ſollemniter condidit, inſtituit eius hære-
dem Sacrū Hoſpitale Diuæ Mariæ An-
nuntiatæ de Neapoli. Et inter alia in eo di-
ſpoſita legauit Paulo Alexio ſcutos quin-
quaginta, *durante eius vita.*

Mortuus eſt nunc dictus Paulus, & eius
hæredes in Sacro Conſilio duo prætendūt.

Primum, quòd eis fieri debeat ſolutio ra-
tæ dictorum ſcutorum quinquaginta ma-
turatæ in vita dicti legatarij, & per eum nō
exactæ, dum vixit.

Secundum, quòd cùm mortuus ſit præ-
dictus Paulus infrà annum iam ceptum re-
1 ſpectu ſolutionis dicti legati, qui dies ipſius
cædit in initio anni, & ſufficit de iure, quod
annus ſit ceptus, per tex. *in l. à vobis. ff. de an-*
nu. lega. & ideò fuiſſe ad ipſos heredes tranſ-
miſſam exactionem dictarum quantitatū.

Sacrum Hoſpitale præſupponit nullum
ius competiiſſe, nec competere ipſis hære-
dibus, & per mortem prædicti legatarii ex-
tinctum fuiſſe legatum prædictum, & di-
ctas quantitates tàm ratæ non exactæ, quàm
integros ſcutos quinquaginta annatæ ce-
ptæ, & non completæ, per mortem ſequutā
prædicti legatarii ceſsiſſe, & cedere in be-
neficium Sacri Hoſpitalis hæredis vniuerſa-
lis dicti teſtatoris.

Fundatur enim hæc opinio, nàm teſta-
tor per dictam clauſulam appoſitam in di-
2 cto legato, ſcilicèt (*durante eius vita*) re-
ſtrinxit ſolutionem ipſius ad tempus certū,
& ideò videtur appoſita gratia determina-
tionis, & reſtrictionis legati prædicti, cùm
tempus in ſpecie fuerit conſideratum, ob
quod colligitur, quòd intentio ipſius teſta-
toris non fuit alia, niſi, vt ſolutio in genere
dicti legati fieret dicto Paulo, verùm (*duran-*
3 *te eius vita,*) & *Bar. in l quæſitum. §. ſi quis fun-*
dum. ff. de fund. inſtruc. concludit, quòd vbi
ſpecies ſequens, vel præcedens reſpicit ver-
bum ſignificatiuum generis, quòd tunc vi-
detur ſpecies appoſita gratia determinatio-
4 nis, & reſtrictionis legati, per *l. cum delanio-*
nis. §. quidam. ff. de fund. inſtruct. l. ſed ſi adijcia-
tur. ff. pro ſoc. In caſu noſtro teſtator voluit in
genere, quòd ſoluantur dicto Paulo ſcuta
50. Tamen poſtea reſtringendo dictam ſo-
lutionem ad certum tempus, appoſuit illam
clauſulam (*durante eius vita,*) ac ſi dixiſſet,
quòd ſolutio prædicta fieret per hæredem
5 dicto legatario, donec vixerit, & legatum fa-
ctum cum illa dictione, *donec*, eſt conditio-
nale. *l legatum. ff de annuis legatis l. ſi pater. §.*
fin. ff. de cond. & demon. l. Caio §. Imperator. ff. de
6 *alim. & cibar lega.* Quæ dictio cùm ſit appo-
ſita ad limitationem legati; ſequuta morte
legatarii, legatum finitur. *d. l. legatum. ff. de*
7 *ann. legat. & l. 1. C. de legat.* Et *Ruin. in conſ 42.*
ſub num. 5. vol. 2. dicit, quòd ſi onus ſoluen-
di legatum hæredi eſt appoſitum tempora-
liter (ſcilicèt vſquequò, & donec vixerit)
(prout in caſu noſtro) tunc videtur, quòd
mens teſtatoris fuit, vt per mortem legata-
rii finiatur legatum, allegat *Cyn. in l. fin. C. de*
8 *indict. vide tolle.* Et hoc eſt de rigore iuris,
qui ſeruatur in omni legato annuo, dum-
9 modo non ſit alimentorum, in quo fauore
alimentorum fit alia interpretatio, per *tex.*
in l. 1. C. de lega. & Præſes de Franchis in de-
ciſ. 155.

Cōſiderato maximè in caſu noſtro, quòd
teſtator oſtendit maximam habuiſſe affe-
ctionem in perſonam legatarii, eam nomi-
nando expreſsè, & propter illam dictionē,
10 (*durante vita*) noluit aliam perſonam par-
ticipare de legato prædicto, quàm dictum
11 Paulum. Nam ex prohemio cauſa finalis
legati demonſtratur, *Bart. in l. fin. per illum*
tex. ff. de hæred. inſtit. in l. 1. in prin ff. ad macedo.
Cauſa enim finalis dicti legati fuit perſona
dicti Pauli, quæ cùm per mortem extincta
fuerit, legatum etiam extinctum remanſit.
Teſtator enim habuit ſolum intentionem
prouidendi perſonam legatarii, & non aliā.
Nàm eam tantummodo contemplauit, &
voluit grauare hæredem, quantum minus
potuit.

Et propterea concludendo dico, quòd
licèt legatarius prædictus mortuus ſit poſt
aliquos menſes anni iam cepti, cùm ſequu-
ta fuerit mors prædicti legatarii antè annū
finitum: Exactio non tranſmittitur ad hæ-
redes, nec totius annui legati, nec ratæ ma-
turatæ in vita legatarii, & non exactæ per
eum, dùm vixit; Nàm perſona legatarii tan
tum fuit contemplata, qua deficiente, lega-
tum extinctum remanet in beneficium hæ-
redis, excluſis penitus dictis hæredibus præ
dicti legatarii. prout ſic inſtat ſacrum Ho-
ſpitale fieri, & prouideri per prædicta.

12 Nec obſtat *tex.* in *d. l. à vobis,* nàm loqui-
tur in vxore, cui maritus reliquit aliquam
quantitatem, quia tunc cùm habeatur quā-
titas prædicta, ac ſi pro alimentis fuerit reli-
cta, fit lata interpretatio, vt concludit *Dec.*
in conſ. 438. poſt n. 1.

Robertus Maranta Aduocatus.

SVMMARIVM.

1. *Collecta prædijs imponuntur. & num. 14.*
Siue ſuper fructibus, ſiuè ſuper re imponan-
tur. num. 18.
2 *Cenſu conſignatiuo, rei dominium ſuper qua*
cenſus imponitur, penes vendentem rema-
net, atque poſſeſsio.
3 *Collectarum onus ſuper re impoſitum, ad*

venditorem cenſus ſpectat, non ad emptorem.

4 *Cenſus emens annuos ſuper re ſtabili fructiſera, nihil proprietatis ſuper rem ipſam nanciſcitur.*

Illa pænes vendentem permanente.

Sed ius tantum percipiendi cenſum, ſiue penſionem ex re ipſa ſtabili fructifera.

5 *Cenſus annuus ſemper materiam habilem perquirit, ſuper quam cenſus imponatur.*

Et accidens quoddam eſt. n. 6.

6 *Accidens ſinè ſubiecto eſſe minimè poteſt.*

Sicuti etiam qualitas ſinè ſubiecto n. 8.

7 *Rei, quæ non extat, bonitas, æſtimari haud poteſt.*

9 *Cenſu conſignatiuo res ſtabilis non vtique emitur, ſed ius percipiendi cenſum, ſiuè penſionem.*

10 *Cenſus quid?*

11 *Cenſuarius neque ciuiliter, neque naturaliter rem poſsidet, ſuper quam cenſus impoſitus fuit.*

Neque ius obtinet ſuper rem ipſam. n. 12.

Quamuis acceſſoriè rem obligatam, ſiuè hypotecatam habeat, neque ius fructuum emit, ſed annuum cenſum. n. 15.

13 *Res onere affecta ad quemcunque tranſierit, affectione illa inuſta tranſit.*

15 *Fructus rei cenſuatæ ad dominum rei ſpectant.*

16 *Cenſus ſuper fructibus rei minimè imponitur, ſed ſuper re ipſa fructifera.*

Neque ius eſt eoſdem numero fructus percipiendi. num. 17.

19 *Fructuum onus ad collectorem ſpectat.*

Sicuti & eorum commodum.

20 *Fructus expenſis deductis exaudiuntur.*

21 *Cenſum emens pactum adÿcere haud poteſt, vt vendens ad onera omnia teneantur.*

Exauditur tamen de oneribus, quæ extrà naturam contractus veniunt. n. 22.

Vel ſi non excedatur ſumma decima partis. num. 24.

Vel id gratia maioris, dilucidiorisq. expreſſionis fiat. num. 23.

24 *Collectæ, quæ cenſuum poſſeſſoribus imponuntur, per ipſos cenſuarios ſolui debent.*

ARGVMENTVM.

Quis nam collectas ſoluere debeat, uenditor ne, an emptor cenſus? in controuerſiam uocatur.

RESPONSIO L.

VEnditorem cenſus, non ſanè emptorem ad collectas ſoluendas teneri, quæ prò re imponuntur, in propoſita controuerſia reſpondi. Quippè col-
1 lectę prædijs imponuntur, iuxtà diſtinctionē ab Vlpiano traditam in *l. reſcripto 6. §. fin. de munerib. & honorib.* quo loco *in fin.* ſequentibus infert: *in retributiones, quæ agris fiunt, vel ædificiis: poſſeſſoribus indicuntur.* ita Vlpianus.

2 Vendito autem cenſu, (conſignatiuo, de quo nunc eſt ſermo) pænes venditorem prædia permanent, ſuper quibus cenſus impoſitus eſt, non in emptorem cenſus transferuntur. ſecundùm *Gloſſ. in cap. conſtitutus. 6. verbo iuxta ratam* (*quæ eſt penultima*) *in fin. verſ. ſed fuit cenſualis contractus.* vbi etiā *Abb. num. 10. de religioſ. domibus. Molina de iuſtit. & iur. tom. 2. de contract. diſput. 381. n. 3. & 4. Nauar. tract. de vſuris. q. 22. n. 116. Cencius de cenſibus p. 1. cap. 1. q. 1. art. 1. n. 23. & ſeq. Carolus Tappia deciſ. Sacri Conſil. 25. n. 13.* Rota *in Romana cenſus 30. Octobris 1602. coram Cardin. Mellino apud eund. Cencium deciſ. 1. n. 2. Petrus Binsfeldius in c. in Ciuitate 6. de vſur. q. 9. verſ. Cenſus variis modis diuiditur.*

3 Ad venditorem ergo ipſum collectarum ſpectabit ſolutio *l. 1. in fin. C. de annon. & tribut. lib. 10.* „ *Annonas autem* (inquit ipſe Impe-
„ rator) *is ſoluere debet, qui poſſeſſiones tenet, & fructus recipit.* ſic tex. *Nau. d. tract. de vſur. n. 132. Redoan. de rebus Eccleſiæ non alienand. tit. de conſtitut. annui cenſus q. 17. num. 6. Virgin. Boccaccius de cenſib. p. 1. num. 68. & 69. Vgolin. de vſur. cap. 44. § 13. num. 4. Molin. de contractibus diſput. 390. num. 8. Ioan. Azorius inſtitut. moralium par. 3. lib. 10. de cenſib. cap. 15. Card. Tolet. inſtruction. Sacerdotal. lib. 5. c. 43. n. 3. verſ. 4. particula. Comitulus lib. 3. reſponſorum moralium q. 38. num. 4. Surd. conſ. 162. n. 26. cum ſeq. vol. 2. Gratianus deciſ. Rotæ Marchiæ 20. num. 1. Cencius d. q. 1. art. 1. n. 26. & ſeq. Franciſcus de Clapper. cauſa 98. q. 2. n. 5. et 6. et 13.*

4 Deinde, qui cenſus emit annuos, proprietatis nihil in prædium acquirit, ſuper quo cenſus imponitur, ſed ius duntaxat nanciſcitur percipiendi annuum ipſum cenſum, (ſiue penſionem vocaueris, iuxta *textum d. cap. conſtitutus 6. de religioſis domibus*) ex re ipſa ſtabili fructifera, ſuper qua cenſus im-
5 poſitus eſt. Semper enim materiam habilē perquirit annuus cenſus, ſuper quam imponatur. vt *Franciſcus Sarmientus* loquitur *lib. 7. ſelectarum interpretationum c. 1. n. 13.* Quip-
6 pè cenſus accidens quodam dicitur, quod ſine ſubiecto eſſe minime poteſt. iuxtà philoſophi doctrinam, ad *tex. in l. ſi ſeruum 4. §. 1. ff. de*

ff. de actionib. empt. quatenus Pomponius
7 *ibid.* habet, dicens: *non poteſt æſtimari bonitas loci, qui non extet.* notatque ex eo *Gloßella*
8 *marginalis* dicens: *non poteſt eſſe qualitas ſine ſubiecto Bald. in l. 2. ante med. col. 1. C. de bonor. poßeßion, contra tabul.* argumento *tex. in can. cum Paulus 26. 1. q. 1. cap. veniens 3. de presbytero non baptizato. Nauar. conſ. 21. num. 6. in fin.*
9 *lib. 3. de empt. et vendit.* Neque porrò res ipſa ſtabilis, ſiue prædium venditur, ſed ius percipiendi cenſum, ſiue penſionem, iuxta finitionem, quam tradit *Cardin. Toletus d. lib. 5. cap. 42. n. 1.* deſcribens: *ius exigendi penſionem de re vtili alterius.* Penſionem dixit: hoc eſt: quotam quandam, vel fructuum, vel pecuniarum, quæ alicui ſoluitur, vel ſeptem ad centum, ſiue octo, vel etiam decē iuxta conſtitutiones Martini V. Caliſti III. *inter extrauagantes comunes tit. de emption. vend.* ſiue etiam Nicolai V. relatam à *Quaranta in ſum. bullar. verb. contractus cenſualis. fol. mihi 208 Nauar. d tract. de vſur. q. 3. n. 104.* Doctiſſimus ille præſul *Didacus Couarr. lib. 3. variar. reſolut. cap 7. num. 3. verſ. non oberunt huic deciſion. Gaillus pract. obſeruat. lib. 2. obſeruat. 7. n. 5. Nauarr eod. tract. de vſur. n. 137. & num. 140. Leſsius de iuſtit. & iur. lib. 1. cap. 22. dub. 3. n. 13. Molin. de contractib. diſput. 385. n. 6. & 7. Petrus Binsfeldius in cap. in Ciuitate 6. de vſur. q. 9. verſ. alio modo cenſus vocatur, & q. 12. concluſ. 2. in 8. condit. Tolet. d. cap. 42. n. 3. Franciſc. Leo in Theſaur. fori eccleſiaſtici par. 2. cap. 15. num. 47. Carol. Tappia d. deciſ. 25. n. 23. Sarmiento d. lib. 7. cap. 1. n. 13. & 17.* Rota *in d. Romana*
11 *cenſus coram Mellino deciſ. 1. n. 2.* Hanc ob cauſam proinde fit, vt neque ciuiliter, neq. naturaliter rem poſſideat cenſuarius, ſuper quam cenſus impactus eſt. *Couar. d. cap. 7. n. 1. Gratian. d. deciſ. 20. n. 2. 5. & 6. Tolet. d. cap. 42*
12 *n. 3. Cencius d. art. 1. n. 23.* Neque ius vllum obtineat ſuper rem ipſam, (præter illud exigendi penſionem;) quamuis acceſſoriè dumtaxat rem pro cēſu obligatam habeat, ſiuè hypotecatam, vndè ad quemcunque
13 tranſierit res, onere illo affecta tranſibit, quia onus reale eſt. *cap. ex litteris 5. in. fin. extrà de pignorib. Nauar. d. tract. de vſur. n. 116. q. 22. Carol. Tappia d. deciſ. 25. num. 9. 10. & 11. Binsfeld. d. q. 9.*
14 Onus verò collectarum pro re impoſitum, rem ipſam ſequitur. *d. l. reſcripto 6. §. fin. ff. de muneribus, & honoribus.* Ad rei proinde dominum eius ſpectabit onerum ſolutio.
15 Præterea, Rei cenſuatæ fructus ad dominum ſoli pertinent, non ad cenſuarium; neque enim ius fructuum emit cenſuarius; ſed annum cenſum, (ſiue penſionem illam vocaueris) ſuper re ſtabili ſoluendum. Vt optimè, atque pluribus, neque ſanè vulgaribus, differentias tradendo inter emptorem cenſuū, & fructuū, diſcutit *Surd. d. conſ. 162. per tot. lib. 2.* poſt *text. in d. l. 1. in fi. C. de an-*
16 *non. & tribut. lib. 10.* Neq; ſuper fructibus cenſus imponitur, ſed ſuper re fructifera.
17 Neque cenſus ius eſt percipiendi eoſdem numero fructus, quos res ipſa fert, ſed ius percipiendi cenſum, ſiue penſionē, (vt diximus) quandiu quidem res ipſa manet *Ioan. Salas de cenſibus dub. 41. Leſsius de iuſt. d. cap. 22 dub. 3. lib. 2. Nauar. d. tract. de vſur. num. 115 in 19. q. Binsfeld. d. cap. in Ciuitate quæſt. 12. conclu. 3. in 9. condit.* requiſita per Bullam Pij V. per per eum quoque relatam, *circa fin.*
18 Qua de cauſa: vel ſuper fructibus onus imponitur collectarum, vel ſuper re ipſa ſtabili. Vtcūque igitur erit, ad poſſeſſorem, & Dominum eius, onerum ſpectabit ſolu-
19 tio. Onus quippe fructuum ad eorum pertinet collectorem; veluti eius quoque eſt commodum, *l. fructus 31. C. de actionibus empti Boccaccius de cenſib. part. 1. num. 69. Surd. d. conſ. 162. nu. 28. Franciſcus Leo Epiſcopus Theleſin. d. cap. 15. nu. 50. Franciſ. de Clapper. d. cauſa 98. quæſt. 2. num. 2. Vgolin. de vſur. d. cap. 44. §. 13. num. 4. Rota apud Coccinum deciſ. 498. num. 5. & 6.* Fructus verò expenſis deductis intelliguntur, *l. 1. C. de fructibus, & litis expenſ. Gloß. in cap. cum contrà 6. Gloſſ in cap. præſenti. 9. ſiue fin. verbo debitis, de offic. ordinar. in 6. Afflict. deciſ. 252. ſub num 6. Myſinger. centur. 6. obſeruat. 30. num. 10. ad 12. Vgolin. d. §. 13. ſub num. 4.* Nos ipſi *reſponſ. noſtra 18. num. 30. part. 1.*
21 Non itaque obſtaculum faciet; haud poſſe emptorem cenſus pactum adijcere venditori, vt ipſe ad onera teneatur omnia; quòd id vſura ſit; potiſſimum verò ex conſtitutione Pij V. de cenſibus. *Nauar. in commentar. de vſur. num. 94. Gloſſ. 11.* quem poſt alios ſequitur *Vgolin. d. cap. 44. §. 13. num. 2. & 3.*
22 Exauditur id plane de oneribus, quæ ex natura contractus non veniunt, neque poſſeſſorem ſequuntur, & quæ extriſeca ſunt rei, non planè intrinſeca, vnde etiam cenſuarius locupletior fiat. Ita nempè apertiſſimis verbis Pius V. ſua illa conſtitutione: *Sicuti etiam annullamus* (inquit) *pacta continentia ſolutiones onerum ad eum ſpectare, ad quē aliàs de iure, & natura contractus, non ſpectarēt.* Sic Summus Pontifex. Illa igitur improbantur onera, quæ venditori pacto imponuntur, quæ ex natura rei, atque contractus ad eum minime ſpectant. *Nauarr. d. commen. de vſur. num. 135. Leſsius d. cap. 22. dub. 12. nu. 87. in 9. condit. Ioan. Azor. d. lib. 10. cap. 15. in princ. Vgolin. d. cap. 44. §. 13. num. 2. 3. & 4. Franciſc. Leo d. cap. 15. num. 47. & 48. Boccaccius d. part. 1. num. 68. & 69. Gauantus in enchyridion Epiſcop. verbo contractus num. 10.* Alijque omnes per eoſdem relati.
23 Quòd autem per venditorem collectæ ſoluantur, aliaque onera, quæ rem ipſam ſequuntur, id ex ipſa rei natura prouenit,

non ex pacto; quòd maioris, lucidioriſque expreſſionis gratia adiectum videtur. Quòd perpendit *Nauarr. d. comment. de vſur. d. num. 136. in fin.*

24 Præter quàm quòd, neque improbabitur hoc pactum, ſi non excedatur hoc modo decimæ partis ſumma in ſingulos centum, iuxta dictam Nicholai V. conſtitutionem, vt dictum fuit in *Romana nullitatis cenſus 4. Februarij 1583. coram Cantuccio apud Fa.rincae. poſt ſecundum volumen conſil. deciſ. 19. num. 2.*

25 Si vero collectæ, ſiue onera ſuper ipſo cenſu imponantur, ac conſequenter cenſuarijs, liber tunc vtique venditor erit hoc ab onere; portabit tamen onus ſuum quicunque eſt ille, qui cenſum poſſidet, quiq. ius habet cenſum exigendi in ſingulos annos. *Nauarr. d. conſ. 19. num. 1. lib. 3. de empt. & vendit. Boccaccius d. part. 1. num. 71. & 72. Ceneius d. art. 1. num. 27. & d. art. 2. n. 2.*

Atque ita ex his, cenſotis non excuſſa virga, reſpendendum cenſui.

CAROLVS MARANTA V.I.D. Aduocatus.

SVMMARIVM.

1 *Hominem ad fœlicitatem, optimamque conditionem creauit Deus, deditque ei ſapientiam, qua ſe contrà malas cupiditates tueretur, n. 2.*

Suique ſpectatorem conſtituit, atque Dei interpratem.

Operumq. Dei contemplator eſſet, n. 6.

4 *Sapientiam homo omni cura, & diligentia, quærere debet.*

Quia ipſa ſola poteſt efficere beatos.

5 *Sapiens proximus Deo eſt, eique ſimilis, excepta morte.*

6 *Sapientia ſanctiſſima res eſt.*

Ratio redditur, num. 7.

Et ad regna euehit. num. 10.

8 *Sapiens ipſe fingit ſibi fortunam.*

Neque eget.

Elucidatur ex Ariſtippi facto, & dicto, n. 9.

Magnis quoque decoratur honoribus, n. 10.

11 *Sapientes, & litteratos viros, maioribus beneficiis afficiendos Sacri Canones decreuere.*

12 *Eccleſia Dei indiget viris litteratis.*

Doctorum ordo eſt præcipuus in Eccleſia, id eſt priuilegiatus.

13 *Doctorum ſcientia fidei calor per prædicationem augetur.*

14 *Doctores Sacri Hyadum nomine nuncupantur.*

Et quare? Ex Diuo Gregorio.

Dicuntur vigiles, qui cuſtodiunt Ciuitatem, num. 15.

Sanctam (ſcilicet) Eccleſiam.

15 *Locus Canticorum 3. 3. inuenerunt me vigiles, qui cuſtodiunt Ciuitatem. Expenditur.*

16 *Sapientibus potiora debentur.*

17 *Litterati nobilibus æquantur.*

18 *Magiſter Angelus à Montepeluſio Conuentualium celebratur, & nu. 37.*

Exarauit libros in ſummam Scoti.

19 *Deus dat omnibus affluenter, & non improperat.*

20 *Labore ſine nil mortalibus vita dat.*

Ipſe tamen omnia vincit.

21 *Dignitatis priſtinæ, vel memoria iuuat.*

22 *Prouinciales Titulares æquantur natiuis in Religione Conuentualium.*

23 *Aequatorum idem eſt iudicium.*

24 *Omne qui dicit, nihil excludit.*

25 *Præcedere is debet in religione, qui prior in illam ingreſſus fuit.*

26 *Papa omnia poteſt, & præualet, vt Deus, excepto peccato.*

27 *Clauſulæ derogatoriæ os partiel audunt, & Iudicem ligant.*

28 *Subreptionem allegans, ipſe de ea docere debet.*

Ratio redditur num. 29.

Neque ſufficit illam probare, niſi quoque quod retardaſſet Principem, num. 30.

29 *Obiectum concludenter probari debet ab opponente.*

31 *Stylus variabilis argumentum non tribuit pro obſeruantia.*

32 *Generales ſine Capitulo noua ſtatuta, quæ perpetua ſint, condere non poſſunt.*

Neque Capitulum ſine Generali.

Poteſt tamen Generalis edita per alios ſtatuta, ipſe declarare, num. 33.

34 *Generalis eſt primas in religione, & Patriarcha, magnaque proinde eius poteſtas.*

35 *Nouennium requiſitum in religione Conuentualium, in Regentibus ſtudiorum, vt ad Paternitatem aſciſci poſſint, an per æquipollens poſſit impleri?*

Caſus obmiſſus ſub diſpoſitione remanet iuris communis.

36 *Per æquipollens quod fit, accedit ei, quod ſimpliciter fieri expoſcitur.*

38 So-

38 *Solem facibus adiuuare; prouerbialiter dictum.*
39 *Gratia meram concedentis liberalitatem ſupponit.*
Et dicitur ex quo gratis datur, n.40.
41 *Merita iuſtitiam exigunt.*
42 *Iuſtitia, quod ſuum eſt, cuique tribuit.*
43 *Merces laboranti ex iuſtitia debetur.*
44 *Meritum importat quandam æqualitatem iuſtitiæ.*
45 *Verbum dignum, & dignè perpenditur.*
46 *Antidora aliqua præcedentia merita ſupponunt.*
Et vnde dicantur? n.47.
47 *Ingratos aduerſus actio Athenis conſtituta erat.*
Quia tollunt beneficiorum commercium.
Beneficium accipere, libertatem vendere eſt.
48 *Labor meritum reſpicit, non gratiam.*
49 *Gratia non dicitur, in quo neceſſitas intercedit faciendi.*
50 *Neceſſitas liberalitatem excludit.*
Nemo enim in neceſſitatibus liberalis exiſtit.
Et qui dat ex neceſſitate, non donat.
51 *Verbis in apertis Cauillus, atque exquiſita ſubtilitas reijcitur.*
52 *Statera diuina ponderanda omnia, ſpiritualia præſertim.*
53 *Præmij ſpe eleuādi animi erūt ſtudētiū, vt laboribus ſe libenter ſubiiciant, & honor iurè appetitur ad maiorem Dei laudem, & proximorum commodum.*
Locus pſalm. 118. 112. Inclinaui cor meum ad faciēdas iuſtificationes tuas in æternū propter retributionem, expenditur.
54 *Studijs qui incumbunt, à voluptatibus ſe temperare debent.*
55 *Conſtitutionis Vrbanæ verba de Regētibus expenduntur, atque elucidantur.*
66 *Coæquatorum ratio eſt, vt paria ſint, & vnum non excedat alterum. Aequalia quæ dicantur?*
Ratio affertur, n.58.
57 *Iuriſpatronatus cauſa, vti ſpiritualis ab Eccleſiaſticis tractanda.*
59 *Connexa inſeparabilia ſunt.*
Atque pro vno habentur.
60 *Verba fuerunt, & forent, & præteritum indicant tempus.*
Ad futurum non propterea extendenda.
Præteritum tempus ad futurum non protendendum.
61 *Poſteriores in ordine, quod anterioribus præſcrantur id nulla iuris ratio patitur, & irrationabile æſtimatur, numero 66.*
62 *Priores qui ſunt in tempore, potiores in iure eſſe debent præcedendi.*
63 *Conſuetudo probari debet: quia facti eſt.*
Et in caſu de qua controuerſia agitatur, n.64.
Quia conſuetudo ſtricti iuris eſt.
Et debet eſſe legitimè præſcripta, n.65.
Et rationabilis eſſe, vti lex, cui æquiperatur.
Irrationabilis non ſeruanda n.66.
Nec ſufficit probare conſuetudinem, niſi actus factos, eo animo factos, vt conſuetudinem inducerent, probatum fuerit, n.70.
67 *Clauſula (non obſtantibus) tollunt omnia, quæ obſtaculum facere poterant.*
68 *Clauſula (quorum tenores) quid operetur? refertur.*
69 *Clauſula (ſicq. & non aliter per quoſcuque Iudices.) expenditur.*

ARGVMENTVM.

De Præcedentia inter Patres Prouinciæ, & diffinitores in Religione Sancti Franciſci Conuentualium inter Prouinciales, & Regentes ſtudiorum. ad interpretationem Conſtitutionum Vrbanarum nūcupatarum, plura, neque inutiliter diſſeruntur.

RESPONSIO LI.

1 DEus hominē, (vt Epictetus dicit,) ad fœlicitatem, optimāque cōditionem creauit, quod factum eſt, cùm eum ad imaginem, ſimilitudinemque ſuam creauit, *Faciamus* (inquit Moſes *Geneſ.* 1.26) *hominem ad imaginem, & ſimilitudinem noſtram, (& num. 27.) Et creauit Deus hominem ad imaginem, & ſimilitudinem ſuam, ad imaginem Dei creauit illum, Maſculum, & fœminam creauit eos.*
Exemplūq. Dei quiſq. eſt, in imagine parua,
2 *vt Manilius lib. 4.* cecinit. Deditq. ei ſapientiā, qua ſe contra malas cupiditates tueretur, & optima ſe ſe cōditione, beatæq; vitæ actione
3 contineret. Hominemque veluti ſpectatorem ſui, (Dei ſcilicet) operumque ſuorum in mundum introduxit, atque verum interpretem Dei, idem vt Epictetus dixit: ſequiturque Magnus ille Sophos Chyſami Epiſcopus Auguſtinus Steuchius de *perenni Phi-*

4 *Philoſophia lib.7. cap.20.* Vt ridiculum æſti-
metur non omni cura,contentione,ſtudio,
atque induſtria elaborare, quo ſapientiam
conſequamur,quæ ſola poteſt efficere bea-
tos,vt idem Steuchius loquitur, *tract.eodem*
5 *lib.10.cap.16.littera F.* Sapiens enim,vt Sene-
ca dixit,vicinus,proximuſque Dijs cõſiſtit,
excepta morte,ſimilis Deo.quem ſequitur
idem *Steuchius lib.9.eiuſdem tract.cap.12. lit-
tera D.* cecinitque *Ouid.*
„ *Os homini ſublime dedit cœlumque videre*
„ *Iuſſit,& erectos ad ſydera tollere vultus.*
6 Vt Dei, operumque eius contemplator
eſſet. Sic concinne, quin nõ milliſtluè Ber-
„ nardus *Serm.de Sancto Martino littera K. tom.*
„ *1. Nam & propterea* (inquiens) *rectum fecit*
„ *hominem,etiam corpore ipſo,& os homini ſubli-*
„ *me dedit; cum prona vtique ſpectent animantia*
„ *cætera terram;vt attollens ad ſydera vultus,illi-*
„ *cò ſuſpiret, vbi tàm beatã, & perennem conſpicit*
manſionem. Sic Bernardus. Sapientiam proin
de ſanctiſſimam rem nuncupauit Vlpianus
in *l.1.§.eſt quidem ff de varijs,& extra ordinar.*
„ *cognit.* Melior eſt enim ſapientia cunctis
„ opibus prætioſiſſimis, & omne deſiderabi-
„ le ei. non poteſt comparari, vt ſapientia ip-
„ ſa Salomonis ſapientiſſimi Regis ore loqui
7 tur *Prouerb.8.11.* Ipſa nempè,(vt ibidem ſub
„ nectit) eſt, per quam Reges regnant, & le-
„ gum conditores iuſta decernunt. Ipſa de ſe
„ aperit *ibid.*(*num.18.*) dicens: *Meeum ſunt di-*
„ *uitiæ,& gloria,opes ſuperbæ, & iuſtitia; melior*
„ *eſt enim fructus meus auro,& lapide pratioſo,&*
„ *genimina mea argento electo.* Iurè igitur Plau-
tus in *Trinum.* dixit.
8 „ *Sapiens ipſe fingit fornam ſibi.*
Quia profectò, vt Ariſtoteles 2. *Rethoric.*
docet. *Sapiens non eget* referens illud.
„ *Haud vnquam eget,qui mente ſana eſt preditus.*
Siue,quòd magnæ ſint opes habere bonam
mentem; ſiue quòd ſapienti facile eſt dite-
9 ſcere,ſi velit. Veluti Ariſtippus,cùm Diony
ſius talentum petenti diceret: Non ne do-
cebas ſapientem non egere? Da (inquit)&
reſpondebo. Dedit Rex,ac mox exegit reſ-
ponſum. Tum Ariſtippus: *Non ne verum di-
xi,ſapientem non egere?*
10 Neque non eget ſolùm: verum, & ma-
ximis ſapiens decoratur honoribus. Sapien-
tia nempè ad regna euehit, ſuoſque ſubli-
mat aſſeclas. Ipſa eſt enim quæ *Prouerb.4.8.*
„ dicit: *Arripe ſapientiam, & exaltabit te:glorifi-*
„ *caberis ab ea cum eam fueris amplexatus. Dabit*
„ *capiti tuo augumenta gratiarum, & corona in-*
„ *clyta proteget te.* Hoc probauere ſacri Cano-
11 nes,cùm ſapientes,litteriſque imbutas per-
ſonas maioribus beneficijs honerandas de-
creuere. iuxta diſpoſita per Innocentium
Tertium in Concilio Generali in *cap.de mul
ta prouidentia 28. in fin. de prabend. extrà*
Quia nimirum is gradus cæteros antecelle
re debet,quem labor prolixior fecerit an-
teire, Vt Imperator loquitur in *l.nemo, 2. in
fin.C.de offic. Magiſtri officiorum* refertque,
*Gloſſ in d.cap.de multa verbo ſublimes,& litte-
tas,& Gloſſ fin.in fin in cap fin de præben. Gloſ.*
quoque *in cap. cum dilectus 32. verbo digniores in fin.de elect.*
12 Indiget profectò Eccleſia Dei viris litte-
ratis,vt dictum fuit in *Meliten Canonicatus 9
Martii,1595.coram Cardin. Mellino apud Mar
cheſan.part.1.deciſ.12.num.2.* Quæ eſt etiam
in impreſsis apud *Farinac. ad calcem 1. volu.
conſ deciſ.104.num.2. Gigans conſ.144. num.1.
& 2.* Vnde Doctorum ordò eſt quaſi præci-
puus in Eccleſia; vt Innocentius Tertius
docet in *cap.cum ex iniuncto, 12. §.cum igitur,
de hæretic.* vbi *Gloſſ. verbo precipuus.* Id eſt *pri-
uilegiatus*, explicat.
13 Quia apparente Doctorum ſcientia, (vt
Gregorius Magnus (*lib.9.moralium cap.6. in
Iob.*) loquitur) dum mens noſtra imbre
prædicationis infunditur, fidei calor auge-
tur. *Nec immerito* (idem loco eodem ſub-
nectit) *Doctores Sancti Hyadum nomine nuncu-
pantur* (verba explicans *Iob. 9. 9.* Qui fecit
Arcturũ,& Oriona,& Hyadas,& interiora
„ auſtri.) *Græco quippe eloquio hyetos pluuia vo-*
„ *catur, & Hyades nomen à pluuijs acceperunt;*
„ *quia orta procul dubiò imbres ferunt. Benè ergo*
„ *Hyadum appellatione expreſſi ſunt, qui ad ſta-*
„ *tum Vniuerſalis Eccleſiæ,quaſi in cæli faciem de-*
„ *ducti ſuper aretem terram humãni pectoris,ſan-*
„ *ctæ prædicationis imbres fuderunt. Si enim præ-*
„ *dicationis ſermo pluuia non eſſet, Moyſes mini-*
„ *mè dixiſſet: Expectetur ſicut pluuia eloquium*
„ *meum: & nequaquã per Iſaiam veritas diceret:*
„ *Mandabo nubibus meis ne pluant ſuper eam im-*
„ *brem, atque hoc, quod paulò ante protulimus:*
„ *Quamobrem prohibitæ ſunt ſtellæ pluuiarum.*
Sic Sanctus Gregorius. Hi ſunt Vigiles, qui
cuſtodiunt Ciuitatem. vt *canticorum 3.3.* ha-
betur: *Inuenerũt me vigiles,qui cuſtodiũt Ciui-
tatem.* Sponſa loquitur. Soliciti præcones:
Quia pia ſolicitudine ad cuſtodiam, Eccle-
ſiam verbo prædicationis excubant. Vt *glo.
interlinearis* adnotat, & idem S. Gregor.
Homil. 25. in Euang. in hunc ipſum locum
ex Canticis, ſequentibus ad rem loquitur,
„ *Quærentes autem nos vigiles inueniunt, qui cu-*
„ *ſtodiunt Ciuitatem: Quia Sancti Patres, qui*
„ *Eccleſiæ ſtatum cuſtodiunt, bonis noſtris ſtudiis*
„ *occurrunt; vt ſuo, uel uerbo, uel ſcripto nos do-
ceant.* Sapientiſsimè igitur factum eſt, vt po-
tiora ſemper ſapientibus, ac litteratis viris
data fuerint; multaque illis conceſſa, quæ
alijs non æquè. Parique æſtimatione litte-
rati pendantur, ac nobiles, ſecundum *Gloſſ.
in clement. vnica verbo neceſſitas de baptiſmo,
& eius affectu* allegans *text in d. cap. de multa
28. in fin. de præbend.* ſequitur *Barboſ. in collect.
ad hunc text. num. 21.* & ad antecedentem
num.11.
In Religionibus quoque datum eſt, vt
lit-

litterati viri, & qui multa ſapientia præditi
ſunt, alijs anteferantur, multaque eis hono-
rum culmina permittantur.
18 Cùm itaq. ſcientiarum, ac ſacræ Theo-
logiæ Magiſter Angelus à Montepeluſio
Ordinis Sancti Franciſci Conuentualium,
vir nunquã ſatis laudibus prædicatus. Eius
autem multiplices laudes volumina cele-
brant, quæ in ſummam Doctoris ſottilis
Ioannis Duns Scoti nuncupati, pręlo in lu-
cem edidit. An non voces ſunt, quæ eius
concinunt laudes, ſapientiamque prædi-
cant, articuli, quaſque miro diſſoluit ordi-
ne quæſtiones? Equidem. Hic Regens ſtu-
diorum in celebri Conuentu S. Laurentii
Neapolis, ob ſuas præclaras virtutes, ac ſa-
pientiam planè diuinam, quibus ab Altiſſi-
19 mo, qui dat omnibus affluenter, & non
improperat. *Iacob.* 1. 5. donatus eſt, anno
1623. per Reuerendiſſimum tunc temporis
Generalem Moderatorem in Capitulo Ge-
nerali, Prouinciæ Pater acclamatus fuit,
patentelque acclamationis litteras accepit.
Has ille Apoſtolicæ firmitatis munimine
roborari obtinuit per Breue ſub annulo
Piſcatoris anno 1627. per Sanctiſſ. D.N. Vr-
banum Papam VIII. Iteratoque illas per
aliud eiuſdem Sanctiſſimi Breue Piſcato-
rio annulo munito, anno currenti 1632.
confirmari fecit. Dignum erat enim, vt tan-
tus Orbis, Vrbiſque moderator, & Monar-
cha hoc illi præſtaret (iuxtà Seniorum Iu-
dæorum verba ad Ieſum Dominum no-
ſtrum pro Centurione *Luca* 7. 4. qui tantis
exantlatis laboribus, de Ecclesia benè mę-
ritus eſt. Namque, vt *Horat. lib.* 1. *ſer.* docet;
20 *Nihil ſine magno*
„ *Vita labore dedit mortalibus.*
Quin, vt *Virgil. lib* 1. *Georgic.* cecinit.
„ *Labor omnia vincit*
„ *Improbus, & duris vrgens in rebus egeſtas.*
Verum obluctatur ei Pater Magiſter
Bonauentura à Guardia, olim Prouincialis
Neapolitanæ Prouinciæ, quòd poſterior
in gradu eſſe ei debeat: ſanè quia, Patres
omnes, qui Prouinciales non fuere, poſtha-
beri Prouincialibus, etiam poſt impletum
21 officium, debeant. Proficere namque illis
priſtinæ dignitatis memoriam, ad *tex. in l.*
nihil 17. *C. de quæſtionib.* quo loco Imperato-
res Archadius, & Honorius ſequentibus lo-
„ quuntur: *Idemque ſi munia decurionatus quis*
„ *depoſuit. nam & ipſe propter priſtinam digni-*
„ *tatem quæſtionem non patitur.* Docuit etiã Pau-
„ lus *lib* 1. *quæſtionum in l. fin. ff. de decurionib.*
„ *De decurione damnato* (dicens) *non debere*
„ *quæſtionem haberi Diuus Pius reſcripſit. Vndè*
„ *etiam ſi deſierit decurio eſſe, deinde damnetur:*
„ *non eſſe torquendum in memoriam prioris di-*
„ *gnitatis placet.* ſic Paulus. ſequitur *Gloſſ in c.* a
in fin. verbo priuilegio clericali de pœnis lib. 6.
Sed retundit ſpiculum Magiſter Angelus,
quòd fuerit ipſe Prouincialis Hiberniæ,
22 quamuis titularis. Aequantur quippè hi
titulares alijs omnibus Prouincialibus. *Vt*
„ *iiſdem omnibus, & ſingulis priuilegiis, gratiis,*
„ *honoribus, vocibus, indultis, exemptionibus, &*
„ *præcedentiis, quibus alii Prouinciales tàm alie-*
„ *narum, quàm natiuarum Prouinciarum in ordi-*
„ *ne fruuntur, & gaudent, ipſi quoque, ac ſi natiua-*
„ *rum Prouinciarum Prouinciales exiſterent, legi-*
„ *timè fruantur, & potiantur.* Verba ſunt hæc
conſtitutionum vrbanarum. *cap.* 8. *tit.* 21. *n.*
2 *fol.* 275.
23 Aequatorũ verò idem eſt iudicium, vt
quòd in vno diſpoſitũ inuenitur, peræquè
in altero intelligatur. *cap. maiores.* 3. *§. cùm*
ergò circumciſio de baptiſ. & eius effectu. cap.
miramur 7. *ubi Gloſſ. uerba mentio in fin. de ſer-*
uis non ordinand l. 1. *ff. de legat.* 1. *Felin. in cap.*
tranſlata. in 1. *lectur. n.* 7. *& ſeq. de conſtitut.*
Et prætetea, cùm conſtitutio omnibus
gratijs, & honoribus, vocibus, & adultis
exemptionibus, & præcedentiis, quibus
alij prouinciales perfruuntur, vt hi quoque
perfruantur diſponat: nulla vtique erit gra-
tia, nullus honor, nulla vox, nullæ exem-
ptiones, nullæque denique erunt præcedē-
tiæ, quibus & hi titulares non perfruantur
24 Prouinciales. Nihil enim eſt, quod exclu-
dat. qui omne dicit. *cap. ſolitæ* 6. *§. nos autem*
vbi Gloſſ. in fin. de maioritat. & obedient. can. ſi
Romanorum 1 *§. dicendo, vbi Gloſſ.* 19. *diſt.* Apo
ſtolus ad *Hebreos* 2. in illud Dauid *pſalm.* 8.
Omnia ſubijeciſti ſub pedibus eius: *In eo,*
„ (inquit) *quod omnia ſubiiecit, nihil dimiſit*
„ *non ſubiectum ei. Oſaſcus deciſ.* 94. *num.* 10. *Ro-*
ta apud Card Seraphin. deciſ. 584. *nu.* 3. nos *re-*
ſponſ. 10. *n.* 59. *& reſponſ.* 35. *n.* 18. *p.* 1.
Inter Prouinciales igitur nunc vertitur
cauſa. Profeſſionis itaque gradus ad præ-
25 cedentiam perſpiciendus erit. Vt is præ-
cedat, qui primò Chriſto nomen per habi-
tum dedit. *ad regul. qui prior* 54. *de regul. iur.*
in 6. vel qui primò ad Paternitatem aſcitus
fuit.
At iacit aliud ſpiculũ Aduerſarius; quòd
ſubreptionis vitio reijci debeat Breue à Sã-
ctiſsimo D.N. per noſtrum Angelum ob-
tentum. Subreptionẽ verò exiſtimat, quòd
non expreſſerit Sanctiſsimo ſe ante no-
uennium Regentatus ſtudiorum ad Capi-
tuli Generalis præſcriptum anno 1617. ad
Paternitatis gradum cooptatum fuiſſe.
Verùm reſpõdetur obiectui: Breue San-
ctiſsimi non fuiſſe, vt Paternitatem Ange-
lo nouiter daret, ſed, vt datam in Capitulo
Generali anno 1623. ipſe ſua Apoſtolica
poteſtate (qua omnia poteſt, ac præualet, vt
Deus; excepto peccato. *Guido Papa* vt lo-
quitur *conſ.* 154. *n.* 4. *verſ. & breuiter.* quem
retulimus *reſponſ.* 22. *n.* 85. *p.* 1.) anno 1627.
confirmaret; ſuaque ſuprema poteſtate de-
fectus omnes, ſi qui fortaſſe inceſſerãt, ſup-
ple-

pleret,ſanaret,aboleret. Confirmauit proin
de,ac ſuppleuit: Clauſula adiecta; *quòd nul-*
lo pacto impediri, vel moleſtari poſſet, vel debe-
27 *ret,ac ſi ſecus fieret.* clauſulas adijecit dero-
gatorias,quæ os parti claudunt, & iudicem
ligant. *Felm.in ſap.non nulli n.22. verſ.2. con-*
cluſio de reſcript. Put. deſiſ.48. in fin. lib.1. &
apud Verallum decif.134. n.4. par.3. Rota apud
Gard.Caualer.deciſ.430.num.3. & deciſ.438.n.
2. vt nulla perquiratur alia verificatio nar-
ratorum. *Rota apud eundem Card. Caualer.de-*
ciſ.449.n.5.
28 Aduerſarii proinde erit, de ipſa docere
ſubreptione; vt ſatis haud ſit ei, allegaſſe
illam. *Geminian.poſt Ioan. Andr. in cap.4. n.8.*
& ibid. Francus num.17. de litis conteſtat. in 6.
Rota apud s.memor.Gregor.XV. deciſ.108.nu.1.
29 Porrò quia ſubreptionis exceptio, (obiie-
ctum cùm ſapiat) plenè, concludenterque
ab opponente probãda erit. *Rota apud Card.*
Seraphin deſiſ.857. n.15. & dictum fuit in
Mediolanen Cappellania 29. Nouembris 1595.
coram Orano, quã refert *Beltramin. ad dictam*
deciſ.108. num.12. Gregor. XV. & apud Cocci-
num Decanum deciſ.89. n.1. & 2. & in recen-
30 *ſiorib.p.1.tom.1.deciſ.418 n.1.* Vt neque ſuf-
ficiat ſubreptionem probaſſe, niſi talem
illam oſtendat, quæ potens fuerit mouere
Principem, ne gratiæ annueret petitæ; vel
difficiliorem ſaltim eum reddidiſſet, ne an-
nueret. *ad tex. in cap. ſuper litteris 20. de re-*
ſcript.Rota ead deciſ.418. nu.1. in recenſioribus.

Neque dicat, ſubreptitiam, atque vitio-
ſam fuiſſe cooptationẽ in Paternitatẽ anno
1623. ab Reuerendiſs. Generali in Generali
Capitulo factam, forma nequaquam ſerua-
ta in Capitulo Generali anno 1617. data, vt
nouennium exquireretur Regentatus of-
ficij ad Paternitatem aliquem cooptandũ.

Cum quòd varius fuit ſtylus Religionis
in hoc ſeruatus, vt quandoque nouennio,
ſexennio quandoque contenti fuerint Ge-
nerales in ipſo Capitulo ad Paternitati an-
nuendum; ſicuti ipſi Capitulo, & Generali
31 viſum fuit. Nõ poſſe propterea nunc obij-
ci ex variato ſtylo, atque in religione rece-
pta hac conſuetudine; neque inuariabilis
forma ſecerni. *Aymon conſ.96.num.5. & conſ.*
272.ſub num.6.& conſ.313.n.4.Surd.conſ.393.
num.24.lib.3.& conſ.449.n.7.lib.4.Rota par.2.
diuerſor.deciſ.19.num.6.& apud s. memor. Gre-
gor.XV.deciſ.162.n.8.

Tum, quòd potuit Generalis cum ſuo
Generali Capitulo, (meritis ſic exigentibus
Magiſtri Angeli, & ob eius ſingularem do-
ctrinam) derogare ex hac cauſa decreto di-
cti Generalis Capituli anni 1617. vti dero-
gauit per cooptationem in Paternitatem
dicti Magiſtri Angeli, etiam non expleto
nouennio.
32 Tametſi enim haud valeat Generalis ex
ſe vno noua ſtatuta condere, quæ perpetua
ſint; poteſt id tamen cum Generali Capitu-
lo, quemadmodum neque poteſtas eſt Ca-
pitulo ſine Generali, ſtatuta ferre huiuſmo
di, quia ſimul poteſtas data eſt vtrique. *Ro-*
driquez quaſt.regular.tom.1.q.10.art.1.Io. Hie
ronym.Rodriq.in compend.reſol.68. num.6. Mi-
randa in man.paſtor tom.2.q.10.art.2.
33 Poteſt tamen Generalis ſancita, rogataq.
ſtatuta declarare, vnà cum Generali Capi-
tulo præſertim *Rodricus d.reſol.68.n.5 Pater*
Laurent.Portel in dub.regular verbo Generalis
num.6. Faciunt notata per Sanchez in ma-
teria diſpenſationis loquentem de matri-
mon. *lib.8.diſputat.17.à num.33.* quem etiam
refert, ſequiturq. *Portel.d.verbo Generalis n.4.*
De duobus alterum igitur ad rem aſſeren-
dum noſtram erit. Vel nouam legem con-
didiſſe, rogaſſeque Generalem vnà cum
Generali Gapitulo, cùm poſt ſexennium
Regentatus Magiſtrum Angelum ad Pa-
ternitatem admiſit, ſic eius quamplurimis
exigentibus meritis, etiam in hoc peculiari
34 caſu; cùm eius poteſtas vti ſuprema, ſicuti
Primas in religione, & Patriarcha in tota
ſua ditione, haud reprimatur *Rodriq. tom.1.*
q.12.art.5.Frater Hieronym. Rodriſus d. reſol.
68.& pro nobis res erit. Vel verò declaraſſe
ſtatutum præfatum anni 1617. quonam pa-
cto exauditetur illud; & an per æquipollẽs
nouenniũ ipſum impleri poſſet per libros
in ſacra Theologia prælo cuſſos. Cùm id
ſtatutum non dicat, vt ſub iuris communis
diſpoſitione reliquiſſe videatur. *ad tex. in l.*
commodiſſime 10.ff.de liber.& poſthum. & l. ſi
extraneus 6. ff. de conditione cauſa data. Caſſa-
neus conſ. 59. n.1. Vt ſaltim formaliter ſtu-
diorum nouennium impleſſe videatur, qui
intrà illud, ne dum ſexennio Regentatus
muneri incumbuerit; verùm & libris cu-
dendis vacans, maximos exantlarit labores,
vt ne dum attigiſſe, verùm (intenſiue, & ſi
non dum extenſiuè) exceſsiſſe nouenniũ
36 videatur, atque per æquipollens impleſſe.
ad tradita per Rotam apud *Caſſadorum deciſ.*
26.ſuper regula de publiſand.reſignation.& Sar
nen.in eand.regulam q.11.Geminian. conſ.75.n.
3.& 4. Sequutus per Rotam apud *Achillem*
de Graſſis deciſ.1. aliàs 7. ſuper regul. de publi-
cand.& ſequuta fuit Rota *p.1. diuerſorum de-*
ciſ.395.n.3.& ſeq. Et multò magis pro nobis
negotium cedit, ad Paternitatis commodũ,
honoreſque Angelum, (angelicis penè mo-
ribus, ſcientia, prudentiaque) perueniſſe.
nullo proinde vel ſubreptionis, vel obre-
ptionis vitio cooptationem præfatam no-
tari potuiſſe, vt neque ſubſequuta confir-
matio vitio aliquo inuri valeat.
37 Multoque magis ex hoc, & aliud elidi-
tur obiectum: per gratiam Magiſtrum An-
gelum ad paternitatem cooptatum, non
per merita aſſerentium. Quis nempè eſt (ni
det ipſe operam, vt cum ratione inſaniat,

iuxtà

iuxtà Comici Terentii dictum) qui non vi-
deat quàm multa, quàmque præclara Ma-
giſtri huius tunc fuerint merita, atque faci-
nora, maioraque nunc effecta. qui poſt ſex
Regentis ſtudiorum officii annos, poſt li-
bros in Scoti ſummam elaboratos, preſſos,
cuſſos, vulgatos, ad paternitatē aſcitus fuit?
33 An ſolem facibus adiuuare certabimus?
iuxtà Anacleti Papæ verba *in can. ſi omnia*
7.6.q.1. cùm in faciem ſolis huius, & opera,
virtutes, doctrinaque reſplendeant Angeli
huius noſtri, ac Magiſtri? Per naturam igi-
tur, non per gratiam paternitatem conſe-
quutus, qui exigentibus meritis illam ade-
ptus fuit; iuxtà conſtitutiones ipſas vrba-
nas nouiter editas *cap.5. regula tit.4. num.9.*
fol.169.
39 Gratia quippe meram concedentis libe-
ralitatem penſat, ſupponit, denotat. *Nam ſi*
„ *gratia, iam non ex operibus, alioquin gratia iam*
„ *non eſt gratia.* Apoſtolus vt loquitur Paulus
40 ad *Roman.11.6.* Gratia enim dicitur ex eo,
quod gratis datur, vt *S.Thom. ibid.* aduertit
41 *lect.2.* Merita verò iuſtitiam exigunt. Audi
eundem Paulum Doctorem gentiū *ad Ro-*
man.4. 4. Ei autem, qui operatur, (dicentem)
merces non imputatur ſecundum gratiam, ſed ſe-
cundum debitum. Quia nimirum iuſtitia id
exigit, vt, quod ſuum eſt, cuique detur, *§.1.*
inſtitut.de iuſt.& iure l.iuſtitia 10. ff. eod. can.
ius naturale diſt.1.cap.ex ore 17.in princ. de pri
43 *uileg.* Ex iuſtitia verò merces laboranti de-
„ betur. iuxtà Domini *Matth. 20. 8. Voca ope-*
„ *rarios, & redde illis mercedem.* Operarios di-
xit, qui per laborem mercedem conſequuti
ſunt. ex denario enim diurno conuenerāt,
vt in vinea laborarent. *Ite & vos in vineam*
meam, & quod iuſtum fuerit dabo vobis. ibid.4.
Dominus dixit procuratori ſuo. Quia me-
ritum importat quandam æqualitatem iu-
ſtitiæ, vt docet *S.Thomas 3.par.q.49. art.5. in*
corp. docet. Iuſtum namque eſt, vt illi con-
ſequantur ſtipendium, qui pro tempore
ſuum commodare reperiuntur obſequiū.
vt Gregorius ad Maximum Siracuſanum
ſcribit Epiſcopum *can.charitatem 43.ſine 45.*
in fin.12 q.2. quo loco etiam *Gloſſ. verbo ſti-*
pendium in fin. adnotat, *quòd labor non debet*
eſſe ſine fructu. & idem Gregorius ad Theo-
„ dorum Conſiliarium ſcribens *can. Eccleſia-*
„ *ſticis 67.in princip.ead.cauſa, & q. Eccleſiaſticis*
„ *vtilitatibus deſudantes* (inquit) *Eccleſiaſtica di-*
„ *gnum eſt vtilitate gaudere: vt qui ſe voluntariis*
„ *obſequiorum neceſſitatibus ſponte ſubiiciunt; di-*
45 *gne noſtris prouiſionibus conſolentur.* Aduer-
te verbum illud *dignum eſt, & dignè,* ex his,
„ quæ *Gloſſ.ibid.verbo voluntariis in fin.* adno-
„ tat: *Et habes hic,* (dicens) *quòd Eccleſia tene-*
tur ad antidora. ſi igitur tenetur; iam non ex
36 merito, neque antidora ſunt ex gratia, ſed
ſupponunt aliqua merita præcedentia. ad
tex. Vlpiani in *l.ſed & ſi lege commiſſoria 28.*
§.conſuluit in fin.ff.de petitione hæredit. Planè (di-
„ cens) *ſi* (ἀντίδωρα) *antidora, acceperunt, dicen-*
„ *dum eatenus locupletiores factos, quatenus acce-*
perunt. quo loco *Gloſſ. marginalis* affert illud
Valerij Maximi *lib.5.cap.3. de ingratis,* dicēs:
47 *Athenis actio aduerſus ingratos conſtituta eſt,*
„ *& rectè. Quia dandi, & accipiendi beneficii com-*
„ *mercium, ſine quo vix vita hominum exſtat, per-*
„ *dit, & tollit quiſquis bene merito parem referre*
„ *gratiam negligit.* ſic Gloſſa. *Bart.in l.ex hoc iu-*
re.num.11. verſ. quædam non eſt redacta. in præ-
ceptis iuris.ff.de iuſtit.& iur. Felin.in cap. ad no-
ſtram 12.n.6.de probationib.cap. cum in officiis
7.vbi Gloſſ. verb. teneamur. de teſtament. Sup-
ponunt itaque antidora merita aliqua præ-
cedentia. namque Ἀντιδωρία ας, ἡ (antido-
rea græcè) remuneratio latinè dicitur. Si
igitur remuneratio, antecedentia ſupponit
merita. vti *Plub.Mi.* dixit *Beneficium accipere,*
libertatem vendere eſt. habes plura apud *S.*
Thom.2.2.q.106. art. 1. & 3. Rota in *Romana*
nullitatis obligationis 16. Ianuarii 1626. coram
Durano deciſ.1.n.21.p.5. diuerſor. Gloſſ. quoque
in cap.ad noſtram 11.verbo ſufficere in fin.de re-
bus Eccleſ. non alienand. quæ concluſionem
„ elicit, dicens: *Quod de labore ſub mercedem*
„ *quis recipere debet.* allegat *tex.d.can. charitatē.*
& can. Eccleſiaſticis. tex. quoque *in clement.*
dudum 2.§.verum ne parochiales: ibi cùm ope-
„ rarijs mercedis exibitio debeatur. *de ſepul-*
„ *tur. Gulielmus Rodoan.de rebus Eccleſ. non alie-*
nand.rubric.33.caſu 21.n.29.tom.15. tract. par.
2.fol.461.
48 Non itaque gratis, ſiue per gratiam ad
Paternitatem cooptatus eſt noſter Ange-
lus, qui preuio labore, atque ſudore in ſtu-
diis; in componendis libris; in officio Re-
gentatus ſtudiorum, (etiam per ſexenniū)
ad illam aſcitus fuit. Ex merito igitur, non
ex gratia. Neque porrò denegari ei coopta-
tio poterat, qui ex meritis ad illam aſpira-
bat. Sic nempe conſtitutiones vrbanæ *cap.*
„ *6.tit.3.fol.205. Quæ* (litteræ ſcilicèt Paterni-
„ tatis, de quibus loquitur) *ſi laudabiliter ſe*
geſſerint (Regentis vtique) *negari nequeat.*
Si laudabiliter ſe geſſerint negari nequeāt.
Non ergò ex gratia, ſed ex iuſtitia. ergò ex
49 merito. Neque enim gratia dici poteſt, in
quo neceſſitas intercedit faciendi. ſicuti
nempè gratia liberalitatem ſupponit dan-
50 tis; peræquè neceſſitas liberalitatem ex-
cludit. ad *tex.in l.rem legatam.18. ff. de adimē-*
dis legat. ex ratione, quam refert ibi Mode-
„ ſtinus, dicens: *Hæc enim diſtinctio in donantis*
„ *munificentiam non cadit, cùm nemo in neceſſita-*
„ *tibus liberalis exiſtat.* quo loco *gloſſ. verbo li-*
„ *beralis. Quaſi dicat* (ſubnectit) *qui dat aliquid*
„ *ex neceſſitate, non dicitur id donare.* Papinia-
nus quoque in *l.vnum ex familia 69. §.ſi fal-*
„ *cidia ff.de legatis 2. Non enim facultas neceſſa-*
„ *riæ electionis,* (dicens) *propriæ liberalitatis be-*
neficium eſt. ſequuta fuit Rota apud ſ: me-

mor. Gregor.XV.deciſ.397. n.2. Non ergò be-
neficium, non gratia, non liberalitas dice-
tur, quòd vt fiat neceſse eſt, vt negari ne-
queat. Ex merito igitur, non ex gratia ad
Paternitatem adſcitus fuit Magiſter Ange-
lus. Neque inſtabunt; Paternitatem conſe-
quutum fuiſſe Magiſtrum Angelum in ſua
Prouincia, non itaque in Prouincia Nea-
politana.

Apertè nempè inſtantiæ repugnat coo-
ptatio in Conuentu Sancti Laurentii Ma-
51 ioris Neapolis facta. Non quærant proin-
de in apertis verbis cauillum. Hæ nempè
ſubtilitates à iudicibus non admittuntur. vt
Martianus loquitur. *in l.ſicut re corporali 8.§.*
ſi debitori in fin.quibus modis pignus, vel hypo-
teca ſoluatur. vt propter hanc cauſam, ver-
borum legis vitanda, diffugiendaque intor-
ſio ſit. Sic enim lucidiſsimè vrbanæ con-
ſtitutiones *cap.6.tit.2. §.3.fol.203.* [illegible]
„ *conuentus appellatur,* (dicentes) *cui aliquis in*
„ *filium à Patrum Capitulo (vt ſuprà ſtatuimus)*
„ *cooptatus eſt, ſiue eiuſdem ſit loci oriundus, vel*
ibi profeſsionem emiſerit ſiue non. his conſtitu-
tiones. Apertiſsimis ergò verbis illę, ac pa-
làm loquuntur, vt prouerbium nullum di-
cant, neque opus ſit, vt aliquis eas interro-
get. vti Apoſtoli Domino noſtro Ieſu Chri-
ſto dixere. *Ioan.16.29.*

Satis verò infirmum denique eſt, quòd
ex eiſdem vrbanis conſtitutionibus *cap.5.*
tit.4.num.9.fol.169. aduerſus præfatum Ma-
giſtrum Angelum, afferunt.

Quippè ſi verba ipſa conſtitutionum ad
52 ſanctuarii pondus perpenderimus, iuxtà
diuinum præceptum *numerorum 3.50. & c.*
7.13. diuinaque ſtatera ponderauerimus, ad
Diui Hieronymi conſilium *can. non afferamus 21.24.q.1.* facili, neque nimio negotio
inuenerimus illa pro nobis, non contrà nos
eſſe. De Regentibus ſtudium loquens ibi
53 conſtitutionum conditor, vt ſpe premij
ad inſudandum, inuigilandumque ſtudijs
diſciplinarum Religionis profeſſores alli-
ceret, eoſque ad labores ſuſcipiendos prō-
pto animo alacriores efficeret, ſubleuaretq.
iuxtà Dauidicum illud *pſalm. 118. 112. In-*
clinaui cor meum ad faciendas iuſtificationes
tuas in æternum propter retributionem. (quod
quaſi trutina ex retributionis pondere in-
clinatum cor fuerit ad facieudas iuſtifica-
tiones tuas, vt ex Theodoreto *Agellius Acer-*
nen Epiſcopus ſequitur, diximuſque *reſponſ.*
noſtra 9.n.17 par.1. vt hoc ipſum in maiorē
Dei gloriam cederet, proximorumque cō-
modum, quod intendere debent hi, quibus
ex his rebus debiti honores in excellen-
tiæ teſtimonium, debentur, iuxtà *S. Thom.*
doctrinam *2.2.q.131.art.1. in corp.* Animad-
uertens quoque, quòd, qui ſtudiis vacant,
corporalem ſalutem profundere eos opor-
tet, atque etiam à corporalibus deliciis ſe
temperare, tempuſque in euoluendis libris
„ terere; ſpe eos prēmii allicere voluit, diſpo-
„ nens: Vt qui duodennio ſtudiis inſudarint
„ laudabiliter, atque per gradus tranſierint
„ in conſtitutionibus enarratis.
55 *Ij perpetuò ſua Prouinciæ diffinitoratu; om-*
„ *nibus, & ſingulis gratys, fauoribus, priuilegys,*
„ *indultis, & gradibus, quibus alÿ perpetui diffini-*
„ *tores fruuntur, potiuntur, & gaudent, ac ſi ipſi*
„ *met eiuſdem Prouinciæ Prouinciales electi forēt,*
„ *& ipſi ſimiliter frui, potiri, & gaudere poſsint,*
„ *& debeant: cæteroſque ſacræ Theologiæ Magi-*
„ *ſtros, & Doctores, qui Prouinciales non fuerunt,*
„ *in omnibus actis tàm publicis, quàm priuatis ip-*
„ *ſo iure præcedant, iiſque in omnibus præferantur*
his conſtitutio.

Tria itaque conſtitutio dicto loco pro
ſtudiorum Regentibus diſponit. Primò vt
ipſi expleto duodenario annorum curri-
culo, quo ſe laudabiliter in ſtudiorum pa-
leſtra geſſerint, Patres Prouinciæ, at Diffi-
nitores perpetuò (non ſanè ex gratia, ſed ex
merito) ipſo iure, atque ex ſe, habeantur;
Omnibuſque gaudeant priuilegiis, quibus
alii perpetui Diffinitores gaudent, perfruū-
turque. Secundò vt Prouincialibus in om-
nibus æquentur, pareſque habeantur, ac ſi
Prouinciales eiuſdem Prouinciæ electi fo-
rent. Tertiò denique, vt magiſtris omnibus
aliis in ſacra Theologia, atque Doctoribus,
qui Prouinciales non fuerunt, in omnibus
actibus præferantur, potioreſque pariter
habeantur.

Neque immeritò porrò diſponitur, ne
Prouincialibus, qui fuere, præferantur; ſi-
cuti cæteris Magiſtris in ſacra Theologia,
atque Doctoribus præhabentur. Nimirum
quod Prouinciales præter Doctoratus; ac
Magiſterii gradum, Prouincialatus quoq.
dignitate (& ſi præterita) perfruuntur, co-
honeſtanturque. Ipſi verò Prouincialibus
æquantur, non præferuntur. Erit proptereà
inter eos, cooptationis ordo ſeruandus. Quę
56 enim ſe ſe coæquantur, ac paria ſunt,
(in quo æquantur,) vnum non excedit al-
terum, indè enim pares habentur; æſtiman-
turque. Sunt quippè æqualia, quorum ea-
dem eſt menſura. ſecundùm *Ariſtotelem lib.*
5.ethic.cap.5. Neque æqualitas eſt ſine com
muni menſura, decentem. Et Plato *lib.9. in*
„ *Parmenidem. Quod æquale eſt,* (inquit) *earundē*
„ *menſurarum eſt, quale & illud, cui æquale illud*
„ *eſt, concordant in menſura æquali.* ſequiturque
Petrus Gregor. Tholoſates. ſyntaxeon artis mira-
bilis lib.3. commentariorum cap.3.§. Aequalita-
tem argumento. *tex. in dicto cap. maiores.3.§.*
cùm igitur circunciſio de Baptiſmo, & eius effe-
ctu. ita Alexander III. *cap. quanto 3. de iudic.*
Quia cauſa iuris patronatus connexa eſt ſpi
ritualibus, ideò ab Eccleſiiaſticis iudicibus
cognoſcendam demandat, cum ipſi ſoli de
ſpiritualibus iudicent. Rationem reddit
Gloſſ.

Digitized by Google

58 *Gloſſ.ibid.verbo connexa; Quia ex tali coheren-*
„ *tia ſumit ſuam naturam.* (inquiens) ſicuti, quæ
religioſis adhærent, religioſa ſunt, *l. quæ reli-*
gioſis 44 *ff. de rei vendicat.* Vlpianus *in l. eum*
59 *actum* 18.*ff.de negot.geſtis*, quo loco, Connexa
„ inſeparabilia appellat. *Planè* (dicens) *ſi quid*
„ *connexum fuerit, vt ſeparari ratio eius, non poſ-*
ſit. Vnum proinde habentur. Sequiturque
argumentum hoc *Petrus Gregor. Tholoſat.*
Syntaxeon artis mirabilis dicto cap.3.§. coniun-
ctum, & copulatum in fin. Quia coequantur
itaque Prouincialibus, Regentes ſtudiorum;
Patres, Diffinitoreſque Prouinciæ effecti, nul-
la inter illos in hoc diſtinctionis ratio habe-
bitur quia vna menſurantur menſura. Erit
propterea inter eos cooptationis ordo ſer-
uandus.

Verùm non hinc ſequitur; poſtquàm ad
diffinitoratus gradum Regentes aſſumpti
fuere, vnde æquales Prouincialibus haben-
tur, vt illos minime præcedant, ſed eorum
ſuppares ſint; eandem rationem eſſe debere
inter Prouinciales, qui in Prouincialatus mu-
nere ſubſequentur, vt pares his quoque ha-
beantur, vt eos præcedere non valeant. Præ-
cedent enim eos ordine cooptationis, vel
profeſſionis, & ſi pares haberi debeant in or-
dine dignitatis. Senſum hunc, & interpreta-
tionem manifeſtam faciunt verba conſtitu-
tionis dicto loco, ibi: *ac ſi ipſi prouinciales*
electi forent: & ibi: *qui prouinciales non fuerũt*.
60 Quæ ſanè verba præteritum indicant tem-
pus, non futurum, cum ad præteritum deter-
minata ſint. *Angelus conſ.*51.*ex facto propoſito*
*num.*2. *&* 3. ſequitur *Cardin. Tuſcus tom. vlt.*
littera T.concluſ. 2. *num.* 12. & dictum fuit *in*
Senogallien fideicommiſſi coram S.mem. Gregor.
XV.deciſ. 338. *num.* 4. *&* 5. *vbi Beltraminus*
*addens; & deciſ.*361.*n.* 1. Quemadmodum ve-
rò, qui Prouinciales fuere, ab his qui in Pro-
uincialatus dignitate deinde aſſumuntur, mi-
61 nime poſthabentur. Quòd id nulla iuris ratio
patiatur *ad tex.in l.nulla Iuris* 24.*ff.de legibus.*
vt qui poſteriores ſunt, anterioribus, ac ſenio-
ribus præferantur. Peræque, neque Re-
gentibus ad Paternitatem, ac Diffinitora-
tus gradum aſcitis præferentur, quòd hi
prouincialibus in omnibus coæquentur, qui
62 antè eos fuerunt; & ſint ipſis priores tempo-
re, & ſi æquales paternitate, vel dignitate, vt
potiores in iure ipſo præcedendi eſſe debeant.
ad regulam *qui prior* 54.*de regul.iur. in* 6.*can.*
placuit 4.*§.Iſidorus* 16.*diſt. & can. epiſcopos* 7.
17.*diſt.l.potior* 11.*ff.qui potiores in pignor. ha-*
beantur l. 1. *&* 2 *ff.de albo ſcribend l.*1.*C.vt di-*
*gnitat. Ordo ſeruetur l.*1.*C.de conſulib. lib.*12.
Vincent.de Franch. deciſ. 144. *Regens de Ponte*
*deciſ.*8. *n.* . *Rota apud Card. Seraphin. deciſ.*
187.*num.*1. *& apud Card.Caualer. deciſ.*588.
*nu.*4. *&* 5. pleuè in hac materia præcedendi.
*Fabbius anna conſ.*40.*n.*14. *&* 23.*lib.* 1.

Neque firmam fundet anchoram Aduerſa-
rius in aſſerta conſuetudine in Religione.
63 Cùm, quòd nequaquam hæc probetur
conſuetudo aſſerta At probari debet; Quia
facti eſt.*l.*1.*vbi Gloſſ.verbo probatis in fin.C.quæ*
*ſit longa conſuetud.cap.*1. *de conſtitutionib. in* 6.
Rota apud Card.Mantic.deciſ. 8. *num.* 4. *apud*
64 *S.memor.Gregor.XV.deciſ.*162.*num.* 1. *& ſeq.*
Probari debet in caſu, de quo controuerſia
agitatur. Quia nimirum ſtricti Iuris conſue-
tudo æſtimatur. *Aymon. conſ.*96.*num.*4. Rota
apud eundem *Card. Manticam deciſ.* 56. *nu.* 7.
& 8.*apud Gregor.XV.d.deciſ.*162.*n.*2. *& nu.*6.
*& deciſ.*45.*n.*6. & dictum fuit *in Ciuitatis Ca-*
ſtelli bonorum 23. *Ianuarij* 1614. *coram Duno-*
*zetto. & apud Card.Caualer.deciſ.*172.*nu.*5. *&*
*deciſ.*205.*n.*8. *&* 9.
65 Deinde conſuetudo legitimè præſcripta
eſſe debet. *cap.fin.de conſuetud.* Atq. quod ra-
tionabilis ſit; quemadmodum lex, cui æqua-
tur conſuetudo ad *tex.in l.omnes populi* 9. ibi:
legibus, ac moribus *ff. de inſtit. & iure ibique*
ſcribent. iuſta, honeſta, poſſibilis, atque ſecun-
dam naturam eſſe debebit. *can. erit autem lex*
2.*diſtinct.*4.*Rota apud Card.Caualer. deciſ.*649.
*num.*4.
66 Irrationabilis autem æſtimatur conſuetu-
do, vt minus dignus, magis digno anteferatur.
non itaque ferenda. Dictum fuit *in Seguntina*
Porthugerij in his noſtris terminis præceden-
tiæ *apud S.mem.Gregor.XX. deciſ.*310. *num.*5.
& 6. *ibique Beltramin. & deciſ.* 124. *num.* 2.
*& ibidem Beltramin.nu.*4. *& apud Card.Sera-*
phin.num. 3.

Præterea conſuetudines omnes hæ in reli-
ligione, (quamuis illæ aliàs firmæ eſſent) Vr-
banis tamen conſtitutionib. aduerſę, abroga-
tę, atque radicitùs diuulſę fuere, conſtitutione
67 Sanctiſſimi D. N. Vrbani Octaui anno
1628. in initio conſtitutionum relata, cum
clauſulis: *non obſtantibus ſtatutis, conſuetudini-*
nibus, priuilegijs quoque, & indultis. Quę ſanè
diſpoſitio per clauſulas præfatas tollit om-
nia, quę obſtaculum facere poterant, omniaq.
diuellit, diſſipat, atque diradicat. *Marta* alios
referens *de clauſul par.*1.*clauſ.*79.*nu.*1. *Barboſ.*
68 *eod.tract.clauſula* 43.*n.*2. Adiecta potiſſimum
ſubſequenti clauſula (*Quorum tenores*,) quæ
præcedentibus omnibus, vel conſuetudini-
bus, vel diſpoſitionibus, vel conſtitutionibus
aduerſatur, ac ſi ad verbum eſſent inſertę. iux-
ta *Conſil.Butr.*2. canonizatum in Rota *par.* 2.
*diuerſor.deciſ.*161.*n.*1. *& par.* 3. *lib.*3. *diuerſor.*
*deciſ.*371.*n.*2.*Aymon, conſ.*126.*nu.*7. *Rota apud*
*Card. Manticam deciſ.*76.*nu.*3.*Maceraten. Va-*
*riar.lib.*1.*reſolut.*45. *num.*7. Rota in *Hiſpalen*
*præminentiarum coram Pamphilio par.*1. *tom.*
2.*in recent.deciſ.*506.*num.*5.*Ripa cap.*1. *nu.* 55.
de reſcript. Rota apud Gregor. XV. deciſ. 240.
*num.*2.
69 Accedentibus quoque clauſulis derogato-
riis (*Sicque, & non aliter per quoſcumque iudices*
iudicari, & definiri, debere). (*ac irritum & inane*

ſi ſecus) Quæ hòc operantur, vt ſi ſecus factum fuerit, id totum corruat, inualidumque reddatur, ac, ſi factum nequaquam fuiſſet, ad *text. in cap. ſi eo tempore. 45. de elect. lib. 6. Rota apud Puteum d. deciſ. 49. nu 5. lib. 1. impreſſ. Romana, apud Card. Caualer deciſ. 404. nu. 2. & deciſ. 438. num. 2. & 3.*

70 Denique, quòd neque ſufficiat conſuetudinem probare, ni pariter probetur, actus conſuetudinem inferentes, eo factos animo fuiſſe, vt conſuetudo induceretur; cùm potuerint fieri ex gratia, atque permiſsione aliqua; vt peroptimè ad rem noſtram *Gratian. forenſ diſceptat. part. 2. cap. 298. num. 8. Rota apud Card. Manticam deciſ. 8. n. 4.*

Nullum itaque ius ſupereſt Magiſtro Bonauenturæ, vt Angelo ſe opponat, eique præferri tentet.

Atque ita ex his, quæ iudicio ſupponimus meliori, reſpondendum cenſui.

CAROLVS MARANTA V.I.D.
Aduocatus.

SVMMARIVM.

1 *Mundus ex muſico concentu concinnatus.*
2 *Muſicam Dijs curæ eſſe, veteri prouerbio dicebatur.*
Quod ex lege diuina comprobatur.
3 *Muſico concentu malus ſpiritus conquieſcit.*
4 *Saul à malo ſpiritu agitatus, muſico flexamine ad ſanitatem reuocatus per Dauid.*
5 *Muſices origo cœleſtis.*
Eſtque ars conſumatiſſima.
Et inter liberales annumerata, n. 39.
Atque inter mathematicas ſcientias.
Eiuſque cantu operantium mitigatur labor, num. 6.
Turpeque olim habebatur muſicam ignoraſſe, ac litteras, n. 7.
Quod Temiſtocli accidit.
Et Socrates ſenex, inſtitui lyra non erubuit.
Iterponebaturque nedum ſacris, ſed etiam omnibus ſolemnibus, ſiue letis, ſiue meſtis, num. 8.
9 *Muſica Sanctis Patribus etiam in diuinis laudibus adhibita Ratio, n. 12.*
10 *Pſalmi etiam olim canebantur diuerſis muſicis inſtrumentis modulantibus, omneſque à Dauid facti, n. 12.*
11 *Dauid Cantores in Domo Domini inſtituit.*
12 *Cantu fidelium deuotio excitatur.*
14 *Auguſtinus Chriſtianus Cicero.*
Muſices virtutes, laudeſque referuntur ex Caſſiodoro.
15 *Muſices Magiſtri omnibus aliis Patribus ſimplicibus non graduatis præferuntur in ordine Conuentualium.*
16 *Verba vbi non conueniunt conſtitutionis, neque ipſa conueniet conſtitutio.*
17 *Qualitas à conſtitutione requiſita, ſi deficiat, deficit quoque diſpoſitio, illam igitur probare debebit, qui ſe fundat in ea, nu. 18.*
Quia præſuppoſitum conſtitutionis verificari debet, n. 19.
20 *Patres Conuentuum quibus qualitatibus præditos eſſe oportet in ordine Conuentualium.*
21 *Graduatorum nomine qui nam veniant explicatur, & n. 25. & 56. & 57.*
Graduatus à Gradibus dicitur, n. 22.
23 *Gradus conſanguinitatis, & affinitatis, vnde dicti?*
24 *Legislatorem inaniter loquutum æſtimari haud debet.*
26 *Gradus Magiſtratuum, tàm ſecularium, quàm Eccleſiaſticorum enumerantur.*
27 *Doctoratus gradus, etiam honor nuncupatur.*
Vnde Doctores graduati dicuntur, n. 29.
28 *Magiſter vnde dicatur?*
Et vnde Miniſter?
30 *Simplex quod nam dicitur?*
Et quod miſtum?
31 *Simpliciter dicitur, quod nullo addito dicitur.*
32 *Statutum in ſimplici loquens, in miſto locum non habet.*
33 *Genus quid laxum eſt, & potentiale, omneſquè comprehendit ſpecies.*
34 *Dicens conſtitutionis verba exaudiri debere de aliqua generis ſpecie, id ipſe probare debebit.*
Nec quomodocunque, ſed ſtricte ad caſum controuerſiæ.
In materia præſertim ſtatutaria. n. 35.
Et vbi eſt fundamentum intentionis ſuæ.
36 *Statutum, & conſuetudo à pari procedunt.*
Et quēadmodū conſuetudo ſtrictim ad caſum probari debet, n. 37.
etiam ſi interpratatiua fuerit.
Pereque & ſtatutum, n. 38.
38 *Statutum nihil præter id, quod in eo legitur, diſponit.*
39 *Magiſtri muſices, Magiſtris in Sacra Theologia inferiores ſunt.*
40 *Theologi Doctores omnibus aliis præſunt.*
41 *Theologia vnde dicatur?*

Eiuſ-

Digitized by Google

Eiuſque obiectum eſt Deus,n.42.
42 *Theologus circa legem Dei verſatur.*
Omnibuſque alijs præfertur.
43 *Argumentũ à nominis nũcupatione validũ.*
44 *Magiſtri in Sacra Theologia abſolutè Magiſtri dicuntur.*
Muſices vero non niſi cum addito.
45 *Lex præcedentiam inferioribus ad ſuperiores tribuens irrationabilis æſtimatur.*
Vnde nec ſeruanda.
46 *Diuerſitas nominum, diuerſitatem indicat effectuum.*
47 *Patrum nomine qui veniant? oſtenditur.*
48 *Sacerdotes Patres fidelium omniũ dicuntur.*
Etiam Regum, & Principum.
Et ireis officium honorari debet,n.49.
Diique nuncupantur.
50 *Magiſtri muſices Patribus prouinciæ non præferuntur.*
Neque conuentuum,n.54.
Per gradus enim virtutum ad hunc locum aſcendere.
51 *Regentes ſtudiorũ,omnibus aliis Magiſtris præferuntur,nõ tamẽ Patribus Prouinciæ.*
52 *Argumentum ab abſurdo vitando validũ.*
In materia potiſſimum ſtatutaria,n.52.
55 *Præcedentiæ in materia conſuetudo attenditur locorum.*
58 *Locum vltimum tenere laudabile,ex Domini ſententia.*
59 *Caſum appetit,qui non per gradus,ad ſuprema aſcendere tentat.*
60 *Locum appetere Superiorem non debitum, ambitionis eſt peccatum.*
61 *Lege quod non cauetur, in practica non habetur.*
Vnde nec dicendum.
62 *Factum vbi lex requirit, ſola habilitas ad factum,non ſufficit.*
63 *Actus,non potentia,attenditur.*
Actus verò differt à potentia.
64 *Dictio (ſaltim) quid importet?*
65 *Munda ſunt omnia mundis ex Paulo Gentium Doctore.*

ARGVMENTVM.

Muſica quid præſtet hominibus, quanteque eius ſint laudes,vt in diuinis etiam adhibeatur, non inutiliter deducitur. Præcedentia quæ Magiſtris muſices debetur aduerſus omnes Patres ſimplices non graduatos in Cõuentualium Religione(ad interpretationem Conſtitutionis Vrbanę)quo pacto exaudiatur? Et quinam in hac parte graduati habeatur,quique ſimplices Patres? Argumentosè,nec iucundè diſſeritur.

RESPONSIO LII.

1 MVndi animam ex continuo,quo voluitur motu,numeris muſicã concinentiam creantibus contextam eſſe, Platonici voluere, quod ſequentibus Tullius 1.*Tuſculan.quæſt.*
„ oſtendit dicens: *Quis hic,(inquam) quis eſt,qui*
„ *complet aures meas,tantus ac tam dulcis ſonus?*
„ *Hic eſt (inquit) ille, qui interuallis diſiunctus*
„ *imparibus, ſed tamen pro rata parte ratione di-*
„ *ſtinctis,impulſu, & motu ipſorum orbium effici-*
„ *tur.* proſequiturque *Macrobius lib.2. in ſomnium Scipionis cap.2.*& *Cælius Rhodiginus lectionum antiquarum lib.9.c.1.& 2.* pluribuſq; etiam Caſſiodorus *variarum lib.2.epiſt.40.* atque inter ea ſic infert: *Quid enim illa præſtantius, quæ cæli machinam ſonora dulcedine modulatur,& naturæ conuenientiam vbique diſperſam,virtutis ſuæ gratia comprahendit?* Hinc ſane eſt quod apud veteres prouerbij loco habebatur: *Muſicam Dijs curæ eſſe:* vt enim *Horat.2.epiſt.* cecinit.
„ *Carmine Dîi ſuperi placantur,carmine manes.*

Et certè non modò paganorum ſcripta teſtantur,ſed maximè libri ſacri continent, quanta fuerit lege diuina muſicæ commẽ-
3 datio.Ipſe malus ſpiritus muſicæ concentu conquieſcit.Teſtantur ſacra eloquia(1.*Reg.*
4 16:14.)de Saule,à quo receſſerat ob inobedientiæ facinus Spiritus Domini,& exagitabat eum ſpiritus nequam a Domino. Quæſitus fuit Dauid, qui ſciebat pſallere. *Igitur* (ſubnectit ſacer textus *num.23.*)*quandocum-*
„ *que Spiritus Domini malus arripiebat Saul,Da-*
„ *uid tollebat citharam, & percutiebat manu ſua,*
„ *& refocillabatur Saul,& leuiùs habebat.recede-*
„ *bat enim ab eo ſpiritus.* vnde perbellè *Caſſiodo. d.epiſt.40. En quod ſeculum miretur, & credat:* (dicit) *repulit Dauidica lyra diabolum, ſonus ſpiritibus imperauit, & canente cithara in libertatem rediit,quem internus inimicus turpiter poſſidebat.* Præter quàm quòd equidem Muſices origo celeſtis eſt;ſemper habita fuit ars conſumatiſſima,vt quæ corporis habitudines,animique affectus, ac mores hominum componit. *Remigem* (Vt Fabius inquit) *can-*

tus

tus hortatur, & ſingulorum fatigatio quamlibet
ſe rudi modulatione ſolatur. refertque, *Rodigi-*
7 *nus d.cap.1. lib.9.* Ideoque tàm turpe olim
fuit muſicam neſcire, quàm litteras. Temi-
ſtochles cum aliquot annis ante in
epulis recuſaſſet lyram, eſt habitus indo-
ctior. Proinde Socrates iam ſenex inſtitui
8 lyra nō erubeſcebat. Interponebatur enim
non modò ſacris; ſed & omnibus ſolemni-
bus, omnibuſque lętis, vel triſtioribus re-
bus. Nam, vt in veneratione diuina pſalmi,
& hymni, ita in nuptijs hymenæi, in rebus
mœſtis threni, ſiue lamentationes caneban-
9 tur. Vnde etiam à Sanctis Patribus in Eccle
ſia Dei pie inſtitutum, imò obſeruari præ-
ceptū eſt, (*cau. perlectis primo 25. diſt. §. ad pri-
micerium ſpectat cau. cautãtes 1. 92. diſt.*) vt di-
næ laudes in celebrandis ſacris cantu, &
pſalmis, ſuauibuſque inſtrumentis perage-
rentur. Nempè iuxta Dauidis exortationē
pſalm. 80. 1.

Exultate Deo adiutori noſtro: Iubilate Deo Ia-
cob.
Sumite pſalmum, & date tympanum, pſalteriū
iucundum cum cithara.
Buccinnate in neomenia tuba, in inſigni die ſo-
lemnitatis veſtræ.

Et *Pſalm. 149. 3.*

Laudent nomen eius in choro, in tympano, &
pſalterio pſallant ei.

Pſalm. quoque 150. 3.

Laudate eum in ſono tubæ: laudate eum in pſal-
terio, & cithara.
Laudate eum in tympano, & choro: laudate eū
in cordis, & organo.
Laudate eum in cymbalis benè ſonantibus, lau-
date eum in cymbalis iubilationis.

10 Diuerſis enim inſtrumentis, modulanti-
buſque pſalmi canebantur, vt teſtatur *Au-
guſtinus Steuchius* Chylami Epiſcopus in ti-
11 tulum *pſalm. 5. littera E.* Et ipſemet Dauid
cùm mineſteria domus Domini ampliaret,
cantores inſtituit. 1. *Paralipomenon 16. 5.* alios
Super organa pſalterii, & lyra: Aſaph autem, vt
cymbalis perſonaret. Banaiam verò, & Iaziel Sa
cerdotes canere tuba iugiter coram Arca fœderis
12 *Domini.* Cantu ſiquidem fidelium deuotio
excitatur; cùm huiuſmodi conſonantię au-
ditum demulceant, deuotionem prouo-
cent, & pſallentium Deo animos torpere
non ſinant, vt verbis nos docet Ioannes 22.
in *extrauaganti vnica, deuota Sanctorum Pa-
trum, de vita, & honeſt. clericor. inter commun.*
Proſequiturque pluribus vir ille doctiſſi-
mus, & eruditus *Bartholomaeus Caſſaneus in
catalago* Gloria *mundi part. 10. conſiderat. 51.* &
dixerat antea, de pſalmis Dauid loquens;
(quòd omnes ab eo confecti fuerint, quam-
uis quandoque in titulo non dicatur, ipſius
14 Dauid, ſed ipſi Dauid) Chriſtianus Cicero
Auguſtinus Sanctus, *lib. 17. de Ciuitat. Dei, cap.
14. tom. 5. operum.* Plura de muſica tradit *Petrus
Gregor. Tholoſates, Syntaxeon artis mirabilis lib.
12. per tot.* Et Caſſiodorus eadem *epiſt. 40.* de
muſica loquens ſequentia narrat: *Triſtitiam
noxiam iucundat: tumidos furores attenuat: cruē-
tam ſæuitiem efficit blandam: excitat ignauiam,
ſoporantemque languorem: vigilantibus reddit
ſaluberrimam quietem: vitiatam turpi amore, ad
honeſtum ſtudium reuocat caſtitatem: ſanat mē-
tis tedium, bonis cogitationibus ſemper aduer-
ſum: pernicioſa odia conuertit ad auxiliatricem
gratiam: & quod beatum genus curationis eſt, per
dulciſſimas voluptates expellit animi paſſiones.
Incorpoream animā corporaliter mulcet, & ſolo
auditu, ad quod vult deducit: quam tenere non
praualet verbo tacito manibus clamat, ſine ore
loquitur, & per inſenſibilium obſequiū praualet
ſenſuum exercere dominatum.* Sic ille. Hanc igi-
tur ob cauſam factum eſt, quòd ad hanc mu-
ſicen excitandam artem, inter nouas conſtitu-
tiones Vrbanas pro Religione Fratrum Mi-
norum Sancti Franciſci Conuentualium, *cap.
8. tit. 51. num. 59. fol. 327.* de Magiſtris muſi-
ces, ſequentibus conſtitutum eſt.

*Magiſtri muſices per litteras patentes à Ge-
nerali Miniſtro declarati, qui quinque, vel qua-
tuor ſaltem muſicalia opera in lucem ediderint,
Vicarios non Præſidentes, & Patres omnes ſim-
plices non graduatos præcedant.*

Accidit vero Fratrem Bonauenturam Ro
ſam Neapolitanum eiuſdem Ordinis profeſ-
ſum, Magiſtrum muſices declaratum fuiſſe.
Quam ob cauſam prætendit ipſe præceden-
tiam aduerſus Fratrem Innocentium Floren-
tia à Neapoli Sacerdotem profeſſum. Vter-
que proinde verba conſtitutionis præfatæ in
medium adducit. Ille quod pro ſe ſint, cùm
præcedentiam concedant aduerſus omnes
patres ſimplices non graduatos, etiam Vica-
rios non Pręſidentes. Hic quod ipſe gradua-
tus ſit, vt præcedentia aduerſus eum minimè
illi ſit. In verbis itaque conſtitutionis inter-
præirætandis, cauſæ ſtatus deducitur. Et pla-
nè pro Florentia reſpondendo ſequentibus
conſtitutionis verba interpræetationem ca-
prere ſubſtinemus.

Conceduntilla præcedentiam omnes ad-
uerſus ſimplices patres Magiſtris muſices,
*Qui quinque, vel ſaltim quatuor muſicalia opera
in lucem ediderint.* Roſa non niſi duo, vel vnū
maximè, opus in lucem edidit. Non itaque
16 ei conſtitutionis verba conueniunt, vt neq;
diſpoſitio ſedere debeat, *cap. indemnitatibus
42. §. penult. de elect. in 6. l. 4. §. toties, ff. de damno
infecto l. ita tamen 5. ff. de adminiſtrat. & pericu-
lo tutor Nauar. de Indulgent. notab. 28. num. 22.
Afflict. dec. 335. n. 8. Medices dec. 35. n. 6. Gonza.
ad reg. 8. Gloſſ. 5. in princ. nu. 24. Surd. conſ. 417.
num. 1. vol. 3. Rota in receut. part. 2. tom. 1. deciſ.
502. ſub num. 3. & apud Card. Mantīcam deciſ.
263. num. 5 Barboſ. aſſiomat. 73. num. 16. & 163
num. 8.*

Neque porrò præcedēdi hęc facultas om-
nibus

nibus ſimplicibus patribus, qui graduati nõ
fuerint, Magiſtris muſices, ſimpliciter abſo-
lutèque conceditur; verùm cum qualitate
addita (*ſi quinque, vel quatuor ſaltim muſica-*
17 *lia opera in lucem ediderint.*) Hæc verò quali-
tas deſideratur adhuc in hoc Patre Roſa,
qui duo, vel magis vnum opus muſicale in
lucem edidit: Deficit proinde qualitas. De-
ficiet, & conſequenter diſpoſitio, quæ præ-
cedentiam ijs tribuit, qui quinque, vel ſal-
tim quatuor muſicalia opera in lucem edi-
derint, *l. 1. vbi Bart. ff. ne quid in flumine publi-
co. Barboſ. aſſiomat. 196. num. 7. Antonius Ric-
ciullus Epiſcopus Bellicaſtren tract. de iure per-
ſonar. extra gremium Eccleſ. lib. 1. cap. 13. num.
15. & tract. de Neophitis cap. 7. num. 31. Rota in
Sutrina Monaſterii, 1598. coram Orano deciſ.
126. num. 3. poſt primum vol. Conſ. Farinac. Ma
ceraten. variar. lib. 1. reſolut. 82. num. 1.*
18 Probare itaque debebit qualitatem hanc
Frater Bonauentura à conſtitutione perqui
ſitam; ſe quinque, vel ſaltim quatuor muſi-
calia opera in lucem ediḍiſſe, vt aduerſus
Vicarios non Præſidentes, & Patres omnes
ſimplices, non graduatos præcedentia poti-
ri valeat. Quod ſi defecerit, ab ipſo quoque
præcedendi deficiet iure. *Bart. in l. 1. §. quod
autem, ne quid in loc publico, & in l. Fulcinius,
§. cum hoc nu. 1. ff. quibus ex cauſis in poſſeſſion.
eatur Ioann. Andreas Gemin. & alii in cap. 1. de
homic. in 6. Maranta conſ. 42. num. 2.* Dicens:
quod qui nititur conſtitutione aliqua, intẽ-
tionem non obtinet, ni in ſpecie probarit
conſtitutionis verificari verba. *Magon. deciſ.*
19 *Lucenſ. 25. num. 55.* Docens, præſuppoſitum
conſtitutionis verificari debere; *Gloſſ. in l.
mancipia 5. verbo auocandum, C. de ſeruis fugi-
tiuis, vbi Caſtrenſ. aliique Alciat. lib. 9. reſponſ.
conſ. 164 nu. 3. Gonzal. ad regul. 8. gloſſ. 43. nu.
93. & 94. Paulus Mernda conſ. 96. num. 8. part. 2.
Farinac. conſ. 76. num. 4. vol. 1. Rota apud Card.
Manticam deciſ. 258. num. 6. & apud Merlinũ
de legitima deciſ. 34. n. 4.*

Verùm enim verò (fac etiam Fratrem
Bonauenturam quinque muſicalia opera
in lucem ediḍiſſe, quin ſex, quin octo) neque
ita tamen aduerſus Florentiam præceden-
tiam obtinebit. Illa nempe datur aduerſus
omnes patres ſimplices non graduatos. In
hoc igitur totus cauſæ vertetur cardo, pon-
duſque ſtabit quid per graduatos conſtitu-
tio exaudierit? Vt ſi graduatum, (non ſim-
plicem Patrem) Florentiam oſtenderimus,
herbam illi dare in manus in victoriæ ſi-
gnum Roſa teneatur. Afferamus itaque ex
alijs conſtitutionum locis interpretationi
huic lucem. Eædem quippè *cap. 6. tit. 2. §. 7.*
20 *fol. 204.* De Patribus conuenruũ verba fa-
cientes, & qui ad paternitatem aſſumendi
„ ſunt: *Ad has præterea non omnes aſſumendi ſunt*
„ (inquiunt) *ſed ij dumtaxat, qui egregijs animi*
„ *qualitatibus ornati fuerint, annumque trigeſi-*
„ *mum quintum expleuerint. Ad hoc vero (docto-*
„ *ratus titulo dumtaxat excepto) nullus gradus,*
„ *nullumque aliud quodcunque munus ſuffrage-*
tur. His conſtitutiones.
21 Aliud ergo pro gradu accepit, exauditq;
conſtitutio, quàm doctoratus titulum. Gra-
duatum proinde eum dicemus, qui per
gradus aliorum munium in Religione ſe
venerabilem alijs præbuit, vt ad altiora aſcẽ
dere meruerit.
22 Nec planè immerito; vt à gradibus gra-
duatus nuncupetur, quos per virtutum, at-
23 que munium exercitium aſcendit. Quem-
admodum gradus conſanguinitatis, & affi-
nitatis appellari Paulus Iurecconſultus, in
*l. iuris conſultus 10. §. gradus autem, ff. de gradi-
bus* docuit. *Gradus autem* (inquit) *dicti ſunt à
ſimilitudine ſcalarum, locorumque procliuium,
quos ita ingredimur, vt à proximo in proximum
tranſeamus,* Et refert quoq *Gloſſ. in lib. decre-
talium in arbore conſanguinitatis, & affinit. §.
Gradus quoque.*

Alioquin impertinens omninò eſſet di-
ſtinctio, quam facit in verbis prænarratis
conſtitutio, inter titulum Doctoratus, &
gradus alios; ni differentiam aliquam no-
minum dictorum agnoſceret; voluiſſetque
idem pro Doctoratus titulo, atque gradus
nomine, exaudire, neque prætereà ſenſum
redderent verba ipſa: inaniterque loquu-
24 tum fuiſſe Summum Romanum Ponti-
ficem conſtitutionum creditorem, iura
omnia peruertentes, maxima cum iniuria
aſſeuerauerimus. *ad tex. in cap. ſi Papa 10. de
priuileg. in 6. Clement. exiui 1. §. ſi enim poſt
iſtud verbum. vbi Gloſſ. verbo cum autem. de
verbor. ſignificat. l. ſtipulatus. 4. in princ. ff. de
vſur. l. 3. in princip.* ibi nec fruſtrà adijcitur.
*ff. de iure iurand. Gonzal. ad reg. 8. §. 7. in proem.
n. 125. & 126. Surd. conſ. 127. n. 9. & num. 71.
vol. 1. Rota in Romana Caſaletti 28. Aprilis
1611. coram Damaſceno deciſ. 345. n. 3. tom. 1.
in poſthum. Farinac. & apud s. memor. Gregor.
XV. deciſ. 434. num. 6. apud Card. Caualer. deciſ.
494. num. 2.*
25 Graduatus propterea in Religione dice-
tur (quamuis Theologiæ Magiſter, & Do-
ctor non ſit) qui per gradus, & munia in
religione à minimo ad ſummum, virtuti-
bus mediis aſcendit: vt ſunt Guardianatus,
Cuſtodis, Definitoris, Prouincialis, aliorũq.
26 munium officia, graduſque. Quemadmo-
dum ſuperiorum, & magiſtratuum vtriuſ-
que ordinis tàm ſæcularis, quàm eccleſia-
ſtici gradus enumerat *Cõradus Brunus tract.
de ſeditioſis lib. 2. cap. 19. num. 2. & 3. tom. 11.
tract. p. 1. fol. 120. col. 2.* à Summo Romano
Pontifice ad clericos vſq. eos enumerans.
& in ſeculari ab Imperatore, Regibus, &
Princeps ad laycos vſq. vt graduati proin-
de dici omnes poſſint, quamuis Doctores
minime ſint. Clerici etiam, ac layci, quòd

ſuo

„ *Preſes Prouinciæ probatis ijs,quæ in oppido fre-*
„ *quenter in eodem controuerſiarum genere ſer-*
„ *uata ſunt,cauſa cognita ſtatuet.*vbi etiam *gloſſ.*
verbo probatis. Oldrad. conſ.237. Aymon conſ.
96.n.4. Rota apud s.memor. Gregor.XV. deciſ.
45.n 6. & ibid. Beltraminus n.8. & deciſ.162.
per tot.& apud Card.Caualer.deciſ.172.n.5.&
deciſ.205.num.8. & 9. Etiam ſi interpretati-
ua conſuetudo fuerit. *Aymon conſ.282. ſub*
num.6.apud Gregor.XV.d. deciſ.162. n.7. & 8.
38 Ita pariter & ſtatutum, quod preſſam in-
terprætationem admittit,vt nihil diſponat,
niſi quod apertè,expreſsèque in eo legitur,
contineturue,ad *tex. in l. quicquid adſtrigen-*
da 99.ff.de verborum obligat ex verbis Celſi
„ ibidem dicentis:*Quicquid adſtringendæ obli-*
„ *gationis cauſa dictum eſt , id niſi palam verbis*
„ *exprimatur,omiſſum, intelligendum eſt , ac ferè*
ſecundum promiſſionem interpretamur. vbi
*gloſſ.verbo ſecundum promiſſionem,*dicens,*hoc*
in eo caſu intelligendum eſt , quando dubitatur
quid actũ ſit.& ibidem *Doctor. Put.deciſ.272.*
*lib.1.Caputaquen deciſ.213.par.3.*dictum fuit
in *Romana relocationis domus 13.Martii* 1595
coram Gipſio deciſ.38.n.1.apud Picum ad ſtatu-
*tum vrbis.*Siuè igitur graduatos,eos intelli-
gamus , qui per gradus in Religione offi-
ciorum munia laudabiliter obiere;ſiuè qui
per gradum , & honorem Doctoratus , &
Magiſterij in ſacra Theologia Doctoris
Laurea, & Magiſterij donati fuere: vtrobi-
que pro nobis res eſt,cùm ſit Florẽtia gra-
duatus primo capite per gradus in Reli-
gione , atque conſequenter non ſimplex
Pater.

At eſt aliud quid , quod arctius Roſam,
veluti ſpinis pungit , & prælo ſtringit. Vt
quid (quæſo te) veriſimile eſt, conſtitutio-
nis verba de graduatis Doctoratus laurea,
& Magiſterio in ſacra Theologia intelli-
gere voluiſſe, & non de graduatis per gra-
dus munium , officiorumque maiorum
in Religione; cùm ex ſe ipſis Magiſtri mu-
39 ſices,quæ inter liberales artes , & mathe-
maticas ſcientias computatur , ſequiturq.
Petrus Gregor.Tholoſates d.lib.12.ſytaxeon c.1.
poſt *Ariſt.lib.6.methaphiſ.cap.1. & lib.11.cap.*
*6.*magiſtris artium,ac Sacræ Theologiæ in-
feriores ſint , vt nullam proinde exceptio-
nem per conſtitutionem fieri oportuiſſet;
49 quando hi propter ſcientię eminentiam
etiam doctoribus in Sacris Canonibus , &
in vtroque iure præferantur? Inde quippe
41 Theologia dicitur,quod ſit de Deo ſermo,
vel ratio,vel de diuinis,iuxta *S.Thom.part.1.*
quæſt.1.art.8.S.Antonin.part.4.ſum.art.11.§.7.
Caſſaneus de glor.mundi part.10.conſid.10 Pe-
trus Gregorius Tholoſates ſyntaxeon artis mira-
bilis lib.6 cap.6.diximus reſponſione 1.num.36.
42 *hac eadem part.3.* Quia itaque obiectum
Theologiæ eſt ipſe Deus,& Theologus cir-
ca legem Dei verſatur , & ea , quæ de ipſo
ſunt. Iurè quàm meritiſſimo factum eſt, vt
Theologi , in Sacra Theologia magiſterio
decorati, omnibus alijs præferantur , *Tira-*
*quell.de nobilitat.tit.31.num.35.*diximus *d.reſ-*
ponſ.prima num.99.

Nulli ergo in dubium verbatur , (etiam
ſi aliud conſtitutio minime exprexiſſet)
Magiſtros in Sacra Theologogia præferen-
dos Magiſtris muſices.Sicuti ex ipſa nuncu-
43 patione argumento non ſanè futili, venari
licet,ex his , quæ Marcellus docet *in l. Pu-*
blius 36.§.Titia,ff de cond.& demonſtr.Euerar-
dus in loco ab ordine , num.7. diximus *reſponſ.*
44 *noſtra 12.num.19. & 20.part.1.* Namque in
Sacra Theologia Magiſtri,abſolutè magiſtri
nuncupantur;vt per antonomaſiam , cum
Magiſtrum in Religione aliqua audieris,
Sacræ Theologiæ Magiſtrũ intelligas: Mu-
ſices vero Magiſtrum non æquæ , ni cum
addito is Magiſter muſices nuncupetur,
quod ex ipſamet conſtitutione,*cap.8.tit.51.*
§.19.poſt verba à nobis in initio allata aper
tiſſimis verbis habetur:dicunt enim: *In Ta-*
bulis verò,& alibi non appellẽtur Magiſtri abſo-
lutè.ſed hoc dumtaxat titulo prænotentur: Pater
*Frater N.Magiſter muſices.*Satis proinde ma
nifeſto indicio aperire voluit conſtitutio,
ſe de graduatis gradibus religionis intelli-
gere voluiſſe, cum Magiſtros muſices om-
nibus Patribus ſimplicibus non graduatis
præferri voluit, ex gradu Magiſterii muſi-
ces ; cùm his præferri Magiſtros in Sacra
Theologia nulli in dubium cadere potuiſ-
45 ſet. Cæterоquin ſatis inrationabilis lex hu-
iuſmodi fuiſſet , ſi aduerſus Magiſtros in
Sacra Theologia Magiſtris muſices præce-
dentiam permittere voluiſſet , vnde neque
ſeruari debuiſſet. *Rota apud Card. Seraphin.*
deciſ.1445. num 3. & apud S. memor. Gregor.
XV.deciſ.310.num.5.& 6.& deciſ.124. num.2.
& ibid.Beltramin.n.4.
46 At ipſamet nuncupatio, cùm diuerſa ſit
in vnis, atque in alijs;quàm diuerſa quoque
in ipſarum conſtitutionum intentione diſ-
ponendi ratio fuerit , non ſane in tenebris,
ſed lucidius ſole demonſtrat. *ad text. in l.ſi*
idem codicilli 7.C.de codicillis,& l.procuratoris
5.§.ſi plures,ff de tributar.act.Abb.conſ.47.n.2.
part.2.Rota in Mediolanen ſimulationis contra-
ctus 1599.coram Corduba deciſ.128.num.6.poſt
prim.vol.Conſil. Farinac. & apud Coccinum
Decanum deciſ.289.num.1.& apud Sanctæ me-
mor.Gregor.XV.deciſ.555.num.8.Ioann.Bapti-
ſta Coſta conſ.15.num.4.& conſ.44.n.19.
47 Accedit his quoque alia , nec vulgatis
perpenſio,quòd nomen illud *(Patres omnes*
*ſimplices non graduatos)*in coſtitutione *d.§.19*
adjectum,non vtique de Patribus Conuen
tuum exaudiẽdum erit, quos qualitatibus,
& egregijs animi moribus ornatos eſſe de-
bere conſtitutio ipſa *tit.2.cap.6.§.7.*diſponit,
Sed de ſimplicibus Sacerdotibus, qui ne-

que Magiſtri in Theologia ſint, neq. graduati per gradus munium antecedentium
48 in religione. Equidem Sacerdotes omnes, qui etiam Presbyteri,(quòd Presbyterij ordine inſigniti ſunt)nuncupantur, omnium
,, fidelium Patres agnoſcuntur: *Quis enim*
,, *dubitet,Sacerdotes Chriſti Regum, & Principũ,*
,, *omnium fidelium Patres, & Magiſtros cenſeri?*
verba ſunt Gregorij Septimi ad Hermanũ Metenſem Epiſcopum relati *can. quis dubi-*
49 *tet. 9. diſt. 96.* Vnde in eis Sacerdotale officium debet honorari. Propter quod Dominus*(Exodi 22. & Ioan.10.)* in lege præ-
,, cepit: *Dijs non detrahes*: Sacerdotes intelli-
,, gens, qui propter excellentiam ordinis, &
,, officij dignitatem,deorùm nomine nuncupantur, vt Innocentius Tertius loquitur *cap cum ex iniuncto 12.§.licet autem de hæretic. Cardinalis Iacobatius* plura referens ad rem *de concilijs lib.1.art.4.nu.1.& ſeq.tom.13. par. 1.tract.fol.*208.

Niſi enim hanc admiſerimus nominis
50 huiuſce(*Patris*):nterpretationem,ſequeretur Magiſtros hos Muſices etiam Prouinciæ Patribus, ſi ipſi graduati alias non fuiſſent,præferri;quibus neque Regentes Pri-
51 mæ Claſſis Gymnaſiorum, quamuis ipſi omnibus alijs Sacræ Theologiæ Magiſtris præferantur (quod vtique, & Magiſtri ipſi quoque in Thelogia ſint) præcedentia donantur;vti diſpoſitum inuenitur *cod. tit. 51. cap.8.§.11.* Quod quam abſurdum ſit aſſerere,nemo(ſi ſapiat ipſe) non vltrò conce-
52 det. At ſatis aptum ab abſurdo euitando, argumentum educitur *d.Clement. 2. cum ſit*
,, *nimis de magiſtris cap.quemadmodum* 25. ibi:
,, quod eſt prorſus abſurdum *de Iure Iurand.*
,, *l.nam abſurdum 7. ff de bonis libertor. Gloſſ. in cap. dudum 14. verbo abſurdum de præbend. in 6.Euerard.loco ab abſurdo num. 1. Maceraten. variar reſolut.lib.2.cap.32.nu.13. Nauar. conſ. 4.num.1.verſ.3.facit.& conſ.8.num.4 verſ. ſep-*
53 *timo,quòd è contrario lib. 3. de voto.*plures refert *Vinius deciſ.255.num.* 24. In materia potiſſimum Statutorum(vt iſthæc noſtra eſt) *Hieronymus de Fredericis reſolut.Criminal.43. num.7. & 8. poſt ſecundum volum. conſil. Farinac. Barboſ. in locis argumentandi loco 2. num. 1.& ſeq.*

54 Præterquam quod, Conſuetudo in religione rècepta eſt,ne Magiſtri Muſices, Patribus Conuentuum Paternitatem obtinẽtibus,(quamuis Magiſtri in Sacra Theologia non vtiq; fuerint) (quòd ex hoc vno quòd Paternitatem habent, graduati dicantur) vllo modo præferantur, niſi anteriores ipſiquoque in Paternitate fuerint.
55 Attenditur verò in his præcedendi facultatibus, recepta locorum conſuetudo, cui in hoc ſtatur. *l. fin. C. de præfecto Vrbis l.obſeruare 4.§ ingreſſum autem ff.de officio proconſul.& legat. Gloſſ. in cap.2. verbo auſcultentur de officio Archidiacon.Nauar.conſ.1.de maiorit. & obed.lib.1.Maceraten.variar. reſolut. lib. 1. reſolut 81.num.5.Vincent.de Franch.deciſ.144. Franciſcus de Ponte deciſ. 8. Sacri Neapolitani Collateralis Conſ.& Rouit.deciſ.65.Fabius Anna conſ.40.num.1.vol.1. Rota deciſ.4. num. 1.2. & 3.de electione in nouiſ.& in Mediolanen.Iuriſdictionis 30 Ianuary 1609.coram Pegna p.2. tom 1.in recent.deciſ.238.num.1.& apud 5.memoria Gregor.XV.deciſ.124.n.2. & apud Card. Seraphin.deciſ.492.& deciſ.964.*

Præferuntur itaque Patribus omnibus ſimplicibus, non aliàs graduatis, Magiſtri Muſices, ſed non Patribus Conuentuum, neque Prouinciæ; quia ex hoc vno quod Patres ſunt, graduati dicuntur. Per gradus enim virtutum ad hunc locum,(quaſi ſcalis quibuſdam, & gradibus) pervenerunt, vt in ſuperioribus oſtendimus. Cùm ergo
56 Conſtitutio præcedentiam tribuit Magiſtris Muſices omnibus Patribus ſimplicibus,non graduatis:exaudienda vtiq; erit de graduatis gradibus munium in Religione, non vero de gradu Magiſtrarij in Sacra Theologia. Eſt vero Pater Innocentius, & ipſe (quamuis non Sacræ Theologiæ Magiſterio decoratus) graduatus, quia Guardianatus, Cuſtodis, Diffinitoris munere defunctus laudabiliter fuit, & Pater eſt Conuentus. Non vtique præferendus ei Pater Bonauentura ex eo vno, quòd Magiſter ſit Muſices.

Lucem non ſanè minimam accipit hæc ipſa perpenſio ex alio Conſtitutionum loco,non(Ædepol) contemnendo; vt mirer pro ſe illum Aduerſarios prò Bonauentura in medium attuliſſe,eius vi minime tor-
57 taſſe expenſa Ipſa quippe Conſtitutio *eod. tit.51.cap.8. num.* 18. Qui nam graduati Patres dicantur in apertum deducens: Illos
,, graduatos dici explicat: *Qui per duodecim*
,, *annos Magiſtri Seminariorum fuerint,& in eo-*
,, *rum officio ſe ſe laudabiliter geſſerint. Iſti enim*
,, *Magiſtri,Seminarij Patres omnes & fratres an-*
,, *tecedunt.Exceptis tamen Magiſtris Sacræ Theo-*
,, *logiæ.*

Nihil proinde è re noſtra dilucidius loco iſto. Graduati ergo ij Patres dicuntur, qui per gradus ad munia in Religione exercenda, meritis ſic exigentibus, prouecti fuere. Qui igitur iſti ſunt; ſimplices Patres, nec graduati, dici minime poterunt. Non vtique eis præferentur Magiſtri Muſices. Det proinde locum Innocentio Bonauentura,qui graduatus eſt, non ſimplex Pater.

58 Ne fortaſſe cum rubore poſt ſentẽtiam, nouiſſimum ab hoc locum tenere incipiat; iuxta Domini, & Magiſtri omnium conſi-
,, lium *Lucæ 14.9. Cum inuitatus fueris ad nup-*
,, *tias,*(dicentis) *non diſcumbas in primo loco, ne*
,, *forte honoratior te ſit inuitatus ab illo: & ve-*

nieus

,, *niens is, qui te, & illum vocauit, dicat tibi: Dà*
,, *huic locum; & tunc incipias cum rubore nouiſſi-*
,, *mum locum tenere.* & Dixit quoq; Salomon
,, *prouerbiorum* 25. 6. quin Spiritus Sanctus
,, Salomonis ore: *Ne glorioſus appareas coram*
,, *Rege, & in loco magnorum ne ſteteris. Melius*
,, *enim, vt dicatur tibi: Aſcende huc; quàm vt hu-*
,, *milieris coram Principe.*

59 Nam caſum appetit, qui ad ſummi loci faſtigia poſtpoſitis gradibus per abrupta quæzit aſcenſum, vt Gregorius Papa loquitur, *can. ſicut* 2. 48. *diſt.* & ſequitur *Gloſſ. fin. in can. pueros* 12. *prima q. prima, & Lucas de Penna in l.* 1. *C. de agentibus in rebus n.* 17. *lib.* 12.

60 Quippe locum appetere inordinatè honoris, velleque alteri præferri, cum id non merearis, neque tibi debeatur, ambitionis peccatum eſt. *S. Thom* 2. 2. *q.* 131. *art.* 1. *&* 2. *& ibid. Caietan. & in ſum. verbo ambitio Syluestr. verbo ſuperbia num.* 7. *Nauar. Man. cap* 23. *nu.* 11. *&* 15 *Card. Tolet lib.* 8. *Inſtruct. Sacerdot. cap.* 23. *Leſſius de Iuſtit. & Iure lib.* 5. *cap.* 2. *dub.* 1 *n.* 21. *Anton. Fernandez in examine Theologiæ moralis par.* 4. *cap.* 4 §. 2. *num.* 18. *Paul Layman. Theolog. moral. tom.* 1 *lib.* 3. *ſect.* 3. *n.* 31.

Neque obaudiendi Aduerſarij, in quo pro Bonauentura pedem figunt, quod & ſi planè quinque, vel quatuor ille muſicalia opera in lucem, non adhuc dederit, habet tamen potẽtiam, & habilitatem, vt edere illa valeat, debeatur proinde illi præcedentia.

Præterquam quod enim Magiſtris Muſices, qui quinque, vel quatuor ſaltim muſicalia opera in lucem ediderint aduerſus omnes Patres ſimplices non graduatos præcedentiam tribuat Conſtitutio: non autem in hoc præcedentiam concedit, vt antequam illa opera ediderint ex ſola potentia præcedentiam cõſequantur. Vnde, quod lex & Conſtitutio ipſa non dicit, neq. Aduerſarij dicere debebũt.

61 Porrò quod id, quod lege non cauetur, in practica non habetur, vt *Bald.* loquitur *in capit. nihil eſt in fin. num.* 25. *de elect.* ſequitur *Maſtrillus deciſ.* 273. *nu.* 11. *par.* 3. Et quod dictum non repetitur, aſſerendum non vtique eſt *can. conſuluiſti* 18. 2. *q.* 5. *Nauar. de orat. & horis canon. cap.* 5. *num.* 8.

62 Nihilominus tamen ipſa Conſtitutio in hoc, non ſanè potentiam conſiderauit, ſed hudum factum in medium produxit, vt renunciatus Magiſter Muſices præcedentiam conſequatur. Non itaque ipſa ſola habilitas, & po-
» tentia ſufficiens erit, *cap.* 1. ibi: licet voluntatẽ
» præſtandi habuerit, *de eo qui mittitur in poſ-*
» *ſeſſion.* vbi etiã *Gloſſ. verbo volũtatẽ verſ.* ꝙ *ſola voluntas non ſufficit. Bartholom. Socin. conſ.* 92. *viſo Inſtrumẽto abſolutionis n.* 10. *lib.* 4. quẽ ſequitur *Card. Tuſcus tom.* 3. *littera F. concluſ* 21. *Alexand. conſ.* 21. *viſo proceſſu nu.* 7. *lib.* 1. *Barboſ aſſiomat.* 93. *num.* 12. *&* 25.

63 Actus enim, non potentia attẽditur, quæ ſi careat actu inanis remanet; & res geſta potior, quam Scriptura habetur, vt Imperator loquitur *l. multum intereſt* 6. *C. ſi quis alteri, vel ſibi.* Vt differat proinde actus à potentia, *cap. cum ſuper* 23. *in fin. de offic. delegat. Caſſador. deciſ.* 7. *num.* 3. *in fin de cauſa poſſeſſionis, & proprietat. Nauar. in cap. nouit. de Iudic. notabili* 3. *num.* 1. *in fin.*

64 Attenta potiſſimum dictione illa (*Saltim*) (*quatuor*) addita, quæ ſubſidiaria cum ſit, expoſcit, vt ad minimum quator muſicalia opera in lucem edita præceſſerint, vt præcedentiam conſequi valeat aduerſus omnes Patres ſimplices non graduatos, Magiſter Muſices denunciatus; vt ſi nequaquam illa præceſſerint, neque præcedentiam ipſe conſequatur. adnotat *Barboſa*, qui alios refert *de dictionibus dict.* 355. *num.* 1.

Neq; igitur ex Cõſtitutionis verbis, neq; ex facto præcedentia aduerſus Patrem Innocentium Bonauenturæ debebitur.

Atque ita ex his, Ariſtarchi cenſuræ datis, reſpondendum cenſui.

CAROLVS MARANTA I.V.D. Aduocatus.

Patri Innocentio Palma data fuit, denegataque aduerſus eum, ex vtroque capite præcedentia Patri *Bonauenturæ*. Adnotare hæc ipſa volui, neque perire, vt tibi vſui quandoq. eſſent, Candidi animi Lector. Neque porrò extrà rem tuam erunt, ſi boni ea conſulueris.

65 Sut enim *omnia munda mundis*, vt Paulus nos docet Gentium Doctor. *ad Titum* 1. 15.

SVMMARIVM.

1 *Probationes vehiculum ſunt ad ſententiam proferendam.*

2 *Fides magiſtri nouitiorum ex libro Monaſterij extracta, profeſſionem probat.*

Quemadmodum fides Parochi ex libro matrimoniorum, probat matrimonium contractum, n. 3.

4 *Profeſſio ſpirituale matrimonium eſt, atque carnali æquiperatur.*

5 *Anni probationis interruptio extra monaſterium ſiue excuſſo habitu, ſiue illo retento, ſine tamen Superioris licentia profeſſionem inde ſequutam inualidam reddit.*

Et ſi per tres dies continuos fiat, etiam cum habitu.

Quia annus ex Sacro Trident. Concilio continuus eſſe debet, n. 6.

Atq; pro forma datus eſt, n. 7.

Multoque magis ſi ſine habitu, animo non reuertendi, n. 8.

9 *Animus, & verbis pateſcit, & factis.*

Multoque magis factis.

Atque per proteſtationes, ipſaſque repetitas, num. 37.

10 *Facta potentiora ſunt verbis.*

Ratio aſſertur, n. 11.

12 *Voluntas factis expreſſa potentior æſtimatur, quam, quæ verbis. Probatur ex Sacris litteris, n. 13. & 14.*

13 *Locus Apoſtoli ad Titum 1. 16. expenditur.*

14 *Locus Matth. 15. 7. & Marci 7. 6. & Iſaiæ 29. 13.*

15 *Operibus magis quam verbis animus propanditur.*

16 *Annus probationis continuatus eſſe debet, vt profeſſio ſit valida.*

Continuatus vero non dicitur, ſi habitus dimittatur, n. 17.

Præſertim ſi pluries, n. 35.

18 *Nouitius, vt ad profeſſionem admitti valeat, duo perquiruntur.*

Et vnum ſine altero non ſufficit, n. 20.

19 *Habitum geſtare debet anno continuo nouitius; & qui ſit eiuſdem Religionis, & n. 23. Et ſine interrupsione, n. 24.*

21 *Continuatio eaſdem requirit qualitates, quas res, ad quam ſit continuatio.*

22 *Religiones per habitum diſtinguuntur, vna ab alia.*

25 *Mortem nemo eſt qui non expaneſcat. quia non reuertuntur, qui ſemel abierunt, n. 26.*

27 *Voluntati liberæ nihil eſt magis cõtrarium, quàm coactio.*

28 *Voluntas aliqua ineſt in metu, ſed non libera.*

29 *Voluntas libera perquiritur in materia voti.*

30 *Voluntarium quodnam? & vnde?*

31 *Velle non dicitur, qui nolle non poteſt.*

32 *Metus perdurare dicitur, perſeuerante eadem cauſa metus.*

Metus, & ſi non plene probatus, coniunctus tamen cum dimiſſione habitus, probat, palamque facit, voluntatem hominis liberam non fuiſſe.

33 *Voluntas etiam ex actu imperfecto, & inualido elicitur.*

34 *Interruptiones repetitæ habitus dimiſſionis per nouitium apertius eius indicant voluntatem.*

36 *Exteriora, animi indicant ſecreta.*

38 *Commiſſiones cognoſcendi de nullitate profeſſionis Superiori monaſterij, & Ordinario loci dirigi debent.*

39 *Proteſtationes animum, intentionemque aperiunt.*

Atque iura præſeruant, n. 40.

41 *Proteſtationes ex cauſa metus, perdurant perdurante cauſa.*

42 *Annus omnino completus exquiritur in probatione ad profeſſionem emittendam. Et ratio aſſertur, n 44.*

Alioquin profeſſio nulla eſt, n. 43.

Et annus hic de momento currit ad momentum, num. 45.

46 *Tempora diſcontinuata anni probationis minime coniunguntur, nam annus pro forma datus fuit.*

47 *Profeſſio dicitur nulla ſi in receptione nouitij ſeruata minime fuit conſtitutio Sixti V. de informatione præcedente, & n. 59.*

Quæ fuit innouata per Clement. Papam Octauum, nu. 48.

Reijciturque ſententia Rodriquez, præſertim ex ſententia Rotæ, n. 50.

Quæ conſtitutio neque tacita, neque expreſſa profeſſione diuelli poterit.

49 *Nouercæ odium in priuignos exitiale.*

Vt neque morte extinguatur.

51 *Taciciturnitas, vera præſumere facit, quæ dicuntur, ſi is, qui poteſt opponere, non opponit.*

52 *Qui tacet conſentire videtur.*

53 *Cauſæ nullitatis profeſſionis coram Superiore Religioſi, & Ordinario loci deducere oportet dicentem de nullitate.*

Coniunctim autem coram vtroque hoc fieri debebit, n. 54.

Vt non ſufficiat ſi coram vno eorum deducatur.

55 *Sacrum Concilium Tridentinum cap. 19. ſeſſ. 25. de regularibus tria potiſſimum exquirit in dicere volente de nullitat profeſſionis.*

56 *Proteſtationes de nullitate profeſſionis ſat eſt, ſi fiant ante quinquennium, etiam extraiudicialiter.*

Saltim ad reſtitutionem in integrum obtinendam, n. 57.

Alioquin ſatis arctaretur libertas conuerſorum; n. 58.

Neque reſtitutio concederetur, n. 60.

59 *Probationis tempus anni, eſt indultum in fauorem, & conuerſorum, & monaſterij.*

61 *Reclamationem intra quinquennium ſat eſt fieri coram Superiore, vel coram Ordinario, ad impediendam præſumptionem ratificationis profeſſionis.*

Multo-

Multoque magis coram Papa, facta, nu.62.
Vel coram Principe, vel Epiſcopo, eiuſque Vicario, num.65.
Alioquin ſuccurſum non eſſet libertate priuatis.
63 *Papa ordinarius eſt ordinariorum.*
Totumque mundum pro diœceſi habet.
Et poteſt cognoſcere de omnibus cauſis in quacunque diœceſi ipſe reperiatur, eaſque delegare, n.64.
Eſtque Supremus Princeps, vice Deus in terris, num.66.
68 *Malitia hominis commodo ei cedere haud debet.*
69 *Stultus melioris conditionis haud eſſe debet, quam ſapiens.*
70 *Conditio eorum, qui deliquerunt, non debet eſſe melior.*
71 *Homo breui viuit tempore, multiſque repletur miſerijs, eique certa eſt mors, n.72.*
Quin quotidie moritur, & quod viuit à vita demitur, 73.
74 *Sepulcrum impiorum infernus.*
Vt neque charorũ lachrymis inde retraharis, num.75.

ARGVMENTVM.

De nullitate profeſſionis, tàm ex cauſa metus, quàm quod annus probationis diſcõtinuatus fuit, atque interruptus; & an integer eſſe debeat? multaque ad ornatum text. Sacri Triden. Concilij ſeſſ.25. cap.15. de regularibus. Et num reclamaſſe ſat fuerit, etiam extraiudicialiter intra quinquennium, ut cauſas poſt illum corã Superiore ſuo, & Ordinario poſt quinquennium deducere ualeat? ad ornatum text. eiuſdem Sacri Concilij, ead. ſeſſ.25. cap.19.

RESPONSIO LIII.

IVſtificatur, optimèque probatur ex actis nullitas profeſſionis anno 1615. per Fratem Benedictum Ordinis Prædicatorum emiſſæ. Nulla igitur declaranda erit ipſa profeſsio, vt inſtatur fieri.

1 Probationes quippè vehiculum ſunt ad ſententiam proferendam, vt *Bald.* loquitur *in cap. quia propter, nu.23. in fin. de elect.* ſequuta fuit Rota in *Segobien Præſtimonij* 1589. *coram Card. Mantica deciſ.68. nu.9.*

Euidentiſsimà verò demonſtratione nullitas profeſsionis deducitur. Nam, & ſi quidem ex fide à libro Monaſterij extracta appareat Fratrẽ Benedictum receptum fuiſſe ad habitum in Conuentu S. Dominici die 23. Martij 1614. atque profeſsionem emiſiſſe in eodem Conuentu die 24. Settembris
2 1615. vt ex fide Magiſtri nouitiorum ex libro profeſſorum extracta, quæ ſane probat;
3 quemadmodum fides à Parocho è libro extracta matrimoniorum, matrimonium contractum fuiſſe probat; alioquin inane, atque ſuperfluè Sacroſancta Tridentina Synodus matrimoniorum librum per Parochum fieri præcepiſſet, *ſeſſ.24. cap.1. §. ſed habeat Parochus de reformat. matrimon.* niſi illius fidei à libro extractæ ſtaretur, quod deducit non inutili perpenſione, *Monaldus cõſ. 116. num.1. vol.2. & conſ.154. num.11. eod vol. Rota part.2. diuerſ. deciſ.340. num.2. Viuius deciſ.489. num.9. lib.3. Sanchez de matrimon. lib.3. diſpu.15. num.22. Caluaccan. deciſ.12. num.23. part.2. & deciſ.10. num 431. part.3. Barboſ de offic. Epiſcopi part.2 allegat.32. num. 175. & 176. Guttierez de matrimon. cap.44. nu. 77. Rota part.2. tom.1. in recent. deciſ.341. nu.2. & apud Card. Caualer. deciſ.444. num.1. idem Barboſ. in collect. ad dictum decretum Sacri Con-*
4 *cil. num.196.* Ita plane, & profeſsionem, quæ ſpirituale matrimonium eſt, atque carnali æquatur, ad *text. in cap inter corporalia 2. de translat. Epiſ. gloſſ. & Doctor. in cap. Abbas, 2. in verbo coactus circa fin. de ijs, quæ vi, metuſque cauſa fiunt. Rebuff. conſ.69. num.10. in fin. Rota in Tullen nullitatis profeſſionis 7. Nouembris 1616. coram Buratto deciſ.779. ſub num.10. par. 1. in poſthumis Gerius Spinius conſ.1. num.11.* diximus *reſponſ. noſtra 38. n.34. & 35. p.2.*

Nihilominus tamen ex teſtibus nouem formiter examinatis conſtat prædictum Fratrem Benedictum, poſt ſenex menſes ab ingreſſu in nouitiatum, ſe iterum recepiſſe in domum Franciſci Patrui, ibique habitum Religionis abijeciſſe, vt in ſeculo maneret, neque ad Religionẽ reuerteretur amplius. Neque hoc ſemel egiſſe, verum pluries ante emiſſam per eum profeſsionem.

5 Quam ob cauſam: præterquàm quòd ipſamet interruptio anni extrà monaſteriũ; (quamuis retento regulari habitu,) ſi non

ex Iuſta cauſa,neque ſuperiotis ex licentia
fiat,(etiam ſi per tres dies continuos acci-
dat,)ipſum diſcontinuat annum,qui ex Sa-
6 cri Tridentini decreto Concilii *ſeſſ. 25.cap.*
15.de regular.) continuus eſſe debet in pro-
batione,retento habitu : ſequentibus enim
,, Sacrum Concilium loquitur: *Nec qui mino-*
,, *re tempore,quàm per annum poſt ſuſceptum ha-*
,, *bitum in probatione ſteterit,ad profeſſionem ad-*
,, *mittatur* . Vt inde ſequuta proteſſio nulla
omnino euadat:eiuſdem Sacri Concilii di-
,, ſpoſitione,ſequentibus diſponentis:*Profeſſio*
,, *autem antea facta ſit nulla, nullamque indueat*
,, *obligationem ad alicuius regulæ , vel religionis,*
,, *vel ordinis obſeruationem,aut ad alios quoſcunq.*
,, *effectus* . Et antea diſpoſuerat Innocentius
,, Quartus in *cap.1.de regularibus in* 6. ibi:*Ni-*
,, *ſi eo completo*(anno ſcilicet)*profeſſionem faciat*
,, *in ſequenti*.& ibi.*In monaſterio permanſerit*.&
,, Alexander Quartus, *in cap. 2. eodem tit. &*
,, *lib.*ibi:*ne ante annum probationis elapſum.Na-*
uar.conſ.32.N.fuit electus num.3. circa fin. lib.
3.de regular.& conſ.17.nu.2.eod tit.Sanchez in
opere morali tom.2.lib.5.cap.4.num. 31. & 32.
Gratianus forenſ.diſceptat.tom.1.cap.166.num.
14 15.& 16.& decіſ.35.in addit. num. 2. Illu-
ſtriſſimus Epiſcopus Campanil.in diuerſor. rub.
12.cap.3.nu.2.& 3. Dictumque fuit in *Gra-*
naten.profeſſionis 9. Februarii 1609.coram Lug-
dunen deciſ.175.num.2.tom.1.par.1.in recentio-
rib. quæ ſanè deciſio ita ad amuſſim huic
facto noſtro ſedet,vt pœne nomina deſide-
rari dumtaxat videantur.*Barboſ.* quoque
in cap.ad apoſtolicam 16.num.5.& 6.de regula-
rib.& de offic.& poteſtat. epiſ. par. 3. allegat.
101.num.24.Pater Bartholom. à Sancto Fauſto
in Theſauro religioſ.lib.5.q.163.& 164. Atq;
à Sacra Congregatione Eminentiſſimorũ
S. R. E. Cardinalium Sacri Concilij Inter-
pretum declaratum fuiſſe refertur in eadẽ
dem *Granaten.profeſſionis num.2.*& à *Gratia-*
7 *no d.cap.166.num.16.* ea ratione , quod anni
integritas pro forma à Sacro Sancta Tridẽ-
tina Synodo exquiritur ; vt citrà actus nul-
litatem prætermitti minime poſſit.*Barboſ.*
in collectan. ad dictum decretum S. Concil. cap.
15.num.18.& num. 30. & ſeq. Cardinalis Bel-
larmin.in eund.locum in obſeruation. doctrinæ
lib verbo per annum,& in additionib.nu.2.

8 Id nihilominus moltò magis operabitur
habitus ipſius dimiſſio , non redeundi ani-
mo amplius in Monaſterium,ſed in ſeculo
manendi facta ; accedente præcipuè perſe-
uerantia in conſanguineorum domo habi-
tu excuſſo,atq.per Vrbem in laycali habitu
diſcurſu. Ex quibus luce clariſſima animi
deducitur manifeſtatio ; noluiſſe ſe mona-
chum amplius agere . Et quidem , ſi verbis
9 pateſcit occluſus in penetralibus animus ;
10 factis apertiùs reſultat , propanditurq. Po-
11 tentiora quippe verbis ſunt facta. Quan-
doquidem ſæpè, qui loquitur, aliud quidẽ
verbis oſtendit,aliud verò animo , cordeq.
machinatur;qui verò operatur, quid etiam
animo ipſo retineat, operibus comprobat.
ad *tex.in cap.dilecti filij 52.vbi Gloſſ.verbo fa-*
cto.de appellat.tex.in cap.cum inter 13.§.fin.in
fin. de ſent.& re iudic. ex verbis Innocentij
,, III. ibid. dicentis:veritate geſtorum ſermo-
nibus præualente.& *l.1.ac tot.tit. C. plus va-*
lere quod agitur.Ancharan.conſ.302.nu.3. Cro-
tus in l.non ſolum §.morte num.100.in fin.ff de
oper.noui nunciation. ſequuta fuit Rota apud
S. memor. *Gregor. XV. deciſ. 247. num.18.&*
apud Card.Caualer.deciſ.100.nu. 7. & in Pam-
pilonen de Ianzi 14. Decembris 1598. coram
Litta apud Tiberium Saluſtium in praxi A. C.
12 *lib.3.fol.mihi 342.* Potentior itaque volun-
tas æſtimatur,quæ factis propãditur, quàm
quæ verbis.*argumento can.cum omnis 20.1. q.*
q.1. l. ſi tamen 48. §. ei qui ſeruum ff.de ædilit.
,, *edicto.* ex verbis Pōponij: *Multo.n amplius*(di
centis)*eſt id facere , quàm pronunciare.Gra-*
tianus diſceptat.forenſ.part.1.cap.181. num.10.
& par.3. cap. 594. num. 19. & 20.Rota apud
Card.Caualer.d.deciſ.100. nu.7. & apud Card.
Manticam deciſ.146.num.4. iuxta illud etiam
13 Apoſtoli ad *Titum 1. 16.Confitentur ſe noſſe*
,, *Deum,*(dicentis)*factis autem negant* . Quia
,, iam impiè viuunt,ac ſi Deus nõ eſſet. (*Dio-*
,, *niſ.Carthuſ.ibidem* commẽtum agit.) Operi-
,, bus ergo loquuntur,Deum non eſſe, dùm
,, eum non ſicut Deum honorant , nec eius
,, iuſtitiam penſant.Vnde Ioannes(*epiſt.1.2.*)
,, Qui ſe dicit(inquit)noſſe Deum,& manda-
,, ta eius non cuſtodit , mendax eſt . ita Dio-
,, nyſ.& facit ad rem illud *Iſaiæ 29.13.* dicen-
,, te Domino : *Eo quòd appropinquat populus*
,, *iſte ore ſuo,& labijs ſuis glorificat me ;cor autẽ*
,, *eius longe eſt à me* , quem locum vſurpauit
Dominus , ac Magiſter noſter Ieſus Chri-
14 ſtus Saluator *Matth.15.7.& 8.* Scribas , &
,, Phariſeos corripiens: *Hyppocratæ* (dicens)
,, *benè prophetauit de vobis Iſaias dicens:Populus*
,, *hic labiis me honorat,cor autem eorum longe eſt*
,, *à me.*& *Marci 7. 6.* Longe eſt à mè,non lo-
,, cali diſtantia , cum ego vbique ſim, & om-
nia penetrem;ſed diſſimilitudine;quia pec-
cata eorum diuidunt inter me,& vos:Idem
15 *Dionyſ.Carthuſ.ibid.*inquit.Ex operibus igi-
tur magis,quam ex verbis internis in pene-
tralibus exiſtens animus , manifeſtatur.*can.*
cauete 20.22.q.5.l.Paulus reſpondit.5.ff.rem ra
tam haberi Card.Mantica d deciſ.146.nu.4.

16 Per ſacri verò Tridentini Concilij de-
cretum continuatus perquiritur annus;
,, (*Nec qui minori tempore , quam per annum*
,, *poſt ſuſceptum habitum in probatione ſtete-*
,, *rit* ;) illud loquitur . At continuatus an-
17 nus non dicitur,ſi qui in probatione ſtare
debebat,habitum excuſſerit,animo præſer-
tim ad religionem non reuertẽdi . Quia ni-
18 mirum ex Sacro Tridentino , duo copula-
tim requiruntur , vt ad profeſſionem emit-
ten-

tendam nouitius admitti validè valeat: &
quòd per annum in probatione ſteterit, &
quòd id poſt ſuſceptum habitum fiat; habi-
19 tum ipſum ſemper deferendo; neq; quem-
cunque, ſed illius religionis, quam profite-
ri intendit. *argumento tex. in clem. 1. de elect.*
Viuiu decif. 345. num. 7. lib. 2. Sanchez d. cap. 4.
num. 29. à Sancto Fauſto d. lib. 5. q. 177. Barboſa
d. cap. ad apoſtolicam num. 7. de regular. & de
poteſtat. epiſ. d. allegat. 101. *num.* 29. 30. 31. &
32. *& in Collectan. ad dictum cap. 15. Sacri Trid.*
20 *Concil. num. 30. & 32.* Vnum igitur ſine al-
tero haud ſufficit, vt menti ſatisfiat Sacri
21 Concilij: Quia profecto Continuatio eaſdē
expoſcit qualitates, quas res ipſa, ad quam
fit continuatio, perquirit. *Tiraquell. tract. le*
mort. ſaiſit, le viſ. part. 5 num. 7. ſequitur *San-*
chez d. cap. 4. num. 32. in fin & num. 33.
22 At religiones per habitus geſtationem
diſtinguuntur, vna ab alia. ad *tex. d. cap. 1. §.*
fin. de regular. in 6. & clement eos qui 2. eod tit.
Nauar. conſ. 76. volens Pontifex num. 2. lib. 3 de
regularib.
23 In religione ergo, ad quam ingreſſus eſt
profitendam, per habitus geſtationem an-
nus continuus eſſe debebit per eum, qui in
illa profiteri intendit, vt validè profiteatur,
vt, ante dicti Tridentini Concilij decretum,
diſpoſuerat quoq. Clemens V. in Concilio
Viennenſi, *d. Clem. eos qui 2. de regularibus:*
„ *Eos qui* (dicens) *deinceps in diſcretionis conſti-*
„ *tuti ætate nouitiorum habitum in aliqua religio-*
„ *ne per annum portauerint, hoc ipſo religionem*
illam decernimus eſſe profeſſos per annum (*in-*
tegrum) explicat *Gloſſ. ibid.* per diſpoſita per
Innocentium Quartum *d cap. 1. §. qui verò*
„ *de regular. in 6.* dicentē: *Qui verò poſt quar-*
„ *tum decimum annum habitum religionis aſſum-*
„ *pſerit. ſi per annum illum geſtauerit, ex tunc re-*
„ *ligionem aſſumptam præſumitur veraciter eſſe*
profeſſus. Quo loco *Gloſſella marginalis*: ſe-
quentibus loquitur: ſi per annum: *Continuū*
„ *ſcilicet per notata in rubr ff. de diuerſis, & tem-*
„ *poralib. præſcript. item præpoſitio* (per) *notat cō-*
tinuationem l. Vrbana §. pernoctare ff. de verbo-
24 *rum ſignific.* ita Gloſſella. Continua itaque,
non ſanè interrupta, debet eſſe habitus ge-
ſtatio per annum in probatione per illum,
qui profiteri validè in religione intendit,
alioquin quicquid agit, inutiliter agit. Ita
nempè Sacrum Concilium *d. cap. 15.* ſequi-
„ tur; dicens: *Profeſſio autem antea facta, ſit nulla,*
„ *nullamque inducat obligationem ad alicuius Re-*
„ *gulæ, vel religionis, vel ordinis obſeruationem,*
„ *aut ad alios quoſcunque effectus.* & ſequitur
Nauar. conſ. 9. in Curia eſt officium; num. 2. &
d. conſ 32. num. 3. de regul. pluresque alios re-
fert *Barboſ. ad d. cap. 15. num. 30. & 32. Ioan.*
Bapsiſta Lezana in ſum. quæſt. regular. part. 1.
cap. 2. nu. 9. 10. & 11.

Neq. moueare obiectu, quòd Frater hic
Benedictus, etiam poſt primam habitus di-
miſſionem, ad Monaſterium nihilominus,
reaſſumpto habitu, reuerſus fuerit, vt con-
tinuatio proinde temporum dari debeat
ad profeſſionem poſtea emiſſam conuali-
dādam. Fuit quippè regreſſus ipſe à princi-
pio inuoluntario per vim, & metū à fratri-
bus eidem, vt reuerteretur, incuſſum. Neq.
vtcunq; ſed per comminatam mortem;
25 quòd eum necarent, ni reuerteretur. Quis
autē tā forti animo eſt, atque conſtanti, qui
mortem non expaueſcat, æquamque ſer-
uet in re tam ardua mentem? vt enim ceci-
nit. Venuſinus ille.
„ *Cum ſemel occideris, & de te ſplendida Mi-*
„ *nos fecerit arbitria,*
„ *Non (Torquate,) genus, non te facundia, non*
„ *te reſtituet pietas.*
„ *Infernis neq. enim tenebris Diana pudicum*
„ *liberat Hyppolitum.*
„ *Nec lethæa valet Theſeus abrumpere charo*
„ *vincula Pirithoo.*
26 Non enim reuertuntur iterum, qui ſe-
mel abierunt, & quos
Dura rapit in clementia mortis.
Virgilius vt cecinit, Mortem igitur com
minatam vt effugeret, rurſus fuit Frater
Benedictus, non ergo voluntariè, vt Mona-
chum ageret, ſed vt mortem effugeret.
27 Voluntati verò liberæ nihil eſt magis cō-
trarium, quam coactio. Alexander Tertius
in cap. cum locum 14. deſponſalib. Vlpianus *in*
„ *l. 1. ff. de eo, quod metus cauſa. Vis enim* (dicens)
„ *fiebat mentio, propter neceſſitatem impoſitam,*
„ *contrariam voluntati.* vbi *Gloſſ. verbo voluntati:*
„ (*ſcilicet ſpontaneæ*) interpretatur: rationem-
que dicti addit:
28 „ *Nam quædam voluntas ineſt in metu.*
Sed non libera, quæ hoc in actu perqui-
29 ritur, cùm materia ſit voti, in quo libera, ac
deliberata exquiritur voluntas, ad *text. in*
cap. litteraturam 3. de voto, vbi Gloſſ verbo pro-
ponens. can. qui bona 4. 17. q. 1. vbi *Gloſſ. verbo*
deliberāt. (liberè (ſcilicet) proponēdo.) exponit.
& §. 1. ibid. cap. 1. de regularibus. vbi *Gloſſ ver-*
bo ſpontanea, rationem reddēs. *quia ſi coactus*
non valeret. dicens. Voluntarium enim dici-
30 tur, quod ſpontaneum, & liberum eſt; &
quod procedit à principio intrinſeco co-
gnoſcente ſingula, in quibus eſt actio; &
poteſt homo facere, & non facere *ſecundum*
Ariſtot. 2. ethicorum 1. S. Thom. 1. 2 quæſt. 6. art.
1. 2. 3. 4. & 8. Viguerius Inſtitut. Theologicarum
de voluntate humana cap. 3. §. 4. & verſ. 1. Card.
Tolet. in Inſtitut ſacerdot. lib. 5. cap. 73. num. 1.
in tertia part. Nauar. de orat. & horis canon. mi-
ſcellaneo 31. num 45. & conſ. 1. num. 25. lib. 1. de
conſtitut. Ioan. Baptiſta Corrad. reſponſ. caſ. con-
ſcient. part. 1. quæſt. 147. Syluestr. verbo volun-
tarium.
31 Neq; porrò velle dicitur, qui nolle nō po-
teſt, *l. eius eſt nolle 3. & l. ſeq ff. de regul. iur. Sur-*
dus conſ. 23. ſub num. 11. lib. 1. Ripa in cap. cum
M. Fer-

M.Ferrarien num.180.& ibidem Det.ſub num.
34.de conſtitutionibus Rota in Caſar Auguſtana
penſionis 13.Nouembris 1591. coram Cardinal.
Pamphilio apud Marcheſan. part.1. fol.569.ſub
num.5.verſ.non obſtat. Et ſi fuerit regreſſum
proceſſiſſe ab ipſa metus cauſa, illamque
perdaraſſe illo eodem tempore. Bald.in l.1.
num.8. C. de condit.ob cauſam. Rota in Nicen
pretenſi matrimonij 13. Martii 1587.apud Card.
Manticam deciſ. 24. num 9. quæ eſt etiam in
impreſſis per Farinac.poſt primum volu. conſ.
deciſ.58. num.7. & in d. Granaten. profeſſionis
part.1.in recent.deciſ.175.& in Toletana matri-
monij,1589.coram Card. Seraphino deciſ.1166.
& 1177.& in d. Toletana profeſſionis coram
Vbaldo part.2.tom.2.in recent.deciſ 705.num.4.
in fin. Neuizanus conſ.46. num.4. & num. 10.
Rota in Leodien Caſtrorum 4 Iulij 1629. coram
Motmanno deciſ.315.num.9. part.5. diuerſorum
nouiſſimarum.

Tamen,& ſi autem, quæ de metu incuſ-
ſo aſſeruntur,non ita euidenter probantur,
vt opus eſſet; coniuncta tamen cum dimiſ-
ſione habitus,atque illa repetita, ac conſe-
quenter interruptione anni, non minimi
operantur ad voluntatem oſtendendendam
dicti Fratris,quæ etiam ex actu aliàs imper-
33 fecto,& inualido elicitur,ad text.in l fin ff de
rebus eorum,qui ſub tutela. & l filij 16. & l. fin.
C.familia herciſ.und. Abb in c.1.in 3.notab.in fi.
de ſucceſſionib ab inteſtato, Rota apud S.memor.
Gregor.XV.deciſ.247.nu.9.& 10. & deciſ 476.
num.3.& apud Cardin.Caualer deciſ.326.nu.3.
& deciſ.452 num 3. & apud Creſcent. deciſ.18.
num.7.de reſcript.) Non vtique liberam illã
fuiſſe: quod perpenſum quoque fuit in d.
Granaten profeſſionis deciſ.175.num.5.tom.1.in
recent.Et fuerat plenè etiam antea dictum
in Valentina nullitatis ſuſceptionis odinum 22.
Martij 1574.coram Caſare de Graſſis deciſ. 20.
aliàs ..de his,quæ vi,metuſque cauſa fiunt. Et di
ctum quoque fuit in Hiſpalen matrimonii 15.
Decembris 1608.coram S.memor. Gregor.XV.
deciſ.392.

34 Præter quàm quòd interruptiones ipſæ
anni continui repetitæ fuere;& dimiſſo,ex-
cuſſoque habitu regulari;& cum illo ad do-
mum ſanguine coniunctorum ſine vlla ſu-
periorum licentia, animo ſemper repetito
non perſeuerandi in religione, ſed ad ſecu-
35 lum reuertendi; vt nullo pacto dici valeat
annum in probatione continuum fuiſſe,
argumento text.per Caium Iureconſultum
in l naturalem,5.§ in ijs autem animalibus,ff.de
acquirendo rerum dominio,& in §.pauonum in-
ſtitut.de rerum diuiſ. Quo probatur reuerten-
di animum,vel non redeundi, excipi ex ip-
ſo reuerſionis actu;vt ſi redierint animalia,
reuertendi animum habuiſſe dignoſcãtur,
ſin minus redierint,non æquè. Rediuit pro
inde repetitis vicibus hic frater ad ſeculũ;
& excuſſo habitu regulari; & cum illo ſine

Superiorum licentia. Indicio igitur ſatis a-
perto demonaſtrauit,noluiſſe ſe in Religio-
ne permanere, ſed in ſeculo perſiſtere, ad
quod reuertebatur. Ratione ſatis euidenti,
quam Gloſ.d.§ verbo deſierint,refert,dicens.
36 Exteriora indicant animi ſecreta interiora. Re-
fertque carmen.

„ Intima per mores cognoſcimus exteriores.

Gloſſ.in l.is, qui 12.§. Diuus in Gloſ fin. in fin.
ff de tutor.& curat.datis ab his. Rota part.2. di-
uerſ.deciſ 107.nu.32.

37 Neque in euidenti indicio hoc palam
pluries fecit per repetitas ſæpius proteſta-
tiones, tàm ante emiſſam profeſsionem,
quàm poſt illam: etiã per recurſum ad Sã-
ctiſsimum Dominum N.anno 1619.intra
quinquennium.dicendo de nullitate emiſ-
ſæ profeſsionis;à quo etiam Breue obtinuit
ſub annullo Piſcatoris directum Ordinario
33 Neapolitanen,& Superiori Religionis,iux-
ta diſpoſita per Sacrum Tridentinum Cõ-
cilium d.ſeſſ.25.de regularib.cap.19.quin pro-
teſtationes ipſas repetijt manu publici No-
tarij aduerſus impedimenta ſibi præſtita ad
proſequendam dictam profeſsionis nullita-
tem,& anno 1620.& anno 1627.

39 Quæ ſanè proteſtationes, præter quàm
quòd animum, intentionemque aperiunt
proteſtantis dicti Fratris Benedicti, conſen-
ſum nunquam liberum præſtitiſſe emiſsio-
ni dictæ profeſsionis.ad text in d cap.cum M.
Ferrarienſis 9.§.verum vbi Gloſſ.verbo ſine præ-
iudicio.de conſtitut.l.non ſolum 8. §. morte, ff.de
operis noui nunciae cap.perlatum primo cum ibi
notat.de iis quæ vi,metuque cauſa fiunt.can.Lo-
tharius 4 §.præterea,vbi glo.verbo innotuit.31.
quæſt.2. optimè Nauarr. ad rem hanc conſ 34.
N.ante decimum ſextum annum num.5 lib.3 de
regularibus Triuiſan.deciſ 63. num.8.lib.primo
Rota in Forolimien cenſus 13.Nouembris 1589.
coram Orano deciſ.43.num.2.poſt ſecundum vol.
Conſil.Farinac. meus Maranta conſ.65. num.4.
& 16.& 17. Viuius deciſ.251. num.6 & ſeq.
lib.2.

40 Semper nihilominus intacta illi iura ſua
reſeruauerunt,vt dicere de nullitate profeſ
ſionis poſſet, l ſi debitor.4. §.1. ff quibus modis
pignus,vel hypoteca ſoluatur Rota in Salamanti-
na Vicariæ 15. Martii 1596. coram Blanchetto
apud Garſiam de benefic.p.1.cap.2. num.94. &
apud Cardin. Caualer. deciſ.329. num.3. & 4
Maranta d.conſ 65.num.11.Rota apud Coccinũ
Decanum deciſ.286.num.7. apud Card. Manti-
cam deciſ.270.nu.15.& apud Achillem de Graſ-
ſis deciſ.423.alias 11.de penſionibus n.3.

41 Ad rem noſtram dicentẽ: proteſtationẽ
ex cauſã metus factam, perdurare ſemper
eadem metus cauſa perdurante,ad tex.in d.
l.1.ff.de eo,quod metus cauſa Rota in eadem Leo-
dien Caſtrorum coram Motmanno d. deciſ.315,
num.9 & 12.

Addebatque nõ minorem his omnibus
lapi-

lapidem, & alia nullitas, quòd profeſſio-
nem emiſerat Frater Benedictus non ex-
pleto integro probationis anno poſt re-
greſſum ad religionem. Cùm enim ipſe
habitum ſuſcepiſſet 23. Martii anni 1614.
profeſſionem verò emiſiſſet 24. Settem-
bris ſequentis anni 1615. atque Vincentius
Pater Fratris Benedicti 29. Settembris anni
1614. diem clauſiſſet extremum, ceſſaſſet-
que propterea timor ab eodem eidem fra-
tri incuſſus, vt monachus fieret; ipſeque
Frater Benedictus menſe integro in domo
Franciſci patrui, animo etiam ad religionē
non reuertendi, permanſiſſet; timore ta-
men fratrum, vt dictum fuit, 24. Settem-
bris ſequentis auni 1615. profeſſionē emi-
42 ſit, per quinque dies antè expletum inte-
grum probationis annum, qui omninò
completus exquiritur ad validè profeſſio-
nem emittendam, ex eodem Sacri Triden-
tini Concilij decreto: ex verbis ſuprà alla-
tis *d. cap. 15. Nec qui minore tempore, quàm
per annum, poſt ſuſceptum habitum in probatio-
ne ſteterit, ad profeſſionem admittatur. Profeſ-*
43 *ſio autem antea facta ſit nulla, nullamque indu-
cat obligationem ad alicuius regula, vel Reli-
gionis, vel Ordinis obſeruationem, vel ad alios
quoſcunque effectus.* Sic ſacrum Concilium,
in quo corrigit, quòd diſpoſitum fuerat
per Innocentium III. *d. cap. ad apoſtolicam
16. de regularib. extra.* ex ipſamet ratione,
quam ille affert; *vt ille* (conuerſus ſcilicèt,
dicēs) *aſperitates iſtius, & iſtud,* (monaſteriū
ſcilicèt) *mores illius valeat experiri. & in fin.
Cùm in ſubſidium fragilitatis humanæ, ſpatium
probationis ſit regulariter inſtitutum.* Integer
itaque haud dicitur annus, ad cuius inte-
gritatem dierum aliquis numerus deficit.
45 De momento quippe ad momentū cō-
putandus erit, vt integer dicatur; vt hora
videlicèt diei, quo habitum ſuſcepit, cor-
reſpondeat horæ quoque diei, quo profeſ-
ſionē emittit ante intergro euoluto anno.
*Sanchez de matrim. lib. 1 diſput. 16. num. 2. & in
opere morali tom. 2. lib. 5. d. cap. 4. num. 9. Pater
Laurent. Portell. ad dubia regularia verbo No-
uitij annus n. 49. Frater Hieronim. Rodriq. re-
ſolut. 101. n. 38. Campanil. d. rubr. 12. cap. 13. n. 4
Gratianus Forenſ. diſceptat. p. 3. cap. 413. in 2.
dub. d. n. 16. cum. ſeq. ac num. 32. Barboſ. d. alle-
gat. 101 n. 22. & ſeq ac num. 32. & in collect. ad
d. cap. 15. Concilii num. 24.* alios plures refe-
rens. *Cardinalis Bellarmin. ibid. in obſeruatio-
nibus doctrinalib. verbo per annum. Scipio de
Rubeis in aphoriſmis Epiſcoporum verbo pro-
feſſio n. 1. Lezana d. cap. 2 num. 10. & 11. Me-
rolla tom. 2 diſput. 4 cap. 6. dub. 35. in 3. corolla-
rio num. 655. & 666.* Verùm ſi rem penitius
perſpexerimus ſecundum dicta teſtium
examinatorum, etiam per menſem antè
completum annum poſt primam habitus
dimiſſionem, illiuſque (metu) reaſſum-
ptionem, profeſſionem emiſiſſe inueneri-
mus, vt multò magis annum diminutum
probationis à Sacro Tridentino Concilto
exquiſitum diſpexerimus; quamuis ab in-
greſſu ad habitum, annum elapſum com-
46 putauerimus. Neq. enim diſcontinuata
ſemel tempora anni integri per habitus di-
miſſionem iure amplius coniunxerimus;
cùm pro forma ad profeſſionis validitatē
annum integrum in probatione Sacrum
exquirat Concilium, vt poſt *Nauar. Azor.
Gallettum Sanchez d. cad. 4. n. 32.* alioſque ſu-
prà relatos ſequitur. *Barboſa d. allegat. 101.
n. 24. & ſeq. & in collect. ad d. c. 15. n. 14. & 18.*
47 His pariter ſuccedebat non inferior, &
alia nullitatis ratio; quod ſeruata haud mi-
nimè fuerat Sixti Papæ V. conſtitutio, de
certa, ac diligenti informatione capienda
ſuper qualitate nouitij ad religionem pro-
perantis, de parentibus, patria, vita, & mori-
bus; ne facinoribus addicti ad religionis
habitum ſuſcipiātur; decernendo ſi aliter
fiat, nullam, & inualidam, tàm habitus ſu-
ſceptionem, quàm indè ſequutam profeſ-
ſionem. Ita enim ille conſtitutione ſua da-
ta Romæ ſextò Kalendas Decembris anno
1578. quæ incipit: Cùm de omnibus Ec-
cleſiaſticis ordinibus. eamque refert. *Qua-
ranta in ſumma Bullar. verbo monaſteria, &
conuentus. fol. mihi 307. §. ne igitur contingat.
Quod ſi eorum quiſpiam* (inquiens) *habitum
poſt publicationem præſentis conſtitutionis in fu-
turum receperit, vel profeſſionem poſt hac emi-
ſerit; decernimus habitus ſuſceptionem, & profeſ-
ſionem, ex nunc, prout ex tunc irritam, nullam &
inualidam, nulliuſque roboris, vel momenti fore;
& nullam exinde, aut huiuſmodi voto penitus an-
nullato, obligationis vinculum oriri poſſe.* Sic il-
48 le Summus Pontifex. quæ ſane conſtitu-
tio fuit etiam innouata per Sanctiſſimum
Clementem Papam VIII. anno 1602. San-
ctitatis ſuæ anno 11. apud eundem *Qua-
rant. eod. verbo. fol. 320.* & in inſtitutionibus
ſuper receptione, & aducatione nouitiorū.
§. Primum quod attinet. fol. 321. apud eundem.
Quicquid dixerit *Rodriquez d. reſol. 11. nu. 7.*
quem refert *Barboſa ad cap. 19. Sacri Concil.
d. ſeſſ. 25. n. 22. in fin.* vt inferius num. ſequēti
dicemus. Tunc verò temporis, quando ha-
bitum religionis induit Frater hic Benedi-
ctus, facinori aſtrictus erat, atque apud ſe-
cularē curiam inquiſitione notatus, quòd
nouercam grauibus pugione vulneribus
affeciſſet; vndè hinc maximè, vt quietam
cum vxore, in priuignum odio capitali ex-
candeſcente, vitam ageret Vincentius, in
filium ira incenſus, minis, terroribuſque
religionem ingredi adegerat, quod depo-
49 nunt examinati teſtes. Exitiale eſt enim
nouercale odium in priuignos, vt neque
ipſa morte extinguatur. Audi Callimachi
Græci elegans epigramma.

„ *Exiguo lapidi puer addit ſerta nouercæ,*
„ *Mutaſſe vt vitam, ſic ratus ingenium.*
„ *At puerū extinguit tumulo hac illapſa. Nouercę*
„ *Priuigni exanimem, vel tumulum effugite.*

Et dixit Euripides in Alceſtide.

„ *Hoſtis nouerca eſt ante natis liberis,*
„ *Nihiloque mitior nocente vipera.*

Quo fit, vt *Ouid. metamorphoſ. 1. fab. 2.* canat, terribiles eas nuncupando.

„ *Lurida terribiles miſcent aconita nouercæ.*

Et meminit *text. in l. 4. ff. de inoffic. teſtament.* quo loco Maximus Iureconſultus *ad legem falcidiam*, damnat patētes, qui nouercalibus delinimentis, inſtigationibuſue corrupti aduerſus filios teſtamento iniuriam inducunt. Ita illæ ſemper nocere ſtudent. Vnde iurè malas illas appellauit nouercas Virgil. 3. Georgic.

Hyppomanes, quod ſepè malæ legere nouercæ.

50 Duplex hinc propterea exoritur nullitatis vitium, & vis, atque metus; atque quod Sixti Papæ Quinti conſtitutio ſeruata minime fuerit. Quod ſane ad amuſsim ad hanc rem noſtram perperpenſum fuit in dicta *Granaten profeſſionis coram Lugdonen d. deciſ. 175. num. 3. & 5.* Vt nomina ipſa dumtaxat deeſſe videantur. *Frater Ludouicus à Beia reſponſ. caſuum conſcientiæ part. 4. caſu 18. & caſu 7. circa fin. ead. part. verſ tertius quia. Barboſ. de offic. Epiſc. part. 3. allegat 104. num. 2. & in collectan. ad dictum cap. 19. Concil. num. 22. Lezana d. part. 1. cap. 24. num. 12. & ſeq. Pater Ioannes Valerus de different. inter vtrumque forum verbo Regularis differen. 1.* Adeo quidem vt neque tacita profeſsione monachi, neque etiam expreſſa, tradita forma in d. Sixti V. conſtitutione diuelli poſsit vllo tempore, vt aduertit *Riccius in praxi part. 1. reſolut. 550. num. 6. in fin.* quem ſequitur *Barboſa d. allega. 101. num. 41. & 44.* Quoniam illa, & habitus ſuſceptionem, atque ſequutam profeſsionē nullam, inualidamque eſſe vult. & declarat. *Pater Valen. d. verbo regularis different. prima in fin.*

Vireſque non modicas reſumebant perpenſiones hæ, quòd nihil omnino per religionem, eiuſque procuratores ſuper his om
51 nibus obiiciebatur ex aduerſo; vt non leuis hinc præſumptio inſurgeret, vera omnino eſſe, quæ per hunc Fratrem, ad nullitatem profeſsionis dicentem, proponebantur, atq; per teſtes (ipſoſque iuratos) probabantur. Quam porrò perpenſionem non minimi fecerunt Patres in ſæpè dicta *Granaten profeſſionis, num. 2.* quod ea, quæ per Didacum in illa deducebantur, per Prælatos ordinis non negabantur. Vt ſilentium, & taciturnitas Religionis in hac re, veritatem præſumere faciant eorum, quæ à præfato Fratre Benedicto proponuntur, vt perpenſum etiā fuit per Rotam *apud Card. Caualer. deciſ. 552.*
52 *num. 3.* ad regulam *qui tacet conſentire videtur 43. de regul. iur. in 6.*

Verùm nō minimam difficultatem mouebant huic fratri non nulli ex iudicibus delegatis: an verè intrà quinquennium ad nullitatem proclamarit dictus Frater Benedictus, vt vi Breuis, abſque in integrum reſtitutione, ad nullitatum declarationem procede valuiſſent. Quòd poſt breue prædictum ad vlteriora minimè proceſſerat; requiri vero ex decreto Sacri Concilij *d. cap. quicunque 19 ſeſſ. 25. de regularibus*, cauſas nul
53 litatis, coram Superiore ſuo, & Ordinario deduci: ſequentibus nempe Sacrum Concilium: *Quicunque regularis* (dicens) *prætendat,*
„ *ſe per vim, & metum ingreſſum eſſe Religionem;*
„ *aut etiam dicat, antè ætatem debitam profeſſum*
„ *fuiſſe, aut quid ſimile, velitque habitum dimittere*
„ *quacunque cauſa, aut etiam cum habitu diſcedere*
„ *ſine licentia Superiorum: non audiatur,*
„ *niſi intra quinquennium tantum à die profeſſionis;*
„ *& tunc non aliter, niſi cauſas, quas prætenderit,*
„ *deduxerit coram Superiore ſuo, & Ordinario.*

Ita Sacrum Concilium. Cauſas vero intrà quinquennium non deduxerat coram Superiore ſuo, & Ordinario dictus Frater. Nō itaque audiendus amplius fuerat.

54 Neque porrò ſat menti Sacri Concilij factum fuerit, ſi coram vno eorum tātummodo cauſas deduxerit, qui de nullitate dicit; ſed coram vtroque eorum coniunctim illas deducere oportebit: ibi: *coram Superiore ſuo & Ordinario. Frater Ludouicus à Beia d. part. 4. reſponſ. 18. in 2. dubio. Riccius in praxi part. 2. reſolut. 20.* Vbi præſertim *num. 4.* ita Sacram declaraſſe Congregationem Concilij Interpretum refert, & *in collectan. deciſionum part. 7. collectan. 2637. Nouarius in concluſionibus iur. canonici concluſ. 116. num. 1. Barboſ. allegat. 104. num. 12. & in collectan. ad dictū cap. 19. Concilii nu. 23. & 25. de Rubeis in aphoriſ. d. verbo profeſſio num. 4.* Riccium referens, *d. reſolut. 20.*

55 Si rectè tamen perpenderimus, quæ Sacrum Concilium *d. cap. 19.* diſponit, tria illa eſſe perſpeximus. Primum vt intra quinquennium tantum à die emiſſæ profeſsionis proclamet. Secundum vt, quas prætendit cauſas, coram Superiore ſuo, & Ordinario deduxerit. Tertium tandem ne ſponte ante habitum dimiſerit. *Nauar.* optimè *comment. 4. de regularibus num. 77. Ioannes Azor. inſtitut. moralium part. 1. lib. 12. cap. 4. quæſt. vlt. Thomas Sanchez de matrim. tom. 2. lib. 7. diſput. 37. num. 1 Frater Laurent. Portel. verbo profeſſionis nulla proclamatio à num. 45. cum ſeq. Frater Hieronym. Rodriquez d. reſolut. 101. num. 68. Frater Eman. Rodriq. in ſum. quæſt. regular. tom. 3. quæſt. 17. art. 17. Gratian. Forenſ. part. 3. cap. 413. num. 1. & ſeq. Campanil. d. rub. 12. cap. 11. num. 18. Riccius part. 4. deciſ. 48. num. 4. & 5.* quem ſequitur eius diſcipulus *Nouar. d. concluſ. 116. num. 1. in fin.*

56 Sat

56 Sat igitur erit regulari, vt profeſſionis eui
tetur approbatio per lapſum quinquennij,
(ſaltim in foro exteriori,) ſi intra quinquen
nium ipſum proteſtationes de nullitate
profeſſionis regularis, ſemel, vel pluries, iu-
dicialiter, ſiue extra iudicialiter emiſerit,
quod adnotat *Rodriq. d. quæſt. 17 art. 15. verſ.*
nec obſtat quod per duos, dictumque fuit in
*Toletana profeſſionis 25. Maii 1615. coram Vbal
do part. 2. tom. 2. in recentioribus deciſ. 705. nu. 3.*
& 5. ſequiturque, neque inepte *Gratian. Fo-
renſ. d. part. 3. cap. 440. num. 25. Lezana d part. 1.
cap. 2. num. 7. Pater Ioannes Valerus d. verbo re-
gularis different. 2. num. 3. verſ. circa. quod:* Vbi
ex ſententia Sacræ Congregationis, ita de-
claratum fuiſſe per Sanctæ memoriæ Gre-
gorium XIII. refert: ſat eſſe intra quinquen
nium proclamaſſe, vt illo iam perfecto, at-
que expleto audiri quoque poſſit. Et in vna
Colimbricen 27. Aprilis 1630. à *S*acra Cōgre-
57 gatione Concilij conceſſam fuiſſe reſtitu-
tionem in integrum moniali, etiam poſt
quinquēnium quod illa intra quinquēniū
coram conſanguineis, aliiſq; reclamauiſſet;
ſe patrono cauſæ refert *Barboſa in Collect. ad
dictum cap. 19. Concil. num. 11.*
58 Cæteroquin ſatis arctaretur hæc ipſa fa-
cultas de nullitate dicendi profeſsionis, quā
Sacrum Concilium, ne dum Religionum
indemnitati conſulere volens, fecit; verum
etiam, & malè profeſſorum libertati; vt alijs
relatis adnotauit *Gratian d. cap. 440. num. 13.
& ſeq.* pariterque perpendit *d. Pater Valerus
d. different. 2. num. 3. in fin.* iuxta verba Inno-
centij Tertii *d. cap. ad Apoſtolicam 16. in prin-*
59 *cip. de regular.* dicentis: *Quod licet tempus pro-
bationis à Sanctis Patribus ſit indultum, non ſo-
lum in fauorem conuerſi; ſed etiam monaſterii,*
60 *&c.* Si quippè non aliquid releuans prote-
ſtationes huiuſmodi, etiam extra iudiciales;
ante quinquennium factæ, operarentur; nō
vtique in integrum reſtitutionem daret Sa-
cra Congregatio, elapſo quinquēnio, quod
paſſim fit; vt aduertit *Leſſius de iuſtitia, & iu-
re lib. 2. cap. 41. dub. 7. num. 64. & 65.* ſequitur-
que *Gratianus d. cap 440. part. 3. num. 11.*
61 Et planè, ſi reclamatio ſola coram Ordi-
nario facta; vel Superiore ſuo, per reclamā-
tem ad nullitatem, ſat eſſet intra quinquen-
nium factam fuiſſe, ad impediendā præſump
tionem ratificationis profeſſionis, (in foro
externo ſaltim,) vt dictum fuit in dicta *Tole-
tana profeſſionis coram Vbaldo*, & etiam antea
in *Neapolitana profeſſionis 26. Aprilis* 1599. *co-
ram Gyptio*, quæ ibidem refertur, *num. 3. & 5.*
deducitque *d. Valer. dict. different. 2. per tot.*
62 Cur (quæſo te) non maiori ratione corā
Papa, facta, non multo magis operabitur? Cū
63 Papa Ordinarius ſit Ordinariorum, & in iu-
riſdictione cùm quocunque alio Ordinario
concurrat: totumque mundum pro diœceſi
agnoſcat? *Rota apud Puteum deciſ. 48. num. 9,
& 11. lib. 3. impreſſione Romana nouiſſima, &
apud S. memo. Gregor XV. deciſ. 221. num. 9. vbi
Beltraminus addens num 13. Pariſ. de reſignat.
lib. 8. quæſt. 7. num. 4. & ſequ. Abb in cap. dilecti
filii 17. num 9. verſ. & breuiter tradit hic Ho-
ſtienſ. de fora compet.* dicens: *Papam eſſe Ordina-*
64 *rium cunctorum*: *vnde ſi Papa in aliqua diœ-
ceſi, vel loco eſſet, poſſet cognoſcere de omnibus*
65 *cauſis, ita & eas delegare.* Cùm verò de recla
matione ad nullitatem profeſſionis agitur,
ſufficit, ſi vel coram Principe, vel proprio
Epiſcopo, vel Vicario Epiſcopi illa fiat; vt
ex Concilio Moguntino habetur, *cap. 2. de
regularibus extrà*, cui quidem canonis diſpo-
ſitioni Sacrum Concilium Tridentinum
minime derogauit, quod aduertit *Sanchez in
opere morali tom. 1. lib. 4. cap. 18. num. 33. &
Barboſ. ad dictum cap. 2. num. 5. in fin. de regula-
ribus.*
Papa vero ſupremus eſt Princeps, Ieſu Chriſti
Vicarius, atque Vice Deus in terris, *Extra-
uag. vnam Sanctam 1. de maioritat. & obed. inter
communes* diximus *reſponſ. noſtra 25. num. 89.
part. 1. & reſponſ. 20. num 74. ead. part. 1.*
67 Alioquin, cùm ſæpe accidat, cauſas me-
tus, atque vis; poſt quinquennium, quoque
perdurare in reclamare volentibus; niſi li-
ceret illis, vel intra quinquennium procla-
mare, etiam per actus extraiudiciales, rema-
nerent illi ſua libertate in perpetuum pri-
uati, neque remedio aliquo eſſet illis ſuccur
ſum; quod dici minime debet, cū per quin-
quenniū ipſū Sacrū Cōciliū, & indemnitati
cōſulere voluerit conuerſorū, atq; etiā Reli
gionum, iuxta *text. in d. cap. ad Apoſtolicam
16. de regularibus*, multoque magis ipſorum
conuerſorum. perpenditque *Regeus Ioannes
Franciſcus de Ponte conſ. 11. num. 18. & 29. lib.
2. Valerus de differentia 2. n. 3.*
68 Referrent porrò hoc pacto, qui vim, me-
tumque intulere, (libertatem hominum
reprimentes,) ex ſua malitia commodum.
*ad text. in cap. 2. in fin. de reſcript. in 6. cap. auari-
tiæ cæcitas, 5. §. cum itaque de elect. eod lib.* Et
Caius loquitur Iureconſultus in *l. in fundo
39. §. 1. ff. de rei vendicat.* dicens. *Neque malitiis
indulgendum eſt.* Quod ſane Sacrorum Cano
num, atque Conciliorum æquitas haud pa-
titur. Ex ratione, non ſanè contemnenda,
quàm Bonifacius Octauus refert, *cap. eum
qui 19. de præbend. in 6. Non enim decet*, (in-
69 quiens) *vt ſtultus melioris, quàm peritus con-
ditionis exiſtat. vel quod inuaſor, eo, qui iuſtè in-
greditur, priuilegio gaudeat potiori*, vbi *Gloſſ.
verbo exiſtat. Nec ex delicto* (dicit) *quis facit con
ditionem ſuam meliorem. l. 3. §. 1. ff. de donat. in-
ter virum, & vxor.* Quo loco Vlpianus Iure-
coſultus diſpoſitorum in illo textu rationē
reddens.
70 „ *Ne melior ſit conditio eorum, qui delinquerūt.*
(inquit.)
Erit igitur & his quoque ſuccurſum, ſi

Nn 2 intra

intra quinquennium reclamarint.

Atque ita ex his Ariſtarchi iudicio ſubijectis, requiſitus conſulendum eſſe cenſui; & ita ſum voti.

CAROLVS MARANTA I.V.D. Aduocatus.

Cum delegati deciſionem different cauſæ, propoſitum in melius Regularis hic mutauit, atque in Religione perſeuerare diſpoſuit, vt perſeuerat. In mētem quippe, animumque induxit, quàm velociſsimo curſu breuis hæc vitæ aura percurrat. Et
71 quòd *Homo natus de muliere breui viuens*
,, *tempore repletur multis miſerijs; qui quaſi flos*
,, *egreditur, & conteritur, & fugit velut vmbra, &*
nunquam in eodem ſtatu permanet, vt S. *Iob. cap.* 14. 1. loquitur, & vt Sil. *Ital. lib.* 8. dixit.
72 ,, *Et pace, & bello cunctis ſtat terminus aui.*
Et vt alter.
,, *Satis eſt iam poſſe mori.*
Atque ex Græcis quidam.
,, *Mortalibus omnibus vita excedere neceſſe eſt.*
Illudque *Propert.*
,, *Nec forma æternum, nec cuiquam eſt fortuna perennis,*
,, *Lōgius, aut proprius mors ſua quemque manet.*
72 ,, S. verò *Auguſt. lib.* 13. *de Ciuit. Dei cap.* 10.
,, *Ex quo enim (inquit) quiſque in iſto corpore*
,, *morituro eſſe ceperit, nunquam in eo non agitur,*
,, *vt mors veniat. Hoc enim agit eius mutabilitas*
,, *toto tempore vitæ huius (ſi tamen vita dicenda*
,, *eſt) vt veniatur in mortem. Nemo quippè eſt,*
,, *qui non ei poſt annum ſit, quàm antè annum fuit,*
,, *& cras, quàm hodie, & hodie, quàm heri, & paulò poſt quàm nunc, & nunc, quàm paulò antè*
,, *propinquior: quoniam quicquid temporis viuitur*
,, *de ſpatio viuendi demitur; & quotidie fit minus,*
,, *minuſque quod reſtat, vt omnino nihil ſit aliud*
,, *tempus vitæ huius, quàm curſus ad mortem.* Sic Auguſtinus. Completo vero huius vitę curſu ſolum nobis ſupereſt ſepulchrum, vt idē *Iob.* 17. 1. Satis autem duriſsimum eſſe, quod de diuite illo inſinuauit nobis Dominus, ac Magiſter noſter Ieſus Chriſtus filius Dei: (*Luca* 16. 12.) *Mortuus eſt autem diues, & ſepul*
74 *tus eſt in inferno.* Heh heu quàm horrēdum ſepulchrum: non exies inde, niſi reddas nouiſsimum quadrantem. *Matth.* 5. 26.

75 Neque carorum lachrymis inde retraheris. Audi Propertium *lib. 4. epigram. ad Paulum*, dicentem.

,, *Deſine Paule meū lachrymis vrgere ſepulchū,*
,, *Panditur ad nullas ianua nigra preces.*
,, *Cùm ſemel infernas intrarunt funera leges,*
,, *Non exorato ſtant adamante viæ.*
,, *Te licet orantem fuſcæ Deus audiat Aulæ,*
,, *Nempè tuas lachrymas littora ſurda bibent.*

Dum tempus igitur habemus operemur bonum, vt Paulus nos admonet *ad Galat.* 6. 10. Atque hæc diu, noctuque animo peruoluamus, ſerioque cogitemus: illudque mēte agitemus cuiuſdam ex Græcis.

Mori non turpe eſt, ſed turpiter mori.

Mori videlicet in peccato, vnde in tarthara dilabamur, ſecundaque morte moriamur. Quod ſua benignitate Deus à nobis auertat. Amen.

SVMMARIVM.

1 *Voluntas libera à Deo data eſt homini.*
2 *Libertate ſumma agenda ſunt, quæ hominē in perpetuum ligant.*
Vt vota, & matrimonium.
Alioquin ſi coactè inſtituantur, non valent num. 3.
4 *Vota, & Matrimonium plena libertate gaudere debent.*
5 *Ingenia coacta male reſpondere conſueuere.*
Inde inuita Minerua nil faciendum.
6 *Minerua inuita aliquid facere, quid ſit? elucidatur.*
7 *Prouerbia inuitis canibus venari.*
Inuitos boues plauſtro inducere.
Et volentem bouem ducito. n. 9. *in fin.*
8 *Inuitè quod quis facit, & ſine electione, male facit.*
9 *Bonum nullum niſi voluntarium.*
10 *Libertati conſulens Sacrum Concilium eorum, qui in religione nomen dederunt, intra quinquennium reclamare permittit.*
11 *Profeſſio contractus eſt vltrò, citroq; obligatorius, quo religio profitenti, & profitens religioni viciſſim obligatur.*
Vnde vtriuſque conſenſus in hoc requiritur num. 13.
12 *Conſenſus vtriuſque requiritur in omnibus reciprocis obligationibus, neque coactus, ſed liber, & abſolutus.*
14 *Metus, & coactio conſenſum excludunt, eique contrariantur.*
15 *Profeſſio per metum emiſſa nulla euadit, & inualida.*
16 *Nullum quod eſt, nullum producit effectum.*
17 *Mors eſt vltima rerum linea.*
A qua nullus ſupereſt regreſſus.
Animæ à Corpore ſeparatio.
Indomita.
Aequatque omnia abſq. aliquo reſpectu. n. 18.
19 *Dilatio his, qui morti deſtinantur optata.*
20 *Malis è duobus, minus eligendum.*
21 *Metus mortis in conſtantem virum cadit, atq. profeſſionem annullat.*
Idemq. operatur metus reuerentialis præceden.

dentibus minis, vel verberibus n. 22.
In puero potiſſimum quatuordecim annorũ, atque etiam viginti. num. 23.
Vel ſi expulſio è domo interceſſit. n. 24.
Accedente peſſima, ac rigida natura metum inferentis. n. 26.
Ac contrà facili, & timida metũ paſſi n. 27.
Vel animi auerſione à re ſuper qua metus infertur eius, cui infertur n. 28.
25 *Necare eſt è domo filium pellere, eique alimenta negare.*
26 *Natura nil magis, nobis conciliauit, quam erga filios charitatem.*
29 *Metus mortis, vt quis profiteatur, incuſſus, nullam profeſſionem reddit.*
Vel mali imminentis. num. 34.
30 *Mortis comminatio omnes perterrefacit.*
Mors omnium terribilium terribiliſſimum.
Omnia confundit. Et quotidie morimur. num. 31. in fin.
31 *Agag Rex Amalec occidendus, tremere cępit.*
32 *Metu mortis quod factum eſt, nullum eſt, & inualidum.*
33 *Metus mortis comminatæ in conſtantem virum cadit.*
35 *Metus ſuſpicionem exagerant diligentia facta, vt quiſquam primùm profiteatur.*
Diſpenſationes ætatis petitio.
expenſarum ſubminiſtratio.
Vel ſi præſens eſſe voluit. n. 37.
Lætitiæ ſigna poſt profeſſionem nu. 38.
Triſtitiæ ante illam. n. 39.
36 *Clauſulæ derogatoriæ nullitatem actus operantur ſi ſecus fiat.*
40 *Proteſtationes, ante & poſt profeſſionem emiſſæ, animum indicant proteſtantis.*
Vt lachrymę, lamentationes, triſtitiæ ſigna.
Excluduntque præſumptam profeſſionis ratificationem num. 41.
Atque animum declarant.
42 *Voluntas hominum mutatur tempore.*
Locus Ioannis XIX. Non ne duodecim ſunt horæ diei? elucidatur.
43 *Mors probatur per fidem Parochi à libro extractam.*
44 *Metùs ex noua ſuperueniente cauſa ceſſare præſumitur.*
45 *Cauſa ceſſante, effectus quoq. ceſſat.*
46 *Ratihabitio confirmat actum præcedentem.*
Secus ſi ex metu fiat. num. 50.
47 *Metus cauſa perdurante, quicquid interim fit, ex eadem cauſa fieri dicitur.*
Vnde renunciatio liti metu perdurante facta nulla eſt.
Vel ſi perduret quis in eodem loco, in quo metum paſſus fuit. n 53.
48 *Carceribus datus, quicquid in fauorē facit carcerantis nullum eſt.*
Quamuis illo tempore è carceribus educatur. num. 49.
Stante præſertim intereſſe fundato eius, qui carcerauit nu. 51.
52 *Suſpicionem non minimam faciunt exactæ diligentiæ in aliqua re.*
Quod intereſſe quis in illa habeat.
Et ex libera voluntate alterius partis non procedant.
Ac dolum redolent.
53 *Teſtibus duobus quod probatur ſatis ſufficienter; præſertim dicitur probatum ſi cauſa aduerſarii accidit, ne probationes exactiùs fierent. num. 55.*
56 *Præſumptio eſt ſemper in eum, qui impedimento eſt, ne aliquid fiat.*
57 *Copia ſcripturæ probat ſi per aduerſarium factum eſt ne originale haberetur.*
Et ſcripturis informibus ſtatur in odium impedientis.
58 *Teſtibus duobus de metu deponentibus magis ſtatur.*
Quam mille de ſpontanea voluntate.
Quia voluntas in penetralibus latet.
59 *Scriptura parti ex aduerſo non intimata, ei non officit.*
60 *Præſentatio ſola ſcripturæ videtur facta de actis, ſi ſcriptura parti ex aduerſo intimata non fuerit.*
61 *Animæ nihil prodeſt vniuerſum lucrari mundum, ſi animæ ſuæ iacturam poſtmodum fecerit.*
62 *Tempora per momenta fugiunt.*
Et ætas volabilis.

ARGVMENTVM.

De nullitate profeſſionis regularis ex cauſa metus per proprium patrem incuſſi, plura deducuntur. Et quid ſi iudicio inſtituto ad nullitatem, iudicio agens nuncium miſerit, an audiatur di-

dicens etiam ex cauſa metus id feciſſe? non inutilis reſponſio.

RESPONSIO LIV.

1 VOluntas ita libera à Deo data eſt homini, vt quodcunq; libuerit pro libertate, id ei ſit placitum. Creauit enim Deus hominem ab initio, & conſtituit eum in manu conſilij ſui. *Eccleſiaſti-*
2 *ci 15.14* Summa igitur libertate agenda ſunt ea, quæ hominem in perpetuum ligant. Vt matrimonium potiſſimum ſunt, & Vota. *cap. litteraturam.3. vbi gloſſ. verbo proponens de voto. can. qui bona 4. vbi Gloſſ. verbo deliberant 17. quæſt 1. cap. 1. de regularibus vbi Gloſſ. verbo ſpontanea.* rationem dicti reddit (inquiens:)
3 quia ſi coactus non valeret. *can. præſens clericus. 4. 20. qu. 3. Syluester verbo metus. qu. 8. & votum 1. in princip* Alexander II. Landulpho in Corſica *can. notificaſti. 2. 33. q. 5. cap. cum locum 14 & cap. Gemma 29. de ſponſalibus.* Quia
4 „ nimirum plena deber ſecuritate ille gaude-
„ dere, cuius eſt animus indagandus, ne per ti-
„ morem dicat ſibi placere, quod odit. Vt Ale-
5 „ xander Tertius loquitur *d. cap. cum locum*
„ *14.* Malè enim reſpondere coacta ingenia cõſueuere; vt Seneca dicit. Vnde Horarius, Venuſinus ille *de arte poet.* conſulebat, inquiens:
6 „ *Tu nihil inuita dices, facieſuè Minerua.*

Repugnante ſcilicet ingenio, repugnate natura, non fauente cœlo. Cicero in officijs: *Inuita (vt aiunt) Minerua.* & epiſtolarum familiar. lib 3. *Idque, quoniam tu ita vis, puto me nõ inuita Minerua facturum.* nimirum.

„ *Qui ſua metitur pondera, ferre poteſt:*

Secundum Martialem. Nihil quippe fœliciter ſuccedit, quod à nolentibus extorquetur. Vnde prouerbio antiquitùs dicebatur, cũ à nolente aliquid extorqueretur: *Inuitis canibus venari.* Vel *Inuitos boues plauſtro inducere; aut inuitis equis plauſtrum agere.*
8 „ Quod enim quis non eligit, nec optat; pro-
„ fectò non diligit; quod autem non diligit, fa-
9 „ cile contemnit. Nullum quippè bonum niſi
„ voluntarium. Vt Nicholaus Papa ſcribit omnibus Epiſcopis in regno Ludouici. *can. præſens Clericus. 4. §. qua propter conſultè. 20. qu. 3.* Quam ob cauſam in prouerbijs quoque receptum erat, vt dicerent: *Volentem bouem ducito.* quòd vtendum ſit eorum opera, qui ex animo faciunt.

„ *Stultitia eſt enim venatum ducere inuitas canes.*

10 Plautus vt loquitur. Hinc meritiſſimo iure factum eſt, vt Sacrum Concilium Tridentinũ Spiritu Sancto dictante, libertati conſulere volens eorum, qui quandoque Vi; metuq. coacti religiones ingrediuntur approbatas, & in illis profeſſionem emittunt, qua Deo, Religioni que donec vitalem traxerint auram, obſtringuntur, vt liceat illis intra quinquenniũ à die profeſſionis de nullitate dicere, nullitateſq. ipſas coram Superiore ſuo, & Ordinario deducere *ſeſſ. 25. cap. quicunq. 19 de reformat.* Non iniquè igitur ad nullitatem dixit profeſſionis ſuæ, in Religione emiſſę ex approbaris, Clericus Horarius, quòd per vim, & metum, inuitaque Minerua (vt diximus) illam emiſerit.

11 Eſt quippè Profeſſio cõtractus omnino oneroſus, atque vltrò, citròq. obligatorius, quo & religio monacho profitenti, ad illum retinendum. alendumq., iuxtaque religionis inſtitutum tractandum; Atque profeſſus ad viuendum in religione, eique inſeruiendum iuxta religionis ipſius regulam, & inſtitutum, viciſſim obligantur. *Detianus conſ. 18. num. 9. lib. 3. Gerius Spinius conſ. 1. num. 5. ad tex. in cap porrectum 13. & cap. ad Apoſtolicam 16. de regularib. Nauar. conſ. 26. orta ſunt grania dubia num. 1. lib. 3. de regularib. Nos reſponſ. noſtra 38. nu. 24. part. 2.*

12 Quemadmodum verò in reciprochis alijs obligationibus conſenſus perquiritur vtriuſque contrahentis, liber, & abſolutus in rem ipſam, ſuper qua obligatio cadit. ad *tex. in l in omnibus negotijs. 56 ff. de actionib. & obligat. l. ſicut initio 5. C. eod.*

13 Ita planè, & in hoc profeſſionis regularis negotio vtriuſque perquiretur conſenſus, & Profitentis, atque acceptantis Religionis. Vt non ſufficiat proinde Religioni ſe hominem offerre profitentem; niſi qui religionis nomine Superior oblationem, atque profeſſionem excipiat, adfuerit. Veluti contrà parum erit, Religionis nomine excipentem Superiorem præſtò eſſe; niſi quoque, & qui liberè, voluntarièque ſe offerat, & profiteatur præſens fuerit. Quod negotium hoc vtriuſque conſenſu, non vnius tantùm perficiatur. *d. cap porrectum 13. cap. ſicut tenor. 15. d. cap ad apoſtolicam 16. de regularib. extrà. cap. 1. & 2. eod. tit lib. 6. Gloſſ. 1. in c. fin. eod tit. & lib. Calderin. conſ. 26. profeſſus quidam de regularib. Nauarr. d. conſ. 26. num. 1. & conſ. 40. Matthæus profeſſus. num. 2. & per tot. de regularib. Ioann Azor. Inſtitut. moral. part. 1. lib. 12. cap. 5. qu. 3. Emanuel Rodriq. quæſtion. regular. lib. 3. qu. 17. art. 7. in fin. & art. 11. & 12. Thomas Sanchez in opere morali tom. 2. lib. 5. cap. 4. num. 62. Barboſ ad dict. capit. porrectum num. 3. & 4. Frater Hieronymus Rodriquez reſolut. 101. num. 63. Detian. d. conſ. 18. num. 9. 10. & ſeq. lib. 3. Gerius Spinius d. conſ. 1. nu. 5. 6. 7. & ſeq.*

14 Quia profectò metus, & coactio cõſenſum, & voluntatem omnino excludunt. Coactio nempè, cùm neceſſitatem inferat, contraria eſt voluntati, vt verbis exprimit Vlpianus in
„ *l. 1. ff. de eo, quod metus cauſa. Propter neceſſita-*
„ *tem impoſitam* (inquiens) *contrariam voluntati.*
„ *l. nihil. conſenſu 117 ff. de regul. Iur. l. interpoſitas 13. in princ. C. de tranſact. cap. ſuper hoc 5. vbi*

vbi Abb. de renunciat. cap. 2. de his, quæ vi, metuſque cauſa fiunt. d. cap. cum locum 14. de ſponſalibus. Rebuffus d. conſ. 68. num. 4. Royas de hæreſie. part. 1. num. 49. Hondedeus conſ. 29. nu. 15. & ſeq. lib. 1. Rota in recent. part. 2. tom. 2. deciſ. 705. num. 4. in fin. & apud Sanctæ memor. Greg. XV. deciſ. 395. num. 3. Nauar. conſ. 5. 6. & 7. ac per totum lib. 1. de his, quæ vi metuſq; cauſa fiunt & in man. cap. 22. nu. 51. Pater Ioannes Valerus de different. inter vtrumque forum verbo metus different. 1. & 2. & 3. verſ. hinc infert. & verſ. vnum autem.

15 Fuit proinde ingreſſus in religionem hanc, atq. in illa profeſſio per hunc Clericum emiſſa, omnino inualida, & nulla: Quia per metũ facta, reſcindenda propterea, atque inualida
16 declaranda. Quod enim nullum eſt, effectum nullum producit. *l. 4. §. condemnatum ff. de re Iudicat. l. quod dicitur 33. ff. de pactis.* Quia (vt dixit quidam) *vires ſubtrahit ipſe timor.*

Adſtruitur autem metus huic Clerico per Patrem incuſſus ſatis probabiliter ex his, quæ teſtes depoſuere. Cùm quippè tenellæ adhuc ætatis puer eſſet, voluit eum pater ſuus clericalem habitum induere, ſicuti & prima tõſura coronari, vt maior poſtmodum factus ſacris initiatus Presbyter etiam fieret. Vincentium verò alium filium natu maiorem vxorem habere, ſuiſque bonis omnibus ſuccedere ſtatuerat. At grandior factus Horatius, cùm puellæ cuiuſdam eius domibus vicinæ captus amore fuiſſet, eamque deperiret; ducere in vxorem cogitauit. Reſciuit id tamen pater, qui Vincentium ſolum vxorem habere cũ deſtinaſſet; iniquè id ferens, ita in hunc excanduit, vt pœnè verberibus, ferreiſque inſtrumentis artis ſuæ occiderit; domoque expulerit; ſemperq. in poſterum minari cepit, mortem omnino ei illaturum, ni ſe monachum faceret. Minis, verberibuſque perterritus puer quatuordecim annos natus; pluries profugus in domos conſanguineorum abijt; nec vnquã patrem placatum ſibi reddere potuit. Poſt ſex igitur perſecutionis paternæ menſes, demum religionem ingredi ſtatuit; ſatiùs id ratus, quàm irati patris in manus dare, qui ſibi mortem minabatur ni monachum ageret, atque ita moreretur; Supereſſe nempè remediũ ſibi per nullitatem, ſi religionem ingrederetur. At ſi letho abſumeretur: Actũ de eo eſſe.
17 Eſt mors vltima rerum linea, vt *Horatius* dixit: *epiſt. ad Quintum in fin.*

Mors vltima linea rerum

Ab ea nullus ſupereſt regreſſus. Animæ à corpore ſeparatio *ad tex. in l. qui res 98. § aream ff. de ſolut.* Mortem nullus vnquam hominum flectere potuiſſe, Quin indomitam appellauit eam Horatius *lib. 2. car.*

" *Indomitaque morti.*

dicens. & perbelle ſatis Seneca *in Oedipo.*

" *Labimur ſæuo rapiente fato:*

" *Ducitur ſemper noua pompa morti.*

18 Aequat hæc omnia abſque aliquo reſpectu, Iuuenes, ſenes, deformes, ſpecioſos: neminiq. parcit, vt lepidè cecinit *Ouidius* in conſolatione ad Liuiam de morte Druſi:

" *Fortuna arbitrijs tempus diſpenſat vbiq;*
" *Illa rapit Iuuenes, ſubſtulit illa ſenes.*
" *Quaq. ruit, furibunda ruit, totũq. per Orbem*
" *Fulminat, & cæcis cæca triumphat equis.*

quin, vt *Tibull. lib. 1.* loquitur.

" *Imminet, & tacito clam venit illa pede.*

& Horatius *lib. 3. carm.*

" *Mors & fugacem perſequitur virum.*

Imo ei paramur; ipſiq. properamus ad eam, vti Seneca teſtatur.

" *Parce venturis: tibi mors paramur.*
" *Sis licet ſegnis; properamus ipſi:*

Inducias proinde petendas fuiſſe, ne ita præproperè rigido huic exactori debitum ſolue-
19 retur. Qui ad furcam ſuſpendio damnantur, ſolatij non minimi capiunt, ſi in pauculos aliquot dies, vel horas differatur; mortem ne guſtent. Ego verò (dicebat ipſe intra ſe) ſponte mè iniqui patris in manus dabo; atque interi-
20 bo? E duobus malis minus diligere ſatiùs. *can. duo mala. 1. & can. nerui 2. 13. diſt. Sanchez de matrim. lib. 2. diſput. 42. num. 45. & tom. 2. lib. 9. diſput. 19. num. 2.* in quo formaliter metus cõſiſtit. ſecundum *S. Thom. in 4. diſt. 29. qu. 1. art. 2. in corp. Syluest. metus. qu. 1. Pater Valerus d. different. 2.* Erit enim tempus cum ſatis ipſe concedet. Ad nullitatem tunc emiſſæ profeſſionis dicere potero; neque qui obſtaculum faciat, erit ampliùs.
21 Quis itaq. inſipiens ita erit, vt non annuat per vim, metumque hunc in religione nomen dediſſe? Neq. metum quemlibet, ſed conſtantem in virum cadentem, quando aliàs ſolus
22 reuerentialis, præcedentibus minis, vel verberibus, (quamuis non expreſsè pater præcepiſſet, vt monachum ageret,) ſufficiens æſtimatur. *l. metum 5. ff. de eo, quod metus cauſa. l. metum 9. C. de ijs, quæ vi metuſq. cauſa Abb. cap. cum virum num. 8. de regular. Felin. cap. 1. num. 2. & ibid. Decius num. 10. de Offic. Legat. Afflict. deciſ 69. num. 4. verſ. vnde ſicut actus. Maranta diſputat. 8. num. 43. Couar. de ſponſalib. part. 2. cap. 3. §. 6. num. 3. & 4. verſic. cæterum cum de libello. Rebuff. d. conſ. 68. num. 21. & 22. Menoch. de arbitrar. lib. 2. caſu 136. nu. 9. 10. & 11.* ſequuta fuit Rota *in Toletana profeſſionis 22. Maij 1595. coram Card. Seraphino deciſ. 1128. num. 2. & 3. & in Neapolitana profeſſionis 15. Iunij 1598. coram Gypſio,* relata etiam per Rotam *in Conchen. nullitatis ordinis 27. Ianuarii 1616. coram Pegna Decano deciſ. 105. num. 2. tom 1. poſthum. & in Tullen. nullitatis profeſſionis 7. Nouembris 1616. coram Buratto dec. 779. nu. 9. & 10. eod. tom. in poſthum. Sanchez de matrim. tom. 1. lib. 4. diſput. 6. per tot. præſertim nu. 17. & 18. & tom. 1. in moralib. lib. 4. cap. 3. num. 16. Frater Hieronym. Rodriq. d. reſolut. 105. n. 78. Sà in aphoriſm. verbo metus. Syluest. ver-*

bo

to metus q.1. & q.8. at per tot. Ioan. Franciſcus de Ponte conſ.11.n.19.lib.2. Pater Valerus d. different. 1. dictum quoque fuit in *Hiſpalen matrimonij de Alcalà* 18. *Iunii* 1607 *coram 1.memoria Gregor.XV.deciſ.*326.*n.*10.
23 11. 12. & 13. In puero potiſſimum quatuordecim annos nato, vel etiã ſexdecim, ſiuè viginti, vt perpendit *Nauar. d. conſ.*5. *de his,quæ vi metuſq. cauſa fiunt. Menoch. caſu* 135.*n.*5.*de Ponte d.conſ.*11.*n.*21. *Neuizan conſ* 46.*n.*3. atque in his noſtris terminis in *d. Conthen nullitatis ordinis n.*3. *& in dicta Tullen nullitatis profeſſionis coram Buratto;*
24 quæ in deciſione in facto illo præter minas mortis, expulſio de domo cũ mortis cõminatione (ſi reuerteretur, neque in religionem abiret) per maximè Patres illos mouit. Vt in facto hoc noſtro, in quo teſtes de metu deponentes dicunt. *Che non lo voleua laico, ne prete, ma che lo voleua monacho,*
25 *altrimente l'occideua.* Quid porrò aliud eſt filium è domo pellere, puerum non habẽtem, quomodo ſibi victum pararet, quam actu, crudeliter necare? *ad tex.in l.necare* 4. *ff.de liberis agnoſcend.can.paſce* 21. *vbi Gloſſ. verbo occidiſſe* 86.*diſt. extrauag.inter cunctas* 1.*§.quis ergo non miſereatur de priuilegiis inter communes,* ibi: aut eos ſubtractis alimentis necare. perpenſum etiam fuit *in d. Hiſpalen matrimonii de Alcala coram Gregor. XV.d.deciſ.*326.*n.*24.25.*&* 26.*& per Rebuff, d.conſ.*68.*n.*25. *Gaſſauenſ.conſ.*1.*in* 4.*p.n.*12.
26 Accedente quoque hominis huius patris (ſi patris nomen mereatur.) Namque cùm multas, variaſque res in hac vita nobis natura conciliaſit, ſed nulla nos magis quàm eorum, qui è nobis eſſent procreati charitate deuinxit. vt *Macrobius* ad Euſtathium filium ſcribit *in præfatione lib.*1. *ſaturnalium* in ipſo initio) natura ſatis rigida, atque pertracta, quin tirannica cum puero præfato, quòd tertius, & octauus teſtes deponunt, dicentes, *Che è ſtato vn cane con detto ſuo figlio.* Ac peræquè contrà, dicti pueri, natura, & animo ſatis timido, atque demiſſo, *Che ſi muore dentro d'vn becchiere d'acqua.* vt teſtes dicunt, & perpenſum fuit in *dic.Hiſpalen matrimonii num.*10.*poſt Calder.Dotian.& Surd. atque in d. Tullen nullitatis profeſſionis coram Buratto n.*2. *in fin.*
28 Perpenſa quoque auerſione animi prædicti Horatij, ne Monachus fieret; vndè inſtabat ſæpiſſimè apud patrem amicis miſſis, qui cum rogarent, ceſſaret à minis, verberibuſque inferendis, voluntatem eius haud eſſe, monachatui nomen dare, vt 7.12.& 13. teſtes deponunt, & dictum fuit in *d. Hiſpalen matrimonii* 1607.*coram 1. memor.Gregor. XV.n.*8.*&* 9.*& in d.Tullen.nullitatis profeſſionis n.*1.*in fin.& in d. Toletana profeſſionis Maii* 1615. *coram Vbaldo deciſ.*705.*n.*3.*par.*2.*tom.*2.*in recentiorib,* Quid enim non promitteret, qui metu mortis ſolicitabatur? Audi Martialem lib.8.

Quid, ſi me tonſor, cùm ſtricta nouacula ſupra eſt,
Tunc libertatem, diuitiaſque roget;
Promittam? nec enim rogat illo tẽpore tonſor.
Latro rogat: res eſt imperioſa timor.

Religioni itaque nomen dedit hic puer, quia timore ſolicitabatur. Inanis ergò promiſſio: Quia imperio extorta timoris.

Neq. in hoc ſolùm perſtitit huius patris operatio, vt metu filium minorem ad ingrediendum religionem cogeret; verùm vltrà proceſsit. Cùm enim regreſſum mediaretur ad propria Horatius, vt etiam laycales veſtes ſibi reddi apud Patres inſteterit, proteſtando ſe, nec poſſe, nec velle in religione permanere. Id vt audiit iniquus pater maiori inceſſus iracũdia, filiũ conuenit, cumque iterum, iterumq. compellat, mortem minatur ni profeſsionem emittat, dicens: *Cane fà la profeſsione, che ſe tu eſci da loco t'vccido.* Alter teſtis: *Che lo voleua ammazzare ſi non facena la profeſsione, e non s'accoſtaſſe alla ſua caſa.* Alter, quòd (ratione ex præcedentibus petita) in metu eum confirmabat: *Tu ſai che hai hauuto prima d'entrare nella religione; peggio ti fareſo, ſe non fai profeſsione.* vt 4. 5.8.9.12.& 13. teſtes deponunt.
29 Vt profiteretur itaque puer hic non leuis quoque metus fuit; ſed in conſtantem, quin conſtantiſsimum cadens virum. Mors quippè ei comminabatur. Quem enim non
30 perterreat imminentis mortis, vitęq. perdẽdę periculũ: Omniũ terribilium terribiliſsimum? Quid non confundit mors? Et facta eſt confuſio mortis magna in Ciuitate 1. *Regum* 5.6. dicitur, cùm Azotij morerentur; quòd apud illos eſſet Arca Domini, atq. in templum Dagon illam intuliſſent, vndè *fiebant etiam pauor mortis in ſingulis vrbibus, & grauiſsima valde manus Domini. ibid.n.*11. Quia moriebantur percuſsi in ſecretiori parte natium. Et Rex ille Amalec
31 Agag ante Samuelem adductus, vt interficeretur. (1. *Regum* 15.32.) tremere cepit: *Et oblatus eſt ei Agag pinguiſſimus tremens. Et dixit Agag: ſiccine ſeparat amara mors?* Sic ſacer textus. Si militem Regem ita mors conturbauit præſens; non conturbauerit multò magis infirmiſsimi pueri cor comminata, atque in portis quaſi parata mors? Et ſi Ciuitatem totam mors conturbauit, atque confudit: Cur non ſanè timidiſsimi puelluli pectus conturbabit magis, magiſq. perterrefaciet, atque confundet? Quamuis enim vt *Seneca ad Lucillum epiſt.*25. aureis loquitur verbis *Quotidie morimur, quotidie demitur aliqua pars vitæ: & tunc quoq. cum creſcimus, vita decreſcit.* nemo tamen eſt, qui mortem non expaueſcat; qui recedere à

luce

luce hac exiſtiment, atque extremas horas
ducere; & claudere lumina in æternam no
ctẽ. At, vt Seneca dixit, *Opprimit leges timor.*
ac mortis potiſsimum, quàm âtram Tibul-
lus *lib.* 1. nuncupauit, dicens:
„ *Quis furor eſt atrã bellis accerſere mortem.*
Iure ergò, quòd fecit, timore mortis feciſ-
ſe dicetur: atque nullum, inualidumque
reddetur. *ad tex. in cap. cum dilectus. 6. de his,
quæ vi, metuſque cauſa fiunt.* Rationẽ quip-
pè reddens ibi Innocentius tertius Maſſi-
lien, & Agaten Epiſcopis; quam ob cauſam
Canonici Inſularum ad obſeruantiam eo-
rum, quæ ſpoponderant tenerentur, quã-
uis metu ſpopondiſſe aſſererent? *Non ob*
„ *ſtante* (reſpondet) *violentia, quæ proponeba-*
„ *tur illata, cùm neque metum mortis; neque*
„ *cruciatum corporis contineret, & ideò non de-*
buerat cadere in conſtantes. Ita Summus ille
33 Pontifex. Metus igitur, qui mortis eſt, &
cruciatum continet corporis, in conſtantẽ
virum cadit. vt plenè *Gloſſ. ibid. verbo metũ
mortis. & Innocent. eod. loco, l ſi per eum 4. C.
de his, quæ vi, metuq. cauſa tex. in cap. 1. eodem*
„ ex verbis Alexandri III. ibi: non timore
mortis. vbi etiam plenè *Gloſſ. & d. can. notiſ-
ſimi. 2. 33. q. 5. Couar. in epitom. de ſponſalib. p.
2. cap. 3. §. 4. n. 18. Menochius de arbitrar. caſu
135. n. 2. & ſeq. & n. 6. Sfortius Oddo. de reſti-
tut. in integrum par. 1. q. 7. art. 9. n. 75.* ſequuta
fuit Rota in *dicta Tullen nullitatis profeſ-
ſionis deciſ. 779 n 3. & 4. Rota in Leodien Ca-
ſtrorum 4. Iulij 1629. coram Motmanno de-
ciſ. 315. n. 5. & 12. p. 5. diuerſorum nouiſſima-
rum.* etiam ſi metus per ſingulares teſtes
probaretur, *vt ibid. Rota* in d. Tullen.

Timuit ergò iuſtè puer hic patris iram,
minaſque vt profeſsionem emitteret, ma-
34 gis quàm quòd morte vitæ terminum da-
ret: Cùm inſtare ſibi à patre malum vide-
ret, ni profiteretur. Iuſsio enim eius vrge-
35 bat. verbis vt vtar ſacri textus *Daniel. 3. 23.*
Vndè vt accelerarct factum pater ipſe, cũ
ætatem ille per coſtitutiones Pontificias, in
hac religiòne profitendi, minimè adhuc le-
gitimam haberet; & oporteret diſpenſatio-
nem petere, ipſe ſuis ſumptibus illam obti-
nuit. Ex conſtitutione quippè Sanctæ Me-
moriæ Clementis VIII. apertè habetur; *vt*
„ *nullus nouitius ad dictam religionem admit-*
„ *tatur, minor ottendecim annos: & ſicum ali-*
„ *quibus ottendecim annis natu minoribus di-*
„ *ſpenſandum eſſet: id nullo concedatur modo,*
„ *niſi quibus ſaltim ſextodecimus annus exple-
tus erit.* vt in dicta conſtitutione *n. 10. & 15.
fol. 22.* habetur; cum clauſulis præterea de-
rogatorijs, & annullatiuis, ſi ſecus fiat, quæ
ſanè clauſulæ nullitatem profeſſionis aper-
tiſsimo inducunt iure. *Nauar. conſ. 87. n. 1. de
regular. & conſ. 48. n. 2. eod. tit.* & in his ipſis
noſtris terminis. *Gratian. Forenſ. p. 3. c. 440.
n. 15.* & perpenſum fuit in *Toletana profeſ-
ſionis 15. Decembris 1595. coram Card. Sera-*
37 *phin. deciſ. 1166. n. 5. in fin.* Ne autẽ à pro-
feſsione emittenda deficeret Horatius, vo-
luit Franciſcus pater præſens adeſſe. Ex hac
verò ſola præſentia; metus, ſaltim reueren-
tialis, præſumitur, vt *Menoch.* loquitur *de
arbitrar. caſu 137. ſub n. 9. &* 10. cumque in
hac metus materia ſequitur *Hyppolit. Mu-*
38 *ya Siculus. conſult. 18. n. 8.* Quin poſt emiſ-
ſam ab eo profeſsionem lętitiam maximã,
exhibuit, quòd iam intentũ impletum vi-
deret, quòd probant 5. 8. 9. 10. 12. & 13. te-
ſtes; vt hinc non minima nullitatis profeſ-
ſionis inſurgat, neque obſcura, ſed apertiſsi-
ma ſatis præſumptio. Quod perpenſum
quoque fuit in *d. Toletana nullitatis profeſ-*
39 *ſionis coram Seraphino d. deciſ.* 1166. Veluti
contrà, nimia diſplicentia patris ob filij cõ-
tradictionem in profitendo, nec minorem
dat nullitatis præſumptionem; vt dictum
fuit etiam in *d Tullen. nullitatis profeſſionis
coram Buratto n. 2.* At vtraque hæc præſum-
ptio in hoc noſtro facto interceſsit; Multò
magis itaque nullitatis profeſsionis huius
40 probatio fit manifeſta. Quæ augumentum
quoque non minimum recipit ex proteſta-
tionibus, quas ante profeſsionem emiſſam,
& poſt illam, per triſtitiam, lachrymas, la-
mentationes, atque obſecrationes dicti Ho-
ratij, quòd coactus ad profitendum fuerat,
cùm ipſe nollet; neque in religione perſe-
uerare vnquam amaſſet, vt 3. 4. 5. 6. 8. 9. 10.
12. & 13. teſtes deponũt. quæ planè ad amuſ-
ſim perpenſa fuere in *Tullen nullitatis pro-
feſsionis coram Buratto n. 5. & 6. & in d. To-
letana etiam nullitatis profeſsionis coram
Vbaldo deciſ. 705. n. 3. & 5. in recentior. par. 2.
tom. 2.* & in ſimili facto perpendit *Ioan. Frã-
ciſcus de Ponte Regens conſ. 11. n. 8. lib. 2. &
n. 14. 15. & 22. circa fin. Neuizan. d. conſ 46. n.
4. & 5.*
41 Operantur propterea proteſtationes hu-
iuſcemodi, vt præſumptio omnis ratifica-
tionis profeſsionis tacitę per delationem
habitus poſt annum, decidat, neque ſtabilis
habeatur; cùm præſeruent iura proteſtan-
tis, animumque eius in apertum deducant.
ad *tex. d. cap. 1. cum Gloſſ verbo poſtmodum de
his, quæ vi, metuſque cauſa fiunt.* dictumque
fuit, atque perpenſum *in d. Neapolitana pro-
feſsionis 26. Aprilis 1599. coram Gypſio. Re-
buff. d. conſ. 68. n. 21. & in Meten profeſsionis
25. Maÿ 1615. coram Vbaldo deciſ. 179. n. 1. 2.
& 3. & in ead. corã eod. 13. Februarij 1617.
deciſ. 394. præſertim n. 6. to. 2. in poſthum. & in
eadem Meten profeſsionis 19. Iunij 1617. corã
Dunozetto deciſ. 533. n. 5. eod. vol. 2. poſthuma-
rum. de Ponte d. conſ. 11. n. 22.*

Obſtaculum haud proinde faciet: quod
vita adhuc ſuperſtes ſit Franciſcus pater,
qui metum intulit: vt videatur verum non
eſſe; voluiſſe Horatium per vim, metumq.

religionem ingredi, atque in illa profiteri.

42 Non ne duodecim ſunt horæ dici? Chri-
,, ſtus Dominus noſter Apoſtolis dixit *Ioan.*
,, *11.9.* Id eſt (vt *Dionyſius Carthuſian. ibid.* ex-
,, plicat) ſecundum temporum variationem,
,, & horarum diuturnarum diſtinctionem,
,, atque ſucceſſionem variatur humana vo-
,, luntas, & opera diuerſificantur; tamquam
,, diceret; quamuis hoc tunc volebāt: (quia
,, ſcilicet dixerant Chriſto Domino diſcipu-
,, li: *Rabbi nunc volebant te Iudæi lapidare, & ite-
,, rum vadis illuc?*) tamen nunc aliter fiet, po-
,, teſtq. propoſitum eſſe mutatum. Iſte eſt
,, modus loquendi prouerbialiter, vt cum de
,, mutatione propoſiti, ſeu nouitate effectus
,, aliquid fari intendimus, ſic loquamur: Nō
,, ne duodecim ſunt horæ dici? id eſt quæli-
,, bet hora ſuum habet opus, atque propoſi-
,, tum. ſic Dionyſ.

Tamen & ſi quippè hoc voluit Franciſcus ab initio, Religioni vt nomen daret Horatius, quia volebat Vincentium maiorem natu filium vxori iugare, vt affluentius haberet vnde viueret ex ſuis bonis; at cum fatis poſtmodum eum conceſſiſſe viderit, ſuumque proinde fruſtratum deſiderium; mutauit propoſitum. (vt teſtes deponunt.)

,, *Conueniens operi tempus vtrumq. ſuo eſt.*

Ouidius de Ponto *eleg. 9.* vt dixit atque *metamor. 15.*

Sic tempora verti
,, *Cernimus, atq. alias aſſumere robora gentes,*
,, *Concidere has.*

43 De morte vero Vincentij probatur quoq. per fidem Parochi à libris extractam defunctorum, quæ mortem probat. Rota *apud S. memoriæ Gregor. XV. deciſ. 78. num. 2. & deciſ. 359. num. 4. & ibid. Beltraminus Addens nu. 9. & in Romana hæreditatis* 14. Iunii 1610. *coram Pirouano deciſ. 292. num. 1. in fin. poſt 2. vol. conſil. Farinac. & apud Cardin Caualer. deciſ. 558. num 3. & deciſ. 575. num. 3. Gratian. forenſ. par. 5. cap. 869. num. 23. Barboſ. de offic. epiſ. allegat. 32. nu. 177. par. 2.*

44 Non mirum igitur ſi ex noua cauſa ceſſatit metus, atque irati animi motus in Franciſco patre conſederint. quod aduertit *Calderinus conſ. 1. verſ. reſtat videre, de his, quæ vi, metuſque cauſa fiunt. Honded. d. conſ. 23. nu. 41. lib. 1. Rota apud S. memor. Gregor. XV. deciſ. 392. & deciſ. 395. & in recent. part. 1. tom. 2. deciſ. 579. nu. 5. & 6. & ead. part. tom. 1. deciſ. 175. nu. 5. & d. deciſ. 705. part. 2. tom. 2. & in Nicen. matrimonij 1587. coram Card. Seraphino deciſ. 42. num. 6. poſt primum vol. conſil. Farinac. & in dictis Meten. profeſſionis coram Vbaldo. dec. 179. & 394. vol. 2. poſthum.*

Nullum proinde obſtaculū faciet, quòd viuat adhuc Franciſcus pater, cùm ſat eſſe,

45 ſuperque debebit, ſi cauſa ceſſarit metus, vt eius quoque conquieſcere effectus debeat. ad *tex. in cap. cum ceſſante 60. de appellat. cap. magnæ deuotionis 7. in finalib. verbis de voto.* Ex ratione, & verbis Innocentij ibidem,
,, dicentis. *Quia ceſſante cauſa, facilius ceſſare
,, potuit, & effectus. l. 1. C. de donationib. quæ ſub modo. l. adigere 6. §. quamuis ff. de Iure patronat.*

Verùm non minima inſurgebat obiectio aduerſus Horatium, quòd anno 1631. cum ad nullitatem dixiſſet (intra quinquennium quoq.) profeſſionis coram Superiore ſuo, & Ordinario, iuxta diſpoſita per Sacrum Concilium *d. cap. 19. ſeſſ. 25. de regularibus:* reclamationi, Iudicioque inſtituto per peculiarem petitionem in actis nuncium miſit;

46 vt ex illo ſaltim tempore ratificatio inceperit, quamuis nulliter emiſſæ profeſſionis. ad *regul. ratihabitionē. 10. de regulis Iuris in 6.*

47 Submouebamus tamen obijectum, quòd perduraret adhuc metus cauſa, quæ à principio, vt hic, & religionem ingrederetur, atq; in illa profiteretur, influxerat. ad *tex. in cap. cauſam matrimonii 16. de offic. delegat. l. ſi per impreſſionem. 11. C. de iis quæ vi metuſque cauſa. Doctores in l. interpoſitas 13. C. de tranſactionib. cap. perlatum 1. de iis, quæ vi, metuſque cauſa fiunt. Afflict. deciſ. 246. num. 3. & 4. Rota apud Eminentiſſ. Card. Seraphinum d. dec. 1166. num. 1. & ſeq. & apud S. memor. Gregor. XV. deciſ.* 392. Et præterea ipſamet renunciatio, neque metu, viq. caruerat; cùm à ſuperioribus religionis, etiam in carcerem iniectus fuerit Horatius, neq; inde ſolutus, niſi renūciatoni aſſensū pbuerit; vti renunciauit. Nulla pinde renūciatio ipſa fuit, vtpute à carcerato extorta. *l. qui in carcerē 22. ff. de eo, quòd metus cauſa Rota in Taurinen. matrimonii 1590. coram Penia deciſ. 74. n. 7. in fin. poſt primum vol. conſil. Farin. & deciſ. 289. nu. 4. deciſ. 295. poſt ſecundum vol. conſil. eiuſdem, & apud Cceium de cenſib. part. 1. deciſ. 266. num. 1. & 3. Afflict. d. deciſ. 246. num. 4. Gratian. forenſ. part. 3. cap. 479. num. 30. 31. 32. & 33. de*

49 *Ponte d. conſ. 11. num. 20.* quamuis petitionis porrectæ tempore è carceribus eductus fuerit; adhuc in carcere eſſe videbatur: quod perpendit *Rota Marchiæ apud Marcum Anton. Thomati. deciſ. 3. num. 13. 14. & 15. Neuizan. d. conſ. 46. num. 9.* Ioannes *Maria Nouarius in concluſionib.* Iuris. *concluſ. 116. n. 7.*

50 Non itaque profeſſionis ratificatio hinc erui potuit, cùm ex metu pariter hic proceſſerit actus, *Nauarr. d. conſ 6. num. 2. de his, quæ vi, metuſque cauſa, Rebuffuſ. d. conſ. 68. num. 22. Regens de Ponte d. conſ. 11. ſub num. 22. Neuizan. d. conſ. 46. à nu. 4. cum ſeq.* Et dictum fuit apud Rotam in *dicta Toletana profeſſionis coram Cardin. Seraphino d. deciſ. 1166. num. 1. & deciſ.* 1177. & ſequuta fuit in alia pariter *Toletana profeſſionis coram Vbaldo d. deciſ. 705. nu. 4. in recentiorib. tom. 2. part. 2. & in d. Leodien. Caſtrorum coram Motmanno d. deciſ. 315. num. 9. part. 5. diuerſorum. Gratian. Forenſ. part. 3. d. cap. 479. num. 32. & 33.* perpenſumque fuit in

d. Me-

d. Meten profeſſionis anno 1615. *coram Vbaldo*
*d.deciſ.*176.*nn.*2.3. *&* 4. in terminis hiſce no-
ſtris ratificationis profeſſionis. Perpenſo po-
tiſſimum petitionis præfatæ, atque renun-
ciationis tenore: extracta nempe fuit ab
alio proceſſu in ſimili caſu, ad verbum. De-
ducitur hinc plane, (non leui indicio) re-
nunciationem hanc exemplatam fuiſſe no-
lente Horatio, quin contradicente, ſed per
patres præfatos, qui intereſſe habebant in
51 cauſa propter donationem portionis ſuæ,
quam in odium Franciſci patris, qui vim;
metumque intulerat ad ingrediendum, in-
ferebatque ad profitendum, ad religionis
fauorem Horatius inſtrumento rogato fe-
cerat. Alioquin, vt quid hæc renunciationis
ſolemnitas? Cum ſat ſuperque fuiſſet, ſi
Horatius iudicium non proſequeretur, vel
ſi in manibus Superioris profeſſionem ra-
52 tam iterum haberet. Suſpitionem itaque
non leuem ingerunt exactæ hæ diligetiæ in
hac iudicij refutatione; illam non ex libero
proceſſiſſe animo, neque libera voluntate.
Sed per patres excogitatam ob intereſſe do-
nationis; quod 12. & 13. teſtis deponunt. do-
lum proinde redolent, argumento *text. in
cap. quam graui pœna* 6. *de crimin. falſi Gloſſ.*
quam ſequitur *Bart. in l ſi quis ſub conditione,*
7. *in gloſſ.*1 *ff. de conditionibus inſtitut. Caßaneus
conſ.*25. *num.*6. Et perpenſum fuit non futili
perpenſione in *Neapolitana profeſſioni* 4. *Maii*
1584. *coram Cardin. Buſalo deciſ.*216. *num.*21.
*part.*2. *diuerſorum*, & ſequuta poſtmodum
fuit eadem Rota, deciſionem eandem re-
ferendo, in dictis *Meten profeſſionis coram
Vbaldo, vbi ſupra, & coram Dunzonetto d. deciſ.*
532. *num.*5. *in fin.* Adhuc nempè in Religio-
gione permanebat Horatius, quam abomi-
nabatur, quòd non voluntariè in illam in-
greſſus fuiſſet, atque proinde erat adhuc in
loco, in quo metus ſibi illatus fuerat; quan-
do etiam, neque nouus metus carceratio-
nis acceſſiſſet. quod ſanè perpenſum quoq;
fuit in dicta *Meten. profeſſionis* 1615. *coram
Vbaldo deciſ.*179. *num.*7. *tom* 2. *poſthumar.* poſt
alios ibidem relatos, *diffuſque de Ponte conſ.*
11. *ſub num.*22. *Neuizanus d. conſ.*46. *num.*2. 6.
8. *&* 26. *Rota in d. Leodien Caſtrorum coram
Motmanno d. deciſ.*315. *num.*5. 9. *&* 12. Neque
officiebat quod metus per Religionem
nouiter illatus, vt renunciaret inſtituto iu-
dicio, non plenè probabatur.
54 Sat porrò ſufficienter probabatur, de
quo duo teſtes deponebant. In ore enim
duorum vel trium teſtium omne ſtabit ver
bum, Dominus noſter, & Saluator nos do-
cuit Chriſtus *Matth.*18.16. & docet quoque
text. in cap. licet vniuerſis 23. *de teſtib. vbi Scri-
bentes.*
55 Neque prætea per Horatium ſteterat,
quin pluribus alijs teſtibus rem hanc pro-
baſſet; ſed non potuit, quia Superiores Re-
ligionis facultatem facere noluerunt alijs
ex dicta Religione; veritatem in hoc iudi-
cio, quod contra ipſos quoque agitabantur
deponerent; vnde ne deponerent impedi-
mento formali, ac poſitiuo fuere. quod poſt
Gloſſ. ſingularem putatam *in cap. cum cauſam*
37. *§. quodſi fortè verbo compellas de teſtib. vbi
Hoſtienſ.* & *Gloſſella marginalis* ad eandem
*Gloſſam, argum. text. in l.*2. *§.*2. *ff. ſi quis cautio-
nib.* ſequitur *Genuenſis Epiſcopus Iſernien in
practicabilibus Eccleſiaſticis quæſt.*780. *num.*4.
*Barboſa in collectan. ad eundem tex. cap. cum cau
ſam, nu* 9. Præſumptio enim eſt ſemper pro-
na in occultantes, vel impedientes proba-
tiones. *Rota apud S. memor. Gregor. XV. deciſ.*
57 521. *num.*6. Vndę quoque eſt, quod ſcriptu-
ræ copia probat, quando culpa aduerſarij
factum eſt, ne originale haberetur; atque
ſcripturis, quamuis informibus, ſtetur, etiã
ſimplici copiæ, in odium impedientis. *Bald.
in l. publicatis* 2. *num.*8 *&* 9. *C. de teſtament. De-
cius conſ.*36. *num.*2. *verſ. ſed ratio iſta ceſſat. &
verſ.*5. *& vltimo Genuenſ. in praxi Epiſcop. cap.*
82. *num.*5. *Rota part.*1. *diuerſorum deciſ.*5. *n.*5.
58 In hac vero metus materia fides magis
duobus habetur teſtibus de metu atteſtanti-
bus, quàm mille de ſpontanea voluntate
deponentibus, cùm hæc res ſit, quæ in præ-
cordijs delitescat, neque appareat; metus ve-
ro videatur per actus extrinſecos illum in-
cutientis. *Innocent. in cap ſuper hoc* 5. *de renun
ciat. Sanchez de matrimon. tom.*1. *lib.*4. *diſput.*
27. *num.*1. *Gamma deciſ.*250. *num.*4. *vbi etiam
Flores de Mena in additionibus. Maranta conſ.*
39. *num.*34. *Monald. conſ.*5. *num.*16 *lib.*2. *de Pō-
te d. conſ.*11. *num.*24. *Neuizanus d. conſ.*46. *num.*
6. *& num.*28. *Rota in d. Leodien. Caſtrorum co-
ram Motmanno d. deciſ.*315. *num.*1. *nouiſſime
Barboſa voto* 1. *lib.*1. *à num* 80. *& num.*86. *ad
calcem praxis exigendi penſiones.*

At per patres nihil omnino, neque dedu
ctum, neque de ſpontanea voluntate Ho-
ratij dictam renunciationem faciendi pro-
batum fuit.
59 Adiungebatque non leuem hoc præſu-
mendi fumum, indiciumque; quod renun-
ciatio hæc procuratori Religionis, qui ad
dicendum contra Horatium ſtabat, intima-
ta minime fuerat, neque etiam fiſco, qui de
nullitate dicenti aduerſabantur, parteſque
pro emiſſa profeſſione tenebant.
60 Vt proinde ſola præſentatio facta fuerit
de actis, non vtique ipſa renunciationis
ſcriptura. *Rota apud Sanctæ memoriæ Gregor.
XV. deciſ.*209. *num.*5. *&* 8. *apud Card. Caualer.
deciſ.*542. *num.*3. *& apud Viuianum de iure pa-
tron. deciſ.*111. *num.*6.

Quid enim ſi Religio regularem hunc
Horatium habere noluiſſet? Numquid ne
hæc ipſa renunciatio præiudicium eidem
parere potuiſſet? Cùm ſit profeſſio con-
tractus vltrò, citroque obligatorius, vt in
initio diximus.

Ad nullitatem igitur, dicenda ſententia erit emiſſæ profeſsionis per Horatium. Vt ex his, emunctioris naris iudicio ſubmiſsis, reſpondendum cenſui.

CAROLVS MARANTA V.I.D. Aduocatus.

Datis his informationibus, cùm Iudices informando inſtrueremus, Horatius in febrem incidit, vnde ad paucos dies naturæ debitum ſoluit, non ſine maxima admiſſorum peccatorum diſplicentia; quin cum maxima pietate, gratias agens Benigniſsimo Domino, quod eum e carnis vinculis abſolueret, atque in Religione mori permitteret. Potuiſſet, ſi egreſſus fuiſſet, in multas deinceps dare miſerias cum animæ
61 perpetuo interitu, atque iactura. Et quid ei demum profuiſſet ſi vniuerſum mundum lucratus fuiſſet, animæ vero ſuæ detrimentum paſſus fuiſſet? *Quam enim dabit homo communicationem pro anima ſua?* Vt Dominus Ieſus Chriſtus nos docuit *Matth.16.26,*
" Benedictus, igitur Deus, & Pater Domini
" Noſtri Ieſu Chriſti, qui benedixit nos in
" omni benedictione ſpirituali in cœleſtib. in
" Chriſto, ſicut elegit nos in ipſo ante mundi
" cōſtitutionē, vt eſſemus ſancti, & immacu-
" lati in conſpectu eius in charitate. Vt Pauli Apoſtoli verbis vtar *ad Epheſios 1.3.* Diſcamus igitur ex hoc vno quod (vt *Ouid.15.metam.* cecinit.

62 " *Nihil eſt toto, quod perſtet in orbe.*
" *Cuncta fluunt, omniſq; vagans formatur imago,*
" *Ipſa quoque aſſiduo labuntur tempora motu,*
" *Non ſecus ac flumen; neque enim conſiſtere flumen,*
" *Nec leuis hora poteſt, ſed vt vnda impellitur vnda,*
" *Vrgeturque eadem veniens, vrgetque priorem:*
" *Tempora ſic fugiunt pariter, pariterq; ſequūtur,*
" *Et noua ſemper, nam quod fuit antè relictū eſt,*
" *Fitque quod haud fuerat, momentaque cuncta nouantur.*

Et primo *Amor.*

" *Labitur occultè fallitque volatilis ætas,*
" *Et celer admiſſis labitur annus equis*

Non fidamus ergo fluentibus vitæ momentis; ne ſubito præoccupati tempore mortis quæramus pœnitentiam, & inuenire nequeamus. Vigilemus proinde.

SVMMARIVM.

1 *Monachus ad Epiſcopalem dignitatem euectus, paternam recuperat ſucceſſionem.*
Acquiſita verò monaſterio dum in illo viueret, monaſterio manet, num.2.
3 *Monachus Epiſcopus factus proprium habere poteſt.*
Atque antea renunciata recuperat num.6. & num. 12. quæ ſententia probabilior æſtimatur, quam illa Fabij Annæ num. 28.
Quia nouus homo videtur, & quaſi reſuſcitatus num.41.
4 *Vendicare, quid?*
5 *Vendicare non niſi dominus poteſt.*
7 *Sacros Canones fruſtra loquutos fuiſſe, aſſerere haud debemus.*
8 *Vendicans ſibi ab alio, alienatæ rei dominium acquirit.*
9 *Donatio monaſterio facta ab ingrediete, tacitam habet conditionem, vt duret, eo ibidem permanente, & nu.16. & 17.*
Eodemque modo renunciatio ab eodem facta conditionalis habetur nu.10. & n.15.
Et reuocabiliter donata videntur, nu.32.
Ratio affertur ex Molſeſio, num.18.
11 *Monachus ad aliam religionem tranſlatus, an bona recuperet primo data?*
13 *Bona patrimonialia (Monaco tranſlato) cum perſona tranſeunt.*
Hanc ſententiam approbat Abbas, nu.14.
Alijque num.16.
19 *Voluntas expreſſa dicitur illa, ſecundum quam reſpondiſſet defunctus, ſi interrogatus fuiſſet, & num.21.*
Et hoc in omni materia locum habet, nu.22.
20 *Charitas primà à ſe ipſo initium ducit.*
23 *Fabij Annæ ſententia conſ.45.lib.1. non admittitur.*
Atque declaratur n.24.
Vindicatur à Molſeſij oppugnatione, nu.25.
Neque improbabilis eius videtur ſententia, num.26.
Et ſic probabilior contra eum.
27 *Opinio, ſiue ſententia non ex authoritate, ſed ex rationibus vim obtinet, & n.30.*
29 *Charitatis ordo eſt, vt magis quiſque ſibi velit, quàm alteri.*
31 *Renunciatio per profitere volentem, per duos menſes ante fieri debet.*
Neque ſortitur effectum, niſi profeſſione ſequuta, num.34.
33 *Epiſcopus Eccleſiæ, cui aſcitur, deſponſatur.*
35 *Abeuntis à religione, & obeuntis ante profeſſionem par eſt ratio.*
36 *Monachus, ſi profeſſio nulla declaratur, recuperat bona.*
Ratio affertur. num.37.
37 *Profeſſio valida eſſe debet, vt renunciata permaneant in monaſterio, ex Sacro Tridentino Concilio.*
38 *Verba exaudiri debent cum effectu.*

39 Dos

39 *Dos viro data dicitur conditionaliter, quatenus perduret matrimonium.*

40 *Matrimonij ſpiritualis, at carnalis par eſt ratio.*

Quin multo maior illius, quàm huius.

41 *Annua reſeruatio ad vitam; morte finitur.*

43 *Legatum annuum cum morte finitur.*

44 *Nemo plus iuris in alterum transferre poteſt, quàm in ipſo eſt.*

45 *Annis ſingulis facienda præſtatio, vel ſolutio, annis cedit ſingulis, pluresque videntur præſtationes.*

Non vna, num. 47. *Niſi aliter diſponens voluerit, num.* 51. *vel in contractu, vel ſtipulatione agamus, nu.* 52.

46 *Text. in l. ſi in ſingulos annos* 4. *ff. de annuis legatis. affertur.*

Eiuſque ratio perpenditur, nu. 48. *&* 49.

49 *Annua præſtatio, & legatum annuum ant differant?*

50 *Ratio vbi vna eſt, idem quoque ius eſſe debebit.*

53 *Nominis nuncupatio rei ſubſtantiam non mutat.*

54 *Legatum interpretari debet, vti præſtari conſueuerat.*

ARGVMENTVM.

Monachus ad Epiſcopalē euectus dignitatē, an iure ad renūciata reuertatur, vt poſſit ea ab iilis quibus refutauit, vendicare? Et an præſtationes annuę plures videantur, ut tot illæ dicantur, quot ſunt anni? Non in elaborata Reſponſio.

RESPONSIO LV.

Nobilibus longè quidam ortus natalibus, Germano ſuo omnia renunciat, ſuiſque filijs; ſiue paterna, ſiue materna, & Auia, atque Auia thierna. Alimentorum tamen loco, atque vitæ, & militiæ, ac cuiuſuis alterius prætenſionis iure, retinet ſibi annua mille ducentum, ſingulis annis ſibi ſoluenda; facultate etiam ſibi retenta, diſponendi, atque de mille teſtandi. Non poſt multa verò tempora mutato in melius propoſito, mundóque calce abiecto, Religionem ingreditur ex approbatis, capacem tamen in communi, Chriſtique ſuaui iugo colla nectit. Antequā profeſſionem emitteret, ad Sacri Tridentini Concilij præſcriptum per duos menſes ante renunciat iterum reſeruatis ſibi mille docentum: Tercenta quidem in ſingulos annos, quandiu ipſe vitali perfruetur aura, Conuentui in quo profeſsionem emittebat in fabricam ſolui voluit; lege adiecta, ſi in aliud, non in fabricam, expenderent Patres à relicto caderent; illudque alteri Religionis eiuſdem Conuentui quæreretur. Ducenta Conuentui, in quo ipſe poſt profeſsionē degebit, in ſuis neceſsitatibus expendenda. Quinquaginta vero Conuentui alicui Prouinciæ illius, in qua in probatione ſtabit. Reliqua vero annua, ad ſummam mille ducentum, amico relinquit, dum ille vitalem trahet alitum. Qui non longè poſt moritur.

Profeſsione poſtmodum emiſſa, inde ad nonnulla tempora ad Epiſcopalem euehitur dignitatem. Redire nunc cupit ad mille ducentum, quæ diſpoſitione facta, (vt paulo ante dictum eſt) ante profeſsionem à ſe addicauerat.

De duobus itaque dubitationem excitat. Primum poſſit ne ad diſtributa ante emiſſam profeſsionem redire bona, ad Epiſcopatum iam euectus?

Secundum, an relicta quotannis ſolui pecunia, plurium legatorum vicem ſubeat an vnius dumtaxat, vt incorporata dicatur ex tunc monaſterio, cui demandata fuit?

Quæſitis, vt reſponderem rogatus, affirmandum quoad vtrumque viſum fuit.

1 Adſtruebam primum: quod id ſatis apertè decretum fuerit in Generali Concilio apud Altheam coacto, aſsiſtente illi Ioannis Papæ Aprochyſario, Sanctæ Hoſtienſis Eccleſiæ Petro venerabili Epiſco, relatum can. ſtatutum eſt vn. 18. quæſt. 1. ſequentibus nempè Sacrum Concilium.

„ *Statutum eſt, & rationabiliter ſecundùm Sanctos Patres à Synodo cōfirmatum, vt Monachus, quem canonica electio à iugo monaſticæ profeſſionis abſoluit, & ſacra ordinatio de monacho Epiſcopum facit; velut legitimus hæres, paternam ſibi hæreditatem, poſtea ſibi vendicandi poteſtatem*
2 „ *habeat: ſed quicquid acquiſierat, vel habere viſus fuerat, monaſterio relinquat, & Abbatis ſui, qui fuerat ſecundum regulam Sancti Benedicti, arbitrio. Poſt quam cum Epiſcopus ordinatur, ad quod ſanctificatur, & ſecundum Sacros Canones acquirere poterit, reſtituat.* Ita Sacrum Concilium perpendenda quippè, nec ſine prudenti ratione, verba illa erunt (*Paternam ſibi hæreditatem, poſtea ſibi vendicandi poteſtatem habeat*) quo loci *Gloſſ. verbo legitimus:* ſe-
3 quentibus ſubnectit: *ſed obijcitur: ſi hæreditatem vendicat, ergo poteſt habere propium, cùm tamen remaneat monachus, quod eſſe non debet, vt extrà de ſtatu monachorum, cum ad monaſterium in fin.*

4 *in fin.ſed dic,ſibi,ideſt Eccleſiæ ſuæ.* Sic *Gloſſ.* Vē-
dicare nempè eſt,in libertatem aſſerere id,
quòd aliàs ſub alterius poteſtate erat. ex
Nebriſenſi in Lexicon Iuris Ciuilis,verbo vindi-
dicta. Vel cum dico rem meam eſſe.ex *Briſ-*
5 *ſonio.* Vendicare nanque non niſi Dominus
poteſt.Quia nimirū vēdicatio competit ei,
qui aut iure Gentilium , aut iure Ciuili do-
minium acquiſiuit , iuxta Pauli verba *in l.*
in rem actio 22 ff.de rei vindicatione. Sequitur-
que. *Lexicon nouum Iuridicum verbo vendica-*
re. Cum permittat itaque Sacrum Conci-
lium Monacho ad Epiſcopatū euecto,quod
ante ex bonis paternis, in alios vel donatio-
6 ne,vel renunciatione transfunderat,vendi-
dicare. Rehabere vtique ea poſſe , nulli in
dubium iurè vertetur. Alioquin vendicare
haud dicetur ; eritque inutile verbum ; Va-
7 nèque ſacrum Canonem loquutum fuiſſe
(quod aſſere haud licet,*ad text in cap.ſi Papa*
10.de priuileg.in 6.) admittere cogemur. Si
8 enim qui vendicat, ſibi ab alio dominium
alienatæ rei acquirit, ſuum vtique facit.ſibi
ergo applicat. Iurè igitur ad renunciata re-
uertitur, qui ex monacho ad Epiſcopatum
aſſumitur. Probat id ſatis lucente ſole, *Gloſſ.*
in cap.quod à te 3. verbo redire de cleric. coniu-
9 *gatis,* quæ ſequentibus loquitur. *Propter hoc*
,, *dicunt quidam, quod omnis donacio facta Eccle-*
,, *ſiæ vel monaſterio tempore ingreſſus, tacitam*
,, *habet conditionem , vt duret eo ibidem perſeue-*
,, *rante, ad inſtar dotis , C. de rei vxoriæ actione, l.*
,, *vnica,§.cum autem,& infra de dote poſt diuort.*
,, *recuper nuper.* Hæc Gloſſ.
10 Conditionalis itaque renunciatio facta
videtur per ingredientem; quatenus (vide-
licet) in monaſterio perſeueret , neque ab
eo euellatur, vt fit , ſi ad Epiſcopatum mo-
nachus euocetur . Aſſeuerat id *Innocent. in*
eod. cap.quod à te. Quo loci, aliorum varias
referens ſententias,demum infert, recupe-
rare bona donata; rationemque reddit;*Hæc*
autem facta ſunt (dicens) *ſub conditione, ſi ibi*
permaneret. Abbas quoque eodem in *cap.*
quod à te. ſub num.6. poſt longam diſtinctio-
nem.*col.2.aliàs fin.* ſequentibus,& ipſe : *Aut*
11 *inde egreditur licitè ,* (inquit) *puta tranſeundo*
,, *ad monaſterium ſtrictius ; vel promouetur in*
,, *Prælatum alterius Eccleſiæ, & tunc eſt pulchrū*
,, *dubium,quid de bonis, quæ tranſierant in primū*
,, *monaſterium ? Nam aliqui moderni volunt,*
,, *quod debeant remanere pænes primum mona-*
,, *ſterium , ſeu Eccleſiam. pro quo prima fronte*
,, *videtur text.in can.1.18.quæſt 1. Alii dixernut*
12 *indiſtinctè,quod bona debēt cum perſona tranſi-*
,, *re;& quod illud cap. vnicum procedit in bonis*
,, *acquiſitis induſtria monachi ; quia illa remanent*
,, *pænes primum monaſterium , ſecus in patrimo-*
,, *nialibus; Quia illa videntur ſemper accidere ad*
,, *perſonam monachi, licet expreſsè fuerint collata*
,, *tempore ingreſſus,ratione prædicta,& hanc fina-*
,, *lem opinionem tenuit conſulendo D. Cardinalis;*
,, *Sed [Petrus de Peruſio] tenuit primam , & quæ-*
,, *ſtio aliàs fuit ardua in facto. Mihi multum pla-*
14 *cet hæc opinio ſecunda,ſcilicèt,quod bona patri-*
,, *monialia ſequantur perſonam.argumento hic, &*
,, *d.cap.ex tranſmiſſa. & l.1.de colleg. illic. Item*
,, *adduco ſubtiliter in argumentum tex. illius can.*
,, *1. vbi dicitur, quod monachus factus Epiſcopus*
,, *poteſt adire hæreditatem paternam ſibi delatam,*
,, *quam acquirit Epiſcopatui , & non primo mona-*
,, *ſterio. Ecce ergo,quod illa ſpes ſuccedendi patri,*
,, *quæ tranſierat in primum monaſterium , iuxta*
,, *notata per Innocent. in cap. in preſentia de pro-*
,, *bat ; ſequuntur perſonam monachi. Hoc autem*
,, *intellige quando donatio fuit facta tacitè,vel ex-*
,, *preſsè,ita vt ex coniecturis appareat,quod ratio-*
,, *ne ingreſſus fuit facta; puta tempore ingreſſus.*
his Abbas ſatis aptè ad rem noſtram,cumq;
,, ſequitur ibid. *Anton. Franc. addens littera C.*
,, dicens.*Et ſatis placet ea opinio, quod bona tan-*
,, *quam acceſſoria ad monachum, ſeu monialem de-*
beant ipſum ſequi. Hanc ſententiam ſequutus
quoque fuit *Alba Mandellius conſ* 712.ex
hac eadem Abbatis doctrina,ſubdens *in fin.*
16 *n 5. Et prædicta etiam clariùs procedunt ,ſi vel*
,, *ex verbis teſtamenti , vel ex alia coniectura po-*
,, *teſt cognoſci , quod fecerit illud teſtamentum ea*
,, *contemplatione , quia ingreſſus erat religionem.*
,, *vt per Ripam in l.ſi vnquam in q.50.C.de reuo-*
,, *cand.donat & tradit Bart. in l alumnę §. fin ff.*
,, *de adimend. legat. cùm hoc vulgare ſit , quod in*
,, *quolibet actu ſubintelligitur clauſula ſeu condi-*
,, *tio;rebus ſic ſtantibus.l.quod Seruius ff de condit.*
,, *ob cauſ.* ſic Alba , & *conſ 493.n.1.* vbi etiam
Vincent. Annibaldus addens littera A.
16 Donaſſe nempè videtur Monachus ſub
conditione illa, niſi ad Epiſcopatum aſſu-
matur,vel niſi licito alio modo ab illo egre
diatur , quòd ſanè veriſimile eſt , vt proſe-
quitur ſatis ad rē noſtrā aptè *Marcus Anto-*
nin. Natta conſ. 180. *per tot.* præſertim verſ
rò *n.5.6. & 8.vol.1. Menoch.* quoq. *de arbi-*
trar.Iudic.centur.5.caſu 436 n.12.13. & 14.
qui duplici ratione in eandē ſe fert ſentē-
tiā : Et ꝙ bona perſonā ſequatur : Et quòd
quæſita illa videātur monaſterio ſub quadā
cōditione, donec nēpè in eo erit religioſus.
Idē ipsū proſequitur *conſ.184.n.14.vol.2.* ex
ſētētia *Abb. Hoſtienſ. Ioan. Andreæ d.c.quod*
à te de cleric.coniugat.& Natta d.cōſ.180. Ita
quoque *Roſella in ſum.verbo religio 4.n.12.*
Quia nimium ſunt bona acceſſoria ad per-
ſonam monachi,quam ſequuntur, illo re-
cedente ; atque legitimè translato , præſer-
tim per aſſumptionem ad Epiſcopatum .
Idem *Armilla verbo Religio n.17.in fin.* vbi
expreſsè quo ad patrimonialia, quòd recu-
peret illa,ſecus verò,quæ ſua monachus in-
duſtria quæſiuit ex *Tabien verbo Religio n.*
,, 28.vbi *in fin.ex Hoſtienſ.*inquit: *quòd quan-*
,, *do Monachus fit Epiſcopus , tunc bona pater-*
na ſequuntur perſonam: Syluester etiā verbo
Religio 4.n.10. referens *Abbat.Panormit.&*

Ro-

*Roſellam vbi ſuprà.*licèt ipſe *in fine* contra-
riæ adhærere ſententiæ videatur. *Angelus*
quoque *in ſum. verbo monaſterium n.6. in*
„ *fin.* Quia ſcilicèt(inquiens) videntur acce-
„ dere ad perſonam; licèt expreſsè fuerunt
„ collata tempore ingreſſus. *Pater Thomas*
Sanchez in opere morali tom.2. lib.7. cap.32.
in 1.q.n.4.in 1.ſent.in fin. ſequentibus dicēs:
Atque idem docent Abb. Roſell. & Angel.ibid.
ſi religioſus hic ad Epiſcopatum tranſeat.Bar-
*boſ.*etiam plures alios referens *in collectan.*
17 *ad d.cap.quod te n.4.* At mordicus pro no-
bis eſt *Pater Andreas Molfeſius. conſ.1. à n.*
18.in 1.vol.ad conſuetudin.Neapolit. & conſ.
39.in 2.vol.ad eaſdē & in additionib. ad idem
*1.conſ.n.1. & ſeq.*impreſsis ad calcem dicti *2.*
*vol.*ad conſuetudines Neapolitanas. Eiuſq.
18 primarium fundamentum, atque princi-
pium in hac re eſt:Quia porrò donatio hęc
ingreſſus cauſa facta, conditionalis eſſe cē-
ſeatur,(ſi in monaſterio permaneat;) ſibiq.
magis ac ſuæ proſpicere perſonæ voluerit
per renunciationē ingreſſus tempore, vel
antequam profeſsionem emitteret; incon-
ſequentiam verò monaſterio, in quo ſe in
finem vſque ad ſupremum vitæ halitum
perſeueraturum,ſperabat; atque etiam cō-
ſanguineis, quibus eatenus proſpicere vel-
le videtur renuncians,quatenus in religio-
ne permaneat, neque per aſſumptionem
ad Epiſcopatum ab illa edducatur. Proficit
perpenſioni huic,tritum illud aſsioma;quo
19 habetur: Expreſsā illius æſtimari volūtatē,
ſecundū quā,ſi interrogatus fuiſset,reſpon-
diſſet.*ad tex.in l.mulier 22.ff.ad ſenatus cōſul*
tus Trebellean. quo loco Vlpianus, fideicō-
miſsū, ꝙ mater filijs reliquerat poſt mortē
patris, repreſentari eis etiam poſtquā emā-
cipati fuiſſent, ex Diuo Marco, intellecta
matris voluntate,reſpondit.Quia profectò,
ſi interrogata fuiſſet, an poſt emancipatio-
nem(viuente adhuc eorum patre,)ſequutā,
fideicommiſſum conſequi deberent; Re-
ſpondiſſet vtique debere.*tex.* quoque *in l.*
Titius teſtamento 25. §. Lucius Titius, vbi
Bart.ff.de liber.& poſthum. tex. in l.1. §. ſi
enim teſtator. C.comunia delegat. l. tale pactū
41.§.fic.vbi Gloſſ.& ibid.notatis.ff.de pactis.
diximus *reſponſ.noſtra 20.n.65.p.1.*

At citrà controuerſiā vllā eſt,quòd ſi ro-
getur Monachus cùm bonorū renunciatio-
nem inſtituit, vel ante ingreſſum, vel poſt
illum, ante tamen profeſsionem; an ſi ad
Epiſcopatum aſſumetur,velit renunciatio-
nem, vel donationem monaſteriū, vel etiā
conſanguineos habere, magis quàm ipſe?
Se potius renunciata habere velle reſpon-
20 deret: Nimirum quòd prima charitas à ſe
primo initium ducit. *l. praſes 6.C. de ſerui-*
tutibus,& aqua. cap. niſi ſpecialis 3.de autho-
rit.& vſu pallii Barboſa aſsiomat.42.n.1. di-
ximus *reſponſ.3. n.45. & 49. & reſponſ.12.n.*
43.p.1.& reſpōſ.18.n.23.& reſpōſ.26.n.5.p.2.
21 Quod igitur reſponderet tunc ille; hoc
vtique abſolutum, atque diſpoſitum habe-
ri debebit, poſtquam ad Epiſcopatum aſci-
tus fuerit: Quia hoc eius voluntas eſt. *Ra-*
ta par.1.tom.1.in recentiorib.decif.10.n.8. &
p.4.diuerſor.per Farinac. collecta decif.662.
22 *n.3.* Quam planè doctrinam (ne nouam
in hac materia exiſtimes) in omni materia
locum habere docet *Oſaſcus decif.64.in fin.*
*n.7.*atque in vltimis voluntatibus cum pri
mis. *Perez de Lara de cappellan. & anni-*
uerſ.lib.1.cap.18.n.10. & 11. Anton. Gamma
*decif.luſitania 224.n.14.*Cōditionalis proin-
dè, (nec ſine ratione) renunciatio æſtima-
ri debebit,quam facit Monachus, vel cùm
ingreditur, vel cùm in religione profeſsio-
nem emittit. Quatenus in monaſterio ma-
neat,neque ab illo egrediatur; vel quia de
nullitate dicit profeſsionis; vel quia tandē
per Epiſcopatum ab illa extrahitur.
23 Nec mouebant me rationes, quas doctè,
atque argumentosè ſatis pro aduerſa affert
ſententia *Fabbius Anna conſ.45. lib.1.*
24 Cùm quod in caſu ſatis à nobis diuerſo
loquitur;nec rationes eius ita ſtringunt, vt
conuelli haud poſsint.Tùm quòd illis ſatis
ſtrictim reſpondet *Molfeſius d. cōſ.1. & cōſ.*
39. atque in additionib. ad dictum primum
conſilium, vt nihil ſuperaddendum eſſe vi-
deatur; quamuis non admiſerim dicti Mol-
feſij reſponſionem illam, quod Anna con-
ſilium illud dederit pro Marchione Lauri,
Pignatello, atque propterea pecunjs alle-
ctus. Quid enim ſi pecunias non acceperit,
26 & ita nihilominus ſenſerit? Neque enim
improbabilis eius videtur ſententia, neque
ſolus in illa eſt. vt damnandus haud fuerit,
27 neque coarguendus. Neque enim ex au-
thoritate dicentis vim obtinet ſententia,
ſed ex rationibus,quas affert ad *tex.*Clemē-
tis tertij, aliàs Cœleſtini *in cap. cappellanus*
tuus 4. §. quia ergò de feriis. ibi: poſterior
ſententia melior,& ſubtiliori nititur ratio-
ne.*l.2.§.ſed neque C. de veteri iure enucleād.*
l.eum ratio.7.ff.de bonis damnatorum. ſequi-
turque *Nauar.conſ.25.an conuerſus. n.8. ad*
quintum lib.5. de priuileg. Felin. in cap.1.n.
54.de conſtit. Mariſcottus variar. reſolut.lib.
1.c.31.n.4. Idem Nauar. man. cap.27. n.285.
& 286. Ioannes Sanchez in ſelectis diſputat.
7.n.18. Rota apud Coccinum decif.214. nu.2.
& apud Caſſador. decif.7. n.17. de cauſa poſ-
ſeſsionis, & proprietat. Facchineus illuſtrium
controuerſ.p.1. lib.4.c.92.col.2. fol. mihi 637.
verſ. & in hanc ſententiam, dicens: *Illud*
„ *enim in iuris quæſtionibus decidendis obſer-*
„ *uare ſoleo,& ſeruandum exiſtimo; vt cum lex,*
„ *& ratio extat,quæ ſpecialiter ad quæſtionem po-*
„ *ſitam pertineat,eis ſanè adhærendum potius, quā*
„ *generalibus quibuſdam,vel regulis, vel pronun-*
„ *ciatis ad aliā materiā pertinētibus,putē.*his ille.

Non

Non itaque pœnitus improbabilem Annæ ſententiam exiſtimauerimus, quòd pecunijs illectus ſcripſerit, ſuo vt clienti mo-
28 rem gereret, vt Molfeſio viſum fuit; quãuis probabiliorem hanc noſtram, à tot quoque doctiſsimis viris ſequutã, æſtimemus, quòd *tex in d.can. vnico 18 q.1.* ſatis firmius pro illa ſit, neque ratio, illaque euidens, deſit; concinantque illi, nec infimi nominis, ac notæ, doctrinæque nec vulgaris Doctores. Cũm omnes partes in hanc vnã coincidant ſententiam; ſitque naturali rationi
29 magis conformis, quòd magis quiſque ſibi velit, quàm alteri proſpectum ex ordinata charitate, iuxtà illud *Canticorum* 2. Ordinauit in me charitatem. *S. Thom. 2.2. q 26. art. 1.* illa vtique ſequenda magis. Adſtipulatur huic rationi, quæ *S. Auguſtinus epiſt. 19. ad Hieronymum* (relatus *can. Ego ſolis. 5. in fin. 9. diſt.*) ſcribit dicens: *Alios autem ita*
,, *lego, vt quantalibet ſanctitate, doctrinaque pol-*
,, *leant, non ideo verum putem, quia ipſi ita ſenſe-*
,, *runt: ſed quia mihi per alios authores, vel cano-*
,, *nicas, vel probabiles rationes, quod à vero non*
,, *abhorreat, perſuadere potuerunt.* hæc ille San
,, ctus. concinitque *Gloſ. verbo quantalibet.* eis enim magis creditur (inquiens) qui rei aptiora dicunt.

Hanc ob cauſam propterea, quia reuocatur renunciatio ob ingreſſum facta, ſiuè monaſterio fiat, ſiue alteri perſonæ; quod dediſſe conditionaliter renuncians videatur, quatenus in religione perſeueret, neq. ab illa egrediatur; ſiuè etiam per aſſumptionem ad Epiſcopalem dignitatem: parũ difficultatis ingerere æſtimatur, quod initio in difficultatem reuocabatur: eſſent ne plures præſtationes annis ſingulis faciendæ, illæ annuæ pecuniarum ſolutiones, quas nominatis Conuentibus annis ſingulis faciendas demandauit, delegauitque hic N.
31 cum ad religionem tranſijt, & antequam profeſsionem emitteret per duos menſes ante; iuxtà diſpoſita per Sacrum Tridentinum Concilium *ſeſſ. 25. cap 16. nulla quoque renunciatio. de regularib.* Si nempè (vt in priori parte reſponſionis diximus) fuit renunciatio conditionalis, quatenus ad Epiſco-
32 palem dignitatem minimè aſciſceretur; reuocabiliter vtique donata monaſterio acquiſita fuere, non ſanè irreuocabiliter. Vt mutato ſtatu per Epiſcopalem dignitatem,
33 per quam à monaſterio educitur, atq. Eccleſiæ ad quam aſciſcitur per ſpirituale matrimonium deſpondetur, ſecundum Innocentij tertij determinationem in *cap. inter corporalia 2. paulò poſt princip. de translat. epiſ.*
34 argumẽto *tex. eiuſdem Sacri Tridentini Concilij cap. 16. ſeſſ 25.* ibi: *Ac non aliàs intelligatur effectum Sortiri* (renunciatio ſcilicèt facta) *niſi ſequuta profeſsione*; vel quod nouitius eijcitur, vel egreditur, vel quia diem obit extremum, renunciatio effectũ nequaquam ſorti-
35 tur. Par nempe ratio abeuntis eſt, atque obeuntis, vterque enim abiiſſe dicitur, iuxtà Terentianum illud in Phormione:
,, *Ea mortem obiit, & de medio abiit.*
quod ſequitur *Nauar. conſ vlt. lib. 3. de ſucceſſion. ab inteſtato. & commentar. 2. de regularib. ad tex in can. non dicatis 12. n. 49. Guttierez canonicar. quæſtion. lib. 2. cap. 1. n. 105. cum ſeq. ad ad finem capitis eiuſdem. Sanchez in opere mo-*
36 *rali tom. 2. lib. 7. cap. 5. n 49.* Parique modo ſi emiſſa profeſsione, (illius nullitate detecta) à religione, (profeſsione nulla denunciata) egreditur (iuxtà diſpoſita per ſacroſanctam Tridentinam ſynodum eadẽ *ſeſſ. 25. de regularibus cap. quicunque regularis. 19.*) ad donata, ſiue renunciata quaſi poſtlimi-
37 nio reuertetur. Quia nimirum Sacrũ Cõcilium profeſsionem exquirens, vt donata firma ſint, illam perfectam, & quæ conuelli nullo modo poſsit, perquirit; quòd verba
38 cum effectu exaudienda ſint, ad *tex. in l. 1. § hæc autem verba ff. quod quiſque iuris.* canonizata in *can. hæc verba 13. de pænit. diſt. 1.* vbi *Nauar. ad gloſſ. n. 9.* argumento *tex. in can. ſi quis ſuadente diabolo 17. q. 4.* quatenus factum deſideratur (manuum ſcilicèt iniectionis in clericum, vel monachum) vt quis in ſententiam cenſurarum illo canone reſeruatã dediſſe dicatur. *idem Nauar. conſ. 19. prohibuit Gregor. XIII. n. 1. lib. 5. de ſent. excomm. atq. d. cõſ. vlt. lib. 3. de ſucceſſionib. ab inteſtat. dictoq. cõmentar. 2. de regular. n. 49. Bartholomæus à S. Fauſto in ſpeculo religioſorum lib. 5. qu. 187. Ioannes Baptiſta Lezana in ſum. quæſtionum regular part. 1. cap. 24. num. 36.* & nos alibi de
39 hac re latè diximus. Quemadmodum de dote in matrimonio carnali dicitur, quòd dos data viro intelligitur conditionaliter; quatenus ſcilicet perduret matrimonium, neque illud vel per mortem; vel quod nullum detegatur, diſſolutum fuerit ad *tex. in l. vnica §. cum autem C de rei vxor. actione.* ſequiturque *Gloſſ.* in his noſtris terminis *in cap. quod ad te 3. verbo redire de clericis coniugat. extrà.* & *tex. in cap. nuper 6. de donat. inter virum, & vxorem, & dote poſt diuort. reſtituenda. Carolus Tappia Regens in auth. ingreſſi verbo ſua cap. 6. num. 10. Ioannes Azor. Inſtitution. moralium part 1. lib. 5. cap. 8. quæſt. 7. verſ. porrò animaduertendum eſt. Guttierez d cap. 1. num. 105. cum ſequent. Sanchez d. lib. 7. cap. 1. num. 22. & 23.* & nos alibi. At par eſt
40 ratio de matrimonio ſpirituali, quæ de carnali; quin multo maior de illo *d. cap. inter*
41 *corporalia 2. de translat. epiſcopi.* Ita, parique modo, & ad Epiſcopalem dignitatem euecto monacho, cum à religione aſſumatur; ad donata vtique, vel renunciata quaſi poſtliminio, nouus homo factus, atque ad vitã quaſi priorem reuocatus, & reſuſcitatus, reuertetur. quod perpendit alijs relatis *Molfeſius*

Molfeſius

feſſus d.conſ.1.num.23.& 24.
Nihilominus tamen, ne reſponſionem
42 congruam ad datum quæſitum diffugere
videamur; Annuam vtique reſeruationem
fuiſſe illam huius Epiſcopi, quam Conuē-
tibus fecit deſignatis, reſpondemus. Aper-
tiſſime quippe ipſe annuas præſtationes di-
ſtinxit:tot itaque erunt præſtationes, quot
in ſingulos annos faciendas demandauit.
Reſeruauit porrò ipſe ſibi annua mille biſ-
centum per fratrem maiorem natu ſingu-
lis annis ſoluenda, atque facultatem in ſu-
43 premæ vitæ habitu de mille diſponendi.
Cum morte igitur illa mille biſcentum
annis ſingulis ſibi retenta, ac reſeruata ex-
tinguentur, finemque videbunt, ad *tex.in l.
in ſingulos annos 8.ff de annuis legat.* Sic enim
„ Caius Iure conſultus ibidem: *In ſingulos an-*
„ *nos relictum legatum, ſimile eſt vſufructui, cùm
morte finiatur*. Sicuti igitur annua mille biſ-
centum ſibi vitalem auram trahenti, reſer-
uauit N. ita, aperæque Conuentibus faciē-
da illorum ſolutio annis ſingulis cedet.
44 Quod nemo plus iuris in alterum transfer-
re poſſit, quam in ipſo erit. *l. nemo plus Iuris
55.ff.de regul.Iuris can.Daibertum 23.1.qu.7.
d. cap. nuper 6. de donat. inter virum, & vxor.
Gloß.in cap cæterum 3. verbo ratum de donatio-
nib.extra regula nemo poteſt 79 de regulis Iur.
in 6.Flamin.Carthar. Rota Genua deciſ.35. nu.
3.Rota in Romana pratenſæ venditionis 23. Ia-
nuarij 1589.coram Penia deciſ.39.num.1.apud
Marcheſan.par.1.fol.633.*
45 Quicquid porro annis ſingulis ſoluendū
deſtinatur, annis cedit ſingulis, vt non vna,
ſed plures videantur præſtationes. Audi
Paulum *lib.62.ad edictum in l.ſi in ſingulos an*
46 *nos 4.ff.de annuis legat. Si in ſingulos annos* (di-
„ centem) *alicui legatum ſit: Sabinus, (cuius sē-*
„ *tentia vera eſt,) plura legata eſſe ait: & primi*
„ *anni purum, ſequentium cōditionale: videri enim*
„ *hanc ineſſe conditionem, Si viuat: & ideo mor-*
„ *tuo eo ad hæredem legatum non tranſire.* ſic Pau
„ lus. & *lib.11.quæſtionum in l.cum in annos ſin-
gulos 11.ff.eodem.* ſequentibus loquitur: *Cùm*
„ *in annos ſingulos legatur, plura legata eſſe pla-
cet, & per ſingula legata ius capiendi inſpicietur.*
ita ille. *tex.* quoque *in l. cum in annos 10. ff.
quando dies legati, vel fideicommiſſi cedat*. ſe-
quentibus enim ibi Vlpianus *lib. 23. ad Sa-*
„ *binum: Cum in annos ſingulos legetur; non vnum*
„ *legatum eſſe, ſed plura conſtat.* ſequitur *Fer-*
47 *reti.conſ.289.num.5.Natta conſ.548.nu.5.lib.
3.Menoch.conſ.146.num.19.in fin. & num.20.
vol.2.Surd.conſ.123.num.5.lib.1.& deciſ.273.
num.10. & de alimentis tit.9.qu.6.num.3. Rota
in recentiorib.part.2.tom.1.deciſ.373.nu.9. Gaſ-
ſpar.Anton. Theſaurus forenſ. quæſtion. lib. 1.q.
44.num.2.Alciat.reſponſorum lib.9.conſ.187.n.
2. Polidor. Ripa ſingularium obſeruation. obſer.
361.num.5.& ſeq. Frater Hieronymus Rodriq.
reſolut.regular.reſolut.88.num.6.& nu.25.* nos
reſponſ.5.num.13.& 14 part.1. Neq; te mo-
ueat, quod obijciebatur; textus præfatos de
legatis loqui, non extendendos propterea
ad alias præſtationes.
48 Generaliter quippe Iuris Conſulti lo-
quuntur, ex ratione, quàm afferunt; quod
primi quidem anni purum relictum vi-
deatur, ſequentibus verò conditionale;
quatenus ſcilicet viuet is, cui relictum fuit,
vt ſi fatis ceſſerit, ceſſet quoque relicti præ-
49 ſtatio. Generaliter quoq. exaudienda ra-
tio videbitur in quacunq. præſtatione an-
nua, quia & ipſa ſingulis annis ceder, ac tot
videbuntur præſtationes, quot anni fue-
rint, quibus illa cedet. Neque porrò pecu-
liaris ratio illa eſt in legatis, quare plura
videantur legatā, non vnum, cùm annua
illa relicta fuere; ſed vniuerſalis; quia annis
ſingulis eorum cedit præſtatio, vnde condi-
tionalis cenſebitur. Sicuti in quacunque
alia præſtatione annua eſt, vt annis ſingulis
cedat, & conditionalis videatur. Idem pro-
50 inde debebit eſſe iudiciū, quorū vna ratio
eſt, atque comunis. ad *tex in l. à Titio 108. in
fin.princip.ff.de verbor.obligat. l. illud 32. ff. ad
legem Aquiliam Gloſſ in cap.ſuper eo 4.in gloſſ.
fin.de Paroch.Barboſ.aſſiomat.197.n.3.*
51 Ni fortaſſe diſponentis voluntas fuerit,
vnicam præſtationem dare, ſed in plures
diuiſiſſe ſolutiones, ne nimium eius gra-
uaretur hæres, ſecundum Vlpiani ſenſum
*in l.nec ſemel 12.& l. ſi eum præfinitione 20.§.
ſi vero non pro alimentis.l.firmio Heliodoro.26.
§. pater annua ff. quando dies legati cedat.Bart.
d. l. ſi in ſingulos annos 4. Ioannes Griuellius de-
ciſ. Senatus Dolani 55. num. 20. Iacobus Can-*
52 *cer.variar.reſolut.lib.3.cap.10.num.36.* Vel in
cōtractu, vel ſtipulatione agamus, in quibus
vnum eſt, quod in illis deducitur, neque il-
la ſtipulatoris morte finitur. vt loquitur.
*Gloß.d.l.ſi in ſingulos annos 4. verbo non tran-
ſire, & Bart.ibid.*
Neque N. ipſi, qui ad Epiſcopatum ex
monacho aſſumptus fuit, illa ipſa mille biſ-
centum annua, abſolutè debebantur, ſed
conditionaliter, dum ipſe videlicet, in hu-
manis ageret. Cedebant proinde ipſi in ſin-
gulos annos: in ſingulos itaq; annos, & ijs,
quibus illa ipſe delegauit, cedere opertebit.
53 Non enim rei ſubſtantia per hanc delega-
tionem mutata fuit; verum de perſona in
perſonam facta translatio dumtaxat. ad
*tex.in l ſi vno anno 17. ſecundum etiam ſumma-
rium Bart.ibid.ff.locati.* argumento *tex.in cap.
ea, quæ 16.de ſimon.* quatenus habet, nominis
nuncupationem, ac variationem rei eſſen-
tiam non mutare. ſequiturq. *Gonzal.ad re-
gul.8.cancellar.gloſſ.5.num.18.Barboſ.aſſiomat.
155. num. 2. Detian. conſ. 11. num. 44. vol.1.
Rota apud Coccin.deciſ.242 num.5.in fin.*
54 Atque ita relictum interpretari debebi-
mus, vti conſuetum erat præſtari; iuxta Vl-

piani ſenſum in *l. ſi cui annuum* 14. *& ibid. Gloſſ. verbo ſolitus fuerit ff. de annuis legat. Alciat.d.conſ.*187.*nu.*1.2.*&* 5.*Raudenſis deciſ.Piſana* 21.*nu.*13.14.*&* 15.

Fuit proinde conditionalis præſtatio deſignatis Conuentibus facienda, quatenus quidem vitali aura perfrueretur N.qui per ingreſſum, & profeſſionem emittendam renunciationem fecerat. In ſingulos propterea annos illa cedebat. Ceſſauit igitur eius preſtatio cùm primum ad Epiſcopalē dignitatem euectus è monaſterio ad Eccleſiam,cui ſponſus acceſſit,translatus,ac quaſi nouus homo effectus,& reſuſcitatus, atq. ad priorem vitam reuocatus fuit, vt in ſuperioribus diximus.

Atque ita ex his, cenſori emaculandis traditis,reſpondendum cenſui.

CAROLVS MARANTA V.I.D. Aduocatus

An autem ad donata redierit hic Illuſtriſſimus Epiſcopus, id perſpicuum mihi haud eſt;quod ille ad aliam quoque maiorem Eccleſiam translatus fuerit. Quæ in hac re non ita omnibus obuia, meam proferens ſententiam, à prædicto Illuſtriſſimo interrogatus, parraueram, ne in tuam gratiam deeſſent (Amice lector) paſſus non ſum. poterunt enim quandoque in tuum cedere commodum,quod ex opto. Inde porrò inſudaui vigilans,ne talentum terræ infoderem, neque te commoditate aliqua priuarem. Erunt quippè hæc incitamentum tibi,vt maiara,melioraque præſtes. Atque (quod ſuper omnia exopto) Sanctiſſimum Omnipotentis Dei nomen glorificetur,à quo bona cuncta procedunt;& qui dat omnibus affluenter, & non improperat. *Iacobi* 1. Amen.

SVMMARIVM.

1 *Homines inter Chriſtianos nulli meliores, quàm qui in Religione profecerunt; nullique peiores,quam qui in illa defecerunt. S. Auguſtini ſententia.*

2 *Locus Apocalypſis* 22. 11.*iuſtus iuſtificetur adhuc,& qui in ſordibus eſt, ſordeſcat adhuc.Expenditur.*

3 *Factum narratur.*

4 *Religioſus ob crimina monaſterio pulſus, votis in profeſſione emiſſis haud diſſoluitur,ſed illis colligatus adhuc permanet, & n.*20.*& n.*37.

*Ratio affertur,nu.*5.

6 *Epiſcopi ex regularibus, etiam ad Cardinalatus dignitatem euecti tribus ſubſtantialibus votis aſtricti adhuc perſeuerant.*

7 *Malitijs hominum obiandum.*

8 *Monachus monaſterio pulſus, iterim penſo diuinarum horarum perſoluendo tenebitur quamuis Subdiacatus ordine initiatus non ſit.*

*Quamuis alii contrariam ſectentur ſententiam,n.*9.

*Verùm alii affirmatiuam,n.*10.

*Quam ſatis probabilem exiſtimat Autthor. num.*11.

*Quòd neque triremibus addictus huiuſcemodi à penſo ſoluendo ſolutus ſit,n.*12.

13 *Eiectus à religione, & ſi extra monaſteriū ſit,non eſt tamen extrà ſtatum religioſum.*

*Poterit tamen in ſeculo permanere,neque aliā perquirere Religionem artatur,n.*14.

*Ratio affertur,n.*15.

*Quamuis ante ingreſſum voto teneretur Religionis,n.*16.

*Quia illud per profeſſionem extinctum eſt, num.*17.

*Et an ſi aliam ingredi voluerit, prioris licentiam obtinere oportebit? affirmant quidā; alij negant,n.*18.

19 *Regularis monaſterio pulſus, interim in habitu Clericali decenti, & ſubordinarii loci obedientia,ſicut alij clerici, viuere debet. Quod ſi habitum clericalem excuſſerit, ſeque militiæ aſcripſeris ſeculari,apoſtata dicetur ab ordine,ſiue Religione,n.*21.

22 *Clericus ſacris initiatus,vel beneficium obtinens habitum abiiciens, apoſtata dicitur.*

Præſertim ſi militiæ ſe aſcripſerit ſeculari.

23 *Regularis apoſtata dicitur ſi vagandi animo à religione recedat.*

24 *Apoſtata vnde dicatur?*

25 *Apoſtata eſt, qui à militia recedit cæleſti, militiaque ſe dedit ſeculari, atque proinde inſtituti deſertor,& ordinis.*

26 *Clericatu,vel per Sacrum Ordinem, vel per Religionem ſe quis Deo ſacrat,& addicit.*

*Recedendo igitur apoſtatare dicitur à Deo, num.*27.

28 *Regularis apoſtata,& peccato ſe inficit Lethali, & in excommunicationem incidit.*

29 *Eiectus à Religione, quod habitum induat Clericalem, ex accidenti id euenit.*

Ne macula religioni inuratur.

*Et vt innocentes non deturbentur,n.*30.

Tenebitur,itaque ita habitum ferre clericalem,

lem,ſicuti per prius monachalem,n.31.
Cum à profeſſionis votis minime ſoluatur; num.32.
33 *Conditionis melioris haud eſſe ob ſua ſcelera iniquus debet,quàm ſit probus.*
Ne ex ſua malitia commodo feriatur.
34 *Regularis eiectus viuendi laxè licentiam non conſequitur,ſed vt verecundia perfuſus ad cor redeat,& emendetur.*
Debet proinde honeſtè, & religioſè viuere in habitu Clericali,n.35.
Quod ſi habitum abiecerit Clericalem excommunicationem contrahit capit. vt periculoſa,2.ne clerici;vel monachi in 6.nu. 36.& 46.
Manet enim adhuc monachus,n.37.
36 *Monachum non habitus,ſed profeſſio facit regularis.*
39 *Verba cui conueniunt diſpoſitionis,& diſpoſitio ipſa conueniet.*
49 *Deſertor religionis dicitur eiectus, qui etiā Clericalem habitum excuſſit,ſeq. militiæ addixit ſeculari.*
41 *Apoſtata,vt quis dicatur duo ſimul perquiruntur.*
Vnde qui Deo ſe ſubtrahit, cui ſe deuouerat, apoſtata dicitur,n.42.
43 *Ananias quare periit?*
44 *Alienatio perſonæ maior eſt,quàm rei.*
45 *Pacta diuina diſſoluens graui ſe ſceleri addicit.*
47 *Regularis extra Religionem habitu abiecto vagans,atque in excommunicatione inſordeſcens, hæreticus non propterea dicitur, neque, vt hæreticus damnatur n. 50. Eſt tamen de hæreſi valde ſuſpectus,n.49.*
Vnde etiam interrogari poterit,n.51.
Atque denunciari,n.52.
48 *Hæreticus quis nam dicatur?*

ARGVMENTVM.

Regularis iuſtè è Religione pulſus, cum habitum clericalem aſſumere teneatur, atque ſub loci Ordinarii obedientia uiuere,ut cęteri Clerici;ſi habitu huiuſmodi Clericali excuſſo,militię ſe aſcribat ſeculari, facinoribus irretitus, an dici Apoſtata debeat? Et num in excommunicationem dederit cap. ut periculoſa 2,ne clerici,uel monachi lib.6.? Et ſi diù,etiā per plures annos in excommunicatione perſtiterit de hęreſi ſuſpectus habeatur; & num denunciari debeat?

RESPONSIO LVII.

1 SAncti Patris Eccleſiæ Doctoris Au-
guſtini ſententia eſt,nullos inter ho
mines Chriſtianos peiores eſſe, quā
qui in Religione defecerunt;nulloſ
que meliores, quàm qui in Religione pro-
fecerunt,ſequentibus enim ipſe ad Vincen-
tium Donatiſtam ſcribens:relatus *can.quan-
tumlibet.9.47.diſt Simpliciter autem fateor cha
ritati veſtræ coram Domino Deo noſtro, qui eſt
teſtis ſuper animam meam, ex quo Deo ſeruire
cepi. Quoniam ſicut difficilè ſum expertus me-
liores,quàm qui in monaſterio profecerunt;ita
non ſum deteriores expertus, quàm qui in mona-
ſterio defecerunt*. Probat autem id ex loco
2 *Apocalypſis* 22.11.ſubnectens: *Hinc arbitror
dictū in Apocalypſi: Iuſtus iuſtificetur adhuc;&
qui in ſordibus eſt ſordeſcat adhuc*. Ratio autē
in promptu eſt,quam affert S.Pater Dionyſius Carthuſianus in hūc ipſum locū Apocalypſis: *Non præceptiue* (hæc verba dicit) *aut hortatiuè, ſed comminatoriè, pranunciatiuè, & ironicè: Tanquam dicat: Qui iuxta emendationem ſcripturæ ſe emendare contemnit,iuſte relinquetur à Deo,& in peiora caſurus eſt,nec dura euadet tormenta*.Sic ille.

3 Hinc ſane factum eſt,quod narro. Frater quidam in ſatis inſigni religione ex approbatis profeſſus, ſui voti oblitus,cùm deprauatis ſuis moribus,nefandiſque facinoribus (vt Sacrilego quoque homicidio ſe fœdarit) omnibus exoſus factus eſſet; neque ſe in melius emendare vellet; tandē iuſtè è religione pulſus fuit.Is (vt erat nefarius)religioſitate omni abiecta, ſeculari ſe militiæ aſcribit,nihilque vitiorum intactum dimittit,in profundum malorum lapſus, concubinatu aſſiduo demerſus. De æterna vita nil cogitat;ſe moriturum haud æſtimat.admonitiones nullas ſuſcipit.Conſulūt proinde me quidam. Sit ne hic homo nefarius apoſtata: & num ne in apoſtatarum excommunicationem dederit? Quod verò à ſeptennio, ita viuat,ſit ne de hæreſi ſuſpectus;& an propterea denunciandus?

Quæſitis vt faciam ſatis.
4 Dico primò Religioſum hunc iurè, ſan-
ctèque per ſententia à religione pulſum,
vti incorrigibilem; non ex hoc à votis in
profeſſione emiſsis ſolutum fuiſſe; Non
enim monachus eſſe deſiuit, ſed ob crimi-
na dumtaxat expulſus; vt confuſus ad cor
rediret, vitamque in melius commutaret,
neq; religioni interim dedecori eſſet, ſuo-
que deprauato exemplo aliis nocumētum
fieret. argumento *text. in cap. fin.* ibi fugiti-
uos ſuos, & eiјectos, *& in fin.* ibi; ſi verò hu-
iuſmodi fugitiuos, vel eiectos. *de regularibus.*
5 Cùm quod ius hoc non ſit Religioni, mo-
nachos iam profeſsione deuinctos à votis
ſoluere ſubſtantialibus. tùm quod melioris
6 eſſent ex ſuo malo eiјecti, quàm ſint Epiſco
pi, atque etiam ad Cardinalium dignitatem
euecti qui nihilominus tribus votis ſubſtan-
tialibus ligati perſeuerant: referrentque ex
ſuo malo, commodum peruerſi homines,
qui in profundum malorum peruenientes,
ne totum ouile corrumpant, morboſæ oues
effectæ, extra illud eiјciantur. cùm contrà
7 malitiis hominum iurè ſit obuiandum.
*cap. Sedes Apoſtolica 15. de reſcript. cap. 1. §. nos
igitur. de poſtulat prælatorum, Innocent in cap.
dilectus 30 verbo ſecuritati de Simon. Cardin. in
Clement. 1. § quia verò. quæſt. 2. num. 5 de ſtatu re-
gular. Nauar. commentar. 2. in can. non dicatis
12. quæſt. 1. de regularib. n. 33. verſ ſed eſt dubiū.
& de oratione, & horis canonicis cap. 7. n. 20. Io.
Azor. inſtitution moralium p 1 lib. 12. cap. 16. q.
4. Rodriq. quæſtionū regular. to 1 q. 30 ar 20. Fr.
Ludouic. Miranda in manuali prælatorum to. 1.
q. 52 ar. 5. concl. 1. Pater Molina de iuſtit. & iur.
tom. 1. diſp. 140. col. 11. § quando verò fuit iuſte.
Sāch. in opere morali to. 2. lib 6, c. 9. n. 24. & ſeq.
Frater Bartholomæus à S. Fauſto in theſauro reli-
gioſorum lib. 6. q. 234. 235 & 236. Antonius Ric
ciullus nunc Archiepiſcopus Conſentinus de iure
perſonarum extrà gremium lib. 8. c. 10. n. 14 Bar
boſ ad d. c. fin. de regul. num. 10. P. Laurentius de
Portel ad dubia regularia verbo eiicere n. 5. & in
addit. ibid. n. 4 Io Baptiſta Lezana in ſum. quæſt.
regular p. 1. c. 23. n. 11. & 32. & ſeq. Sanctarellus
de hæretic. tract. de apoſtaſia c 6. dub. 1. nu 1. &
ſeq. Campanilis in diuerſor. iuris Canonic. rub.
12. c. 12. n. 6.*
8 Quod planè ita firmum eſt, vt nec ſolua-
uatur interim à penſio diurnarum hora-
rum, quamuis ad ſacrum ſubdiaconatus
ordinem non adhuc peruenerit, ex vi ſola,
quòd monachus profeſſus ſit, atque choro
addictus. *Ioannes Baptiſta ſcortia ſelectarum
epit. 116. theorema 316. in 3. notabili circa fin.*
plures alios referens *Portel. d. verbo eicere n.
5. Lezana d. cap. 23. num. 17. in fin. & cap. 12. n.*
9 *7. ead part.* quamuis hic cum *Suario* contra-
riæ adhæreat ſentētiæ, quam ſequutus quo-
que fuit *Sotus lib. 10. de Iuſtit. & Iure q. 5. art.
3.* & ſequitur *à S. Fauſto d. lib 6. q. 240. & 241.*

10 Verùm affirmatiuam, quòd ad penſum à
teneatur horarum diurnarum, vti probabi-
liorem poſt *Nauar. de orat. & horis canon.
cap. 7. num. 20.* ſequitur *Azor. Inſtitut mora-
lium part. 1. lib. 10. cap. 6. qu. 6. Campanilis d. c.
15. ſub eod. num. 6. verſ. ſed præter hæc mendica-
ta.* & huic adhæret *Scortia vbi ſupra,* ne ex
ſua malitia commodum hauriat.
11 Et plane ſatis probabilis hæc mihi appa-
ret ſententia, quod inanis hæc eſſet diſcep-
tatio: an Monachus choro deputatus ad pē-
ſum tenenеatur, diuinum perſoluendi of-
ficium, etiam poſtquàm ſua culpa mona-
ſterio pulſus eſt? ſi eò dumtaxat arctaretur
Iure, quod ſit ſacro ſubdiaconatus ordine
inſignitus; quando quicunque tali initia-
tus ordine ex vi ſui ordinis hanc contrahat
obligationem, hauriret proinde è mona-
ſterio pulſus hoc commodum, faueretque
12 ſibi malitia ſua: quæ neque ei, qui triremi-
bus eſt addictus, patrocinium ferre debet, vt
à penſo ſoluatur diuinarum horarum, niſi
ex alia cauſa excuſetur, quod *Nauar. d. c.
7. num. 20. & Azor. d. qu. 6. in fin. & Scortia vbi
ſupra* ſequuntur. *Rodriq. d. qu. 30. art. 20. verſ.
quantum autem ad id.* & poſt hos *Pater Ferdi-
nand. à Caſtro tom. 2. Theologiæ moralis tract.
7. de oratione ſpeciali horarum diſputat. 2. punct.*
13 *1. §. 3. num. 5.* ea plane ratione, quòd & ſi
extra Monaſterium ſit religioſus ab illo
eiectus; non eſt tamen extra ſtatum religio-
ſum, cùm religioni adhuc addictus per pro-
feſſionem maneat.
14 Dico ſecundo Regularem profeſſum à
religione iuſtè ob ſcelera pulſum, vel in
perpetuum, vel abſque temporis præfinitio
ne; poſſe deinde tuta conſcientia in ſeculo
remanere, neque arctari aliam perquirere
15 religionem, in quam ingrediatur. Quoniā
in aliam ab ingreſſa, regreſſum haud vo-
uit, neq; ad hoc ſe colligauit cū religionem
profeſſus fuit, à qua ex ſua incorrigibilitate
fuit iuſtè pulſus. *tex.* cum ſua *Gloſſ. verbo cre-
ſcere can. Geſta. 2. 74. diſt. Nauar. conſ. 8. N. pro-
feſſus nu. 2. lib. 3. de regularib. & d. commentar.
2. de regularib num. 36. Azor. d cap. 16. qu. 7. &
qu. 13 Rodriq. d. qu. 30. art. 20. & 22. Molina d.
diſput. 140 col. penult. verſ. Nauar. cap. non di-
catis. Leſſius de Iuſtit. & Iure lib. 2. cap. 41. dub.
15. num. 11. verſ. ſecundo eiјectum. Sanchez d. c.
9. num. 34. Lezana d. cap. 23 num. 8.* referens
decretum Sacræ Congregationis. ibi: *Vel iu-
„ bentes aliam ingredi religionem.* Quāuis alias
16 ante emiſſam profeſſionē voto teneretur
17 religionem ingredi; Quia nimium per pro
feſſionem iam factam voto ſatisfecit, vn-
de illud extinctum remanet. *Portel. d. verbo
eiicere num. 5. Ioan. Azor. Inſtitut. moral. par. 1.*
18 *lib. 12. d. cap. 16. qu. 5. & 7 à S. Fauſto d. lib. 6.
Theſauri religioſor. q. 232.* quin imo, & ſi aliā
ingredi religionem voluerit, neque ei id li-
cebit, ni à ſuperiore Religionis, à qua fuit
eiјe-

eijectus, tranſeundi facultas fiat. *Sanchez d. cap 9. num. 39. Lezana d. cap. 23. num. 10. à S. Fauſto d. lib 6 qu. 255. num. 1.* quamuis ipſe *num. 2.* contrariam admittat ſententiam; præſertim ſi perpetuò pulſus fuerit; ſecus vero ſi prior religio illum emendatum recipere ſit prompta. *Nauar. conſ. 78 Generalis N. lib. 3. de regularib. Barboſ. d. cap. fin. de regularibus num. 9. Belleſt. Epiſcopus Hyeracen. diſquiſit. Clericalis part. 2. de pœnis Clericorum §. 25. num. 22.*

Dico tertio Regularem iuſtè è religio-
39 ne pulſum, habituque exhauctoratū religionis, poſſe, debereque habitu Clericali decenti, ſuoque ſtatui conueniente vti, atq; ſub Epiſcopi loci obedientia, ſicuti & cæteri Clerici viuere. *Nauar. d. commentar. 2. nu. 36. de regular. & conſ 79. An expulſus num. 2. verſ. 2. addo lib. 3. de regularib. Azor. d. cap. 16. qu. 13. Rodriq. d. qu. 30. art 27. Leſſius d cap. 41. dub. 15. num. 112. à Sancto Fauſto d. lib 6. q. 351. Barboſa d. cap. fin num 11. Sanctarellus d tract. de apoſtatis cap. 6 dub. 1. num. 3.* Pateтque ex decreto Sacræ Congregationis à *Lezana d. cap. 23. num. 8.* relato, ſequentibus ſtatuente:
„ *Sic eyecti quandiu non redierint ad religionem,*
„ *in habitu Clericali incedant, atque Ordinarii lo-*
„ *ci Iuriſdictioni & obedientia ſubſint; proindeque*
„ *Generalis illico expulſionis ſententiam Ordina-*
„ *rio notificare teneatur.* Sic Sacra Cōgregatio, & refert quoque *Barboſ. d cap. fin. num. 23.* atque *Bellettus diſquiſitionis Clericalis part. 2. de pœnis Clericorum d. §. 25. n 6.*

His ita dictis, ad rem infero conſequen-
30 ter: Quod cùm eijectus hic, Regulari profeſſione (vt diximus) addictus adhuc permanſerit, atque propterea tribus religionis ſubſtantialibus votis ligatus: atque ad deferendum habitum Clericalem ſuo ſtatui decentem, & ſub Epiſcopi ſui Ordinarij obedientia, vt cæteri Clerici viuere: Cùm
21 ſubſequenter abiјecto Clericali habitu militiæ ſe aſcripſerit ſeculari, ſeculariter viuendo; apoſtata vtiq. fuit ab habitu, ſiue à religione, & ordine. Velvti Clericus ſacris
22 initiatus, vel beneficio cohoneſtatus Eccleſiaſtico, clericalem abijciens habitum, apoſtata dicitur ab ordine: multoq; magis militiæ ſe aſcribens ſeculari, ſpirituali Chriſti abiecta. *Sylueſter in ſum. Apoſtaſia q. 2. num. 5. & 6. Tabien. eod qu. 8. num. 11. Armilla eod. §. 8. Panormitan. cap. tuæ. 3. nu. 2. verſ. ad primum dico de apoſtat. facit Gloſſ. in cap. ex part. 10. verbo ad nigros in fin. de tempor ordinandorum,* quam ſequitur *Addens ad Panormit. d. cap. tua 3. verbo apoſtatare, & tex. in clement. 2. de vita, & honeſt. clericor. & ibid. Gloſſ. verbo extrinſeci.* Quem innouauit Sacrum Tridentinum Concilium *ſeſſ. 14 cap. 6. de reformat. Nauar conſ. 1. num. 3. lib. 5. de apoſtatis, & conſ. 77. Quæritur primò nu. 3. lib. 5. de regularib.* per notata in *cap. fin. de regularib. extrà Triuiſan. deciſ. 35. num. 14. lib. 2. Aluarus Valaſcus conſultat 60. nu. 11. Barboſ. d. cap ex parte in Gloſſ. d verbo ad nigros num. 2. Ricciullus d. lib. 8. cap. 3. num. 3. & 4.* quatenus infert Regularem
23 apoſtatam dici, ſi vagandi animo a religione recedat. *Ioannes Baptiſta Lezius part. 1. ſum cap 16 num. 7. & num. 12. Sanctarellus d. tract. de apoſtatis cap. 2.* optime omnium *Tiberius Decianus tractat criminalium tom. 1. lib. 5. cap. 71. num 1. & 3. & cap 73. num. 11. & 23. Ioannes Maria Bellettus Epiſcopus Hyeracen. diſquiſitionis Clericalis part. 2. tit de pœnis clericorum §. 24. num. 1. & 2. Ioan. Azor. Inſtitut. moral. par. 1. lib. 8. cap. 21. qu. 2. Rodriq. d. qu. 30. art. 27.* concinitq; ipſius nominis ethymon.
24 Apoſtata nēpe à nomine græco ἀποστάτης Apoſtates, idem eſt, atq defector, & deſertor ſui ducis, ſiue religionis, & Inſtituti. ſequiturque idem *Decianus eod. lib cap. 70. nu. 1. Bellettus d §. 24. num. 1. Nauar. d. conſ. 1. de apoſtat. num. 4 ad tex. in l. deſertorem 3. ff. de re militari. Azor. d. cap. 21. qu. 1.* Qui igitur di-
25 miſſo habitu à militia recedit cœleſti, ad quam tenebatur, vel per ſacrum ordinem, vel per profeſſionem; militiæque ſe aſcribit ſeculari, hic deſertor eſt Inſtituti, & ordinis, atque religionis, ac conſequenter
26 apoſtata. Sicuti enim per Clericatum, vel Sacrum Ordinem, vel per religionem quis Deo coniungitur, eique nomen dat; ita quippe recedendo vel à religione, quam profeſſus eſt, vel ab ordine, quem ſuſcepit, apoſtare dicitur à Deo: vt docet Angelicus Doctor *S. Thom. 2. 2. q. 12. art. 1. in reſponſ. Decianus d. cap 71. num. 23. & 24.* eſt tex in *cap. 1. vbi Gloſſ. verbo apoſtaſia de apoſtat. Ricciullus de Iure perſonarū extra greminm lib. 6.* tractās de apoſtatis à ſtatu ordinis clericalis *per totū,* ac potiſſimum *cap. 5. & 6. Ioan Azor Inſtitut. moralium part. 1. lib 8. d. cap. 21. q. 1. & 2. Nauar. d. conſ. 1. de apoſtat nu. 3. 4. & ſequent.*
28 Hanc ob cauſam proinde, ſequitur, nedum ſe læthali infeciſſe macula, verùm & in excommunicationem dediſſe in *cap. vt periculoſa 2. cum notatis ibid. per Gloſſ. verbo ipſo facto, ne clerici, vel monach. lib 6.* quod habitum temere dimiſerit. *Abb. in cap. 1. nu. 3. in fin. de apoſtat. Nauar. d. conſ. 1. nu. 6. de apoſtatis. Decianus d. lib. 5. cap. 70. num. 2. & num. 11. & num. 25. Ioan. Azor. Inſtitut. moralium part. 1. lib. 8. d. cap. 21. q. 10. Triuiſanus d. deciſ. 35. nu. 15. Achilles de Graſſis deciſ. 346. aliàs vnica de apoſtat. num. 2. 3. & 7. ac per tot. Farinac. de hæretic. q 183. §. 8. num. 17. Idem Azor. Inſtitut. moralium par. 1. lib. 12. cap. 13. quæſt. 16. & c. 17. qu. 10.*
29 Ex accidēti porrò eſt, quòd eiecti habitū induāt clericalem, ne per habitus religionis delationem, quòd apertiſsimè illū eiectum eſſe dignoſcerent omnes, religioni ipſi macula inuratur, neque innocentibus in religione viuentibus, portantibus pondus

dus dici,& æſtus,grauamen inferatur,quod
perpenſum fuit in *d. cap. fin. de regularibus
extrà*, ibi: *Salua ordinis diſciplina*, ſequiturq.
30 *Syluest.d. d.verbo Appſtaſia n.10. & Bellettus
d.§.25.n.24.de pœnis Clericorum p.2. Farinac.
d.q.183.§.6.n.64.in.2.apmliat.in fin.ex Valent.
in 2.2.q.12.art.1.verſ.alterū eſt.* Ita propterea
31 clericalem habitum deferre tenebuntur,
ſicuti per prius, ante quàm eijcerētur,mo-
32 nachalem. Neque enim à profeſsionis vo-
tis ob eijectionem,ſoluti fuere (vt in ſupe-
rioribur diximus.) Eadem igitur lege te-
nebuntur ob profeſſionem, clericalem
deferre habitum, qua monachalem te-
nebantur.

33 Cæteroquin melioris eiectus conditio-
nis ob patrata ſcelera, per quæ eijci com-
meritus fuit, efficietur; commodumque
nō minimum ex ſua ferret nequitia, cō-
trà *tex.in cap.intelleximus.7.in fin.de iudic.l.ſi-
ne hæreditaria.23.ff.de negot.geſtis.* quod per-
pendit *S.Bonauentura ad regulam S. Franciſci
q.13.* quem etiam refert *Bellettus d. tit. de
pœnis clericorum par.2.§.25.n.25.* Neque laxè
viuendi licentiam nactus fuit, quòd pro-
cul cum religio, veluti emortuum cada-
uer,putridumque Mare euouit; ſed vt ve-
recundia perfuſus,ad cor rediret,atq. emē-
daretur,viueretque interim honeſtè in cle-
ricali habitu,ac regulariter; vt ex *Rayner.*
loquitur *Sanctus Antoninus Archiepiſcopus
Florentinus 3.par.ſum.tit.16.cap.5.§.3.in. fin.*
eumque ſequitur *Triuiſan.* in re loquens
36 noſtræ non abſimil. *d. deciſ.35.n.14.* Ita
proinde excommunicationis innectetur
camo,quòd clericalem habitum,in mona-
chalis locum ſuffectum abijecit; quemad-
modum & illo connexus fuiſſet, ſi mona-
chalem excuſsiſſet. Satis namque laxè Bo-
nifacius VIII. canonis illius conditor lo-
quitur *d.cap. vt periculoſa*, omnem vagandi
anſam religioſis adimere cupiens.

37 At religioni per profeſsionem addictus
eſt etiam eiectus; cùm monachus per illā
adhuc maneat, & ſi habitum clericalem
38 deferre teneatur. Monachum porrò non
habitus, ſed profeſsio facit regularis. *c. por-
rectum 13.& cap. ex parte 22. de regularib. ex-
trà.can.vlt.41. diſt.* Sacrum *Tridentinum Con-
cilium d.cap.6.ſeſſ.14 de reformat.* De ipſo ita-
que, & diſpoſitio exaudietur Bonifacij *d. c.
vt periculoſa.* Erit ergo & ipſe quoque ſen-
tentia nodatus excommunicationis, ſi te-
merè habitum illum clericalem, vt vage-
tur,excuſſerit. Quia nimirum cum verba
ei conueniant diſpoſitionis, & diſpoſitio ip-
ſa eidem ſedebit, eumque comprehendet,
*l.proſpexit 12. cùm ibi notat.ff. qui & à quibus.
Aymon conſ. 10.n.7. Melchior Lutterius de re
beneficiaria lib.1.q.12.n.32.Cardin Tuſcus lib.
2.littera V.concluſ.89.n.14. Sebaſtianus Medi-
ces Rota Marchia deciſ.39.n.2.*

Vt quid enim effugiet ipſe, ne deſertor
dicatot religionis, qui ob ſcelera eijectus,
& clericali indutus habito, neque in illo
perſeuerauit; ſed ad militiam transfugit ſe-
40 cularem. Deſertor quippè religionis, &
ipſe dicetur; quemadmodum deſertor eius
diceretur,ſi antequam eijceretur, habitum
excuſsiſſet religionis,& ad ſecularem tranſ-
fugiſſet militiam. Duo enim iſta inſimul
perquiruntur, Apoſtata vt quis dicatur; &
quod habitum excutiat, & quod reuerten-
di animum minimè retineat. vt poſt *Caie-
tan.2.2.d.q.12.art.1.* ſequitur *Nauar.d.conſ.1.
n.6.& 7.de apoſtatis*,ad *tex.in d.l. deſertor.3.§.
deſertor eſt.ff.de re militari. Achilles de Graſſis.
d.deciſ. vnic.n.2. & 6. Farinac. de hæretic.d.q.
183.§.6.n.83.in 3.limitat. Rodricus reſolut.11.
n.1.& n.20. & 21.in annotationibus.* ex ratio-
ne,quam refert Gregorius in regiſtro *lib.1.
epiſt.34.* relatus *can. Ananias 3. in fin.17. q.1.*
42 quòd *ſemetipſum Deo Omnipotenti (cui ſub
monachali habitu deuouerat) ſubtraxit.* militię
nomen dando ſeculari, vndè graui ſe ſce-
43 lere,ac ſacrilego fœdauit; ſicuti Ananias
qui victus perſuaſione diaboli, pecunias,
quas Deo vouerat, ſubtraxit. vndè repenti-
na periJt morte. *Actor.5. 5.* quod perpendit
44 Gregor.*d.can.Ananias.* Maior verò,multò
vtique magis, alienatio eſt perſonæ, quàm
rei. vt *Gloſſ ibid. verbo temetipſum* argumen-
tatur,ex ratione, quam reddit Leo Primus
epiſtola 91.ad Ruſticum Epiſcopum relatus *can.
puellæ 6.in fin.20.q.1.*dicens: *Nam ſi humana
45 fœdera non poſſunt impunè calcari: quid de eis
manebit, qui corruperint fœdera diuini ſacra-
46 menti?* Iure igitur excommunicatione fe-
ritur *d.cap.vt periculoſa 2. ne clerici, vel mona-
chi in 6.Nauar.d.conſ.1.de apoſtat.n.3.& 4.&
in manuali cap.27.n.131.* ſequiturque *Bellett.
d.§.24,n.5.& 6.& n.15. Achilles de Graſſis d.
deciſ.346. aliàs vnic. de Apoſtatis, n.3. & ſeq.
Triuiſan d.deciſ.35.n.14. & 15.*

47 Infero ex his prætérea, quòd & ſi planè
hæreticus proptereà regularis hic dici mi-
nimè poſſit, neque hæreticorum pœnis fe-
riri,ac veluti hæreticus condemnari, quòd
nullus huc vſque error detegatur in intel-
48 lectu: (hæreticus quippè dicitur qui malè
ſentit de articulis fidei,vel eorum aliquo.)
29 non ex hoc tamen eſt, cùm ſeptennio to-
to in excommunicatione, peſſimoque illo
vitę ſtatu flagitiis innexus, perſeuerauerit,
perſtiteritq.quin perſeuerantia hæc ſcrupu
lo non careat hæreticæ prauitatis,vt verbis
vtar, quibus Honorius tertius *in cap. fin. de
pœnis extrà.* Quam ob cauſam, & ſi hæreti-
cus dici minimè poſsit,neque vti hæreticus
51 condemnari;poterit tamen contra eū, vti
de hæreſi ſuſpectum procedi, atque ad ſuā
eruendam intentionem, & credulitatem
interrogari. vti in his terminis reſpondit
Caldrinus conſ.5.diaconus profeſſus.de hæretic.

ſequi:

ſequiturq́ue *Triuiſan.4.deciſ.35.n.27.Nauar. conſ.21.Quid iuris lib.5.de hæretic.* aptaturq. neque extrà rem, Sacri Trident. Concilii decretum *ſeſs.25.cap.3.de reformat. Pegna in director.p.3.commentar.24.§. ſunt autem alia facta.col.3.ad fin vſque fol. mihi 439. Farinac. de hæretic.q.192.§.2.n.23.limit.5.cum ſequent. & d.q.183.§.6.n 92.& §.8. n.108. in 1. ampliat. Sanctarellus de hæreſi cap.41.dub.3.nu.5. verſ. decimo Apoſtata à religione*, quem ſequitur *Diana reſolut moralium p. 4. tract.7. de pœnis delictorum reſolut. 3. verſ. vndè non deſunt Doctores. Naldus in ſumma verbo religioſus.n.32.*

32 Denunciandum proinde dixi. Atquè ita ex his, emunctioris naris iudicio haud abiecto, reſpondendum cenſui.

CAROLVS MARANTA
Aduocatus.

SVMMARIVM.

1 *Rerũ pretia duplici diuiſione ſecernuntur. & quod legitimum, quod naturale?*

2 *Pretium naturale diuiſionem, ac latitudinem tripliciter admittit.*

3 *Res hominum æſtimatione comuni penſantur, tantique valent, quanti comuniter æſtimantur.*

4 *Frumentum bonum ob dilatam ſolutionem medio pretio vendere illicitum haud eſt.*

Vel ſi melius rigoroſo. n.6.

vel ob lucrum ceſſans, vel damnum emergens.num.7.

Vel ſi periculum aliquod perdendi inuoluatur.n.8.

5 *Res præſenti pecunia minus æſtimantur, dilata verò pluris.*

9 *Rei bonitas comuni æſtimatione auget pretium.*

Sicuti eius vileſcit defectu. 10.

11 *Vſura eſt vltra iuſtum rigoroſum ob dilatam ſolutionem carius vendere.*

Inuoluitur enim mutuum palliatum.

Vnde tenetur vendens exceſſum reſtituere. num.12.

ARGVMENTVM.

An uendens rigoroſo, ac ſupremo pretio ob dilatã ſolutionem, licitè uendat, uel contrà, uitium aliquod uſuræ incurrat, undè ad reſtitutionem aliquam teneatur? diſſeritur.

RESPOLSIO LVIII.

IOſeph menſe Martio frumentum, quod tunc bonum, duodecim carolenis, atq. dimidio, communi hominum æſtimatione venditur, tredecim, ob dilatam ſolutionem in ſingulos vendit modios. Melius verò quatuordecim, & dimidio. Optimum autem omnium quindecim, atque dimidio ob eandem cauſam dilatæ ſolutionis ad menſem vſq. Iulij dat. Hanc ob cauſam proinde ſcrupulis nunc angitur, ſit ne reſtitutioni alicui obnoxius, vel id iure ſibi facere licuit? conſilium eapropter pe-
1 tit. Quare reſpondi: Rerum prætia duplici ſecari diuiſione. Vnum quidem legitimum, quod à lege, vel Principe, eiuſque Magiſtratu iuſta ratione taxatur. *ad tex in l. 1.§.cura carnis ff de officio præfecti Vrbi.* quòd in indiuiſibili eſſe dicitur: ſemper enim perſeuerat idem, neque mutationem recipit. Aliud verò, quod naturale, ſiuè vulgare dicitur, comune hominum æſtimatione præfinitum; quod ſanè cùm in indiuiſibili non ſiſtat, variationem admittit, latitudinemque, atque intra quod vagetur, ſpatiũ, agnoſcit. Quia nimirum cùm a pluribus taxetur, neq. omniũ idẽ ſit iudiciũ, variationẽ accipit; quod nõ æquæ in legitimo accidit, in indiuiſibili perſiſtẽte, vniuſq. Principis, vel iudicis iudicio, ac decreto taxato.

2 Hinc planè fit, naturale pretium diuiſionem, ac latitudinem tripliciter admittere. Nam aliud infimum, ſiue pium nuncupatur; aliud medium, ſeù moderatum, ac tertium ſupremum, ſiue rigoroſum. Vnumquodque horum tamen latitudinem ſuã agnoſcit intra quam vagetur. Veluti ecce tibi, ſi rei alicuius infimum pretium nonaginta quinque æſtimetur; Medium vtique ad centum extendetur, rigoroſum autem & ſupremum quinq. ſupra centum. Quiſquis itaque intra latitudinis huius terminos ſe perſeruabit, vt illos minimè tranſgrediatur, iuſtitiam ſeruabit, neque naturale
3 le rerum pretium violabit. Ita quippè hominum æſtimatione cõuni res vna quæq. penditur: vt tanti res valeat, quanti comuniter vel loco, vel tempore æſtimatur. *l in l.falcidia 62.in fin. & l.pretia rerũ 63.in princ. vbi gloſſ.verbo funguntur, & §.1.ad leg.falcid. c.in Ciuitate 6.de vſuris, & l.1.§ ſi hæres eod ad Trebellean. S. Thom.2.2.q.77.art.1.ad 1 in fin. vbi etiã Caiet Couar variar. reſolut. lib.2. c.3. n.1.Cardin.Tolet.inſtruct ſacerdotalis lib.8.c.47 Ludouic. à Beia reſponſ. caſuũ conſcientiæ p.1. caſu 6.Pater Molina de iuſtit.& iur.t.2.de contract.diſp.347.Bonac.t.2.de contract. diſp.3.q.2. pun.4 n.1.& 2.Nau.man.c.17.n.206.verſ. dixi verũ mutuũ.& n. 228.& c.23.n.78.79.80. & 81.* Pater Ioan. Valerus *de differentijs inter vtrumq.forum verbo venditio differentia 1.n.1.*

4 Nullam igitur iniuſtitiam Ioſeph admiſit,

ſit, ſi ob dilatam ſolutionem frumentum
bonum, quod duodecim & dimidio, infi-
mo valebat pretio, medio (imò infrà me-
5 dium) treſdecim vendidit. Quoniam æſti-
matione comuni, ſicuti præſenti pecunia,
res minus æſtimantur, ita dilata ſolutione,
ac creditò carius penſantur. ad *tex. in l. vi-*
num 22. ff. de rebus credit. d. cap. in Ciuitate 6.
6 *de vſur.* multoque minus, ſi melius, opti-
mumq. maiori pretio ad rigoroſum, & ſu-
7 premum diſtraxit. ob cauſam præſertim
lucri ceſſantis, vel emergentis damni, quòd
in dilatione inuoluitur præſentis, ac nume
ratæ pecuniæ; modo tamen ſupra iuſtum,
ac rigoroſum pretium nihil vltrà accipia-
8 tur. ni alia ex cauſa ob periculum morale
perdendi totum, excuſaretur. *d. l. vinum 22.*
ff. de rebus credit. & d. cap. in ciuitate 6. de vſur.
& cap. illo vos 4. de pignoribus. S. Thom. 2. 2. q.
78. art. 2. ad primum. Couar. d. cap. 3. n. 6. Nauar.
vbi ſuprà d. cap. 23. n 82 Molin. tract. 2. de con-
tract. diſp. 357. n. 1. Tolet. à Beia. & Bonacin d.
punct. 4. n. 17. verſ. hinc ſequitur, aliýque ab eis.
& dictum fuit in *Senogallien prędÿ. 3. Iunÿ*
1581. coram Bubalo apud Fainac. deciſ. 30. n. 8.
poſt 1. vol conſiliorum.

Accedit his non minimi, excedens bo-
9 nitas frumenti nouiſsimè venditi; ex maio-
ri porrò rei bonitate, comuni æſtimatione,
augetur prætium *d. l. falcidia 62. & l. pretia*
rerum 63. §. non nullam ff. ad legem falcid.
10 quemadmodum vileſcit eius defectu. vt
æqualitas compenſetur rei ad pretium *S.*
Thom. d. art. 1. ad 1. in fin. q. 77. Molin. d. tract. 2.
de contractib. diſput. 364. n. 11. Bonacin. d. punct.
4 n. 3. & n. 12.

11 Eatenus itaque ſcrupulus ſupereſſe po-
teſt, quatenus vltra iuſtum rigoroſum, di-
lationis gratia ſolutionis venditio fieret;
Inuolueretur quippè mutuum virtuale,
eſſetque conſequenter vſura, teneretur q.
12 ita vendens exceſſum ex iuſtitia reſtitue-
re. *S. Thom. d. q. 78. art 2. ad 7. Nauar. man. d. c.*
17 n. 206. & n. 228. in fin. Beia d. caſu 6. Bona-
cina d. punct. 4 n. 17 verſ. reſpondeo. Molina d.
diſput. 357. n. 1. Valerus d. verbo vendere diffe.
rent. 4. Atque ita ex his iudicio meliori
ſemper præhabito, reſpondendum eſſe
cenſui.

CAROLVS MARANTA V.I.D.
Aduocatus.

SVMMARIVM.

1 *Res mobiles pretioſæ immobilibus Eccleſiæ æquantur.*
2 *Pœna peccantibus inferuntur, non innoxÿs.*
Nam pœna antecedentem ſupponit culpam
Et pœna, & culpa ſunt duo inuicem ſibi connexa, num. 3.
Probatur id ex ſacris litteris. n. 4.
4 *Locus Matth. 7. 23. elucidatur.*
Et eiuſdem, 25. 41. n. 6.
5 *Pœna delicto correſpondens eſſe debet.*
7 *Capitale, qui reliquit, pecuniam reliquiſſe videtur, ac nomen debitoris, nu. 11.*
Nam capitale pecunia eſt.
Et capitale ſortem denotat, n. 10. Ideo diſtrahi poteſt, n. 23. Præſertim ſi id teſtator diſpoſuit, n. 20.
8 *Sors, quæ fœnori datur, pecunia eſt, & nu. 9.*
12 *Pecunia inter mobilia agnoſcitur, & n. 17.*
Quæ ad commutationes rerum faciendas inuenta eſt.
Et non niſi ad emendum diſpoſita, n. 13.
Etiam ſi ad emptionem ſtabilium depoſita ſit, ac etiam feu ˈi. n. 14.
Tamen inter res mobiles computatur.
Et in his conſiſtit, quæ vſu conſumuntur, ac ſola ipſa commiſtione conſumitur, n. 15.
Diſtrahi igitur poteſt.
Quia res fragilis, nec diuturna æſtimatur, num. 16.
18 *Verba diſpoſitionis cum non congruunt, neque diſpoſitio ipſa conueniet, quia cogitaſſe non videtur diſponens, quod verbis non aperuit, num. 19.*
21 *Voluntas teſtatoris lex eſt.*
Ideo veneranda, omnique obſeruantia ſuſcipienda, n. 22.
24 *Lege quod ſit permittente, à pœna eximitur.*
Neque damnari poteſt: neque obÿci, n. 25.
26 *Diſpoſitioni, qui ſe opponit à teſtatore dictæ, illam oppugnat; peccat proinde contra legem ab eo dictam, n. 27.*
28 *Hominibus nihil magis debetur, poſt quàm hinc demigrauerint, quàm quod firma eorum ſint voluntates.*
29 *A lege reſilire in his, quæ in commune bonũ illa ſtatuit, peccatum eſt.*
30 *Legi qui reſiſtit, Dei ordinationi obluctatur.*
31 *Leges, quæ iuſtæ ſunt, Dei ordinatione conduntur.*
Eiſque vti Deo parendum. Virtus in legis obſeruantia eſt.
Leges inuentæ metu iniuſti, n. 32. in fin.
Lex iuſto non eſt poſita. Pœna criminis ex tempore legis eſt.
Nec habet venia locum, qui deliquit admonitus.
32 *Iniuſtitia omnis rei notabilis, lethale eſt.*
Cum obligatione reſarciendi damnum.
33 *Text. in cap. ſi clericos 15. de ſentent. ex-*
com:

Digitized by Google

communicat. num. 6.

Indiſtinctè loquitur, ſiue formato proceſſu, ſiue non formato iudex procedat.

Et ſat eſſe debet ſi præſumptiuè de delicto conſtet, num. 38.

34 *Lex vbi non diſtinguit, neque nos diſtiguere oportet.*

35 *Monacum carceri ans ſuperior, quòd manus violentas in alium injecerat monachum, temere, neque eum iniuria eum carcerare dicitur. Neque eum grauat, nu. 52.*

36 *Iniuria atrox dicitur ſi percuſſio in facie fiat.*

37 *Ius quod quiſque in alterum ſtatuit, hoc ſibi iuſtum videri debet.*

39 *Violentas manus in Monachum injiciens in canonem incidit ſi quis ſuadente Diabolo.*

Poteſtque carceri dari, n. 40.

41 *Abſolutio ab excommunicatione, non facta ſatisfactione offenſo dari, haud debet.*

42 *Regularis iuſtè emendatus, non appellat. Niſi modus excedatur, n. 43.*

44 *Delicta impunita dimitti non debent.*

45 *Facilitas veniæ anſam ribuit delinquendi. Quia quod facilè ſanatur, non multum cauetur, num. 46.*

48 *Pœna docente cognoſcere quiſque debet quàntum deliquit.*

49 *Superior, qui negligens eſt in emendandis delictis, tenetur, atque rationem reddet.*

50 *Ieſus Chriſtus Epiſcoput eſt animarum.*

51 *Ouium ſanguinem de manu paſtorum exquiret Chriſtus.*

53 *Licitè quod fit, iuſte vtique fit, atque proinde benè.*

54 *Pœnæ metu coercendi ſunt delinquentes, à delictis vt ſe temperent.*

ARGVMENTVM.

Pecuniam inter mobilia abſolutum iure eſt numerari. An igitur capitali relicto Monaſterio, facultate facta illud diſtrahendi; pecunia relicta videatur? Vt iurè capitale ipſum vendere licuerit abſque penarum extrauagantis Ambitioſæ, incurſu, ac decretorum Sacræ Congregationis? Num vero Superior Regularis ſibi ſubiectum criminoſum proceſſu minime formato carceri trudere potuerit?

RESPONSIO LVIII.

DVo ſunt, quæ aduerſus Patrem Priorem Sancti Spiritus ordinis Prædicatorum opponuntur, vt eum in pœnas dediſſe *extrauagantis ambitioſa de rebus Eccleſ. non alienandis,* ac decretorum Sacræ Congregationis S. D. N. Vrbani Papæ Octaui iuſſu editorum, putent: quòd immobilia monaſterij ſolemnitatibus minime ſeruatis, alianauerit: Et quod Fratrem ſibi ſubiectum, non formato proceſſu, carceribus truderit; vt in pœnas *capit. ſi clericos 15. de ſentent. excommunicat. in 6.* impegiſſe acclament.

Verùm neutrum horum contra hunc Patrem facere, ſequentibus (cum ab iniuria vindicantes) reſpondendum cenſuimus.

Non ſanè Primum. Quòd nulla immobilium rerum facta alienatio fuit, vel
1 prætioſarum mobilium, quæ immobilibus æquantur, *l. lex, quæ tutores 22. C. de adminiſtr. tutor. Extrauagans prædicta Ambitioſa in princip.* ibi: immobilia, vel prætioſa mobilia, *Glo. in cap. tua nuper 8. verbo tractatu. de his quæ fiunt à prælat. gloſſ. in cap. his, cui procuratio. 42. verbo immobilium de elect. lib. 6. gloſſ. in cap. 1. in fin. verbo abſtinentes de clerico ægrotant. lib. 6.* diximus *reſponſ. noſtra 3. num. 1. & 2. part. 2.* In nullam igitur pœnarum dedit, quę dictis extrauaganti, & decreto Sacræ Congrega-
2 tionis continentur. Peccātibus quippè, non ſanè innoxijs pœnæ inferuntur; quæ antecedentem perſequuntur culpam, *l. ſed, & ſi non data 55 in fin. ff. de fideicommiſſar. libertatibus,* ex ratione, quam ibi Martianus, *lib. 4. regularum* refert; *In paruulis autem* (dicens) *nulla deprahenditur culpa,* Vt nulla proinde debeatur pœna; vt relicta illis propterea fideicommiſſa debeatur libertas, *l. ſi qua pœna 244. ff. de verborum ſignificat. gloſſ. in clement. vn. verbo eos. de conſanguinit. & affinit.* dicens: *Tunc ceſſat culpa, ergo pęna. S. Thom. 2. 2. quæſt. 108. art. 4. in ſolut. Menoch. de arbitrar. caſu 185 nu. 4. Surd. deciſ. 277. num. 19. Thomas Triniſanus deciſ. 22. num. 3. lib. 2. Barboſ. aſſiomat. 181.*
3 *num. 1.* Sunt enim duo inuicem ita connexa culpa, & pęna, vt vnum ſine altero eſſe nō poſſit *S. Thom. d. ar. 4. Menochius conſ. 82. num. 196. lib. 1.* iuxtà illud Horatij, *lib. 1. carm. od. 2.*

„ *Raro antecedentem ſceleſtum*
„ *Deſeruit pede pœna claudo.*

4 Memineris illius dicti Saluatoris, *Matth. 7. 23.*

7.23. conteſtantis impijs, & peccatoribus,
,, ac dicentis: *Et tunc confitebor illis: Quia nun-*
,, *quam noui vos: Diſcedite à me, qui operamini*
,, *iniquitatem.*
Illis quippè pœnam conteſtatur diſceſſus
ab eo, ac conſequenter inferni, (vt *Carthu-*
ſian ibidem explicat;) qui priùs iniquitatem
5 operati fuere: Vt ſit pœna præcedenti cor-
reſpondens dilicto. Veluti etiam apud eũ-
6 dem *Matth.* 25. 41. in eos dicet Idem Do-
minus, ſedens in iudicio in ſede maieſtatis
ſuæ, ſententiam, qui per peccatum pœnam
,, meruerunt æternam. *Tunc dicet, & his, qui à*
,, *ſiniſtris erunt: Diſcedite à me maledicti in ignem*
,, *æternum, qui paratus eſt diabolo, & angelis eius.*
,, Rationemque reddit: *Eſuriui enim, & non*
,, *dediſtis mihi manducare. Sitiui & non dediſtis*
,, *mihi potum. hoſpes eram, & non collegiſtis me.*
,, *Nudus, & non operuiſtis me. infirmus, & in car-*
,, *cere; & non viſitaſtis me.* Ideo condemnan-
tur, (*Dionyſ. Carthuſ. ibidem* dicit) quoniam
,, opera miſericordiæ non fecerunt. Quod
,, idem erit de omni peccato de quo futura,
,, erit diſcuſſio, *vt idem ibidem.* Sine peccato
igitur pœna non datur.
Non itaq; feriri pœna poterit; Prior hic,
qui non peccauit.
Adſtruimus autem hoc, ſequenti perpẽ-
ſione. Legatum quippè à Ioanne Baptiſta
Roſſa Monaſterio rogatum, non de re ſa-
nè immobili, ſed omnino mobili fuit; ſe-
quentibus enim ille legatum Scripſit.
,, *Item laſcio al Monaſterio di S. Spirito di Pa-*
,, *lazo docati cinquecento di capitale, di quelli Io*
,, *tengo col Sacro Monte di Pietà, delli quali poſ-*
,, *ſano detti Patri diſporre à loro arbitrio con ven-*
,, *derli, & alienarli come à loro parerà, & piacerà,*
,, *pregando detti Patri preghino Dio per l'anima*
,, *mia.*
7 Pecunia itaque in huiuſcemodi legato
relicta Monaſterio fuit, nõ annuus reditus.
Reliquit porrò ducatos quingentum ca-
pitalis, (*di capitale.*) Capitale verò, quod in
annuos cenſus deſtinatur, ac ſoluitur, pe-
cunia eſt. pecuniam ergo reliquit teſtator.
8 Eodem planè modo, quo ſors; quæ fœnori
datur, pecunia eſt. probat id *tex.* ſatis con-
cinnus ad rem *in l. vxori vſufructu* 24. *ff. de*
,, *vſufructu legato. Vxori vſufructu bonorum le-*
,, *gato, fœnus quoque ſortium, quas defunctus col-*
,, *locauit, poſt impletam ex ſenatus conſulto cautio*
nem, præſtabitur.(Papinianus loquitur.) vbi
perbelle, *Gloſſ. verbo ſortium*, ideſt (*pecunia-*
rum) explicat. ſors itaque pecuniam ſignifi-
cat. Probat id *tex. in l. maritus* 94. §. *filiæ ff. ad*
legem falcid. quo loco ex verbis Sceuolæ: *In*
,, *datione* (dicentis) *legis falcidiæ ponenda, deſi-*
,, *derat deduci ſortes, ex quarum vſuris alimenta*
,, *impubes defuncta ex perſona teſtatricis ſuæ plu-*
ribus debita præſtitit. Gloſſ. in figuratione ca-
ſus *fortis* nomen, in *pecunia* exprimit, atque
exaudit. *l. deducta* 58. §. *ante diem ff. ad ſenatus*
conſult. Trebelleian. ex verbis Papiniani *lib.*
,, 9. *reſponſorum. Sortium,* (dicentis) *quæ de pre-*
,, *tij earum redigi potuerunt, vſuræ, propter vſum*
,, *medij temporis præceptæ, non videbuntur.*
9 Apertè nempè hæc *ſortium* nomine, pe-
cuniæ; ſiue (dicamus nos) capitalia ipſa in-
telliguntur, veluti *Gloſſ.* intellexit *proemio*
Clentinarum verbo ſortis. pro capitali, *ſortem,*
intelligi, dicens; allegat *tex. in cap.* 1. & 2. *de*
10 *vſuris.* in quibus apertiſſimè fortis nomi-
ne, *Capitale,* ſiue pecunia, capitalis, & origi-
naria intelligitur. *Albericus de Roſata in ver-*
bo ſors. atque etiam *lexicon Iuris nouum ver-*
,, *bo ſors.* vbi dicit. *Sors ſumma eſt, ſiue capitale,*
& *verbo ſortes.* dicens: *Sortes appellantur pe-*
cuniæ.
11 Capitali igitur legato; non vſuræ illius,
ſed ſors, & nomẽ ipſum debitoris legatum
intelligitur. Concinit Papinianus *d. l. vxori*
24. §. *non idem. de vſuſfruct. legat.* dicens: *Non*
,, *idem ſeruabitur in nominibus ab hærede factis;*
,, *tunc enim ſortes dumtaxat legatario dabuntur.*
,, Dumtaxat, (*Gloſſ ibidem* inquit) non autem
,, vſuras, quas lucrifecit hæres ex pecunia
hæreditaria.
12 At pecunia inter mobilia, non planè im-
mobilia agnoſcitur, quæ ad commutatio-
nes faciendas rerum, deſtinatione inuenta
eſt hominum. *S. Thom.* 2. 2. *q.* 88 *art.* 1. *in reſ-*
13 *ponſ. in fin.* & non niſi ad emendum diſpo-
ſita: Aureum illud vt loquitur os *Ioannes*
Chriſoſtomus ſuper Matth. relatus can. eijciens
Dominus 10. §. *dicet aliquis* 88. *diſt.* & *ibid. Ar-*
chidiacon. tex. in l. 1. *ff de contrahend. emptione.*
Cum enim commutationes rerum non vti
les agnoſcerentur ad vitam hominum trã-
,, ſigendam: *Electa materia eſt,* (Paulus ibidem
,, loquitur) *cuius publica, ac perpetua æſtimatio*
,, *difficultatibus permutationum, æqualitate quan-*
,, *titatis ſubueniret. Eaque materia forma publica*
,, *percuſſa, vſum, dominiumque, non tam ex ſub-*
,, *ſtantia præberet, quàm ex quantitate; nec vltrà*
,, *merx vtrumque, ſed alterum pratium vocaretur.*
ſic ille. *Molina de Iuſtit.* & *Iure tom.* 2. *de con-*
tractib. diſput. 336. *num.* 2. *Rota in recent. part.* 2.
tom. 1. *deciſ.* 72. *num.* 1. *in fin.* & *in Vrbeuetana*
cenſus 16. *Decembris* 1594. *coram Card. Blan-*
chetto deciſ 82. *num.* 2. *apud Cencium de cenſib.*
part. 1. *Card. Mantica de coniectur. vltimar. vo-*
lunt. lib. 9. *tit.* 3. *num.* 2. *Hartaman Piſtoris ob-*
ſeruat. 103. *num.* 2. *Ioan. Baptiſt. Thoro in com-*
pend. deciſ. tom. 2. *verbo legatum omnium mobi-*
lium col. 1. *fol.* 326. *Boer. deciſ* 209. *Viſcontus in*
ſuis Iuris concluſionib. verbo Pecunia fol. 223.
Ioan. Koppen. deciſ. German. 18. *num.* 2. & 3. *par.*
1. *Flamin. Carthar. Rota Genuæ deciſ.* 110. *nu.* 4.
Gratian. deciſ. 95. *n.* 8. & 9. & *in additionib. n.* 1.
14 vbi in fortioribus terminis de pecunia de-
poſita verba faciunt, vel deſtinata ad præ-
diorum emptionem; vt multorum ſenten-
tia inter mobilia agnoſci eam dicant: poſ-
ſitque propterea ſine etiam Iudicis decre-

toalienari, modo tamen vtiliter alienetur.
*Card. Tuſcus tom.6. littera P. concluſ. 200. potiſ-
ſimum num. 6. & 9. Idem Koppen. d. deciſ. 18.
per tot.* præſertim *num.* 5. loquens de pecu-
nia deſtinnta ad emptionem feudi, quam
inter mobilia agnoſcit.
15 Iurè ergo, non ſanè iniquè diſtrahi po-
tuit pecunia, quæ in rebus, quæ vſu ipſo cō-
ſumuntur, conſtat *l rogaſti* 11. *ff. ſi certum pe-*
16 *tatur*, atque fragilis, non verò ſtabilis, neq;
diuturna res æſtimatur. *l. lex, quæ tutores* 22.
*§. huic accedit C. de contrahenda empt. l. ſi cho-
rus* 77. *§. 1. de legat. 3. Card. Mantica de tacit. &
ambig. tom. 1. lib. 4 tit. 6. num.* 33. Quia ſola cō-
miſtione conſumitur. *l. ſi alieni num. 78. ff de
ſolutionib. Ioan. Koppen. d. deciſ. 18. num. 3.* & in
terminis noſtræ quæſtionis, ad materiam
Extrauagant. Ambitioſæ, quòd inter mobilia
17 annumeretur pecunia, vt alienari proptc-
rea poſſit, neque in pœnas det (*extrauagāt*)
alienans. ipſe met docet *Cardin. Mantica to. 2.
lib. 25. tit. 6. n. 7. & 8 Tiraq. de retract. lignagier.
§. 1. Gloſs. 7. num. 103. Cencius de cenſib. part. 1.
cap. 1. q. 1. art. 2. num. 9. & cap. 3. q. 1. art. 6. num.
20. & 21.*
Haud igitur locum ſibi facient pœnæ
dicta extrauaganti, atque etiam decreto Sa-
cræ Congregationis aduerſus alienantes
bona Eccleſiarum ſtabilia, vel mobilia pre-
tioſa, inflictæ.
18 Cum enim verba diſpoſitionis facto huic
noſtro minime ſedeant, neque ipſa diſpoſi-
tio locum habere debebit *l. 4. §. toties ff. de*
19 *damno infecto.* Non enim cogitaſſe videtur
diſponens, quod verbis nec aperuit. *capit. tua
nos 26. in fin. de ſponſalib. Cardin. Tuſcus tom.
8. littera V. concluſ. 88 num. 3. Tiraquel de reuo-
cand. donat. C. in l. ſi vnquam verbo libertis nu.
2. Barboſ. aſſiomat. 136. num. 8. & aſſiomat. 222.
num. 33. & in cap. porrò 7. num. 9. de priuileg.
Gonzalez ad regul. 8. Gloſſ. 5. in princ. num. 4.*
perpendit optime Rota *in recent. par. 2. tom.
1. deciſ. 502. ſub. nu. 3. & par. 1. tom. 2. deciſ. 697.
nu. 7. in fin. Marius Antonin. variar. reſolut. lib.
3. reſolut. 9. num. 4.*
20 Accedit præterea, quod ipſemet Teſta-
tor legem dixit, quæ ab omni pœna alie-
num Priorem hunc effecit. Reliquit por-
rò Capitale ducatorum quingentum, facta
facultate Patribus ad libitum illud alienā-
21 di, vendendi, diſtrahendi. At lex eſt Teſta-
toris voluntas iis omnibus, qui ex bonis eius
commodum percipiunt *§. diſponat in auth.*
22 *de nupt. collat.* 4. Veneranda ergo illa erit,
omnique obſeruantia ſuſcipienda *l. 1. C. de
ſacroſanct. eccleſ. can. vltima voluntas 4. vbi etiā
Gloſſ. 13. qu. 2.*
23 Potuit proptérea liberè Pater Prior præ-
fatus ex lege dicta à Teſtatore, ſine vllo in-
curſus cēſurarū ſcrupulo, neq; ē nota, reli-
ctum diſtrahere Capitale, acceptamque ex
illo pecuniam in vſus impendere Monaſte-
24 rij, Patrumq. Fecit quippe id lege à teſta-
tore ſancita permittente. Quia vſus eſt fa-
cultate, quam ei teſtator conceſſit. Vlpia-
nus vt loquitur *in l. quia autem 6. §. nec enim
ff. ſi quis omiſſa cauſa teſtamenti.* Nullam pro-
inde commeritus pœnam fuit. *l. Gracchus 4.
C. ad leg. Iul. de adulter. l. quid ſit fugitiuus 17. §.
apud labeonem ff. de edilit. edict. can. quid dicam
11. 14. qu. 4. can. qui peccat. 36. in princ. 23. q. 4.
Genuens in practicabilib. Eccleſiaſtic. qu. 46. nu.
4. Barboſ. d. aſſiomat. 136. num. 12. Cened. cano-
nicar. quæſt. q. 17. nu. 8. verſ. qui enim aliquid fa-
cit. Molina de Hyſpanſ. primogen. lib. 2. cap. 1.
num. 8. Triuiſan. d deciſ. 22. n. 2. lib.* 2. Percipe
aureum illud Senecæ *lib. 6. declamation.*
25 „ Obijci non poteſt, quod lege factum eſt.
„ *& lib.* 9. Non poſſum ob id damnare,
„ quod lege factum eſt.
26 Quiſquis igitur huic ſe oppoſuerit di-
ſpoſitioni, legem vtique à teſtatore rebus
ſuis dictam oppugnabit, illamque prorue-
27 re tentabit. Peccabit ergo contra legem
ab illo rogatam. *can. Syluester* 10. *vbi Gloſſ.
11. q. 1. l. fin. C. de fideicommiſſ. Nauar. Man. c.
25. num. 65. & conſ. 9. nu. 6. verſ. præfata ven-
ditio lib. 3. de empt. & vendit. & conſ. 4 fratri-
bus nationis num. 7. verſ. quod omnis diſpoſitio
lib. 2. de appellat. Nenizan. conſ. 21. num. 19. &*
20. facit enim contra pietatem, vt *ibidem
n. 20. Nenizanus.* perpendit *Viuius deciſ. 265.
per tot.*
28 Neque porrò quicquam aliud eſt, quod
magis hominibus, poſtquam hinc demi-
grauerint, debeatur, quàm quod eorum fir-
ma ſint iudicia, atq; licitum, quod iterum
non redit, arbitrium *d. l. 1. C. de ſacroſanct. Ec-
cleſ. d. can. vlt. voluntas 4. 13. q. 2.*
29 Quemadmodum nec leue peccatum eſt
à lege reſilire in his, quæ in comune bonū
proportionata æqualitate illa ſtatuit *S. Th.
1. 2. q 96. ar. 4. cap. 1. de conſtitution. Abb. in cap.
nam concupiſcentiam 4. num. 2. eod. tit. Nauar.
man. cap. 23. num. 48. Couar. regula peccatum
part. 2. §. 5. nu. 3. Ioan. Azor. Inſtitut. moralium
par. 1. lib. 5. cap. 6. Ioan. Salas de legib. diſput. 10.
ſect. 1, num. 6.* diximus *reſponſ. noſtra 7. num. 3.
& 5. part. 1.*
30 Neque hoc ſanè mirum, quia, qui legi
reſiſtit, Dei ordinationi reſiſtit: ſecundùm
Apoſtolum ad *Roman. 13. 2. vbi Cornel. à La-
pide n. 170. can. qui reſiſtit. 95. vbi gloſſ. 11.*
31 *q. 3. Viuius dec. 106. n. 1. 6. 7. &* 8. Dei quip
pè ordinatione leges cōduntur; quæ iuſtæ
„ ſunt. *Per me enim,* (ipſe loquitur *Prouerb.*
„ 8. 15.) *Reges regnant, & legum conditores iu-
„ ſta decernunt.* Quam ob cauſam Pindarus
rectiſsimè dixit: *Legem omnium eſſe dominā,
eique vti Deo parendum.* Neque virtus in le-
ge ipſa ſimpliciter conſideratur, ſed in le-
gis obſeruantia. Quid enim profi cit lex,
quamuis iuſta, quamuis ſancta, ſi qui illam
„ ſeruent non fuerint? *Non ne Moyſes dedit*

Digitized by Google

,, *vobis legem, & nemo ex vobis facit legem?*
Chriſtus phariſeos carpens dixit *Ioan.7.19.*
Ex legis igitur contēptu mala cuncta pro-
ueniunt.vt perpendit optimè *Gigans de re-*
*ſidentia Epiſcopor.in præfation.n.3.*Illi quip-
pè Beati ſunt, qui legem ſeruant. Iacobus
vt nos docet Apoſtolus *epiſt.* ſua canon.
,, *c.1.23.Qui autem perſpexerit in legem perfe-*
,, *ctā libertatis,& permanſerit in ea* (dicens)
,, *non auditor obliuioſus factus, ſed factor ope-*
,, *ris: hic beatus in facto ſuo erit.*

Contrà vtramque itaque legem faciet
Pater Commiſſarius; & à teſtatore ſuis re-
bus dictam; atque poſitiuam comunem,
tàm ſacrorum canonum, quàm imperialiū
ſanctionum; ſi Patrem hunc Priorem in
eo, quod contrà legem vtramque non eſt,
vexatione, atque moleſtijs afficere tenta-
bit. Peccabit propterea contrà iuſtitiam
32 faciens.Quia profectò iniuſtitia omnis rei
notabilis, quæ in nocumento conſiſtit al-
terius,lethale facinus eſt, cum obligatione
reſarciendi damnum.*S.Thom.2.2.q.59.art.*
4.Nauar.man.cap.25.n.5.in fin.& de orat.&
horis canonic.cap.22,miſcellan.43.n.77.verſ.
nam vt peccatum. nos reſponſ.40.n.12.par.2.
,, *Iura* (enim) *inuenta metu iniuſti.* vt *Horat.*
,, *1.ſerm.*dixit. Et vetus verbum eſt:*Leges bo-*
,, *na ex malis moribus procreantur.* vt *Macro-*
bius lib.3.ſaturnalium cap.17.verſ.Poſt me-
*diam in fin.*loquitur, vt quippè iniuſtitia in
humanis actibus vitaretur, leges inuentæ.
Violabit itaque iuſtitiam, quiſquis legi à
teſtatore dictæ obluctabitur. Quia nimirū,
vt Apoſtolus Paulus 1.*ad Timot.*1.9.loqui-
,, tur:*Lex iuſto non eſt poſita, ſed iniuſtis, &*
,, *non ſubditis,impijs,& peccatoribus, ſcelera-*
,, *tis,& contaminatis.*&c. Qui ergò obluctan-
tur legi, ijs lex dicta, ac poſita eſt. Non ob-
lectentur proindè legi à teſtatore dictæ, ne
iniuſti, impij, ac peccatores inueniantur.
Pęna enim criminis ex tempore legis eſt,
quæ crimen inhibuit, vt *Ambroſius* loqui-
tur *lib.1.de Abraham cap.*4.relatus *can. di-*
xit Sara.3. 32. q.4. faciet igitur quod iniu-
ſtum eſt,poſt factam admonitionem. Pęnę
ergò iure ſubijcetur. neque venia dignus
,, erit. *Non enim habet venia locum, qui deli-*
*quit admonitus.*vt Caſsiodorus loquitur *lib.*
4.variarum epiſt.29.in fin.

Non etiam ſecundum contrà hunc Pa-
trem facit obiectum.

33 Quia profectò apertè *tex.* loquitur *c.Si*
*Clericos 15. de ſent. excom. in 6.*ſine diſtin-
ctione vlla,ac ſanè præcedēte proceſſu,vel
ſine illo eccleſiaſticus ſuperior ſubiectū ſi-
bi propter cōmiſſos exceſſus in carcere,pę-
debita poſtea caſtigandū, incluſerit: Cùm
,, ſat eſſe debeat, *in his, (niſi aliàs ex propoſi-*
,, *to excedatur) ſi temeritas, vel iniuria, ne-*
,, *queat deprehendi.* Vt Bonifacius Octauus
canonis illius conditor, loquitur.

34 Cùm non diſtinguat igitur lex ipſa ſacri
canonis, neque nos diſtinguere oportebit.
l.non diſtinguemus 37 ff. de recept. arbitris,
cum alijs per *Barboſam* notatis *d. aſſiomat.*
136.n.4.

35 Neque enim temerè, neque cum iniu-
ria proceſſit Prior, qui ſubiectum ſibi mo-
nachum, quòd violentas manus in alium
fratrem iniecerat, eumque baculo vulne-
re cruentauerat in facie,vnde atrox iniuria
36 æſtimabatur.ad *tex. in §. atrox iniuria in-*
*ſtitutionib.de iniur.*in carcerem ſtatim (pę-
na poſtmodum debita feriendum) dede-
rit; ne fugam interim adornaret, iudiciūq.
37 eluderet.Qui ne ſine proceſſu deliquerat,
ſine proceſſu carceris cuſtodiæ traderetur,
debita poſtmodum (proceſſu formato) fe-
riendus pęna. argumento *tex.in l.1.ff. quod*
quiſque iuris.& cap.cum omnes 6.§.cum igi-
*tur. de conſtitut.& diſt.1.in princ.*eorumq.
quæ Paulus Gentium Doctor nos docuit
ad *Rom.2.13. Quicunq. .n.* (dicens)*ſine lege*
peccauerunt,ſine lege peribunt:& quicunque
in lege peccauerunt, per legem iudicabuntur.

38 Sat porrò erat,ſi vel præſumptiuè de de-
licto conſtitiſſet, vt illum ad cuſtodiam
carceri, iure detrudere ſuperior valuiſſet,
vt *Geminian.* adnotat *d. cap.ſi clericos, n.5.*
Franchus ibid.n.7. in Gloſſ.fin. Alioquin an-
ſa interim delinquenti fugam adornandi
præberetur, vt *idem* aduertit per *Gloſſ. fin.*
ibid d.n.5. in fin. & ibid.Franc.

39 Lapidemque non fragilem perpenſioni
huic adiungit, quòd iam dederat hic frater
in *canonem ſi quis ſuadente diabolo 17. q.4.*
ob violentas manus (vt diximus) diabolo
ſuadente in alium fratrem iniectas; quam
ob cauſam excommunicatione nodatus,ne
ſua contagine alios inficeret, poterat vtiq.
40 abſque proceſſu alio carceri detineri, do-
nec emendatus veniam peteret,pacemque
cum offenſo haberet, abſolutioneque (pe-
41 racta pęnitentia) donaretur; quæ impendi
minimè debet, ni (ſatisfactione præmiſſa)
abſolui a cenſuris mereatur,qui in illas de-
dit.*can.de præsbyterorum 23.in fin.vbi Gloſſ.*
17.q.4.Clement.fin.in fin. vbi etiam Gloſſ. de
cenſibus, & exactionibus.

42 Non audiendus propterà fuerat frater,
hic, qui iuſtè emendatus ob exceſſum, in
fratrem,humiliter, & deuotè ſuſcipere de-
buiſſet,quod pro ſalute animæ ſuę à ſuo ſu-
periore iurè,nec ſanè iniquè,ei iniungeba-
tur;iuxtà diſpoſitionem, & verba Alexan-
dri tertij in Concilio Lateranen.*in cap. re-*
prehenſibilis 26.§.fin.extrà de appellat.& In-
nocentius tertius in Concilio generali in
cap.cum ſpeciali 61.§.porrò in fin. eod.tit. idē
Innocentius in *cap. licet in corrigendis 12.*
in princ.de offic. ordinar. extrà. facit decre-
tum *Sacri Trid.Concilij.ſeſſ.13. cap.1. de re-*
format. atque decretum quoque ſacræ Cō-
gre-

gregationis latum anno 1602. quòd refert
Quaranta in ſumma Bullar. verbo Manaſte-
43 *ria, & conuentus fol. mihi 327. Meus Ma-*
ranta in ſpeculo 6. part. de appellat. in 27. li-
mitat. n. 333. præſertim verò ſi correptionis
modus non excedatur. nàm nulla tūc per-
mittitur Regularibus appellatio, qui ſupe-
rioribus obedientiam ſpopondere. *Gloſſ. d.*
cap. licet in corrigendis 12. verbo interclusum
de offic. ordin. can. ei, qui 41. §. ab executore :
ibi: Niſi fortè executor ſententiæ modum
iudicationis excedat. 2. q. 6. argumento *tex.*
in cap. vniuerſitatis. 24. de ſentent. excomunic.
Barboſa alios referens in *collectan. ad ſacrū*
Tridentinum Concilium ſeſſ. 25. cap. 4. n. 11. de
regularib. Nauar. conſ. 4. num. 6. de appellat.
lib. 2. & idem commentar. 3. de regular. ad
can. nullam 18. q. 2. num. 51. in ſolut. ad 1. Ar-
chidiacon. d. cap. ſi clericos. n. 2. de ſent. excom.
44 *in 6. Maranta d. limit. 27. num. 333.* Neque
porrò iuſtè hunc fratrem, qui grauiter in
fratrem deliquerat, impunitum dimiſiſſet
45 Pater Prior; ſi ex facilitate veniæ incen-
tiuum ei tribuiſſet delinquendi. vt Innocē-
tius III. diſponit *c. vt clericorum 13. de vita,*
& honeſtate clericor. & Paulus Secundus in
extrauaganti. Et ſi Dominici. 3. in princ. de
46 *pœnit. & remiſſionib. inter comunes.* Quod
enim facilè ſanatur, non multum cauetur.
Anſelmus (inquit) *ſuper pſalm. 5.* & Co-
micus *Terent. in Heu.* dicens:

Deteriores omnes ſumus licentia.

Proinde ſi negligenter ea, quæ malè vſur-
pantur, omittimus, exceſſus viam procul
dubio aliis aperimus, vt Stephanus Papa V.
Paulo Placentino Epiſcopo ſcribit, *can. loci*
noſtri. 2. 35. q. 9. ſequiturque *Gloſſ. d. cap. vt*
clericorum 13. verbo facilitas de vita, & ho-
neſtate clericorum. Quemadmodum porrò
medicus ęgrotum interimit, qui ne ferrum
adhibeat, morbum graſſari patitur; peręquè
& ſuperior, qui delinquentem correptio-
ne ad vitam non reuocat ſaniorem, quan-
47 tum ex ſe eſt, interimit *Pœnæ enim* (vt Ari-
ſtoteles 2. *ethicor.* docet) *medicina ſunt.*
Ipſe igitur perimit, qui medicinam ægro-
tanti non peribet. Quia facientis culpam
procul dubio habet, qui quod poteſt corri-
gere, negligit emendare. vt Ioannes Papa
8. loquitur *can. facientis. 3. 86. diſt.* ſequitur
Lucas de Penna l. 3. n. 4. C. de annonis, & tri-
but. lib. 10. Vt enim Ouid. 4. *de Ponto* inquit.
Tollitur arte malum.

Debuerat proinde, eum emendare, qui iā
in ſententiam dederat canonis ſi quis ſua-
dente, à comunione factus extortis aliorū
48 fratrum; Vt pœna docente, cognoſceret
quantum deliquiſſet. juxtà Innocētii Ter-
tii admonitionem ad Cardinalem Sancti
Laurentii in Lucina Legatum Apoſtolicū
in cap. niſi ſpecialis illa dilectio. 3. de officio
49 *Legati.* Atque negligenti ipſi enunciare,
eique loqui ad cor verba Domini: *Morte*
morieris; quin magis mortuus es; ne ille
non correptus, neque emendatus, in ini-
quitate ſua moreretur; ſanguinemq. eius
de manu ſua exquireret Iuſtiſſimus Do-
50 minus Paſtor, & Epiſcopus animarum no-
ſtrarum Ieſus Chriſtus Saluator noſter. 1.
Petri 2. 25. vt ipſemet Dominus Paſtoribus
omnibus conteſtatur, *Ezechiel. cap. 3. 18.*
Sanguinem autem eius (dicens) *de manu tua*
requiram cap. ne religioſi 24. in princ. de re-
gular. cap. irrefragabilis 13. in princ. vbi Gloſſ.
1. de offic. ordin. can. cognouimus 19. in fin. 18.
q. 2. extrauagant. inter cunctas 1. in princip.
vbi Gloſſ. verbo Propheta de priuileg. inter
comunes. exornat pluribus, dilucidatq. *Fra-*
ter Thomas à Ieſu ordin. Diſcalceatorū Car-
melitar. de ſtatu monachorum in expoſit. re-
gulæ par. 3. cap. 10. Gloſſ 10. dub. 1.
52 Non iniuſtè igitur ſe geſſit Pater Prior,
hunc fratrem corripiendo; neque ei graua-
men intulir, cùm, crimine id exigente, eū
carceri dedit, vt reſipiſceret. Licitè ergò id
53 fecit; ſi igitur licitè, ac verè, ergò iuſtè; &
ſi iuſtè, benè. ſecundum Auguſtinum ad
Macedonianum relatum *can. quid dicam.*
11. in fin 14. q. 4. Quia nimirum pœnæ metu
coercendi ſunt delinquentes, vt à delictis
ſe temperent patrandis. *cap. irrefragabilis*
13. caterum in fin. de offic. ordinar. pœnæque
metus præſumptionis, meta exiſtat, ſecun-
dum Innocentii 4. verba in Concilio Lug-
dunen in *cap. pro humani. 1. §. nos tanto de*
homicid. in 6.
54 Non coarguendus itaque in re, quam
iure permittente fecit, ad *tex. in d. l. Grac-*
chus 4. C. ad l. Iul. de adulter. Gloſſ. in cap. cā-
ſultationibus 19. verbo remoueri de iure pa-
tronat. Atq. ita ex his, emunctioris naris iu-
dicio, limæque ſuppoſitis, reſpondendum
cenſui.

CAROLVS MARANTA V.I.D.
Aduocatus.

Ceſſauit Commiſſarius à moleſtiis aduerſus hunc Priorem, quòd iuſtè circà vtrumque caput proceſsiſſet.

SVMMARIVM.

1 *Decimas non ſoluentes cenſuris plecti poſ-ſunt. & nu. 40.*

2 *Solutione eius, quod debetur, omnis tollitur obligatio.*

3 *Nominis extrinſeca nuncupatio rei eſſentiam non mutat.*

4 *Nomina rerum hominum placito inuenta.*
Earum proinde eſſentiam non peruertunt.
Atque ex vſu loquentium, moribuſq. vten-tium,

tium, & mutantur; & interpratationem admittunt.n.5.

6 Decimas ſoluiſſe, ſat eſſe debet Parochis, quocumq. illas nomine ſoluentes appellarint.

Eſſentia modo firma ſit.

7 Rei veritatem, nominis externa nuncupatio, non mutabit.

8 Nomina ad recognoſcendas res inuenta.

Quia ex illis rerum quiditates cognoſcimus. num.9.

9 Subſtantia rerum conſideranda.

10 Argumentum à rei finitione, etiam à poſteriori, optimum.

11 Decimæ prædiales, ita dictæ, quòd à prædijs proueniant.

Vnde Iure terraticum dici poterunt.n.12.& 15.& 35.

13 Nomina rebus conſequentia eſſe debent.

Et proprietatibus rerum correſpondere nomimina debent.nu.14.

Eaq. non fortuitù, ſed quadam natura ratione impoſita eſſe.

15 Nominatim quid fieri dicitur, quod ſit per relationem ad aliud.

16 Decimæ (nomen) generis eſt, omneſq. comprehendit ſpecies.

Quamuis integra decima non fuerit n.17.

Conſuetudine modo receptum id fuerit.

Formaliter tamen decima dicitur.n.49.

18 Decimæ Cenſus quoq. nomine comprahenduntur.

Comprahenditque. Quartam Epiſcopo debitam num.19.

19 Cenſus nomine omnis ſolutio, quæ in ſingulos ſit annos, comprehenditur.

20 Solutio imputanda eſt in cauſam præambulam propter quam ſit.

Eiuſq. nomen ſortitur.

Vt ceſſet proinde omnis alia cauſa, de qua nõ apparet.

21 Decimarum cauſa neceſſaria dicitur.

Cum illæ Iure diuino, ac naturali debeantur in recognitionem Directi Dominij Dei.

Et in ſubſtentationem miniſtrorum eius nu. 44.

Neque propterea eis per Summum Pontificem derogari poterit.nu.45.

Verum ſi non petantur remiſſa videntur. ſub num.23.

22 Nemo reſupinus præſumitur, in exigendo quod ſuum eſt.

Vt illud iactare velit.

Ex conſuetudine exigendi præſertim.n.24.

23 Argumentum à coniectura, quòd nemo præſumitur iactare ſuum, non ineptum æſtimatur.

Licitumque eſt arguere ab his, quæ fieri conſueuere.

24 Decimarum Quarta debetur Epiſcopo à Parochis, eorumque Eccleſiis.

Non vero à laycis.num.26.

27 Argumẽtum ſatis ſtrictum eruitur, ſolutionem pro decimis factam fuiſſe, quod ex illa Quarta Epiſcopo ſoluta fuerit.

28 Quarta haud debetur Epiſcopo ex his, quæ ad perpetuum diuinũ cultũ deputata sũt.

Atque ex plurimis alijs.

Et ſuccedit loco legitimæ, (quando debetur,) parentibus, vel patrono debita.

29 Aſſerentis eſt probare.

30 Veriſimile quod non eſt, non admittendum, & Argumentum à non veriſimile petitum validum æſtimatur.

31 Memoria cuius non eſt, neque aſſerendum factum.

32 Solutio in dubio in duriorem, vetuſtioremque cauſam cedit, vt qui contra dicere voluerit probare teneatur.nu.37.

33 Debitoris eſt declarare in quam cauſam, ex pluribus ſoluerit, eiuſque declarationi ſtandum.

Etiam ex poſt facto.nu.34.

Accedente præſertim acceptatione ſolutionis. num.35.

36 Decima integræ ſoluenda.

Et abſque diminutione, nullis ſcilicet deductis expenſis.n.38.

Et ita peccatum eſt decimas non ſoluere, atq. non integrè.nu.39.

41 Excommunicatio non niſi pro mortali infligitur.

42 Decimas non ſoluendi libertas à laycis præſcribi non poteſt.

Quòd diuino debeantur iure.

Quota tamen earum præſcribi poterit n.43.

Quia quoad hãc partem de Iure æſtimantur poſitiuo.num.46.

Præſertim vero ſi ſuam parochus ſufficientem habuerit ſubſtentationem.n 47.

48 Decimas de Iure poſitiuo nonnulli ſubſtinent eſſe.

49 Decimæ 40. annorum ſpatio cum titulo præſcribuntur.

50 Decima formaliter dicitur, quãuis minus decima parte ex præſcriptione ſoluatur.

A R-

ARGVMENTVM.

Terratici nomine an decimae prę
diales comprẹhendantur ? Et
num decimarum quota preſcri
bi ualeat ?

RESPONSIO LIX.

IN iudicio agebant coram Epiſcopo
Parochi Terræ S. Agatę Bouinen diæ-
ceſis aduerſus Vniuerſitatem, & ho-
mines eiuſdem.ad prædiales decimas,
1 cenſuris, vt ferirentur, quod illas non ſoluiſ
ſent. *ad text. in cap. peruenit* 5. *& cap. nuncios*, 6
de decim. extra. Sacrum Trid. Concilium cap. 12.
ſeſſ. 25. *de reformat. Clement.* 1. *de decim.* verum
reſpondebant illi decimas prædictas ſoluiſ-
ſe annis ſingulis, atq; ſoluere, dũ Terraticũ
ſoluunt ex frugibus à prædijs collectis: eua-
niſſe proinde obligationẽ omnẽ, atq; extin-
2 ctã fuiſſe annis ſingulis, ſolutione eius, quod
debebatur, *ad tex. in l. ſoluitur* 5. *ff. quibus modis
pignus, vel hypoteca ſoluatur, l. ſi creditor.* 26. *&
l. ſtichum, aut Paphilũ* 95. §. *naturalis*, vbi *gloſ.
verbo numeratione, ideſt ſolutione* explicat, &
l. penul. ff. de ſolutionibus, l. non eſt ãbigui iuris 2.
C. de fideiuſſorib. tuto. l. l. nulla 5. *in fi C de ſolut.*
§. 1. *inſtitu. quibus modis tollitur obligatio. Rota
apud Cardin. Caualer. deciſ.* 99. *num.* 2. *& deciſ.*
619. *num.* 1. *apud Cardin. Manticam deciſ.* 146.
num. 1. *& apud Coccinum Decanum deciſ.* 211.
num. 3. *Vincent. de Franch. deciſ.* 200. *num.* 11.
& 12. *Rota in Romana cenſus* 13. *May* 1630.
coram Merlino deciſ 374. *num.* 14. *part.* 5. *diuer-
ſorum nouiſſimarum, & in Meleuitana pacunta-
ria* 29. *May* 1630. *coram Illuſtriſſimo Durano
Epiſcopo Vrgellen. deciſ.* 382. *num.* 14. *ead. par.* 5.
diuerſ. Diſceptationem verò nominis eſſe
3 ſolùm non re. Quid enim ad rei eſſentiam,
ſi quę decimarum nomine debentur, terra-
tici ſub nuncupatione ſoluantur? Nomina
4 hominum ad placitum dicta rebus fuiſſe,
earum verò naturam haud peruertere, nec
mutare, *l. quod in rerum* 24. §. *ſi poſt teſtamen-
tum in fin. ff. delegat.* 1. Cùm noſtra deſtina-
tione (*Pomponius lib.* 5. *ad Sabinum ibidem*
loquitur) fundorum nomina, & domus, nõ
natura conſtituantur. Hinc fieri, planè mo-
5 ribus vtentium, atque loquẽtium, ipſarum-
que rerum vſu, nomina mutari, exaudiriuè;
vt id planè importent, inferantque, quod
vtentes ipſi, atque loquentes, ex vſu intelli-
gi voluere. Nec mirum eſt, moribus Ciui-
tatis, & vſu rerum, appellationem eius eſſe
mutatam. Celſus *lib.* 19. *digeſtorum in l. labeo*
7. *in princ. ff. de ſuppellect. legata* (dicit) de
verbo (*ſuppellectili*) loquens. quod ex vten-
tium vſu rerum nomina mutentur, vt *Gloſſ.
ibid. verbo mutatam* adnotat; atque carmina
refert, dicens.

„ *Multa renaſcentur, quæ iam cecidere; cadentq;*
„ *Quæ nũc ſunt in honore vocabula, ſi volet vſus*
„ *Quẽ pęnes arbitriũ eſt, et vis, et norma loquẽdi.*
„ ad *tex. in l. de quibus* 31. *in fin. ff. de legibus, &*
„ *ſenat. conſultis Andræas de Iſern. in prælud. feu*
„ *dorum quæſt.* 4. *num.* 43. *in fin.*

6 Sat itaque debere eſſe Parrochis, ſi deci-
mas illi ſoluant, vel decimarum nomine,
vel etiam Terratici; modo rei ſubſtantiam
teneant, quæ eſſentiam, atque eſſe dat om-
nibus; neque nomine variatur. ad *text. in l.* 2.
§ *ſed ſi ſint, ff. ad Senatus Conſult. Tertullian.* ex
verbis Vlpian. *ibid.* dicentis; *Aphricanus, &
Publicus tentant dicere, in caſu, quo ſe obſtinent
ſui, matrẽ venire: & tũc ei obeſt, quoties rẽ habẽt;
ne nudum nomen ſui hæredis noceat matri.* §. *Sed
hæc ſolemnia inſtitutionib. de verborum obligat.*
argumento *text. in l ſi ſeruus* 57. *alias fin. ff. de
actionib. empti.* ex verbis Pomponij ibidem
dicentis: *Potius enim difficultatem in præſtando
eo ineſſe, quàm in natura. Rota in Peruſina San-
ctæ Mariæ de Niue* 1. *Iunii* 1609 *coram Lugdu
nen deciſ.* 254 *num.* 5. *part.* 1. *tom.* 1. *in recentio-*
7 *rib.* Nunquid enim, rei veritatem ipſa exter
na nominis nuncupatio mutabit? Non
Aedepol. *Ad recognoſcendas nempè res, nomi-*
8 *na comparata publico conſenſu; non vt illa eſſen-
tiã mutarent.* verba ſunt *text.* in *l. ad recogno-
ſcendas* 10. *C. de ingenuis manumiſſis Crauetta
conſ.* 214. *num.* 3. 4. *&* 5. *Decianus conſ.* 11. *num.*
44. *vol.* 1 *Rota apud Coccin. Decanum deciſ.* 242
num. 5. *in fin. & in recentiorib. part.* 2. *tom.* 1. *dec.*
254. *num.* 5. Quin nomina ipſa id efficere, vt
9 vt ex illis rerum potius quididates, earum-
que qualitates, accidentia, circumſtantias
cognoſcamus ſecundum *Bald. d. l. ad reco-
gnoſcendas.* Inde eſt; ſubſtantiam rerum con-
ſiderandam eſſe, Paulum præcepiſſe iure
conſultum in *l.* 4. §. *ſi ex lana furtiua, ff. de
vſucapionib.* quem ſequitur vir ille doctiſsi-
mus in omni diſciplinarũ genere, *Petrus
Gregor. Tholoſates ſyntaxeon artis mirabilis
tom.* 1. *lib.* 5. *cap.* 2. *in initio.*

10 Decimæ quippe prædiales (vt à rei fini-
tione, à poſteriori ſaltim;) argumentum
non incongruè ſumamus, iuxta *Bart.*
doctrinam in *l.* 1. *ff. de teſtament & l.* 1. *ff.
de acquirenda poſſeſſione*) ſunt, quæ ex
11 prædijs, & territorijs intra parochiæ fines
exiſtentibus, à parochianis ſoluuntur ſecũ-
dum diſpoſita in *text. in cap fin.* per Cæleſti-
num tertium, *vbi Gloſſ. verbo prædiorum, de
parochijs* argumento *text. in can. ſi quis laycus*
41. 16. *quæſt.* 1. *cap. commiſſum* 4. *cap. quoniam*
13. *cap. de terris* 26. *cap. ad Apoſtolicæ* 20. *cap.
non eſt in poteſtate* 22. *& cap. cùm contingat* 29
decimis. Card. Tuſcus tom. 2. *littera D. concluſ.*
64. *&* 65. *Antonius Scappa de iure non ſcripto
lib.* 1. *cap.* 53. *num.* 1. *& ſeq. Card. Tolet. inſtruct.*

Sacer-

Sacerdotalis lib.6.cap.20. ſub num.1. Sylueſter verbo decima num.1.

12 Nulla vero intercedit repugnantia, quin terraticum, ſiue Terragium prædiales hæ nuncupentur decimæ, cum à prædijs, ratione fructuũ ab illis perceptorũ, ſoluãtur, *c.ex parte* 21.ibi:(vt de omnibus prædiorũ fructibus decimas abſq; diminutione perſoluãt,) 13 *de decimis*. Nomina autem conſequentia eſſe rebus debent. *§. eſt, & aliud inſtitut de donat.cap.cum ſecundum* 16.ibi: vt ipſa nominis ratio perſuadet, *vbi gloſſ.verbo nominis de præbend.l.penult.§.Alumno,ff.delegat.3.* iuxta Ouidianum illud.

» *Conueniunt rebus nomina ſæpè ſuis.*

Iacobus Tomingius deciſ.Lipſien 20.n.49.

14 Cùm alioqui proprietatibus rerum correſpondere nomina debeant iuxta *S. Thom. 3.par quæſt.37.ar.2.in reſponſ.* Quadam enim vi, & ratione naturæ nomina impoſita fuiſſe, non ſane fortuitu, ex Nigidio *Aulus Gellius noctium acticarum lib.*10.*cap.*4.aſſerit.

Non minus igitur decimæ hæ dici poterunt, quòd terratici nomine ſoluantur, cum rei ſubſtantiam teneamus, atque deci-
16 mis ipſis terratici hoc nomen non incongruè correſpondeat; quam ſi decimarum proprio nomine ſoluerentur: eritque demũ quæſtio in vocabulis non in re. At nominatim quid fieri dicitur, quod fit per relationem ad aliud, *l.ſi nominatim 34.ff de condit. & demonſtrat.Pariſ.conſ.122.num.3.lib.1. Rota apud Coccin.Decan.deciſ.487.n.2.*

16 Eſt nempè nomen hoc ipſum (*decima*) generis nomen, quod omnes decimarum ſpecies comprehendit, ſecundum *Bald.* receptum *in l.2.C.de iure aureorum annulor.* optime omnium *text. in can. ſi Romanorum 1.§.ne quid verò ſit, 19. diſt.* ſequitur *Nauarr. conſ.4.quæritur, vtrum ſub num.4.verſ.Tum quod ex præfato in fin.lib.3. de clericis non reſident.Silueſter d.verbo decima nu.1.* Omnemque ſolutionem complectitur, quæ ex tali obligatione deſcendit decimas ſoluendi,
17 (quamuis minus fortaſſe decima integra ſoluatur, ſi conſuetudine ſaltim id fuerit receptum), *cap.in quibuſdam 32.§.fin.de decimis vbi gloſſ.verbo loci conſuetudine*, quo argumẽti genere vſus eſt etiam *Bartholom.Socin.conſ. 297.viſo priuilegio conceſſo Ordini Eremitarum num.6.verſ.non obſtat ſecunda ratio lib.2.* ſequiturque *Marcus Anton. Marſilius de Eccleſiaſticis redditibus cap.27. num.18. & 20.vol.15. tract.p.2.Rota apud Cardin.Seraph. deciſ.1204. num.2.Sylueſt.d.decima num.1.* perpenditque Rota *in Senogallien quartæ 2.Iunij 1623. corã Card.Caualer.deciſ.649.num.5.& 6.* in qua nõ obſtare viſũ fuit, quòd ſolutio facta fuiſset,
19 ſub nomine cẽſus, cum ſufficere debuiſſet, (propter nomen generale *Cenſus*, ſub quo venit omnis ſolutio quę in ſingulos ãnos fit) potuiſſe ſub eius nomine etiã quartã comprehendi, quæ ſolui tunc Epiſcopo debebat ex decimis *Moneta de decimis 2.num.4.*

20 Neque alia terratici huius ſoluendi cauſa prædeceſſerat. Imputanda igitur erat ſolutio hæc in cauſam decimarum; illa enim ſola præambula erat. ad *text. in l. quædam mulier 76.in fin. vbi gloſſ fin. verbo ſufficiebat cum ibi notat. ff. de rei vendicat.* argumento etiam *text. in l.merito 51. ff. pro ſocio* quatenus Vlpianus ex præambula cauſa; quòd partis dominus fundi erat, iure ſuo potius vti illum voluiſſe, credendum eſſe, exiſtimat, quàm furti conſilium iniuiſſe, *Bart in l.* Triticum *dare 94.num.2. per illum text.cum gloſſ.verbo cogitauerit, ff.de verborum obligat.Ioann. Cephal.conſ.156. num.15. vol.2.* ſequitur *Magon.deciſ.Lucenſi 5.num.23.& 24 Cardin.Tuſcus tom.7.Littera S. concluſ.553.nu. 10.& ſeq.* & fuit dictum in Rota *apud Sanctæ memor.Gregor. XV. deciſ 468. num.5. & deciſ. 521.apud Cardin.Caualer.deciſ.466. num.2. & d.deciſ 639.num.5.* & ſequuta fuit etiam Rota *in Romana ſocietatum 24. Februarij 1612. coram Card. Sacrato deciſ. 17. num.1. per Zacchiam de ſocietate*, Vt ceſſet proinde omnis alia cauſa, de qua nihil apparet. *vt ibid.* & dictum fuit in *Romana cambiorum 28. Maii 1619.coram Eminentiſſimo Virili dec.293. num.1.part.5.diuerſorum nouiſſimarum.*

21 Cùm potiſſimum hæc decimarum cauſa neceſſaria eſſet, ex iure diuino deſcendens, in recognitionem directi, & abſoluti dominij, quod ſuper omnes in vniuerſam terram obtinet Dominus Deus. Domini enim eſt terra, & plenitudo eius, orbis terrarum, & vniuerſi qui habitant in eo, *pſalm 23.1. cap. tua nobis 26.de decimis, & cap. parochianos 14. eod l fin C.de aliment. pupill præſtand. & ibid. Bart. Tuſcus d. concluſ 553. num.21. Magon.d. deciſ 5.num.24 Viuius deciſ.4 num.7.part.1. & num.55.Sylueſter d.verbo decimæ quæſt.4.num. 19.verſ quantum ad ſecũdum. Peregrinus deciſ. Patauina 143 num.15 Moneta de decim. cap.1. num.38 Barboſ in collect.ad Sacrum Concill. d. cap.12.num.2 ſeſſ.25.*

22 Neque profectò, ita reſupinos in exigendis decimis fuiſſe Parochós in præteritum æxiſtimandũ eſt: ni huiuſmodi terratici exactio in decimarum cauſã ceſſiſſet. Quis nẽpe quod ſuum eſt facile iactet? Vt Paulus loquitur iure conſultus in *l. cum de indebito 25.§.qui enim ſoluit ff. de probat Rota apud Caualer.deciſ.109.num.10.& apud Duranum deciſ 27.nu.17.* quo argumenti genere in materia parochorum vtitur *Gratianus Forenſ. part.5.cap.925.nu.8. &* 10. Conjecturamque hanc, ſiue argumentum non ineptum exiſtimauit Rota *apud S.memor.Gregor XV. deciſ.521.num.1.* argumento *text.in l.ſi quis donaturus 28 ff de vſufruct.* Secundum Alberici ſummarium dicentis; *licitum eſſe arguere ab his, quæ fieri conſueuere*. Alioquin donaſſe videbun-

Digitized by Google

debentur, vndè neque ad ſolutionem aliã
in præteritum homines illi tenerentur, vt
poſt *S. Thom. 22. q. 87. & quodlibet. 2. art. 8. &*
quodlibet. 6. art. 10. ſequitur *Silueſter. d. ver-*
bo decima. q. 4. n. 10. verſ. quantum ad 3. &
nos alibi. *Rota deciſ. 1. in antiquis de decim.*
Federicus de Senis conſ. 81. Layeus de prædio
Rota par. 3. deciſ. 1282. Peregrin. d. deciſ. 143.
n. 21. Argumentumque nec minimum ac-
quirit, quòd & præteriti, & præſens Epiſco-
25 pus, ex his terraticis quartam, (vt ex deci-
mis) ſemper ab Eccleſijs parochialibus ac-
26 ceperunt. Neque porrò ius eſt Epiſcopo
decimarum quartam ab laycis exigere; ve-
rùm ab ipſis Parochis, Eccleſijsque paro-
chialibus, quibus illæ debentur. *cap. conque-*
rente 16. vbi Abb. n. 12. de offic. ordinar. & in
cap. cum contingat 29. vbi idẽ Abb. n. 7. verſ.
aut decima eſt. de decimis. Rota apud s. me-
mor. Gregor. XV. deciſ. 519. n. 2. vbi etiã *Bel-*
tramin. addens. & p. 1. diuerſ. deciſ. 31. n. 5. &
apud Card. Seraphin. deciſ. 1449. n. 5. & apud
Card. Caualer. d. deciſ. 648. n. 1. Rebuff. de de-
cim. q. 7. n. 11. Barboſ. de offic. Epiſc. par. 3. al-
legat. 86. n. 34. in fin. Peregrin. d. deciſ. 143. n.
22. Rota in Nouarien decimarũ 8. Maij 1627.
coram Pirouano deciſ. 64. n. 12. part. 5. diuerſ.
nouiſſ.

27 Satis igitur euidens hinc indicium erui-
tur, terratici huiuſmodi ſolutionem an
nuam, in decimarum debitum ceſsiſſe. Cæ-
teròquin ſi non in decimarum, ſed legato-
rum aliorum (vt aduerſarij nunc adſtruũt)
ſatisfactionem terratici hæc ſolutio cedere
28 debuiſſet; quarta ex illis Epiſcopo debita
minimè fuiſſet. Ex his nempè, quæ ad per-
petuum cultum Diuinũ relicta ſunt, quar-
ta Epiſcopo non debetur, veluti ex non
nullis alijs, pro annuis (vt puta) miſſis faciẽ-
dis; pro luminaribus; ſi pauperibus in ge-
nere fiat legatum, vel pro viris locandis
pauperibus puellis, ac ſimilibus, enumera-
tis in *cap. fin. de teſtam. cap. ex parte 31. de*
verbor. ſignif. Riccius Epiſcopus Vici in praxi
par. 2. reſolut. 376. Barboſa de offic. Epiſ. par.
3. allegat. 75. num. 43. & 44. Rota apud Card.
Seraphin. deciſ. 726. diximus pluribus *reſpõſ.*
noſtra 2. à num. 2. cum ſeq. par. 1. Et vt ſum-
mum, quatenus quarta Epiſcopo debita
fuiſſet ex his legatis, illa ſemel ſolui de-
buiſſet non annuatim, cùm legitimæ loco,
parentibus, vel patrono debitæ, ſuccedat.
diximus *reſponſ. noſtra. 5. n. 82. p. 1.*

At Parochorum erit adſtruere terratici
hanc ſolutionẽ ex legatis prouenisſe; quòd
29 ipſi hoc aſſerant, atque intentionis eorum
fundamentum ſit. ad *tex. in l. 2. ff. de probat.*
l. actor. 23. C. eod. can. ſciant cuncti. 2. q. 8. cap.
fin. §. ſanè de iure iurand. Card. Mantica
deciſ. 68. n. 1.

30 Neque porrò veriſimilè redditur, ita
vnanimi voluntate, eodemque tempore
coniunctos teſtatores in ſuis vltimis elogijs
fuiſſe, vt hanc ſummam ſemel annis ſingu-
lis Parochis ſoluendam reliquiſſent. argu-
mento. *tex. in cap. quia veriſimile 10. de præ-*
ſumpt. l. non eſt veriſimile. 23. ff. de eo quod
metus cauſa. ſatis enim firmum argumentũ
æſtimatur à non veriſimili petitum. *Rota*
apud Card. Manticam. deciſ. 6. num. 2.

31 Supereſſet quippè memoria, quæ hoc
ipſum poſteritati viuum reliquiſſet. vt cùm
nuſquam hoc reperiatur memoria aliqua
exaratũ; dedeceat planè affirmare. ad *tex.*
in cap. 2. ibi: cùm nuſquam reperiatur cau-
tum in iure. *ne ſede vacante. can. conſului-*
ſti 18. §. & quod Sanctorum Patrum. 2. q. 5. l.
illam. 19. C. de collat. cap. cùm ſint homines 18.
» Ibi: non eſt, nobis facile ſuper hoc dare re-
» ſponſum, cùm authoritates Sanctorũ Pa-
» trum etiam ſint diuerſę. *vbi Gloſſ. verbo non*
eſt nobis. extrà de decimiſ. Et quid ſanè eſt;
cui fides præſtetur; cùm tàm ſolertes *Pa-*
rochi in exigendis terraticis prolegatis (vt
ipſi aſſerunt) fuerint: ita tamen ſocordes in
decimis ſe rediderint excipiendis? ni verè
aſſeuerauerimus, terratici nomine, deci-
32 mas ſolutas fuiſſe. Quia nimirum ſolutio
in duriorem, vetuſtioremque cauſam, (vt
decimarum eſt, quæ non ab homine, ſed ab
ipſo Domino ſunt inſtitutæ; vt Alexander
loquitur Tertius *d. cap. Parochianos 14. de*
decim.) facta præſumitur. *l. 1. 3. 4. & l. in ijs.*
5. & l. ſi ex pluribus 89. §. Lucius Titius, &
l. creditor 102. § Valerius Lucii Titii. ff. de ſo-
lutionib. Card. Tuſcus d. concluſ. 353. n. 15.
Vincent. Anna allegat. 54. & allegat. 152. n.
3. & ſeq. & ſingul. 484. Vincent. de Franch.
deciſ. 164. n. 15. vbi Viſcontus Addenſ. Rota
apud ſanctæ memor. Gregor. XV. d. deciſ. 571.
n. 8. & ſeq. & ibid. Beltraminus Addens n. 12.
& apud Card. Caualer. deciſ. 165. num. 3. &
Card. Manticam deciſ. 55. n. 2. & in dicta Ro-
mana cambiorum coram Eminentiſſimo Vi-
rili d. deciſ. 293. n. 4. part. 5. diuerſorum. in du-
bio potiſſimum, vt *ibid.*

33 Et velint, nolint, debitoris eſt declarare,
in quam cauſam ſolutionem factam vo-
luerit, vt cauſa à debitore electa attendi
debeat. *l. 1. in princ. ff. de ſolut.* quo loco ſe-
» quentibus Vlpianus *lib. 14. ad Sabinum* lo-
» quitur. *Quoties quis* (inquiens) *debitor eſt ex*
» *pluribus cauſis, vnum debitum ſoluit: in ar-*
» *bitrio ſoluentis eſt dicere, quod potius debitũ*
» *voluerit ſolutum: & quod dixit, id erit ſolu-*
» *tum. Poſſumus enim certam legem dicere ei,*
» *quod ſoluimus. d. l. creditor 102. §. cum de ſor-*
te. ff. eod. Idque dilucidiùs explicat *Gloſſ. d. l.*
34 *1. verbo dicere.* In ipſa ſolutione, (inquiens)
vel iuxtà, ante, vel poſt. vt *C. de vſur. l. ſi vſu-*
ras. ita Gloſſ. *Decian. conſ. 60. num. 24. vol. 2.*
Rota apud Gregor. XV. deciſ. 366. n. 4. & in
dicta Romana cambiorum. 293. n. 5. In deci-
marum verò cauſam ſolutionem factam

Rr celſo-

cedere voluerunt, homines vniuerſitatis
prædictæ. In illam igitur (quanquam terra-
tici nomine) ſuccedere debebit. Quòd (vt
diximus) non multum à terratico decimæ
diſtent, quæ ratione terrarum, ſiuè prædio-
rum, fructuum cauſa, ſiuè frugum, quæ ex
illis percipiuntur, debentur, atque ſoluun-
tur: quin cum illo admodum conueniũt.
accedente præſertim quod ita illam acce-
ptauere pro præterito Parochi, vt perpen
ſum fuit in *dicta Romana cambiorum deciſ.
293. num.6.*

Neque obſtaculi quicquam faciet, quòd
hæc terratici ſolutio integram decimarum
36 partem non impleat: Decimæ vero inte-
græ ſoluendæ ſint. *d. cap. ex parte ſua* 21. vbi
ſequentibus Clemens Tertius loquitur
,, *Agricultores illos, vt de omnibus prædiorũ*
,, *fructibus decimas, abſque diminutione per-*
,, *ſoluant, eccleſiaſtica cenſura compellas.* & *c.*
,, *non eſt in poteſtate* 22. *de decimis*, quo loco
,, Cęleſtinus Tertius: *Decimis Eccleſiis, ad*
,, *quas pertinent, cum integritate debita perſol-*
,, *uatis*, præcipit, & *cap. ſeq.* 23. *eod.* idem Cæ-
,, leſtinus: *Militem* (loquitur) *ad ſolutionem de-*
,, *cimarum, de his, quæ molendino ad ventum*
,, *proueniunt, ſine diminutione aliqua compel-*
,, *latis.* & *cap. in aliquibus* 32. *eod. tit.* pluribus
,, *Vinius d. deciſ. 4. per tot. Peregrin. d. deciſ.
143. n. 11.*

Præter quàm quòd enim, neque ex hoc,
41 aſſumptũ principium ex tali obiecto ſol-
uitur, permanet nempè ad hunc aſſum-
ptum, potuiſſe decimas terratici ſub nun-
cupatione perſolui (vt in ſuperioribus di-
37 ximus.) & parochorum adhuc erit (vt ipſi
aſſeruere) hanc terratici ſolutionem in
aliam, quàm decimarum cedere, vel ceſ-
ſiſſe cauſam in apertum probatione dedu-
38 cere. Tamen verba illa (*abſque diminutio-
ne*) exaudit *gloſſ. d. cap. ex parte.* ideſt nullis
expenſis deductis, ex *tex. in cap. cum homi-
nes* 7. & *cap. tua nobis* 26. *de decimis.* & aper-
tius Cæleſtinus Tertius *d. cap. non eſt in po-*
,, *teſtate* 22. dicens: *Quatenus, antequam villas*
,, *deducatis de bonis prædictis expenſas, deci-*
,, *mas Eccleſijs, ad quas pertinent, cum integri-*
,, *tate debita perſoluatis.*

39 Quamuis porrò integræ decimæ debeã-
tur: vt ita peccatum ſit decimas omninò
non ſoluere, quemadmodum & non inte-
grè eas ſoluiſſe: vt ex ſupra numeratis iuri-
bus ſequitur *Abb. d. cap. in aliquibus* 32. *n.
4. de decimis. Caietan. ſum. verbo decimas ſol-*
40 *uere.* cùm poſſint cenſuris compelli deci-
mas integrè ſoluere. Excomunicatio verò
non niſi pro mortali infligitur, vt *ibid.* per-
pendit *Abb. Vinius d. deciſ. 4. num. 65. & 66.*

42 Neque decimarum ſolutionis libertas à
laycis vllo modo præſcribi valeat; iure cùm
illæ debeãtur diuino. *d. c. parochianos* 14. *de
decim. can. reuertimini* 65. & *can. decimæ tri-
butæ ſunt.* 66. 16. *q.* 1. & *can. omnes decimæ* 5.
16. *q.* 8. *Nauar. conſ.* 2. *lib.* 3. *de decim. nu.* 1. &
man. cap. 21. *n.* 28. *Card. Bellar. ad d. cap.* 12.
ſeſſ. 25. *Sacri Concil. in obſeruat. doctrinalib.
in* 1. *verbo Ceuallos comun. contrà comun. q.*
437. *Peregrin. d. deciſ.* 143. *n.* 7. & *deciſ.* 144.
43 *num.* 3. Poteſt tamen quota earum longa
præſcribi conſuetudine, ne ad integram
decimam pertingat partem; iuxta *gloſſ.* re-
ceptam in *cap. à nobis* 24. *verbo exemptus de
decimis.* & *ibid. Abb.* & *alij.* argumento *tex.
in can. poſſeſſiones* 61. *dicta* 16. *q.* 1. *S. Thom.
2. 2. q.* 87. *art.* 1. *in corpor. in fin. Silueſter. d. ver-
bo decimæ q.* 4. *n.* 10. *verſ. quantum ad* 3. *Bald.
in l. competit* 6. *in fin. C. de præſcript.* 30. *vel
40. annorum. Guido Papa ſingul.* 956. *incip.
licet decima*, & *deciſ.* 284. *Didacus à Couar.*
doctiſſimus ille Præſul *lib.* 1. *variar. reſol. c.
17 ſub num. 8. verſ. 6 pariter*, quem etiã ſub
nomine eruditiſſimi ſequitur, eius, non mi-
nori titulo doctrinæ, ac pietatis inſignis
præceptor, Martinus ab Azpilqueta *Nauar.
conſ* 1 *n.* 1. & *conſ.* 2. *n.* 3. *lib.* 3. *de decim. Bor-
rellus in ſum. omniũ. deciſ. t.* 1. *tit.* 19. *de deci-
mis num.* 53. *Scappa de iure non ſcript. d. lib.
1. cap.* 53. *n.* 7. *Moneta de decimis cap.* 5. *n* 89.
Rota apud Card. Seraphin. deciſ. 1204. *n.* 2. &
apud Caualer. d. deciſ. 648. *n.* 6. *Card. Tolet.
inſtruct. Sacerdot. lib.* 6. *cap.* 20. *n.* 1. *Scipio de
Rubeis in aphoriſmis Epiſcopor. verbo decima
n.* 9 *Peregrin. d. deciſ.* 143. *n.* 10. *Rota in dicta
Nouarien. decimarum coram Pirouano d. dec.
64. n.* 15. *par.* 5. *diuerſorum.*

44 Licet enim decimæ in ſignum directi
dominij, quo Dominus Deus vniuerſorũ
Dominus eſt, & in ſubſtentionem mini-
ſtrorum ei ſeruientium, decimæ de iure
ſint diuino, ac etiam naturali (vt in ſupe-
45 rioribus diximus) atque proptereà nullo
pacto, neque per Summum Pontificem
decimarum perceptioni detrahi poſſit; alio-
quin id cederet in derogationem honoris
Deò omnium largitori debiti, iuxtà *gloſſ.
d. cap. à nobis 24. d. verbo exemptos. vbi Abb.*
46 *Hoſtienſ.* aliique; quoad quotam verò, (vt
decima pars eſt omnium, vel vndecima,
vel duodecima, vel octaua, quæ à iure pro-
uenit poſitiuo) poteſt ei vel per Papam per
priuilegium, vel conſuetudine alia legiti-
47 mè præſcripta derogari, ac detrahi. præ-
ſertim verò vbi Parochus ſuam habuerit
ſufficientem ſubſtentationem, ad *tex. in c.*
2. *§. vbi autẽ. de decimis lib.* 6. *Silueſt. in ſum.
verbo decima n.* 9. & *num.* 10. *q.* 3. & 4. *Caiet.
pariter in ſum. verbo decima. Nauar. d. conſ.*
2. *nu.* 3. *de decim.* & *in manu. cap.* 21. *n.* 28. &
29. *Cardin. Tolet. d. lib.* 6. *c.* 20. *n.* 1. & 2. *Ioan.
Lupus de libertat. Eccleſ. par.* 1. *q.* 3. *n* 3. & 6.
part. 1. *tom.* 13. *tract. Rota p.* 1. *tom.* 2. *in re-
cent. deciſ.* 483. *n.* 4. & *apud. Card. Manticam
deciſ.* 341. *n.* 8. *Gratian. Forenſ. par.* 3. *cap.* 595
num. 16. *Barboſ. de offic. Epiſcop. par.* 3. *alleg.*

86.n.39.Card. Bellarmin. ad d. cap.12. Sacri Trident.Concil.in obſeruntionib. doctrinalib. verſ. ſolutio debita. Ceuallos comunium con-
48 *trà comunes q.437.& 364. Peregrin.d.deciſ. 143.num.10. & ſeq.* Retenta præſertim eorũ ſententia,qui aſſeruere decimas de iure eſſe poſitiuo, vt *Ceuallos,& Bellar.* locis paulò ante relatis referunt; quamuis id minimè firmum adſtruamus. neq. minoti ſpatio, quàm quattaginta annorum præſcriptio procedat decimarum per laycos cum titulo, vt poſt alios tuetur *Diana reſolut.moralium p.5.tract.14.miſcellan.2. reſolut. 42.*

Non erit igitur quod vitio vettant Parochi hominibus vniuerſitatis, huiuſcemodi decimas quòd non ſoluerint; cùm ſatis ſuperque pro illis ſatisfecerint terraticum ſoluendo, quod idem omninò, atque decimas; ſonat.

50 Cæteroquin, ſi minus ſoluatur decima parte, (quod ſit ita conſuetudine receptũ) decima (materialiter ſaltim) non erit. Cùm nihilominus non ideo decimæ nomen (formaliter ad minimum) amittat. argumento.*tex.in d.c.cum ſint homines.18. de decimis.*

Atque ita ex his, quæ emunctioris iudicio naris lubentes ſubmittimus, reſpondendum, cenſuimus.

CAROLVS MARANTA V.I.D.
Aduocatus.

Ab inſtituto iudicio ceſſauere Patochi, atque ita omnia pacata eis ſucceſſere.

S V M M A R I V M.

1 *Monachus profeſſus, apud quem proprietas mortis tempore inuenta fuerit, debet in ſterquilino cum illa ſubterrari.*

Neceſſe eſt autem, vt tempore mortis apud eum proprietas inueniatur.n.4. & 2.

In nullam tamen incidit excomunicationis ſententiam, ex comuniori.n.2.

Eccleſiaſticæ verò traditus ſepultura ab illa extrahi debet. in princ.

3 *Verba diſpoſitionis vbi non conueniunt, neque diſpoſitio conuenire debet.*

4 *Intellectus textuum in cap. Monachi 2. & cap.cum ad monaſterium 6.§.quod ſi proprietas de ſtatu monachorum affertur.*

5 *Monachus adminiſtrationem habens, vel beneficium, ſi quid ſibi reliquauerit parcè viuendo, poteſt de reliquato eleemoſynas erogare, etiam conſanguineis egentibus.*

Non quod dominum reliquati acquirat; ſed propter Eccleſiæ facultatem.n.6.

Vel ſaltim quoad ius diſpenſandi, & diſtribuendi.n.11.

7 *Epiſcopus etiam regularis ex fructibus epiſcopatus, dum in humanis agit, poteſt iure nepti dotem conſtituere.*

8 *Monachus concionator quod acquirit ex concionum eleemoſyna ex ſuperiorum comuni permiſſione poteſt in vſus proprios impendere.*

Atque proinde in eleemoſynas.n.9.

Ac præſertim in pium opus ſuffragiorum pro animabus purgatorij, ac ſuæ.

Neque enim hæc propria ſua facere videtur. n.13.

12 *Crimina eleemoſynis redimuntur.*

10 *Sacrificium miſſę ſummè propitiatorium eſt pro animabus Purgatorij.*

14 *Proprium in ſuo ſignificato quid dicatur?*

Et dominum importat, & poſſeſſionem.

15 *Furtum quid?*

17 *Lex quod nõ dicit, neque nos dicere oportet.*

Iuris ordine quod fit, conuelli minimè debet.

18 *Ratione iuſta qui moueri poteſt ad aliquid faciendum, temerè operatum fuiſſe non videtur.*

Præſertim ſi vir fuerit doctus, atque probatorum doctorum ſententiam ſectatus fuerit.

19 *Sententiam, & opinionem probati doctoris ſequi ſufficit, vt à peccato excuſeris, neque temerè operari dicaris.*

20 *Pœnę diſtendendæ neque ſunt, neque exacerbandæ, ſed in eis benigniorem partem nos ſequi oportet.*

22 *Lege permittente quod fit à peccato alienum eſt.*

23 *Conſcientiæ propriæ quis relinquendus in dubio.*

24 *Sepultura eccleſiaſtica non niſi in peccato decedentibus denegata eſt.*

Illoque mortali.

25 *Cui comunicamus viuo, comunicamus & mortuo.*

26 *Bonus quiſque præſumitur, niſi probetur malus.*

Potiſſimum vbi de nullius agitur præiudicio. num.27.

28 *Mortui à corde hominum obliuioni traduntur.*

Ideo non eis inſultandum.n.29.

30 *Sepultos natura vindicat.*

Mortuis proinde non conuitiandum.

ARGVMENTVM.

Regularis ſuperior, qui in vita diſpoſuit de nonnullis in miſſarum celebrationem pro animæ ſuæ ſalute, in vtilitatem tamen monaſterii, cui præerat; Proprietariorum crimine an ſe fœdarit, ſi in extremis agens ſuperioribus id minime edixerit, atq; ita animam egerit; & num ſanè in pœnas dederit ſacrorum canonũ, vt Eccleſiaſtica ſibi deneganda ſit ſepultura: vel ab illa extrahendus ſi humatus fuerit? non inutiliter reſpondetur.

RESPONSIO LX.

REgularis quidam Superior Monaſterij, cùm in humanis adhuc ageret; quę ſibi comparſerat parciùs viuendo, geniumque defraudando ſuum, in pecunias redegit. Illas igitur Amico dat, vt ex iuſto illarum lucro dũ vita comes fuerit, monaſterio, cui præerat, tot in ſingulos annos diſtribuat pro ſacris Deo Altiſſimo offerendis in animæ ſuæ ſalutem. Cum autem & ipſe quoq; fati munus impleuerit: monaſterio præfeto omnia relinquat.

In eſtremis interim laborans regularis à ſuperioribus maioribus rogatur, (vt apud regulares fieri conſueuit) ſi quid in bonis habeat, denunciet, ne proprietatis vitio inuoluatur. Nihil ſe habere palam edicit; neque de pecunijs meminit. Naturæ debitum interim ſoluit; religioſoque modo cadauer ſepulturæ demandatur. Non poſt multos hos dies exijt ſermo inter fratres, quod regularis hic (quamuis Vir Doctus fuerit) proprietatis crimine inuolutus obierit; eſſe proinde eius cadauer ab Eccleſia exhumãdum, vti Eccleſiaſticæ ſepulturæ indignum; profanoque loco proijciendum, iuxta diſpoſita per Clementem Tertium in *cap. ſuper quodam 4. de ſtatu monachorum*.

Totius huius religionis Moderator Generalis è Romana Curia relaxari monitoria in forma (*ſignificauit*) obtinuit; illiſque publice enunciatis, ſecularis ille, apud quem pecuniæ depoſitæ fuerant (ad quadringenta aureorum) rem omnem aperit, pecuniaſque reſtituit. Fit itaque ſuperiori non leuis ſcrupulus: Debeat nec ne regularis huius cadauer ab Eccleſia extrahi, profanoque loco proijci, quòd proprietarij crimine maculatus obijerit: vel tuta poſſit conſcientia conniuere factum.

Conſultus egò in nullum dediſſe Regularem hunc proprietarij crimen; ſedãdumque proinde excitatum ſcrupulum, reſpondi.

1 Perpendebam quippè textus in *cap. monachi 2. §. qui verò peculium, & cap. cùm ad monaſterium 6. §. quod ſi proprietas de ſtatu monachorum extrà*, de illo loqui, apud quem proprietas inuenta fuerit in morte. ſequentibus enim Innocentius Tertius Abbati, & Conuentui Sublacen ſcribit: *Quod ſi proprietas*
„ *apud quenquam inuenta fuerit in morte; ipſa*
„ *cum eo in ſignum perditionis extra monaſterium*
„ *in ſterquilinio ſubterretur.*

dictoque *cap. monachi* ex Concilio Lateranenſi: *Et qui in extremis cum peculio inuen-*
„ *tus fuerit, & dignè non pœnituerit, nec oblatio*
„ *pro eo fiat; nec inter fratres accipiat ſepulturam.*

2 ita textus prædicti. Non tamen in ſententiam vllam excõmunicationis dabit, cùm iure illa minime expreſſa inueniatur, vti de communiori ſententia, quicquid aliàs *Didacus Spino in ſpeculo teſtament. Gloſſ. 12. princip. nu. 15.* voluerit, teſtantũr *Sanchez in opere morali tom. 2. lib. 7. cap. 20. num. 14. à Sancto Fauſto in Theſauro religioſ. de voto paupertat. qu. 198. num. 4. Ioan. Baptiſta Lezana in ſumm. quæſt. regular par. 1. c. 6. n. 59.*

Regularis autem hic, & Superior, iam diu ante mortem pecuniam deſtinauerat, etiam in monaſterij commodum, eamque à ſe abdicauerat. Non itaque apud ſe amplius illa manebat. Nullam propterea proprietatem apud ſe habebat. Non conueniebant proinde ei dictorum textuum verba: vt neque eorum diſpoſitio conuenire debuerit. *l. 4. §. toties ff. de damno infecto cap. indẽnitatibus 43. de elect. lib. 6. Nauar. cõſ. 12 in fin. de maiorit. & obed lib. 1. Sayr. deciſ. 1 1. in fin. de offic. ordin lib. 1. Rota in recent. part 2. tom. 1. deciſ 502. ſub num. 3. nos reſponſ. 35. num. 1. & 7. par. 2.* Idem *Nauar.* ad rem noſtram optimè *conſ. 6. N. fratris ordinis de donation. lib. 3. à*
4 *num. 6. cum ſeq.* Ita nempe commentantes omnes textus præfatos exaudiunt, vt verba ipſa ſonant; proprietatem (ſcilicet) in morte eſſe debere apud decedentem fratrem. *Barboſa d. cap. cum ad monaſterium n. 5. in fin. Sanchez in opere morali tom. 2. lib. 7. cap. 20. num. 11. in fin.* qui ſequentibus loquitur, dicens:
„ *Et hæc pœna non incurritur à dantibus ſine li-*
„ *centia ſuperioris, ſed à poſſidentibus proprium,*
quia de his clarè loquitur tex. ita vir ille doctiſſimus. *Miranda in manuali prælator part. 1. qu. 28. art. 18. in 1. concluſ.* pluribus, & ſanè animaduertendis in hac re, *Pater Thomas à Ieſu*

Or-

Ordinis Patrum Diſcalciatorum Carmelitanorum commentar. de ſtatu monachorum part. 2.de paupertate abdicanda cap.2.num.2. ad fin. vſq.capit.Lezana d.cap.6.nu.59.

5 Deinde non minorem vim faciebant, quòd licitè poteſt regularis, adminiſtrationem bonorum habens monaſterij alicuius(vt hic noſter erat ſuperior,qui etiam per Breue Apoſtolicum adminiſtrationem monaſterij,in quo etiam ſupremum clauſit diem,ad vitam obtinebat,) ſi quid ſibi reliquauerit parciùs viuendo, ſuumque defrau dans genium, de parte illa, quam honeſtè in ſuos ſumptus,vel victus, vel veſtitus expendere debebat; illud totum in eleemoſynas elargiri,vel egentibus,etiam conſan-
6 guineis, donare. Non quòd ſanè eorum dominium nanciſcatur, neque proprium faciat;ſed quia Eccleſia, iuſta hac de cauſa, facultatem eidem facit de illo diſponendi reliquato.ad *tex.in cap. certerum.3.cum Gloſſ. verbo ratum de donat. S.Thom.2.2.q.* 185. *art.* 7. *in corpor.* optimè Magnus ille *Nauarrus Martinus ab Azpilcueta de redditib.Eccleſiaſt. qu.*1.*mon.*33.*num.*2.3. & 4. vbi in fine è re noſtra ſatis ad amuſſim infert, dicens: *Quæ*
„ *ratio æquè locum habet in religioſis,* (loquebatur enim de beneficiarijs) *ſicuti probatur ef-*
„ *ficaciter in d.reſponſione Alexandri Tertij d.cap.*
„ *certerum. Quod maximi momenti eſt ad excu-*
„ *ſandos à peccato multos religioſos,qui ſunt Abba*
„ *tes,Priores,aut Beneficiarij minores,qui nonnul-*
„ *los pauperes conſanguineos ſubleuant, eò, quòd*
„ *parciùs viuendo reliquantes reſiduum faciunt.*

hæc ille,& *d.conſ.*6. *N.Frater Ordinis à num.* 6.*de donat. & conſ.* 3. *Agnoſco in primis. in* 17. *dub.num.*46.47.& 48. & *conſ* 13. *quæſitum eſt à num.*2.*ac præſertim num.*7. 8. & *ſeq. de ſtatu monachorum* argumento.*tex. in clement.* 2.§. *ſed & tales de vita, & honeſtate clericorum.* Quatenus Clemens V. differentiam ſtatuit inter religioſos ſimplices nullam bonorũ adminiſtrationem habentes, & religioſos adminiſtrationem, vel beneficia obtinentes;vt hi quidem ſi veſtes contra prohibitionem ibi factam detulerint, intra menſem illas pauperibus dare teneantur; illi verò, (adminiſtrationem non habentes) ſuis ſuperioribus aſſignare in pios vſus alios conuertendas. quem *tex.* ità ad rem hanc ex *Cardin.ibid.*(neq; ſine fundamento firmo) perpendit *Nauar.d.conſ.*13.*num.*4. ſequiturque *Sanchez in opere morali d.lib.7.cap.19.nu.* 100.& 101.*Tamburrinus de iure Abbatum to.* 2.*diſputat.*21.*qu* 13.*nu.*8.*Rota apud S. memor. Gregor.XV.deciſ.*401. præſertim. *num.* 6. vbi
7 de regulari loquitur, qui ex fructibus Epiſcopatus dotem nepti, dum vitalem adhuc ipſe traheret auram, in pecunia conſtituerat.

Accedebat his quoque quòd regularis hic magnus fuerat Concionator, & in ſacris paginis, atque præſertim in doctrina Sanctorum Patrum, apprimè eruditus, ac verſatus, (adeo quidem, vt Sanctos ipſos Patres ita firmiter memoria retineret, vt legere potius illos, eorumque dicta,quàm ex memoria proferre,videretur.) Acquiſiuit proinde concionando non mediocrem pecuniarum ſummam.

Sicuti verò illam (ex Superiorum permiſſu præſertim)in librorum emptionem, aliorumque neceſſariorum,(vt paſſim in religionibus omnibus fieri,permittiq; conſueuit) impendere valuit *Ioan. Azor. inſtit. moralium part.*2.*lib.*8.*cap.*7.*qu.*11. *d. cap. mo-*
„ *nachi* 2. ibi: *Qui vero peculium habuerit; niſi*
„ *ab Abbate fuerit ei pro iniuncta adminiſtratione permiſſum.Sylueſter.verbo religio* 6. *q.*7.*Rota in Neapolitana profeſſionis* 4.*Maij* 1584. *coram Card.Bubalo part.*2. *diuerſorum deciſ.*216.
9 *num.*12.& *ſeq.* Ita multoque magis in eleemoſynas,atque in tàm pium opus ſubleuationis animæ poſt ſuprema funera,in ſuffragium efficaciſſimum ſolutionis pœnarum
10 à pœnis purgatorij;Quantum eſt incruentum miſſæ ſacrificium. *Sacrum Tridentin. Concil.in decreto de Purgatorio ſeſſ* 25.*in princ. nos reſponſ.V. num.*2.*part.*1. *can.non æſtimemus* 19. *cum ſeq.* 13. *qu.* 2. In comodum potiſſimum eiuſdem monaſterij. Ratione ſatis irrefragabili; quam affert idem *Martin. Nauar.d.conſ.*13.*num.*7. & 8.*de ſtatu monachorũ;*
11 de regulari habente beneficium, vel bonorum adminiſtrationem loquens: Quia hæc,(& ſi quidem religioſi minime quoad dominium, & proprietatem efficiantur,) efficiuntur tamen quoad Ius adminiſtrandi,& diſpenſandi, ad tradita per *Abb.Panormit.d.cap.monachi* 2.*num.*8. *de ſtatu monachor. idem Nauar.comment* 2.*in can nõ dicatis.n.* 41.

Atque in hoc potiſſimum Regulari,qui bonorum adminiſtrationem dùm vita ſuperſtes fuit, Apoſtolica quoque permiſſione,obtinebat.ſecundum Rotam *d.deciſ.*216 *num.*13.& 14.*idem Nauar. d. num.* 41. quòd hoc,non in alienos,ſed in proprios vſus expendere ſit,pro animæ ſuæ ſalute: quia cri-
12 mina eleemoſynis redimuntur.*can.medicina* 76. & *can. medicamentum* 77. *de pœnitent. diſt.*1.Si autem in lautius viuendo expendiſſet,vtique in ſuos vſus impendiſſet;cur non multo magis, quod pro anima impenditur?

13 Mouebat me deinceps, quòd regularis hic hanc pecuniarum ſummam (ad quadringenta aureorum)propriam haud effecerat; ſed in commodum etiam monaſterij deſtinauerat, vt voluerit ſacra interim, non per quoſcunque ſacerdotes,ſed per ipſos Monachos monaſterij huius fieri,atque poſt ſuprema eiuſdem layci funera illam ad honeſtum lucrum detinentis, ad monaſterium ipſa reuerti:quod perpendit,neq;

futili

futili perpenſione,ſed ſatis adęquata ratio-
ne *Nauarr.d.can.non dicatis comment.2. de re-
gularib.d.num.41 in fin.* Nihil igitur proprij
quòad pecuniarum hanc ſummam ſibi fe-
cit regularis hic,quamuis ſuperior,& admi
14 niſtrationem bonorum habens. Proprium
quippè (ipſo ſuo ſignificatu) pro Dominio
accipitur rei, quod adnotauit *Nauarr. com-
ment.1.de regularibus in 13. principali num.12.
& d.conſ.13. num.9. de ſtatu monachorum* , &
ante eum dixit *Syluester. d. verbo relig.6. qu.
7.num.7.* ſequitur *Frater Thomas à Ieſu Car-
melitarum diſcalciatoru part.3.in expoſit.tex.re-
gulæ cap 8. dub.1.* Vbi pluribus probat, pro-
prietatis verbum: & dominium denotare,
& poſſeſsionem , ex ipſamet proprij ratio-
ne,quod proprium dicatur,quod nō comu
ne,ſed appropiatum certæ eſt perſonæ,iux-
ta Porphyrium *cap.de proprio* , & commen-
tantes omes ibidem. & proprietas dicatur
facultas poſsidendi , & vtendi aliqua re ad
libitum,ſecundum *S. Thom. 2.2. quaſt.186.
art.3.Lezana d.cap.6.num.2.Ioann.Azor inſti-
tut.moralium part.1.lib.12.cap.12. quæſt.1.*

15 Nihil igitur contra voluntatem Domini,
vel Monaſterij,has pecunias,ita diſtribuen-
do,accepit hic regularis,& ſuperior, vt fur-
tum feciſſe diceretur,iuxta tradita per *San-
chez d.lib.7.cap.20 nu.7.8.9.& 10.& Nauarr.
d.conſ.3.dub.2.num.10.de ſtatu monachor.*

16 Nihil proinde propium habuit , neque
proprietas aliqua, (neque quòad dominiū,
neque quoad vſumfructum) pœnes hunc
religioſum mortis tempore inuenta eſt,
quod diſpoſitum fuerat.*d.cap.Monachi.2. &
& cap.cum ad monaſterium 6.de ſtatu monacho-
rum.* In nullam propterea dedit pænam di-
ctis Canonibus ſtatutam.

Iurè igitur Eccleſiaſticæ ſepulturæ tradi-
17 tus fuit.Neque nobis dicere permiſſum eſt,
quod lex ipſa non dicit, *can. conſuluiſti. 2.
quaſt.2.cap.2. de translat. Epiſcopi.Nauarr.d.
conſ.6. N.Frater Ordinis num.11. de donat.* di-
cens:tùm quod nullo iure id cautum eſt.&
ita nō dicendum.*Sanchez de matrimon.lib 6.
diſput.36.ſub num.2.Card.Tuſcus tom.2.littera
D.concluſ.517.num.30.31.& 32.*Neque con-
uellendum eſt quod iuris fit ordine, *text.in
cap. poſt electionem 7. §. fin. de conceſſione præ-
benda.*

Neque minorem lapidem addebant tan-
dem,vt hanc ſequeremur ſententiam,quòd
(vt diximus) erat hic regularis admodum
eruditus,& in Sanctorum Patrum doctrina
verſatus, Theologus, maximæque apud
18 omnes æſtimationis. Potuerat proinde iu-
ſta moueri ratione, vt ita (in humanis ad-
huc agens) de pecunijs prædictis, (*vt* fecit)
pro animæ ſuæ ſalute diſponeret ; neque
Monaſterij commodum , vtilitatemque
poſt haberet; cum ei quoque proſpexerit
ſua illa diſpoſitione. Damnari igitur haud
minimè nūc debebit, qui temere operatus
nequaquam fuit,ſed prudenti conſilio,pro
19 batorum Doctorum ſententiam ſequens.
Cū alioqui in moralibus,vel vnius tantum-
modo probati Doctoris , ac pij præſertim,
ſententiam ſequi ſufficiat, vt à peccato ex-
cuſeris,neque temere operari dicaris, iuxta
*Gl.*receptā,atq; ſingularē putatā *in c.Cappel
lanus 4.de fer.Naua.cōſ.66.Quidā pēſionarius,
n.1.de ſimon.lib.5.& in c.cū cōtingat.de reſcrip.
remed.2.n 30. & 31. & in c.ſi quis antē de pæ-
nit.diſt.7.num.6.& 7.Sanchez de matrim.lib.2
diſput.41.num.30.& lib.3.diſput.20.num.4. &
lib.8.diſput.6.num.18.in fin.Diana part.1.reſo-
lut. moralium tract.4. reſolut.1. verſ. & poteſt
hæc opinio.& part.2. tract.13. reſolut.3. idem
Sanchez in opere morali lib.1.cap.9.num 7. nos
reſponſ. noſtra 37. num. 6. 8. 9. 10. & 11.
part.2.*

20 Non itaque proprietariorum in morte
pecuniam apud ſe habentium pœnis dam-
nandus erit,qui nullas apud ſe pecunias ha-
bebat cùm mortem obiret.In pœnis nem-
21 pè benigniorem ſequi ſententiā nos opor-
tet: quod retinendæ illæ , non ſanè diffun-
dendæ ſint , neque exarcebandæ.*can pœna
18. de pænitent. diſtinct. 1. regula odia. 15. de
regul.iur.in 6.Nauarr.conſ.8.num.3. lib.2.de
iureiurand.*

22 Non igitur peccato regulari huic aſcri-
bendum, quod iure fecit permittente ,(vt
huculque probare niſi fuimus.)*ad text. in l.
Gracchus 4. C ad legem Iuliam de adulter. l.fin.
ff.quod quiſque iuris , l. nemo damnum 194. vbi
Dec.& Cagnol.ff.de regul.iur. Gloß .in cap.con-
ſultationibus 19.verbo remoueri de iurepatron.*

23 Quatenus vero res dubia viſa fuiſſet,reli-
quendus vtique hic Pater in ſua conſcien-
tia erat,qui iuſta ductus ratione hoc facere
potuiſſe æſtimauit. iuxta Gregorij Noni
reſponſionem Epiſcopo Cœnomanen da-
tam,in *cap. mulieri.34. in fin. vbi Gloß. etiam
fin. de iure iurand.* Rationem quoque red-
dens:quod nemo præſumitur quòd ſit im-
memor ſalutis æternæ,*can.ſancimus 26.prima
quæſt.7.Gloſſ.in cap. cum cauſam,6. verbo mu-
lieris de raptorib.*

Eccleſiaſticæ igitur ſepulturæ , non ſanè
illiberaliter demandatus fuit. Illa quippè
24 non niſi in peccato,(illoque mortali) de-
cedentibus,(& modò conſtet.) deneganda
eſt,*Gloß.in cap.ex parte 11. verbo communica-
batur in fin. de ſepultur. extrà.Gloſſ. in cap quia
in omnibus 3.verbo accipiant de vſur.*per illum
eundem textum;dum vſurarios,ne *Chriſtia
nam , (ſi in hoc peccato deceßerint) accipiant
ſepulturam,* Alexander Tertius in Concilio
Turonen mandat,ex quo text. *Gloſſ.*ad rem
noſtram infert generaliter dicens : *Idem eſt
de quolibet , quem conſtat deceſſiſſe in mortali.
Gloſ.*quoque *in cap nullus mortuus 18.in gloſ.
1.in fin.13.quaſt.2.Nauarr.d.conſ.3.Agnoſco in*

primis

primis num. 13. de ſtatu monachorum.

Hic vero regularis in nullo mortali, (quod conſtet,) deceſſit, neque in proprietate, (vti hucuſque oſtendimus,) quam ſi habuiſſet in peccato vtique deceſſiſſet, vti ex dictis textibus, *c. monachi. 2. § qui vero, & d. cap. cum ad monaſterium. 6. §. quod ſi proprietas,* manifeſtiſſimè deducitur. Deneganda, ergo ei haud minime Eccleſiaſtica fuit ſepultura. Vt ſuccedat proinde regula, quam Innocētius III. tradidit *d. c. ex parte 11. in fi.*
25 *de ſepultur. Cui communicabatur viuo, communicādū ſit, & defuncto.* Quia verò iam humatus Eccleſiaſtica ſepultura fuit, neque de proprietate in morte conſtat vllo modo: permittendus vtique erit, vt in illa perſiſtat.

26 Quia nimirum bonus quiſque præſumitur, qui malus non inuenitur; ex ratione ſatis euidenti, quam Innocentius Tertius refert in *cap. vn. de ſcrutin.* dicens. *Cùm illum, quem indignum eſſe non nouit, dignum debeat æſtimare.* & ibid. Gloſſ. verbo æſtimari dicēs *De quolibet præſumendum eſt bonum, niſi pro-*
27 *betur contrarium.* Cùm præſertim de nullius agatur præiudicio. vt dictum fuit *in Ciuitatis Caſtelli bonorum 1602. coram Cardin. Lancello deciſ. 140. num. 10. poſt primum vol. Conſil. Farinac.* vbi etiam *Centolin. addens* Hoc vt in facto accidit. Meminerint proinde Plautini illius dicti in *Rudente.*

„ *Quod benè ſit bonis,*
„ *Haud perit.*

Ita igitur ex his, quæ limæ ſubijcimus rectius ſentientis, neque illubenti animo, quin lubentiſsimo, reſpondendum cenſuimus.

CAROLVS MARANTA I. V. D. Aduocatus.

Conquieuit apud Patres, Fratreſque Religionis, atque Generalem ipſum exuſcitatus ſcrupulus; neque amplius loquuti fue-
28 re, obliuionique traditus hic regularis, tanquam mortuus à corde, *pſalm 30. 13.* quia nullus eſt, qui amplius de eo recogitet, qui mortuus eſt, obliuioni traditus, vt *Steuchius*
29 *ibidem* ex Hieronymo aduertit. Vnde iurè ſane Laertius Chilonem (ait) vetuiſſe de mortuis malè loqui, quòd ignauum videtetur eos inceſſere lingua, qui reſpondere non poſſent: ac turpe eſſet cum vmbris, & laruis luctari: nam id eſt ſepultum quodammodo refodere, & (vt Ariſtophanes dixit:) *Mortuos occidere.*

Alioquin dicere, neque iniquè poſſent ipſi, quibus Aeneam Polydorus quondam compellauit, apud Vergilium *Aeneid. 3.*

„ *Quid miſerum Aenea laceras? iam parce ſe-*
„ *pulto,*
„ *Parce pias ſcelerare manus.*

Et in epigrammatibus Senecæ philoſophi *Epigram 5.*

30 „ *Crede mihi vires aliquas natura ſepulchris*
„ *Attribuit: tumulos vindicat vmbra ſuos.*

Mortuis igitur nō cōuitiandum, vt vetus eſt adagium, & Archilochus in carminibus dixit.

Viuos punire, non mortuos pium eſt.

Non enim honeſtum eſt mortuos viros conuitijs proſcindere.

Et idem.

Mortuis quidē Miſericordia benigna eſt Dea. Dimittamus, ergo eos, ac cogitemus, quòd nos ipſi moriemur. Tantùm in Domino, vt beati ſimus. iuxta illud *Apocalipſ. 14. 13. Beati mortui, qui in Domino moriuntur* Hoc nobis concedat Chriſtus Saluator noſter, qui vt nos redimeret, sāguinem ſuum prætioſiſsimum, quàm amantiſsime pro nobis omnibus in ara Crucis effudit. Sit igitur Benedictus per ſecula.

SVMMARIVM.

1 *Patrimonij ad titulum. vel penſionis promoueri non poſſunt niſi, quos Epiſcopus pro ſuarum Eccleſiarum neceſſitate, vel commoditate iudicauerit aſſumendos.*

Illudque alienare, vel cedere haud poſſunt.

Neque Beneficio renunciare.

2 *Relatiuum pronomen (his) præcedentium repetitionem inducit, cum relatiuum ſit.*

3 *Promoueri nemo poteſt, niſi ad titulum Beneficij, vel patrimonii intituletur.*

Alioquin erit ordinatio irrita, erit ſcilicet ordinatus à ſuſceptorum, exercitio ſuſpenſus.

Atque Epiſcopus ordinans ordinato ad alimēta tenebitur, num. 4. & n. 6.

5 *Promoueri antiquitus poterant ad titulum patrimonij.*

Sed moderatum id fuit à Sacro Tridentino Concilio, niſi, quos Epiſcopi iudicauerint ad id aſſumendos, n. 1.

7 *Alienans patrimonium, poſt quam ad illud promotus fuit, in nullam à Sacris canonibus incidit pœnam.*

Quia illi nihil quòad hoc dixere, n. 8.

A Sacro vero Concilio Tridentino nullitas ſtatuitur actus, n. 10.

9 *Cenſuræ non ſunt aſſerendæ, vbi expreſſæ non reperiuntur.*

11 *Dictio (nullatenus) nullitatem inducit actus,*

Quia totam negat potentiam, n. 12.

Præſertim ſi verbo (poſſit) adiuncta ſit.

Vnde nullitatem actus inducet, ipſo iure, num. 13.

14 *Pœna*

14 *Pœna ſuſpenſionis per canon. neminem, & canon. ſactorum 70. diſt. aduerſus promotum ſine titulo haud innouari per Sacrum Concilium dicit Card. Bellarminus.*

15 *Patrimoium qui alienauit, poſtquam ad illud promotus fuit, ad idem ipſo iure reuertitur.*

Quia alienatio nulla fuit, atque contra formam à Sacro Concilio ſtatutam.

Peccat tamẽ mortaliter ob legis trãſgreſſionẽ.

Iureque in eum animaduerti poterit.

17 *Nullum quod eſt nullum producit effectum.*

ARGVMENTVM.

Beneficium, penſionẽ, ſiue patrimonium, ad quod ſufficiens promotus quis ad ſactum Subdiaconatus ordinem fuit, alienans, renuncians. vel diſtrahens in quas incidat pœnas? ad Sacri Trident. Concilii textus ornatũ ſeſſ. 21. cap. 2. haud diſſeritur inutiliter.

RESPONSIO LXI.

PRoximè hiſce elapſis annis R. D. Donatus Grippus Terræ Guardiæ Lombardorum diœceſis Sãcti Angeli ad ſacrum Subdiaconatus, & deinde ad alios ſacros, etiam Præsbyteratus ordines à ſuo Epiſcopo ad patrimonij ſui ſufficientis titulum promotus fuit. Inde ad non nullos annos dictus D. Donatus ex dicto patrimonio non nulla ſorori in dotem dedit, reliqua verò fratri donauit.

Fit igitur ei nunc ſcrupulus à ſuo Epiſcopo, ſiue Generali eius Vicario, à quo etiam in iudicium vocatus fuit, dederit ne in pœnas à ſacris Canonibus, per Sacroſanctam Tridentinam Synodum innouatas, *c. 2. in fi. ſeſſ. 21. de reformat*; atque præſertim in ſuſpenſionem?

Haud dediſſe illum in ſuſpenſionem vllam conſulti reſpondimus.

Quippè ſequentibus Sacrum Concilium rem hanc aperit, dicens.

1 ,, *Patrimonium verò, vel penſionem obtinentes*
,, *ordinari poſt hac non poſſint, niſi illi, quos Epiſco-*
,, *pus iudicauerit aſſumendos pro neceſſitate, vel*
,, *comoditate Eccleſiarum ſuarum; eo quoque prius*
,, *perſpecto, patrimonium illud, vel pẽſionem vere*
,, *ab eis obtineri, taliaque eſſe, quæ eis ad vitam*
,, *ſubſtentandum ſatis ſint, atque illa deinceps ſine*
,, *licentia Epiſcopi alienari, aut aut extingui, vel*
,, *remitti nullatenus poſſint, donec beneficium Ec-*
,, *cleſiaſticum ſufficiens ſint adepti, vel aliunde habeant vnde viuere poſſint, antiquorum canonum pœnas ſuper his innouando.* His Sacrum Concilium.

Illa proinde verba: antiquorum Canonum pœnas ſuper his innouando, ad præcedentia omnia referuntur per pronomen illud *ſuper his*, quod ſane præcedentia complectitur, relatiuum enim eſt, inducitque
2 præcedentiũ omniũ repetitionem, ad *text. in l. à filio. 15. §. teſtator. cũ §. ſequenti ff. de alimen. & cibar. legat. Rota in Romana hæreditatis 14. Iunij 1610. coram Pirouano deciſ. 292. nu. 6. in fin. apud Farinac. ad calcem tom. 2. conſiliorum & in Bononien fideicommiſſi de Volta* 8. *Martij 1627. coram Merlino deciſ. 44 num. 3. part. 5. diuerſorum nouiſſimarum.*

Perpẽdendi itaq; anti qui canones erunt ſuper his diſponentes. Ac primi quidem ſunt *can. neminem, primo, &* & *can. Sanctorum* 2. 70. *diſt.* Quibus canonibus ex Concilio Chalcedonenſi; atque Concilio Vrbani XI. Placentia habetur: neminẽ niſi intitulatũ
3 vel Eccleſię, vel patrimonio ordinari poſſe, alioquin ſit ordinatio irrita. Id eſt nunquã poſſe promotum operari, atque proinde à ſuſceptorũ ordinũ exercitio ſuſpenſũ, vt ex Græco codice in compilatione noua Veneta, verbo *nullum tale factum. d. can. neminem* Compilator aduertit. concinit text. Innocentij Tertij in *cap. per tuas 37. extra de ſimon.* Quatenus habet non potuiſſe quendam ad Sudiaconatus ordinem promoueri ſine vero, nec ſimulato titulo. ſequiturque (& ſi in alio ſenſu) *Anneus Robertus rerum indicatarum lib. 2. cap. 2. pro Menio. in fin. fol.* 582. Infrà quoque referendus.

Eſt præterea text. *in cap. cum ſecundum Apoſtolum. 16. de prebend.* quo *text.* Innocent. III.
4 Zamorenſi Epiſco ſcribens, mandat: ei, quẽ ſine beneficio, ac ſine patrimonio ſufficienti ad Subdiaconatus ordinem promouerat tandiu vitæ neceſſaria ſubminiſtret, donec per eum in Zamorenſi Eccleſia, vel alia fuiſſet competens beneficinm Eccleſiaſticum aſſecutũ; quod ſi id facere diſtuliſſet, per diſtrictionem Eccleſiaſticam compelleretur.

Textus quoque in *cap. tuis 23. eod. de prebend.* quo etiam loco idem Innocentius III. Biſuntino Archiepiſcopo reſpondens ed-
5 dicit: Clericos de bonis patrimonialibus habentes, vnde poſſint congruè ſubſtentari, & ſi non dum fuerint Eccleſiaſticum beneficium aſſecuti, ad Superiores ordines (dummodò aliud Canonicum non non

obli-

obſiſtat) promoueri poſſe. vbi *gloſſ. verbo.*
congruè ſubſtentari. infert: *aliàs non debet*
ipſum promouere, quòd ſi fecerit tenetur ei ad
ſupplementum, ſuprà eod. cap. 2. & cap. cum
ſecundum Apoſtolum. eodem modo *tex. in c.*
ſi Epiſcopus 37. de præbendis in 6. idem quoque
ſtatuit: vt promouens ad ſacrum Subdiaconatus
ordinem eum, qui ſufficiens patrimonium
non habet, vitæ eidem neceſſaria
miniſtrare debeat, donec ſibi per eſi,
vel alium de competenti beneficio ſit prouiſum.

Hi ſont ergò antiqui canones pænas imponentes,
vel ordinanti eum, qui ſufficiens
beneficium, vel patrimonium non habuerit,
vel qui ſe abſque beneficio, vel patrimonio
ordinari paſſus fuerit; quos innouauit
Sacroſancta Tridentina Synodus *d. cap.*
7 *2. ſeſſ. 21.* Qui ſanè canones nihil omninò
ſtatuunt, nullamque pænam decernunt ei,
qui ad ſufficiens promotus titulum, vel beneficii,
vel patrimonii, nihilominus tamen
poſtquam promotus fuit, vel beneficio renunciauit,
vel patrimonium diſtraxit, alie-
8 nauitque. Vt cum illi nihil dixerint, neque
nos dicere oporteat. *can. conſuluiſt. 18. §. &*
quod Sanctorum Patrum 2. q. 5. cap. 1. ne ſede
9 *vacante. l. diſſidentis. 5. C. de repud.* Potiſſimũ
verò cum in materia pænali, ac cenſurarũ
agamus, quæ admittendæ haud ſunt, vbi
expreſsè decretæ ſacrorum canonum cẽſura
minimè inueniuntur. *Cardinal. Tolet:*
inſtruction. ſacerdotal. lib. 1. cap. 35. num. 5. in
fin. ad regul. odia 15. de regul. iur. in 6. cum
aliis ibid. notatis. *Ceuallos.* paulò poſt etiam
referendus *communium contrà communes q.*
527. num. 9.
10 Pæna autem, quam ſacrum ſtatuit Conciliũ
nullites eſt actus quia reſignatio beneficii
nulla erit, nullaque alienatio, vel patrimonii
remiſsio, ſiuè in parte, ſiue in totũ
„ fiat. per verba Concilii: *Atque illa deinceps*
„ *ſine licentia Epiſcopi alienari, aut extingui,*
vel remitti nullatenus poſſint.
11 Aduertenda quippè dictio illa erit (nullatenus)
quæ nullitatem inducit actus, cui
adiicitur: *Gloſſ. verbo nullatenus. in Clement.*
1. de ſequeſtrat. poſſeſsionis, & fructuum.
Gloſſ. in clem. 1. verbo nullo modo. de ætate, &
12 *qualitate ordinand.* Quia nimirum totam
negat potentiam; potiſſimum cum dictio
nullatenus annexa ſit verbo poſsit *Rota*
par. 2. diuerſor. deciſ. 24. num. 4. & 5. Pariſ. de
reſignat. benefic. lib. 8. q. 8. num. 53. Barboſ. de
offic. Epiſcopi par. 2. allegat. 19. num. 76. & allegat.
25. num. 2. & in collect. ad dictum cap.
2. Concilii ſeſſ. 21. num. 66. verbo nullatenus
13 *Ceuallos d. q. 527. n. 10.* nullitatemque actus
ipſo iure indicit. *Pariſius d. q. 8. n. 53. & lib.*
9. q. 12. num. 2. Riccius deciſ. 320. n. 8. p. 4. &
hanc ipſam ſententiam ſequitur *Eminentiſſimus*
Cardinalis Bellarminus ad dictum caput
2. ſeſſ. 21. Sacri Concilij in obſeruationibus
doctrina, verbo Patrimonium. vbi dicitũ
quod non inducitur alia pæna, niſi nullitas
actus. idemque ſequitur alijs multis relatis.
Barboſ. ibid. in collectan. n. 75. Ceuallos d. q.
527. n. 7. & ſeq. & ante eos *Nauar. conſ. 22.*
vtrũ ſacerdos lib. 1. de tempor. ordinat. Guttierez.
Sayr. Salzed. Garſias. Gratian. Reginald.
alijque apud *Barboſ. d. n. 75. Gauant.*
in Enchiridion Epiſcopor. verbo ordines maiores.
n. 3. & ſeq. Scipio de Rubeis in aphoriſm.
Epiſcop. verbo patrimonium. n. 2. & nouiſſimè
Pater Diana moralium reſolut. par. 5.
tract. 10. de ſuſpenſione reſolut. 57. ex Turriano
de cenſuris lib. 5. diſput. 46. dub. 1. & Patre
Gordono tom. 2. lib. 6. q. 15. cap. 12. §. 6. n.
24. in fin.
14 Qinimò ad rem hanc addit *Cardinalis*
Bellarmin loco ante relato. *verbo Innouãdo.*
pœnas ſuſpenſionis in promoto ſine patrimonio,
relatas *d. canone neminem. 1. &*
can. Sanctorum 2. diſt 70. non innouari per
Sacrum Concilium; quòd canones illi fuerint
correcti per *cap. 2. & cap. cum ſecundũ*
Apoſtolum 16. de præbend. Ipſum verò Sacrũ
Conciliũ perquirere in promouendo titulum
beneficij, penſionis, ſiuè patrimonij,
ne alioquin cogatur ille mendicare cum
dedecore ordinis clericalis; & innouare
propterea canones illos, qui ad propoſitũ
faciunt. videlicet *cap. cum ſecundum Apoſtolum.*
& cap. Epiſcopus, & cap. tuis de præbend.
& cap. ſi Epiſcopus, cui de præbend. in
6. Ita doctiſſimus, Eminentiſsimuſque, ac
ſanctis moribus inſignis ille Cardinalis, &
Archiepiſcopus. pro hac etiam ſententia
ſtat *Annæus Robertus rerum iudicatarum*
lib. 2. d. cap. 2. pro Titio. Vt multò magis in
facto hoc noſtro aſſerendũ ſit; nullas alias
pænas à Sacro Tridentino Concilio innouatas
fuiſſe aduerſus eum, qui vel beneficio
renunciauit poſtquam promotus fuit;
vel patrimonium retroceſsit, vel dixtraxit,
alienauitque, niſi actus ipſius, vel renũciationis,
vel alienationis nullitatem, inualiditatemque,
vt reuertatur propterea
ipſo facto ad ius, vel beneficium, ſiuè rem
renunciatam, ceſſam, atque diſtractam; cũ
vtique ceſsio, diſtractio, alienato, refutatio,
ſiuè renunciatio nulla omninò fuerit, vt
puta facta non ſeruata forma à ſacro Tridentino
Cõcilio *d. cap. 2.* tradita. quod poſt
Flamin. Pariſ. de reſignat. lib. 5. q. fin. n. 164.
& Nauar. man. cap. 12. n. 18. & alios ſequitur
Ceuallor. q. 561. num. 23. & ſequentib. ſequiturque
idem *Cardin. Bellarmin d. cap. 2.*
in obſeruationibus doctrin. verbo patrimoniũ.
16 Et ſi porrò peccato ſe inficere, illoque
mortali, aſſerat *Nauar. d. conſ. 22. in fin. de*
tempor. ordinat. quòd legem à dicto ſacro
Tridentino Concilio datam, in re graui
tranſgrediatur; eumque ſequitur *dictus de*

Rubeis. d. verbo .patrimonium d.num. 2. in fin. poſſeq. proinde in eum legis transgreſſorem animaduertere Epiſcopum.& hanc ſententiam ex Turtiano, & Gordono vbi ſuprà ſequitur *Diana d.reſolut.57.*

Si nulla itaque fuit alienatio per D.Donatum facta, vt nulla vtique eſt; nullum propterea præiudicium ei in ſuo patrimonio fecit; atque in nullas proindè pænas alias dedit, quam actus nullitatẽ. Quia pro
17 fectò quòd nullum eſt, nullum producere valet effectum: *l.quod dictum 33.ff. de pactis l.4.§.condemnatum.ff.de re iudicat.idem Geuallos d.q.561.n.30.Bellarmin. vbi ſuprà.* In nullas ergò cenſuras dedit.

Atque ita ex his, cenſoris non abiecta virga reſpondendum cenſuimus.

CAROLVS MARANTA I.V.D. Epiſcopus Iuuenacen.

SVMMARIVM.

1 *Beneficia plura ne quis retineat eſt Sacrorum Canonum cenſura inhibitum.*
2 *Beneficium definitur Eccleſiaſticum, eiuſq. datur vltima differentia.nu.25.*
2 *Definitio cui non conuenit, neque definitum conueniet.& nu.37.*
4 *Definitio cum definito conuerti debet.*
Conuertatur vero quando, doctrina traditur. ex Cicerone.n.5.
6 *Beneficium Ius eſſe percipiendi fructus, expenditur.*
7 *Vſusfructus quid?*
Differt tamen à beneficio n.8.
9 *Beneficij natura eſt, vt ſit perpetuum.*
10 *Beneficiarij ſine cauſa à beneficio amoueri non poſſunt.& n.14.*
11 *Vſusfructus, & perpetuus, & temporalis conſideratur.*
12 *Vſusfructus Ius dicitur percipiendi; ſed merè laycale.*
13 *Beneficium Ius eſt ſpirituale, vel ſaltim ſpiritualitati annexum.*
Et quomodo.n.17.
15 *Beneficium quo pacto conuenit cum Rectoria etiam ſeculari.*
Et quomodo diſconueniat.n.16.
17 *Naturale quod eſt, non quod accidentarium attenditur.*
19 *Voluntas hominum mutabilis, ſolius eius, qui mortuus eſt immutabilis.*
20 *Beneficiorum Eccleſiaſticorum ſeculares incapaces ſunt.*
21 *Penſio quid? & Clerico datur.*
Non tamen eſt beneficium.n.22.
23 *Genus per differentiam ſpecificam reſtringitur.*
24 *Homo animal eſt rationale ex corpore, & anima conſtans.*
26 *Beneficium propter diuinum officium datur.*
27 *Beneficium ſine inſtitutione canonica non obtinetur.*
28 *Laycus conferre beneficia haud poteſt.*
29 *Beneficium vnum ſufficiens vni tantum dandum eſt.*
30 *Incompabilitas beneficiorum, ex illorum ſurgit ſufficientia. vnde duo ſufficientia habere quis minime poterit.*
Beneficia modo fuerint Eccleſiaſtica.n.31.
32 *Verba vbi non conueniunt diſpoſitionis, neque diſpoſitio ipſa congruit.*
33 *Eccleſias duas habere nemo debet.*
Exaudi in titulum beneficij n.33.
Et ſi fuerit vtraque earum beneficium, ſecus ſi vna tantum, non altera.n.34.
35 *Incompatibilitas quid? & quomodo definitur.*
36 *Incompatibilitas in concurſu beneficiorum in vna perſona conſiſtit.*
Vt ſecus ſit, vbi beneficiorum concurſus non fuerit.
38 *Animarum curam vt quis habere valeat, & reſidere in loco debet, & per ſe munus ſuum exercere.*
39 *Reſidere non dicitur, qui quamuis corpore præſens, per ſe tamen ſuo non facit muneri ſatis.*
40 *Parochus in Eccleſiæ ædibus reſidere tenetur ſi eas habeat.*
Alioquin intrà fines parochæ.
Vel extra eos in domo ita vicina Eccleſiæ, vt ſuo muneri per ſe valeat intereſſe, ex Sacræ Congregationis declaratione. non igitur extra fines modo degere præfato improbatur n.1.& n.44.
Neq. id ſine ratione n.46.
Et diſtantia hæc morali modo perpendenda erit.num.55.
Si potiſſimum ſubſtitutum in Eccleſia relinquat.n.56.
42 *Dictio (aut) perpenditur.*
43 *In Alternatiuis alteram impleri partem, ſat eſt.*
45 *Reſidentia de Iure naturali eſt, atque diuino.*
47 *Reſidere is vere dicitur, qui per ſe munus ſuum implet.*
48 *Parum quod eſt, in conſideratione non habetur.*

betur, & pro nihilo repatatur.

Dictio propè ad modicam diſtantiam accomodatur. ibid.

49 *Reſidentia dupliciter dicitur materialiter, & formaliter.*

Et vna ſine altera eſſe non poterit. n. 50.

51 *Reſidentia non ita amarè ſumenda eſt, vt funibus alligatum Eccleſiæ Parochum eſſe oporteat.*

Sed cum aliquo temperamento morali.

52 *Abeſſe non dicitur, qui aliquantiſper abeſt, ſtatim reuerſurus.*

53 *Epiſcopi abeſſe poſſunt per tres menſes ad ſummùm in ſingulos annos.*

Etiam relaxandi animi cauſa n. 54.

57 *Magiſter Frater Dominicus Grauina celebratur.*

58 *Pater Hieronymus Pecorarius è Societate Ieſu, extollitur.*

59 *Pater Marcus Antonius Palumbus è Societate Ieſu laudibus celebratur.*

ARGVMENTVM.

Incompatibilis ne dicatur Rectoria Eccleſiæ ſecularis, quæ beneficium non eſt, & per laycos ad illam, rector conſtituitur, cum Parochiali Eccleſia? Et nũ ſane ſi Parochus propè cõfines reſideat ſuæ Parçciæ, modo tamẽ per ſe ſuo muneri facere ſatis poſſit, reſidere dicatur? non inutilis reſponſio.

RESPOLSIO LXII.

DVo ſunt, de qnibus conſultatio petitur: Vnam, poſſit ne Abb. Ioannes Dominicus Riccardus S. T. Magiſter, & Parochus parochialis Eccleſiæ Sancti Ioſeph huius Ciuitatis retinere ſimul cum Parochiali Rectoriam Sanctæ Mariæ Peregrinorum, quam, nuper obtinuit ab Excellentiſſimo Domino Duce Montis Leonis, ob ſecutam prædeceſſoris Rectoris Abb. Ioannis Franciſci de Rinaldis obitum, vel faciat cum Parochiali incompatibilitatem? Alterum, poſſit tuta conſcienria dictus Riccardus reſidere in domibus præfatæ Rectoriæ, cum illę parum diſtent à confinibus parochialis præfatæ, vt reſidere quoque dicatur, neque in non reſidentiæ crimen dare?

Poſſe præfatum Riccardum Vtrumque agere ſine conſcientiæ aliquo ſcrupulo cõſulti reſpondimus.

Et ſanè Primũ. Quoniam Rectoria hæc Beneficium non eſt Eccleſiaſticum. Non igitur in prohibitione includetur ſacrorum
1 Canonum, quibus, ne quis plura Beneficia, vel plures Curam animarum habentes Eccleſias retineat, inhibitum apertiſſime fuit. *c. referente 7. & c. de multa prouidentia 28. de præbend. Sacrum Trident. Concilium ſeſſ. 7. cap. 3. de reformat. & ſeſſ 24. cap. 17. de eadem reformat. materia.*

Probatur maior in enthymemate aſſump-
2 „ ta. Beneficium quippe, Ius eſt percipien-
„ di fructus ex bonis Deo dicatis, Clerico
„ propter diuinum officium competens. iux-
„ ta Beneficij finitionem, quam optimè tradit *Cardinal. Tolet. Inſtructionis ſacerdotalis lib. 5. cap. 76. num. 1.* quam ſequitur *Garſias de benefic. part. 1. cap. 2. num. 2. & Ferdinandus à Caſtro tom. 2. moralium tract. 13. diſput. 1. puncto 1. num. 1.*

3 At beneficij hæc finitio Rectoriæ huic, de qua ad præſens diſceptatio eſt, minime conuenit. Neque ergo definitum eidem competet. *l. 2 § appellata vbi Doctor. ff. ſi certum petatur. l. 1. §. dolum ff. de dolo vbi Bart. & in l. ſi quis ſeruo 20. in 2 notab. num. 2. C. de furtis* diximus *reſponſ. noſtra 28. num. 3. & 4. p. 1.*

Probatur minor, quia definitionis datæ partes non omnes definito congruunt, ne-
4 que cum illo conuertuntur, neque conueniunt. At definitionis natura eſt, vt cum definito conuertatur. ſecundum Philoſophum, quem ſequitur. *Gloſſ. in l fin verbo præſentiam ff. de verbornm ſignificatione ad tex. in l. omnis definitio 203. ff de regnl. iur. Bart. in l. 1. num. 1. ff. de teſtam.* diximns *d. reſponſ. 28. num. 4. Petrus Gregor. Tholoſas. ſyntaxis artis mirabilis in commentar. lib. 2. cap. 6 fol. mihi 192. impreſſione Colonien.*

5 Conuertitur vero finitio cum definito, quando finitio non ſuperabundat, nec deficit dictionibus. iuxta Ciceronem 2. de
„ oratore. *Præcipit* (inquientem,) *infinitioni-*
„ *bus ratio, atque doctrina, vt vis eius rei, quam*
„ *definimus, ſic exprimatur, vt neque abſit quic-*
„ *quam, neque ſuperſit: nam quando deficit dictio-*
„ *nibus, ſuperabundat rebus; quando autem ſuper-*
„ *abundat dictionibus, deficit rebus.* ſic ille. ſequiturque dictus *Tholoſates loco paulo antè enumerato.*

Partes verò definitionis traditæ Beneficij, non omnes huic Rectoriæ conueniũt, neque cum ea conuertuntur. Nõ congruet propterea eidem Rectoriæ Beneficij definitio. neque proinde congruet ei definitũ. Non ergo Beneficium dicitur, neque pro-

ptetea incompatilitatem cum Curato be-
neficio habebit.

Et quidem, vt partes definitionis exami-
nemus eaſque Rectoriæ huic non conue-
nire oſtendamus, perpendēdum erit. Quod
& ſi porrò prima illa dictio (*Iuſpercipiendi*
6 *frnctns*) ideſt facultas, ſeu poteſtas ſecundũ
iuſtitiam, percipiendi, & exigendi fructus,
puta pecunias, vel alia in ſubſtentationem
neceſſaria, vt *Card. Tolet. ibid.* explicat. *Ferdi-
nand. à Caſtro d. punct. 1. num. 2. Lutterius de re
beneficiaria lib. 1. qu. 3. num. 5. & 6.* huic quo-
que Rectoriæ conueniat. Non tamen ei
conuenit vt beneficium eſt. Quia licet Re-
ctor Ius, facultatemque obtineat percipiē-
di, & exigendi fructus ex rebus Rectoriæ,
non tamen illud, vt beneficiarius, neque
beneficii iure habet. Qua de cauſa, quã-
uis verbum illud (*Ius percipiendi*) vtrique
conueniat, & ſit loco generis, diuerſo tamē
7 modo vtriquæ connectitur. Quemadmo-
dum vſusfructus, & ſi Ius ſit alienis rebus
vtendi, fruendi ſalua rerum ſubſtantia, iux-
ta finitionem Pauli in *l. 1. ff. vſufructu.* non
8 conuenit tamen cum Iure percipiendi, vt
beneficio congruit. quamuis in vno comu-
ni genere conueniant, tam vusfructus, quã
beneficium, vt ſcilicet Ius eſt; ſaltim analo-
gicè, non vniuocè, vt philoſophi loquun-
tur.

Diſconueniunt tamen in hoc, quòd Ius
hoc beneficiario in perpetuum conuenit,
(vita ſcilicet perdurante beneficiarii.)
9 Cum ex natura beneficii ſit, vt in perpe-
tuum duret. *can. ſanctorum. 2. 70. diſtinct. & c.
vnico de cappellis monachorum lib. 6.* vbi *Gloſſ.
verbo perpetui* vt nullo pacto ex natura be-
neficii temporale eſſe poſſit; neque ſine
10 cauſa ab Epiſcopis ſemel intitulati amoue-
ri valeant *d. cap. vn. vbi etiam Gloſſ. & d. can.
ſanctorum. Rota in Fanen. Parochialis 18. Maii
1615. coram Card. Canaler. deciſ. 350. num. 4.
& in Pacen cappellaniæ 27. Martii 1623. corã
eod. Card deciſ. 640. nu. 9. & coram Lugdunen.
deciſ. 254. num. 3. par. 2. in recent. & deciſ. 415.
num. 2. ead. part. 2. in recent. Gonzalez ad regul.
8. Gloſſ. 5. num. 11. Barboſ. de offic. epiſc. part. 3.
allegat. 57. num. 151. & ſeq. Garſias d. cap. 2. nu.
61. Fernandus à Caſtro d. punct. 1. n. 4. & 5.*
11 Vſuſfructus vero ſicuti, in perpetuum
conſueuit dari, (vita ſcilicet perdurante vſu
fructuarii,) ita quoque in diem, atque ad
certum, determinatumq; tempus. *l. vſusfru-
ctus. 4. & 5. ff. de vſufruct.* Eſt præterea Ius hoc
12 percipiendi ex vſufructu, mere laycale, &
profanum, illud vero ex beneficio, ſpiritua-
13 le, vel ſpiritualitati ſaltim annexum, vt in-
fra perpendemus; atque perpetuum in ipſa
ſua inſtitutione, ſecundum *Ferdinan. à Ca-
ſtro d. punct. 1. n. 5.*

Non itaque eodem modo, vt beneficia-
rio, Ius percipiendi fructus, conueniet huic
Rectori; quia nimirum huic temporaliter,
(donec Excellentiſſimo Duci eum recto-
rem conſtituenti placuerit,) conueniet; illi
14 vero in perpetuum, vt amoueri à benefi-
cio ſine iuſta cauſa nullo poſſit modo *d. c.
vn. de cappellis monachorum in 6. & d. can. ſan-
ctorum Ferdinand. à Caſtro d. punct. 1. num. 5.
& 6.*

15 Deinde quamuis Beneficium (vt in fini-
tione diximus) *Ius ſit percipiendi fructus ex
bonis Deo dicatis,*) vt ex hac parte etiam
Rectoriæ huic conuenire videatur; quia &
Rector Ius habebit poſt conſtitutionem
in rectorem à Domino factam, ex bonis
Deo, atque pro eo Rectoriæ in vſus mini-
ſtrorum ei dicatorum, percipiendi, exigen-
16 dique: diuerſo tamen modo hoc ei con-
ueniet, atq. beneficiario; quia (vt diximus)
hic Ius hoc in perpetuum habet, donec vita
ſuperſtes erit, *d. cap. vnic.* ille verò, donec ei
permiſſum fuerit, beneplacito perdurante
Domini Ducis.

17 Atque præterea Ius illud beneficiarii;
Ius eſt quodam ſpirituale. ad *tex. in cap. dile-
cto filio. 25. §. procurator tuus. & §. ſeq. de præ-
bend.* vel ſaltim ſpiritualitati annexum,
cum propter diuinum officium beneficiũ
detur, vt infra etiam patebit: ſequiturque
poſt alios *Garſias d. cap. 2. num. 6. & 7. Ferdi-
nandus à Caſtro d. punct. 1. n. 4. 5. & 6.* Huius
vero Rectoriæ, neque ſpiritualitati anne-
xum eſt.

Neque dixeris fieri poſſe, vt donec vitali
perfruatur aura, permittat illum Rectorem
18 eſſe Dominus Dux. Quia hoc ex accidenti
proueniet; non verò naturaliter ex natura
Rectoriæ, vt attendi minime debeat. argu-
mento *tex. in l. ſi quis nec cauſam 4. ff. de rebus
credit.* & notatis ibid. præſertim per *Iaſon. à
num. 4. cap. non dubium 5. cum notatis per Felin.
num. 2. de ſent. excommunicat. Nauar. de Indul-
gent. notab. 11. num. 6. Ferdinand. à Caſtro dict.
punct. 1. num. 5. & 6.*

Quid enim ſi voluntate mutata, amo-
19 ueat eum? Nũquid non variabilis filiorum
hominum eſt voluntas, atque ad vitæ ſu-
premum vſque exitum ambulatoria? iuxta
Perſianum illud *Satyr. 5. relatum etiam à
Gloſſ. in cap. quia diuerſitatem 5. verbo. diuer-
ſitatem de conceſſione præbend.*

„ *Velle ſuum cuique eſt, nec voto viuitur vno*
*tex. in l. quod ſi iterum 4. ff. de adimend. legat.
& l. cùm hic ſtatus 33. §. ait oratio ff. de donat.
inter virum, & vxorem.* ſolutus quippe eius,
qui iam diem ſuum obiit, voluntas firma
eſt, & immutabilis *c. cum marthæ 6. §. cæte-
rum de celebrat. miſſarum* aliorum vero ho-
minum voluntates variæ ſunt, Vlpianus
vt loquitur. *in l. poterat. 4. circa fin. ff. ad ſe-
nat. conſult. Trebellian. Nenizanus. conſ. 34.
num. 22.*

Sequitur in definitione (*Clerico competēs*)
quia

20 quia nimirum ſeculares beneficia habere
non poſſunt, cum ſpiritualium incapaces
ſint ad *text.in cap. cauſam quæ 7. de præſcript.*
cap cum adeo 17. ibi Imò clericus *de reſcript.*
extra cap.ex litteris 6.de tranſact. Tolet. vbi ſu-
pra.Garſias d.cap.2. num.28. Ferdinand. à Ca-
ſtro d.puncto 1 num.3.

Tametſi verò hæc pars etiam Rectori
huic competat; quia Clericus eligi de-
bet; qui hanc regat Rectoriam, haud
tamen ei competet, vt beneficiario, quòd
(videlicet beneficium hæc ſit Rectoria;)
21 ſed vt ſimplici Clerico. Quemadmo-
dum, & Clerico penſio datur, quæ &
ipſa ius eſt percipiendi fructus ex alieno
beneficio. ſecundum definitionem, quam
idem *Cardinalis Toletus* tradit *eodem lib.5.*
cap.82.num.1. ſequiturque *Ferdinand. à Ca-*
ſtro d.tract.13.diſputat.1. punct.11.§.1.num.1.
22 Nihilominus penſio beneficium non eſt,
cap.quamuis pleniſſima 4. de præbend. in 6. quo
loco apertiſsimè Bonifacius Octauus pen-
ſionem à beneficio diſtinguit; vnde facta
alicui gratia beneficium conſequendi, pen-
ſionem obtinere haud poterit, quia penſio
beneficium non eſt. *cap.ad audientiam noſtrã*
31.de reſcrip.extra ibi: annuas penſiones, ſeu
alia beneficia. Quo loco *Gloſſella marginalis*
ſequentibus ad rem noſtram loquitur. *Ergo*
penſio, (inquiens) *ſuper beneficio, non videtur*
dici poſſe beneficium, cùm ſicut diuerſa hic ponã-
tur.adde c.quãuis de præbend lib.6. ſic *Gloſſella*
text. quoque *Sacri Trident.Conc.ſeſſ.21. cap.2.*
de reformat. ibi: Patrimonium vero, vel pen-
ſionem obtinentes, ordinari poſt hac non
poſſint. Vt diſtincta enim penſionem, & be-
neficium ponit Sacrum Concilium; cum
ad beneficij titulum ſimpliciter ordina-
ri quilibet poſsit, non verò ad penſionis, ni-
ſi hoc Epiſcopus expediens iudicauerit. Se-
quiturque *Nauarr. conſ.66. quidam penſio-*
narius, num.3. & 4. lib.5. de ſimon. Hoieda de
incompatibilitat.benefic.in præfat.nu.3. & part.
2.cap.7.num.4 part.1.tom.15.tractat. Gonzalez
ad regul.8 gloſſ.5.§.5.n.2.& 25.Gigans de pen
ſion.quæſt.28.in princ.& quæſt.35. Rota in Cæ-
ſarauguſtana penſionis 13. Nouembris 1591. co-
ram Card. Pamphilio apud Marcheſan. part.1.
fol.569.num.9.Ioann. Azor.Inſtitut. moralium
part.2.lib.3.cap.5.quæſt 2. & lib.8.cap.5.quæſt.
4.Ferdinand.à Caſtro,d.puncto 1 num.7.

Non itaque beneficium hęc erit Recto-
ria, quamuis ad illam regendam Clericus,
ſiue etiam Sacerdos, eidem præficiatur.
Quia beneficij partes definitionis non ei
conueniunt.

Succedit vltima definitionis pars, (*prop-*
ter diuinum officium competens) qua ſanè, ve-
23 lut vltima differentia, generis latitudo, (in
iure percipiendi fructus ex rebus, ſiue bo-
nis Deo dicatis,) reſtringitur ad regulam
generi per ſpeciem derogatur 34. de regul.iur.in
6. atque completa beneficij conſtituitur de
finitio. Veluti Homo animal rationale di-
24 citur, ac definitur, atque per rationalis dif-
ferentiam, genus illud (*animal*) contrahitur,
ſpecieſque conſtituitur hominis, atque ab
omni alia animalis ſpecie diſtiguitur, & fit
vnum compoſitum ex corpore, & anima
conſtans rationali, quæ forma eſt corporis,
Clemen.vn. §.porrò doctrinam, vbi etiam Gloſſ.
de ſum.Trinit.& fide catholic. Ita planè, & be-
neficij definitio, per dictionem illam diffe-
rentialem (*propter diuinum officium compe-*
tens,) ab omni alio iure percipiendi fructus
ex rebus Deo dicatis comprimitur, & in
ſpecie conſtituitur beneficij. Cum propter
26 diuinum officium beneficium detur; iuxta
text.in cap.fin.de reſcript lib.6. ibi: & officium
plerumque (propter quod beneficium Ec-
cleſiaſticum datur) omittitur, ſequitur *Gar-*
ſias d.part.1.cap.2.nu.7.& num 60.& 61. Na-
uar.conſ.4.quæritur vtrum, num.4 lib 3. de cle-
ric.non reſident. Ferdinand. à Caſtro d. punct.1.
num.2.

Non congruit proinde Rectoriæ huic
beneficii definitio. Non erit ergo benefi-
cium. Nullam proinde incompatibilitatem
obtinebit, quin cum beneficio, etiam cura-
to, retineri poſsit,

Neque ineuidẽti hoc aſſeritur ratione.
27 Quippè, beneficium Eccleſiaſticum ſine
inſtitutione canonica obtineri non poteſt,
reg.1.de regul.iur.in 6. Rectoria autẽ hęc ſine
canonica inſtitutione datur; quia à layco
Rector in illa conſtituitur: Non eſt igitur
Beneficium. Alioquin à layco dari, ſiue cõ-
ferri minime poſſet gentium, *cap Sacroſan-*
cta 51. & cap. Meſſana 56. can. nullus lay-
corum, 18.can. per laycos 20. can. laycis 24.
& can. layci præsbyteros 37. 16. quæſt. 7. ple-
nè *Garſias d.cap.2.num.32.Ferdinand.d.puncto*
1. num. 3. Incompatibilitatem haud, ergo
habebit, quin cum beneficio, (etiam Cura-
to) retineri valeat. Succurrat tibi (quæſo)
Sacri Concilij Tridentini diſpoſitio *d. cap.*
29 *17 ſeſſ.24.de reformat.* qua diſponitur: *Vt in*
„ *poſterum vnum tantum beneficium Eccleſiaſti-*
„ *cum ſingulis cõferatur. Quodquidem ſi ad vitam*
„ *eius, cui confertur, ſubſtẽtandũ non ſufficiat, liceat*
„ *nihilominus aliud ſimplex ſufficiens, dummodo*
„ *vtrumque perſonalem reſidentiam non requirat,*
„ *eidem conferri.* Sic Sacrum Concilium.
30 Incompatibilitas igitur omnis ex eo ſur-
git; (ne quis duo retineat beneficia) (ex
pluralitate, (ſcilicet) eorum) ſi illa ſuffi-
cientia ad honeſtam vitæ ſubſtentationem
31 fuerint, atque vniuerſim beneficia ſint. Cę-
terò quin ſi beneficia minime fuerint Ec-
cleſiaſtica; in prohibitione ea retinẽdi haud
includentur; quia Sacri Canones ſupra re-
lati in initio, & Sacrum Concilium Tridẽ-
num de beneficijs verba faciunt. Vt verba
32 cum non conueniant diſpoſitionis in hac
re-

Rectoria (de qua ad pręſens eſt diſceptatio,)
neque diſpoſitio ipſa congruere debeat. *l. 4.
§ toties, ff. de damno infecto, cap. in demnitatibus
43. §. pennlt. de elect. lib. 6. l. ita tamen 5. ff. de ad-
miniſtrat. & periculo tutor. Rota apud Cardin.
Manticam deciſ. 163. num. 5. Card. Tuſcus tom.
2. littera D. concluſ. 493. Barboſ. aſſiomat. 73. nu.
16. Sebaſtianus Medices deciſ. 35. n. 6.*

32 Neque obiicias, quod per Alexandrum
Secundum relatum *d. can. per laycos 20. 16.
quaſt. 7.* diſpoſitum inuenitur; *Nullus preſ-
byter* (dicentem) *duas habeat Eccleſias.*

33 Quia id profecto exauditur ſi vtramque
Eccleſiam beneficij titulo obtinuerit. Sic
enim *Gloſſ. ibidem verbo duas.* verba illa inter
pretatur (duas habeat Eccleſias.) *id eſt inti-
tulatas,* (inquiens) *niſi ſint pauperes, vt vt ex-
trà de ætate, & qualitate. eam te, & 10. quaſt. 3.
vnio.* Sic Gloſſ. Vt ſecus planè eſſe debeat, ſi
vna earum dumtaxa beneficij titulo, etiam
Curati inſignita fuerit; altera vero omni va-
cet tali Beneficij titulo. Ita quippe cano-
nem illum in illa parte recipit, atque enu-
cleat *Cardin à Turrecremata ibid.* dicens: *In-
titulatas. ſcilicet, ad quarum regimen intitulare-
tur, & ordinaretur. tenere enim duas iniuſtum
eſt, cùm vix poſſit vni benè, & vtiliter deſeruire,
niſi ſpeciali priuilegio, vel neceſſitate, ſcilicet
paupertate Clericorum, vel Eccleſiarum, vt 21.
quaſt. 1. cap. 1. relatio, & 19. q. 3. vnio.* Ita *Card.*

34 Quandocunque igitur vna Eccleſia Be-
neficium non eſt, neque in titulum datur,
beneficii, neque in perpetuum datur, nul-
lam cum altera, etiam Curata, incompati-
tibilitatem efficit, *d. cap. de multa 28. de præben.*
Et dictum fuit in vna *Segnntina Theſaureriæ
29. Aprilis 1596. coram Orano*, quam refert,
Garſias de benefic. part. 11. cap. 5. §. 1. num. 181.

35 Incompatibilitas nempè, quæ concurſus
dicitur rerum, quæ ſimul ſtare nõ poſſunt.
vt *Hoieda* adnotat in *d. præfat. num. 8.* defini-
tur, vt ſit in vna perſona beneficiorum Ec-
cleſiaſticorum concurſus à iure ex cauſa
reprobatus, vti *Hoieda in d. præfat. num. 9.* eam
definit.

At qui vero Rectoria hæc beneficium
Eccleſiaſticum non eſt, vt in ſuperioribus
oſtendimus: Haud ergo cum altero, etiam
36 parochiali beneficio, incompatibilis. Quia
nimirum cum beneficium nõ ſit: incompa-
tibilis concurſus beneficiorum, qui ſolus à
iure improbatur, haud dabitur. *ad text. in
clement. gratiæ 4. vbi gloſſ. verbo beneficium, &
ibid. Cardin. quaſt. 8. de reſcript. Vincent. Grilen-
zonius conſ. 9. num. 2. & text. in cap. 1. in fin. de
conſuetud. in 6.* Non propterea prohibitus,
quin cum alio, etiam parochiali beneficio
Eccleſiaſtico fiat, quoniam ſi beneficiorũ
Eccleſiaſticorum concurſus, incompatibili-
tatem facit: non vtique incompatibilitatem
habebit, cum eo, quod beneficium non eſt.
37 Cùm defininito incompatibilitatis ei non
conueniat, vt neque definitum conuenire
eidem debeat, vt in initio dicebamus. Pote-
rit proinde cum beneficio, (quamuis aliàs
curato,) concurrere, atque conſequenter
retineri.

30 Secundum verò manifeſtum fit. Quia, &
ſi plane ad curam animarum habendam
talis quærenda ſit perſona, & quæ reſidere
in loco, & curam eius per ſe ipſam valeat
exercere, iuxta Concilij Lateranenſis diſpo
ſita *in cap quia non nulli 3. de cleric. non reſiden.*

39 Atque hoc ſecundum, quod formale eſt,
magis attendi debeat; alioquin reſidere
haud dicetur, qui quamuis corpore præſens
ſit in loco; nõ per ſe ipſum tamẽ ſua exequi
munia curat. quod perpendit, *Gloſ. d. cap. quia
non nulli verbo per ſe ipſam, cap. conquerente 6.
vbi gloſſ. verbo deſeruiat de cleric. non reſident.
cap. relatum 4. de cleric. non reſidentib. & cap. v-
nico eodem tit. in 6. & Sacrum Tridentinum ſeſſ.
23. cap. 1. de reformat.* declarauit: *Obligari* (di-
cens) *ad perſonalem iu ſua Eccleſia. vel diœceſi
reſidentiam, vbi iniuncto ſibi offio, defungi tenea-
tur.* deduximus pluribus hanc rem *reſponſ.
noſtra 19. part. 2. Gigans de reſident cap. 3. num.
13.* quo loco reſidere, deſeruire eſſe dicit.
*Vincent. Grilenzonius conſ. 13. num. 11. Poſſenin.
de officio curati cap. 1. num. 8. & 11.* ſequitur-
que, *Barboſa de officio Parochi cap 8. num. 40.
& 41.*

40 Teneaturque Parochus in domibus Ec-
cleſiæ reſidere, ſi tamen illas habeat. Sin mi
nus, *poterit in alia domo habitationem trahere
intra limites ſuæ Parochiæ; aut ſaltem ita vicina
Parochiali Eccleſiæ, vt inde commode poſſit per
ſe ei inſeruire.* Vt declaraſſe Sacram Congre-
gationem Sacri Trident. Concilij interpre-
tum S. Romanæ Eccleſiæ Cardinalium re-
fert *Zerola Epiſcopus Minoren in praxi Epi-
ſcoporum part. 1. verbo Parochus, §* 4. eumque
refert quoque *Garſias de benefic. part. 3. cap. 2.
num. 179. in 21. declarat. Sacra Congregat.* ſe-
quiturque *Barboſa de officio Parochi. d. cap. 8.
num. 34.*

Tria itaq. ſupponuntur in declaratione.
Vnũ planè, teneri Parochum in domibus
Eccleſiæ reſidere, ſi illas habeat. Alteratũ,
ſi illas minime teneat, poſſe intra limites
ſuæ Parochiæ reſidere in domo conducta,
vel ꝓpria. Tertiũ deniq; ſi nõ ſint Eccleſiæ
ædes, quas incholere valeat parochus, poſſe
illum extra fines in cõducta degere domo,
vel propria; modò illa prope ita vicina pa-
rochili ſit Eccleſię, vt inde commodè poſſit
41 per ſe ei deſeruire. Non improbatur igitur
à Sacra Congregatione quin extra fines de-
gere valeat Parochus, modò nimium ab
Eccleſia non diſtet, vt inde commode poſ-
ſit per ſe ei deſeruire. Hoc autem ìre præ-
ſenti noſtra ſatis ſuperque eſt. Dictio nempè
42 illa (*aut*), quæ diſiunctiua eſt, ſiue alter-
natiua; atque vnum de duobus ponit; vt eru

ditè

ditè ſatis deducat Proculus lib. 2. epiſtolarũ
in l. hac verba, ille, 124. vbi etiam ſcribentes, ff. de
verborum ſignific. l. Quintus Mutius 11. ff. de
auro, & argento legato. clement vni. ibi: poterit
per Ordinarium, aut alium executorem de
conceſſione præbend. Decianus conſ. 42. num. 10.
lib. 1.
43 In alternatiuis verò alteram impleri
partem ſat eſt. regula in alternatiuis 70. de re-
gul. Iur. in 6. l. ſi hæredi plures 5. ff. de condit. in-
ſtit. Quo loco Paulus conditionibus pluri-
bus coniunctim per teſtatorem teſtamento
hæredi poſitis, omnibus parendum eſſe reſ-
pondet: ſi verò disiunctim, cuilibet. vbi Gloſ.
(id eſt, cui placet) explicat. Papinianus quo-
que in l. cum pupillus 77. §. 1. ff. de condit. & de-
monſtrat. §. penult. inſtitut. de hæredib. inſtituend.
Ioann. Cephal. conſ. 342. num. 9. Gloſſ. in d. clem.
vn. §. ſecus autẽ in verbo aut, de conceſ. præbend.
ead. Gloſ. in Clemen. 1. in fi. verbo vel quorum de
iudic. Rota part. 1. diuerſ. deciſ. 122. num. 1. &
apud Cardin. Seraphin. deciſ. 1165. nu. 8. & apud
Cardin. Caualer. deciſ. 265. num. 3. apud Cocci-
num Decanum deciſ. 263 num. 2. in recent. part.
2. tom. 2. deciſ. 719. num. 2. in fin. & apud Cardin.
Manticam deciſ. 81. n. 4.
44 Sufficiet ergo Parocho, qui in Eccleſia
domos non habet, ſi extra ſuæ Parochiæ
fines domum in habitet ita vicinam Eccle-
ſiæ, vt inde commodè poſsit per ſe ei inſer-
uire; vt reſidere dicatur; atque menti ſatisfe-
ciſſe Sacri Trid. Cõcilij, & ſacrorũ Canonũ.
45 Cùm iure naturali, & diuino ſit reſidentia
in Præpoſitis, Prælatiſque animarum curã
habentibus perquiſita, vt ſuo valeant mu-
neri facere ſatis, vt poſt dictum decretum
Sacri Concilij d. cap. 1. ſeſſ. 23. ſequuntur Car
dinalis Bellarmin. ibid. in obſeruationibus doctri-
nalibus in princ. Barboſ. in collectan. ad dictum
Sacrum Concil. ibid. num. 3. cum alijs per eum
relatis, Garſ. d. cap. 2. par. 3. num. 16. & per nos
d. reſpon. 19. num. 2. & 3 part. 1, Card. Tolet. in-
ſtruct. Sacerd. lib. 5. cap. 4. num. 1. vbi pluribus
Victorellus addens littera E. Sanctarellus varia-
rum reſolut. quæſt 1. nu 1. & ſeq. Alzed in pra-
xi Epiſcop. par. 1. cap. 6. num. 7. cum ſeq. & num.
51. S. Thom. 2. 2. quæſt. 164. art. 7. & quæſt. 185.
art. 5. vbi Caiet. Gigans de reſident. cap. 2. per tot
Sà in aphoriſ. verbo reſidentia num. 1. præſertim
in Parocho ibid. Nauarr. man. cap. 25. num. 21.
verſ. 2. prædictum Concilium. Ceuallos commu.
quæſt. 585. num. 1 in prima opinione.
46 Neque id plane ſine ratione euidenti;
poſſet quippe Parochus, vt commodas ha-
beret domos ad habitandum, in remotiori
parte ab Eccleſia intra fines ſuæ Paræciæ, il-
las habere, & tamen reſidere cum nullus
non affirmabit; Quia intrà fines ſuæ dege-
ret Parochiæ. At ſatius exiſtimauit Sacra
Congregatio: Reſidere eundem aſſerendo,
(ſi extrà fines domum inhabitet;) ita tamen
vicinam ſuæ Eccleſiæ, vt inde commodè
poſsit per ſe ei inſeruire. Quia in maiorem
id commoditãtem Eccleſiæ, atque Paro-
chianorum cedet vtilitatem. Perpendere
47 etenim Eminentiſsimi Patres formaliter,
eum verè reſidere, qui per ſe ipſum ſuo
muneri facit ſatis. Nihil vero corporalem
tantummodo proficere reſidentiam, vt ſu-
48 pra etiam perpendimus. Deinde paruam à
finibus diſtantiam, in conſideratione mini-
me haberi, quaſi inſenſibilis videatur. Id
enim quod parum diſtat, non diſtare vide-
tur, ac pœnè nihil eſſe, quod parum eſt, cap.
licet cauſam 9. §. quanquam ibi nulla, vel mo-
dica, de probat. Nauar. de orat. & horis canonic.
cap. 7. num. 27. verſ. 3. quod parum, & nos per-
pendimus d. reſponſ. 19. à num. 13. cum ſeq. ad
fin. vſque reſponſ. perpenditq; Riccius deciſ. 41.
num. 9. par. 4. trutinans dictionem illam pro-
pè, quæ ad modicam diſtantiam accomo-
datur.
Neque Sacra Congregatio vicinas tan-
tum edes ſuæ Eccleſiæ incolere poſſe Pa-
rochum extra fines ſimpliciter, & abſolutè
reſpondit; ſed cum temperamento: ita (ſci-
licet) vicinas, vt inde commode poſsit per
49 sè ei ſeruire. Scopum quippe habuit Sacra
Congregatio ad reſidentiam ſecundo mo-
do, atque formaliter perpenſam, quæ eſt
per ſe munia ſui implere officij; magis quã
ad materialem, & primo modo dictam.
50 Quamuis enim illa ſine iſta eſſe non poſ-
ſit; neque enim per ſe deſeruiet, qui
corpore præſens non fuerit in Eccleſia
reſidendo; iſta tamen per ſe ſolitariè ſump-
ta nihil omnino proficiet, neque pro reſi-
dente habebitur, qui quamuis corpore præ-
ſens, mente tamen, & exercitio abſens fue-
rit. vt d. reſponſ. noſtra 19. quoque perpendi-
mus. & conſideraſſe videtur Sacra Congre-
gatio Concilij in illa Sarzanen 13. No-
uembris 1627. quam refert. Barboſa de officio
Parochi d. cap. 8. num. 36. & 39. In illa enim
Parochus extra confines per quatuor mil-
lia, vel etiam tria paſſuum diſtabat. Neque
reſidentia, ita amarè ſtatuenda erit, vt ſem-
per Parochum alligatum eſſe oporteat cã-
panarum funibus, vt reſidere ipſe dicatur;
verùm cum aliquo morali temperamento,
vt d. reſponſ. noſtra 19. num. 4. diximus alios re-
ferendo, Lutterius de re benefic. lib. 2. quæſt. 40.
num. 36. Barboſ. de offic. Parochi. d. cap. 8. num.
42. & 43.
52 Quemadmodum neque ab eſſe dicitur,
qui aliquantiſper abeſt, quia ſtatim reuerſu-
rus eſt. vt cenſuerit Sacrum Concilium:
abeſſe haud videri à reſidendo Epiſcopũ,
53 qui duobus, vel tribus ad ſummum men-
ſibus ſingulis annis, (extrà tamen cauſas
per prius enumeratas) abfuerit, modo ta-
men abſque gregis id fiat detrimento, d. cap.
1. ſeſſ. 23.
Non enim magnam æſtimauit abſentiã
trium

trium menſium ſpatium, ad nouem reli-
54 quos reſidentiæ in ſingulos annos. Etiam animi relaxandi cauſa, quod perpendit *Azor. inſtitut. moral. part. 2. lib. 7. cap. 4. quæſt. 1.* & refert quoque *Barboſ. ad Collectan. d. cap. 1. num. 17.*

55 Non ita multum ergò in facto hoc noſtro videri debebit, ſi noſter hic Parochus in ædibus Sanctæ Marię Peregrinorum habitationem habebit, cum per ſe Eccleſiæ Parochiali deſeruire poſsit; neque ita multum diſtantes ſint; ſicuti magis diſtarent ſi propè Eccleſiam S.Iacobi Hiſpanorum eas haberet in confinio ſuæ Paræciæ. Perpendique hæc diſtantia erit morali modo, vt ſufficiat, ſi per ſe ſuo valeat muneri ſatisfacere: potiſsimum verò cū in Parochia ſubſtitutum habeat, quod declarauit Sacra Congregatio apud eundem *Garſiam d. cap. 2. num. 179.* ſequiturque *Barboſa de offic. parochi d. cap. 8. num. 36.*

Permittendum igitur ex vtroque capite Rectoriā hanc hunc habere, quæ cū Parochiali nullam habet incompatibilitatem. Vt ex his iudicio ſubiectis meliori, reſpondendum cenſuimus.

CAROLVS MARANTA V.I.D. Epiſcopus Iuuenacen.

Hanc noſtram reſponſionem quàm plures probauere, tum iuris vtriuſque Doctores, tùm Sacræ Theologiæ Magiſtri, inter hos viri planè in ſcientiis, ſupra modum verſati. Ex Dominicana familia, Magiſter
57 Frater Dominicus Grauina, cuius ſcripta, aduerſus hæreſes præſertim, nemo eſt qui prælo præſſa, non viderit, eiuſque ſolida, Chriſtianaque doctrina non perſuaſus fuerit; quo cum ex quam plurimis annis in Sācto Officio Sanctiſsimæ vniuerſalis, & Generalis Inquiſitionis in hoc Neapolitano Regno apud Illuſtriſsimum eiuſdem Sanctæ Inquiſitionis Miniſtrum Conſultores
58 aſsidemus. Pater Hieronymus Pecorarius ex Societate Ieſu, cuius aliàs meminimus. Verū quis ita promptioris, diſertiotiſq; linguæ fuerit, qui huius viri laudes, Virtutem, eminētemque ſcientiam enarrare ſufficiat? Memini me à manè pœnè ad veſperum cū illo allocutum fuiſſe, alijs quoque adſtantibus, ſemper ex eius ore noua, atque miranda audiuiſſe, vt ſtupore teneremur omnes, eius admirantes memoriam pęne diuinam, eruditionem pœne indeficientem, ingenium non humanum, ſermonis ſuauitatem.
59 Nec dimittendus Pater Marcus Antonius Palumbus, Eiuſdem ſocietatis alumnus, cuius quōdam in philoſophicis auditores fuimus in ſcolis Collegij: ingenij huius acrimoniam quis dignè extulerit? Quis doctrinæ eius profunditatem, & in Philophicis, atque in Sacra Theologia expendet? Scripta eius in Diuum Thomam quātus ſit concelebrant. Minimum proinde erit, quòd Curiæ Archiepiſcopalis Neapolitanæ Theologus annumeretur, & Sancti Officij apud Idem Tribul Conſultor. Concinant horum virorum laudes qui Ciceronis eloquētia pollent. Sat nobis erit eorum meminiſſe, qui cum tanti ſint, hæc tamen noſtra in hac re probauere. Ex hoc vno igitur non contemnenda.

SVMMARIVM.

1 *Manuteneri is debet in poſſeſſione exigendi, qui in poſſeſſione eſt.*
Quamuis cauſam nulla alleget, niſi quaſi poſſeſſionem ipſam n. 3.
2 *Quaſi poſſeſſio exigendi, etiam per vnicum actum acquiritur.*
4 *Manutentio denegari haud poteſt vbi de poſſeſſione conſtat.*
Si potiſſimum tempore litis motæ in poſſeſſione ſit. n. 5.
Etiam per vnicum actum. n. 6.
Quia id ſolum hoc in iudicio inſpicitur; quis poſſideat. n. 7.
Cùm agatur ſolummodo de probando factum. num. 8.
Quare ſolutio denegari haud debet ei, qui in poſſeſſione eſt exigendi.
9 *Fides negatiua notarij non probat.*
Præſertim ſi indicia exiſtant in oppoſitum. num. 10.
11 *Negatiua per ſe improbabilis eſt.*
12 *Perquiſitio ſcripturæ, ſi adſit, vel non adſit in prothocollo, citata parte ex aduerſo fieri debet.*
Potiſſimum verò lite pendente. n. 13.
14 *Fides priuata, neque facta à notario rogato cum teſtibus, & iudice, non probat, neque fidem facit.*
Præſertim verò in materia graui. n. 15.
Etiam ſi eſſet fides Cardinalis firmata iuramento cū notario, & tribus teſtibus. n. 16.
17 *Fides an admittenda ſit, petitoriū reſpicit.*
18 *Exceptio reſpiciens proprietatem non admittitur in iudicio poſſeſſorio ad impedimentum præſtandum manutentioni.*
19 *Excipere de iure tertij non licet.*
Præſertim ſi ſuperſtes nullus ſit, qui pro tertio ipſo loquatur

AR-

Digitized by Google

ARGVMENTVM.

Manutentio datur exiſtenti in poſſeſsione exigendi.

RESPONSIO LXIII.

1 MAnuteneri omnino debet in
poſſeſsione exigendi annuũ cẽ-
ſum ducatorum duodecim in
ſingulos annos ſuper rure in actis
deducto artium, & medicinæ Doctor Do-
minus Ioannes Thomas Iuuinus. Quia ip-
ſe in quaſi poſſeſsione exigendi reperitur
etiam à Clerico Ioanne Baptiſta Muſcillo
reo conuento, qui pluries tàm dicto Ioan-
ni Thomæ, quàm fratribus eius, quorum
etiam ipſe hæres eſt, ſoluit etiam per parti-
tas publicas manu Notarij publici in actis
præſentatas, vt nulli in dubium verti de-
beat, eſſe illum in poſſeſsione, vel quaſi
2 iuris exigendi; quæ quaſi poſſeſsio etiam
per vnicum actum acquiritur. ſecundùm
Ripam in cap. cum Eccleſia Sutrina num. 53. de cauſa poſſeſſion. & propriet. & ſequuta
fuit Rota *in Lucana penſionis.* 1574. *coram
Card. Lancellotto par. 1. diuerſ. deciſ. 196. n. 2.
in Pampilonen. penſionis coram Sacrato apud
Marcheſan. deciſ. 42. n. 4. par. 1. fol. 546. apud
Coccinum Decanum deciſ.* 286. *n. 5. & deciſ.*
497. *num. 4. apud Card. Caualer. deciſ.* 238. *n.*
1. *Regens de Ponte deciſ.* 18. *num.* 10. 11. *&* 12.
Marius Cutelli deciſ. 14. *n.* 4. vbi etiam de
comuni teſtatur.

Manuteneri igitur debet in hac quaſi
poſſeſsione exigendi, quamuis cauſam
nullam aliam allegaret, niſi quaſi poſſeſsio-
nem ipſam, quæ nouiſsimè ſibi ſubtrahi-
tur per dictum clericum renuentem ſol-
uere *Abb. in cap. querelam.* 24. *n.* 12. *in gloſſ.
in verbo per multa tempora. de electione.* per
eundẽ *tex.* & ſequuta fuit Rota *apud Card.
Caualer. deciſ.* 71. *num.* 4. *& deciſ.* 354. *num.* 1.
& ſeq.

4 Manutentio nempè denegari haud po-
teſt, vbi conſtat de poſſeſsione eius, qui ma-
nuteneri petit. *§. hodie. inſtitut. de interdict.*
5 *Rota apud Coccinum deciſ.* 46. potiſsimum ſi
de tempore motæ litis in poſſeſsione re-
peritur. vt *ibid. & Rota in recent. p. 2. tom. 2.*
6 *deciſ.* 591. *num.* 1. *Anna allegat.* 131. *num.* 1.
& ſeq. etiam per vnicum actum *ibid. & Ro-
ta Maceraten apud Marcum Antoniũ. Tho-
mati deciſ.* 15. *num.* 14. *&* 15. *& deciſ.* 16. *n.* 5.
Rota apud ſ. memor. Gregor. XV. deciſ. 100.
& deciſ. 160. *ex tex. in l.* 1. *§. interdictum au-
tem. ff. uti poſſidetis. & §. retinenda inſtitut.
de interd.*

7 Hoc nempè in iudicio manutentio-
nis, id ſolum inſpicitur, quis poſsideat. *Rota
par. 1. tom. 2. in recent. deciſ.* 512. *num.* 4. *in fin.*
refert *Ludouicus Poſtius tract. de mandato
de manut. obſer.* 15. *n.* 19. inferens (*n.* 20.) ratio-
8 nem: quia agitur tantum de probando fa-
ctum. *Rota p. 2. tom. 2. in eiſdem recent. deciſ.*
573. *n.* 6. Sat erit igitur docuiſſe de nudo
facto exactionis, & poſſeſsionis. *idem Po-
ſtius ibid. num.* 21.

Solutio igitur denegari haud debet in
præiudicium eius, qui in poſſeſsione eſt
exigendi. vt dixit *Rota apud Card. Caualer.
d. deciſ.* 379. *num.* 1. *&* 2.

Neque obſtat fides producta Notarij aſ-
ſerti, quòd facta perquiſitione in protho-
collo non reperit ceſsionem factam per
Proſperum Ferraiolum dicti annui cen-
ſus ducatorum duodecim exigendi ſuper
rure prædicto ad fauorem Doctoris Ioan-
nis Pauli Iouini genitoris d. Ioan. Thomę.
9 Cùm quòd fides prædicta eſt negatiua,
& potuit eſſe, quòd vel debitas diligentias
non fecerit, vel non fuerit eidem exibitũ
proprium prothocollum, in quo dictum
10 inſtrumentum ceſsionis continetur. prę-
ſertim, cùm aliàs plures copiæ, etiam ma-
nu notarij, qui inſtrumentum rogauit, in
actis Magnæ Curiæ Vicariæ productæ
fuerint. *Pariſ. conſ.* 104. *n.* 62. *lib.* 1. *Grauetta
conſ.* 121. *num.* 11. *Conarr. pract. quæſtionum
cap.* 19. *n.* 3. *Rota apud Card. Manticam. de-
ciſ.* 42. *num.* 10. Vt non ſit nunc verendum
de fide dicti notarij, per aſſertionem alte-
rius notarij, illo iam defuncto; vnde fides
huiuſmodi negatiuæ minimè probant. *Ro-
ta in Hiſpalen iuriſdictionis* 1591. *corã Ora-
no deciſ.* 82. *num.* 4. *poſt* 1. *vol. conſil. Farinae.*
11 Cùm alias per ſe negatiua ſit improbabi-
lis. *cap.* 1. *de confeſſis. in* 6. *Rota apud Card. Ca-
ualer. deciſ.* 102. *n.* 5.
12 Tum quod hæc perquiſitio facta fuit
parte ex aduerſo non citata ad videndum
fieri perquiſitionem, vndè nihil officit di-
cto Ioanni Thomæ actori. *Felin. cap. fin. n.*
6. *de fide inſtrument. Rota in recent. par.* 2.
tom. 2. *deciſ.* 581. *apud. Card. Manticam deciſ.*
32. *num.* 8. *& in Romana legatorum de Sa-
bellis* 1596. *coram Orano deciſ.* 110. *n.* 5. *poſt*
1. *vol. conſil. Farinae.*
12 Potiſſimum verò lite pendente, & abſq.
compulſorialibus. *Rota apud Coccinũ deciſ.*
289. *num.* 6. *& deciſ.* 317. *n.* 2.
14 Tùm quòd fides huiuſmodi, fides eſt
priuata, neque facta à notario rogato ad
hunc actum cum teſtibus, & iudice, vndè
fides non facit fidem. *tex. in cap. cum à no-
bis.* 28. *extra de teſtibus. gloſſ. in cap. ſicut* 39
in gloſſ. 2. *& fin. de ſent. excommunic. §. nos
autem in auth. de tabellionib. collat.* 4. vt di-
ctũ fuit *in Calaguritana de Negera* 26. *Apri-
lis* 1621. *coram Eminentiſſimo Vbaldo deciſ.*
159. *num.* 11. *apud Poſtium d. tract. de manda-
to de manutenend. Rota apud Coccinum de-*

15 *ciſ.4.num.3.*præſertim verò in materia gra-
ui.*Rota par.1. tom.1. in recent. deciſ.441.n.
6.& apud 1.memor. Gregor.XV.deciſ.214.n.*
16 *2.& ibid.Beltramin.n.3.*vbi ampliat etiam
ſi eſſet fides Cardinalis firmata cum iura-
mento manu notarij cum tribus teſtibus.
& deciſ.260.num.3.& deciſ.296.n.10.
17 Tùm demum,quòd quatenus fides hæc
ita notabilibus notis, & defectibus notata,
aliquid operari poſſet, id quidem reſpicit
petitorium, nõ hoc ſummariſſimum poſ-
ſeſſorium, quo agitur, vt manuteneatur
Ioannes Thomas in poſſeſsione exigendi,
in qua reperitur, etiam ex facto iterato ip-
ſius Ioannis Baptiſtæ *M*uſcilli, qui debitũ
18 agnouit, & pluries ſoluit.In quo ſanè iu-
dicio manutentionis exceptio reſpiciens
proprietatem minimè admittitur, ad impe
diẽdum mandatum de manutenendo. *Rota
apud 1.memor.Gregor.XV.deciſ.107.& apud
Card.Caualer.deciſ.171.num.1.& ſeq.& de-
ciſ.391. in fin.*
19 Quibus accedit quod eſſet hoc excipere
de iure tertij, cùm ipſemet Proſper Ferra-
iolus poſt ceſsionem prædictam ad fauorẽ
Ioannis Pauli ſuperuixerit per plures an-
nos, & nunquam amplius cenſum prædi-
ctum exegerit; ſed dictus Ioannes Paulus,
& poſt illum eius filii,hæredeſque,ac cum
primis dictus Ioannes Thomas, cui ſoluit
ipſemet Clericus Ioannes Baptiſta Muſcil-
lus, qui nunc de iure Proſperi opponit per
fidem informem, & negatiuam. De iure
igitur tertii dare non poteſt. *Rota apud
Coccinum deciſ.109. num.2.* neq. ſuperſint,
qui nunc ex iuribus Proſperi ſe opponant
Ioanni Thomæ. argumento *tex. in cap.
ea noſcitur 6.* ibi: aliquando poſt monachi
contradicunt. *de his,quæ fiunt à prælat. ſine
conſ.capit.Rota deciſ.3 ſub. num.4. de confeſ-
ſis in nouis.*

Relaxandum igitur erit mandatum de manutenendo ad fauorẽ Ioannis Thomæ, vt ex his iudicio ſuppoſitis melius ſentientis reſpondendum cenſuimus.

CAROLVS MARANTA V.I.D.
Epiſcopus Iuuenacen.

SVMMARIVM.

1 *Oblatus verè non dicitur, qui ſe, & ſua obtulit monaſterio, verùm neque voluit, neque mutauit habitum, ſed in ſeculari permanſit.*

2 *Oblatus mutare habitum tenetur in ſignum conuerſionis, verè vt oblatus dicatur, & num.4.*

3 *Oblati quaſi ſerui videntur illius Eccleſiæ, cui ſe obtulerunt.*

5 *Manum mittens ad aratrum, & reſpiciens retro, non eſt aptus regno Dei.*

Quod elucidatur.

6 *Animus qualis ſit, & verbis declaratur, & factis.*

7 *Verba quid in animo lateat hominis, palàm faciunt.*

8 *Facta animum indicant.*

9 *Oblatus, vt quis vere dicatur duo requirũtur, & cum effectu, atque perpetuò, n.10.*

11 *Oblatus in forma non valida, ſi reuertatur, ſua recuperat: quia ſub conditione illa obtuliſſe videtur, & num.13.*

12 *Indicijs competentibus animus declaratur.*

Et qualis ille ab initio fuerit.

14 *Dominium donatorum reuocabiliter monaſterio quæritur, donec oblatus verè perpetuoque, ſe, ſuaque obtulerit, & n.27.*

15 *Argumentari licet à ratione legis, vt idem ius per rationem ſtatuatur.*

Quia ratio eſt, quæ regulat, ampliat, & reſtringit diſpoſitionem.

16 *Decretum Sacri Trid Concilij ſeſſ.25.cap. 16.in fin.de regularib.locum non habet in in oblatis perpetuò.*

17 *Oblati verè non dicuntur, qui recedunt.*

18 *Ingreſſus non dicitur, qui recedit, non emiſſa profeſſione, vel qui intra annum moritur.*

Quare donata ad ſuos reuertuntur, n.19.

19 *Mors ipſa receſſus dicitur.*

20 *Bona eius, qui ſe, & ſua obtulit, acceſſoriè, ad perſonam donata videntur.*

Vnde perſonam ſequuntur.

21 *Dos tacitam ſecum conditionem annexam habet, ſi matrimonium non diſſoluatur.*

22 *Donatio facta Eccleſiæ, vel monaſterio ab ingrediente, tacitam habere dicitur conditionem, ſi perſeuerauerit.*

23 *Oblati non profeſſi ſi licentientur à monaſterio, bona per eos oblata reuocantur.*

24 *Oblatio ſimulatè facta, atque in fraudem nihil operatur.*

25 *Oblatio perſonæ ſi firma non erit, neque, & bonorum.*

26 *Verùm (cum effectu) quid operetur?*

28 *Oblatio de perſona, & bonis facta coniunctim, perſona deficiente, deficit, etiam quo ad bona.*

Quia ſi non tenet principale, deficit, & acceſſorium: & cauſa mortis donaſſe videtur,

num.

num.29.

30 *Conditio ſi defecerit ſub qua oblatio facta fuit, Et ipſa quoque oblatio ceſſabit.*

Neque præſumitur, voluiſſe oblatum ipſo recedente bona permanere in monaſterio, num.32.

31 *Cauſa ceſſante, & effectus facilius ceſſat.*

33 *Alienare non dicitur, qui debitum ſoluit, & num.35.*

34 *Reſtitutio in priſtinum ſtatum repoſitio eſt.*

35 *Reſtituens nihil de ſuo dat.*

36 *Reſtitutio alieni omnino neceſſaria eſt. Alioquin peccat qui non reſtituit.*

ARGVMENTVM.

Oblatus an verę dicatur, qui ſe & ſua obtulit monaſterio, habitū tamen mutare noluit; neque ſe ad regulę aliquam obſeruantiā aſtringere, & quid ſi ad ſeculum redierit, an donata recuperet?

RESPONSIO LXIV.

Coſmas de Andrucula laycus Ciuitatis Bitunti anno ſuperiori 1639. obtulit ſe, & ſua omnia preſentia, & futura venerabili Monaſterio Sancti Leonis extra mœnia Ciuitatis eiuſdem, Ordinis Sancti Benedicti Congregationis Montis Oliueti, rogato inſtrumento oblationis ſuæ. Verùm inter alia ſequentia adiecit: *Promettendo obedienza à voi Padre Abbate, & à tutti gl'altri voſtri ſucceſſori; non obligandomi però agl'altri voti ne ad oſſeruare la regola, ne le ceremonie oſſeruate da eſſa Congregatione, ne dimutare l'habito ſecolare; ma riceuere ſolamente l'habitella d'eſſa religione in ſegno della mia oblatione, quale voglio portarlo ſotto l'habito ſecolare, promettendo anco di ſeruire detto Monaſtero in tutto quello mi ſarà comandato &c.* Abbas Monaſterij, Vicarius, & Cellararius acceptata oblatione per eum facta, atque ſponſione ſeruiendi, eidem habitellum religionis dedere, cum Indulgentijs omnibus: atque ſpopondere: *Tanta in loro nome, vt ſuprà, quanto per li ſucceſſori in quello, di alimentarla, è veſtirla eius vita durante, purche continui in detta ſeruitù in detto Monaſtero: & ogni volta occorreſſe ſeruire altro Monaſtero, ò ſtarſene in caſa ſua propria; che in tal caſo detto Monaſtero, & Patri non ſiano tenuti al vitto predetto, e veſtito; mà reſti ſempre intatta la donatione p loro accettata, vt ſupra.*

Non poſt multum temporis Coſmas, vel tedio victus, vel quod à Patribus malè tractaretur, ad ſua reuertitur. Petit proinde, quæ donauit bona. Fit ei obiectio, per Abbatem, & quòd non poſſit, & quòd non debeat; ne alienare bona ſemel Monaſterio data videatur; atque in pœnas incidat decreti nouiſſimi à Sacra Congregatione Cōcilij S.D.N. Vrbani Papæ VIII. iuſſu editi, de rebus regularium non alienandis.

Verùm, & poſſe, & debere eum Coſmæ bona reſtituere, nullaſq. in pœnas dare, requiſiti reſpondimus.

1 Fuit quippe oblatio per Coſmam facta Monaſterio, bonorum ſuorum omnium præſentium, & futurorum, ad illū finem, quem præſignauit, vt eſſet oblatus in Monaſterio, atque alimenta perciperet; Vnde nec habitum mutare voluit in ſignum mutationis vitæ, quamuis habitellum illud occultè ſubtus veſtes laycales deferre voluit, ne mutaſſe vitam agnoſceretur. Non igitur verè ſe, ſuaque omnia religioni obtulit, vt tenebatur; verè ſi oblatus eſſe voluiſſet, iuxta diſpoſita per Innocentium Tertium in in Concilio Generali in *cap. vt priuilegia 24. de priuileg. extrà* cuius verba ſunt. *Hoc autem de illis confratribus intelligimus, vel qui adhuc manentes in ſeculo, eorum ordini ſunt oblati, mutato habitu ſeculari.* Dilucidiorem hanc rationem *Gloß. ibid. verbo mutato.* facit, ſequētibus dicens: *Mutato habitu ſeculari: Ita quod habitus illos diſtinguat ab habitu ſeculari, licet ex toto non habeant habitum monachalem. Gloß. in can. duo ſunt genera 7. verbo conuerſi 12. q. 1.* dicens: *Et habebunt habitum illorum cum quibus conuerſantur.* ad *tex. in can. in noua 19. 16. qu. 7.* ſequitur *Gloſſ. 1. in fin. in cap. non dubium 5. de ſent. excommunicat.*

2 Mutare igitur habitum ſecularem tenetur, vt verè oblatus dicatur, atque perpetuò ſe religione, vel etiam ſeculari Eccleſię dicare, iuxta *Gloß. in can. vt lex continentiæ 40. 2. qu. 1. verbo profeſſi verſ. Item quid ſi aliquis. tex. in cap. per exemptionem. 9. ibi:* perpetuoque oblati *de priuileg in 6. clem. prima in fin. de decimis. Cappella Tholoſana,* vbi etiam *Aufrerius, deciſ. 8. Rodriquez quæſtion. regular. part. 2. qu. 123. art. 1. Barboſa de Iure Eccleſiaſtico lib. 1. cap. 39. §. 2. num. 44. Marta de Iuriſd. part. 4. caſu. 113. num. 37. Card. Tuſcus tom. 5. littera O. concluſ. 16. num. 15.* & declaraſſe Sacram Congregationem refert *Barboſa d. nu. 44. & 45. Couar in cap. alma mater part. 2. §. 2. num. 8. de ſent. excommunicat. in 6. Lezana, in ſum. quæſt. regular. tom. 2. cap. 8. n. 5. & 8.*

3 Quaſi enim ſerui facti videntur Eccleſię illius, cui ſe perpetuò obtulerint, & ſua; vt neque ad arctiorem tranſire religionem valeant, ſecundum *Gloß. in d. can. lex continētia verbo profiſci in fin.* quemadmodum li-

berti de Eccleſia ſua recedere minimè va-
leant,quia nunquam eorum moritur patro
na, vt ex Concilio Toletano 4. docet nos
can.liberti 62.in princ.12.q.2. Sanchez in opere
morali tom.2.lib.6.cap 7.n.9.

4 Non igitur perpetuò ſe religioni obtu-
lit;qui mutare habitum,(vt mores quoque
mutaſſe videretur,) noluit. Non ergo ve-
rè oblatus fuit.quod facto ipſo firmauit,nā
à propoſito reſiliens ad priſtina rediuit, at-
5 que ad aratrum mittens manum, & retro
reſpiciens, noluit ſub ſuaui Chriſti iugo
perſeuerare,ne aptus regno Dei eſſet; Sal-
uator vt nos docuit Chriſtus, Ieſus, Deus,
ac Magiſter noſter.*Lucæ 9.62.Nemo*(dicēs)
„ *mittens manum ſuarum ad aratrum,& reſpiciēs*
„ *retrò,aptus eſt regno Dei.* Hoc eſt dignus fœ-
„ licitate regni cœleſtis; quia qui perſeuera-
„ uerit vſque in finem,ſaluus erit:& ſola per-
ſeuerātia coronatur.vt *Dionyſ.Carthuſ. ibid.*
ſubnectit. *cap. magnæ deuotionis.7. §.quamuis*
„ *autem de voto.* Nam retrò poſt aratrum aſpi-
„ cit;qui poſt exordia boni operis, ad mala
„ reuertitur,quæ reliquit:Sanctus vt Grego-
rius loquitur *homil. 3. in Ezechielem*, relatus
can.Pennata 9.de pœnit.diſt.2.

6 Qualis quippè animus Coſmæ eſſet,cùm
ſe oblatum fecit monaſterio, & verbis de-
monſtrauit;& factis: Vlpianus in *l.pro hære-*
de.20.in princ.& l.gerit.87.ff.de acquirend. hæ-
redit. Verbis quidem, quia expreſsè prote-
ſtatus fuit,nolle habitum mutare, ſed tan-
tummodo habitellum recipere; quod nec
palam; verùm ſubtus laycales veſtes defer-
7 re voluit. Verba porrò quid in animo la-
teat hominis in apertum ipſa deducunt;
cùm ſint eorum,quæ ſunt in anima paſſio-
num,notæ;ſecundum *Ariſtot 1.perihermen.*
Celſus *in l.labeo 6.§. Id Tubero ff.de ſuppellect.*
legata.l.nepos proculo 1.25. vbi Gloſſ ff. de ver-
8 *borum ſignificat.* Factis autem, quia ad ſecu-
lum ad priſtina rediuit. Ab initio igitur ob-
lationis,reuertendi animum habuit: non
9 ergo firmè,ac perpetuò ſe cum effectu ob-
tulit. quod perpendit apertiſſimis verbis
Clemens V. in Concilio Viennēn in *Cle-*
ment.1.§.fin.de decimis, ſequentibus de ob-
„ latis diſponens: *Dum tamen illi* (oblati ſci-
„ licet) *religioſis eiſdem, cum effectu donauerint,*
„ *aut obtulerint ſe & ſua.* ſic ille. Duo nēpè co-
pulatiuè perquirit Summus Pontifex;quod
ſe,& ſua;& id cum effectu religioni obtu-
lerint. quod perponderat *Gloſſ.* quoq. *ibid,*
10 *verbo ſe.& ſua.*& hoc perpetuò; vt ſacram
declaraſſe Congregationem refert *Barboſa*
de Iure Eccleſiaſt.vbi ſupra lib. 1.cap. 39. §. 2.
num. 44. & 45. Recuperare proinde reuer-
tendo voluit,quæ non abſolutè offerebat,
11 ſed ſub conditione,ſaltim tacita,reuerten-
di quatenus non perſiſteret,neque eidem
Monaſterium alimenta ſubminiſtraret. ar-
gumento expreſſo ex *tex. in §. pauonum in-*
„ *ſtit.de rerum diuiſione. Eouſque enim animalia*
„ *tua eſſe intelliguntur:* (Iuriſconſulti ibi do-
„ cent:) *donec reuertendi animum habeant. Nā*
„ *ſi reuertendi animum habere deſierint,etiam tua*
„ *eſſe deſinunt,& fiunt occupantis.* Reuerſus er-
gò cùm fuerit Coſmas ad ſua, quia reuer-
tendi animum habuiſſe oſtendit ab initio.
12 (Neque enim obſcurè,ſed clara probatio-
ne atque competentibus indicijs oſtendit
ſe noluiſſe vitam mutare; iuxta Alexandri
IV. verba,& ſenſum *in cap.non ſolum 3.§.vo-*
bis.de regularib. in 6. nec ab ſimili vtitur ar-
gomento *Hondedeus* infra quoque referen-
13 dus *conſ 73.nu.19.vol.2.*) Recuperabit vti-
que ſua omnia, quæ non abſolutè,ſed con-
14 ditionaliter donauit. Quia in Monaſteriū
dominium donatorum reuocabiliter trāſ-
latum,non in reuocabiliter fuit argumen-
to textus ſacroſanctæ Tridentinæ Synodus
ſeſſ.25.cap.16.circa fin. verſ.ſed neque ante pro-
feſſionem de regularibus. Qui ſanè *tex.* & ſi lo-
quatur de nouitijs,qui,vt profiteantur,Re-
ligionem ingrediuntur; eadem tamen eſt
15 ratio in hoc noſtro facto; vt liceat argu-
mentari à ratione ipſa legis,vt idem Ius per
rationem ſtatuatur, *Gloſſ.* notabilis *in cap.*
nouit.13.§.non igitur verbo quicunque de Iudic.
*extrā,& ibid.Innocent.*perpenditque *Ioannes*
Lupus tract.de libertat. Eccleſ. part.1.qu.8.nu.
*4.tom.13.par.1.tract,*quia profectò ratio eſt,
quæ ampliat,reſtringit, & regulat diſpoſi-
tionem ad terminos rationis *Gloſſ. notab. in*
*Clem.1.*quam ſingularem ibi æſtimat *Card.*
de elect. ſequitur optimè *Caſſaneus conſ. 1. in*
3.part.n.36.& 37. Quemadmodum etiam
Iabolenus *lib. 10. epiſtol. in l. à Titio 108.in*
fin.princ. ff. de verborum obligat. argumenta-
tur.& *Gloſſ.in § qui tutores cap.1.in auth.vt ij,*
qui obligatas.collat.6.in verb.ad curationem in
princ.cap.ſuper eo 4.in fin. vbi Gloſſ. fin.in fin.
de parochiis.Card.Bellarmin.ad d.cap.Concil.in
declarat.Cardin. verſ. Item oblati referens Sa-
cræ Congregat declarationem:dicens:Ob-
16 latos qui ſe, & ſua perpetuò obtulere in
forma valida non comprehendi in hoc ca-
pite. Vt ſecus planè ſit in ijs oblatis,qui non
perpetuò,neque in forma valida ſe, ſuaque
17 obtulere. Quia non dicuntur verè oblati,
qui recedunt,neque permanere voluere:
quemadmodum neque dicuntur verè in-
greſſi, qui recedunt ante profeſſionem
emiſſam, vel,qui,intra probationis annum,
mortem obeunt; quia profectò ipſa mors
19 receſſus dicitur, vnde bona donata ad hæ-
redes reuertuntur. *Nauar.conſ. 9. de ſucceſſio-*
nib. ab inteſtat. lib.3: quem ſequitur idem
Card.Bellarmin.d. cap. 16. in obſeruat. doctrin.
verbo ante profeſſionem in fin.
20 Donata enim videntur bona acceſſoriè
ad perſonam,quæ ſe monaſterio obtulit: vt
recedente perſona,bona quoque principa-
le ſequantur; quia tacitam donatio huiuſ-
modi

modi conditionem habet ſi perſeuerauerit,
atque in Monaſterio perdurauerit;ad inſtar
21 dotis, quæ conditionem tacitam ſecum
annexam habet, vt duret matrimonio per-
ſiſtente.*l. vnic. §. cùm autem C. de rei vxoriæ
action.* Ita in terminis hiſce noſtris *Gloſſ.* no-
tabilis *in cap. quod ad te 3. verbo redire de cle-
ricit coniugat.* ſequentibus enim *Gloſſ.* lo-
22 quitur. *Quidam dicunt quòd omnis donatio fa-*
» *cta Eccleſiæ, vel Monaſterio tempore ingreſſus,*
» *tacitam habet conditionem, vt duret eo ibidem*
» *perſeuerante, ad inſtar dotis.* allegat *tex. in d.l.
vnic.§ cum autem C.de rei vxor.act. & cap.nu-
per. 6. de donat. inter virum, & vxor, & dote
poſt diuort.reſtituẽda.* ſequitur *Tappia in auth.
ingreſſi.verbo ſua cap.6.nu.10.C.de ſacroſanctis
Eccleſ.Barboſ.collect.in d. cap.quoad te num.4.
in Gloſſ.d.verbo redire.Surd.conſ. 333. num.63.
vol.3.Ioan.Azor.inſtitut.moralium part. 1.lib.
5.cap. 8. q. 7. verſ. porrò animaduertendum eſt.
Didacus Spino in ſpeculo teſtamentorum Gloſſ.
12 princ num.55. Guttierez canonicarum quæ-
ſtionum lib.2.cap 1.à num. 105. ad finem vſque
capitis.Sanchez lib.7.cap.1.num.22.& 23.Abb.
d.cap.quoad te num.6. & ibid. Anton Franc.ad-
dens littera C.Alba Mandellius conſ.712.num.
5.& conſ.493.num.1. vbi Annibald.addens lit-
tera A.Natta conſ.180. per totum ac præſertim
num.5.6.& 8.Menoch.de arbitrar.caſu 436.nu.
12.13.& 14 & conſ.184.num.13.vol. 2.Bald.
conſ.240. in fin.lib. 5.* quem ſequitur *Cardin.
Tuſcus tom.5.littera O concluſ.17. num.11.* qui
» ſequentibus ad rem hanc loquitur, dicens:
23 *limita quia ſi oblati non profeſſi regulariter, li-*
» *centiantur à monaſterio, bona per eos oblata re-*
» *uocantur à Monaſterio.Bald.conſ.240.in fin.lib.*
» *5. quia videtur deficere cauſa finalis. Caſtrenſ.*
» *conſ.69.viſa quadam commiſſione, in fin. lib.1.*
his Card. qui etiam ex *Card. Zabarella conſ.
21.num.3.& nu.14.* ſubnectit duo: primum,
24 quòd ſi oblatio arguatur facta infraudem,
ſiue ſimulate de perſona & bonis,nihil illa
25 operatur. Secundum,quòd perſonæ obla-
tio ſi non ſit firma, atque vacillet, neq; fir-
ma bonorum oblatio erit.ex *Card. d.cõſ.21.
nu.3.& 4.verſ. ſed præſuppoſito.* probat quo-
que hoc non obſcurè *Gloſſ in d.clement. 1.de
decimis in fin. verbo cum effectu.* ponderans
quippè verbum illud Summi Pontificis in
Concilio Generali Viennen, (*cum effectu*)
26 ſubnectit: *Tollit hoc verbum fictiones, & frau-*
» *des,item conditiones,& pacta,quæ ſuſpenſum te-*
» *nent talium oblationum effectum.* Suſpenſa ita-
27 que bonorum translatio in monaſterium
fuit,per fictionem, qua Coſmas ſe eidem,
ſuaque obtulit, dum ad ſeculum rediuit;
quod neque ab initio reliquit; cùm neque
habitum mutare voluerit,vt mores ſe mu-
taſſe oſtenderet.

Verùm quòd hæc vacillet oblatio à Coſ-
ma facta,firmaq; minimè fuerit; aſtruunt:
& quòd habitum mutare noluit,vt in ſupe-
rioribus diximus: & quòd non multò poſt
28 ad ſeculum reuerſus fuit. Quàm ob cauſã,
cum oblatio non ſimpliciter fuerit bono-
rum,ſed perſonæ & bonorum cõiunctim;
atque perſona iam defecerit ab oblatione
facta,bona vtique ipſa vti acceſſoria, perſo-
nam,vti principale ſequentur. Potiſſimum
quòd bonorum omnium præſentium, &
futurorum oblatio fuit, quod perpendit
*Zabarella d. conſ. 21. in fin. num.4. & d.Card.
Tuſcus d.concluſ.17.num.15. Spino d. Gloſſ. 12.
num.55.* ex ratione,quam refert *Gloſſ.in ver-
bo coactus.circa finem in cap.Abbat.2.de ijs,quæ
vi,metuſque cauſa fiunt,*dicens: *Quia ſi non te-*
» *net principale, nec acceſſorium.C. de legib. non*
» *dubium de foro compet. ſi diligenti.* ita *Gloſſ.*
29 Neque Monaſterium alimenta huic ſub-
miniſtrare voluit, neque ſe obligare, rece-
dẽte Coſma à Monaſterio. Et oblatio,(qua-
tenus etiam ſubſiſteret,)ob cauſam hanc fi-
nalem facta fuit,vt in monaſterio eſſet,atq.
alimenta conſequenter perciperet. Alio-
quin remanebit hic bonis ſpoliatus; cùm
ſimpliciter ea donare noluerit, quod per-
pendit *Card.Zabar.d.conſ.21.num 4.& Abb.in
cap.quia nonnulli 3. num. 5. & 6. de cleric.non
reſidentib.* quia cauſa mortis donaſſe vide-
tur. Rehabebit propterea bona,quæ mor-
tis cauſa obtuliſſe conſpicitur. Deficiente
30 ergo conditione, & cauſa propter quam
donatio, & oblatio facta fuit; & ipſa quoq;
ceſſabit, atque deficiet,perſonam ſequens,
quæ ſub tali cauſa, & conditione donauit.
argumento.*cap. cum ceſſante 60. de appellat.
tex.in d cap.magnæ deuotionis.7. in finalib. ver-
bis de voto.* quo loco Innocentius Tertius ra-
tionem reddẽs,quare cum Epiſcopo Tre-
cen;ne ad terram ſanctam accederet, diſpẽ-
31 ſauerit? ſequentibus ſubnectit. *Quia ceſſa-*
» *uere cauſæ,(* inquiens *) facilius ceſſare potuit, &*
» *effectus.regula acceſſorium.42.de regul. iuris in
6.*diximus *reſponſ. 9. num. 20. part.1.Surd.d.
conſ.333.num 63.vol. 3. Angelus de Peruſio in
quæſtione,quæ incipit in refulgenti Palatio,* quẽ
ſequitur *Card.Tuſcus d.concluſ.17.nu.13.San-
chez in opere morali tom.2.lib.7.cap.1.nu.5. &
ſeq.Ioann.Baptiſta Lezana in ſumm.quæſt.regu-
lar.tom.2.d.cap.8.num. 11. Hondedæus* hoc ip-
ſo argumento vſus in ſimili caſu oblatio-
nis monaſterio *d.conſil.73.nu.8.9. 10. & 11.
vol.2.& num.12.* Non enim præſumendum
32 eſt Coſmam ſimpliciter donare omnia ſua
bona præſentia,& futura voluiſſe,vt ipſo ab
oblatione facta recedente, bonis careret
omnibus;vt mendicando victum ſibi dein-
ceps compararet: quod perpendit idem
*Sanchez ibid.à num.14.cum ſeq. & Abb.d.cap.
quia nonnulli 3.n.6.de cleric.non reſid.*

Reſtituere igitur bona eidem debet Mo-
naſterium: ac conſequenter in nullas dabit
pœnas Abbas reſtituendo, quia nihil mo-
33 naſterij alienat,ſed debitum ſoluit; atque
quod

quod monaſterij non eſt, reſtituit.

34 Reſtitutio verò in priſtinum eſt ſtatum, atq; in poſſeſſionem, & dominium rei ſuæ repoſitio: ſecundum *S. Thom. 2. 2. qu. 62. art. 1. 2. & 3 nos reſponſ. 23. nu. 71. & 73. & reſponſ. 25. n. 19. par. 1.*

35 Nihil ergo ex ſuo dat, ſed quod alienum eſt reſtituit. Non igitur alienat. Quin neq.
37 poteſt non reſtituere, ni ſe peccato addicere amauerit, ſine quo retineri quod alienũ eſt, minimè poteſt; vt non dimittatur peccatum niſi reſtituatur ablatum, regula *peccatum 4. de regul. iur. in 6. cap. filius noſter. 5. in fin. de teſtam. extrà. can. 1. 14. qu. 6. Caietan. in ſumm. verb. reſtitutio.* nos *reſponſ. 5. num. 64. & reſponſ. 22. num. 1. & reſponſ. 40. n. 68. p. 1.*

Atque ita ex his, meliori præſato Iudicio, reſpondendum cenſuimus.

CAROLVS MARANTA V.D.I. Epiſcopus Iuuenacen.

SVMMARIVM.

1 *Veritas oppoſitionibus magis clareſcit, & in apertum deducitur.*

2 *Iuſtitia, & veritas laborat quidem, ſed eluctatur; premitur, ſed non opprimitur.*
Semperque emergit.
Laboratque ſæpe, extinguitur nunquam Veritas num. 3.

4 *Veritas nuda appingitur.*
Et quare?

5 *Contractus liciti ex conuentione legem accipiunt.*

6 *Obedientia Deum habet pro obiecto.*

7 *Iuramentum hominem reſpicit.*

8 *Bona quæ acceſſorie ad perſonam oblatæ fuere monaſtero; perſona recedente, & illa eam ſequuntur.*

9 *Pactum ſeruandum, quamuis illi lex obluctetur, quia Pactum rumpit leges.*

10 *Contractus à partium conuentione formam accipiunt.*

11 *Oblati licet obedientiam promittant, non tamen illa profeſſionis vim habet, neque voti n. 16. & n. 27.*
Niſi verè profeſſionem emiſerint, atque obedientiam vouerint. n. 13.

12 *Famuli debent domino obedientiam.*

14 *Vota reddenda ſunt Deo; ſed ab eo qui vouit.*
Vnde explicatur illud: Vouete, & reddite.

15 *Voti ſolemnitas à ſola conſtitutione Eccleſiæ inuenta eſt.*
Et quomodo fiat?

17 *Iuramentum iurantem ne dum Deo, ſed homini obſtringit.*

18 *Iuramentum naturam, Cõditionemq. aſſumit contractus, cui affigitur.*
Semperque conditionem annexam habet, ſi ſibi ſeruentur promiſſa, qui Iurauit. & res in eodem permaneat ſtatu.

20 *Iuramentum regulam ſortitur ab actu, pactoque, cui accedit.*
Neque in plus ſe extendit, quàm ipſe contractus.
Neq. habet vim extenſiuam, ſed intenſiuam n. 21. quod declaratur.
Alioquin eſſet iniquitatis vinculum.

22 *Lex contractuum à voluntate pendet contrahentium, neque in plus ſe extendit.*

23 *Oblatus an dicatur, etiam ſi habitum non mutarit, ex doctrina declaratur Nauarri.*
Negatiuam ſequitur ſententiam Author. nu. 25.

24 *Oblatæ Turris ſpeculorum Romæ ad clauſuram an teneantur?*
Negatiue reſpondetur, quia moniales non ſunt num. 25.

26 *Oblatorum plures ſunt ſpecies.*

28 *Actus agentium vltra eorum intentionem minime operantur.*

29 *Conuerſi, & oblati religionum etiam profeſſi ruſticanis vacant operibus, neque ex hoc religioni maculam inurunt.*

30 *Regulares ad labores in religione aſſumuntur, non ad mundi leta,*
Et vt ſuis ſe abnegent. n. 31.

32 *Monachis priſcis ſemper in vſu fuit operibus manuum inſiſtere.*

33 *Operum manuum nomine quid comprebendatur?*

34 *Conuentioni, quam ab initio contrahentes dixerunt, ſtandum eſt.*
Hoc verò ab vtraq. parte. n. 35.

36 *Pacta cuſtodiri debent.*

37 *Contractus indiuiduus dicitur, vt vel approbari, vel reprobari in totum debeat.*

38 *Peierandum non eſt: ſed iuramenta ſeruanda.*

39 *Contractus vltrò, citroque ſunt obligatorij.*

40 *Oblato laboranti victum debet Monaſterium.*
Hoc autem ex iuſtitia. n. 43.

41 *Locus Apoſtoli: ſi quis non vult operari, nec manducet 2. ad Theſſalonicen. 3. 10.*

42 *Operanti merces debetur ex iuſtitia.*

43 *Labor ſine mercede eſſe non debet.*

44 *Iu-*

44 *Iuſtitia cuiq. tribuit quod ſuum eſt.*
Sicuti contra iniuſtitia num.46.
45 *Iniuſtitia Iuſtitiæ opponitur.*
Et eſt peccatum ne dum contra charitatem, verum contrà iuſtitiam n.47.
48 *Reſtitutionis obligatio ex iniuſtitia oritur.*
Eiuſq. principium ſi res detineatur contra iuſtitiam num.50.
49 *Iuſtitia æqualitatem reſpicit rerum.*

ARGVMENTVM.

Reſponſio ad oppoſita in eodem argumento antecedentis reſponſionis.

RESPONSIO LXV.

1 VEritatis ea natura eſt, vt oppoſitionibus clareſcat magis. Veluti enim in tenebris lux effulget, ita veritas oppugnationum tenebris eluceſcit, magiſque in lumen effluit, manifeſtaque fit. Quia
„ *Veritas nunquam latet.*
vt *Seneca in Tro.* dixit. Quin, vt alter fatur:
2 *Iuſtitia, verumq. laborat quidem, ſed tandē eluctatur, & quanquam prematur, non opprimitur tamen.* & Cicero pro Cluentio:
„ *Multorū improbitate depreſſa veritas emer-*
„ *git, & innocentiæ defenſio incluſa, reſpirat.*
„ & pro Caio Cęlio exclamat: *Magnam eſſe*
„ *vim veritatis, quæ contra hominum ingenia,*
„ *calliditatem, ſolertiamque, contraque fictas*
„ *omnium inſidias facilè ſe per ſe ipſam defen-*
„ *dat.*
3 Opportunè ergò à Liuio dictum eſt: *Veritatem laborare ſæpè, extingui nunquam.*
4 Nudam propterea appingebant priſci illi ſapientes veritatem; Nudamque illam appellabant. veluti *Horat.1.Carm. ode 24.*
„ *Cui pudor, & iuſtitia ſoror.*
„ *Incorrupta fides, nudaque veritas,*
„ *Quando vllum inueniet parem?*
Quòd qui eam colunt aperti ſunt, ac ſimplices, nullo modo fraudulenti, aut inſidioſi: Aut quòd veritatis oratio ſimplex eſſe debeat, & recta, non fucata, tecta, aut perplexa: Aut quòd in luce, & oculis omniū agnoſci velit.. Veritatem itaque ſectantes his non longè decurſis diebus pro Coſma de Andruculo Bituntino reſponſum dedimus. illum non fuiſſe verè oblatum, aſſerentes: quòd ad ſua reuerſus fuerit; repetere proinde haud iniquè oblata ipſa, quòd illa conditionaliter, non abſolutè; atque acceſſoriè ad perſonam, non ſimpliciter Monaſterio Santi Leonis extrà menia Ciuitatis prædictæ dediſſet.

Verùm oppoſuit ſe quidam; illum perpetuò oblatum dici ſubſtinens, atque bona conſequenter perpetuò monaſterio addita fuiſſe.

Probat dicta, primò aſsiomate illo ſatis
5 trito: Contractus liciti ex partium conuentione legem accipiunt. *reg. contractus* 81. *de regul. Iur. in 6.* Conuentio autem inter monaſterium, & Coſmam inhita eſt, vt ipſe perpetuò obedientiam Abbati, & famulatum monaſterio præſtaret. Tenetur igitur perpetuò monaſterio deſeruire.

Probat ſecundò, quòd in ipſo contra-
6 ctu duo promittuntur, & obedientia, quæ habet Deum pro obiecto; & iuramentū,
7 quod reſpicit hominem. Illud obligat, per illud redde vota tua, hoc autem per illud redde iuramenta tua: accepit id ex *Nauar. conſ.4.n.10. & 11. lib.3. de regularib.*

Neutrum autem horum contra nos eſt. Non primum: quia profectò aſsioma illud pro nobis magis non contrà nos eſt. Apertè enim ipſe Coſmas in oblatione, quam monaſterio fecit, ſequentibus loquutus
„ fuit: *Dono tutto me ſteſſo, e li miei beni mo-*
„ *bili, e ſtabili, preſenti, e futuri, attioni, e ra-*
„ *gioni a me ſpettantino quandocunque, & qua-*
„ *litercunque.*
8 Fuerunt igitur bona acceſſoria ad perſonam; primò enim perſonam obtulit, cōſequenter bona; At perſona ad ſeculum rediuit; redibunt ergò, & bona cùm ipſa perſona. ita in hiſce noſtris terminis oblationis argumentatur. *Hondedeus conſ.73.n.13.vol.2. Sanchez in opere morali tom.2. lib.7.cap.1.num.22.23.24.25. & 26. Abb. in cap. quia nonnulli 3. n. 6. de cleric. non reſident.* Hæc autem lex à Coſma (monaſterio annuente) dicta fuit in contractu inito: ſecūdum illam igitur firmitatem obtinebit, vt dicere ne quicquam contrà valeat Abbas;
9 quia pactum hoc fuit Coſmæ cum monaſterio. Seruandū ergò; Quamuis alias lex illi oblectaretur, quia pactū rūpit leges; vt *Gloſſ.* loquitur *d. regula cōtractus in initio.*
10 quin à partium conuentione formā contractus recipit, *l.1.§. ſi conueniat. ff. depoſiti Rota in Romana domus 20. Februarij 1615. coram Vbaldo deciſ. 669. ſub num. 4. par.1. tom.2. in recent. & in Parmen. Dalij 4. Iunij 1614. coram Coccina deciſ. 415. ſub num. 4. ead. par.1. tom. 1. in recent. Barbaſ. aſſiomat. 57. num.1. Magonius deciſ. Florent. 62. nu.7.*
11 Non ſecundum: Quia obedientiam promiſit Coſmas; non quòd intendebat profiteri, vt cæteri Monachi, & Conuerſi, ſiue etiam oblati, qui profeſſionem emittunt, iuxta tradita per *Gloſſ. in gloſſ. 1. can. duo ſunt genera 12.q.1. can. Vt lex continentiæ 40. vbi Gloſſ. verbo profeſſi 27.q.1.*

Sed

Digitized by Google

Sed Abbati, vti primo: & quatenus in
12 oblatione perduraret. Veluti per famu-
lum debetur domino obedientia iuxta
„ illud 1. *Petr.* 2. 13. [Subditi eſtote omni
„ humanæ creaturæ, ſiue regi tanquam
„ præcellenti. & illud *Pauli ad Roman.* 13.
omnis anima poteſtantibus ſublimioribus
ſubdita ſiit.relatũ *can. magnum* 28. §. *Item
Apoſtolus* 11.*q.* 1. *& cap. omnis anima* 2. *de
cenſibus*. Quin expreſsè ipſe proteſtatus
fuit per hoc nolle ſe alicui, vel voto, vel
regulæ obſeruantiæ aſtringere, neque etiã
ſeculare habitum mutare: dicens: *Non
„ obligandoſi però à gli altri voti, ne ad oſſer-
„ uare la regola, e le ceremonie oſſeruati da
„ eſſa congregatione, ne di mutare habito ſeco-
lare.* Extra rem igitur eſt allata Doctrina
Nauarri d. conſ. 4.

13 Exauditur enim de illo, qui vouit obe-
dientiam *ad tex. in cap. qui poſt votum* 5.
vbi gloſſ. verbo intranda. de regular. in 6.
Diſtinctionem nempè adhibet ibi Nauar
inter votum, & iuramentum: non itaque
rettahenda ad factum hoc noſtrum erit,
quo Coſmas nullum emiſit obedientiæ
votum, neque voluit ſe alicui, regulæ, etiã
ex ceremonijs religionis adſtringere; ſed
in ſeculo manere. Reddenda ſunt itaque
14 vota Domino Deo, ſed ab eo, qui vouit,
(iuxta *tex. in cap. magna* 7. *de voto extra*, &
„ illud Dauidis *Pſalm.* 75. 12. Vouete, & red-
„ dite Domino Deo veſtro omnes, qui in
circu itu eius affertis munera, *&* 17. *q.* 1.
in princ. & can. ſunt quadam primo ex ver-
bis Auguſtini ibidẽ (dicentis.) [*Sed poſtquã
Deo promittimus, neceſſariò reddere cõſtrin-
gimur.*) *ead. q. & cauſ.* Nõ verò ab eo, qui
15 nõ vouit: quando alias voti ſolemnitas ex
ſola cõſtitutione Eccleſiæ eſt inuenta; quæ
vel per ſuſceptionem ſacri ordinis, vel
per profeſsionem expreſſam, vel tacitam
in religione aliqua ex approbationis à
ſancta Sede Apoſtolica emiſſam, effectum
ſortitur. *cap.* 1. *de voto lib.* 6. *Card. conſ.* 21.
num. 1. *& ſeq.* Apertiſsimeque *Nauarr. cõſ.*
49. *eod. tit. de regular.* (mox infra perpen-
16 dendus,) qui promiſsionem illam obediẽ-
tiæ per oblatum factam, votum haud im-
portare, teſtatur.

17 Neque prætexta officiet iuramentum,
quo homo, neque Deo quidem ſolùm,
„ iuxta illud *Exod.* 20. Non aſſumes nomen
Dei tui inuanum, *Can. animaduertendum*
2. §. *cum ergo* 22. *q.* 2 *& eadem cauſa quaſt.* 4.
can. neceſſe eſt 14. *eademque cauſa q.* 5. *can.
quacumque* 9. *ibidem*) ſed & homini aſtrin-
gitur; ſecundum *Nauar. d. conſ.* 4. *nu.* 10. *de
regularibus.* diximus *reſponſ. noſtra prima
num.* 36. *par.* 1.

18 Porrò iuramentum naturam conditio-
neſque aſſumit eius, cui affigitur, contra-
ctus. *l. fin. C. de non numerata pecunia. Rota*
19 *apud Coccinum decanum deciſ.* 437. *num.* 8.
apud Cardin. Manticam deciſ. 270. *nu.* 9. *&
Card. Caualer. deciſ.* 109. *num.* 9. *Magonius
deciſ. Florent.* 64. *n.* 53. Semperque iuramẽ-
tum annexam ſibi conditionem retinet;
ſi res in eodem permaneat ſtatu, neque
diſcedendi à Iuratis cauſa ſuperuenerit,
eique qui iurauit promiſſa ſeruentur. vt
Innocentius Tertius *cap. quemadmodum
„ 25. de iure iurand.* diſponit, dicẽs: *Quoniã in
„ eo* (Iuramento ſcilicet) *talis erat ſubintelli-
„ genda conditio; ſi videlicet in legem coniugij,
„ illa non peccaret.* vbi etiam *Gloſſ. verbo
„ oculos & tex. in l fin. vbi etiam Gloſſ. verbo
ſacramenti C. de non numerata pecun. cap.
cùm inter P.* 2. *vbi Gloſſ. verbo iuramen-
tum de renunciat. Hieronym. Magon. d. de-
ciſ. Florent.* 64. *n.* 52. ſequiturque Rota apud
Coccin. d. deciſ. 437. *num.* 9. *& Card. Mant. d.
deciſ.* 270. *num* 9. Hanc proinde ob cauſam
20 dicitur iuramentum regulam ſortiri ab
actu ipſo, pactoque cui accedit; vt eaſdem
in ſe conditiones admittat, quas pactum,
& diſpoſitio ipſa, ſiue contractus conti-
net, neque in plus ſe protendat, quàm ipſe
contractus, & diſpoſitio. *argumento tex. in
l. non ad ea* 88. *ff. de condit. & demonſtrat. &
d. cap. cùm inter P. cum Gloſſ. de renunciat.
Tiraquell. tract. de conſtitut. limit.* 7. *nu.* 34.
*Corbula de iure emphyteot. de cauſa priuat.
ob non ſolutum canonem ampliat.* 40. *num.* 6.
Rota apud Coccinum d. deciſ. 437. *num.* 8.
Magon. d. deciſ. 64. *num.* 54.

21 Quia profectò iuramentum non habet
vim extenſiuam, ſed intenſiuam, vt ſequi-
tur *Franciſ. Sarmiento Selectarum inter-
pratationum lib.* 8. *ex l. Titia cum teſta-
mento* §. *Caius de legat.* 2. *num.* 6. Non enim
extendit rem de caſu ad caſum, ſed ei tan-
tummodo firmitatem tribuit ſecundum
id, quod iuratum eſt, atque in pactum de-
ductum. alioquin eſſet iniquitatis vincu-
lum; quod fieri non debet, vt perpendit
Viuius deciſ. 522. *num.* 21. *lib.* 4.

Apertiſſime vero proteſtatus fuit Coſ-
mas, nolle ſe religioni in aliquo aſtringe-
re, neque etiam ad illius ceremonias tene-
ri (quod ſanè minimum eſt) neque ſecula-
rem mutare habitum. Non in plus ergo ſe
extendet iuramentum, quàm ipſe edixit.
Decidunt, igitur Aduerſæ partis funda-
22 menta. Cùm lex contractuum à volun-
tate pendeat contrahentium, neque in
plus ſe protendat, quàm geſtum fuerit. Iu-
lianus *lib.* 10. *digeſtorum in l. non omnis* 19.
ff. ſi certum petatur Aemil. Ferrettus conſ. 9.
num. 2.

23 Neque obſtabit præterea quod conſe-
quenter adſtruitur *ex conſ.* 6. *lib.* 3. *de ſtatu
Monachorum per Nauar.* ad probandum
Coſmam vere fuiſſe oblatum, etiam ſi
habitum non mutauerit; Quòd dicat *Na-*

uar.

uar.d.conſ. oblatas in Domo Turris ſpecu-
lorum Romæ fuiſſe oblatas, licet habitum
non mutauerint.
Si enim rectè perpendantur quæ Do-
ctiſſimus ille Martinus ab Azpilqueta
Nauarrus dicto *conſ.* deducit, aduerſus nos
illa haud eſſe euidenti perſpexerimus lu-
mine, non ſanè lippis neque cæcis oculis.
24 Quærebatur quippè ibi: an Monachæ,
ſiue oblatæ Turris nouæ ſpeculorum te-
nerentur ad clauſuram, ſicut ceteræ mo-
niales?
Reſpondet nō teneri, quia non emittunt
profeſſionem, neque ad vota obligantur,
neque habitum mutant. & tamen dicun-
tur, oblatæ.
Nihil enim ex hoc contra nos eſt. Ne-
que enim inficias imus nos Coſmam ſe
ſe obtuliſſe monaſterio, ac ſua præſentia, &
futura: hoc nempe ex ipſa oblationis ſcrip-
25 tura demoſtratur. Verum dicimus non
verè illum fuiſſe oblatum; vt perpetuò
monaſterio teneretur obſtrictus, neque
poſſet ab oblatione facta diſcedere, cùm
habitum non mutauerit, vt vitam ſaltim
mutaſſe videretur iuxta *tex. in cap. vt pri-
uilegia 24. de priuileg. extrà.* Potuit proin-
de ab oblatione diſcedere: atque cum di-
ſceſſerit, etiam bona rehabere, quæ acceſ-
ſoriè ad perſonam in monaſterium tran-
ſtulit. quod ſequitur *Abb. d. cap. quia non
nulli 3. d. num. 6. de cleric. non reſid.*
Neque Nauarrus, à quo argumentum
excepit Aduerſarius, vllo pacto determi-
nat illo *conſ.6.* Oblatas illas Turris ſpeculo-
rum non potuiſſe ab oblatione diſcedere,
cum neque profeſsionem emitterent, ne-
que voto ſe aliquo obſtringerent, vt neq.
ad clauſuræ perpetuæ votum tenerentur,
poſſentq. ad priorem ſtatum redire: ſecun-
dum diſpoſita per Gregorium Nonum
*in cap. ſtatuimus 23. de regular. cap. religioſi
51. §. quamuis de ſent. excom. in 6. Rota apud
Card. Manticam decſ. 295. num. 3.* ſequitur-
que Illuſtriſsimus Ricciullus Epiſcopus
Caſertanus, nunc vero Archiepiſcopus
Conſentinus *tract. de perſonis extrà gre-
mium Eccleſiæ lib. 8. cap. 2. num. 7.*
26 Oblatorum verò plures ſunt ſpecies;
quidam enim ex illis profeſſionem regu-
larem votorum emittunt, ſuſcepto etiam,
regulari habitu. quidam offerunt ſe tamē
non ſua; alij vero ſua, non ſe; quidam vero
& ſe, & ſua mutato habitu ſeculari, vt mu-
taſſe ſe vitam, moreſque oſtendant. iuxta
tradita *d. cap. vt priuilegia 14. de priuileg.*
vt perpetuò ſint religioni addicti, quamuis
ipſi neque donati ſint, inter quos non mi-
nima datur diuiſionis ratio, *clem. 1. in fin.
vbi gloſſ. de decim. can. vt lex continentiæ 40.
vbi Gloſſ. verbo profeſſi 27. q. 1. Gloſſ. in can.
duo ſunt genera 7. verbo conuerſi 12. q. 1.*
ſequiturque *Nauar. d. conſ. 6. num. 15.* plenè
*Barboſa de Iure Eccleſiaſtico. lib. 1. cap. 39. §.
2. num. 44. & 45. Sanchez in opere morali
tom. 2. lib. 6. cap. 7. num. 9. Card. Zabarella d.
conſ. 21. num. 2. Abb. conſ. 104. n. 1. & per tot.
par. 2. Ioannes Baptiſta Lezana in ſum.
quaſtionum regular. tom. 2. cap. 8. num. 8. &
ſeq.* idem *Nauar. conſ. 49. de regularib.* ab
Aduerſario allatus, at non bene expenſus.
27 Factum enim ille refert à noſtro Coſmæ
non longè ab ſimile. Namque ſi ille, de
quo idem *Nauar.* conſultus fuit, qui dixe-
„ rat: (*Ego N. me dono, & offero in oblatum
„ monaſterio S. Benedicti, vouendo obedientiā,
„ paupertatem, & caſtitatem tibi eius Abbati,
„ non autem profiteor regulam Ordinis, nec
„ me obligo ad Ceremonias, & obſeruantias
eius:*) nullam regularem contraxit obliga-
tionem, quòd actus agentium non operē-
28 tur vltra intentionem eorum *d. l. non om-
nis 19. ff. de rebus credit. & ſi certum petatur
cap. fin. de præbend.* Longe itaque fortius
aſſerendum hoc erit de Coſma, qui ſim-
plicem obedientiam Abbati promiſit, ne-
que habitum mutare voluit, neque ſe ad
vllam regulam, neque regulæ ceremonias
adſtringere. Vt potuerit proinde ad ſecu-
lum redire, ac conſequenter ſua, quæ per-
ſonæ cauſa obtulerat, vt ſuæ vitæ tempore
victum hauriret, repetere.
Neque inferat Aduerſarii: noluiſſe Coſ-
mam habitum mutare, neque Abbatem ad
illum mutādum eum arctare, ne dedecus
Monaſterio inferretur, quòd Coſmas habi-
tu indutus aliquali Religionis, in ſignum
mutatæ vitæ, ruſticanis operibus inſerui-
ret.
29 Quippè Conuerſi huius Religionis, qui
profeſſionem emittunt, & habitum induūt
Monachalem, (ſicuti & aliarum Religio-
num,) etiam ruſticanis operibus ruri inſer-
uiunt, nullamque ex hoc religioni contra-
30 hunt iniuriam, neque maculam: Neque
porrò regulares ad læta mundi vocantur,
ſed ad aſpera, & vt labores perferant atque
in paupertate ſecularium rerum viuant: iu-
xta *text. in cap. recolentes, 3. in fin. de ſtatu mo-
31 nachorum.* Suiſque ſe abnegent, qui ſeruire
Deo elegerunt: iuxta verba *Ambroſij de fuga
ſeculi* relati *can. cui portio 6. in fin. 12. q. 1.* Vt
ſit illis, iuxta Ouidianum illud 1. *de ponto
eleg. 5.*
„ *Anxietas animi, continuuſque labor.*
Quia monachus ſedere debet triſtis, & ſe,
vel mundum lugeat; & Domini pauidus
præſtoletur aduentum; vt Hieronym. lo-
quitur *can. monachus 4. & can. placuit, 1. & 8.
16. quaſt. 1.*
Ita neque iniuriam inferret eidem Coſ-
mas, ſi mutato ſeculari habito, paruum ha-
bitum religionis inductus, ruſticanis deſer-
uiſſet Deo, religionique. Semper enim in

32 vſu apud priſcos illos monachos fuit, (ne
otio tabeſcerent,) manibus operari. Inter
33 opera verò manuum, (inter quæ omnia
officia humana, ex quibus homines licitè
victum lucrantur, comprehenduntur,) agri-
cultura non iniuria agnoſcitur ex *S. Thom.
2.2. quæſt.187. art.3. in corp.* ſequitur *Frater
Thomas à Ieſus ordinis diſcalciatorum Carmeli-
tanor. in expoſit. regul. part.4. de labor. manuum
Glo.2. dub.3. in initio.* Apertum fit hoc ex his,
quæ Sophronius in *prato ſpirituali cap.13.* de
Abbate Marco Anacoreta, qui in Mona-
ſterio Penthucula morabatur, refert, dicēs:
*Operabatur die, ac nocte & diſtribuebat pauperi-
bus omnia, neque ab aliquo quippiam accipiebat.
De hoc audientes fideles viri, venerunt, vt darēt
ei agapen, & ait ad eos, non accipio; quia manus
meæ nutriunt me, & eos qui propter Deum ad
me veniunt.* Sic Sophronius. ad quem locum
Aloyſius Lipomanus Epiſcopus Veronen.
in notis: *Operabatur manibus.* (inquit) *antiqui
monachi ex labore ipſi viuebant, pauperibus elee-
moſynas diſtribuebant.* Non itaque iniuriam
religioni conquiſiſſet Coſmas, ſi habitu in-
dutus religionis ruſticanis intendiſſet ope-
rando manibus: quando hoc ſanctis illis Pa-
tribus glorioſum fuit.

35 Et planè (Reſpondeant quæſo Aduerſa-
rij,) cur (amabo te) eſt, quòd ipſi, ita inſtant,
vt per Coſmam ſeruentur contractus leges
oblationis, cum ipſi neque in minimo ve-
lint illas ſeruare; & cum imponant huic
onera importabilia, nolint ea neque digito
ſuo mouere? Phariſeorum more, quos re-
darguit Dominus, ac Magiſter noſter Ieſus
Chriſtus *Matth. 23. 4.* An quia bonum illis
viſum fuerit dictum illud *Ouid. 1. de arte.*

„ *Promittas facito: quid enim promittere lædit?*
„ *Pollicitis diues quilibet eſſe poteſt.*

Non ne & ipſi iurauere? Cur quæſo Sa-
36 cramento non ſtant, neque pactis? Cùm
alioqui pacta cuſtodiri debeāt, *cap.1. de pa-
ctis, l.1. ff. eod.* Contractus verò indiuiduus
dicitur, vt, vel approbari, vel reprobari in
totum debeat, argumento *text. in l. ſi quis
aliam rem. 46. ff. de ſolut. & l. quod ſi vno pretio
16. ff. de in diem adiectione. Rata apud Card. Man
tic. deciſ. 13. n.8.* Non ne iuramento, ne dum
Deum in teſtem vocauere; verùm, & ſe
Coſmæ adſtinxere? Cur quæſo à iuramen-
to diſcedunt, vt neque victum tribuāt huic,
quem oblatum Abbas proclamat?

38 Quando Domini præceptum eſt: *Non
periurabis. reddes autem Domino iuramenta tua
39 Exod. 20. 7. Deuteron. 3. 11. Matthæi 5. 33.* Cō-
tractus autem vltrò citroque obligatorij
ſunt, *l. labeo libro primo. 19. §. contractum autē
ff. de verborum ſignificat.* quia mutuò obligāt
ſui natura, hinc inde, ſecundū *Gloſ. ibid. verbo
vltrò, citroque.* Vt ſicuti ſe religioni adſtrin-
xit Coſmas; ita parique modo, & Coſmæ
Religio.

At non illum quærit Abbas, ſolùm ve-
rò, ne ingratitudinis vitio religioni notetur,
retinere vult, quæ obtulit Coſmas.

Vt autē notam effugiat iniuſtæ retentio-
nis, cum aliqui iuſtè ab initio acceperit. *Ca-
iet. in ſum. verbo reſtitutio in princ.* retinere il-
la dicit pro victu; quandiu Coſmas in mo-
naſterio fuit.

40 Verùm (dicimus nos:) non ne laborauit
tunc Coſmas? Et quidem. Nam ad laborē
illum receptum fuiſſe aſſerit Abbas. Si igi-
41 tur laborauit, & pro Monaſterio: victus ei
vtique debebatur; & à Monaſterio. De non
laborante quippè Paulus dixit, *2. ad Theſſa-
lonicenſ. 3. 10. Si quis non vult operari, non man-
ducet.* refert etiam *Gloſ. in l. quamuis 10. verbo
42 denegandam. ff. de damno infecto.* Manducabit
igitur qui operatus fuerit. Operanti enim
merces debetur ex iuſtitia. Audi eundem
Apoſtolum ad *Roman. 4. 4. Ei autem, qui ope-
ratur, merces non imputatur ſecundum gratiam,
ſed ſecundum debitum. Clement. dudum. 2. §. Ve-
rum ne. de ſepultur.*

Quamuis enim ex labore victū ſibi quæ-
rere debeat homo, *Geneſ. 3. 19 In ſudore vul-
tus tui veſceris pane tuo.* Laboranti tamen
terram, victum illa haud denegabit. Ita Do-
minus *Geneſ. 3. 17.* ad Adam. *Maledicta terra
in opere tuo, in laboribus tuis comedes ex ea om-
nibus diebus vitæ tuæ.* quo argumento vtitur,
quoque *Caſſaneus conſ. 1. part. 5. nu. 98. & 99.*
43 Ex debito igitur debebatur victus Coſmæ
operanti: ſecundum eundem Apoſtolum,
1. ad Thimot. 5. 18. Dicit enim ſcriptura (in-
quiens) non alligabis os boui trituranti. Et
dignus eſt operarius mercede ſua, *can. qui-
cunque Epiſcopi. 67. in fin. 12. quæſt. 2. cap. cum
ſecundum Apoſtolum 16. in princ. de præbendis,*
Ex verbis Innocentij Tertij ad Zamoren.
Epiſcopum: *Et qui ad onus eligitur,* (dicentis)
repelli non debeat à mercede. diximus plura,
reſponſ. noſtra 32. num. 2. & nu. 12. & 20. par. 1.
Tamet ſi equidem.

„ *Nil ſine magno*
„ *Vita labore dedit mortalibus.*

Vt Horatius *lib. 1 ſer.* cecinit. Labor tamen
ſine mercede eſſe haud debet ſecundum
*Gloſ. in can. ibi adunati 49. verbo laborem 7.
quæſt. 1.* referentem carmen illud.

„ *Cùm labor in dāno eſt, creſcit mortalis egeſtas.*

& illud aliud: *Optat præmia quiſque labor. can.
charitatem 45.* vbi etiam *Gloſ. verbo ſtipen-
dium. 12. quæſt. 2. & in authent. de iudicibus col.
lat. 6. §. ne autem.* Vnde in ſimbolis Pytagoræ
habebatur.

„ *Tollenti onus auxiliare; deponenti nequaquam.*

Quòd (Olimpiodorus in Platonis phedone
ait;) Non deponenda, ſed vnà ſubeunda
ſunt onera.

Tenebatur, ergo monaſteriū operāti Coſ-
mæ victum præbere ſecundum iuſtitiam,
44 quæ cuique tribuit quod ſuum eſt, *l. iuſtitia
10 ff.*

10.*ff.de iuſtit.& iur.ſan.ius naturale diſt.1.cap. ex ore 17.de priuileg.*

Velle nũc itaque cum eo, quod obtulit, computare debitum victum iniuſtitia erit, quæ iuſtitiæ opponitur *S.Thom. 2. 2. quaſt, 58.art.11.* diximus *reſponſ.noſtra 2.nu.66.p.2.*

46 Non.n. eſt dubiũ, quia quiſquis cuilibet
ius ſuũ detrahit, iniuſtitiã facit. iuxta verba
Nicolai Papæ *can.omnes primo 22 diſt.*

Contra conſcientiam igitur faciet Abbas
non reſtituendo quod debet: peccabit igi-
47 tur, nedum contra charitatem, verum con-
tra iuſtitia, ex qua obligatio oritur reſtitu-
48 tionis cùm iuſtitia æqualitatem reſpiciat
rerum, vt vnicuique detur quod ſuum eſt,
S.Thom. 2.2.quaſt.62.art.1.& 2. ac 3. diximus
49 *reſponſ.28 num.1.& 22. part.1.* principium
nempe reſtitutionis oritur, ſi res detineatur
contra iuſtitiam, quod ſine peccato fieri
minime poteſt. *ad regul. non dimittitur pecca-
tum 4.de regul.in 6.cap filius noſter 5. de teſta-
ment. extra Sarmiento, Selectarum interpretat.
lib.2.cap.10.num.3.verſ.nos omiſſis illis.*

Iurè ergo nec ſanè iniuria, neque iniquè, & poteſt, & debet Abbas reſtituere, quæ à Coſma Monaſterium habuit, cum ille iam ab oblatione deſecerit, ad ſua reuerſus. Cõqueritur verò, quòd promiſſis non fuerit cum eo ſtatum per Monaſterium. Seruetur, itaque lex Sacri Tridenti Concilij *d. Seſſ. 25.cap.16.de regularib.* Recedenti vt ſua reddantur.

Atque ita ex his, cenſoris non abiecta virga, reſpondendum cenſuimus.

CAROLVS MARANTA I.V.D.
Epiſcopus Iuuenacen.

SVMMARIVM.

1 *Perpetuum nulli datum eſt, ſed humana omnia tranſeunt. vitæ tempus breue.*
2 *Vocatum ſe aſſerens per fideicommiſſum id probare tenetur.*
3 *Exequutor dicitur, cui nudum miniſterium demandatum eſt, neque commodum ex eo percipit.*
4 *Exequutor eſt, qui rem diſpoſitam mandat effectui.*
5 *Subſtitutum ſe dicens, probare tenetur, neq. quomodolibet, ſed in ſpecie controuerſia, quæ agitatur.*
6 *Subſtitutio, quæ in teſtamento non legitur, minimè facta intelligitur. Et ſufficit dicere: ſubſtitutio hoc non dicit.*
7 *Hæres vnde dictus?*
8 *Rixæ ex diuiſione oriuntur.*
9 *Actio familiæ erciſcundæ à diuiſione dicta.*
10 *Voluntas teſtatoris lex eſt ijs, qui ad bona eius contendunt. nihil ergo contra illam moliri poterunt.*
11 *Ordo à teſtatore demandatus quoad ſubſtitutiones, ſeruandus erit, neque prætergrediendus.*
12 *Subſtitutio vltimo morienti perſonaliter facta, euaneſcit ſi ille præmoriatur, alijs ſubſtitutis, atque omnes alij hæredi vniuerſali morte præierint.*
13 *Conditione deficiente ſub qua teſtator ſubſtitutos vocauit, & ſubſtitutiones pariter deficiunt.*
Piæ cauſæ fauore etiam, n.14.
14 *Subſtitutiones non immediatè, ſed mediatè primo hæredi factę, deficiũt, ſi vocati omnes primò mortẽ obierint, vnde remanet diſpoſitio ſub iuris cõmunis diſpoſitione, et caſus obmiſſus cenſetur, n.16.*
Atque ſub teſtatoris lege non comprahenſus, num.17.
Quia præſumpta teſtatoris voluntas efficere minime poteſt, vt caſus obmiſſus pro obmiſſo non habeatur, num.18.
29 *Medium ſi deficiat, ſub quo ſubſtitiones dictæ ſunt, & ſubſtitutiones ipſæ deficiunt.*
20 *Medio deficiente, conſequentia quoq. ceſſat.*
Media quæ ſint. Quæue dicantur 2.
21 *Grauare hos teſtator velle videtur, quos honorauit.*
22 *Præſuppoſito deficiente, diſpoſitum quoque recedit.*
23 *Medio infecto extremorũ coniunctio impeditur.*
24 *Diſpoſitio ad certum caſum (& non alias) facta, illum prætergredi non poteſt.*
Quidue operetur dictio illa, & non alias, ſiue non aliter 2.
25 *Vltimus ex deficientibus ſi per teſtatorem perpenſus fuit, vt ſubſtitutio locum haberet, illo deficiente ſubſtitutio ceſſat. Præſertim ſi perſonaliter perpenſum fuit; neq. ampliationem de perſona ad perſonã admittit.*
26 *Singularis numerus pluralitatem abnuit.*
26 *Subſtitutio euaneſcit, ſi ſubſtitutus præmoriatur inſtituto.*
28 *Dictio (in caſu prædicto) reſtrictionem ad caſum præmeditatum operatur. Vt vltra illum dimanari diſpoſitio haud poſſit.*
29 *Tempus à teſtatore taxatum, videtur conditionale, & præteriri non poteſt.*
30 *Dictiones (ex nunc, prout ex tunc) conditionem inferunt, atque temporis præfinitionem. Vt præteriri non poſſit, n.34.*

Nihilque operantur interim, donec conditionis tempus exierit, n.31.

Effectumque ſuſpendunt, n.32.

Et vltimum deſignant temporis implementum, num.35.

33 *Cōditio, quæ formam importat, ſcindi haud poteſt.*

36 *Dictionum taxatiuarum natura eſt, alios excludere caſus.*

37 *Tempus adiectum à teſtatore, formam indicit.*

38 *Forma præcisè ſeruanda erit.*

39 *Mentem diſponentis fruſtraneè quærimus, vbi manifeſtiſſima verba illius ſunt.*

40 *Verbis defectus omnis voluntatis excluditur.*

Cum per illa voluntas aperiatur, n.41.

Sunt enim eorum, quæ ſunt in anima paſſionum nota.

Et ex verbis mens habetur teſtatoris.

42 *Th ma ab initio ſub quo ſubſtitutiones vltimo morienti rogauit teſtator, ſemper perdurare, & retineri præſumitur.*

43 *Conditio ſi non exijt, diſpoſitio pro non facta habetur.*

44 *Bona dicuntur ære alieno deducto.*

45 *Fideicommiſſum in bonis proprijs dicere poteſt teſtator, non in alienis.*

Neque in bonis proprijs hæredis, quæ alio titulo, quàm hæreditario obtinet, nu.46.

ARGVMENTVM.

Subſtitutio etiam piæ cauſæ fauore facta vltimo decedenti ſine filiis, ſi omnes ſubſtituti primo inſtituto præmoriantur, an locum habeat ad excluſionem etiam alterius piæ cauſæ per primum iſtitutum hæredis nuncupatæ?

RESPONSIO LXVI.

ANno 1594. à Virgineo partu, Barij ſupremum agens ſpiritum Reuerendus Abbas Ioãnes Baptiſta Nicaſtri, ſupremas ſibi tabulas ſcripſit, quibus hæredem vniuerſalem ſibi nuncupauit Ioannem de Nicaſtro nepotem ex Raphaele Fratre. Voluit tamen vt decedente dicto Ioanne hærede quandocunque ſine filijs legitimis, & naturalibus ex corpore Ioanni prædicto ſuccederet Ioannes Baptiſta de Nicaſtro Ioannis Frater ex Raphaele præfato. Ex humanis quoque abſumpto Ioanne Baptiſta ſine filijs; ſuccederet Alexander de Nicaſtro ex Frãciſco alio fratre filius. Hoc quoq. de medio ſublato ſine filijs, eidem ſuccederet Iacobus de Nicaſtro alter teſtatoris Frater. Dictiſq. Alexandro, & Iacobo defunctis ſuccederet Ioannes Aloyſius de Nicaſtro filius quon. Ioannis Antonij alterius teſtatoris fratris, adijciens ſequentibus:

Itache ciaſcheduno delli predetti habbia da ſoccedere in detta heredità il primogenito di ciaſcheduno delli predetti ſuoi heredi, e ſuſtituti della linea maſcolina procreandi legitimamente da loro corpi.

Subijciens etiam nouiſſimè. *Et ogni volta che l'vltimo di detti ſuoi heredi, e ſuſtituti veniſſero à morire ſenza figli maſcoli legitimi da ſuo corpo procreãdi, da mò per all'hora in caſo pred. vole, che tutti li ſuoi beni hereditarij ſi vendano, & il prezzo di quelli ſi conuerta in compra d'annui cenſi, & intrate per il Sacro Monte della Pietà di Bari, con interuento, & conſento dell'Illuſtriſſimo, e Reuerendiſſimo Arciueſcouo di Bari preſente, e futuri, quali habiano da ſtare in perpetuo, (mundo durante) in alienabili, da diſpenſarſi in maritaggio di tante orfanelle di Bari, & in altre opere pie, che meglio à loro, e ciaſcheduno di loro parerà, per ſalute dell'anima di eſſo teſtatore; e della Magnifica quond. Bernardina de Marſilia ſua zia, e remiſſione de loro peccati.*

Teſtatore iam extincto; hæreditatem adhiuit Ioannes hæres nuncupatus. Quo vitalem trahente auram, Ioannes Baptiſta Frater in Religione Clericorum Regularium vulgo Theathinorum nuncupatorum nomen Chriſto dedit per regularem profeſſionem, & in ea demum extremum clauſit diem. Aliique etiam à Teſtatore ſucceſſiue poſt Ioannis ſuprema funera ad hæreditatem vocati, omnes quoque fato cedentes, Ioannem ante vertere. Nouiſſimè vero die-
1 bus iſtis. (*Vt ſunt humana, nulli eſt perpetuum datum.*) (*vt Plautus in Ciſtellar.* inquit,) & ipſe animam dedit.

Vita enim tempus eſt breue: at abſconditus
Sub terra iacet mortalis in æternum.

(Vt Simonides in carminibus apud Stobeum de cõparatione vitæ, & mortis) dixit Scripto proinde elogio hæredem ſibi dixit vniuerſalem Reuerendum Capitulum Cathedralis Iuuenacen. Hoc accepta hæreditate, bonorum poſſeſſionem ingreſſus eſt. At inſurgunt adminiſtratores Sacri Montis Pietatis Ciuitatis Barii, ex fideicommiſſo ad hæreditatem Abbatis Baptiſtæ ſe vocatos aſſerentes. In difficultatem igitur vocari contingit; ſit ne factus locus Sacri Montis aſſertioni, ſe vocatum aſſerentẽ? Et plane negatiuam ſententiam nobis ſequendam,

iura

Iura tuentes noſtri Capituli, è re magis ra-
tioni conſona, viſum eſt.
2 Primo quidem, quòd ipſi cùm per fidei-
commiſſum ſe vocatos, ac ſubſtitutos aſſe-
rant, id probare teneantur. Cum ſatis alio-
qui nobis ſit ex teſtamento negatiuam pro
barij; ſubſtitutionem ſcilicet hanc minime
inueniri. vt in hiſce noſtris terminis poſt.
*Surd.conſ.*129.*num.*16.*& ſeq.& Vincent.* Hon-
*dedeum conſ.*51.*num.*66.*&* 68.*vol.* 2. ſequuta
fuit Rota *in Romana fideicommiſſi de Iacoba-
tiis.*2. *Decembris* 1609. *coram Sancta Memor.
Gregor.XV.deciſ.*433.*num.*3. *Aymon.conſ.*161.
*nu.*16. *Gratianus forenſ.diſceptation.par.* 2.*cap.*
275.*num.*12.*Ambroſin.deciſ.peruſ.*44.*n.*2.*p.*2.
Perlegant proinde Sacri Montis huius
Pietatis Adminiſtratores, neque perſunctò-
riè, verum nauiter, accurateque teſtamen-
ti verba, & nuſquam inuenient verbum
aliquod ſubſtitutionis, quoad Montem ip-
ſum. Niſi dumtaxat quæ ſuperius verba at-
tulimus teſtatoris: videlicet.
„ *Et ogni volta che l'vltimo di detti ſuoi heredi, &*
„ *ſuſtituti veniſſero à morte ſenza figli maſcoli le-*
„ *gitimi da ſuo corpo procreandi, da mò per all'ho-*
„ *ra in caſo predetto, vole che tutti li ſuoi beni he-*
„ *reditarij ſi vendano, & il prezo di quelli ſi con-*
„ *uerta in compra di tanti annui cenſi, & intrate*
„ *per lo Sacro Monte della Pietà di Bari, con l'in-*
„ *teruento, e conſenſo dell'Illuſtriſſimo, e Reueren-*
„ *diſſimo Arciueſcouo di Bari preſente, e futuri,*
„ *quali habbiano dà ſtare in perpetuo (mundo du-*
„ *rante) in alienabili; da ſpenderſi in Maritaggio*
„ *di tante pouere Orfanelle di Bari.*
Nulla itaque vel ſubſtitutio, vel legatum
pro Sacro Monte ex verbis præfatis infer-
ri poteſt. Sed nudum tantum miniſterium
electum conſpicitur vendendi bona hære-
ditaria, facto caſu mortis ſine filijs legiti-
mis maſculis vltimi vocati, poſt ſuprema
funera Ioannis de Nicaſtro hæredis vni-
uerſalis ſine filijs legitimis, & naturalibus.
3 Exequutor proinde magis voluntatis teſta-
toris relictus per verba præfata Sacer Mōs,
atque pro eo eius adminiſtratores cum in-
teruentu tamen Illuſtriſſimi Domini Ar-
chiepiſcopi, quàm vel hæres fideicommiſ-
ſarius, vel legatarius ſaltim, fuiſſe videatur.
Quia nudum eidem miniſterium deman-
datum fuit, nullum ex illo excipiendo cō-
modum. ad *text. in l. executorem.*8. *C.de exe-
cutione rei iudicat.* Executorem nempè cum
eſſe Imperator ibi edicit, qui rei iudicatæ
vigorem ad effectum videtur adducere. &
4 „ ibid. Bald. in ſummar: *Exequutor eſt, qui rē*
„ *diſpoſitam mandat effectui* (inquit.) *Rota apud*
„ *eundem S.memor.Gregor.XV.deciſ.*544.*num.*2.
*vbi Beltramin.addens num.*42. diximus nos *re-
ſponſ.noſtra* 36.*n.*11.*&* 12.*par.*1.
5 Non igitur hæres; non legatarius. Cete-
roquin adſtruant ipſi ex verbis teſtatoris
ſubſtitutionem (vt diximus:) neque quo-
modolibet, ſed in ſpecie controuerſiæ, quæ
nunc agitatur, ex regula recepta, quam af-
fert *Gloſſ.in l.qui ducs.*10. *verbo ſuperſtes. cir-
ca med.ff.de rebus dubiis.* ſequentibus loquēs:
„ *Regula eſt, vt neque ad hæreditatem, neque ad
legatū, neq. ad fideicommiſſum, vel tutelam ali-
quis admittatur, niſi doceat caſu exiſtente, ſe in-
uitatum.* ſic Gloſſ. *Cardinalis Mantica de cōie-
ctur.vltim.volunt.lib.*5.*tit.*1.*num.* 18. ſequitur
Rota apud eund. *Gregor.XV.d.deciſ.*433.*nu.*
1.*Fuſar.conſ.*42.*num.*30.*& conſ.*72.*num.*5. *&*
6.*Ambroſin.deciſ.Peruſin.*7.*n.*2.*p.*1. & dictum
fuit in *Firmana fideicōmiſſi de Aegidijs.*5. *Maij*
1593.*coram Cardin Seraphin. deciſ.*1023.*nu.*1.
& nouiſſimus Ioannes Baptiſta Gargiareus
Doctiſſimus ſanè vir, in hiſce poenè noſtris
terminis loquens *conſ.*6.*n.*12.
Foras ergo à bonis Ioannis Baptiſtæ de
Nicaſtris ire debebit nunc ſacer mons Pie-
tatis Barij, cùm nihil pro ſe afferat. iuxta
Ouidium illud:
„ *Tu licet muſis venias comitatus Homere,*
„ *Si nihil attuleris, ibis Homere foras.*
6 Namque cùm ſubſtitutio pro eo (vt au-
tumat) in teſtamento non legatur. Non
vtique facta intelligitur, vt *Hondedeus* (in-
quit) *d.conſ.* 51. *num.* 69. *vol.*2. & ſufficit di-
„ cere: *ſubſtitutio hoc non dicit.* vt argumenta-
tur optime *Neuizan.conſ.*31.*num.*21.*Ambro-
ſin.d.deciſ.*7.*n.*2.*verſ.cum ergo.*
Meminerint ne rixarū ſuſcitatores ſint,
dum hæredes ſe contendunt eſſe, cuius nō
ſunt. Cognationem nempe quandam in-
7 ter ſe habere videntur hæres, & rixæ à ver-
8 bo græco, ἐριδος, eridos, rixæ. Quia ex diui-
9 ſione rixæ vt plurimum oriuntur, vnde
actio etiam datur familiæ erciſcundæ, per
quam diuiditur hæreditas, vt Vlpianus lo-
quitur in *l.*2.*ff familiæ erciſcundæ.* vide *Fede-
ricum Morellium* in corollarijs ad emble-
mata Aleiati *embl.*159. ad calcem commē-
tariorum Tuillij ad eadem emblemata.
Præterea ſecundò, Teſtator apertiſſi-
mis verbis voluntatem hanc, quòd bona
ſua venderentur per Sacrum Montem
Pietatis, atque cum interuentu Illuſtriſſimi
Domini Archiepiſcopi in emptionem cē-
ſuum, vel annuorum reddituum implica-
rentur pro puellis pauperibus matrimonio
locandis, reſtrinxit, atque temperauit ad
„ certum caſum dumtaxat: *ogni volta, che l'vl-*
„ *timo di detti ſuoi heredi, & ſuſtituti veniſſero à*
„ *morire ſenza figli maſcoli legitimi da ſuo corpo*
„ *procreandi.* Cùm non euenerit itaque caſus
hic à teſtatore demandatus. non erit quòd
10 contra eius voluntatem, quæ lex eſt ijs, qui
ex eius bonis quicquam prætendunt, moli-
ri aliquid debeant, valeantque § *diſponat in*
11 *auth.de nuptijs collat.* 4. Certum nempe or-
dinem præfinxit teſtator, quo ſubſtitutionū
ſeries procederet.
Ac primo quidem hæredem vniuerſalē
ſibi

ſibi dixit Ioannem de Nicaſtro nepotem,
omnibus alijs, (etiam Ioanne Baptiſta) prætermiſſis: & deficiente Ioanne ſine legiti-
,, mis filijs ex corpore, mandauit. *Che adeſſo*
,, *Giouanni ſocceda, e debba ſoccedere lo magnifico*
,, *Gio. Baptiſta Nicaſtro ſuo fratallo vtrinque con-*
,, *iuncti. E morendo tutti li predetti Giouanni, e*
,, *Gio. Baptiſta figli del predetto magnifico quon-*
,, *dam Raffaele ſenza figli legitimi, e naturali, che*
,, *ſucceda lo magnifico Aleſſandro Nicaſtro, figlio*
,, *del magnifico quondam Franceſco Nicaſtro ſuo*
,, *fratello*. Atque hoc etiam è medio ſine fi-
,, liis ſublato, *che allo detto Aleſſandro habbia à*
,, *ſoccedere lo magnifico Iacouo Antonio ſuo fra-*
,, *tello vtrinque coniuncto. E morendo li predetti*
,, *Aleſſandro, e Iacouo Antonio, alla predetta he-*
,, *redita habbia da ſoccedere lo magnifico Gio.*
,, *Luigi de Nicaſtro, figlio del magnifico Gio. An-*
,, *tonio de Nicaſtro ſuo fratello*. Tandemque
,, intulit. *Et ogni volta che l'vltimo di detti ſuoi*
,, *heredi, e ſuſtituti veniſſero à morire ſenza figli*
,, *maſcoli legitimi da ſuo corpo.* diſpoſuit, vt venderentur bona hæreditaria, vt ſupra deduximus.

12 Euanuit igitur diſpoſitio hæc nouiſſima teſtatoris, cum primùm omnes vocati ſucceſſiuo ordine poſt mortem ſine filijs Ioānis hæredis Vniuerſalis, ipſi primitius fatis conceſſere: quia ſubſtitutiones poſt Ioānis ſuprema funera ſubordinatæ, atque ab illa dependentes deperiere. Deperijt proinde diſpoſitio facta in caſu deficientiæ vltimi ex vocatis ſine filijs: Ioannes enim vltimus non fuit, ſed primus, neq. ex vocatis in ſubſtitutionibus, ſed hæres vniuerſalis dictus.

In caſu deficientiæ cuius ſine filijs Ioannes Baptiſta vocatus fuerat. Non eſt factus itaque caſus deficientiæ vltimi. Ceſſarunt ergo ſubſtitutiones omnes vulgares Ioanni factæ, ac conſequentèr vltima, ac nouiſſima hæc diſpoſitio caſus venditionis bonorum. eſt hæc apertiſſima diſpoſitio *tex. in l. ſi mater. 33. §. fin.* vbi *Gloß. fin. ff. de vulgar. & pupillari.* caſuſque magis aptus ad rem noſtram in *l. qui habebat. 47. ff. eodem.* ibi enim aptiſſimis verbis Sceuola caſum determinat. Inſtituto quippè filio hærede, atque ſi is in pubertate decederet, ſubſtituta ei filia; & huic, ſi antequam nuberet, decederet,
,, ſubſtituta vxore, & ſorore. *Quæro* (inquit
,, Sceuola) *Cùm filia pubes prior deceſſerit, dein-*
,, *de frater eius impubes, an filij hæreditas ad vxo-*
,, *rem, & ſororem teſtatoris iure ſubſtitutionis per*
,, *tineat? Reſpondi ſecundum ea, quæ proponun-*
,, *nuntur, non pertinere.* ſic Sceuola adamuſſim
ad rem noſtram. Dictique rationem redit
,, *Gloſſ. fin. ibid. Quia hic deficit cōditio* (inquiēs)
,, *ſub qua vxor, & ſoror eſſent ſubſtitutæ.* Hanc
proinde ob cauſam in hoc noſtro facto locum haud habebit diſpoſitio teſtatoris in caſu deficientiæ vltimi ex vulgariter ſubſtitutis ſcripta. Quia (dicamus nos ex *Gloſſ.*

13 mutuatis verbis) defecit conditio, ſub qua teſtator diſpoſuit, vt mortuo vltimo vocatorum bona eius venderentur per Sacri Montis adminiſtratores. & hanc ſentētiam poſt *Corn. Ancharan. Alexander. Socin. Decium Pariſ. Menoch. Ruinum, Oldrad. Gabriel. & alios* ſequuta fuit Rota *in Narnien. Fideicommiſſi de Cardulis 8. Nouembris 1613. coram Veroſpio par. 1. tom. 2. in recent. deciſ. 519. num. 2.* & ſequuta prius fuer. eadem Rota *in Romana fideicommiſſi de Maximis. 30. Aprilis. 1574. coram Robuſterio. deciſ. 230 num. 1. part. 2 diuerſ.* & alios plures refert. *Gargiareus d. conſ. 6. nu.*
14 *2. ex Deciano conſ. 77. num 37. & 39. lib. 4. & conſ. 26. num. 46. vol. 2.* Etiam piæ cauſæ fauore. *& num 8. & 13. & per tot. Mandedeus conſ. 49. num. 41. & ſeq. lib. 2. Rota apud Card. Seraphin. deciſ. 482. nu. 3.* & ſequuta fuit *in Imolen legatorum 1. Iulij 1624. coram Buratto deciſ. 820. par. 3. nu. 4. Gerius Spinius conſ. 12. n. 51.*

15 Neque enim diſpoſitio talis venditionis bonorum per Sacrum Montem immediatè poſt mortem Ioannis Nicaſtri proceſſit, ſed mediatè poſt ſuprema funera vltimi ex vocatis, & ſubſtitutis. *Bartol. in l. centurio nu. 43. et ſeq. ibiq. Doctores ff. de vulgari, & pupillari Gargiareus d. conſ. 6. num. 3. 13. & 14.*

16 Remanere igitur voluit hunc caſum, de quo teſtator minimè diſpoſuit, ſub diſpoſitione Iuris communis, & vt pro obmiſſo haberetur, quem ipſe dimiſerat. ad *tex. in l. cū modiſſime 10. ff. de liber. & poſthum.* ex ratione, quam ibi Pomponius refert, dicens: *Quia hic filius, nec ſub conditione quidem ſcriptus hæres intelligitur, qui in hunc caſum naſcitur, qui non eſt teſtamento apprehenſus.* & Vlpianus in *l. ſi extraneus 6. ff. de condit. cauſa data.*
17 *Caſſaneus conſ. 59. num. 1.* Quinimo, cùm hic caſus, qui in præſens per mortem Ioannis accidit, poſt ſuprema funera vocatorum omnium, præter ea, quæ teſtator cogitauerat, euenerit, in diſpoſitione ipſa teſtatoris minimè vtique incluſus videbitur. vt argumentatur *Crauetta d. conſil. 161. num. 10. Ambroſin. d. deciſ. 44. ſub num. 8. Natta conſ. 078. n. 30.* vbi aſſerit: præſumptam voluntatem
18 teſtatoris efficere minime poſſe, quin caſus obmiſſus pro obmiſſo habeatur. *Chriſtophorus Torniola conſ. 198. n. 9.* Medium quip-
19 pe neceſſarium, vt id fieret, quod teſtator venditionis bonorum hæreditatis per Sacri Montis Adminiſtratores pro pauperibus puellis viris locandis, mandauerat; exiſtentia vtique erat vltimi ex vocatis, qui ſine filiis legitimæ ex corpore procreatis, de-
20 feciſſet. Medium itaque cùm defecerit; conſequentia quoque vt cadat, opus eſt. ſecundum *Angelum in d. l. qui habebat num. 1. de vulgar. & pupillar. & num. 2.* poſt doctrinā Ariſtotelicam, qua docet medium ſemper neceſſarium eſſe ad recte conſequentiam inferendam. *Natta* optime ad rem noſtram

conſ.

conſ.676. num.26.verſ.nam prædictis. loquens
in caſu (vt noſter hic eſt) quando bona
prius peruenire debebant ad primum ſub-
ſtitutum. ad *tex.in l.vnic.§.2.C.de caducis tol-
lend.Socin.in l.cum Auus.num.104. verſ.probo
antecedens ff.de condit. & demonſtrat.Gratian.
forenſ.diſceptat.par.4.cap.771. num. 40.& 43.
verſ.eſſet tamen.Gargiareus d.conſ. 6. num.10.
& 11.Hondedeus.d.conſ.49.n. 42. & ſeq. lib.2.
Ambroſin. d.deciſ.44.ſub nu.13. idem Natta d.
conſ.678.num.19.*

Media enim ſunt quæ tendunt ad finem.
ſecundum Ariſt.5.metaphiſic.cap.2,& in poeti-
ca.*Medium* (inquit) *eſt,quod aliquo prius,ali-
quo poſterius eſt. Medium eſt quod ab extremo
vtroque diſtat.& 2.Ethicor.cap.6* Petrus Gre-
gor. Toloſat. *Sytaxeon artis mirabilis lib. 3.
commentar. cap.15.* Non itaque ad ſubſtitu-
tionis finem pertingere valuit, medio defi-
ciente, quo teſtator Montē perſignauerat.
Rationem autem venari licet ex his, quæ
in non ab ſimili caſu,a-ert Rota apud *Car-
din Seraphin.d.deciſ.482.num.4.& 5.*Quia hos
tantùm grauare voluit in hac parte, quos
21 ſucceſſiuo ordine honorauerat. ad regulā,
tex.in l ab eo 9 C.de fideicommiſſis. Præſuppo-
22 ſito proinde deficiēte, diſpoſitum quoque
vt ceſſet vſus eſt,ad regulam per *Gloſ* recep-
tam,datam in *l mancipia,5.verbo aduocandum
C.de ſeruis fugit.*

23 Medium quippè,ſi vitio inficiatur aliquo,
vel mancum ſit;extremorum coniunctio-
nem impedit, *Secundum Bald. per illam text.
in l.qui Sella.7.§.in ruſticis,in princio.ff.de ſerui-
tut.ruſticor.prædior. Ripa ſingul. obſeruat.obſer.
4.num.12.& obſer.129.nu.5.Natta d.conſ.676.
d.num.26. Neuizanus conſ 47. num 42.in fin.*
Quia nimirum media trahunt extrema, *ſe-
cundum gloſ.d.l qui ſella,§.fin.* ſequiturque
*Petrus Gregor.d.lib.3 ſyntaxeon.cap.15.in prin-
cip.*

24 Poſt quàm namque ex hac luce defice-
ret vltimus ex vocatis; atque ſine liberis,
vendi bona voluit teſtator,(*& non alias,*)vt
locus eſſet pauperibus puellis matrimonio
locandis. Ad alium proinde caſum exten-
denda haud diſpoſitio erit quod perpendit
*Cephalus conſ.649.d num.42.nu.44.lib.5.ab eo-
dem etiam Gargiareo d.conſ.6.num.14.* relatus,
etiam ad excluſionem Hoſpitalis magni
Placentiæ, perpenditque, nec inconcinne,
quin adamuſſim ad factum hoc noſtrum,
(*d nu.15.cum ſeq.*) quod in illo caſu,teſtator
Hoſpitale ſubſtituerat, vltimo ex eis ſic de-
cedenti. Et in hoc noſtro : (*Et ogni volta, che
l'vltimo di detti ſuoi heredi,& ſuſtituti veniſſero
à morire*) ſequiturque.dictionem illam (*non
aliter*)perpendens, *Caſſaneus conſ.47.num.37.*
quæ operatur, vt ſit tantum effectus in ca-
ſu ſpecifico, (vt ipſe loquitur) conditionē-
que,ac formam inferat ſpecificam,ex *Felin.
in cap.cum dilecta extra de reſcript.*

25 Vltimum proinde poſitum,atque medi-
tatum fuiſſe in numero ſingulari teſtato-
rem propterea edicit idem Gargiareus ibi-
dem, perpenditque, vt ampliationem, ex-
tentionēq; ad alias perſonas, (quàm in ſin-
gulari expreſſam,)omnino ſecluderet. Quia
nimirum ſingularis numerus pluralitatem
abnuit; docet nos *text. in cap.gaudemus 8.§.
verum abſonum de diuortijs.* in verbis illis:nec
dixit adhærebit vxoribus,ſed vxori. Sequi-
turque *Hondedeus conſ 4. num.39. & 40.vol.*
1. & in his noſtris terminis *Torniola d. conſ.*
108 *num.9.& 10.Neuizan.d.conſ.31. num.21.*
Euannit ergo caſus venditionis bonorum,
morte ſublaris omnibus ſubſtitutis; poſt vl-
timi quorum mortem,ſupræmaque funera
ſine filijs, ius futurum erat ad bonorum
venditionem pro matrimonio iugendis
27 pauperibus puellis. Quemadmodum eua-
neſcit ſubſtitutio,cùm ſubſtitutus diem vi-
det ſupremum ante eum,cui ſubſtitutus fuit
*Bald.conſ.340.vol.4.Boerius deciſ.343.Vincent.
Anna ſingul.437.ſubſtitutio.*

Adiuuantque perpenſionem hanc,men-
tem non aliam fuiſſe teſtatoris, quoad diſ-
poſitionem venditionis bonorum hæredi-
tatis pro puellis pauperibus viris locandis,
quòd poſt mortem vltimi ex vocatis, (vt
ſupra) illa exequi voluit. Quoniam manife-
ſtiſſimis verbis illam declarault dicens; *Da
mò per all'hora in caſo predetto vole che tutti li
ſuoi beni hereditarij,&c.* Strictim nempe caſū
præfatum mortis vltimi mediatus fuit, non
alium.

28 Hoc enim infert verbum illud (*in caſo pre
detto*) in caſu prædicto. reſtrictionem videli-
cet ad caſum mortis vltimi ex vocatis. Vl-
tra illum diuaricari haud igitur poterit, *Ay-
mon conſ.98. num.6.* quem ſequuta fuit *Rota
in d. Romana fideicommiſſi de Iacobatijs coram
Sanctiſſimo Gregor.XV.d.deciſ.433. num.6. cum
alijs ibid.congeſtis per Beltram.nu.21.* quæ de-
ciſio eſt etiam inter *recent.part.2 tom.1.deciſ.
267.ſub num.2. Hondedeus d.conſ.49. num.48.
lib.2.Gargiareus d conſ.6.num.24. & 25. Rota
apud Card. Canaler. deciſ.454. num.7. & apud
eundem Sanct. memor. Gregor. XV. deciſ.495.
num.13.Ambroſin.d.deciſ.44. nu.6. & 7.Natta
d.conſ.676.num.3.& 4.Neuizan.d.conſ.31.ſub
num.21.*

29 Taxatum quippe tempus fuit per teſtato-
rem, quo venditio bonorum prædicto-
rum fieri debebat, per dictiones illas
(ex nunc pro vt ex tunc (*da mò per all'ho-
ra*) quæ cùm in caſu conditionali adiectæ
fuerint, (videlicet, *Et ogni volta,che l'vltimo
di detti ſuoi heredi,& ſuſtituti veniſſero à mori-*
31 *re*) Nihil interim operantur, quàm condi-
tio extiterit, & tempus mortis vltimi exie-
rit.

32 Quin effectum ſuſpendunt, ad tempus,
vſque præmeditati caſus.ad *Gloſſ.in clement.*

prima

prima oppoſit.de præbend.] *Neuizan.conſ.*82.*nu.*
22.*&* 23 *Caſſador.decif.*3.*num.*15. *de præbend.*
*Cenedus ſingul.*14.*num.*2.*&* 3.*Barboſ.de dictio-*
*nib.dict.*117.*&* 118.
33 Quia ſcindi haud poteſt conditio , quæ
etiam formam importat,vt *Torniola*,loqui-
tur in hiſce noſtris terminis *d.conſ.*108.*num.*
6.*&* 7.Nimirũ,quòd cõditio non diſponit,
l. ſi quis ſub conditione. 8. ex verbis Vlpiani,
ibid.in fin.ff. ſi quis omiſſa cauſa teſtamenti. *Et*
magis eſt ne ſubueniatur.Neque enim legatarius
eſt.dicentis.*Rota apud Cardin.Manticam deciſ.*
242.*num*,4.
34 In aliud itaque tempus à teſtatore non
meditatũ (vt tempus eſt mortis Ioannis hę-
redis vniuerſalis, cui ſubſtitutus fuit vulga-
ri ſubſtitutione Io.Baptiſta frater, qui ante
illum ex hac luce deceſſit) diſtrahenda diſ-
poſitio haud erit . Quia dictio illa (pro vt
ex tunc) vltimum præſignat tẽporis imple-
mentum,in quod diſpoſitio in effectum de-
duci debebit *l.*4.§.1.*ff.de condi.& demonſtrat.*
& latè tradita *per Barboſ.d.dict.*118.*num.*1.;&
perpendit *Gargiareus d.conſ.*6.*num.*41. *&* 42.
36 Cum natura taxatiuarum dictionum ſit ex
cludere alios caſus præter incluſum , vt
*Natta d. conſ.*676. *num.*4. loquitur : & in his
quoque terminis in ſubſtituto vltimo mo-
rienti per conditionem (*tunc, & eo caſu,vel*
eo caſu) ſequitur etiam *Fuſarius de ſubſtitut.*
*quæſt.*473. *num* 119. & dixerat etiam prius
*ead.quæſt. num.*75. plures alios referens, *&*
*num.*129.*Peregrinus conſ.*33.*num.*34. *lib.*3. *&*
Alba Mandellius conſ 31.*num.*7. *& conſ.ſeq.*
Neque enim perfunctoriè tempus præ-
fatum mortis vltimi ex vocatis præfixum
per teſtatorem fuit, & reſtricta diſpoſitio in
dicto caſu,& non alio ; vt illud pro forma
37 ſtaret,atque pro muro, ne in alium caſum,
quem ipſe meditatus non fuerat,diſtrahere-
38 tur . Forma verò præciſe ſeruanda venit,vt
perpendit dictus *Gargiareus prædicto conſ.* 6.
num. 42. 43. *ad* 49. *& num.* 53. *alios referens*
*Torniola d.conſ.*108.*num.*6.
Neque recurrant Montis Adminiſtri ad
39 mentem teſtatoris . Quia profectò fruſtra-
neè mẽtẽ quęrimus,vbi manifeſtiſſima ver-
40 ba ſunt diſponẽtis,per quæ defectus omnis
voluntatis excluditur;ad *text. in l ſi quis filiũ*
3.*C.de liberis præteritis l. quoties*, 9.§.*ſi duo ff de*
hæredibus inſtit.
41 Per verba namque voluntas exprimitur,
cum illa earum, quæ ſunt in anima paſſio-
num,ſint notæ,iuxta Ariſtotelis ſenſum , &
Celſi in *l.labeo* 6. §.*id tubert. ff.de ſuppellectili*
*legat. Gargiareus d.conſ.*6. *num.*36. *&* 37. *Rota*
*apud.Card Caualer.deciſ.*177.*num.*7.*& apud S.*
memor. Gregor.XV. deciſ. 405. *num.* 12. Mens
proinde teſtatoris ex verbis colligitur , nec
incongruè,vt *Bart.*docet *in l. non aliter in*
*princip.de legat.*3. ſequiturque *Caſtanens cõſ.*
19.*in* 2.*dub.nu.*10.

Neque confugium ſibi aliud parent Ad
uerſarij:Quod teſtator cenſus, redditusque
ex diuenditis eius bonis conflatos , perpe-
tuò perſiſtere mandauit , (*habbiano da ſtare*
in perpetuo,mundo durante) pro matrimonio
iugandis puellis pauperibus , vt ex hoc ar-
guant,etiam facto caſu mortis Ioannis, (vt
nunc accidit,) eius diſpoſitionem (de ven-
dendis bonis) in effectum demandandam
fore.
42 Quia profectò ſemper retinetur thema
præſignatum, vt diſpoſitio locum haberet,
ſi vltimus ex vocatis ſubſtitutiſque hæredi-
bus abſque filijs ex hac luce diſcederet , vt
perpenſum perbellè fuit per Rotam *in di-*
*cta Imolen legatorum coram Buratto d.dec.*820.
*num.*2.*&* 3. *& in d. Firmana fideicommiſſi corã*
*Seraphino d.deciſ.*1023.*num.*10.
43 Vt in illum caſum recidat diſpoſitio , ac
ſi facta minimè fuiſſet : cum conditionali-
ter rogata (*poſt mortem vltimi ex vocatis*) illa
non exierit,ex verbis Celſi in *l.* 1. *ff. de regula*
Catoniana.dicentis;*non eſſe datum legatum ve-*
rius eſt. Cum ſcilicet conditio non exierit.
*Rota apud Card.Manticam.deciſ.*245.*n.*9.
Verùm enim verò (fac,locum iam aper-
tum fuiſſe diſpoſitis à Ioanne Baptiſta te-
ſtatore pro pauperibus puellis viris coniun
gendis) fruſtraneo tamen, & inani labore
ſe fatigant Montis huius adminiſtri. Cùm
bona Ioãnis Baptiſtę fuerint per creditores
abſumpta;à quibus illa emit proprijs pecu-
nijs Iſabella Iannonia mater;& tutrix Ioan-
nis Nicaſtri pro ipſo Ioanne,qui nouiſſime
ex hac luce deceſſit . Vt propria igitur ha-
buit illa Ioannes ; non vt bona hæreditatis
44 Iannis Baptiſtæ. Bona vero dicuntur ære
deducto alieno.*l ſubſignatum* 39.§.1.*ff.de ver-*
bor.ſignificat.l.mulier bona 73.*in fin ff.de iure*
dot.cap.fin.§.*porrò de offic.ordinar.in* 6.
45 In his igitur fideicommiſſum injicere,
quæ ſua non erant , haud potuit Ioannes
Baptiſta teſtator. Diſponat enim teſtator in
ſuis,& ſit lex eius voluntas , lex ipſa loqui-
tur *d.*§.*diſponat in auth. de nupt.* in ſuis . (in-
quit) non igitur in alienis. *l.verbis legis* 120.
ff. de verbor. ſignificatione eſt tex. in l.cohæredi
41.§.*cum filiæ circa fin.ff.de vulgar.& pupillari.*
Quo textu Papinianus expreſſiſſimis ver-
bis;*Nec fideicommiſſo* (inquit) *propriæ faculta-*
*tes filij tenebuntur.*Idem Papinian.*lib.*4.*quæſt.*
*in l.debitor.*59.§.*fi.ff.ad Trebelleanum.*Quære-
rebatur (inquiens)an ea portio ex cauſa fi-
deicommiſſi præſtanda ſit.? *Quam non eſſe*
reſtituendam puto:quia non quaſi hæres,ſed qua-
ſi mater ex pacto accepit:nec occaſione hæredita-
tis,ſed errore ex pacto eam habuit. Paulus quo-
que *lib.*11.*quæſtionum in l.ſequens quæſtio* 70.
*ff.de legat.*2.Vbi quærens,an quæ viuens per
donationem in vxorem contulit vir, in fi-
deicommiſſi petitionem veniant ? *Reſpondi;*
(inquit) *Ea extra bonorum defuncti computari*
debere:

debere:& propterea fideicommiſſo non contineri, Quia ea habiturus eſſet, etiam alio hærede exiſtente.

Extra bonorum cauſam defuncti Ioannis Baptiſtæ ſunt, quæ Ioannes à creditore hæreditatis eiuſdem emit: ea igitur fideicõmiſſo non contineri certum eſt. Quia ea habiturus eſſet etiam alio hærede exiſtente. Vt ſequitur *Proauus meus Robertus Maranta conſ.108.num.2.*

Non eſt ergo, quòd vtroque ex capite Adminiſtri Montis Pietatis Reuerend. Capitulum Iuuenacen à Ioanne de Nicaſtro hæredē nuncupatum inani labore vexent; de fatigentue.

Vt ex his melius, rectiuſque ſentientis iudicio ſuppoſitis, reſpondendum cenſuimus.

CAROLVS MARANTA V.I.D. Epiſcopus Iuuenacen.

Agitata cauſa coram Illuſtriſſimo A. C. Apoſtlicæ fuit, per illum relaxatum mandatum de manutenendo pro R. Capitulo Iunenacen auditis procuratoribus Montis Pietatis, condemnato monte in expenſis.

SVMMARIVM.

1 *Teſtamentum morte confirmatur teſtatoris.*

2 *Anima à corpore ſeparata in termino conſtituta, nihil amplius operari poteſt.*

3 *Sacrificium incruentum pro animabus purgatorij ſummè propitiatorium eſt.*

4 *Dare ſua, dum ſua ſunt, optimum pro anima conſilium.*

5 *Voluntatis quod ab initio eſt, fit ex poſt facto neceſſitatis. declaratur pluribus. à num.50.*

6 *Hæres, adeundo hæreditatem, quaſi contrahit cum defuncto, quod eius implebit voluntatem.*

7 *Legatarius legatum agnoſcens quaſi contrahit cum defuncto quod ſcriptam implebit legato legem.*

Vt poſſit etiam cogi.

8 *Hæres non in plus tenetur quàm teſtamento implere iuſſus eſt.*

9 *Teſtatoris voluntas lex eſt.*

Atque ita ſeruanda, vt ſcripta fuit n.10.

11 *Teſtamento quod ſcriptum non eſt, ſuperſtitioſa adinuentione præſumendum non eſt.*

12 *Legatarius voluntatem teſtatoris ſeruare debet, neque in plus, quàm ille dixit.*

Argumentum ab hærede ad legatarium & è contrà, rectè ducitur.

13 *Miſſarum onus multiplicatim faciendum à teſtatore iniunctum, non eſt ab hærede in miſſas perpetuas transferendum, ratio aſſertur num.18. & num.39.*

14 *Teſtator quod non dixit, neque nos dicere debemus.*

Alioquin qui affirmat probare tenetur.

15 *Negatiua facti, ex ſcriptura probatur. & num.56.*

Vt qui in ſcriptura non reperitur, ſcriptus haud dicatur num.16.

17 *Omne, quod in actis ſcriptum non reperitur, non actum præſumitur.*

19 *Teſtatori nihil magis debetur, quàm quod firma ſit eius voluntas.*

20 *Voluntates fidelium pias violare æquum non eſt.*

Non tamen ſunt grauandi hæredes vltra quam ipſi dixere.

Quin impietas dicitur voluntatem violare defuncti, num.22.

21 *Voluntatem impleri teſtatoris pium eſt opus.*

23 *Iuſtitia nemini iniuriam facit, ſed cuique quod ſuum eſt tribuit.*

Et inæqualitate conſiſtit, vt iniuſtitia in inæqualitate num 64.

24 *Verba mentem indicant diſponentis.*

Propterea enim homini data ſunt. n.25.

26 *Miſſas ſucceſſiue faciendas demandaſſe teſtatorem ex quibus arguitur quia, id erat magis animæ ſuæ proficuum num. 39. & num.42.*

27 *Verba (tot miſſas, tante meſſe) multitudinem comprehendunt.*

28 *Sacrificia multiplicata plus proficiunt animabus purgatorij ad illarum accelerandam pœnarum ſolutionem.*

Quam annua, ratio redditur num.42.

Interim vero donec offerantur liberationē non conſequuntur num. 29.

Quoad meritum tamen inſtituentis, atque maiorem Dei gloriam & populi commodum, non minus proficiunt annua, num. 30.

31 *Meritum eſſe non poteſt ſine voluntatis conſenſu.*

Neque ob opus non intentum, cum meritum, à voluntate dependeat, nullumque bonum ſit, niſi voluntarium.

32 *Meritum procedit à voluntate libera ſimul*

cum gratia.

33 *Meriti Definitio.*

34 *Meritum eſſe minime poteſt ſine opere bono à voluntate libera proficiſcente. neque ſine actu à libera voluntate proficiſcente. n. 35. in fin.*

35 *Locus Matthæi 16.26. Et tunc reddet vnicuique iuxta opera eius. elucidatur.*

36 *Actus humanus, vt talis ſit, debet eſſe à ratione, & voluntate deliberata.*

37 *Voluntas, & propoſitum diſtingunt maleficia.*

38 *Teſtator quod non cogitauit, neque aſſerendum.*

40 *Hæredi parcendum eſt, ne nimium inſoluendo grauetur.*

Quod voluiſſe teſtatorem præſumitur n. 41.

Et proinde ſolutionem diutiſm, & intempore faciendam demandaſſe.

43 *Teſtator diſponendo ad pia in gratia, ex opere operantis meritum conſequitur.*

Et ex operato per oblationem ſacrificiorum pœnarum purgatorij acceleratam ſolutionem.

Quod non ſuccedit ſi ſacrificia differantur, num. 44.

45 *Voluntas teſtatoris, & lex modis omnibus ſeruanda.*

Et in vtilitatem cedit Eccleſiæ n. 46.

Quod curare debent epiſcopi num. 47.

Quia ſola lex teſtatoris ſequenda eſt n. 54.

48 *Epiſcopi piarum diſpoſitionum omnium exequutores ſunt etiam tanquam ſedis Apoſtolicæ delegati. num. 49.*

50 *Electio celebrandarum miſſarum ſemel facta reuocari non poteſt.*

Declara ſi hoc fiat per pactum num. 51.

Vel ſi de alterius præiudicio agatur.

Vel ſi per contractum, voluntariè ab initio obligatio interceſſit. num. 55.

Vel volantate libera ſine obligatione aliqua facta electio fuit. n. 57. & 65.

Vel ſi per errorem facti num. 66.

Vel ſi ſatisfactum iam ſit legato, n. 75.

53 *Mutare conſilium nemo poteſt in alterius præiudicium.*

58 *Facultatis quæ ſunt, obligationi non ſubijciuntur.*

Etiam ſi per centum annos continuatum fuerit. n. 59.

Quia poterit ex libito voluntatis reſcindi num. 60.

60 *Libertas quid.*

61 *Regulares exempti ex priuilegio, ne ad proceſſiones accedant, ſi acceſſerint voluntariè, non tamen ex hoc coguntur, ne poſſint non accedere.*

62 *Voluntas à volando dicta, & quare?*

63 *Voluntatem impleri teſtatoris ſufficit hæredi, vel legatario.*

67 *Errare eſt aliud pro alio putare.*

68 *Error tollit voluntarium.*

Quia nulla eſt errantis voluntas, nullus conſenſus.

Quæ ſanè regula nullam admittit limitationem num. 69.

70 *Electio ſemel facta vnius de duobus minime reuocatur, facta iam ſolutione.*

Etiam ſi quod maius eſt ſoluere hæres eligat. nu. 71.

Reſtringe tamen ſi adhuc inpudenti voluntas ſit. n. 72.

Atq. etiam in annuis præſtationibus. n. 74.

73 *Annuæ præſtationes tot ſunt, quot ſunt anni quibus præſtantur.*

76 *Solutione facta, tollitur eius, quod debebatur obligatio, illaque euaneſcit.*

ARGVMENTVM.

Legato relicto, ſemel præſtando pro tot miſsis faciendis, ſi illas annuas fieri fecerit legatarius: viliſque poſtmodum ab annuis faciendis recedere; an valeat vel cogi poſsit ad proſequendum, quòd ab initio præſtationem hanc elegerit? ad intellectum regulæ *quod ſemel placuit 21. de regul. Iur. in 6.* & an conducat animæ teſtatricis multiplicatas offerri, vel annuas? non inutiliter diſſeritur.

RESPONSIO LXVII.

Domina Liuia Piſcicello ex nobilibus Ciuitatis Neapolis anno à nato Saluatore 1592. ſupremum trahens ſpiritum tabulas ſcribens nouiſſimas, voluntatis ſuæ vltimum rogauit elogium, quod morte ſubſequuta confirma-

1 „ tum fuit. Teſtamentum enim in mor-

„ tuis

,, tuis confirmatur: alioquin non dum valet,
,, dùm viuit qui teſtatus eſt. vt Paulus ad
Hebraeos 9. 17. loquitur. *cap. cum Martha 6.§.ceterum de celebrat.miſſarum l.1.ff. de teſtam.l.3.in fin.ff.de adimend.legat. S.Thom. 2.2.q.185.art. 8. ad tertium in fin.* In illo
itaque animæ ſuæ curam agens, vt ſuccur-
2 reretur ei poſt obitum, quando iam am-
plius operari non poterat, in termino con-
ſtitutæ, vt quantocius à pœnis ſolueretur
3 purgatorijs vi incruenti ſacrificij, quod
ſummè propitiatorium eſt. *can. non æſtimemus 19.can.pro obeuntibus 21.& can.anima defunctorum* 22.13.q.2. Sacrum Tridē-
tinum Concilium *in decreto de purgatorio*
4 *ſeſſ.*25. Suaq. daret dum ſua erant, Vulgatū
iuxta illud conſilium.
,, *Da tua dum tua ſunt; poſt mortem tunc tua non ſunt.*

Venerabili Monaſterio Monialium ſub Inuocatione Sanctorum Marcellini, & Feſti, cuius in Eccleſia ſuum humari cadauer voluit, ſexcentum legati nomine reliquit: ſequentibus diſponeus.

,, *E voglio, che paſſando da queſta preſente*
,, *à miglior vita, il corpo mio ſia ſepellito nella*
,, *venerabile Chieſa di Sancto Marcellino del-*
,, *le Monache di queſta Città. Al quale Mo-*
,, *naſterio Io predetta Teſtatrice laſcio per*
,, *una volta docati ſeicento in trè anni, ogni*
,, *anno ducento docati, per li quali le Signore*
,, *Monache di detto Monaſterio, & ſignanter*
,, *la Signora Sor Diana Piſcicella mia ſorella*
,, *ſiano tenute farne celebrare tante meſſe per*
,, *l'anima di me predetta Teſtatrice, per la ſum-*
,, *ma pero de ducati quattrocento tantum, e l'al-*
,, *tri docati ducento voglio s'intendano laſciati,*
,, *ſin come li laſcia alla detta Signora Suor*
,, *Diana ſua Sorella per ſue comodità.*

Poſt duos annos à defuncta Teſtatrice, pecuniæ prædictæ ſexcentorum ſolutæ fuere Monaſterio. Moniales verò quatuor centum ex eis proprio monaſterij nomine in emptionem vertere annui cenſus ducatorum viginti otto, cum Vniuerſitate, & Ciuitate Neapolis ſuper gabellis, & datijs illius. Curauerunt Moniales à tempore illo ſingulis annis ex dictis annuis 28. tot miſſas pro Anima Teſtatricis præfatæ in earum offerri Eccleſia. Miſſarum huic oneri in præſentem vſque diem factum eſt ſatis. Quam ob cauſam Miſſarum numerus ſummam implet nouem millium, & amplius. pro dictis vero quatuor centum, quatuor millium Miſſarum numerus implendus fuiſſent. Villent nunc Moniales oneri huic ſe non amplius teneri aſtrictas, quòd voluntati ex abundanti paruerint defunctę Teſtatricis, negotiumque ſatis vtile pro anima geſſere illius.

Sunt tamen, qui ſcrupulum eis faciant, quòd annis ſingulis miſſas celebrari fecerunt, vt in perpetuum ſe ad id onus aſtrin-
xiſſe videantur, vt quod fuerit ab initio
5 voluntatis, ex poſt facto neceſſitatis euaſerit, ad regulam, *quod ſemel 21. de regul. Iur. in 6. l. ſicut 5.C.de actionib. & obligationib. l. ſi quis.35.§. ſi autem hoc minime. verſ. cum enim in arbitrio C. de donationib. §. alia Inſtitutionib. eodem tit.*

Non teneri eas ad onus hoc annuum conſulti reſpondimus. Neque profecto ſine ratione.

6 Quemadmodum nempè, qui hæres di-
ctus eſt alicuius in ſupremis illius tabulis,
quaſi contrahere cum defuncto videtur,
(hæreditatem adheundo,) quòd eius ſer-
uabit voluntatem, ſcriptiſque legatis fa-
ciet ſatis. *ad tex. in l. ex maleficijs 4. §. hæres quoque vbi Gloſſ. verbo intelligitur ff. de obligat. & actionib. §. hæres quoque inſtitut. de obligat. quæ ex quaſi contractu naſcuntur.* Seruabitque omnia, quæ ſcriptis tabulis demandata fuere. *Bald. in l. mutuam §.1.ff. de acquir. hæred. Surdus conſ.* 143. *num.* 9. *lib.1. Viuius deciſ.*17. *num.* 3. diximus *reſp. noſtra 7.num.11.& 13.& reſponſ.17. nu. 17. par.1.*

6 Ita pariter & legatarius, ſcriptum ſibi
legatum agnoſcens, quaſi coutrahere cum
defuncto videtur, quod eius implebit vo-
luntatem, iniunctumque onus ſubibit; vt
cogi poſt modum poſſit illud implere; ex
ratione, non planè contemnenda, quam
refert legislator Iuſtinianus Imperator *in l. vnica §. pro ſecundo verò C. de caduc. tollen.*
,, *Omnes perſonas,* (dicens) *quibus lucrum de-*
,, *fertur, eas etiam grauamen, quod ab initio*
,, *fuerat complexum, omnimodo ſentire, ſiue in*
,, *dando ſit conſtitutum, ſiue in quibuſdam fa-*
,, *ciendis. Neque enim ferendus eſt is, qui lucrū*
,, *quidem amplectitur, onus autem ei annexum*
,, *contemnit.* Concinit regula. *Qui ſentit. 55. de regul. Iur. in 6. & Gloſſ. in cap 1. verbo conſolationum. de ſepultur.* diximus *reſponſ. 5.num.11.par.1.*

8 At qui verò hæres; qui ita cum defun-
cto quaſi contraxit, non in plus tenetur,
9 quàm ipſe teſtamento dixit; quia lex eſt
eius voluntas, ad *tex. in §. diſponat in auth. de nupt. collat.4. Gloſſ in can. vltima voluntas 13.q.2.§.1. Inſtitutionib. ad legem falcid.*
10 *l.1.ff. eod.* Vt ſicuti dicta, ſcriptaque lex eſt,
ſeruanda ſit, neque in plus protendenda,
quàm ſcriptum reperitur, iuxta illud Domini ad Phariſeos. *Ioan. 5. 39. Scrutamini ſcripturas.* & illud eiuſdem ad legis quendam peritum, qui interrogauerat eum: *quid faciendo vitam æternam poſſidebo? Luca* 10.25. (*In lege quid ſcriptum eſt? quomodo legis?*) reſpondentis. Vt innueret planè,
legem ſeruandam, ſecundum quòd in il-
la ſcriptum reperitur: alioquin quod dictū
11 in illa non inuenitur, ſuperſtitioſa ad in-
uentione non eſt præſumendum: vt Stephanus Papa loquitur ad Humbertum

Epiſcopum Moguntinum ſcribens *can. conſuluiſti* 20.2.*quæſt*.5. argumento etiam *tex.in cap*.2. ibi; cum nuſquam reperiatur in iure cautum,*& ibid.Gloſſ.verbo cùm nuſquam,ne ſede vacante l. diſſidentis* 5. *C. de repud.*

12 Ita planè & legatarius. quia legem ſeruare tenetur, quam dixit ei teſtator, qui legatum rogauit; ne legato ſe indignum reddat,quaſi contra defuncti legem veniẽtem. *can.Syluester* 13. *vbi Gloſſ.* 11. *quæſt*. 1. *l.fin.C.de fideicommiſſ.Nauar.conſ.9.num*.6. *lib*.3.*de empt.& vendit.* diximus *d. reſponſ.* 7.*nu*.4. Quo ſanè argumento Papinianus vtitur ab hærede ad legatarium, *in l.legatis* 82.*ff.de legatis* 2. Quemadmodum & contrà à legatario ad hæredem.

At lex legato per teſtatricem hanc noſtram monaſterio dicta, non fuit, vt miſſę, perpetuo annis ſingulis celebrarentur, ſed ſimpliciter quatuor centum reliquit,adie-
„ cta lege: *per li quali le Signore Monache di*
„ *detto Monaſterio,e ſignanter la Signora Sor*
„ *Diana Piſcicella mia ſorella, ſiano tenute*
„ *farne celebrare tante meſſe per l'anima di*
„ *me predetta teſtatrice per la ſumma di detti*
„ *docati quattro cento tantum.*

Non ad maius itaque onus Moniales tenebuntur,quàm data lex per teſtatricem eis præſcripſit: ea quidem ratione, quam Imperator affert in *l. illam* 19. *circa med. C.de collationibus* dicens: *Quod nulla conſtitutio ſuper huiuſmodi collationibus poſita eſſet.*

13 Inde itaq. (vt conſequentiam ex propoſitione inferamus) ad onus miſſarum perpetuum non tenebuntur Moniales pro legato præfato quatuor centum; quia nulla ſuper huiuſmodi celebratione perpetuò facienda, conſtitutio per teſtatricem
14 poſita eſt. Quod teſtatrix itaque non dixit, neque nos quoque dicere oportebit: Vel qui poſitam legem eſſe dixerit, ipſe probare debeat. vt *Surdus* docet *deciſ*.195. *num*.4.nos ipſi *reſponſ*.35. *num*. 7. 8. *&* 9. *par*.1.

15 Nos enim negatiuam hanc: non impoſuiſſe hoc onus miſſarum perpetuarum teſtatricem, ex ipſa deducimus ſcriptura teſtamenti,iuxta *Gloſſ*.receptam *in l.Iuſtũ 6.in Gloſſ.*1.*in fin.C.de edendo, ex tex.* ipſo,
„ ibi: *Vt rationibus publicis exhibitis,conſtet,*
„ *quantum ſub nomine ſuo ſolutum ſit.* Sequẽ-
„ tibus nempè dilucidius *Gloſſ. Nota* (in-
16„ quiens)*per librum probari affirmatiuam,*
„ *& negatiuam.Vnde omnis, qui reperitur in-*
„ *ter non ſoluentes, videtur non ſoluiſſe: & ſi-*
„ *militer omnes qui reperiuntur non deſcripti*
„ *in libro,præſumuntur non ſoluiſſe.* his *Gloſſ.* quam ſequitur.*Bart.in l.fin. C.de rebus credit. Cephal.conſ.*144.*num*.1. *lib*. 1. *Vant. de nullitate. tit. de nullitate ex defectu mandati num*.62.*Rota part*.1.*diuerſ.deciſ*.64. *n*. 1. *& apud S.memoria Gregor. XV. deciſ.* 433. *num*.3.*apud Card. Manticam deciſ*.34.*nu*.9. *& apud Duran. Epiſcopum Vrgellen. deciſ.* 2.*n*.3.*& deciſ*.6.*num*.6.*Surd. conſ*. 28. *num.*
17 114.*lib*. 4.*Gerius ſpinius conſ*.1.*n*.1.Quia nimirum omne,quod in actis ſcriptũ nõ reperitur,non actum præſumitur, argumẽto *tex.in l.fin.C.de Iuris & facti ignorant. Paris.de reſignat.lib*.11.*q*. 14. *n*. 67.*Rota apud S. memor. Gregor.XV.deciſ*.13.*num*.10.

18 Non itaque ſcriptum reperitur in teſtamento: Moniales ad miſſas in perpetuum celebrandas annis ſingulis teneri, quòd id teſtatrix non dixit.Non igitur ad onus hoc tenebuntur.Legatum quippe fuit (*per vna volta tantum per tante meſſe.*) Seruanda igitur ſcriptura erit teſtamẽti: neq; præter quam quòd ſcriptum fuit grauandi legatarij. Quod ita lex per teſtatricem dicta ſit,
19 cui non aliud magis debetur, quàm quod firma ſit eius voluntas.*l*.1.*C de ſacroſanctis Eccleſ.*

20 Sicuti enim pias fidelium voluntates in eorum conſtitutione violare æquum non eſt:ſic etiam,vt hoc colore heredes ſcripti, vel quibus legato aliquid relictum eſt, in ſeruitutem redigantur,vel graui præmantur onere,non eſt permittendum. vt verbis vtamur,& ſenſu à Spiritu ſancto dictatis in ſacro Sancta Tridentina Synodo *ſeſſ*. 25. *cap*.5.*in princip. de reformat.*

21 At pium eſt opus voluntatem impleri teſtatorum,ad *tex.in l*.1.*C ad legem falcid.* ſequitur *Facchinaus Illuſtrium controuerſ. lib*.13.*cap*.63.*in fin.verſ. non obſtat tex.* diximus *reſponſ*.20.*nu*.47.*& reſponſ*.31.*num*.36. *part*.1.

22 Pietatem igitur haud ſequemur, ſi contra voluntatem defunctæ teſtatricis,quæ rebus ſuis talem legem dixit,hæredem,vel legatarium contra iuſtitiam grauauerimus. *l.contra voluntatem*.7.*C.de teſtamentar.manumiſſ.& l.nulli licere* 28.*C. de epiſ. & cleric. Cephal.conſ* 497.*num*.48.*&* 49.*lib*.4. *& conſ*.64. *n*.15.*vol*.5.

23 Cùm alioqui iuſtitia nemini iniuriam intoget,æqualitatemque ſeruet,atque cuique quod ſuum eſt tribuat.*l.iuſtitia* 10.*ff.de iuſtit.& iur.can.ius naturale diſt*. 1.*cap. ex ore* 17.*in princ.de priuileg.S.Thom*.2.2.*q*.62.*art*. 1. 2.*&* 3.

Quod verò Teſtatrix miſſarum celebrationem ſucceſſiue faciendam,& non perpetuò annis ſingulis, indixerit, dilucidius aſtruitur ex verbis eius ſupra relatis, quæ
24 mentem indicant diſponentis, iuxta Celſi ſenſum *in l.labeo* 7.§.*id Tubero ff.de ſuppellectili legata*.& Auguſtinus in *enchyridion.cap*. 22.relatus *can. ii autem* 4.22.*qu*.2.dicentis:
25„ *Et vtique verba propterea inſtituta ſunt, non*
„ *per quæ ſe inuicem homines fallant, ſed per qua*
quiſ-

„ *quiſque in alterius notitiam cogitationes ſuas*
„ *proferat* .
Apertè namque teſtatrix miſſas ſucceſ-
ſiuè faciendas pro animæ ſuæ ſalute demã-
„ dauit,dùm dixit: *Per li quali le Signore Mo-*
„ *nache di detto Monaſterio* , *& ſignanter la Si-*
„ *gnora ſuore Diana Piſcicello mia ſorella* , *ſiano*
„ *tenute farne celebrare tante meſſe per l'anima*
„ *di me predetta teſtatrice* , *per la ſumma però di*
„ *ducati quattro cento tantùm* .
26 Dum enim miſſas deſignauit , ac nume-
„ rum earum,dicens. *tante meſſe, per la ſumma*
„ *però di docati quattro cento tantùm*; Miſſas vti-
que ſucceſſiuè faciendas demandaſſe , ne-
mo (ſi ſapiat ipſe)inficias ibit. Verba quip-
27 pè illa(*tante meſſe,tot miſſas*): multitudinem
comprehendunt,ad *tex. in l. Titia cum teſta-*
mento 35. *ff. de legat.*2. in verbis illis Mode-
„ ſtini : *Cùm in miniſterium tuum tot capita ſer-*
„ *uorum tibi bis codicillis legauero.* quibus *Gloſſ.*
verbo tot capita interpretationem adhibet.
dicens : *quaſi dicat multa.* ſequiturque *Albe-*
ricus in dictionario verbo Tot capita. Multitu-
dinem itaque miſſarum pro ducatis qua-
tuor centum,vna vice relictis,demandauit
verbis illis Teſtatrix,non vero annuas ſin-
gulis annis faciendas.
Neq. hoc plane ſine prudenti conſilio ,
28 & ratione feciſſe Teſtatrix videtur . No-
uerat quippè plus proficere animabus in
purgatorijs pœnis purgantibus, ad illarum
accelerandum ſolutionem,ſacrificia ſimul
multiplicata offerri,quàm ſi ſucceſſiuo tẽ-
pore ſingulis annis offerrentur. Ratio verò
in promptu eſt ; quia pluris proficit ſacrifi-
cium ex operato in opere,& exercitio ad li-
berationem accelerandam à pœnis purga-
toriis;quàm in propoſito,& deſtinatione,
ſiue in actu ſignato oblatum . Cùm inte-
29 rim,donec actu offeratur, animæ fructum
minime ex operato conſequãtur, neque li-
beratio ex illis, (quæ omnino grauiſſimæ
ſunt,)vi ſacrificij,ſubſequatur. *S.Thom.quod*
lib.6.qu.8.art.13.& in 4 diſtinct.45. qu.2.ar.2.
in 2.q.ad quartum.S.Anton.in ſumm.par. 1.*tit.*
10.*c.*2.§.5.*in fin.verſ.Item eum quæritur.Card.*
à Turre Cremata in can.qui oblationes 13.*qu.*2.
*Nauar.man.cap.*17. *num.*68. plures alios re-
tulimus *reſponſ.noſtra* 29.*num.*23.24. *&* 25.
*par.*1.*Homobonus de Bonis de humanæ vitæ ſta-*
*tibus.par.*2. *cap.* 28. *num.*4. *fol. mihi* 834.*verſ.*
quòd etiam pertinet .
30 Quamuis tamen , quoad meritum inſti-
tuentis propter maiorem Dei gloriam , &
meritum multitudinis,eiuſque commodũ,
proficiat nec minus ſi ſucceſſiuo tempore ,
atque continuato in ſingulos annos in per-
petuum ſacrificia offerantur . ſecundum
*Petrum à Palude in quartum diſt.*45. quem ſe-
quitur *S. Antonin. d.tit.*10. *cap.* 2. §. 5. *in fin.*
verſ.item cum quæritur Idem Card.à Turrecre-
mat.can.quia alij 24. 13. *qu.* 2. *Gabriel Biel in*
canon miſſæ lection. 58. *verſ. ſed hic incidit fol.*
538. *Pater Paulus Fraxinella de obligat. ſacer-*
*dot ad miſſas celebrandas ſect.*4. *cunclu.ſ*4. §.6.
*num.*1.*&* 2.
Verùm hoc ſecundum non intenderat
Teſtatrix hæc noſtra , quæ miſſarum ſuc-
ceſſiuarum, continuatarumq. oblationem
deſtinauerat , vt citiùs à pœnis purgatorijs
liberaretur vi , efficaciaque incruenti ſa-
31 crificij. Non igitur ei ad meritum ob opus
minime intentum profeciſſet : Cùm ſanè
meritum eſſe non poſſit abſque voluntatis
conſenſu . *Sanchez* alios referens *de matrim.*
*lib.*2.*diſput.* 26. *num.* 6. Namque meritum
principaliter ab intentione , & voluntate
dependet,ſecundum *S.Thom.quodlibet.* 6.*q.*
8.*art.* 13. *in corp. in fin.* Nullum quippe bo-
num,niſi voluntarium. *can. præſens clericus.*
4.§.*quapropter.*20 *q.*3.*Syluester.in ſumm. ver-*
*bo metus.q.*8.*verſ.quæ autem requirunt liberum*
conſenſum. vbi numerat 8. ac primo quæ sũt
meritoria; quæ ſine voluntate libera talia
32 non efficiuntur . Subſtantia enim actus , à
quo meritũ procedit , eſt à libero arbitrio,
ſeu voluntate ſimul & à gratia; à volunta-
te quidem,tanquam à potentia,à gratia ve-
rò ratione habitus . *Gabriel Biel in can. miſſæ*
*lect.*29.*fol.mihi* 205.*verſ pro cuius intellectu.S.*
*Thom.*1.2.*q.*111.*art.*2.*in corpore in fin.& q.*71.
*art.*5.*ad primum* infra referendus. Meritum
33 nempe,vti definit illud(*Nauarr.in man.præ-*
*lud.*7.*num.* 2.) eſt actus humanus bonus fa-
ctus ab eo , qui habet gratiam Dei gratum
facientem. cuius meminit *Gloſſ. in Clement.*
1.§.*verùm quia fin.in verbo omnibus de ſumma*
Trinit.& fide catholica .
34 Sed meritum eſſe non poteſt ſine opere
bono à voluntate libera proficiſcẽte,iuxta
illud Chriſti Domini *Matth.*16.17. *Et tunc*
35 *reddet vnicuique ſecundum opera eius.* ſuper
quibus verbis *Hieronymus lib.* 3. *commenta-*
„ *riorum.* ſequentibus dicit : *Non eſt diſtinctio*
Iudæi,& ethnici,viri,& mulieris,pauperum, &
diuitum,vbi non perſonæ , ſed opera conſideran-
tur . & *Dionyſ. Carthuſ. ibidem.* tunc reddet
vnicuique ſecundum opera eius:*ideſt ſecun-*
dum exigentiam meritorum ſuorum per opera .
Non itaq. meritũ eſſe potuit in hac par-
te propter maiorem Dei gloriam, ob cele-
brationem miſſarum perpetuò annis ſin-
gulis faciendarum;Cùm neque hoc inten-
derit,neque demandarit Teſtatrix. Meritũ
autem non poteſt eſſe ſine actu, quia opor-
tet vt aliquid faciat voluntariè , vt *S.Thom.*
dicit 1. 2. *d. qu.* 71.*art.*5. *ad primum.can. ſicut*
enim 10,32.*q.*5.
36 Et quidem actus humanus,vt verè huma
nus dicatur,oportet,vt fiat ab homine,cùm
eſt dominus ſuorum actuum per rationẽ ,
& voluntatem deliberatam , vt ſine delibe-
rata voluntate actus humanus minime di-
catur. *S.Thom.*1,2.*qu,*1.*art.* 1.*in corpor. & in*
addit.

addit ad 3.part.qu.23.art.1. cap. cùm voluntate
54.de ſent. excommunicat. & gloſſ. ibid. verbo
voluntate. argumento.*tex.in l.qui iniuriæ cau-*
ſa 55.ff. de furtis. ex ratione, quam Paulus
37 „ refert: *Nam maleficia* (inquiens) *volun-*
„ *tas,& propoſitum delinquentis diſtingnnt.* Vt
ſine propoſito,& voluntate libera agentis,
delictum minime dicatur,*cap. ſignificaſti* 18.
§.nos in præmiſſo caſu de homic.extra, diximus
reſponſ.noſtra 9.num. 8.par. 1. ſicuti neque
bonum,neque conſequenter meritum (vt
diximus in ſuperioribus.)

At nullam habuit voluntatem hæc no-
ſtra teſtatrix ad miſſas ſingulis annis faciē-
das,vt maiorem Dei gloriam intendiſſe vi-
deretur, cùm id minime expreſſerit: ergo
nec meritum propter voluntatem illam
non habitam,conſequuta fuiſſet. Non igi-
tur aſſerendum,quod illa nec cogitauit. ad
tex.in l. vnic. §. ſi autem ad deficientis C. de ca-
38 *ducis tollend.* Standum ergo erit proprietati
diſpoſitorum per teſtatricem, vt tot miſſæ
ſucceſſiuæ, & multiplicatæ celebrarentur
pro quatuor centum relictis, quot pro illis
ad ſtatutam eleemoſynam pro ſacris ope-
rante intercedere poterant: Quia id erat
39 magis animæ ſuæ proficuum, vt à pœnis
purgatoriis quantociùs ſolueretur, atque
ad diuinum contemplandum vultum, ſo-
le ſplendidiorem, maturaret; vt ſatiaretur
per aperitionem gloriæ eius iuxta Regii
pſaltes dictum *pſalm.16.15.Satiabor.*(dicen-
tis)*cum apparuerit gloria tua.*
„ Tunc ergo ſatiabitur deſiderium iuſti,cum
„ diuinæ veritatis claram viſionem, atque
„ immenſæ bonitatis beatificam fruitionem
„ adeptus fuerit.vt *Dionyſ.Carthuſ ibid.*in tro-
pologica expoſitione dicit: quia iuſti ex-
plentur cum euigilauerint per apparitio-
nem ſimilitudinis,ideſt faciei Dei in æter-
na gloria.ſecundum *Auguſtin. Steuchium,*ex
Hieronymo ex fonte Hebræorum.*eod.pſal.*

At id facilius aſſequuta teſtatrix fuiſſet
per miſſas continuato tempore faciendas.
Id igitur tantùm intendiſſe teſtatrix vide-
tur, non miſſas annuas, quæ in annos plu-
res differuntur,neque ei ita prompto, præ-
ſentaneoque remedio iuuiſſent,vt à pœnis
expediretur purgatoriis.

Adiuuantq.perpenſionem hancꝙ teſta-
trix triennio ſexcenta ſolui mandauit, vno
„ quoque biennio biſcenta: dicens *laſcio per*
„ *vna volta docati ſeicento in tre anni, ogni anno*
„ *ducati ducento, per li quali le Signore Monache*
&c. Cùm enim diuiſim, atque in temporè
ſolutionem fieri mandauerit, vt commo-
dior hæredi ſolutio ſuccederet, neque ad
ſoluendum vrgeretur, atq. cū ſacco adire
teneretur,vt Paulus loquitur *in l. quod dici-*
mus 105 ff.de ſolutioninib. & Papinianus *in l.*
vnum ex familia 69. § ſi rem ff. de legat. 2. ex
ratione, quam ibidem ipſe reddit, dicens;

41 „ *Nam ſuccurſum eſt heredibus, ne cogantur*
„ *redimere,quod teſtator ſuum exiſtimans reliquit,*
„ *ſunt enim magis in legandis ſuis rebus, quàm in*
„ *alienis comparandis, & onerandis hæredibus*
„ *faciliores voluntates.* ſic ille vir maximus in-
ter Iureconſultos.

Voluiſſe vtique illam miſſas multiplica-
tas ſucceſſiue faciendas potius relinquere,
quàm annuas perpetuò, facillimo indicio,
qui ſapit ipſe,venabit. Quòd hoc pacto ani-
42 mæ ſuæ conſultiùs prouiſum eſſet; illaque
hac piiſſima cauſa per accelerationem ſuf-
fragiorum,ac pœnarum ſolutionem,conſe-
quenter ſubleuaretur, iuxta verba Impera-
toris *in Authent. vt cùm de appellat. cognoſci-*
tur cap.3.§.ſi vnum de prædictis in fin.collat.8.

43 Duplexque ex hac parte hauriret, & ipſa
commodum;& quòd meritum conſeque-
retur ex opere operantis,(ut dicunt Theo-
logi) per demandatam ſacrificiorum obla-
tionem in gratia(ut præſumendum eſt) fa-
ctam;& ex operato, per ſacrificiorum ipſo-
rum multiplicatum cumulum,ut à purga-
toriis pœnis facilius ſolueretur. Quod ſa-
44 nè non eſſet ſi ſacrificia ipſa in exercitio
minime offerrentur,uel ſaltim differreren-
tur.ſecundum *S.Doctorem Aquinatem in ſup*
plem.3.par.qu.71.art.6 ad 4. & in quartum d.
diſt.45.qu.2.art.2.ad ſecundam qu in reſponſ.ad
quartum,& quodlibet.6.qu.8.art 3. diximuſq.
reſponſ.noſtra 4. alios plures referentes *num.*
77.par.1.

45 Huic igitur ſtandum fuerat legi, quam
teſtatrix monialibus indixerat,quam præte-
rire non poterant; Cum illa modis omni-
bus conſeruanda ſit: ut Gregorius Papa
præcipit *can.vltima voluntas.4.13.qu.2.*& ad
Ianuarium Caralitanum Epiſcopum ſcri-
bens *lib.3. in regiſtro epiſt. 9.* relatus *can. ad-*
monere 14. 16.qu. 1. Epiſcopum admonet,
ne permittat pias defunctorum uoluntates
46 ſua remiſſione caſſari. Quin magis,Eccle-
ſiaſticæ vtilitatis conſiderationem hoc po-
ſtulare; ex iuſta diſpoſitione,teſtatoris ſer-
uandum eſſe arbitrium, ut Gelaſius Papa
admonet *canon conſideratio. 15. eadem cauſa*
47 *16.qu.1.* Et hoc modis omnibus curare de-
bere Epiſcopos:pias impleri diſponentium
uoluntates, ſummi demandauere Roma-
næ Eccleſiæ Pontifices in ſuis decretalibus
epiſtolis,inter quas *tex.cap.nos quidem.3.cap.*
ſi hæredes.6.c.tua nobis.17.c. Ioannes.19.de te-
ſtament. extrà. & Clement. quia contingit. 2.de
religioſ.domib. ac Sacrum Trident.Concil. ſeſſ.
22.cap.8.& 9.de reformat.

48 Quòd ipſi piarum diſpoſitionum omniū
iure exequutores ſint, ut in dictis canoni-
bus diſponitur, atque præſertim à dicta ſa-
croſancta Tridentina Synodo,demādatur;
49 quæ etiam tanquam Sanctæ Sedis Apo-
ſtolicæ Delegatos procedere ad piarum
uoluntatum Defunctorum Chriſti fideliū

exe-

exequutionem Epiſcopos, præcipit.
Non attendendum igitur ad id, quod in
initio monialibus ad ſcrupulum fouendum
afferebatur; fuiſſe hanc miſſarum electionẽ
50 ſingulis annis perpetuò faciendarum vo-
luntariam; euaſiſſe proinde ex conſequen-
ti neceſſariam; non poſſe propterea ab illa
nunc reſilire.
51 Primo, quia nulla in hoc interceſsit pa-
ctio, quæ ad ſtandum pactis Moniales cogat
52 *ad text. in cap. 1. de pactis, & l. 1. ff. eod.* Neq; de
alterius in hoc agitur preiudicio, quod per-
dẽdit *Glo. in d. regula quod ſemel jn fin. verſ. Et
quod alterius interſit.* Et eſt vnum, de quatuor
requiſitis, quæ *Gloſſ.* enumerat *ibid. in gloß. 1.*
ſequiturque *Ioann. Andræas ibid.* affertque
53 *Gloſſ.* regulam *33. eod. de regul. iur. in 6.* Mu-
tare conſilium nemo poteſt in alterius prę-
dicium; vt ſecus eſſe debeat, ſi de nullius
præiudicio agatur.
De nullius verò præiudicio, quod hic
agatur fit ſanè manifeſtum. Non de ani-
ma teſtatricis; quia voluntati eius iam fa-
ctum ſatis eſt per miſſas quatuor mille, quas
ſuo legato demandauit, ſecundum legem,
54 quam ipſa dixit, quæ ſola ſequenda eſt per
text. dict. §. diſponat. in auth. de nupt. Non de al-
terius, quia nullus alius eſt, qui intereſſe in
hoc prætexere poſſit, quia de ſola anima
ſua legem ſanxit teſtatrix per verba illa: *per
l'anima di me predetta teſtatrice per li detti du-
cati 400. tantum.* Non populi quoque, quia
de eo non meminit per miſſas perpetuò fa-
ciendas, quas non demandauit. Vt quod illa
non dixit, neque nos dicere oporteat, vt in
ſuperioribus oſtendimus.
55 Deinde, quod regula exauditur, quando
ex contractu Moniales ad miſſas perpetuò
faciendas ſe voluntariè ab initio obſtrin-
xiſſent; vt apertiſsimis verbis Imperatores
Diocletianus, & Maximianus Camerino,
& Marciano Conſulibus *d. l. ſicut initio 5. C.
de actionibus, & obligat.* reſcripſere. Sic enim
„ ipſi. *Sicut initio libera poteſtas vnicuique eſt, ha-
„ bendi, vel non habendi contractus: ita renuncia-
„ re ſemel conſtitutæ obligationi, aduerſario non
„ conſentiente, nemo poteſt. Quapropter in-
„ telligere debetis voluntariæ obligationi ſe-
„ mel vos nexos, ab hac, non conſentiente alte-
„ ra parte, cuius precibus feciſtis mentionem,
„ minime poſſe diſcedere.* Ita illi. Ad hãc autem
legem non ſe adſtrinxere contractu aliquo
Moniales, ergo nec dicendum; cum hoc nõ
55 appareat. At negatiua per Scripturæ, vel
actorum reuolutionem detegitur. (vt in ſu-
perioribus diximus.)
57 Præterea hoc egerunt moniales volun-
te libera, nulla ſubſequente obligatione,
quæ illas ligaret perpetuò miſſas celebrare
ſingulis annis, poterunt igitur quandocun-
que ab hac parte, quæ ſemper voluntaria
58 fuit, (ſicuti quoque eſt) ceſſare. Quia id fa-
cultatis fuit, vnde nulla in his cadit obliga-
tio. ad *text. in l. viam 2. vbi Bart. ff. de via pu-*
59 *blica reficienda.* Etiam ſi per centum annos
continuaſſent; vt *Gloß ibid.* aduertit *in fin. Ro
ta part. 2. tom. 1. in recent deciſ. 11. nu. 9. & apud
Coccinum Decanum deciſ. 402. num 10. Nauar.
conſ. 6. lib. 3. de præbend. num. 1.* Inter requiſita
namque quatuor, quæ *Gloſſ. 1.* refert in hac
regula (*quod ſemel:*) quam *Ioan. Andreas* ibid.
ſequitur, illud vnum eſt; vt non ſola mente,
ac voluntate illud placeat.
60 Alioquin, ſi à ſola id pendeat voluntate,
poterit ex libito à placito diſcedere; quia ex
libertate pendet, quæ naturalis facultas eſt,
eius, quod cuique facere libet, niſi quod
vi, aut iure prohibeatur, iuxta finitionem,
quam Florentinus tradit *in l. libertas 4. ff. de
ſtatu hominum.* Et Imperator *in §. libertas in-
ſtitut. de iure perſonarum.* Ad hoc autem ne-
que iure, tenenentur, neque vi. Non iure,
quia iam obligationi miſſarum fecere ſatis
quas teſtatrix mandauit; non vi, quia nullus
eſt, qui vel vim inferat, vel inferre poſsit.
Nauarr. d. conſ. 6.
61 Veluti ecce tibi, (exemplo fit hoc palã:)
Regulares exempti, qui aliàs ex priuilegio
ad proceſsiones publicas accedere non te-
nebatur, ſi vel quia per dimidium etiam
miliare à Ciuitate diſtabant, ſi tamen acceſ-
ſerint; non ex hoc tamen obligationem
in poſterum accedendi contraxere, quia ex
facultate acceſſere libera, ac voluntaria,
quamuis per centum annos acceſsiſſent;
nullũ equidẽ ius ex hoc Epiſcopo acquiſi-
tum fuiſſet illos compellendi, ſi accedere
noluerint. *Quaranta in Summ. Bullar. verbo
præcedentia. verſ. an in caſu quo. fol. mihi 398.
Naldus in ſum. verbo Priuilegium, num. 3. Ga-
uantus in Enchyridion Epiſcop. verbo regulariũ
iura ſub Epiſcopo num. 39.* Eodem planè mo-
do, & Moniales hæ, quamuis annua ſacra
ſingulis annis offerri pro anima teſtatricis
curauerint, vſque adhuc: non ex hoc tamẽ,
vt in poſterum id præſtent, obligationem
contraxere. Quia facultatis id fuit, proprię-
que, ac liberæ voluntatis. A volando quip-
62 pè voluntatem dictam quidam putauere,
quaſi animus, in quo velle eſt, puncto tem-
poris, quò vult peruolet. vt ſequitur, neque
inconcinne *Cognol. in l. velle non creditur 4.
num 2. de regul. iur.* Sufficere igitur illis de-
bebit, ſic voluiſſe. iuxta illud *Iuuen. ſatyr. 6.*
„ *Hoc volo, ſic iubeo: ſit pro ratione voluntas.*
Perpenditque id *Nauarr.* quam optimè *di-
cto conſ. 6.*
Dicere proinde poterunt Moniales Euã-
gelicum illud apud *Matth. 20. 14. Tolle quod
63 tuum eſt, & vade.* Sat quippè eſſe debebit, ꝙ
voluntatem impleuerint teſtatricis, atque
maximo cum eius fœnere vtilitateque, quã
do pro miſsis quatuor mille, nouem mille,
64 & ampliùs celebrari pro ea fecere. Ratio
vero

vero iuſtitiæ in æqualitate conſiſtit, veluti
in inęqualitate iniuſtitia. ſecundum *S.Tho.*
2.2.quæſt.62.art.1.2.& 3.diximus *reſponſ.28.*
num.19.& 22.*part.1.*
65 Potuere porrò hoc præſtare;quia volue-
re huc vſque.

Et voluiſſe ſat eſt.

Vt *Propert. lib.* 2. loquitur. At non propte-
rea in poſterũ ad proſequendum dimiſſum
opus, adigi, cogique poterunt. In earum
quippè adhuc reſidet libera voluntate, vel
continuandi,ſi velint,vel deſiſtendi,ſi id ele
gerint;cùm debitum per legatum relictum
iam exſoluerint, atque ex abundanti, per
nouem millia miſſarum factarum.argumẽ-
to *text.in l.qui ex pluribus fundis* 106.*ff.de ver-*
bor.obligat. Rationemque refert,*Gloſſ.ibidem*
verbo ſoluatur dicens: *Quia ſæpius voluntatem*
mutare poteſt; etiam poſt ſententiam.Nauarr. d.
conſ.6.
66 Poſtremò nõ obſtabit aſsũptũ ex regula
quod ſemel. quia non illud locum ibi facit,
vbi error intercedit facti, ſicuti in hoc caſu
noſtro.quod aduertit *Gloſſ.d.regula verſ.item*
habet locum in ijs, quæ ſcienter placent, & non
per errorem,quam ſequitur *Ioa. Andreas ibid.*
& enumerauerat ead. *Gloſſ. in Gloſſ.* 1. inter
quatuor requiſita:ꝙ(ſcilicet)ſciẽter placeat,
allegat *tex.in can.quamuis* 11.38. *diſt.*Aliud.n.
67 pro alio putauere Moniales: errauerũt pro-
inde,iuxta verba Auguſtini errorem defini-
entis *can.inquib.6.22.q.2.*vbi *Gloſ.verbo aliud.*
Præter voluntatem liberam itaque geſ-
ſerunt moniales Miſſas annuas celebrari
curantes.Quia nimirum error tollit volun-
68 tatum,cùm nulla ſit errantis voluntas,nul
luſque conſenſus.*l.nihil conſenſui* 117.§ *nihil*
ff.de regulis iur.l.non ideirco 6.C.de iuris,& fa-
cti ignorant. l. ſi per errorem 15.*ff. de iuriſdict.*
omnium indic.can 1.29. *quæſt.*1. *Abb.in cap.ſi*
69 *cautio num.2.de fide inſtrum.*Quam regulam
exceptionem nullam admittere, nullamq;
limitationem, vel reſtrictionem Rota dixit
apud *S.memor. Gregor.XV.deciſ.*179. *num.*5.
*& apud Cencium de cenſib.deciſ.*271.*n.*10.
70 Neque in ſtabis; iam moniales ſoluiſſe,
atque in annuis ſacris offerendis legatum
impleſſe. Debere proinde in illo perſeue-
rare, quod ita ab initio elegerint. Ex Iaboleni
ſenſu in *d.l.qui ex pluribus* 106 *ff.de verborum*
*obligat in fin.*dicentis:*Tandiu autem voluntas*
promiſſoris in pendenti eſt,quandiu id,quod pro-
71 *miſſum eſt, ſoluatur*. Potuere nempè hanc
viam eligere per annua ſacrificia,vt legato
facerent ſatis. argumento *text. in l. idem Iu-*
lianus 41.§.*ſcio ex facto tractatum.ff de legat.*1.
ibidemque, *Gloſſ. verbo minorem*, dicens: *ſed*
ſi vellet hæres dare maiorem (ſcilicet ſummã)
vtique poteſt. At elegerunt hanc viam ab
initio. Illam igitur iure proſequi tenebun-
tur.
Admittimus nempè inſtantiam iam ſolu-
to,quia pro quatuor mille, nouem mille
72 miſſarum ſoluere; non vero in ſubſequen-
tibus. Adhùc porrò in pendenti voluntas
eſt. Vt ipſe met Iabolenus *d. l. qui ex pluri-*
73 *bus*, loquitur ex verbis ſupra relatis. Toc
enim in his annuis æſtimantur, computan-
turque ſolutiones, quot ſunt anni, *l. cum in*
annos ſingulos 11.*ff.de annuis legat.l.cum in an-*
nos 10.*ff.quando dies legati cedat.* diximus *reſ-*
ponſ. noſtra 5. *nu.*14.*& reſponſion.*35.*n.*1.*p.*1.
74 Et ita expreſſim in annuis præſtationib.
regulam *quod ſemel.* reſtringit *Marcus Man-*
*tua in d.regul.nu.*3. ex *text.* ſatis ad rem hanc
aperto *in l. ſi ſterilis* 22. §. *fin. vbi Bart.ff.de*
actionib.empti. Sequẽtibus porrò Paulus ibi
loquitur:*Trebatius ait,mutandæ voluntatis po-*
teſtatem eum habere: ſingulìſque annis alterutrũ
præſtare poſſe, & quandiù paratus ſit alterutrum
præſtare petitionem non eſſe.
75 Satis igitur fuerit, ſi nolint nunc proſe-
qui annuas miſſas moniales; cùm ab obli-
gatione ſe exſoluerĩt legati per nouẽ mille
miſſas iam factas;vt in nullo amplius teſta-
trici teneantur,legato extinctio per ſolutio
nem,ac conſequenter obligatione perem-
pta,ad *tex in l.ſoluitur* 5. *ff. quib. modis pignus,*
vel hypoteca ſoluatur l.ſi creditor 26. *ff de ſolu-*
tionibus l,ambigui iuris 2.C.de fideiuſſoribus tu-
torum l nullus 5.*in fin. C. de ſolut.* §.1. *inſtitut.*
quibus modis tollitur obligat.
Atq;ita ex his, Ariſtarchi iudicio acrioti
minime excuſſo, reſpondendum cenſui-
mus.

CAROLVS MARANTA V.D.I.
Epiſcopus Iuuenacen.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopi ſunt piarum diſpoſitionum omniũ exequutores.& nu.*42.
*Verum intrà annum à die obitus defunctorũ poſt Tribunalis fabricæ Baſilicæ Principis Apoſtolorum erectionem.num.*3.
Vt ſacra declarauit Congregatio.num. 4. *& num* 37.
2 *Tribunal fabricæ à Summis Romanis Pontificibus exequutor erectum fuit piarum diſpoſitionum omnium cum clauſulis abdicatiuis.*
5 *Auctor fuit Coadiutor Tribunalis Fabricæ*
6 *Cauſæ omnes, in quibus de intereſſe agitur fabricæ,coram eiuſdem fabricæ Commiſſarijs cognoſci debent,ac decidi. & n.* 24.
*Neque Iudicibus alijs còmmitti, etiam per ſignaturam Sanctiſſimi,niſi vocatis prius Fabricæ officialibus.& n.*15.

Etiam

Etiam per Concordata inter Paulum Tertium, & Carolum V. Imperatorem. nu. 7.

Hieronymus Stinca Cappellani Maioris Actorum Magiſter celebratur.

8 *Tribunal fabricæ ordinariam obtinet Iuriſdictionem in cauſis, in quibus de eius intereſſe agitur.*

9 *Conſtare debet de debitis pro pijs cauſis per Inſtrumenta, ſeu per teſtes parte citata examinandos, & concludenter debitum probantes.*

Etiam ſi debitum mediate ex quouis titulo, etiam ceſſionis ſine fraude, nec ad commodum aliquid cedentis, ad fabricam pertineat. n. 10.

11 *Fabrica procedit contra quaſcumque perſonas, etiam cuiuſcumque dignitatis. etiam ſi Inquitores hæreticæ prauitatis fuerint.*

12 *Priuilegia non debent fruſtra conceſſa videri.*

13 *Priuilegium nullum eſſe ſine effectu debet.*

Neq. verbum vllum in illo.

14 *Cauſas auocare poteſt fabrica, cum de ſuo in illis intereſſe agitur, ab Ordinarijs poſt annum à die mortis teſtatorum.*

Etiam per Conſtitutionem Pij V. num. 32. & 64.

Atque Clementis VII. nu. 33

16 *Dictio (hactenus) expenditur, atq. futurum tempus importat. n. 18.*

17 *Lex ſemper loquitur, vnde perpetua eius diſpoſitio eſſe debet.*

19 *Tex. in §. hactenus inſtitut. de gradibus cognation. expenditur.*

20 *Immutanda haud ſunt, quæ certam determinationem ab initio habuerunt.*

21 *Ratio vbi eſt eadem, Idem ſtatui Ius debet.*

Compręhenſiuè ſaltim n. 22.

23 *Diſpoſitum dicitur id, in quo eadem viget ratio.*

25 *Priuilegia fabricæ perpetua ſunt, non ſanè temporalia.*

26 *Cauſarum auocatio ab ordinarijs per Tribunal Fabricæ, perpetua erit, ſicuti & priuilegia eius perpetua ſunt.*

27 *Perpetuum quod nam dicatur?*

Alioquin Fabricæ prilegia firma non erunt. num. 28

29 *Priuilegia Fabricæ Sancti Petri Baſilicæ ludibrio per Summos Pontifices Romanos conceſſa fuiſſe nullus ſanæ mentis dixerit.*

Nullaque ratio admittit.

30 *Nemo deſtruere præſumitur, quod ipſe in votis habuit, vt fieret.*

Quia nemo fruſtraneè operari velle præſumitur.

31 *Dicens probare dictum tenetur.*

34 *Dictio (vlterius) ad futura ſe extendit.*

35 *Antonius Albergatus Epiſcopus vigiliarum extollitur.*

Eiuſque querelæ contra Tribunal pro cauſarum auocatione poſt annum.

36 *Litterę Sacræ Congregationis fabricæ Sancti Petri Baſilicę ſuper cauſarum auocatione ab Ordinarijs, referuntur. & n. 37.*

38 *Contraire nemo debet his, quæ à ſupremis Principibus decreta fuere.*

39 *Iudex quilibet rationabilibus ex cauſis motus ad iudicandum pręſumitur.*

Multoq. magis Sacra Congregatio. n. 40.

42 *Legitimè factum, firmum, ac ſtabile habendum erit.*

43 *Ordinarij contra Iuriſdictionem attentandum nihil eſt.*

Declara num. 46. in fin.

44 *Iure ſuo vtitur Epiſcopus legata pia intra annum exequendo; eodem modo, & fabrica poſt annum n. 45.*

Nemini igitur iniuriam facit.

46 *Conſulere mihi poſſum in iure meo, etiam cum alterius damno.*

47 *Lege permittente, qui facit, iure facit.*

Ergo iuſtè. Ergo benè.

48 *Intereſſe Fabricę, vt poſt annum cauſas auocet ab ordinarijs, non ſanè ſecundariū, ſed eſt primarium. & nu. 60.*

Et ad hoc Tribunal Fabricę erectum dignoſcitur.

Dilucidatur ex Summorum Pontificum conſtitutionibus. n. 51. & 53. & 58.

49 *Epiſcopi intra annum ius habent pia legata exequendi; ſecus verò poſt eum, acquiſito iure fabricę Sancti Petri Baſilicę.*

52 *Pręfationes mentem indicant diſponentis.*

Et cauſam finalem.

54 *Baſilica Principis Apoſtolorum decet, vt alias excedat magnitudine, atque ſplendore Baſilicas, atque Princeps aliarum ſit, ſicuti ipſe Principatum inter Apoſtolos meruit.*

55 *Eccleſia Principis Apoſtolorum caput Eccleſiarum eſt.*

In qua Apoſtolicę Sedis ſolium collocatum eſt.

56 *Templum Principis Apoſtolorum, non cu-*

iuſquam proprium eſt, ſed omnium Chri-ſtianorum nationum comune.

Collegium LX. virorum Curialium pro fabrica Sancti Petri erexit Clemens VII. anno 1524. ſui Pontificatus 2. ibid.

57 *Indulgentiarum Sacrarũ Theſauro Chriſti fideles excitantur ad fabricam Baſilicæ Principis Apoſtolorum adiutrices manus dandum. per Iulium Tertium. alioſque Pontifices.*

59 *Principaliter negotium attingere, quod nam dicatur?*

61 *Acceſſorium quod nam dicatur?*

62 *Oculus alterius nequam eſſe non debet, quod alter bonus ſit.*

63 *Lege quod quis facit permittẽte, carpi haud debet.*

65 *Vicarius Vrbis poteſt cognoſcere de cauſis pijs etiam intra quindecim menſes, niſi fabrica præceſſerit, ex Pij V. Conſtitutione.*

Quod declara n. 74. & ſeq.

66 *Argumentum à contrario ſenſu non abſolutè procedit.*

Peccat namque quoad formam argumentandi.

Neque procedit ſi vel per legem, vel ſtatutum contrarium diſponatur. n. 68.

Vel abſurdum ſequatur, & abſonus reſultet intellectus. num. 68.

69 *Argumentum à contrario ſenſu, non expreſſa dicitur deciſio, ſed coniectura magis.*

Neque rectè ducitur in ſtatutis, & conſtitutionibus. nu. 70.

Et preſsè ac ſtrictè accipi debet. nu. 71.

Atque attendi conſtitutionum contextus nu. 72.

Neque locum habet ſi contrarietas inducatur conſtitutionum.

Et vbi effectum operaretur contrarium.

Et diſpoſitionum ſubſtantia deſtrueretur. nu. 73.

75 *Speciale quod eſt, nõ debet ad Generale, neq. in conſequentiam extendi. & numer. 80. & 84.*

76 *Infertur non rectè ab vno ad aliud diuerſum.*

77 *Regula firma ſemper manet in minime exceptuatis.*

78 *Exceptio regulam firmat in non exceptuatis.*

Et quid ſub regula comprehendatur demonſtrat. 79.

81 *Iniuſtè quod agitur, & attentatur, non iurè fit, ergo malè.*

Reuocandum proinde, atque per Iudicem coercendum nu. 82.

83 *Vicarius vnum, atque idem Tribunal cum Epiſcopo facit.*

ARGVMENTVM.

Quoniam ſunt Epiſcopi piarum diſpoſitionum omnium exequutores; & poſt Tribunal Fabricæ Baſilicæ Sancti Petri erectionem intra annum à die obitus defunctorum tantùm, an poſt illum, poſſit Fabrica, pro ſuo intereſſe ab ordinarijs cauſas auocare? latè diſſeritur.

RESPONSIO LXVIII.

1 SVnt Epiſcopi exequutores omnium piarum diſpoſitionum, etiam tanquam Sedis Apoſtolicæ Delegati. Sacrum Trid. Concil. *ſeſſ. 22. cap. 8. de reformat.*

2 Verùm poſt Tribunalis Fabricæ Sancti Petri erectionem, quod à Summis Romanis Pontificibus fuit erectum cum clauſulis abdicatiuis, & priuatiuis quo ac ordinarios reſpectu eorum, quæ ad fabricam prædictam ſpectant, vt videre eſt in Bullis Sũmorum Põtificum. Iulij II. anno 1509. Clement. VII. anno 1512. & aliorum Summorum Pontificum ſubſequentium, & meminit de his Epiſcopus *Riccius in praxi variarum reſolut. par. 2. reſol. 376. num. 2. &* Ioan. *Baptiſta Thoro in ſumm. priuileg. piæ cauſæ priuileg. 259. circa fin. & nos reſponſ. 2. nu. 25. par.*
3 *1. reſponſ. 20. num. 75. & 76. ead. par.* Non niſi intra annum dumtaxat legata pia huiuſmodi curare poſſunt Epiſcopi, vt impleantur, cùm poſt annum ius acquiratur Fabricæ iuxta Summorum Pontificum Romanorum priuilegia eidem Fabricæ indulta,
4 quod à Sacra Congregatione ſiue Colleggio Eminentiſſimorum Dominorum Cardinalium eidem fabricæ præfectorum anno 1617. declaratum fuit, cauſa inter Ar-
5 chiepiſcopum Regien, & Oeconomum fabricæ Neapoli introducta, me tunc Tribunalis eiuſdem Coadiutore pro Domino Melchiorre Reuiglione. & anno 1626. cum Domino Antonio Albergato Epiſcopo Vigiliarum, de quibus dicta noſtra *reſponſ. 2. num.*

num.27.& 28. meminimus.& patet ex litteris Sacræ Congregationis præfatæ inferius etiam ad verbum referendis.

Accidit proinde, quòd Epiſcopus Sancti Angeli Lombardorum intra annum curauit ipſe exequi non nulla pia legata à quodam pio teſtatore ſupremis ſuis tabulis relicta: At obijcientibus hæredibus ſe ad legata præfata ſoluenda non teneri, non nullis ex cauſis coram eodem Epiſcopo propoſitis, anno iam euoluto, neque legatis ſolutis, neque cauſis propoſitis completis; fabrica pro ſuo intereſſe manus appoſuit, hæredeſque in Iudicium vocauit. Illi de litis pendentia coram Epiſcopo obijciunt. Inhibuit proinde Tribunal fabricæ Epiſcopo, cauſamq. huiuſmodi ad ſe auocauit.

Conquæritur Epiſcopus coram Eminẽtiſſimis Patribus: Vnde in difficultatem iterum reuocatur: proceſſerit nec ne ritè, rectèque Tribunal Epiſcopo inhibendo, atque introductam cauſam ad ſe auocando?

Et planè ritè, rectèque ac iuxta ſuas facultates, & priuilegia proceſſiſſe Tribunal ex ſequentibus aſtruendum putaui.

Expeditum nempè eſt per priuileggia, & facultates fabricæ Sancti Petri à Summis
6 Romanis Pontificibus conceſſas; *Vt cauſæ omnes, & ſingulæ dictam fabricã cõcernentes, tã negotij principalis in præiudicium Iuriſdictionis conceſſæ Collegio huiuſmodi, quàm appellationis, & nullitatis, ſeu appellationum, & nullitatum per ipſos Collegium, ſeu officiales deputandos decidi debeant, nec cuiquam Iudici cõmitti; neque commiſſiones per quemcunque à nobis, & Sede Apoſtolica ad commiſſiones iuſtitiæ ſignandas deputatum, etiam ſi dictæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalis fuerit, nec per eiuſdem Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Vicecancellarium, aut illius locum tenentem pro tempore exiſtentem; niſi per nos, & ſucceſſores noſtras præfatos, manu noſtra (vocatis dictis officialibus priùs) ſignari poſſint.* Ita enim ex Conſtitutione Clement. VII. anno 1524. Pontificatus verò ſecundo legitur *fol. mihi 31. à ter.* inter conſtituſtitiones fabricæ.

7 Et inter concordata inter fœlicis memoriæ Paulum Tertium, & Carolum V. Imperatorem in confirmatione Tribunalis in hoc Regno, fuit ſtatutum, videlicet. *Auocatio cauſarum in quacumque inſtantia pendentium, quando agitur de intereſſe fabricæ.* Fuitq. reſponſum. *Hoc intelligatur in cauſis tantùm pendentibus ante Commiſſarium fabricæ, vel alios Eccleſiaſticos Iudices.* Vt habetur in Regio exequatur, quod aſſeruatur in Tribunali Reuerendiſſimi Cappellani Maioris apud Hieronymum Stincam Actorum Magiſtrum virum ſane non mediocri pietate, atque peritia in his rebus præditum.

Quinimo expreſſius in dicta ſua Conſtitutione Clemens VII. dicto anno 1524. paulo ante relata; ne fabricæ Sancti Petri Oeconomus coram alijs Iudicibus litigium ſubire cogeretur pro fabricæ intereſſe; ſe-
8 quentibus diſpoſuit; tribuendo Tribunali quoad hoc Ordinariam poteſtatem, & Iuriſdictionem *fol. 30. à ter.*

Et ne ipſi Collegium, & ab eis pro tempore eligendi officiales, (inquiens) *pro exigendis oblationibus, bonis, & rebus dictæ fabricæ; tàm ratione contractuum, quàm quarumcumque diſpoſitionum inter viuos, & vltimarum voluntatum pro tempore debitis, in diuerſis Tribunalibus litigare cogantur; & per varias cauillationes, & & ſubterfuggia ſolutiones differantur; ſicque proſequutio fabricæ huiuſmodi impediatur, quòd Collegium præfatum ordinariam Iuriſdictionem exercere, & de quibuſuis cauſis quorumcumque dictæ fabricæ debitorum, etiam quarũcumq; etiam maximarum ſummarum, & ex quauis cauſa contractorũ cũ peritorum Cõſilio cognoſcere, & Iudicare, & ad inſtantiam Oeconomi, ſeu procuratoris ipſius fabricæ, per Collegium præfatum deputadi, contrà quoſcunque dictæ fabricæ, ex quibuſuis cauſis debitores, cuiuscunque dignitatis, gradus, vel conditionis fuerint; præſentes videlicet in dicta Curia, manu reggia; conſtito de debi-*
9 *tis per inſtrumenta quæcumque, ſeu per teſtes ideneos, parte citata examinandos, & concludenter debitum probates, aut alias legitimas probationes; etiam ſi debitum mediatè, ex quouis titulo, etiam ceſſionis liberè, & ſiue frau-*
10 *de, nec ad commodum aliquod cedentis factæ, ſeu applicationis ad ipſam fabricam pertineat, ſolâ ſolemnitate à iure naturali introducta &c. procedere; & mandatum exequutiuum loco ſententiæ ferendæ, ſeu litterarum decernere &c.*

Non itaque coram alijs iudicibus in quacumque inſtantia de cauſis, in quibus de fabricæ intereſſe agitur, comparere fabricæ Oeconomum oportet, ſed in omnibus cauſis coram Commiſſarijs à Collegio deputatis contra quaſcumque perſonas, cuiuſcũque dignitatis, gradus, vel conditionis fuerint, procedet; quamuis ſi hæreticæ prauita-
11 tis Inquiſitotes fuerint: Cùm in hac parte nullus à Tribunalis fabricæ Iuriſdictione, quin piorum legatorum exequutionẽ curet, atque portionem exigat ad fabricam ſpectantem, ſe eximere valeat, vt ex Franciſco Leone Epiſcopo Theleſino *in Theſauro fori Eccleſiaſtici par.2.cap.2. num. 82. & Barboſ. in cap. nos quidem 3.nu.8. de teſtament. & de offic. epiſcop. allegat. 82. nu. 13. & 14. par. 3.* diximus *d. reſponſ. 20. n. 78. p. 1.*

Si perduraret igitur inſtantia coram Epiſcopo Sancti Angeli Lombardorum intrà annum pro piorum legatorum exequutione introducta; (& fortaſſis hæredum verſuta calliditate:) nec poſſet Tribunal cauſã ad ſe auocare poſt annum ab Epiſcopo; coram eo vtique iura ſua deducere oporteret fabricæ Oeconomus. Decideret itaque

à ſuis facultatibus, vt cauſæ omnes, in quibus de intereſſe fabricæ agitur, coram cōmiſſarijs eiuſdem agitentur, atque per eos cognoſcantur, vt paulo ante ex verbis cōſtitutionis Clementis Papæ perpendimus.

12 Eſſet proinde fruſtraneum priuilegium prædictum, neque ordinariæ poteſtatis plenitudine frueretur Tribunal in quibuſcunque cauſis, in quibus de fabricæ ipſius intereſſe agitur.

13 Hoc autem admitti haud poteſt; cùm nulla pontificis ſummi diſpoſitio (quin imò nullum diſpoſitionis eiuſdem verbū ſuperuacaneè appoſitum æſtimari debeat) alioquin ſuo carerent effectu priuilegia præfata; quod fieri minime debet; vt Bonifacius Octauus decreuit *in cap. ſi Papa 10.*
„ *§. ſi autem Eccleſia de priuileg. in* 6. ſequen-
„ tibus loquens: *Vt priuilegij nihil alias alla-*
„ *tura conceſſio, ei, cui conceditur, & ſententia*
„ *nullum aliud datura ſubſidium Eccleſiæ (pro*
„ *qua fertur) prærogatiuā, (cùm verba aliquid*
„ *operari debeant) conferat gratia ſpecialis.*

De duobus itaque alterum admittendum; Vel in irritum reuocandum Priuilegium Fabricæ Colleggio, & Tribunali conceſſum: quod cauſæ omnes, in quibus de eius agitur intereſſe, coram eiuſdem Commiſſarijs cognoſcantur.

Vel quòd poſt annuum, cùm eius inſurrexerit intereſſe, ab ordinarijs cauſas introductas intra annuum, ad ſe auocare poſſit.

At primum (ex ſupra iam dictis) admitti minime poteſt, ne fruſtra fabricæ S. Petri Baſilicæ conceſſæ facultates, & priuilegia per Summos Romanos Pontifices indulta videantur.

14 Secūdū igitur admittēdū omnino erit.

Neque abſque euidenti ratione: Namque per ſanctæ memoriæ Iulium Papam III. anno 1552. Pontificatus verò ſui tertio, cùm per eius conſtitutionem relatam in dictis priuilegijs *fol.* 105. *à ter.*

Omnes facultates, & priuilegia per anteceſſores ſuos Summos Romanos Pontifices Collegio, & Deputatis fabricæ conceſſa, atque indulta, innouaſſet, & ita per quoſcunque iudices, etiam Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, Iudicari præcepiſſet; irritum, & inane decernendo ſi ſecus fieret. De Auocatione Cauſarum loquens *fol.* 108. ſequentibus verba facit.

15 „ *Et nihilominus omnes, & ſingulas cau-*
„ *ſas, quæſtiones, & controuerſias hactenus in-*
„ *ter Oeconomum dictæ fabricæ, & quaſuis*
„ *alias perſonas ſuper quibuſuis rebus quomo-*
„ *dolibet tàm actiuè, quàm paſſiuè, præter, &*
„ *extrà facultatum, priuileggiorum, & indulto-*
„ *rum, nec non Decreti, & declarationis Pauli*
„ *prædeceſſoris huiuſmodi formam, continen-*
„ *tiam, et tenorem coram quibuſuis Iudicibus,*
„ *etiam Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinali-*
„ *bus in quauis inſtantia commiſſas, motas, &*
„ *indeciſas pendentes; quarum ſtatus, & meri-*
„ *ta, ac nomina, & cognomina Iudicum, & col-*
„ *litigantium præſentibus haberi volumus pro*
„ *expreſſis, in eiſdem ſtatu, & terminis, in qui-*
„ *bus reperiuntur; harum ſerie ad nos auo-*
„ *cantes; illas cum omnibus, & ſingulis ſuis in-*
„ *cidentibus, dependentibus, & emergentibus,*
„ *annexis, & connexis, eiſdem præfectis, & de-*
„ *putatis iuxta priuileggiorum, facultatum,*
„ *indultorum, decreti, & declarationis eorun-*
„ *dem tenorem aſſumendas, audiendas, cogno-*
„ *ſcendas, decidendas, fineque debito terminan-*
„ *das per præſentes committimus, & manda-*
„ *mus.* Huc vſque Conſtitutio.

16 Nec obſtaculo nobis fiet perpenſa dictio illa (*hactenus*) vt ad præteritas cauſas tunc temporis pendentes referri debeat, non ad futuras extendi auocatio; quaſi deſignet præteritum tempus dumtaxat; iuxta tradita per *Cardinal. Tuſcum tom.* 2. *littera D. concluſ.* 283. *Signorol. conſ.* 22. *col. antepen. num.* 25. *verſ. Item habemus aliam prouiſionem. ex tex. in l.* 1. *vbi Imol. alijque ff. de oper. noui nunciat.* Sequiturque *Cephal. conſ.* 451. *nu.* 362. *vol.* 4. *Decianus conſ.* 44. *num.* 150. *vol.* 4.

Ad illam vſque diem proueniens, ad ſequentem ſe minime promanans, ſecundū Rotam apud *Card. Caualer. deciſ.* 380. *nu.* 1.

17 Quia profectò, cùm conſtitutio hæc Iulij, quæ ab alijs iudicibus cauſas quomodocumque pendentes coram eis; auocat, atque Collegij, & Tribunalis fabricæ iudicibus, & deputatis cognoſcendas tradit, ſemper loquatur, donec Tribunal, & fabrica ipſa, ſiue Colleggium perſtiterit; erit vti-

18 que dictio illa (*hactenus*) exaudienda ſemper vbi auocationis caſus euenerit; vnde futurum tempus, atque futuros caſus haud excludet; quinimo illos perſpiciet, eiſque proſpiciet: *ad tex. in cap. vn. de exceſſib. prælatorum in* 6. quatenus habet; quòd priuilegia indulta monaſterijs hactenus extructis, exaudienda quoque erunt, vt conceſſa videantur etiam poſtmodum extruendis; tantū ne inutilia priuilegia reddantur indulta. & ſequitur. *Geminia. ibid. n* 8. *in fin. & Philipp. Franc. n.* 1. *etiā in fin.* & ſequuta fuit Rota *in Ferrarien, ſiue Comaclen Bonorum de Naſellis* 6. *Iunij* 1626. *coram Domino meo Coccino Decano deciſ.* 81. *num.* 27. *&* 28. *par.* 5. *diuerſorum.* & eſt *tex.* ſatis aptus

19 ad rem noſtram *in §. hactenus Inſtitutionib. de gradib. cognation.* quo *tex.* ſequenti-
„ bus loquitur Imperator: *Hactenùs oſten-*
„ *diſſe ſufficiat quemadmodum gradus cogna-*
„ *tionis numerentur. Namque ex his palàm*
„ *eſt intelligere quemadmodum, & ulteriores*
„ *numerare debeamus. Quippe ſemper genera-*

„ ta

Digitized by Google

„ *ta perſonā gradum adijcit.*
Sat igitur erit (vt eodem nos vtamur, ne-
que extrà rem, augumento) cauſas tunc
auocaſſe Summum Romanum Pontifi-
cem ab alijs iudicibus, caſque Collegio, &
Deputatis eiuſdem Iudicibus cognoſcen-
das tradidiſſe propter fabricæ Sancti Petri
præiudicium, & intereſſe; Vt idem in po-
ſterum ſeruari debere innueret, cum ſimi-
lis caſus euenerit: Vt ex dictione præfata
(*hactenus*) aduertit *Cephal. d. conſ.* 451. *num.*
20 *363.* Quia (inquiens) minime videntur im-
„ mutanda, quæ interpræcationem, certam
„ ſemper habuerunt *l. minime ff. de legib. cum*
„ *vulgat.* vt nos in ſequentibus, nec obſcurè
„ oſtendemus, Deo ipſo fauente.
Vt quid enim putandum eſt, tunc pen-
dētes cauſas dumtaxat ab alijs auocare iu-
dicibus voluiſſe, eaſque fabricæ iudicibus
cognoſcendas cōmittere; ſi non idē in po-
ſterū ſeruari Summus Pontifex intendiſ-
21 ſet. Cum eadem ſit ratio conſeruandi iura
fabricæ S. Petri, eiuſque facultates, & pri-
uilleggia; quæ melius per iudices ipſius
dignoſcuntur, quàm per alios extraneos.
Idem igitur ius in futurum eſſe debebit,
quod tunc fuit. *ad tex. in l. illud* 32. *vbi*
Gloſſ. verbo æſtimari, cum ibi notat. ff. ad leg.
22 *Aquil.* ſaltem compræhenſiuè, vt nos *re-*
ſponſ. noſtra 14. *num.* 37. *&* 38. *par.* 1. per-
pendimus. Diſpoſitum nempè dicitur id,
23 in quo eſt eadem ratio; vt *Baldus*, loquitur
in l. Curatores 16. *num.* 4. *C. de negot. geſtis.*
Quod exemplo adſtruit, firmumque red-
dit; Nam ex tacita ſubſtitutione oritur di-
recta hæreditatis petitio, ſicuti in expreſſa,
ex *l. in ſubſtitutione ff. de vulgar. & pupillat.*
ſequiturque non ab re *Statilius Pacific. de*
Saluiano interdicto, inſpect. 2. *cap.* 1. *nu.* 63.
Hoc verò apprimè ſuadent verba ſe-
quentia, quibus Summus Romanus Pon-
tifex Iulius III. in auocatione præfata cau-
ſarum ab alijs iudicibus, & conceſſione
iudicibus fabricæ dignoſcendarum, vſus
„ fuit: Videlicet: *Eiſdem Præfectis, & deputa-*
„ *tis, iuxta priuilleggiorum, & facultatum,*
„ *indultorum, decreti, & declarationis eorundē*
„ *tenorem reaſſumendas, audiendas, cogno-*
„ *ſcendas, & decidendas, fineque debito termi-*
„ *nandas, per præſentes committimus; & man-*
„ *damus.*
24 At priuilegia, indulta, facultates, & de-
creta Colleggii, inter alia, illa ſunt, vt cau-
ſæ omnes per iudices Colleggii, eiuſque
deputatos, in quibus de intereſſe agitur
fabricæ, dignoſcantur, fineque debito ter-
minentur (vt in ſuperiobus initio huius
diſcurſus demonſtrauimus) & ſatis ad
amuſsim hæc eadem conſtitutione Iulius
III. præfatus ab ipſo initio *fol.* 106. *&* 107.
25 oſtendit.) & priuileggia fabricæ perpetua
„ ſint, nec temporalia, atque cum clauſulis
„ derogatorijs; & clauſula potiſsimum (*Ita*
per quoſcumque iudices iudicari debere)
„ derogando, annullando, & irritando ſi ſe-
cus fiat. *fol.* 107. *à ter. in fin.*
56 Erit igitur perpetua quoque & ipſa auo-
„ catio, vt ſemper fiat, quoties ſimilis caſus
„ acciderit.
Alioquin perpetua haud erunt in hac
27 parte priuileggia, & facultates fabricæ.
Perpetuum quippè dicitur, quod nullum
habet tempus præfinitum; vt *gloſſ.* interli-
nearis loquitur *in cap. Clericoſ.* 3. *verbo per-*
petuam de cohabit. clericorum, & mulier. &
vltra durat, & ad hæredes tranſit, vt per-
pendit optimè *Aleiat. lib.* 4. *reſponſorum*
conſ. 7. *num.* 11. *&* 12. & vltra progreditur
Landerebius Imolen. conſ. 1. *num.* 11. atque
in infinitum, *Pariſ. conſ.* 74. *num.* 85. *vol.* 3.
Decianus conſ. 23. *num.* 12. *vol.* 4. *& conſ.* 50.
num. 18. *&* 19. *vol.* 1. atque ſecundum ſu-
biectam materiam interpretationem ad-
mittit. *Aleiat. num.* 28. *d. conſ.* 7.
28 Alioquin ſi minime hoc admiſerimus,
ſuperuacanea priuileggia ipſa fabricæ San-
cti Petri conceſſa euadent, atque eluſoriè
indulta. Quod nullus ſanæ mentis affir-
29 mabit. Neque ratio eſt vlla, cur hanc pro-
poſitionem firmam reddamus; Vt Sum-
mos Romanos Pontifices ludibriò Priui-
leggia fabricæ S. Petri Baſilicæ conceſſiſſe
æſtimauerimus. ad *tex. in l. cùm in adopti-*
uis. 10. §. *cum enim tanta fragilitas. C. de*
adoptionib. Quando illos, anſios ſe oſten-
diſſe perſpiciamus, vt opus fabricæ præfa-
tæ finem attingeret intentum; vnde iam
multa ei conceſſere priuilegia. Nemo au-
tem ita reſupinus præſumitur, vt quod ſu-
per omnia, in votis habuit, vt fieret, atque
tenetur ad id, deſtruere velit. *ad tex. in l.* 3.
ff. de militar. teſtam. quatenus probat: ne-
minem præſumi fruſtraneè operari velle,
facitq. *tex. in l. cum de indebito* 25. §. *qui*
enim ſoluit. ff. de probat. quatenus quoque
habet: neminem præſumi velle ſuum pro-
fundere, atque iactare. Cæteroquin qui
30 hoc dicunt, ipſi adſtruant. *ad tex. in l.* 2. *&*
l. quoties. 18. *in fin. & l. vertus* 20. *ff. de pro-*
bation. l. 2. *C. eod. nos reſponſ.* 29. *num.* 33. *p.* 1.
32 Præterquam quod etiam per conſtitu-
tionem Pii Papæ V. anno Domini 1550.
Pontificatus verò ſui anno quinto, quæ
incipit; exigit incumbentis nobis Apoſto-
licæ. quę eſt ad calcē dictarum conſtitutio-
num, & priuilegiorum. Similis facultas
cauſas ab aliis iudicibus quibuſcumque, in
quibus de intereſſe fabricæ agitur, auocan-
di, caſque per iudices, & miniſtros, atque
commiſſarios fabricę cognoſcendi, ac de-
cidendi, fineque debito terminandi iuxta
priuilegia, & facultates, eidem Collegio
con-

Digitized by Google

conceſſas, & indultas, pariter conceſſa & impertita fuit. Vt mirum haud omnino eſſe debeat, ſi valeat nunc quoque Tribunal præfatum, poſt annuum, vbi de ſuo, & fabricæ prædictæ intereſſe agitur cauſas ab ordinariis intra annum pro piorum legatorum exequutione introductas auocare, vt illæ coram iudicibus, & deputatis fabricę iuxta ſua priuileggia, & facultates cognoſcantur, decidantur, fineque debito terminentur. Quod & ſemper ita ſeruatũ huc vſque fuit. Et diſpoſitum quoque antea fuerat per Clementiſ. 7. Conſtitutionē anno Domini 1532. pontificatus vero ſui anno 9. *fol.* 36. à tergo, In conſtitutionib. præfatis, ſequentibus loquentis:

,, *Ac omnes, & ſingulas cauſas eandem fa-*
,, *bricam concernentes in quauis inſtantia (vt*
,, *præmittitur) pendentes, earum omnium ſtatũ;*
,, *& merita præſentibus pro expreſſis haben-*
,, *tes, á dictis iudicibus, & commiſſarijs harum*
,, *ſerie auocamus, illaſque in eo ſtatu, in quo re-*
,, *periuntur, præfatis Collegio iuxta faculta-*
,, *tes eis in dictis prioribus litteris noſtris per*
,, *nos conceſſas, (Vlteriùs) audiendas, cognoſcen-*
,, *das, decidendas, & fine debito terminandas*
,, *committimus.*

34 Perpendenda equidem Dictio illa erit, (*Vlteriùs*) quæ ad futura ſe extendit. ex *tex.* ſupra paulò antè per nos allato, & perpenſo *in d. §. hactenus Inſtitut. de gradibus conſanguinit.* ibi: quemadmodum, & vlteriores gradus: ſequentes videlicet. *ad tex. in l. ſi ſic 13. vbi Bart. & l. ſi tibi purè 53. ff. de legat. 3. Decianus conſ. 20. n. 17. vol. 2.*

Hanc ob cauſam proinde cum anno 1626. caſus ſimilis Vigiliis accidiſſet, atq.
35 illius Epiſcopus Antonius Albergatus, vir ſanè virtutibus, atque doctrina, & experientia inſignis, apud Sacram Congregationem aduerſus Tribunalis miniſtros quærelam habuiſſet, quòd ei inhibuiſſent, ne in cauſa coram eo, intra annuum introducta pro piorum legatorum exequutione, (anno iam reuoluto) procederet, cùm eſſet iam ius fabricæ pro ſuo intereſſe acquiſitum: Atq. ſacta Congregatio pro Epiſcopo reſpondeſſet, & ad Reuiglionum, Tribunalis à ſecretis, litteras dediſſet, ne Epiſcopo moleſtias inferret. Ab eodem tamen Reuigliono certior facta de fabricæ priuilegiis, & facultatibus, auditiſq. fabricæ prælatæ oeconomo, & Aduocatis, litteras prænarratas reuocauit, atque Epiſcopo, vt Tribunali motem gereret, mandauit.

36 Vt res ex litteris ipſis hic ſubiectis dilucidè, atque ſolis ad inſtar apparebit,

A Monſ. Albergati Veſc. di Biſceglia.

Illuſt. e Molto R. Sig. Come Fratello. Non è mente di queſta Sacra Congregatione, che, ne
,, *V. S., ne gl'altri Veſcoui ſiano impediti nel-*
,, *l'eſſecutione de legati Pij, mentre che da' Mi-*
,, *niſtri della fabrica non ſiano preuenuti: che*
,, *ſanno bene queſti Illuſtriſſimi miei Signori,*
,, *non eſſer queſto Tribunale fatto priuatiuè*
,, *quoad Epiſcopos. S'è però ſcritto al Reuiglio-*
,, *ne, che quando ſià coſi, reuochi il Monitorio,*
,, *& inhibitione, che ſcriſſe ella eſſere ſtata fatta*
,, *contro del ſuo Vicario dal Tribunale di Na-*
,, *poli, e che per l'auuenire ſe n'aſtenga, e re-*
,, *manghino à ciaſcheduno ſalue le ſue raggio-*
,, *ni. Che è quello, che occorre riſponderli: E li*
,, *prego dal Signore ogni proſperità. Di Roma*
,, *à 17. Genn. 1626.*

Come fratello amor.

Il Card. Gennaſio.

A Monſ. Albergati Veſ. di Biſceglia.

Illuſtre, e Molto R. Sig. come Fratello.
,, *Si ſcriſſe al Reuiglione in Napoli, che riuo-*
,, *caſſe l'inhibitione, e Monitorio fatto contro*
,, *al ſuo Tribunale, accio non s'ingeriſſe ne' le-*
,, *gati pij in pregiuditio della fabrica, già che*
,, *queſto non era priuatiuè al ſuo, come ne fu*
,, *ſcritto à V. S.*
,, *Ma dal Reuiglione è ſtato riſpoſto, che nõ*
,, *ſe li dà impedimento mentre fà eſſeguire li le-*
,, *gati pii, certi durante l'anno à die obitus Te-*
,, *ſtatoris, che reſta all'ordinario per poterlo*
,, *fare con ogni comodità. Ma paſſato l'anno, e*
,, *li detti legati pii non eſſeguiti, ne rimane*
,, *l'eſſattione alli Miniſtri della fabrica, ſenza*
,, *che l'ordinarii più ve s'intromettano.*
,, *Percio è parſo à queſti Illuſtriſſimi miei*
,, *Signori far ſapere à V. S. che ne li legati pii*
,, *certi puol fare procedere à ſuo piacere duran-*
,, *te il detto primo anno: mà paſſato che ſarà,*
,, *ne laſci il penſiero à i Miniſtri della fabrica:*
,, *giache coſi è ſeruato ſempre, e ſi ſerua hogidì*
,, *inuiolabilmente: ne perciò è nouità queſto: ma*
,, *ſtile antico, al quale come ſi ſono ſẽpre quie-*
,, *tati tutti li Signori Cardinali, Arciueſcoui, e*
,, *Prelati di coteſto Regno, coſi deue quietarſi*
,, *anco lei.*
,, *In conformità dunque di queſto, come s'è*
,, *ordinato al Reuiglione, che durante il primo*
,, *anno non impediſchi il ſuo Tribunale, che non*
,, *poſſa fare eſſeguire li legati pii certi: coſi reſti*
,, *lei contenta, che alla fabrica non ſi turbino*
,, *le ſue facultà. E le prego per fine ogni proſpe-*
,, *rità. Di Roma li 23. Febraro 1626.*

Di V. S. Illuſt. e M. R.

Come Fratello amoreuoliſſimo.

Il Card. Gennaſio.

His Eminentiſſimi Patres re maturè perpenſa, atque diſcuſſa. Non igitur inficias

Digitized by Google

38 cias eundem aduerſus ea, quæ tanti Patres
purpurati decreuere.
» Quis enim tantæ ſuperbiæ faſtigio tumi-
», dus erit, vt tantorum Patrum ſenſum con-
temnat? iuxta Imperatoris verba in *l.fin. C.*
de legibus.
39 Nam ſi Iudex quilibet rationabilibus sẽ-
per ex cauſis ad iudicandum motus præ-
ſumitur *c.in præſentia 6.de renunciat. c.cum in*
ter vos 13. §. quamuis forte cap. ſicut nobis 16.
in fin.de ſent.& re iud Oldradus conſ.86.Epiſco-
*pus num.2.in fin.*nos *reſponſ.35.num.42. par.1.*
40 Cur non multò magis tanti Patres ad ita
iudicandum, vt priuilegia, & facultates Fa-
bricæ decreuerunt, rationabilibus ex cau-
ſis, iiſque maturè diſcuſſis, motos fuiſſe, exi-
ſtimandum erit? ad *text.in auth.multò magis,*
C.de Sacroſanctis Eccleſ. clement.1. de reliquijs
& venerat.Sanctorum.
41 Quod itaque, legitimè factum fuit, fir-
mum, ac ſtabile habendum erit, nec retra-
ctandum, *reg.legitimè.73.de regul.iur. in 6.*
Neque officit quod non ſit contra Epi-
42 ſcopi iuriſdictionem, legata exequendi in-
tra annum, qui alias iurè piarum diſpoſitio-
num omnium, etiam tanquam Sedis Apo-
ſtolicæ Delegatus; exequutor eſt deputatus
ex Sacro Tridentino Concilio *ſeſſ. 22. cap.*
8 de reformat. (vt in ipſo noſtri diſcurſus ini-
43 tio dixmus) quicquã attentãdũ, innouãdũq.
44 Sicuti nempe iure ſuo vtitur Epiſcopus
legata exequendo pia intra annum à die
obitus teſtatoris, vt nemini proinde iniuriã
45 faciat; ita planè iure ſuo vtitur fabrica pro
ſuo intereſſe ab ordinarijs cauſas auocando
poſt lapſum annum, quando ei ius quæſitũ
eſt pro eidem debitis portionibus iuxta ſua
priuilegia, & facultates, vt nemini proinde
iniuriam faciat; ad *text l.fluminum 24.§.fin.ff.*
de damno infecto, vbi ſequentibus Vlpianus.
Neque.n.æſtimari (inquit) operis mei vitio
damnum tibi dari in ea re, in qua iure meo
vſus ſim. *tex.in cap.niſi ſpecialis, in fin.vbi Ab-*
bas num.8. de authorit. & vſu pall. Abb.in cap.
cùm Eccleſia Vulterrana 31. num.11. de elect.
Nos plurib. *reſponſ.26.num.18. & ſeq. part.2.*
46 Quia nimirum poſſum mihi conſulere,
etiam cum alterius damno, *l. 3. §. quod ait*
prætor.ff.de incend. ruina naufrag.& text.in l.ſi
quis fumo 50.§.ſi quid dicitur ff.dad leg. Aquil.
in can.ſi non licet 8.23.quæſt.5. text.in l.qui ſer-
uandarum 15.in princip.ff.de præſcript.verb.
Nulla propterea ſupereſt quærela Ordi-
narijs, quòd eorum lædatur iuriſditio, cùm
poſt annum, ſi legata adimpleta intrà illud
nõ fuerint, ab eis cauſas auocat Fabricę Tri
bunal, ius ſibi competens iuxta ſua priuile-
gia, & facultates proſequens.
47 Quia ius id faciendi habet, ac iure per-
mittẽte facit. Quod ſi iurè, iuſtè; ſi iuſtè ergo
benè vt Auguſtinus loquitur *can. quid dica.*
11.in fine 14. q.4. Frederic.de Senis conſ.36.nu.
2.Alciat.de præſumpt.regul.3.præſumpt.23.nu.
*1.*Nos *d.reſponſ.26.n.23.*
46 Neque acceſſorium, & ſecundarium
intereſſe hoc fabricæ eſt: (vt perperam
Aduerſarij perſuaſum ſibi habent) Sed pri-
49 marium, & antecedens. Ad hoc quippe
Fabricæ Sancti Petri Collegium, & Tri-
bunal erectum fuit, vt eius Deputati, & Cõ
miſſarii intereſſe ipſius curarẽt; ſecundario
verò, & acceſſoriè piorũ legatorum imple-
mentum; quod ſatis erat, remiſſum fuiſſe
Ordinarijs vt ea adimplẽda curarent, etiam
tanquam Sedis Apoſtolicæ delegati, iuxta
Sacrorum Canonum, & Sacri Tridentini
Concili diſpoſitionem, vt in initio deductũ
fuit. Quemadmodum intra annum ſub eo-
50 rum cura manet adhuc, vt pia legata, atque
defunctorum pias voluntates adimplendas
curent. At ſecus poſt annum, acquiſito iam
iurę Fabricæ Baſilicæ Apoſtolorum Prin-
cipis.
51 Hoc autem totum ſatis apertè patet, ex
ipſis Summorum Pontificum Conſtitutio-
nibus, quibus priuilegia, & facultates Fabri-
cæ Sancti Petri Baſilicæ, toto orbi, vrbique
celeberrimæ, extulere; & mente palam de-
52 duxere, eorum ex præfationibus, quibus in
tentio, & cauſa, ne dũ impulſiua, ſed finalis
habetur. *l.fin ff.de hæredib.inſtituend.vbi Bart.*
num.3.meus Maranta conſ.46.num.6. Nos *reſ-*
ponſ.22.num.4.& 10.part.1.
53 Ad fabricam quippè Sancti Petri Baſili-
cæ intenderunt primariò Summi Pontifi-
ces, ſecundariò verò ad pia legata exequen
da. Sic Iulius Secundus anno 1509. Pontifi-
catus verò ſui anno ſeptimo: *Sublimi Sedis*
» *Apoſtolicæ ſolio diuina diſponente prouidentia*
» *tia præſidentes,* (inquiens) *circa Baſilicam Bea-*
» *ti Petri Principis Apoſtolorum de vrbe digniori-*
» *bus ædificijs fabricandam, & coronandam,*
» *eò diligentiùs conuenit nos intendere: Vt ſi-*
54 *cut ipſe Petrus à Domino electus inter Apoſto-*
» *los meruit principatum, ita eius Baſilica alias*
» *vrbis, & orbis Eccleſias præcipuis ſtructuris an-*
» *tecellat.* Leo quoque X. Conſtitutione An-
no Donini 1514. Pontificatus verò ſui an-
no ſecundo.
» *Poſtquam* (inquit) *ad Apoſtolatus apicem*
» *meritis, ſed imparibus aſſumpti fuimus, inter cæ-*
» *tera, quæ nobis aſſiduè meditandanda, & ſolicitè*
» *exequenda ex his, quæ etiam in minoribus conſti-*
» *tuti toto animo cupieramus, ſe ſe reddiderunt ſa-*
» *lutis animarum Chriſti fidelium cura, & abſolu-*
» *tio fabricæ Baſilicæ Principis Apoſtolorum de*
» *Vrbe. Illa enim ad boni Paſtoris præcipue ad cæ-*
» *leſtem aulam excolendam, & gregem ſibi com-*
55 *miſſum ſaluandum; iſta ad Eccleſiam, caput Ec-*
» *cleſiarum omnium, in qua Apoſtolicæ ſedis ſo-*
» *lium collocatum exiſtit, reintegrandum perne-*
» *ceſſaria dignoſcitur &c.*
Et Clemens Septimus anno Incarnatio-
nis Dominicę 1524. Pontificatus ſui anno
ſecun-

ſecundo. Poſt nonnulla in initio ſuæ Con-
ſtitutionis pro fabricæ priuilegijs augendis:
56 *Attendentes autem* (ſubſequitur) *hoc ſacrũ,*
,, *& ſublime Beati Petri Templum, non noſtri, ne-*
,, *que cuiuſquam eſſe proprium, ſed omnium Chri-*
,, *ſtianorum nationum commune, quando à Domi-*
,, *no Deo, Deique Filio ipſi Petro ſuper omnes gen-*
,, *tes poteſtas eſt data; ipſeque, & ſucceſſores eius*
,, *Romani Pontifices pro ſalute omnium mediato-*
,, *res apud Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum eſ-*
,, *ſe debent. Cogitauimus propterea Collegium vnũ*
,, *LX. virorum Curialialium quarumcumque na-*
,, *tionum inſtituere, & ordinare, qui dictæ Baſilicæ*
,, *(fauente Deo) reficiendæ diligentem curam ha-*
,, *bere debeant.*

Ita quoque Iulius Papa Tertius an-
no eius ſecundo Pontificatus. *Poſt noſtram*
,, (loquitur) *ad Summi Apoſtolatus officij aſſump*
,, *tionem toto cordis affectu ſemper mente reuolui-*
,, *mus celeberrimam Diui Petri Apoſtolorũ Prin-*
,, *cipis Baſilicam, quæ in admirabilem conſurgit*
,, *ſtructuram, pro vt tenemur, debito fine termina-*
,, *re, ne deſertis ædificijs, quod iam factum eſt, peri-*
,, *ret, & tantum opus tanta pecuniarum vi excita-*
,, *tum, fruſtrà rueret. Et cum Iulius Secundus, &*
,, *ſucceſſiue alij prædeceſſores noſtri, ſuas, & Sedis*
,, *Apoſtolicæ facultates ad tantum opus perficien-*
,, *dum minimè ſufficere poſse viderent, omnes Chri-*
,, *ſti fideles cæleſtis theſauri præmijs, & alijs ſpiri-*
57 *tualibus gratijs, & donis toto nixu ad tam piũ,*
,, *& laudabile opus inuitauerunt, diuerſas indul-*
,, *gentias etiam plenarias, tàm eis, quàm Collegio*
,, *officialium ad curam dictæ fabricæ per Sedem*
,, *Apoſtolicam deputatorum concedendo, & inno-*
,, *nando, &c.*

Deficiet me certè tempus, & hora, ſi om-
nes Summorum Pontificum conſtitutio-
nes hac de re percurrere voluero. Afferam
tantummodo pro coronide Pij Papæ V.
verba in conſtitutione ſua anno Domini
1569. Pontificatus ſui anno 4. edita. *Et ſi*
,, (aientis) *de ſingulis paſtoralis officii cura nos ad*
,, *monet eſſe ſolicitos, fabricam tamẽ Sancti Petri,*
,, *quã ſpeciali quadam cura nobis cognoſcimus eſſe*
,, *commiſſam, ſpecialis intentionis fauore proſequi-*
,, *mur, eamque gratiis attollimus opportunis.*
,, Et in alia conſtitutione eodem anno edi-
,, ta: *Exigit incumbentis nobis Apoſtolicæ ſeruitu-*
,, *tis officium, vt fabricæ noſtræ Baſilicæ Sancti Pe-*
,, *tri vtilitati proſpicere ſatagentes, ea libenter ip-*
,, *ſi concedamus, quæ eius vtilitati credimus ex-*
,, *pedire.*

Et in alia eiuſdem anno Domini 1570.
Põtificatus ſui anno quinto. *Exigit* (inquit)
,, *incumbẽtis nobis Apoſtolicæ ſeruitutis officium,*
,, *vt fabricam Baſilicæ Principis Apoſtolorum de*
,, *Vrbe, tanquanquam peculiari noſtræ curæ com-*
,, *miſſam, ſpecialiori cura amplectentes, non modo*
,, *ea, quæ illi conceſſa reperimus, conſeruemus; ve-*
,, *rùm etiam nouis ſemper conceſſionibus decore-*
,, *mus, vt ex inde maioribus ſuffulta præſidijs, cele-*
,, *rius ad finem debitum perducatur, &c.*

58 Quod igitur primò intenderunt Summi
Romani Pontifices in erectione Collegij,
& Tribunalis Fabricæ, fuit, vt opus ipſum
Fabricæ Baſilicæ Principis Apoſtolorum
toto celeberrimæ mundo, perficeretur, in
conſequentiam vero, quòd pia teſtantium
vota per deputatos Commiſſarios adimple-
rentur, percepta portione pro fabrica, vel
quintæ, vel medietatis, vel etiam intereſſe, ſi
legatum ad opus certum eſſet rogatum, il-
ludque hæredum vitio per tempus non ad-
impletum. Erit ergo intereſſe fabricæ pri-
marium, atque præcipuum, non ſecunda-
rium, & accidentale, vt Aduerſarij non iu-
59 rè obijciunt. Illud porrò principaliter ne-
gotium attingere dicitur, quod negotium
ipſum è propinquo attingit, & non media-
tè, ac ſecundariò. *Gloſ. in cap. exhibita 19. ver-*
bo negotium, de iudic. & text. in cap. veniens 38.
vbi Felin. num. 12. verſ. iſtud limitatur de teſtib.
Et deduximus alijs relatis, perpenſiſque
reſponſ. noſtra 38. num. 1. 2. 3. & ſeq. part. 2.

Attingit verò negotium erectionis Col-
legij, & Tribunalis Fabricæ primariò, &
principaliter eius intereſſe, vt illa ad perfe-
ctum deducatur.

60 Erit ergo intereſſe ipſius primarium, ac
principale intentum, quod curare debent
Collegij deputati, ac Commiſſarij; ſecun-
darium verò, & acceſſorium legatorum
piorum adimplementum, quod vnum
optime curare poterant, vt poſſunt (e-
tiam hodie intra annum) Ordinarii; vt
in ſuperioribus perpendimus. Fit au-
tem id manifeſtum, ex quò intra annum,
cùm adhuc, (eo pendente), intereſſe
non ſurgat Fabricæ; Ordinariis remit-
titur, pia vt exequantur legata; At non
æquè reuoluto anno, cùm eius intereſſe
61 ſurgere, oririque inceperit. Acceſſoriũ eſt
itaque; quod principali amoto, tollitur, nec
ſupereſt; cum principalis ſequela, ſit acceſſo
rium, ad regulam, *l. cum principalis 139. ff. de*
regul. iur. regul. acceſſorium 42. eod. tit. in 6. Rota
apud Coccinum Decanum deciſ. 395. num. 2. De
re ergo agitur Tribunalis ſatis primaria, &
antecedenti, vt cauſæ coram eiuſdem Iudi-
cibus, & deputatis pro intereſſe Fabricę prę-
fatæ, reuoluto anno (ſi intra annum legata
pia exequi, atque impleri non curarint Or-
dinarij) ſummariè, ac de plano, etiam illas
ab Ordinarijs auocando, cognoſcantur, di-
rimantur, fineque debito terminentur. To-
ta itaq. errant via ſi cõquerantur Ordinarij,
quòd iure ſuo vtatur Fabricæ Baſilicæ San-
cti Petri Tribunal, id quod ſuum eſt proſe-
quendo: quando ipſi, vt piæ diſponentium
voluntates exequerentur, curare intra an-
num, hæredum, & adimplere debentium
peruicacia, minime potuere. Nunquid ne
ſtomacho ferent iniquo, quod id efficit ſua
vi per ſuos miniſtros tribunal, quod ipſi per
ficere

Digitized by Google

ficere non potuere?

62 Vt dicatur eis nunquid oculus tuus nequam eſt quia ego bonus ſum? Amiee nõ facio tibi iniuriam. Tolle quod tuum eſt, & vadè. *Matth. 20. 13.*

63 Carpendi haud, ergo Tribunalis Miniſtri erunt, quod id agant, quod facere illis Summorum Pontificum Conſtitutionibus; ac lege conſequenter, permittente, indultum eſt *ad text. in l. Graccius 4. ff. ad leg. Iuliam de adulter. l. fin ff. quod quiſque iuris. meus Maranta conſ. 44. in fin. n. 3.*

64 Et diſpoſuit apertiſſimis verbis Pius Papa V. in conſtitutione ſua quæ incipit exigit incumbentis nobis, *2. col. 4. in fin. Nos at-*
» *tendentes præmiſſa,* (inquiens) *pro vt in Ciui-*
» *tate Bononien hactenus occurrerunt, etiam in*
» *multis alijs Ciuitatibus, & diœceſibus ſimili, vel*
» *alio modo occurrere poſſe, & ſi præfata Fabrica,*
» *ſic impediretur, hoc non ſine grani ipſius im-*
» *pedimento ſuccedere poſſe. Volentes propterea*
» *ipſius Fabricæ vtilitati conſulere, ac edicto-*
» *rum, & litterarum noſtrarum præfatarum*
» *tenores ſimiliter præſentibus pro expreſſis haben-*
» *tes, motu, & ſcientia ſimilibus, Collegio, &*
» *Deputatis, Auditoribus Commiſſarijs, & mini-*
» *ſtris Fabricæ præf-tæ vt ipſi in omnibus, & ſin-*
» *gulis cauſis Monaſteriorũ. Prioratuũ, domorum,*
» *& aliorum exemptorum. ſub iuriſdictione ordi-*
» *naria non comprahenſorum, nec non alijs, in qui-*
» *bus proceſſus nondum eſt inſtructus; etiam ſi in*
» *eis Ordinarius virtute litterarum noſtrarum, vel*
» *ipſa ordinaria auctoritate præuenerit, modo, &*
» *forma quibus per præfatas litteras, vel aliàs con-*
» *ceſſum exſtisit, procedendi, eaſque cognoſcendi, &*
» *fine debito terminandi liberam, & amplam fa-*
» *cultatem concedimus per præſentes.*

Neque terũtiꝫ proinde aduerſus nos erit oppoſitio, per aduerſarios, quaſi argumentorum Achilles æſtimata.

Quod ex Pij præfati Papæ Quinti Conſtitutione 96. *in Bullar. §. 2. tom. 2.* diſponatur.

Poſſe in Vrbe Tribunal Fabricæ cognoſcere de cauſis omnibus Pijs poſt quindecim mẽſes à die obitus teſtatorum; dũmodo in illis Vicarius Vrbis non præuenerit. Vt conſequentiam inferant; non igitur poterit fabrica procedere in cauſis, in quibus ordinarius iam præuenit.

66 Cùm quòd eſt hoc argumentum à contrario ſenſu: Quod planè non ſemper abſolutè validum eſt, quia nimitum quoad formam argumentandi peccat, vitioque afficitur, vnde non ſemper rectè ducitur, vt aduertit *Aegidius de Coninch. diſputat. 18. dub. 9. concluſ. 1. n. 81. verſ ſed contrà.*

67 Tùm quod argumentum hoc non infert, neque probat, ſi contrarium, vel ſtatuto, vel conſtitutione aliqua decretum appareat. *ad text. in cap. à nobis 28. §. nec obſtat. de ſent. excommunicat. extrà Abb. in cap. cum eſſeſ. de teſtament. n. 24. circa med.* vel abſonus iuri, vel conſtitututioni, ſiue contrarius ſequatur intellectus, *ad notata in cap. publicato. 58. & ibid. Gloſſ. de elect. cap. quanto 18. vbi Gloſſ. verbo immoderatas de vſur.* notatur per omnes *in l. 1. ff. de offic. eius, Abb. in cap. ſuper eo. 5. alias primo num. 8. per Gloſſ. ibid. in verbo terminari in fin. de appellat. Afflict. decis. 314. in princ. Caballin. reſolut. criminal. centur. 3. caſu 228. num. 4. Detianus conſ. 30. num. 8. vol. 5. & conſ. 32. num. 14. vol. 4.*

In facto hoc autem noſtro omnino contrariũ apertiſſimè ſtatutum inuenitur per Summorum Pontificum Conſtitutiones: (vt in ſuperioribus oſtendimus) quòd videlicet: cauſæ omnes, in quibus de inter eſſe Fabricæ Baſilicæ Principis Apoſtolorum agitur, poſt annum coram Commiſſarijs, & Deputatis à Colleggio cognoſcantur, decidantur, fineque debito terminentur.

Non ergo procedet à contrario ſenſu deductum argumentum aduerſus ea, quæ à Conſtitutionibus præfatis per Summos Ro-
69 manos Pontifices decreta fuere. Quoniam eſt argumentum hoc à contrario ſenſu, nõ expreſſa deciſio, ſed coniectura potius quædam, ad *text. in l. apud antiquos 21. vbi Gloſſ. in verbo coniecturam, C. de furtis,* & ſubaúditus quidam intellectus ſecundum *Bald. & ibid. Gloſſ. fin. in l. 2. C. de conditionib. inſertis, meus Maranta in ſpeculo 3. part. princ. num. 92. Alexand. conſ. 7. in conſultatione præmiſſa, col. fi.*
70 *num. 16. vol. 5. Detianus conſ. 10. num. 17. vol. 4.*
Neque rectè ducitur in ſtatutis & conſtitutionibus ſimilibus. *Alexand. cõſ. 7. ex Bart. in l.*
71 *omnes populi, quaſt. 6. de inſtit. & iur.* Et argumentum hoc accipi debet preſsè, ac ſtrictè, & ad limites verborũ. Tollit nimirum om-
72 nes vires obiecti, attento contextu verborùm Conſtitutionum, quam ob cauſam locum non habet, quando ex eo contrarietas inducitur diſpoſitorum, neque ab eo infertur contrà veriſimilem mentem Summorum Pontificum expreſſe ad fauorem Fabricæ diſponentium, & vbi ad vnum inducta finem contrarium operarentur, atque ipſa Coſtitutionum, diſpoſitorumque ſubſtantia deſtrueretur, vt rectè, plenèque deductum fuit in vna *Imolen bonorum 25. Maii 1670. coram Buratto decis. 477. num. 4. 5. 6. & 7. part. 2. in impreſſis per Ferrentillum addentem.*

74 Tum etiam quod ſi rectè, vt par eſt, verba expendantur Conſtitutionis præfatæ Pii Papæ Quinti anno Domini 1569. Pontificatus verò ſui anno 4 tùm §. 1. tum eodem, §. 2. ſatis indigna redditur oppoſitio, quæ ad diruenda Fabricæ priuilegia, & facultates pro Ordinariis, Tribunali fiat: quando ex verbis illius ſatis firmum reddatur, quod pro Tribunali adſtruimus; poſſe eius miniſtros poſt annum, cum ius eſt Fabricæ quæſitum, cauſas ſuper piorum legatorum

exequutione intra annum introductas, ab
Ordinariis aliis, (vt hattenus factum, geſtū-
que fuit) auocare.
75 Quippè ſpecialis permiſſio fuit, quæ Vi-
cario vrbis in ſpiritualibus generali per di-
ctam conſtitutionem facta fuit, vt non ſit
proinde ad alios, ad Fabricæ priuilegia, fa-
cultateſque deturbandas, dimananda. Non
enim rectè ab vno ad aliud infertur, quod
diuerſa ſint, *l. Papinianus exuli 21. ff. de minor. l. fin in fin. vbi Bart. ff. de calumniat.*
77 Quinimo ex ſpeciali exceptione, ſatisfir-
miter in reliquis regula pro Tribunali ſta-
tuta per Summorum Pontificum conſtitu-
78 tiones ſolidatur: Cùm exceptio ex ſui na-
tura in caſibus minime exemptis regulam
fundet, atque clauis quaſi quibuſdam fir-
79 met, ſtabiliatque; & quid ſub regula com-
prehendatur, ad oculum quaſi demonſtrat.
Maranta Proauus meus in ſingularib. littera E. §. exceptio firmat. fol. 36. Rota apud S. memor. Gregor. XV. deciſ. 257. num. 4. nos *reſponſ. 12. num. 65. part. 1.*

Verba hic ſubnectere libet Conſtitutio-
nis Pij Papæ Quinti, ita apertum omnibus
fiet, ſatis perperam oppoſitionem obijci pre-
,, tactam. *Dilectus filius noſter in alma Vrbe, &*
,, *eius diſtrictu Vicarius in ſpiritualibus generalis,*
(§. 1. in fin. Pontifex Pius loquitur) *vigore*
,, *ſpecialis ſuper hoc à Sede Apoſtolica licentiæ, &*
,, *facultatis conceſſæ in huiuſmodi legatis in dicta*
,, *Vrbe exequutioni demandandis à certis annis ſe*
,, *intromiſerit in graue ipſius Fabricæ præiudi-*
,, *cium.*
80 Speciale igitur, quid eſt in Vicario Vrbis
in ſpiritualibus generali, vigore ſpecialis ſu-
per hoc à Sede Apoſtolica licentiæ, & fa-
cultatis, & à quibuſdam certis annis ſe in-
tromiſit, in graue ipſius Fabricæ præiudi-
cium.

Non ergo ad generale trahendum, quod
ſpeciale in Vicario Vrbis eſt. Et nihilomi-
nus neque ſine graui Fabricæ ipſius præiu-
dicio id à Vicario Vrbis attentatur. Præiu-
dicatur ergo iuribus Fabricæ, cum poſt an-
num vigore litis introductæ intra annum
ſuper legatorum piorum exequutione, ſe
ingerunt Ordinarii, vt non poſſit Fabricæ
81 Tribunal ab illis cauſas auocare. Non ergo
iurè faciunt. Iniuſtè igitur id attentant; er-
go male, ad *text. in d. can. quid dicam. in fin. 14. quæſt. 4.*
82 Reuocandum proindeque, quin magis iniu-
ſte factum coercebunt Eminentiſſimi Pa-
tres, iuxta Vlpiani ſenſum *in l. Medicus 3. in fin. ff. de variis, & extra ordinar. cognit.* Et ſe-
quta fuit *Rota apud Cencium de cenſibus deciſ. 88. num. 6. part. 1.*

At ſequitur propterea vlterius diſponēs
dicta ſua Conſtitutione Pius Quintus *d. §. 2.*
ab Aduerſarijs obiecta.
,, *Nos,* (dicens) *qui intimis cordis deſideriis ex*
,, *optamus, vt dicta Fabrica quàm citiùs fieri po-*
,, *terit ad debitum finem perducatur, ipſaque Fa-*
,, *brica attenta mala temporum qualitate, ob pe-*
,, *cuniarum defectum, magna parte ſubſtiterit; ve-*
,, *rendumque ſit, ne ſi in totum deſeratur, etiam*
,, *quod iam factum eſt, corruat in Diuinæ Maie-*
,, *ſtatis offenſam, & Reipublicæ Chriſtianæ dede-*
,, *cus; ac propterea omnibus, quibus poſſumus fauo-*
,, *ribus ſuccurre cupientes; eoſdemque Collegium,*
,, *& Deputatos, eorumque miniſtros à quibuſuis*
,, *excommunicationis, & ſuſpenſionis, &c. Eiſdem*
,, *Deputatis, & Collegio Fabricæ huiuſmodi, facul-*
,, *tatem eidem Vicario conceſſam; adhoc, vt elapſis*
,, *quindecim menſibus à die obitus teſtatorum, &*
,, *quomodolibet per vltimam voluntatem diſpo-*
,, *nentium; computandis; Collegium: &*
,, *Deputati Fabricæ huiuſmodi legata, in quibus*
,, *ipſe Vicarius non præuenerit iuxta formam fa-*
,, *cultatum præfato Vicario, & aliarum ipſi Fabri-*
,, *cæ conceſſarum exequi facere poſſint, per præſen-*
,, *tes concedimus, & ampliamus; illoſque deſuper*
,, *impediri à quoque minime debere.*
83 Speciale eſt ergo in Vrbis Vicario, qui
vnum Tribunal cum Sanctiſſimo facit. *cap. 2. in fi. de conſuetud. in 6. cap. Romana 3. in prin. de appellat. eod. lib. 6. Ioan. Azor. inſtitut. moral. part. 2. lib. 3. cap. 43. quæſt. 6.* Nos *reſponſ. 15. nu. 49. part. 1.* ad generale igitur haud trahen-
84 dum, *ad text. in c. cum in illis 16. §. cum autem, de præbend. in 6. c. ſuſceptū 6. de reſcript. codē lib. Azor. d. lib. 3. cap. 46. verſ. beneficia, & officia.*
Ceſſandum itaque ab oppoſitis.

Atque ita ex his cenſoris ſubiectis virgæ
reſpondendum cenſuimus.

CAROLVS MARANTA V.I.D.
Epiſcopus Iuuenacen.

Informatione hoc data, eaque perpenſa,
Ampliſsimi, Eminentiſsimique Patres de-
cretum dedere, ſeruari ſolitum, in poſterū:
quo verò ad cauſam cum Epiſcopo Sancti
Angeli mandauere illum intra duos men-
ſes audiri, vt ex ſequenti decreto palam fit
omnibus.

Fidem facio ego Oeconomus Reu. Fa-
bricæ infraſcriptus, qualiter in Congrega-
tione Generali eiuſdem Reu. Fabricæ de
more habita ſub die 27. Auguſti proximi
præteriti inter alias factum fuit decretum
tenoris infraſcripti videlicet.

*Neap. ſeu S. Angeli Lombardorum Auocatio-
nis cauſæ, &c. Sacra Congregatio mandauit ſcri-
bi Reuiliono quod ſuperſedeat per duos menſes ad
effectum, vt Epiſcopus interim poſſit audiri in S.
Congregatione, quatenus velit, & quod hoc ip-
ſum ſignificet quam primum eidem Epiſcopo.
Quo verò ad alias cauſas coram Ordinarium
vltra Annum pendentes mandauit Scribi eidem
Reuiliono pro obſeruatione ſoliti.* Prout in li-
bro decretorum dictæ Sanctæ Congrega-
tionis pœnes me exiſtente, ad quem, &c. In
fidem.

fidem. Romæ hac die 5. Settembris 1640. Ita eſt Andreas de Ghettis eiuſdem Reu. Fabricæ Sancti Petri Oeconomus Generalis loco † ſigilli.

SVMMARIVM.

1 *Tribunal Sancti Officij myſticum quodam corpus eſt, quod diuerſis conſtat membris, quæ miniſtri illius ſunt.*

Inter quæ ea Conſultores, Aſſeſſoreſque agnoſcuntur, & n. 12.

Quæ vnum corpus cum capite efficiunt, nu. 5.

2 *Corpus naturale diuerſis conſtat membris, quæ non eundem actum habent.*

3 *Conſultorum Sancti Officij munus eſt conſiliis Tribunal iuuare, atque fulcire.*

4 *Corpus naturale multa habet membra, vnũ tamen corpus efficiunt.*

6 *Corpus non eſt vnum membrum, ſed multa.*

7 *Conſultores apprimè Sancto Tribunali Sancti Officii neceſſarii ſunt ad ea peragenda, quæ eidem Tribunali neceſſaria ſunt.*

8 *Conſilia vbi multa, ibi ſalus, Prouerb. 11.14.*

9 *Theologi in S. Officio deſeruiunt, vt propoſitiones examinent.*

10 *Iuris peritorum munus in Sancto Officio eſt, vt de punitione, & abſolutione reorum aliarumque cauſarum meritis, conſilium dent.*

12 *Iacobus Symanca Pacenſis Epiſcopus extollitur.*

13 *Conſultores Principum pars corporis eius myſtici dicuntur.*

14 *Conſultores, qui in vnum ad conſulendum de rebus Reipublicæ conueniunt, quaſi homo vnus fiunt.*

Qui multas habeat manus, multos pedes.

15 *Diſsentio inter corporis membra ponenda non eſt.*

Omnia enim coaleſcunt, vt vnum corpus efficiant.

Neque membrum vnum contra aliud pugnare debet ex Apoſtolo Paulo ad Corinth. 1. cap. 12. 15.

16 *Membra omnia corporis, ita attemperauit Deus, vt non ſit ſchiſma in corpore, & num. 32.*

Sed ſint membra pro inuicem ſolicita.

Quod probatur etiam ex Caſſiodoro, nu. 17.

18 *Corpus totum Tribunalis Sancti Officii eſt à iuriſdictione exemptum ordinariorũ, igitur ſingula eius membra.*

Ergo, & Conſultores, & num. 23. & num. 31 & num. 66.

19 *Membra à capite diſcedere haud licet.*

Quia omnia caput ſequi oportet.

20 *Caput quale, talia membra cenſentur.*

21 *Res eadem diuerſo cenſeri iure minime debet.*

Vbi præſertim eadem viret ratio, idemque reſpectus, num. 22.

23 *Conſultoribus apprimè indiget Sanctum Officium.*

Quorum conſilio in rebus gerendis vtitur.

24 *Vnitas myſtici corporis diuidi haud debet.*

25 *Compoſitum vnum, quamuis ex partibus coaleſcat, diuidi tamen non poteſt. Sed integrum præſtari.*

26 *Homo diuiſionem virtualem admittit ex partibus, quibus componitur. Vnus tamen eſt, integritate partium.*

27 *Tribunal Sancti Officii vnum corpus eſt, vnitate integrali.*

Et ſi diuerſa membra habeat, ex quibus componitur.

28 *Vnum eſſe non poteſt, quod diuiſum eſt?*

29 *Forma tota in conſumatione conſtat.*

30 *Legata quænam diuiſionem reſpuunt?*

32 *Membra corporis, quæ infirmiora videntur, neceſſariora ſunt, & quæ ignobiliora, eis maiorem honorem circundamus. Ex Apoſtolo Paulo.*

33 *Miniſtri omnes etiam inferiores Tribunalis Sancti Officii exempti à iuriſditione Ordinariorum ſunt.*

Soli Inquiſitori ſubiecti.

Tam in Ciuilibus, quàm in criminalibus.

Ergo, & Conſultores. num. 34. & nu. 45. 62.

35 *Exemptio Tribunali Sancti Officii indulta eſt.*

Non ratione perſonarum, ſed ſui ipſius.

Ob fidei fauorem.

36 *Diſtinctionis, vbi nulla eſt ratio, par eſſe iudicium debet.*

37 *Conſultores multò validius iuuamento ſunt Tribunali Sancti Officii, aliis inferioribus miniſtris.*

Eodem ergo exemptionis priuilegio potiri debent.

38 *Diſparitatem dicens, ipſe probare tenetur.*

39 *Lege quæ non diſtinguntur, neque per hominem diuidi, ſecariue debent.*

40 *Arma deferre omnes Tribunalis Sancti officii miniſtri, propter propriam tuendam*

 perſo-

perſonam poſſunt.
Ergo & Conſultores, eorumque famuli.
Et hoc neceſſarium putatur, n.41.
42 *Arma deferre eos, qui Reipublicæ præſunt neceſſarium eſt, ex Ariſtotele.*
43 *Miniſtros omnes Tribunalis Sancti Officii iuramentum præſtare oportet de ſecreto ſeruando.*
Ergo, & Conſultores.
Alioquin animaduertere in eos omnes poterit Inquiſitor. num. 44.
46 *Miniſtri omnes Tribunalis Sancti Officii ſacris indulgentiis in omnibus actibus ad Tribunal ſpectantibus peragendis à Summis Romanis Pontificibus, inſigniti ſunt.*
47 *Ius idem in vna quaque totius parte eſſe debet, quod in toto dignoſcitur.*
Vbi præſertim vna, & eadem ratio viget. 48.
49 *Qui maiori honore digni ſunt, non debent minoris æſtimari, ex Apoſtolo Paulo 1. ad Timoth. 5. 17.*
50 *Aureola quibus in æterna patria debeatur?*
51 *Doctores Eccleſiæ peculiari fulgore fulgebunt in cœlis.*
52 *Iuris qui ſunt eiuſdem, eiuſdemque generis ad imparia iudicari minime debent.*
53 *Prælati ſupremi omnes habent ſuos familiares ſubiectos.*
De eiſque cognoſcunt.
Vt ſunt Epiſcopi.
Hoc quoque priuilegio potiri debebit Sancti Officij Tribunal. 54.
55 *Eccleſia exempta, ipſius miniſtri quoque exempti erunt.*
56 *Conſultores Sancti Officii Sanctæ Inquiſitionis in Regno Neapolitano à ſupræmo Sanctæ Inquiſitionis Prætorio creantur.*
57. *Tribunal Sancti Officii Neapoli vnum Tribunal efficit cum ſupremo Sanctiſſimæ Inquiſitionis Romæ.*
58 *Vicarius vnum Tribunal efficit cum Epiſcopo, cuius vices gerit.*
59 *Monſtrum non corpus eſt, vbi inter membra diuiſio apparet.*
60 *Argumentum ab abſurdo vitando, firmum.*
61 *Cauſa abſurditatis vitandæ, ne deprauatus ab ea ſequatur effectus.*
63 *Similium ſimile, atque vnum iudicium eſſe debet.*
Et quod in vno æquiperatorum ſtatuitur, & in altero.
64 *Animal omne ſimile ſibi diligit.*
Et omnis homo proximum ſibi. Eccleſiaſt. 13 num. 19. & 20.
Contrarium per accidens ſequitur.
Et eiuſdem artis ſunt ſibi ipſis aduerſi. n. 65.
67 *Antonius Ricciullus Epiſcopus Caſertanen Sanctæ Inquiſitionis Miniſter in Regno Neapolitano celebratur.*
68 *Franciſcus Cardinalis Boncompagnus Archiepiſcopus Neapolitanus extollitur.*
69 *Deciſio ſupræmi Sanctæ Inquiſitionis Prætorij in hac re refertur.*

ARGVMENTVM.

Ex ipſo principio petitur.

RESPONSIO LXIX.

SInt nec ne Conſultores Sancti Officij, qui Miniſtro Sanctæ Inquiſitionis in Regno Neapolitano, Neapoli aſsident, ab ordinarij Iuriſdictione exempti, ipſoque Sanctæ Inquiſitionis Tribunali in omnibus ſubiecti? In difficultatem à non nullis reuocatur. Verùm affirmatiuè nobis reſpondendum videtur.

1 Nec mirum planè, quoniam in toto ipſo
2 corpore Tribunalis Sanctæ Inquiſitionis,
quod ſicut corpus naturale, ex diuerſis conſtat membris, quæ non eundem actum habent, *ad Romanos* 12. 4. Sed ad varia obeunda munia diſtincta ſunt, & ipſum ex varijs conſtat, compactumque miniſtrorum mēbris agnoſcitur, inter quę non infimum, at ſatis dignum obtinent locum, Conſultores,
3 Aſſeſſoreſque, quorum munus eſt, cōſilijs, votiſque tribunal ipſum, ipſiuſque caput (Inquiſitorem videlicet) iuuare, fulcire, & in agendis dirigere. Sicut nempè corpus ip
4 ſum naturale vnum corpus eſt, & membra habet multa, omnia autem membra corporis, cùm ſint multa, vnū tamen corpus ſunt, vt Apoſtolus Doctor gentium loquitur 1.
5 *ad Corinth.* 12. 12. Ita peręquè Sancti Officii Conſultores, Aſſeſſoreſque vnum corpus efficiunt. Quoniam vnus panis, vnum corpus omnes ſumus, omnes, qui de vno pane participamus, vt idem (inquit) Apoſtolus *ead. 1. ad Corinth. cap.* 10. 17.
6 Nam, & corpus, non eſt vnum membrū, ſed multa, idem ſcribit Apoſtolus, *eod. cap.* 12. 1. *ad Corinth.* 14.
7 At inter tribunalis miniſtros, Aſſeſſores, Conſultoreſque (vt puta illi apprimè neceſſarii ad ea, quę ad Sanctum Officium ſpectant, peragenda, ne multa illi deſint cō-
8 ſilia) vſui omnino ſunt. Ibi enim ſalus, vbi multa conſilia, ſpiritus eloquitur Sanctus

Pro-

*prouerb.*11.14. Cum enim de rebus grauiſ-
ſimis deliberandum perſæpè ſit, neceſſe eſt
,, viros ſapientes, theologos, & iuris peritos
9 ,, vocare: Theologos, vt propoſitiones exa-
,, minent, & earum explicent qualitatem:
10 Iuriſperitos, vt de punitione, & abſolutio-
ne reorum, ac de aliis cauſarum meritis cõ
ſilium præbeant opportunum. vt *Iacobus*
11 ille *Simancha*, Pacenſis Epiſcopus, Vir do-
ctiſſimus loquitur *de Inſtitutionibus catholicis*
*tit.*41.*de miniſtris n.*11.

12 In Tribunalis vno corpore itaque non
omnino incongruè Conſultores agnoſcũ-
tur, eiuſq. pars ſunt; quemadmodum pars
13 corporis myſtici Principis, eius ſunt Con-
ſultores, ſiue Conſiliarij ad *tex. in l. quiſquis*
5.*C.ad leg. Iul. Maieſtat. Royas in epitome ſuc-*
*ceſſion.cap.*26.*num* 8.*tom.*8.*tract.part.*1.*fol.mi-*
hi 419.*col.*3.*concordat tex. in cap. cum dilectus*
*filius.*14.*vbi Gloſſ.in verbo familiares.* Nam
ipſi (inquiens) pars corporis eius (hoc eſt
Papæ) eſſe intelliguntur, *de Clericis non re-*
ſidẽtib.extra. Etenim cùm plures ad conſul-
14 ,, tandum conueniunt, & vnuſquiſque par-
,, tẽ habet virtutis, ac prudentiæ; fiunt in vnũ
,, collecti, quaſi homo vnus, qui multos pe-
,, des habeat, & multas manus, multoſque
,, ſenſus, vt alij aliam partem, cuncti autem
cunctas diſcernant, vt ex *Ariſtot.* idem *Si-*
mancha loquitur *d.cap.*41.*n.*11.

Neque profectò diſſentio inter membra
ipſa ponenda erit; cùm & omnia coaleſcãt,
15 vt vnum corpus efficiant; atque ſe ſe mu-
,, tuò foueant. Quam ob cauſam, ſi dixerit
,, pes; Quoniam non ſum manus non ſum
,, de corpore: num ideo non eſt de corpore?
,, (ſic nempe *S. Apoſtolus Paulus eod. c.* 12.1.
,, *ad Corinth.* philoſophatur) Et ſi dixerit auris:
,, Quoniam non ſum oculus, non ſum de
,, corpore: num ideo non eſt de corpore? Si
,, totum corpus oculus: vbi auditus? Si totũ
,, auditus vbi odoratus? Nũc autẽ poſuit Deus
,, mẽbra, vnũquodq. eorum in corpore, ſi-
,, cut voluit. Quod ſi eſſent omnia vnum
,, membrum, vbi corpus? Non poteſt autem
,, oculus dicere manui: opera tua non indi-
geo: aut iterum caput pedibus: Non eſtis
mihi neceſſarij. his ſatis aptè ad rem noſtrã
Sanctus Apoſtolus.

16 Omnia itaque ita attemperauit Altiſſi-
mus corporis membra, vt non ſit ſchiſma
in corpore, ſed id ipſum pro inuicem ſoli-
cita ſint membra. Et ſi quid patitur vnum
membrum, compatiantur omnia membra:
ſiue gloriatur vnum membrum, congau-
dent omnia membra. vt perbelle, concin-
nèque idem *S. Apoſtolus loco præfato* proſe-
quitur. Nec inconcinne id ipſum ſequen-
tibus comprehenſus fuit *Caſſiodorus in lib.*
17 *de Anima cap.* 16.*non longe à fine. Sed cum*
,, *membra ſingula* (inquiens) *diuerſa corpori præ-*
,, *bere videantur officia; aliudque nobis ſublime,*
,, *aliud mediocre, aliud ſit in vltimo conſtitutum;*
,, *in tãtã cõplexionis gratiã deuenerunt, vt omnia*
,, *ſibi neceſſaria, omnia probentur accomoda: ſicut*
,, *Apoſtolus ait, cùm Eccleſiam Dei ſtudio chari-*
,, *tatis adunaret. Non poteſt dicere oculus manui,*
,, *non es mihi neceſſaria, aut iterum caput pedibus,*
,, *non deſidero operam veſtram; ſed multo magis*
,, *quæ videntur membra corporis infirmiora eſſe,*
,, *neceſſaria ſunt: quæ putamus ignobiliora eſſe cor*
,, *poris, his honorem abundantiorem circumda-*
,, *mus. Deus enim ita temperauit corpus, atque di-*
,, *ſtribuit, vt mẽbra inter ſe mutuis adiutorijs in-*
,, *digerent.* his Caſsiodorus.

18 Eſt itaque totum corpus Tribunalis à
Iuriſdictione exemptum ordinarij: Erunt
igitur ſingula eius membra exempta. Exẽ-
pti ergo Conſultores, Aſſeſſoreſque erunt.
19 Quippe non licet à capite membra diſce-
dere, ſed iuxta ſcripturæ teſtimonium om-
nia membra caput ſequantur, ſecundum
id, quod loquitur Calixtus Papa omnibus
Epiſcopis *can.*1.12 *diſt.* & Victor Papa XIII.
à Sancto Petro *can.celebritatem.*21. *in princ.*
de conſecrat. diſtinct. 3. Quia non decet (in-
quiens) vt membra à capite diſcrepent, aut
aliter gerant. & ſequuta fuit Rota *in Cæſar*
Auguſtana Synodi 13. *Februarij* 1626. *coram*
Domino Coccino Decano deciſ. 3.*num.*4. *part.*5.
diuerſ. & *in Sabinen Montis Rotundi.* 25. *Iunij*
1627.*coram eodem Domino Decano Coccino de-*
*ciſ.*93 *n.*83.*eadem par.*5.*diuerſ.*

20 Quale enim eſt caput, talia cenſentur, &
membra vt ſequuta fuit *Rota apud Sanctæ*
memor. Gregor. XV. deciſ. 370.*n.*3.*in fin.*

21 Neque profectò decet, vt eadem res, at-
que vna diuerſo cenſeatur iure. ſecundum
Iaboleni ſenſum *in l. eum qui ades.* 23.*ff. de*
Vſucapionib cap. eum in tua. 30.*in fin. de decimis.*
can. cognouimus 29.*in fin.*12.*q.*2.*vbi Gloſſ. etiam*
fin. & ſequuta fuit Rota ex eadem ratione
in *d. Sabinen Montis Rotundi. d. deciſ.* 93.*n.* 84.
Barboſa axiom 74 *num* 4 *Royas de hæret. par.* 1.
22 *num.* 156. vbi præſertim eadem ratio, idem-
que reſpectus, idem ſuadent. ſecundum *Na-*
uar. conſ. 3.*num.*6.*lib.*2.*de foro compet.*

Eſſet autem hoc, ſi toto tribunali exem-
plo, Conſultores, Aſſeſſoreſque (quibus ap-
primè indiget Tribunal, cum eorum con-
23 ſilio in rebus agendis, dirigendiſq. & cauſis
decidendis, vtatur) Ordinariorum eſſent Iu-
24 riſdictioni ſubiecti; & vnitas miſtici com-
poſiti, ac corporis Sancti huius Tribunalis
diuideretur; quod præſtari haud iure po-
teſt. vt Paulus *lib.*12.*ad Sabinum in l.*2.§.1.*ff.*
de verborum obligationib. non ineruditè ſanè
25 docet, in vno compoſito exemplum præ-
,, bens; *Quædam* (inquiens) *partis quidem da-*
,, *tionem natura ſui recipiunt; ſed niſi tota dentur,*
,, *ſtipulationi ſatis non fit: veluti cùm hominem*
,, *generaliter ſtipulor, aut lancem, aut quodlibet*
,, *vas.* his Paulus. Et Vlpianus *in l. ſi ſtipulatus*
*ſumm.*9.§.*qui decem. ff. de ſolut. Qui hominem*
debet (dicens) *partem Stichi dando, nihilominus*
homi-

Digitized by Google

hominem debere non deſinit;denique homo adhuc
ab eo peti poteſt . Recipit planè diuiſionem
virtualiter homo in partes,ex quibus com-
ponitur,vt aliud membrum caput ſit,aliud
manus , aliud pes; quemadmodum aureus
virtute,decem continet Iulios,ſiue carole-
nos,vnus autẽ aureus eſt, numero vero, ſi-
ue valore decem, atque ita numero quidẽ
inferius,re vberius; vt verbis vtar Ambro-
ſij in *Lucam lib.3.cap.19.* At homo,& vnum
integrale integritate partium, non erit,niſi
totum præſtetur:ita vas,ita lax. Agnoſcit ſi-
27 quidem partes Tribunal Sancti Officij, ex
quibus componitur; Inquiſitorem nempè
vti caput;Conſultores,vti collum per quod
omnia à capite influentia ad corpus omne,
conſilijs , atque prudentibus reſponſis dif-
fluũt. Brachia,manuſue notarios;pedes ce-
28 teros Tribunalis miniſtros. Verum vnum
corpus haud efficient,ſi diuiſa præſtentur.
Vnum ergo vnita erũt. Non itaq. ab inuicẽ
ſecernenda membra , neque diuerſo iure
à toto compoſito cenſenda . Cæteròquin
29 totam formam(quæ in conſumatione cõ-
tingit) minime dabit . Vt Caius loquitur
iure conſultus in(*l. ſi quis quadrigenta 79. §.*
1. ff.ad leg. falcid.) de legatis verba faciens ,
30 quæ diuiſionem non admittunt; vt legatũ
viæ,itineris,actuſque. Rationem dicti red-
dens ad rem noſtram ſatis accomodam :
Ad nullum enim(inquiens)*ea res pro parte po-*
teſt pertinere . & diximus *reſponſion. noſtra.3.*
nu.68.par.1.
31 Ne diſſidium igitur inter membra pona-
tur,ita exempti erunt Conſultores, Aſſeſſo-
reſque (honorabiliora huius myſtici cor-
poris membra) ſicuti totum ipſum corpus
exemptum eſt;atque cetera,(quamuis infe-
riora membra)exempta ſunt. Vt enim Apo-
ſtolus Paulus *d.1.ad Corinth.* 12. 22. inquit :
32 *Multo magis , quæ videntur membra corporis*
„ *infirmiora eſſe, neceſſariora ſunt ; & quæ puta-*
„ *mus ignobiliora membra eſſe corporis, his hono-*
„ *rem ambundantiorem circundamus : & quę in*
„ *honeſta ſunt noſtra abundantiorem honeſtatem*
„ *habent. Honeſta autem noſtrą nullius egent: ſed*
„ *Deus temperauit corpus ei,cui deerat,abundan-*
„ *tiorem tribuendo honorem ; vt non ſit ſchiſma in*
„ *corpore;ſed id ipſum pro inuicem ſolicita ſint mẽ-*
bra. His Sanctus Apoſtolus.
33 Et plane;ſi inferiores quoque huius San-
cti Tribunalis Miniſtri,vt(vt puta exequu-
tores,Carcererij,alijque huiuſmodi;) à Iu-
riſdictione exempti Ordinariorum ſunt ;
(quòd in miniſterium aſſumpti Sancti Tri-
bunalis,alium,cui ſubſint,quàm Inquiſito-
ri, qui tribunalis caput eſt , non recogno-
ſcant) vt in omnibus , tàm criminalibus ,
quàm ciuilibus, ac miſtis cauſis Inquiſito-
ris Iudicio tantummodo ſubijciãtur;quòd
ob firmato ſequuntur pectore. *Simancha d.*
tit.41,num.19.& ſeq. Royas de heretic. par. 1.n.
444. & ſeq. & par.2.num.421. & ſingul.101.
Farinac.de hæreſi q.186.§.2.num. 38. in 8. am-
pliat. Paramus de origine Sanctæ Inquiſit.lib. 3.
qu.6.num.27. & 28. Pater Ferdinand.à Caſtro
Palaa ex Societate Ieſu. in opere morali. tom.1.
tract.4.diſp.8.pũct.12.§.2.n.9 in 3.q. Pater Dia
na reſolutionũ moralium p.4 tract.8.reſolut.55.
34 Cur (quæſo tè) erit, vt eodem modo Aſ-
ſeſſores,Conſultoreſque,qui conſilijs, atq.
cauſarum decidendarum ſtudio Tribuna-
li proſunt, atque pro eo deſudant,hoc eo-
35 dem non potiantur priuilegio ? quod non
ſanè perſonis ſingularibus , ſed Tribunalis
prætorio, quòd omnibus alijs eminet tri-
bunalibus , fidei in fauorem conceſſu m eſt,
atq. indultũ,vt ad omnes eius miniſtros di-
mandari debeat,iuxta plene tradita per De
cium *in l.in omnibus cauſis 6.n.8.& 9. ff de re-*
gul.iuris. Neque ratio vlla diſtinctionis ſub-
36 ſit;vt par eſſe Iudicium non debeat ad *tex.*
in l.illud.32.vbi Gloſſ.verbo æſtimari. ff. ad legẽ
Aquil.cum ibi notat. ſaltim comprehenſiue ,
vt *reſponſ.14.nu.37.& 38 par.1.* diximus.
37 Nimirum,quòd ſi iuuamento Tribunali
ſunt inferiores miniſtri(etiam Curſores, ſi-
ue familiares) quòd peſſimæ farinæ ho-
mines;hæreticos , vel hæreſis ſuſpectos, ſu-
perſtitioſoſque carceribus includunt , illos
capiendo;cur non multo validius Conſul-
tores qui conſilio aſſident,reoſque capien-
dos decernunt , eoſque captos,vel conſti-
tuunt, vel torturæ ſubijciunt , vel finali iu-
dicio condemnant, iuuamento non erunt;
vt. eodem & ipſi exemptionis potiantur
38 priuileggio ? Alioquin id aſſerentes diſpa-
ritatis rõnẽ exhibeant.ad *tex.in l in exceptio-*
nib.19.ff.de probat. l. 2.C.ex quibuscauſ.maior.
39 Vel patiantur ſaltim,vt quibus lex mini-
me diſtinctionem adhibet , vnum habean-
tur,neque ab alijs diſtinctioni , atque diſſi-
dio ſubiiciantur.ad *tex. in cap.ſolitæ 6. in fin.*
de maiorit. & obed. cum concordat. nos reſponſ.
21.num.126.par.2.
40 Hanc proinde ob cauſam , ne dum aliis
miniſtris inferioribus,ſed ipſis quoq. Con-
ſultoribus permiſſum eſt , vt ipſi arma ad
tutamen eorum perſonarum deferre va-
leant ; quòd pariter deprauatis hominibus ,
hæreſiſque infectis contagio, inuiſi ſint; vt
toto Tribunali permiſſum quoque digno-
ſcitur,quod apertiſſimis verbis proſequitur
Doctiſſimus *Pegna in directorio ad Aymericũ*
part.3.comment.105. littera E. verſ. rurſus ar-
„ *ma.* ſequentibus loquens: *Rurſus arma* (in-
„ quiens) *deferre non ſolum crederem competere*
„ *illis officialibus , quos vulgus Cruce ſignatos in*
„ *Italia, in Hiſpania familiares appellat : ſed etiã*
„ *cæteris miniſtris , qui quauis alia ratione officio*
„ *ſacra inſeruiunt, veluti Aduocatis,notarijs, Cõ-*
„ *ſultoribus, Cuſtodibus , & alijs. ibi enim omnes*
„ *ratione officij inuiſi eſſe ſolent malè credentibus,*
„ *blaſphemis,ac ſimilibus peccatoribus;& ob id,ob*
ean-

Digitized by Google

„ *eandem rationem inſtiſſimum eſt, vt vel iidem,*
„ *vel eorum famuli armati incedant;maximè in*
„ *illis partibus,quibus, vel hæretici abundant,vel*
„ *ſaltim de hæreſi ſunt ſuſpecta*. His apprimè è
re noſtra Pegna.Clemens V. *in Clem. nolē-*
lentes.2.§.fin.in fin.de hæretic. Gloſſ. in cap.ſta-
tutum 9. in verbo. Indirectè. & in verbo. retar-
dentur.de hæretic.in 6. perpendit *Royas ſingu-*
lar. 21. num. 8.& 9. eſt Conſtitutio Ioannis
22.anno 1321. edita, quæ incipit, exigit or-
dinis noſtri, relata à Pegna inter litteras
Apoſtolicas ad calcem directorii *fol. mihi*
63. cuius quoque meminit ipſe *d.comment.*
105.par.3.col.2.littera 3.verſ quibus autem ho-
41 *minibus*. Neceſſarium hoc nempè putatur,
habere in rebus publicis arma, quibus, &
magiſtratibus parere inobedientes com-
pellantur, & vis propulſetur externa, vt
Ariſtoteles inquit *lib.5. politiæ.cap. 8*. Ratio-
42 nem dicti reddens: *Nam qui Reipublicæ præ-*
ſunt,hos armis, tùm ad tuendum Imperium, vt
detractores coerceantur, tùm ad vim, ſi quis ex-
trinſecus iniuriam inferre conetur, propulſandā,
inſtructos eſſe neceſſe eſt. & ſequitur Simancha
de catholicis inſtitutionib.tit.34.de Inquiſitorib.
Apoſtolicis.num.13.
43 Pari proinde modo (ut tribunalis vnitas
conſeruetur) miniſtri omnes eiuſdem iu-
ramentum præſtare tenētur;& quòd fideli-
ter ſuo fungentur munere; & quòd arcana
omnia fideliter in pectoris abſtruſa ſcrinio-
44 lo retinebūt;pœnas daturi ſi ſecus fecerint,
in quos Inquiſitor,non alius animaduertet.
Clement.1. §. porrò. de hæretic. Simancha dict.
tit.41.num.30.& 31. inter eos vero,Conſul-
tores,Aſſeſſoreſq; & ipſi non infimi agno-
ſcentur. *Simancha vbi paulò ante. Pegna in di-*
rector.part.3.commentar.129.& plenè ad ma-
teriam *Menoch.de arbitrar.lib.2.centur.6. caſu*
537.per tot.
45 Non abſimiliter ergo, ne aliis Iudicibus
agnoſcendi,iudicandique Conſultores,Aſ-
ſeſſoreſque Sancti Officii ſubdantur, niſi
ſolo Inquiſitori, à rationis dictamine alie-
num haud habebitur;vt Tribunalis vnitas,
membrorumque eius omnium aſſeruetur,
ſi exempti ipſi,vt illi omnes alii erunt, ſoli-
que Inquiſitori ſubiecti.
46 Quemadmodum,ſicuti cæteri Tribuna-
lis miniſtri omnes,etiam Cruce ſignati,pri-
uilegio fruuntur non vulgari, vt in omni-
bus actibus, atque in mortis articulo pecu-
liaribus Indulgentiis ex totius Eccleſiæ the
ſauro decorentur; Ita planè & Conſultores
Aſſeſſoreſque. ad *tex. in cap. excommunicamus.*
13.§.catholici vero,de hæretic.Pegna in director.
3.par.comment.177.178. & 179. Royas de hæ-
retic.par.2.num.413.
47 Non ab alio igitur dignoſcentur Iudice,
quàm ab vno Inquiſitore, Tribunalis Cō-
ſultores, Aſſeſſoreſque;vt Ius idem in vna-
quaque totius parte permaneat, quod in
toto eſſe dignoſcitur.ad *tex.in l.grege legato*
21.& l.ſequent.ff de legat.1.Gloſſ.in d.can.1.in
Gloſſ. 1. in fin. 12.diſt. vbi præſertim vna,
48 atq.eadē ratio viret,neq. diuerſa dignoſci-
tur,ob totius vnitatem retinendam *Abb.cōſ.*
58. Quidam Nicholaus.num.3.in fin.verſ.præ-
terea,& quarto.par.2.Card.Tuſcus tom.1.litte-
ra A.concluſ.499. num. 3. Barboſa in locis co-
munibus loco.114.nu.2.
49 Neq.minoris habeantur,qui maiori di-
gni ſunt honore, quòd maioribus deſudāt
laboribus, qui conſilio Tribunali præſūt.
argumento *tex.in cap.1. in fin. de priuileg. ex-*
tra,iuxta illud Apoſt. 1.*ad Timoth.5.17. Qui*
„ *benè præſunt Presbyteri* (inquientis) *duplici*
„ *honore digni habeantur:maximè qui laborant in*
verbo,& doctrina. Quemadmodum in cœ-
leſti patria (vt *Dionyſius Carthuſ.ibid.*ſubne-
nectit) duplici honore digni habentur, vi-
50 delicet, Aureæ,& aureolæ. Et docet *Gloſſ.in*
*cap. cauſam matrimonij penult. de probat.*car-
mina referens ſequentia.

„ *Aureolam Virgo,Martyr, fideique Magiſter.*
„ *Præter comunem dicuntur habere coronam.*

S.Thom.quodlibet.3.art.12. Nauar.de finib.hu-
manor.actuum n.44.verſ.5.quod S.Thom.Hen-
riq. in ſumm lib.vlt.cap fin.§.etiam finali.
Si peculiari itaque aureola in cœleſti pa-
tria decorantur, qui ad iuſtitiam erudiunt
51 multos, Vnde vt ſtellæ fulgebunt in perpe-
tuas æternitates *Daniel. 12. 3.* dicentis. *Qui*
autem docti fuerint, fulgibunt quaſi ſplendor
firmamenti,& qui ad iuſtitiam erudiunt multos,
quaſi ſtellæ in perpetuas æternitates.
Cur non hac donabuntur prærogatiua;
vt viuentes ſolo Inquiſitori diiudicandi
ſubiiciantur; cui Conſulendo à cōſiliis ſūt;
cùm illa donentur carcerarii,familiares,ſi-
ue Curſores, aliique inferiores miniſtri?
52 Ne ad imparia, cum eiusdem ſint Conſul-
tores, iudicentur: ſed eodem iure cen-
ſeantur,vt *Gloſſ.*loquitur *in can.illud 3.verbo*
negantur 95.diſt.
53 Quod ſi aliis ſupremis Prælatis iurè in-
dultum eſt, vt eorum familiæ ab Ordina-
riorum ſint Iuriſdictione, atque cognitio-
ne exemptæ, atque eorum Prælatis ſuppo-
ſitæ:vt de familia Epiſcopi eſt iure receptū.
cap.fin.vbi ſcribent.de offic.Archid.l.2.vbi om-
nes.C.de epiſcop & clericis.Capic.deciſ.12.Me-
noch.de arbitrar.lib.2 cent.6.caſu.562.num.13.
Carolus de Graſſis de effectib. Clericat. effectu 1.
num. 128. dictum fuit *in Melcuitana præhe-*
minentiarum.18. Maij 1629. coram Pirouano.
deciſ.291.nu.7.par.5 diuerſor.
Quemadmodum aliorum Iudicum mi-
niſtris,atque apparitoribus indultum eſt,vt
illi ſubſint Iudici apud quem militant,ne-
que coram alio conueneri valeant; vt ſatis
ad rem hanc noſtram apte ſequitur Doctiſ-
ſimus ille vir Lucas de Penna in *rubr. de*
*apparitionibus Præfecti Vrbis lib.12.*quo loco
num.

Digitized by Google

num.2.ſequentibus loquitur neque enim
verba eius intermittere viſum eſt, quin
operæ pretium referendo me facturum
æſtimaui.
„ Item nota (inquit) quòd apparitores coram
„ alio iudice conueniri non poſſunt, quàm eo, cuius
„ ſunt apparitores ſupra de officio Magiſt. milit.l.
„ 2.& vide ff de re milit. l. officium in fin. & hoc
„ eſt regulare in omni miniſtro, & Officiali, vt ſub
„ eo magiſtratu, & Præſide conueniatur ad cuius
„ prouidentiam, & Iudicium illius miniſterium,
„ & officium noſcitur pertinere, vt eſt exemplum
„ ſupra de fabricenſib.l. penult. Opus enim armo-
„ rum ad Magiſtrum ſpectat officiorum. eod.tit.l.
„ fin.ideo fabricenſes, qui arma Imperialia fabri-
„ cant ſub eo conueniuntur, vt d l.pen.ad idem ſu-
„ pra de palat.ſac larg.l.viros.§ in aliis, cum con-
„ cordantib. Cuius ratio eſt, ne videantur ab eius
„ abſtrahi miniſterio, cuius obſequio deputati ſunt.
„ ſupra de ſilentiar.l penult. His Lucas de Pen-
na, quem ſequutus quoque fuit Regens
Regiam Cancellariam Carolus Tapia deciſ.
13.Sacr. Conſil.num. 7. qua deciſione actum
fuit in ſimili de his, qui officio Magni Ad-
miratus Regni deſeruiunt, vt Iuriſdictioni
ſubiiciantur eius, neque alterius.
54 Indultum quoque priuilegium hoc erit
ſupremo huic Tribunali Sancti Officii, vt
omnes eius miniſtri, (quos inter Conſulto-
res, Aſſeſſoreſque agnoſcũtur) ab ordinario
rum ſint iuriſdictione exempti, atque ſolo
Inquiſitori (vti Capiti) ſubiecti. Quia pro-
55 fecto Eccleſia exempta, & ipſius miniſtri
exempti videntur vt Gloſſella marginalis lo-
quitur in capit.per exemptionem.9.de priuileg.
in 6.ſiue in 1.notabili. Quod maximè proce-
56 det; cùm Conſultores à ſummo Sanctæ
Vniuerſalis, & Generalis Inquiſitionis præ
57 torio creentur, & vnum Tribunal cum ip-
ſo ſupremo Sanctæ Generalis, & Vniuerſa-
lis Inquiſitionis Almæ Vrbis efficiant, qua-
58 ſi illius ſupemi Vicarii. Veluti (Ecce tibi)
vnum eſt Vicarii cum Epiſcopo Tribunal,
quòd Vicarius vices gerat Epiſcopi.cap. 2.
in fin.de conſuetud.in 6.cap. Romana 3.in prin-
cip.de appellat.in 6.nos reſponſ. noſtra 25. num.
49.par.1.Ioan.Azor.inſtitut.moral. par.2 lib.3.
cap.43.qu.6.
59 Cæteroquin Monſtrum magis, non vnũ
eſſet myſticum corpus, ſi in membris diui-
ſio appareret; atque inferioribus miniſtris
exemptis, capitiſque iuriſdictioni ſuppoſi-
tis (Inquiſitoris videlicet,) ſoli Conſulto-
res, Aſſeſſoreſque (honorabiliora, atque ne-
ceſſariora corporis membra) ordinarij Iu-
riſdictioni ſubijcerentur. Et cùm in alijs
rebus (vt paulo antè perpendimus) fauori-
bus (vt alii eiuſdem miniſtri Tribunalis) fe-
riantur, in hoc vno à toto corpore deuient,
atque alterius rationis, Iuriſdictioniſque
agnoſcantur. Quod minimè eſſe debet;
nullumq. rectæ rationis dictamen patitur,
& admittit; quin abſurdum omnino æſti-
60 metur, & Abſonum. Rectè verò argumen-
tum ducitur ab abſurdo vitando. ad tex. in
l.nam abſurdum 7.ff.de bonis libert.cap.dudum.
14.§. conſiderantes quoque vbi Gloſſ. verbo ab-
ſurdum de præbend.in 6.Euerard.loco ab abſur-
do num.1.& ſeq.Barboſ.loco.2. nos reſponſ. 12.
num.22.par.1.Hieronym.de Federic. reſol. cri-
min. 43. num.7. & 8. poſt ſecundum vol.conſil.
Farinac. Maceraten. variar. lib. 2. reſolut. 32.
num.13.
61 Abiicienda igitur abſurditatis cauſa, ne
deprauatus ab ea ſequatur effectus ad tex.
in cap. cum ceſſante 60. de appellat. cap. & ſi
Chriſtus 26. propè fin. de iureiurand.l. illud.32.
ff.ad leg.Aquil.l adigere 6.§. quamuis ff.de iure
patron.nos reſponſ.9.nu.20.par.1.
62 Cumque præterea in aliis Tribunalis mi-
niſtris (quòd vnius membra myſtici corpo-
ris ſint) hæc ſarcta tecta ſeruetur exemplio;
atque inuicem membra comparentur; cur
(amabo te) erit, vt in ſolis Conſultoribus,
Aſſeſſoribuſq. diuerſitas agnoſcatur? Cùm
63 alioqui ſimilium ſimile debeat eſſe, atque
vnum Iudicium, vt quod in vno ſtatuitur
æquiperatorum, in eorum altero extendi
debeat.ſecundum Caſſadorum deciſ. 6. de iure
patronat.probat tex.in cap.maiores.3.§.verum
de baptiſmo.& § cum ergo circumſio. de baptiſ-
mo.l.1.ff.de legat.1. Decius in cap. translato.in
1.lect.num.7.& ſeq.de conſtitutionib.Cencius de
cenſib.par.3.cap.1.qu.2.num.7.Gloſſ in cap. mi-
ramur.7. verbo mentio in fin. de ſeruis non or-
dinand. Felin. in cap. non dubium 5. num. 3. de
64 ſent.excom. Et in ſacris litteris Eccleſiaſt. 13.
„ 19. & 20. Omne animal (inquiens) diligit
„ ſimile ſibi, ſic & omnis homo proximum
„ ſibi: Omnis caro ad ſimilem ſibi coniun-
„ getur; & omnis homo ſimili ſui ſociabitur.
„ Nam & hi, qui in naturalibus, vel officiis, (Dio
„ nyſius Carthuſ.ibid. commentatur. gradu,
„ ſtatu, ſeu ordine magis communicant, maiorem
„ ſolent ad inuicem ſocietatem, ac dilectionem ha-
„ bere; quamuis quandoque per accidens contingat
„ oppoſitum, in quantum vnus alium impedit à
„ ſuo lucro, delectatione, aut comodo. Vnde figuli
„ ſolent interſe corrixari. Hæc Dionyſ. dixitq.
Nanzianzenus.
65 „ Et faber eſt fabro, figulo figuluſq. moleſtus.
Et Ariſt.in ethic. ſimile ſimilem quærit, &
fouet. ſequiturque Nauar. de ſpolijs clericor.
§.19.num.9.verſ.& probat.circa fin. & de red-
ditibus Eccleſiaſt.q.1. monit. 43.nu.1.verſ.quod
ſimiles ſimilia.
De duobus itaque alterum admittendũ;
vel diſſidium inter membra myſtici huius
corporis, Tribunalis Sancti officii, atque
ſchiſma aſciſcendum erit, vt exempta alia,
ſubiecta verò alia, atque præſertim hono-
rabiliora, dicamus: Vel vnitas erit ſeruan-
da; vt membra capiti correſpondeant, illud
que agnoſcant, eiq. ſubiiciantur.

Non

Non ſanè primum;quia contra vnitatem
compoſiti pugnat, vt in ſuperioribus oſtē-
dimus, Ergo ſecundum,quod rectæ ratio-
nis Iudicio concinit,atque reſpondet. Erūt
66 ergo omnia corporis membra exempta;
ſiue Conſultores, Aſſeſſoreſque fuerint, ſi-
ue miniſtri;vſque ad mingentem ad parie-
tatem, iuxta Domini dicta 3. *Regnm* 21.21.
Atque ita ex his, quæ Ariſtarchi Iudicio,
neque cum ſtomacho,ſupponimus, ſed lu-
benter,reſpondendum cenſuimus.

CAROLVS MARANTA V.I.D. Epiſcopus Iuuenacen. Sancti Officii Ordinarius Conſultor.

Re demum ad ſupremum Sanctæ Inqui
ſitionis Tribunal delata, fuit per Eminen-
tiſſimos Patres decretum: debere Conſul-
tores, Aſſeſſoreſque Sancti Officii exemp-
tione frui;vt alii eiuſdem Tribunalis mini-
ſtri ab Ordinariorum ſunt Iuriſdictione
exempti. Directæ proinde fuerunt litteræ
67 ad Illuſtriſſimum, & Reuerendiſſimum
D. Antonium Ricciullum Epiſcopum Ca-
ſertanum Sanctæ Inquiſitionis Miniſtrum
in hoc Neapolitano Regno, cuius virtutes
aptius erit ſilentio committere,quàm pau-
corum verborum circuitu inexplicatas fa-
cere. Quippè(vt Sācti Maximi verbis vtar,
homil. 59. quæ eſt 2. de Sancto Euſebio Ver-
cellenſi Epiſcopo)ad tanti Viri laudes ad-
didiſſe aliquid, decerpſiſſe eſt: ſiquidem
virtutum eius gratia non ſermonibus ex-
ponēda, ſed operibus comprobanda. Litte-
ræ verò datæ fuerunt ad Eminentiſſimum,
& Reuerendiſſimum Dominum D. Fran-
ciſcum S.R.E.Cardinalem Boncompagnū,
68 Archiepiſcopum Neapolitanum, Virum,
& natalibus, & Dignitate Eminētiſſimum,
Summi quandam Orbis Moderatoris Gre-
gorii illius xiij.(cuius pietatem tot erecta
diuerſarum linguarum in Vrbe Collegia
atque Glorioſa vbique facinora non ob-
ſcurè demonſtrant) nepotem; ſcientia lit-
terarum,etiam Græcarum, & hebraicarū,
Sacræque Theologiæ, iuriſque vtriuſque
conſpicuum;pietate,zelo, moribuſque Pa-
truo Sanctiſſimo non inferiorem, vbiq.
fulgentem, vbique probitatis ſuæ ſpecimi-
na dantem,lucernam non ſub modio, ſed
ſupra candelabrum poſitam, vt luceat om-
nibus,qui in domo ſunt. Deus optimus Ma
ximus Paſtorem Eccleſiæ Neapolitanæ, ad
Populi ſibi commiſſi ſoſpitatem,diù inco-
lumen ſua pietate ſeruet. In humanis age-
bat optimus Paſtor dum hæc dedimus. Ve-
rum reliquit hæc noſtra vitæ terminum
faciens. Vigilemus itaque quia, qua hora
non putamus,filius hominis veniet. Lucæ
12.40.

Eminentiſſimo, & Renerendiſſimo Signor mio oſſeruandiſſimo.

Hanno li Sommi Pontefici,in varij tempi cōceduti è priuileggij, & eſentioni à miniſtri del Tribnuale della Santa Inqniſitione; accorgendoſi che ſi come da eſſi depende il mantenimento della noſtra ſanta fede,& la purita della religione Catholica, coſi deneno animarſi coloro che operano in eſſa con maggiori gratie e prerogatine de gli altri. Li Prēcipi ſecolari medeſimi, li quali hanno conoſcinto, che la fermezza de' loro principati, è fondata ſolamente ſopra queſta ſalda colonna della Catholica religione, hando non ſolo mantenuto,mà di larga mano accreſciuto le gratie è priuileggii loro; E ſe in alcuno dominio ciò è ſequito.certo è,che negli ſtati ſotto poſti al Re di Spagna ſi è anantaggiato. Hanendo dunqne il miniſtro,che à nome di queſta Sacra Congregatione riſiede coſti alcnn Conſoltori Preti ſecolari, che non eccedeno il numero di qnattro al più,& de qnelli non ſolo ſi ſerne per la mera conſnlta delle cauſe, che ſe aggitano;ma gli adopra nel pigliare le denuntie, è nel formare i proceſſi, & in tutto qnello, che da gli inqniſitori d'altre parti è adoſſato à loro vicarii,è parnto à qneſti miei Eminentiſſimi di fare godere à medemi conſoltori del priuileggio dell'eſentione della giuriſditione ordinaria, della quale godono i vicarii dell'iſteſſi inquiſitori non ſolo nelle cauſe criminali, ma ancho nelle canſe ciuili. Io ne dò parte à Voſtra Emidenza,accio ſi compiaccia di hauere per buona la reſolutione di queſta Sacra Congregatione, & ordini al ſuo Vicario generale, & ad altri miniſtri di coteſto ſuo tribnnale, che nelle cauſe de' Conſoltori del Santo officio non procedano,ma rimettano di eſſe la cognitione al miniſtro che ſarra deſtinato coſtì dalla Santità di Noſtro Signore, è da qneſta Sacra Congregatione per le materie del Santo officio. Qui ſi terra mano che il numero di eſſi non ſi alteri, & ſiano deputate perſone è di bontà,è di valore,accio il ſeruitio de Dio,& di queſta Santa ſede ſi faccia con maggiore decoro,ne ſi habbia V.E. da dolore, che la carrica è l'eſentione ſi conferiſca à perſone inqniete, & di mali coſtumi. Si contenti V.E. di fare regiſtrare negl'atti della cancellaria queſt ordine,& all'E.V. baccio per fine humilmente le mani. Roma 17. Marzo 1640.

Di V.E. Reuerendiſsima.

Humiliſsimo,& aff. Seruitore.

Il Cardinale Barbarino.

SVMMARIVM.

1 *Delegatus Papæ poteſt vices ſuas ſubdelegare ad totam cauſam.*
Verum cui delegauerit, perſona debet eſſe in dignitate Eccleſiaſtica conſtituta, vel vel Cathedralis Canonicus, n. 2. & 3.
3 *Subdelegatio, ſecunda delegatio dicitur à prima dependens.*
4 *Delegatus ſubdelegare haud poteſt extra ſuam diœceſim, niſi vtriuſque partis expreſſus acceſſerit conſenſus.*
Alioquin quicquid geſſerit ſubdelegatus nullum, atque irritum euadit. num. 5.
6 *Citatus à non competente iudice parere non tenetur neque, proceſſus tenet. nu. 7.*
Quamuis exceptio incompetentiæ non opponatur, num. 8.
9 *Proceſſus abſque iuriſdictione formatus, nullus redditur.*
10 *Conſenſus partium expreſſus requiritur in delegatum extrà locum delegantis procedentem.*
Neque ſufficit tacitus.
Neque vnius ex partibus. num. 11.
12 *Acta à iudice ſine iuriſdictione nulla ſunt.*
13 *Iudici ſine iuriſdictione procedenti non paretur impune. æſtimatur enim vt priuata perſona.*
Nec ſufficit licentia ordinarij, in cuius territorio ius dicit. n. 15.
Niſi partes expreſsè conſenſerint. num. 16. & 20.
Neque ſufficit non excepiſſe. num. 17.
18 *Taciti & expreſſi eadem eſt virtus.*
Limita ſi expreſſus requiratur conſenſus. num. 19.
20 *Conſenſus tacitus non ſufficit, vbi expreſſus exigitur.*
21 *Procuratoris conſtitutio conſenſum expreſſum in iudicem non operatur.*
22 *Lex quamuis dura, ſeruanda.*

ARGVMENTVM.

Delegatus Papæ poteſt alteri Vices ſuas delegare: modo tamen, cui Delegauerit, perſona ſit in Dignitate Eccleſiaſtica conſtituta. Et num extra diœceſim delegare valeat? & an tacitus partium conſenſus ſufficiat? ad elucidationem tex. in cap. ſtatutum 11. §. in nullo quoque de reſcript. in 6.

RESPONSIO LXX.

1 Licet quidem Delegatus Papæ (dūmodò ipſe exonerare ſe ipſum malitiosè non quærat) alteri vices ſuas demandare, atque iudicē dare valeat; vt poſſit ēt compellere renitētem; iuxta diſpoſita per Innocentium III.
2 *in cap. paſtoralis 28. in princ. & cap. ſi pro debilitate 3. & capit. final. de officio delegati extrà. Rota apud Card. Seraphin. deciſ.* 506. *num. 1. & deciſ.* 8, 7. *num.* 18. modo tamen cui delegauerit requiſita obtineat, quibus delegati à Papa prædit eſſe debent. *Barboſa in collectan. ad Sacrum Tridentinum Concilium ſeſſ. 25. cap. 10. num. 21. de reformat. Ricius in praxi rerum quotidianorum par. 1. reſolut. 89. nu. 2.* & latiùs *reſolut.* 420.
3 quod ſub delegatio, & ipſa, Delegatio dicatur, quamuis ſecunda, ab illa prima dependens; fitque id perſpicuum *ex tex. in cap. ſtatutum* 11. §. *in nullo quoque de reſcript. in 6.* mox mox infrà referendus, in
„ verbis illis; *neque alibi quàm infra illas: &*
„ *perſonis dumtaxat deſignatis ſuperius, com-*
„ *mittat quomodolibet vices ſuas:* perſonis (videlicet) in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutis, vel Cathedralium Eccleſiarum Canonicis. vt ſupra in principio conſtitutionis præfatæ dixerat Summus Pontifex. *Maſſobrius de Synodo diœceſana cap. 4. dub. 13. nu. 51. & ſeq. Barboſ. in collectan. ad d. tex. cap. ſtatutum §. in nullo quoque n.* 63.
4 Haud tamen poterit extrà locum ſuæ delegationis procedere, neque alteri ſuas demandare vices, ni vtriuſque partis ad id expreſſus accedat aſſenſus *tex.* eſt Bonifacii VIII. *in d. cap. ſtatutum 9. in §. in nullo quoque de reſcriptis in 6.* ſequentibus nempe Summus Pontifex ibi diſponit.
„ *In nullo quoque* (dicēs) *caſuum prædictorum,*
„ *Iudex extra Ciuitatem, ſeu diœceſim, in qui-*
„ *bus deputatus fuerit, citet partes, nec de cauſa*
„ *ſibi commiſſa cognoſcat; niſi ad id expreſſus*
„ *acceſſerit earundem aſſenſus: neque alibi quā*
„ *infra illas, & perſonis dumtaxat deſignatis*
„ *ſuperius committat quomodolibet vices ſuas.*
ſic ſummus legislator, & Pontifex.
5 Quicquid vero aliter geſtum fuerit, irritum, atque inane, ac nullum redditur. quia iuriſdictione caret. diſponit id ipſemet legislator Bonifacius Octauus *eod. cap. ſtatutum* 11. §. *fin. de reſcriptis in* 6.

Quic-

„ *Quicquid autem contrà præmiſſa*,(toto ſcili-
„ cet eodem capitulo) *vel eorum aliquod*
„ *contingerit attentari, ſit ipſo iure irritum, &*
„ *inane*. Sic ille. ſequiturque *Gloſſ. in eod.* §.
6 *in nullo. verbo cites partes*. dicens: *Et ſi cita-*
„ *uerit non tenetur ire; quia citatio irrita eſt,*
7 *& ipſo iure irrita in fin. cap. & ſi ob hoc pro-*
„ *ceſſerit contra eos, non tenet proceſſus*. ſic
Gloſſa. Adeoque verà, atque firma huiuſ-
modi eſt diſpoſitio, vt infirmus nihilomi-
nus reddatur proceſſus, quamuis exceptio
8 hæc non opponatur; *quia ipſo iure infirmus*
atque inualidus proceſſus habetur, ſine iuriſ-
9 *dictione formatus*. ſic *Gloſſ. d. § fin. verbo ipſo*
iure.

10 Neque qualis qualis partium perquiri-
tur aſſenſus; ſed ille expreſſus; alioquin ta-
citus nil operabitur. Neque ſat erit ſi vna
conſentiat ex partibus, ſed vtriuſque, atque
expreſſus exigitur conſenſus. ità expreſſis
verbis *Gloſſ. d. § in nullo. verbo expreſſus*.
„ *In tantum* (inquiens) *credo inhærendum*
„ *huic litteræ, quod licet interueniat tacitus*
„ *conſenſus: (puta quia non opponitur excep-*
„ *tio) credo quod non valeat proceſſus, per fin.*
„ *capit. Idem credo, ſi interueniat conſenſus*
„ *rei, & non actoris, vel è conuerſo; licet eius*
11 „ *tantum qui conſenſit videatur eſſe fauor,*
„ *eadem ratione, cùm littera iſta dicat earun-*
„ *dem*. Ita Gloſſ. ad amuſſim ad rem noſtrã.
„ *Gloſſam* ſequuntur ſcribentes, atque cum
primis *Philippus Franc. num.* 5. *& num.* 2.
& 3. *Gemian. num.* 7. *&* 8. *Rota*, quam etiam
refert *Franc. d. n. 5. decis. 15. de offic. delegati*
in nouis, & apud Cardin. Caualer. deciſ. 254.
num. 1. *&* 2. *Ricius Epiſcopus Vici Equen.*
deciſ. 188. *n.* 10. *&* 11. *par.* 2. *Gratianus forẽſ.*
par. 1. *cap.* 125. *n.* 11. *Barboſa d. cap. Statutum*
§. *in nullo num.* 61.

Non potuit proinde Dominus Canoni-
cus N. extra diœceſim Vici Equen. per de-
legationem ſibi factam ab Illuſtriſsimo
Domino Epiſcopo Delegato Apoſtolico,
in Ciuitate Neapolis procedere, partibus
non expreſſe conſentientibus, lege id ſibi
12 prohibente. Sine iuriſdictione itaque pro-
ceſſit. Cadunt proinde quæcumque fecit,
atque irrita, nulla, & inania ſunt. Quia fa-
13 cta ab non habente iuriſdictionem. impu-
ne igitur eidem nunc non patetur, ex re-
gula *tex. in cap. 2. de conſtitut. in 6. l. fin. ff. de*
Iuriſd. omn. Iud. Nauar. conſ. 77. quæritur 1.
num. 2. *lib.* 3. *de regularib.*

14 Aeſtimatur quippe in hac parte vt pri-
uata perſona, non vt iudex *l.* 3. ibi. Nam ſi
„ exceſſerit, priuatus eſt. *ff. de offic. præſid. cap.*
conquærente 7. de reſtitut. ſpoliat. Barboſ. in
collectan. ad d. cap. Statutum. § in nullo quoq.
num. 64.

15 Nec ſufficit dicere: habuiſſe facultatem
ab Eminentiſsimo Domino Card. Archie-
piſcopo Neapolitano. Quia ille facultatẽ
fecit, vt iuriſdictionem in ſua diœceſi exer-
cere poſſet, non vero iuriſdictionem,
quam non habebat, contulit. *Ricius d. de-*
ciſ. 186. *par.* 2. *num.* 8. 9. *&* 10. *Gratianus d.*
cap. 127. *num.* 1. Niſi partes conſenſerint.
Maranta in ſpeculo 6. part. tit. de ſententia
17 *num.* 75. *&* 76. Neq. fundamentum firmẽt:
quòd non exceperunt partes, vt conſenſiſ-
ſe proinde videantur, ad regulam taciti, &
18 expreſſi eadem eſt virtus. *in l. cum quid* 3.
vbi Gloſſ. & ſcribentes ff. ſi certum petat.

19 *Præterquam* quod enim regula non ita
abſolutè procedit quando alias expreſſus
perquiritur conſenſus, quod notatur per
Gloſſ. in cap. ſi diligenti. 12. *verbo manifeſtè*
de foro compet. Hyppolitus de Marſil. ſingu-
lar. 387. *incipiente taciti & expreſſi. Rota d.*
deciſ. 15. *de offic. delegat. in nouis. Cardinalis*
Tuſcus t. vlt. littera T. concluſ. 7. *præſertim*
num. 39. *&* 41. *& concluſ.* 8.

20 Nihilominus, neque tacitus ſufficiebat
conſenſus, cum expreſſus ab ipſa Bonifacij
conſtitutione requirebatur: *Niſi ad id*
„ (inquit) *expreſſus acceſſerit earumdem aſ-*
„ *ſenſus. & Gloſſ. & doctores* citrà controuer-
„ ſiam vllam ſequuntur. ac *Rota d. deciſ.* 15.
de offic. delegati in nouis Puteus deciſ. 181. *in*
fin. lib. 3. *Pariſ. de reſignat benefic. lib.* 8. *q.* 10.
num. 19. *&* 20. *Marta de clauſul. par.* 1.
clauſul. 3. *n.* 2.

Neque ſat erit aſſerere: conſtituiſſe par-
tes in actis procuratorem; conſentiſſe pro-
inde. Omnino enim expreſſus perquire-
batur conſenſus. neque procuratoris con-
21 ſtitutio conſenſum operatur. *Ricius in*
praxi variar. par. 2. reſolut. 55. *num.* 5. alios
referens: probaturque ex dict. *deciſ.* 15. *de*
offic. delegat. in nouis, per quam deducitur
apertiſsimè, neque per proceſſum ad vlte-
riora in cauſa, vnde tacitus arguitur con-
ſenſus, ſatisfactum fuiſſe conſenſui in iudi-
cem & iuriſdictionem, cum ex *dicto §. in*
nullo quoque. expreſſus perquiratur v-
22 triuſque partis conſenſus: & propterea
lex quamuis dura ſeruanda tamen ſequi-
turque *Gonzal. ad regul. 8. cancellar. Gloſſ.*
47. *num.* 20. *Barboſ. ad d. cap. Statutum* §. *in*
nullo quoque n. 68. *& d. n.* 61.

Atque ita ex his, iudicio ſubijectis re-
ctius ſentientis, reſpondendum cenſuimus.

CAROLVS MARANTA I.V.D.
Epiſcopus Iuuenacen.

Commiſſo negotio per ſignaturam San-
ctiſſimi per Breue ſub annulo Piſcatoris
alteri Epiſcopo; Declarauit ille (partibus
auditis) acta omnia, & ſententiam per
hunc ſubdelegatum extrà delegati iuriſ-
dictionem facta, nulla, atq. inualida.

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 *Pupillaris expreſſa excludit matrem in medio exiſtentem, ne dum à luctuoſa, verùm, & à legitima.*

Quia parentum teſtamentum eſt, vel pars ſaltim illius.

2 *Compendioſa ſubſtitutio, matrem quoque excludit, filio in pupillari decedente.*

3 *Compendioſa ſubſtitutio quæ dicatur?*

Et quomodo concipiatur? n.4.

5 *Compendioſa ſubſtitutio ob diuerſitatem, quã continet, compręhendit etiam pupillarem, ſaltim in potentia.*

Quia omnes complectitur ſubſtitutionum ſpecies. n.11.

Dicitur proinde pupillaris expreſſa, non tacita. n.12.

Qua de cauſa eundem operabitur effectum, atq. expreſſa pupillaris. n.6.

7 *Pupillaris tacita, quæ in compendioſa includitur, eundem operabitur effectum, atque expreſſa.*

Quia vtroque caſu patris eſt teſtamentum, ſiue pars illius. n.8.

Et hæc ſententia magis communis eſt nu. 9. & 13.

Eſtq. in vtroq. foro receptiſſima n.19.

Atq. ita in ſacro Neapolitano Conſilio Iudicatum refert ex Paulo Leone Caluaccanus num.14.

Præſertim vero ſi verbis directis compendioſa hæc ſubſtitutio facta fuerit. n.15.

16 *Verba directa in compendioſa, quæ dicantur.*

17 *Verbum (ſuccedat) exequutium dicitur.*

Vnde in compendioſa pupillarem directam operabitur.

Quia alterius miniſterium non requirit. nu. 18.

19 *Verba, vbi alterius non expetunt miniſterium, directa dicuntur.*

20 *Pupillaris in compendioſa compræhenſa, directa dicitur, ex coniectura ab ordine dilectionis eruta.*

Fauore præſertim piæ cauſæ n.22.

Quare matri præhabebitur, eamq. excludet.

Potiſſimum ſi aliquid teſtamento matri legati nomine relictum fuerit. n.23.

Vel etiam ſi pater, quandocunq. filij mortem obirent, fratres ſubſtituiſſet. dicetur enim directa pupillaris. n.24.

21 *Monachus quicquid acquirit, monaſterio quærit.*

25 *Subſtitutio in compendioſa facta fratribus ſimpliciter ad bona vniuerſa, pupillaris dicitur.*

Vnde pupilli quoque bona compræhendet.

Quia ſubſtitutionem pupillarem filio pater feciſſe videbitur. n.26.

Ratioque affertur ex Card. Mantica n.27.

Alioquin non omnia bona ad ſubſtitutos deuenirent:

Eſſetque contra defuncti teſtatoris voluntatem. n.28.

29 *Vniuerſalitatis per verbum (omnia) nihil excludere eſt.*

30 *Pupillarem ſubſtitutionem, per verbum (ipſius teſtatoris, vel mihi) mutare haud voluiſſe teſtator præſumitur.*

Quamuis teſtator dixiſſet (deducta legitima de iure debita) n.31.

Quia verba prædicta non cauſaliter, & in ſenſu compoſito; ſed conditionaliter, & in ſenſu diuiſo, exaudiuntur. n.32.

Præſertim verò, ſi non in caſum ſubſtitutionis pupillaris, verba illa cadant. n.34.

33 *Legitima aſcendentibus non iure naturę, ſed commiſerationis gratia debetur.*

35 *Teſtator non videtur repugnantia ſibi loquutum fuiſſe:*

36 *Scripturæ ad concordiam reducendę ſunt per temporum diſtinctionem.*

37 *Compendioſa plura comprahendit tempora, quia intra pubertatem pupillarem, poſt vero pubertatem fideicommiſſariam complectitur.*

Verum communis ſubſtinet, poſt pupillarem, ſi illa locum habuit, extingui fideicommiſſariam. 38.

Quamuis Afflict. omni tempore fideicommiſſariam eſſe contendat, matremq. non excludere. n.39.

Verùm eius ſententia non admittitur. n. 40.

Quin refellitur à nonnullis. n.41.

Potiſſimum verò ſi contra matrem vrgeant coniecturæ. n.42.

43 *Verba teſtatoris in ſuo proprio caſu exaudiri debent, nec vltra protendi.*

ARGVMENTVM.

Tacita pupillaris in compendioſa incluſa an æquè à loctuoſa, atq. legitima matrem in medio repertam excludat, ſicuti & expreſsa ? [illegible] num pupillaris hæc in compendioſa comprehenſa; expreſſa & ipſa dicatur ? non inutiliter diſceptatur.

RESPONSIO LXXI.

SVptemas condens tabulas ſibi, ſuiſque, qui quondam fuit Franciſcus Palumbus ex Vigiliis anno 1637. ſequẽtibus de rebus ſuis nouiſſimum dedit Iudicium.

„ *Et voluit præfatus teſtator, quòd ſi prædictus*
„ *eius filius, & poſthumi, ſeu poſthumæ naſcituri,*
„ *ſeu naſcituræ (vt ſupra) deceſſerint quandocumq.*
„ *ſiue filiis legitimis, & naturalibus, quòd eis ſuc-*
„ *cedat, & ſuccedere habeat Antonia Palumbo*
„ *eius ſoror germana, eiuſque filii legitimi, & na-*
„ *turales in, & ſuper omnibus, & quibuſcunque*
„ *bonis, & iuribus ipſius teſtatoris. Verum ſi Re-*
„ *uer. Baccalaureus Frater Ioannes Baptiſta Pa-*
„ *lumbus frater vtrinque coniunctus ipſius teſta-*
„ *toris Ordinis Prædicatorum ſuperuixerit dictis*
„ *hæredibus vniuerſalibus decedentibus abſque*
„ *filiis, (vt ſupra) quòd ipſe Reuer. Frater Ioannes*
„ *Baptiſta ſuccedat quoad vſum fructum tantùm*
„ *omnium bonorum ipſius teſtatoris, eiuſdem Fra-*
„ *tris Ioannis Baptiſtæ naturali vita durante; &*
„ *poſt eius mortem, imò præambula hora eius mor-*
„ *tis conſolidetur vſusfructus eum proprietate, &*
„ *omnia bona hæreditatis ipſius teſtatoris deueniãt*
„ *ad prædictam Antoniam eius ſororem, eiuſque fi-*
„ *lios, (deducta tamen legitima de iure debita præ-*
„ *dictæ Vergiliæ matri prædictorum hæredum vni-*
„ *uerſalium) ſi eis ſuperuixerit. Quia ſic eſt eius*
„ *extrema voluntas.*

Firmum teſtamentum factum eſt morte teſtatoris. poſt quem intrà pubertatem pupillari ætate ex humanis exceſſit Dominicus Antonius filius, & hæres teſtatoris. Hæreditatem proinde quoad vſumfructum ſubiuit monaſterij nomine R. Frater Ioannes Baptiſta præfatus. Verum obijcit ſe ei Vergilia mater Dominici, legitimam in bonis præmortui filii luctuoſæ nomine, petẽs. Obnititur Monaſterium; hæreditatem ſe nanciſci ex teſtamento Patris Franciſci, nõ Dominici nouiſſimè defuncti: excludi proinde matrem à luctuoſa, ſiue à legitima. Fit igitur diſceptationi non vulgaris locus. Noſtrum vt daremus iudicium exquiſiti: Matri legitimam haud deberi reſpondimus.

1 Sicuti nempè per expreſſam pupillarem excluditur omnino mater ne legitimam obtineat portionem in bonis decedentis filii intra pubertatem. *l. 2. vbi ſcribentes ff. de vulgari, & pupillar.* Quod teſtamentum hoc, quod Pater filio impuberi facit, paternum, vel paterni pars potiùs eſt cenſenda: Bonifacius vt loquitur octauus in *cap. ſi pater 1. de teſtament. in 6. l. Papinianus 8. §. ſed neq. impuberis ff. de inoffic. teſtament.* quo loco rationem ex Papiniano Vlpianus reddens: *Quia*
„ *pater hoc fecit.* (inquit) vbi *Gloſſ. Et ſic eſt bona ratio* (ſubnectit) *contra matrem. l. precibus. 8. de impuber. & alijs ſubſtitutionib. Camillus Borrellus conſ. 99. num. 6.* quàm plures referens. *Sebaſtianus Medices Rota Marchiæ deciſ. 39. n. 9. Molfeſius in ſumm. tom. 2. tract. 13. cap. 4. nu. 38. Rota in Romana legitima 8. Febrauriì 1612. coram Domino Coccino Decano deciſ. 373. num. 2. part. 2. tom. 1. in recent. & in Hortana ſucceſſionis 28. Ianuaris 1611. coram S. memor. Greg. XV. deciſ. 495. n. 2. vbi Beltramin. num. 15. Surd. deciſ 273. num. 3. & conſ. 212. num. 1. lib. 2. Vincentius Fuſarius de ſubſtitut. q. 156. num. 5. & q. 242. nu. 23. Baltaxar Thomaſii de legitima tract. 4. tit. 17. cap. 24 nu. 317.*

2 Ita, atque per æquè per tacitam in compendioſa compræhenſam. vt paulo infra
3 oſtendemus. Eſt quippe compendioſa ſubſtitutio, (ne in æquiuocatione hæreamus terminorum), quæ plures ſub verborum compendio contenet ſubſtitutiones, propter plura tempora, differentes. vt eam deſcribit poſt. *Bart. in l. centurio col. 3. ff. de vulgari, & pupillari, & Galiaul. ac Ripam ibid. num. 60. & Polit. tit. de compendioſa.* Doctiſſimus Præſul *Didacus à Couarruuias in cap. Raynutius, §. 9. num. 1. de teſtament.* quam deſcriptionem ex *Gloſſ. in d. cap. ſi pater verbo abſque deductione poſt medium,* exemplo illuſtrat, *num. 2. in 11.*
4 *corolario.* Si ita concepta ſit: *Quandocunque filius meus ſine filys deceſſerit, ſubſtituo Titium.* vel abſq. dictione quandocunque: *Si filius meus abſque liberis deceſſerit, ſubſtituo Titium* & dixit *Gloſſ. in d. l. præcibus 8. verbo in ſecundũ caſum C. de impuber. & alijs ſubſtitut. & Gloſſ. in §. qua ratione verbo ad exemplum in fin. inſtitut. de pupillar. ſubſtitut. Gratian. forenſ. diſceptat part. 3. cap. 407. num. 2. & ſeq. Houdedeus conſ. 73. n. 2. lib. 1. Caluacean. deciſ. 4. part. 3. n. 4. Gabriel cõſ. 169. n. 14. lib. 1. Gerius Spinius conſ. 4. n. 1. & conſ. 22. n. 11. Merlinus de legitima lib. 3. tit. 2. quæſt. 14. n. 1. Molfeſius d. tract. 13. cap. 4. num. 50.*

5 Hæc itaque compendioſa ſubſtitutio, cũ ob diuerſitatem temporum, quæ complectitur, per verba illa (*Quandocunque,*) pupillarem quoque (in potentia ſaltim) conti-
6 neat, eamque tacitè comprænhendat, eundẽ operabitur effectum, quem, & expreſſa pupillaris,

pillaris, vt matrem in medio compræhenſam,ne dum à filii hęreditate luctuoſa, verùm,& à legitima portione ſecludat. Id abſque prouerbio,quin manifeſtis verbis(meo iudicio) probat *text. in d. l. præcibus.8. C.de impuber.& aliis ſubſtit.* Sequentibu s nempè verbis Imperatores Diocletianus, & Maximianus conquærenti ſcripſere mulieri: *Si verò ſubſtitutio (dicentes)in ſecundum caſum, vel expreſſa,vel compendioſa, non vſque ad certam ætatem facta reperiatur,ſi quidem intrà pubertatem deceſſerit eos habet hæredes,quos pater conſtituit,ſi adhierint hæreditatem* . His Imperatores.Quo loco *Gloſſ.* verbo compendioſa explicatius elucidat dicens: *Et dic compendioſa,in qua tacita ineſt pupillaris.*

7 Tacita igitur pupillaris,quæ per compēdioſam includitur,per ęque matrem à ſucceſſione, atque à legitima portione decedentis intra pubertatem filij, priuat, ſicuti ipſa expreſſa pupillaris.

8 Quia nimirum vtroque caſu patris eſt teſtamentum,ſine pars ſaltim eius,quod filio, (poteſtate à iure ſibi tradita) in bonis ſuis fecit,iuxta verba *d.cap.1.de teſtament. in 6.* Si enim pupillarem cōtinet; ſecundum naturam vtique pupillaris ſubſtitutionis, illam compræhendet, ſiue magis exprimet. Ex *text. in d. cap. 1. de teſtament. in 6. Gabriel conſ. 120. num. 3. & 4. lib.2. & conſ. 130. num.3.& 4. lib.1. Thomaſiis d. tract.17. cap. 24.num.354. Antonius de Amatis Siculus variar.reſolut. tom.1. reſolut.15. num.1. & ſeq. Alexander Trentacinque conſ. 65. ſub num. 1.*

9 *part.2.*Et hanc ſententiam communiorem, magiſque receptam,(quamuis altera à quā plurimis admittatur,) dicit, Eminentiſsim. *Card Mantica de coniectur.vltim. volunt. lib.7. tit.3.num.16. verſ.ſed diuerſam* , quàm plures enumerans ; quem ſequitur *Surdus* alios quoque referens *d.deciſ.273. num.3.* vbi etiā ex *Graſſo,§.ſubſtitutio quæſt.30.* hanc ſenten-

10 tiam in vtroque foro receptiſſimam appellat. Rationemque redit, non inadæquatam planè; nimirum quòd ſi expreſſa pupillaris matrem à legitima excludit,quòd expreſſa illa ſit ; (quod in confeſſo eſt apud omnes) per æque,(ratione nec abſimili) excludere eam quoque debebit compendioſa,quæpu-

11 pillarem includit (ſaltim potentia.)Quia omnes compræhendit ſubſtitutionum ſpecies. Veluti genus ſpecies omnes ſubſe potentialiter compræhenſas habet, à quibus poſtmodum actu contrahitur,& fit actu talis ſpecies,atque determinatur. *Cephal.conſ.*

12 *693.num.40.lib.5.*Non itaque tacita,ſed expreſſa,& ipſa pupillaris dicetur . Continet porrò temporum dinumerationem ; vt pupillaris (filio intra pubertatem decedente) dicatur; cùm ita iam in actum ex potentia exierit:perpenſis præſertim verbis illis,quādocunque,quæ omne tempus compręhendunt,vt perpendit *Cephalus conſ.700. nu.15. & 16.vol.5.Thomas.d. tit.17. nu.328. in 6.ampliat.Ioann.Baptiſta Coſta conſ.14.num.36.37. & 38.* Matrem proinde à legitima proijciet,ſicut,& expreſſa. *Bart. in d.l.centurio,nu. 26.ff.de vulgar.& pupillari.Surd. d.conſ.212.et conſ.347.nu.13.& ſeq.lib.3.Gabriel.d.conſ.120.*

13 *per tot.vol.2.*præſertim *num.9.*vbi *in fin.*omnes per eum relatos hanc ſententiam , & magis communem, veriorę ſubſe aſſerere dicit,& *d.conſ.130.num.6.& 7.lib.1 & d.conſ. 166. num.44. & 45. Peregrin. de fideicommiſſ. art.34.num.39.verſ.contrà matrem.*Et ſequuta fuit Rota in *d. Romana legitimæ coram Coccino d.deciſ.373 num.3.Beltraminus ad d. deciſ.S. memor.Gregor.XV. 495.num.15. littera A.Aymon conſ. 141. ſub num.7. Rota apud Cæſar. de Graſſis deciſ.157.alids 7. de teſtament. num.4. Alexander Ambroſin.deciſ.Peruſin.44.num.17. par.2.Sebaſtianus Medices d.deciſ.39.num.1. & ſeq.per tot.* In qua in ipſis noſtris terminis factum recenſet, & ita deciſum refert ; hancque ſententiam communiter receptam refert *Theſaur.deciſ.pedemont.200.num.& 10. in fin.*Vbi poſt longam diſſertationem, ita ſenatum illum ſequutum fuiſſe fatetur ; *Caluac-*

14 *canus d.deciſ.4.num.5.*vbi de magis communi teſtatur, atque ita in Sacro Neapolitano Conſilio iudicatum ex Paulo Leone *tract. de ſubſtitut.compendioſa num.430.*refert,ſequiturque *num.24.& 25.& ſeq. & num.29.* pluribus *Fuſarius d.quæſt.242.à num.15.in 2.opin. cum ſeq.*quam ipſe ſequitur *ſub num.21. cum ſeq. Landerchius quoque Imolen conſ.2. per tot. Merlin.de legit.d.lib.3.tit.2.quæſt.14. num.2.3. & 4.& n.12.Hodierna in additionibus ad Surd. d.deciſ.273.Baltaxar.Thomas.d. tit.17. cap.24. num.318.Molfeſius,*qui de communi teſtatur *conſ 6.num 37.38. & 39.lib.1.* ad eaſdem ad conſuetudines Neapolitanas, *& conſ.26. ad ſecundum dub.num.32.& 33.lib.2.*in hanc pedibus it ſententiam,eamque veriorem exiſtimat Doctiſsimus *Anton.Faber. lib.6. tit.8. C.de impuber. & aliis ſubſtitut. definit. 1. & 2.* Magiſque communem appellat quoque *Burrellus in ſumm.omnium deciſ.tom.3.tit.16. de legitima num.109. & d.conſ.99. num.11. & 12.* Vbi id potiſsimum perpendit ſi huiuſ-

15 modi pupillaris ſubſtitutio ſub compendioſa incluſa,facta fuerit verbis directis: vi-

16 delicet:*ſuccedat,& ſuccedere debeat.* Hæc nēper verba expreſſa,atque directa ipſe nuncupat : Quia nimirum ad ſubſtitutum diriguntur : atque perſonam reſpiciunt,ex *Baldo in l. fin. C. de Sacroſanct. Eccleſ. Philippo Franco in d.cap. ſi pater col.32. verſ. 10. ſumus de teſtament.in 6. Merlin.d.tit.2.q. 14. n.6.& 15.de legitima. Thomas d. tit. 17. cap. 24.num.319.*Quæ ſanè perpenſio ex amuſſim facto huic noſtro ſedet, quo iiſdem directis verbis teſtator vſus fuit, quando Antoniam Sororem Dominico filio (quādocun-

docunque ſine filiis decideret) per cóm-
„ pendioſam ſubſtituit: *Quòd eis ſuccedat* (in-
„ quiens) *& ſuccedere habeat Antonia Palum-*
„ *bo eius ſoror germana*. Eodemque modo
cùm ad vſumfructum Fratrem Ioannem
Baptiſtam ſubſtituit. *Qaod ſuccedat* (dixit(
„ *Quoad vſumfructum tantum.* Eſt nem è ver-
bum hoc *(Succedat)* execquutiuum. Quam
ob cauſam pupillarem directam operabi-
tur. Vt multò magis matrem à legitima
obliminet conſequenda. Quod perpendit
optimis rationibus *Gratianus d cap.*407.*nu.*
8.*&* 9.& ante eum *Burrellus d. conſ.* 99. *nu.*
20.*Caluaccanus d.deciſ.*4.*num.*7.*par.* 3. qui
plura ad hanc rem (vt ſacuit) congerit. *&*
*num.*27.*Gabriel. d. & conſ.* 169 *num.* 44.*&*
45.*lib.*1. *Landerchius Imolen. d. conſ.* 2. præ-
ſertim *n.*8.*Merlin.d.q.*14.*n.*7.*&* 21. *& nu.*
36.*in* 7.*caſu cum num. ſeq. Natta conſ.* 678.
*num.*14. *Thomaſius d. cap.* 24. *num.* 320. *&*
326. *Antonius de Amatis d.reſolut.*15.*nu.*17.
*Vminus deciſ.*405.*num.*11.& hanc ſententiã
ſequuta fuit Rota in alia *Romana legitima,*
ſeu fideicommiſſi 22. *Maii* 1596. *coram Emi-*
nentiſſimo Card. Mantica, quam refert
*Gratian.d.cap.*407.*poſt num.*21. quæ eſt in
impreſſis apud ipſum *deciſ.*367.Rationem-
que reddere videtur Rota *in vna Firmana*
hereditatis 12. *Decembris* 1612. *coram Bu-*
ratto deciſ. 164. *num.* 3. *part.* 2. *in poſthum.*
16 Quia alterius miniſterium non requirit:
vt regulam firmet ex *Bart. in d. l. centurio*
16 *num.* 43. *& Iaſ. num.* 5. Quòd verba, vbi
miniſterium non experunt alterius, directa
videantur, ex *Salicero in rub. C. de impuber.*
& aliis ſubſtitut. in princ. quæ deciſio eſt in
impreſſis apud eundẽ *Burattũ deciſ.* 84.*n.*5.
20 Firmioremque hanc reddit ſententiam
coniectura illa, ab ordine dilectionis peti-
ta: Quòd teſtator ſubſtituit Dominico filio
ſororem, & in vſufructu prætulit Fratrem
Ioannem Baptiſtam eius germanum, qui
cùm per profeſsionem in Sacro Predica-
torum Ordine nomen Deo dediſſet, non
vtique ſibi, ſed Monaſterio quærebat, ex
21 regula: Quicquid acquirit Monachus,
monaſterio quærit. *can.* 1. 18. *quæſt.* 1.
cap. cum olim 14. *de priuileg. cap. in præſentia*
8. *de probat. nos reſponſ.*4.*num.*93. *&* 94. *p.* 1.
22 conſequenterq. piæ cauſæ; quæ matri etiã
præhabetur. vt ita ſubſtitutio pupillaris di-
recta habeatur; atque propterea à legitima
matrem ſecludat. Quod perpendit Rota
in d. Romana legitima coram Coccino d. deciſ.
373.*num.*5.*in fin. & num.*10.*Peregrin.d.art.*
33.*num.*43.*Merlin.d.tit.*2.*lib.*3.*q.*14.*nu.*61.
in 16.*caſu & num.*62. *Thomas d. tit.* 17. *cap.*
24.*num.*334.*Menoch.lib.*4.*præſumpt.*39.*num.*
90. *Alexander Trentacinq. conſ.*66.*ſub nu.* 2.
verſ. ſecundo aduertendum erat. part. 2. *&*
*conſ.*65.*ſub num.*2. *verſ. ſecundo in caſu no-*
ſtro ead. part. Atque de fratribus coniectu-
ram trahens ad matris excluſionem, quòd
prædilecti videantur, perpendit alijs relatis
*Gratian.d.cap.*407. *num.* 14. dixeratque per
prius *Aymon.d.conſ.*141.*d.n.* 7.*in fin. Surd. d.*
*deciſ.*273.*nu.*4.*Rota apud Caſarem de Graſ-*
*ſis d.deciſ.*157.*num.* 10. *&* 14. *Hondedaus d.*
*conſ.*73.*num.*5. *Theſaurus d. deciſ.* 200. *ſub*
*num.*8.*Caluaccan.d.deciſ.*4.*num.*9.10. *&* 21.
*Gabriel d.conſ.*120.*num.*13.*& ſeq. Vminus d.*
*deciſ.*405.*num.*6.*Peregrin.d.art.*34. *num.*40
Merlin.d.lib 3.*tit.* 2. *quæſt.* 14. *num.* 24. *&*
27. *& num.* 86. *in* 7. *coniectura Menoch. d.*
*præſumpt.*39.*num.*87.
26 Accedit his quoque quod Vergiliæ
vxori non infimum legatum tabulis eiſ-
dem ſcripſit Teſtator. Quam perpenſionẽ
non vulgarem exiſtimauere Doctores, vt
directam reputarint ſubſtitutionem com-
pendioſam pupillarem comprehendentẽ,
ad matris quoque excluſionem à legiti-
ma. *Burrell.d.conſ.* 99. *num.*21. *& ſeq. Rota*
in d. Romana legitima coram Coccino Deca-
*no d.deciſ.*373.*num.*6.*Surd.d.deciſ.*273.*nu.*9.
*& d.conſ.*212.*num.* 10. *cum ſeq. & Rota in d.*
*deciſ.*157. *num.* 9. *apud Caſarem de Graſſis*
*Theſaur.d. deciſ.*200. *num.* 10. *Caluaccan. d.*
*deciſ.*4.*num.*10. *&* 11. *Gabriel eodem conſ.*
120.*num.*16.*&* 18.*Peregrin.d. art.* 34. *num.*
42.*Merlin.d.q.*14.*num.*27.*& num.*78. Ale-
xander Trentacinque d.conſil.66.ſub n. 2.
verſ. primo dicebam. part. 2. *& d.conſ.* 65. *ſub*
ead.n. 2.
24 Præterea ſubſtitutionem Franciſcus
Pater pupillis filiis fecit, quandocumque
mortem ſine filiis obirent, vt eis, ſuccede-
ret dicta Antonia; atque vitalem adhuc
trahens auram Fratres Ioannes Baptiſta, ei
vtrinque coniunctus germanus in vſufru-
ctu bonorum. Fuit proinde directa pupil-
laris ſubſtitutio. Excludet ergo matrem in
medio repretam à legitima. Quod non
vulgari modo pro coniectura reputat,
*Surd.d.deciſ.*273.*num.*6.*&* 7. *Menoch.* qui
ſurdum ipſum eadem *deciſ.* refert *lib.*4.*præ-*
*ſumpt.*56. *num.* 21. aliiſque relatis *Caluac-*
*can.d.deciſ.*4.*num.*7. 9. 11. *&* 12. *Gabriel. d.*
*conſ.*169.*num.*44. *Medices d.deciſ.*39.*n.*7.
Neque obſtaculum facies: reſtrintixe ſe
Franciſcum Teſtatorem ad bona ſua (ip-
ſius Teſtatoris.) *Rota apud Caſarem de*
*Graſſis d.deciſ.*157.*num.* 11.
25 Quia profectò cum ſubſtitutio fuerit
ſimpliciter facta ad vniuerſa bona, etiam
pupilli; extendetur vtique non retinebitur,
comprehendetque illa *ad tex. in d. cap. ſi*
pater 1. *de teſtament. in* 6. quod perpendit
aliis relatis *Gratian.d.cap.*407. *num.* 18. 19.
& 20. *par.* 3. *forenſ.* neque minoribus ad
ad eundem *tex. in cap. ſi pater. Landerchius*
Imolen.d.conſ. 2. *num.* 1. 2. *&* 3. *Thomas d.*
*tract.*17.*cap.*24.*num.*354.*Anton. de Amatis*
*d.reſol.*15.*num.*11.*& ſeq.*

26 Quin

26 Qnin imò cùm ad vniuetſam hæredita-
tem,& bona omnia ſubſtirutionem Anto-
niæ, etiam quòad proprietatem, & Fratri
Ioanni Baptiſtæ quò ad vſumfructum, fe-
cerit; pupillariter vtique ſubſtirutionem
filio intra pubertatem decedenti facere vo-
luiſſe, atque proinde conſequenter ma-
trem à legitima exeludere, non deiecto in-
dicio inter cæteras coniecturas Roca de-
duxit in dicta *Romana legitima coram Cor-
sino d.decis.373.sub num.6. in recent.* & per-
penſum quoque fuit in dicta *Firmana bo-
norum coram Baratto d. decis.*154. *num.* 6. *in
postbum.* & 84. *in impressis num.* 12. quæ eſt
etiam in impreſsis *tom.* 2. *par.* 1. *in recent.
decis.*639. *sub num.* 6. proſequutuſque fuit
*Menoch.d.præsumpt.*56. *nu.*12.*lib.* 4. *Gabriel
d.cons.*169.*nu.*46.*lib.*1.*Merlin. d. quæst.* 14.
*num.*21. & 22. *Rota apud Card. Manticam
d.decis.*367.*num.* 3. 4. & 5. *Thomas d.tract.*
17.*cap.*24. *num.* 335. optimèque omnium
Eminentiſsimus *Card. Mantica de conie-
ctur.lib.*5.*tit.*7.*num.*46. rationem nec vul-
27 garem reddens: Cum enim in omnibus
bonis ſnis ſubſtitutionem directam intu-
lerit: Noluit vtique per fideicommiſſum
ſnbſtituere in pupillari decedenti: Excluſit
propterea matrem (in medio repertam) à
28 legitima. Cæteroquin non omnia bona
ſua ad ſubſtitutos (vt volnit) deuenirent: ſed
vel legitimæ, vel Trebellæanicæ, vel vtriuſ-
que detractione manca, ac diminuta.
Quod vniuerſalitati ſubſtitutionis (ſuper
omnibus,& quibuſcunque bonis, & iuri-
bus ipſius teſtatoris) vt in facto hoc noſtro)
ſatis ex aduerſo eſt, eamque perimit:

29 Nimirum, quod vniuerſalitatis, per ver-
bum (omnia) nihil excludere ſit. *ad tex. in
cap.solita* 6. *cùm ibi notatis. de maioritat.* &
obed. Omnia igitur comprehendet, omnia-
que complectetur. Excludet propterea
Matrem. Quod perpenſum fuit per Ro-
tam apud *Cæsarem de Graffis d.decis.*157.
*n.*17.*vers.dicebam autem.Caluacan.d.decis.*
4.*num.*12. & 22. *Anton.de Amatis d.resolut.*
15.*num.*21.

30 Neque enim Teſtator pupillarem ſub-
ſtitutionem in ſuo caſu, mutare voluiſſe
videtur per verbnm illud (ipſius teſtatoris)
vel mihi. vt perpendit *Hondedeus d. cons.*
73.*num.*6.*in fin.* & *num.*7.8. & 9. & *num.*38.
*Merlin.d.q.*14.*num.* 21. & 22. *Tomasius d.
tract.*17.*cap.*24.*num.*338.

31 Non moueare itaque, quòd teſtator ex-
preſsè dixerit: Deducta tamen legitima de
iure debita dictæ Vergiliæ.

32 Cum, quòd verba præfata non cauſali-
ter exaudienda ſint, & in ſenſu compoſi-
to: (quia, ſcilicet, de iure debetur) ſed in
ſenſu diuiſo, & conditionaliter: quatenus,
33 videlicet, de iure debeatur. Nimirum,
quòd aſcendentibus legitima, non iure
debeatur naturæ: ſed Iuris commiſeratio-
ne, ſecundum Papianum in *l. scripto* 6. *in*
,, *fin.* dicentem: *Parentes ad bona liberorum*
,, *ratio miserationis admittit, liberos natura si-*
,, *mul, & commune parentum votum, ff. unde*
,, *liberi.* atque ex iure poſitiuo vt poſt alios
,, adamuſsim in hiſce noſtris terminis aduer-
tit *Burrellus d.cons.*99.*num.* 16. & *seq.* Nos
*respons.*30.*num.*5.*par.prima.*

34 Tum quod teſtator, non ſanè in caſu
ſubſtitutionis pupillaris, quo fratrem Ioã-
nem Baptiſtam ſibi germanum ad bono-
rum omnium vſum fructum ſuccedere
voluit, verba pręfata adiecit: ſed poſtquam
mortem obijſſet Frater Ioannes Baptiſta;
atque in proprietate,& vſufructu locus fie-
ret Antoniæ, eiuſque filijs; atque Vergilia
vitalem adhuc traheret auram in humanis
agens, quando euanuiſſet iam pupillaris
ſubſtitutio in ipſa compendioſa compræ-
henſa; atque per fideicommiſſum ſucceſ-
ſio ſubiretur. Ni diuerſa, aduerſantiaque
35 ſibi loquutum teſtatorem fuiſſe breui
verborum periodo, non rectè admiſeri-
mus. ad *tex. in l. ubi pugnantia* 149.*ibiq.
Dec.alijque ff.de regulis iuris Berretta cons.*
36 116.*num.*2. Potiſsimùm, quòd ex tempo-
rum diſtinctione, vtramque ſcripturam ad
ſenſum accommodum reducere valea-
mus: iuxta *tex. in can. si peccauerit* 19. *at-
tende quemadmodum in fin.*2.*q.* 1.

37 Inde porrò compendioſa pupillarem
comprehendit,& in ſe, quaſi gremio, clau-
dit: quia (vt initio diximus) plura importat
tempora: intra pubertatem quidem pupil-
larem; poſt vero illam fideicommiſſariam.
*Thesaur.d.decis.*200. alios referens *num.* 2.
ad tex. in cap. Raynutius 16. *de testament.
extra*; quatenns probat, poſt tempora pu-
bertatis fideicommiſsi iure ſubſtitutionem
factam valere. quod perpendit *Caluacanus
d.decis* 4.*sub n.*7. & *Merlin.d.q.*14.*n.*9. & 10

38 Et ſi plane alii communi ſententia ſe-
quantur poſt pupillarem, (exactam iam)
expirare, quin non magis intercipi fidei-
commiſſariam. ex *tex. in l. verbis ciuilibus*
7.*ff.de vulgari & pupillar. Ripa d.l. centurio
num.*69. *de vulgar. & pupillar. Rota apud
Cæsarem de Graffis d.decis.* 157. *num.* 4. *Cal-
uacan.d.decis.*4.*num.*3.*par.* 3. luculenterq.
diſtinguit *Gabriel d.cons.*169.*num.*43.*lib.* 1.

39 Quamuis *Afflict.decis.*367. *num.* 2. & 3.
omni tempore fideicommiſſariam, ſubſti-
tutionem compendioſam per verba co-
munia factam matre in medio reperta, eſſe
contendat, atque ita in Neapolitano Con-
ſilio poſt in longum deductam diſcepta-
tionem, deciſum fuiſſe contendat, quod
eſſet hæc comunior, veriorque ſententia.
40 Verùm *Vrsillus* ad eundem *Afflict. num.*2.
Ma-

Magis communem, magiſque ſequendam contra Afflictum ſententiam appellat. & contra *Afflicti* ſententiam decreuiſſe etiã in Regno Regiam Audientiam Baren, ſiue Idruntinam refert *Viuius d. deciſ. 405. nu. 2. & ſeq.* & 14. & 15. quem refert etiam *Horatius Viſcontus* in ſuis concluſionibus iuris *verbo ſubſtitutio compendioſa fol.* 265.
41 praueque loquutum fuiſſe *Afflict. d. deciſ.* ex Bolognetto *in l. Centurio num. 231.* refert *Trentacinq. d. conſ. 66. num. 2. part. 2.* dictamque Afflicti deciſionem vti erroneam, atque contra magis communem, pietatique aduerſam in Regno Neapolitano receptã haud eſſe dicit, dixeratq. *d. conſ. 65. ead. p. n. 2.* potiſſimum verò ſi contrà matrem pugnent coniecturæ, vt ſequitur dictus *Viſcontus vbi ſupra. Viuius d. deciſ. 405. num. 5. & ſeq. Riccius collect. n. 440. par. 2. Faber. d. definit. 1. in fin. num.* 8. & hanc ſententiam magis communem appellat *Sebaſtianus Medices d. deciſ. 39. num. 14. in fin. in reſponſ. ad quartum* ex expreſſo *tex. in d. cap. ſi pater de teſtam. in* 6. & hanc ſequitur *Anton. de Amatis d. reſolut. 15. à num. 20. cum ſeq.*
43 In ſuo igitur caſu teſtatoris verba exaudienda erunt, non vltrà illum protendenda ad *tex. in l. non aliter 67. ff. de legat. 3. cap. præterea 8. de verborum ſignificat. cap. ex litteris 7. de ſponſal. Aymon. conſ. 171. num. 13. Rota apud Coccinum Decanum deciſ. 350. num. 8.*

Atque ita ex his, ſaniori ſemper prælato iudicio, emunctioriſque naris, reſpondendum cenſuimus.

CAROLVS MARANTA V.I.D.
Epiſcopus Iuuenacen.

SVMMARIVM.

Epiſcopi in ſignum poſiti ſunt ad ſagittam.
2 *Layci clericis admodum infenſi.*
3 *Negotiatio in commercijs poſita.*
4 *Mercator quis nam dicatur?*
5 *Negotium quid?*
6 *Negotiator haud dicitur, qui rem per artificium mutatam cariùs vendit; quàm ante mutationem emit.*
Vnde artificium hoc clericis minimè inhibetur, num. 7.
8 *Clerici, vbi non prohibitum exhibent exercitium, etiam vendendo, gabellam ex eo ſoluere minimè tenentur.*
Vt nulla lex, nullaque conſuetudo in contrarium obtinere valeat, n. 9.
10 *Fructus tripliciter computantur. vt alij naturales, ciuiles alij, ac demum induſtriales dicantur.*
11 *Pecunia, vt ſubeſt induſtria fructuoſa dicitur.*
12 *Fructifera res dicitur, vel ſi induſtriales pariat fructus.*
13 *Eccleſia ad gabellas minime tenetur ſoluendas cum fructus vendit ex proprijs exceptos bonis.*
14 *Gabella ex negotiatione etiam à Clericis debetur.*
15 *Gabella, vt debeatur, primariò debet per negotiationem res diſtrahi, ſecus ſi ſecũdariò, atque accidentaliter, eueniat.*
Primario quod agitur attendi debet, nõ quod ſecundario. ibid.
16 *Contractus ſecundum id, quod principaliter actum eſt dignoſcitur.*
17 *Eccleſiarum bona libera eſſe debent ab omni tributorum, vel gabellarum onere.*
18 *Debitor ſi creditori in frugibus ſoluat, quod alias in pecunia debebat, mercaturam non propterea creditur exercere æſtimatur.*
19 *Pecuniæ appellatione res ſignificatur.*
Sicuti, & corpora continentur, n. 20.
21 *Pecuniam omnia dicimus, quorum valor pecunia æſtimatur.*
22 *Negotiatio tunc dicitur, cùm res eo acquiritur animo, & intentione primariò, vt reuendatur. & n. 24.*
23 *Clericus Aduocatus ſi pro labore fruges accepit, vinum, oleum, & ſimilia, illa reuendens negotiari, mercaturamque minimè exercere dicitur, & n. 48.*
25 *Clericus licitè agrum emere poteſt, vt venditis deinde fructibus, eorum pretio perfruatur.*
Quamuis expectato tempore, quo carius emuntur, illos vendat.
26 *Negotiatio dumtaxat ex Sacris Canonibus, eſt Clericis prohibita.*
27 *Clericus ſi agrũ emat in quo eſt vena ferri, poteſt licitè ferrum, etiã immutatum, diuendere.*
Quia ferrum ipſum in fructu eſt.
Ita quoque, & ſalinas habere poterit, n. 28.
29 *Clericus fruges emens, vt in proprijs, vel beneficiorum ſerat terris, & enatas iterum illas, collectaſque diuendat; negotiationem exercere haud dicitur.*
30 *Fructibus naturalibus ſicuti frui Clericus poteſt, ita pariter, & induſtrialibus.*
31 *Fructuum appellatione ne dum naturales,*

uerum, & induſtriales comprahenduntur.

32 *Fructus dicuntur quicquid in fundo naſcitur, & quicquid ex fundo percipi poteſt.*

33 *Connexorum, quorum vna eſt ratio, vna quoque deciſio eſſe debet.*

34 *Eccleſia molendinum habens, poteſt pro molitura certam frumenti quotam accipere, neque frumentum vendens mercaturam exercere dicitur.*

Quia frumentum illud molendini fructus induſtrialis eſt, nu. 35.

36 *Fructus rei eiuſdem diuerſo à re iure cenſeri haud debent.*

37 *Clericus paſcua in proprijs territorijs, vel Eccleſiæ habens, iure animalia emit, vt paſcua deſumant.*

Vel ſi greges habuerit paſcua conducere, vt illa cibum habeant.

Et ita per S. Congregationem declaratum, atque per Nuntium Apoſtolicum decretum; Patrono Cauſæ Auctore.

38 *Epiſcopus elucere quoque debet in oeconomica bonorum Eccleſiæ gubernatione, alioquin peccabit.*

Vbi locus affertur Apoſtoli Pauli 1. ad Timot. 3. & 5.

39 *Clericus non iniuria facit, ſi pro ſua, ſuorumque neceſſitate neceſſaria etiam abundanter emat, & ſuprflua poſtmodum vendat.*

40 *Eccleſia aduerſus prælatum negligentem bona cuſtodire, ac regere, poteſt iure agere, vt ex ſuo reficiat damna.*

Etiam ceſſantis lucri.

41 *Fructus vti acceſſorij principalis (fundi ſcilicet) naturam ſequuntur.*

42 *Oliuarum fructus induſtriales magis, quàm naturales dicuntur.*

43 *Vineam emere poteſt clericus, vt ex vuis vinum habeat, & vendat.*

44 *Fundũ ſi emat clericus cùm fructibus maturis, poteſt fructus licitè vendere. Quia pars fundi æſtimantur.*

45 *Definitio cui non conuenit, neque definitum competere debet.*

46 *Gabellarij nimis rigidi eſſe conſueuere, neq; facilè rationibus capiuntur.*

57 *Pecunia non venditur.*

49 *Clerici ab omnibus immunes ſunt oneribus pro eorum rebus, non vero negotiationis gratia emptis.*

Quod ſolum Summi Pontifices perpenderunt.

50 *Negotiationis qualitas fudanda eſt, per ſe fundantem in illa. Quia.*

Qualitas fundans intentionem probanda eſt, ſiue quis ſit actor, ſiue reus, nu. 51.

52 *Hypotheca in oleo quoque datur.*

Et nomine tantum ſono à pignore differt.

Strictè tamen apud noſtrates, pignus in re mobili perpenditur, hypotheca in re immobili, num. 53.

54 *Hypotheca nomen à Græcis deſcendit, & generale nomen eſt, ad omnia reſpiciens, quæ in cautionem obligationi ſubijciuntur.*

55 *Hypotecare quid?*

56 *Bona inuecta, & illata tacitè Domino domus hypotecata pro mercede ſunt.*

Dominium tamen inuectorum pœnes earum dominum perſeuerat. n. 57.

Vnde ſi perierint domino pereunt earum, non verò domus, n. 58.

59 *Hypotheca, res neque venditur, neque inſolutum datur.*

60 *Clericis emere prohibitum haud eſt, ſed vendere rem immutatam, vt illam emerunt.*

61 *Eccleſiaſtici, laycorum cõſtitutionibus haud ligantur.*

ARGVMENTVM.

Negotiator quis nam dicatur? Et num Clericus negotiator habeatur; ſi torcular habeat, vel molendinum ex quo mercedẽ excipiat operum per miniſtros? Et an gabellam ſoluere debeat? latè diſſeritur, atque veritas aperitur.

RESPOLSIO LXXIII.

BOna inter cœtera, quæ Epiſcopalis menſa Iuuenacen habet, eſt torcular, ſiue (vt vocant) Trappetum pro molendis oliuis accomodum. Modernus Epiſcopus ſuis ſumptibus, ineptum, ac pœnè dirutum, paratis omnibus neceſſarijs, aptum, accomodumque ad molendum reddidit; in eoque, & ſuas proprijs in Eccleſiæ oleis enatas moliri curat oliuas, atque aliorum, etiam laycorum, qui ad illud ad molendum accedunt; Et vt faciliùs id accidat, pluresque ſint, qui ad molẽdum

olinas

oliuas deferant,vnde maior Epiſcopali mē
ſę vtilitas eueniat (vt mos eſt ſatis receptus
in tota Prouincia, vt Torcularium Domi-
ni pecunias accomodent oliuarum domi-
nis ad colligendum illas) & ipſe Epiſcopus
pecunias hoc pacto accomodat, recepturus
poſtmodum,vel reſtituta pecunia; vel dato
oleo,tàm in reſtitutionem acceptarum pe-
cuniarum,quàm in ſolutionem laboris pro
oliuarum moſitura.
1 Quia verò Epiſcopi in ſignum poſiti ſunt
ad ſaggitam,ſecundum *text.in cap. Qualiter,*
2 *& quando.24.de accuſat.* Et Layci Clericis op
pidè infenſi ſunt.*cap.clericis laycos,4. de im-
munit. Eccleſ. in 6.* Paſtoribus potiſsimum,)
dum luporum voces oues ſequi optant,ma
gis, quàm paſtoris: exiſtimant nonnulli id
minimè Epiſcopo licere, quòd negotiatio-
nem eſſe putant;eſſeque in fraudem gabel-
larum, tenerique illas, vti negotiatorem
Epiſcopum ſoluere, conſtanter affirmare
haud verentur.
Verùm quia horum neutrum ſubſiſtit;
ſequentibus id præſtare viſum eſt, ne ſcan-
dalo ipſi afficiantur,quod putent, & ſi per-
peram) negotiationem illum exercere, il-
lamque illicitam. Atque principio tria ſup-
ponenda putauimus, vt quæ dicimus pro-
bare valeamus.
3 Primo negotiationem in commerciis di-
ci, vbi ſcilicet aliquid datur, vt maiora lu-
crentur, ſecundum *Iſidorum in libris Etymo-
logiarum*,relatum in *cap.forus 10. §. negotium*
4 *autem de verbor.ſignificat.* Qui enim rem cō-
parat,vt integram, & immutatam venden-
do lucretur,ille eſt mercator,vt Diuus Ioan
nes Chryſoſtomus loquitur, relatus *can.eii-
eiens Dominus 10.& can.quid eſt aliud.88.diſt.*
5 Vbi Caſsiodor. in pſal.70. *Quid eſt aliud ne-
gotium* (inquit) *niſi quæ poſſunt vilius compa-
rari,carius velle diſtrahere?* Omnes verò Do
ctores hanc ſequuntur ſententiam,*S.Thom.
2.2. quæſt.77.art.4.Frederic.de Senis conſ.207
incip. nos Griſſolus num.2. verſ. nam negotiari.
Ioann. Bertacchin. de Gabellis part.7. quæſt.7.
num.10.& 11.tom.12.tract. Benuenut. Straecha
de mercatur.part.1.num.23.Ioann.Lopez à Sal-
zedo in addit.ad praxim Diaz mihi cap.58. col.
3. §. & huius capitis pœna verſ. dicitur etiam is
mercator.Nauarr.in man.cap.27.nu.128.Marta
de iuriſdit.part.4.centur.1.caſu 3.nu.10. & 11.
Farinac. in fragment. criminalib. part.1.verbo.
Clericus Negotiator, num.150. Pater Molina è*
Societate Ieſu *de iuſtit.& iur.tom.2.tract.2.de
contract.lib.diſputat.339. num.4. Pater Duardus
in Bullam in cæna lib.2.can.18.quæſt.8.num.14.
Homobonus de Bonis in examine Eccleſiaſt.par.
3.tract.15.quæſt.20. in 1. reſolut. Bellettus Epi-
ſcopus Hieracen diſquiſit. clerical. part.1. tit.de
exemptione Clericorum,& eorum bonis, §.4.nu.
5.& tit.de diſciplina Clericorum §.21.num.7.&
num.13.Cenallos practic.quæſt.commun. contra
communes tom.3.quæſt.810.num.16.& 17. Bo-
nacin.tom.2. de reſtitut. in particulari diſput.2.
quæſt.9. punct.2. nu.2. verſ. tunc Clericus Pater
Ferdinandus à Caſtro Palao Theolog.moral.tom.
2.tract.12.punct.9. num.16.* Aliique ſexcenti,
& mille,quos relati referunt, nos enim eos
ſolos, quos opportunos iudicauimus, hic
referimus, neque longa ſerie tranſcribere
optamus, vt paſsim in omnibus noſtris faci-
mus,fecimuſque,neque omnes antiquiores
referimus,cum ab illis etiam relati fuerint.
6 Negotiator itaque haud dicetur,qui rem,
emit quidem, non vt carius intactam ven-
dat,ſed vt mutatam per artificium, iuſto ta-
men pretio,diſtrahat.Chriſoſtom.dicto *can.
eiiciens*, qui ſequentibus rem totam aperit:
*Quicumque rem comparat, non vt ita integram,
& immutatam vendat, ſed vt materia ſibi ſit,in-
de aliquid operandi,ille non eſt negotiator.* His
Chriſoſtom.ſequitur *S.Tho.2.2.d. quæſt.77.
art.4.Bertacchin.d.part.7.quæſt.25.num.48.* Præ
citatique omnes Doctor. *Straccha d. part.1.
num.23.*
7 Non eſt ergo Sacrorum Canonum cen-
ſura hoc Clericis interdictum,cùm verè,ac
propriè negotiatio minime ſit, ſed artificiū;
vt artifex, non vero negotiator dici valeat,
*Bertacchin d.quæſt.25.num.48.Genuenſ.Montis
Marani Epiſcopus in praxi Epiſcop.mihi cap.77
nu.2.& ſeq.* Et eum ſequitur poſt alios,quos
more ſuo refert,*Farinac.d,verbo Clericus ne-
gotiator.nu.164.& 167.Federic. de Sen.d. conſ.
207.num.2.& 3. Benuenut Straccha d.part.1.
num.23.& part.3 num.5. Bellett. d.tit.de diſci-
plina clericor.§.21.num.15,Molin.diſp 342.nu.
13.Bonacin d.quæſt.9.punct.2.num 6.& 7.Ca-
rolus de Graſſis de effect.ib.clericat.effect.6.num.
35.ad 38.fol.490.Marta dicto caſu.3.n.11.*
Suppono præterea:Abſolutum eſſe apud
Doctores,vt ex Laſſarte *de decim.vendit cap.
19.num.60.*ſequitur *Pater Molina d.diſp.342.
num.7. in fin. & num.8. verſ. caput dilecti*
8 *citatum*. Eo ipſo, quod negotiatio ali-
qua, ſiue exercitium, quod non eſt ſa-
cris Canonibus inhibitum, per Eccleſia-
ſticos exercetur,non deberi per eos Gabel-
lam,ſiue, tributum, quia illud negotiatio
minimè eſt;ſed artificium. Probant vero ex
text:in cap.quamquam,4. ibi: Quas non cauſa
negotiandi.*de cenſibus lib.6.& clemen.præſen-
ti,3.*ibi: quas non negotiādi cauſa *eodem tit.*
à contrario exauditis, vt ſequitur *Bertacchi.
d.p.7.q.7.num.10.& 11. Guttierez de Gabellis,
q.113.nu.2.& 6.& num.29.in fin.Bonac.d.q.9.
punct.2.num.2. Homobon.in exam.Eccleſ.tom.*
9 *1.tract.7.cap.29. quæſt.120.* Vt nulla lex,nul-
laque in contrarium conſuetudo, vim ob-
tinere valeat,vt ibid.*Homobon.*loquitur.
10 Suppono demum; fructus tripliciter cō-
putari. Nam naturales alii;quidam Ciuiles,
atque tertio induſtriales nuncupantur ſecū
dum *Gloſſ.*diſtinctionem,illamque receptā

in Lex diuerſo,36.quam ſequitur Bart.ibid.ff.
de rei vendicat. Butrius,& Abb. aliqque Canoni-
ſtæ in cap.graui 11.de reſtitut ſpoliat.Couar.lib.
1.variar. reſolut .cap.3. num.6. Petrus Gregor.
Tholoſates ſyntagmatum iuris vniuerſi tom. 2.
lib.21.cap.10.num.6.Peregrin.de fideicommiſſ.
art.49.num.127.128.& 129.Nicholaus Anton
Gizarell.deciſ.34.num.41.& 42.vbi Ioſeph.Me
le addens num.91.92.& 93.Ioann.Baptiſta Co-
ſta de ratione Rata quæſt.51.num.11.Rota in
recentiorib.part.1.tom.1.deciſ.240.num.2.Nos
ipſi reſponſ.noſtra 14.num.14.num.47.& reſ-
ponſ.20 num.115.part.1.Ex qua diſtinctione
11 probauimus:pecuniam, licet aliàs natura-
ſua infructuoſam,(vt ſubeſt induſtriæ) fru-
ctiferam reddi, quia ex induſtria fructus
parere poteſt,ex doctrina Caietan.2.2.quæſt.
78.art.2.in reſponſ ad primam circa ſecundam
regul.& art.1.in reſponſ.ad 6. alioſque eandē
12 ſententiam ſequentes,retulimus. Atque
proinde ſecundum triplicem hanc diſtin-
ctionem,fructiferam rem dici,atque in fru-
ctu eſſe,ſi vel naturales,vel ciuiles, vel etiā
induſtriales fructus pariat, ſecundum Bart.
in l fin.§.fin.verſ.quandoque ex re,ff.de Iure Fi-
ſci.Vincent.de Franch.deciſ.672.nu.6.& 7.text.
in l.diuortio.8.§.non ſolùm ff.ſolut.matrim.

His ita ſuppoſitis;ad propoſitum factum
argumentor. Negotiatio, ſeu mercatura
(Clericis potiſſimum vetita) eſt, vbi quid
emitur,vt immutatum cariùs vendatur. Er-
go nulla in hoc facto mercatura admitti-
tur; Quia nihil ſic emittur. Nihil igi-
tur illicitum fit, vnde ad gabellam,
ſeu tributum teneatur. Maior ex ſe
nota eſt, ex primo ſuppoſito. Proba-
tur minor in enthymemate receiſa. Non
enim quicquam emitur hic, vt ca-
riùs, & immutatum reuendatur. Non
ſanè oliuæ, quia in dominio remanent ad-
huc domini earum, & ſi planè hypotecatæ
illæ perſiſtant pro accepta pecunia ad illas
recolligendas, vt mutuanti reſtituatur; at-
que pro molitura. Non oleum, quòd non
adhuc expreſſum, in rerū natura haud eſt,
neque in actu ſecundo, & in exercitio, ſed
in actu primo dumtaxat,& in potentia, vt
fiat per expreſſionem à torculari oleum.
Nulla ergo inuoluitur negotiatio. Nullum
proinde debetur tributum, nullaque ga-
bella.

Probatur ſequela. Quia nimirum pecu-
nia non propterea datur, vt ab initio ſit o-
lei facta emptio:ſed vt oliuæ ad torcular,ſi-
ue trappetum deferantur Eccleſiæ, vt illæ
per miniſtrorum induſtriam expreſſæ oleū
effundant, laboriſque accipiat prætium Ec-
cleſia torcularis domina,atq; ex induſtriali
fructu lætetur;quòd ſanè mercaturæ genus
haud eſt: ſed ex re ſua Eccleſia fructus per-
cipit induſtriales,quos vendens ad nullum
13 tenetur tributum. Quia ex rebus proprijs,
& fructibus proprijs ex territorijs, & bonis
exceptis, quos Eccleſia, Eccleſiaſticæque
perſonæ vendunt,tributum, ſiue gabella
minimè debetur. Vt ſecundo ſuppoſito di-
ximus,& probat text.in d.cap.quanquam 4.&
d.clem.præſenti,3.de cenſibus, Molina d.diſput.
342.num.7.verſ.addunt verò.Cardi Bellarmin.
controuerſiar.tom.2.de Cleric.lib.1.cap.28.in 4.
propoſit.fol.mihi 409. Farinac.d.verbo Clericus
negotiator, num. 172. Duard.d. can.18. quæſt.8.
num.16.verſ.præterea non dicitur. Guttierez de
gabell.d.quæſt.113 num.2:& 16.& num.22.&
num.26.Carolus de Graſſ d effect.6.num.33.fol.
489.Paulus Layman.Theolog.moral.tom.2.lib.
4.tract.9.cap.6.num.4. & 9. Marta de iuriſd.d.
part.4.caſu 3.num.9.Homobon.tom.2.tract.11.
cap.6.quæſt.11.in 1.reſolut.in exam. Eccleſiaſt.
Bellett.d.§.4.num.5.& d.tit. de diſciplina cleric.
§.21.num.15,Octauius Glorit.reſponſ.5.num.19.
& 20.Ferdinand.à Caſtro d.punct.9.n.16.

Verùm vrgebis: Emi ab initio oleum in
potentia,& actu primo,ex oliuis exprimen
dum,vt hoc ipſum emptio ſit, ac propterea
conſequenter negotiatio,debeaturque pro
inde,quaſi ex negotiatione,gabella,vt text.
apertè innuunt,& quaſi digito demonſtrāt,
d.cap. quanquam 4.& clement. præſenti. 3. de
cenſib.ibi:in vtroque (Quas negotiandi) Inde
enim quaſi contractæ venditionis arrhæ,pe
cuniæ ad recolligeudum oliuas dantur.

Scitā planè inſtātia. At reſponſione,eius
retunditur ſpiculum. Summiniſtrari quidē
pecunias, ſed ad recolligendum oliuas, ne
alioquin earum defectu retineatur oliuarū
domini ab illis recolligendis; neue ab alijs
illas recipiant torcularium dominis,ad quę
oliuas deferant, ſentiatque Eccleſia dam-
num:quòd nulli erunt,vel perpauci,qui ad
illius torcular molendas oliuas deportent:
non ſanè, quòd in exprimendi olei vendi-
tionis arrham pecuniæ mutuentur. Quod
verò,ex molitura,atque in acceptę pecunię
ſatiſfactionem, oleum accipiatur, id planè
non principaliter,ſed acceſſoriè,atque eue-
nit accidentaliter;quia oliuarum Dominus
pecunias haud præſentes habet:vt ſecunda-
15 rium hoc,atque accidentarium attendi mi
nimè debeat;ſed quod primariò,& verè agi
tur,argumento l.ſi quis nec cauſam, 4.ff.de rebus
credit.cum ibi notat.per Iaſon. à num.4.cap.non
dubium 5.de ſent.excom.cum annotat.per Felin.
ibid. notab.2. Probus ad Ioann. Monach. in cap.
tibi qui 12.num.19.verſ.pone ſtatutum eſt de re-
ſcript.lib.6.Nauarr.de indulgent.notab.11.nu.6
Ioacob. Anton. de Mauro allegat. 16. num. 10.
Bart.in l.Ariſto.ff.de donat. vbi ad rem noſtrā
16 docet, Quod quando in contractu poteſt
includi emptio, vel permutatio; id attendi
debet,quod principaliter actum eſt. Neque
porrò hic res vlla emitur, quæ immutata
reuendatur, & integra, (quod negotiatio
eſt) vt primo ſuppoſito diximus; ſed indu-
ſtrialis

Digitized by Google

ſtrialis fructus ex Torculari Eccleſiæ ab in-
duſtria prouenlens miniſtrorum, (eccleſiæ
iam effectus) vti res venditur Eccleſiæ. De
bet proinde ab omni ſeruitutis, vel tributi
onere liber eſſe,vt ſecundo ſuppoſito dixi-
mus. ex *te.x. in d. cap. quanquam.4. & d.clem.
præſenti 3.de cenſib.* Neque fructus hic ex ror
culari perciperetur, ſi nulli ad molendum
accederent; neque accederent, ſi pecuniæ
illis ad oliuas recolligendum, minime ac-
comodarentur. De duobus alterum igitur
ſequetur;vel inutile, & abſque fructu Tor-
cular *E*ccleſia habebit; vel ex induſtriali
fructu tributum gabellamq. ſoluet. Vtrum-
que verò contra Iuſtitiæ, æquitatiſque na-
turalis dictamen pugnat, ac contrà ſacrorũ
conſtitutiones canonum eſt,quæ libera Ec-
17 cleſiarum bona ab omni tributorum, atq.
gabellarum onere eſſe volunt. *d. cap. quan-
quam. & clem. præſenti*. aliique relati per
Bertacchin.d.par.7.q.7. nu. 10. Nullum ergo
eorum ferendum.

Et quid (quæſo) eſt, ſi vel pro torturæ
mercede, vel pro acceptæ pecuniæ reſtitu-
tione,in pecunia ſoluerint?

An non liberum cuiq. id manet; Neque
porrò pactum aliquod intercedit,vt in oleo
ſolutio fiat. Vt non ſit vlla habenda ratio,
18 quod oleum ſubſequenter ſoluatur. Et
quid(Aedepol)ſi debitor creditori in oleo,
vel frumento ſoluat,quod debet; An mer-
caturam exercere creditor dicetur,vt ad tri
butum, gabellamque ſoluendam adigi va-
leat? Non equidem.

19 Pecuniæ quippè appellatione rem ſigni-
ficari Proculus ait, vt Paulus loquitur in
20 *l.pecunia.4. ff.de verborum ſignificat.* Nam
corpora quoque pecuniæ appellatione cõ-
tineri,nemo eſt,qui ignoret,ſecundum Vl-
piani verba, in *l. pecunia verbum 178. ff. eod.*
Et Hermogenes in *l.pecuniæ nomine. 222. ff.
eod.* Quia profectò omnes res poſſunt in
pecuniam conuerti. vt *Gloſſ.* inquit *ibid.* &
21 Ariſtoteles docuit *lib.1.politicor.cap.6. Om-*
„ *nia*(inquiens) *dicimus pecuniam, quorum*
„ *valor nummo menſuratur.* & ſequitur doctiſ-
ſimus Vir *Gregorius Tholoſates ſyntagmat.iur.
tom.2.lib.36.cap.2.n.5.& 6.*

22 Tunc itaque negotiatio eſt, cùm res eo
acquiritur animo, & intentione, primariò,
vt reuendendo,lucrum ex ea perquiratur,
vt poſt *Laſſartum,Diaz,alioſq.* ſequitur *Gut-
tier.de gabellis.d.q.113.num.15.& 16.* Exem-
plo factum aperiens noſtrum: Si fortaſſe
23 Clericus ex Aduocationis munere, quod
licitè exequitur,quidquam lucretur, vtpu-
ta vinum,oleum,frumentum;Si illud ven-
diderit,nullam omnino debet ex venditio-
ne gabellam: *Quia*(rationem infert) *non ne-
gotiandi animo fecit,ſed laboris in præmium ac-*
24 *cepit.* Additque, nec immeritò, deſiderari
etiam in emente,vt lucrandi, negotiandiq.
animo emat, vendatque, alioquin permiſ-
ſum eſt; quia non ſit cauſa negotiandi; vt
Federicus de Senis loquitur *d. conſ. 207. num.
2.verſ.ſecundo modo reſpondetur,*& ipſe ſequi-
tur.*num.14.& 21.ex eod. Laſſart. & Emanuel
Sà verbo Clericus. num. 20. in Aphoriſm. con-
feſſar.Ferdinand.à Caſtro d.punct.9.nu.16.Stac-
cha d.par.3.nu.5.& 6.*

25 Hinc eſt porrò,quòd liberum,licitumq.
ſit Eccleſiaſticæ perſonæ agrum emere, vt
ex fructibus poſtmodùm illius perfruatur;
poſſitque licitè, & citrà negotiationis ſcru-
pulum,enatos ex illo, recollectoſque ven-
dere fructus,expectato etiam tempore,quo
cariùs venduntur, vt ex venditione eorum
lucrum capiat; nullamque propterea ga-
bellam,nullumque tributum debeat.

26 Quòd ex re propria Clerici, fructus illi
excepti ſint,non ex negotiatione, quæ ſola
perpenditur in *d cap. quanquam. 4. & d.Cle-
ment.præſenti. 3. de cenſibus Probus d. cap.tibi
qui 12. num.19.verſ.pone ſtatutum de reſcript.
lib.6. Molina d.diſput.342.nu.7.verſ. non tamen
eſſet.Genuenſ.in praxi d.cap.77.num.4.* quem
ſequitur *Farinac.d.verbo Clericus negotiator.
num.168.Salzed.ad Diaz in praxi d.cap.58.col.
3.verſ.ex quibus ſequitur Guttier.d.q.113.num.
36.& 37.Duardus d.can.18.qu.8.num.16.verſ.
præterea.Carolus de Graſſis d.effect.6.num.33.
Marta d.caſu 3.num 9. Glorit.d. reſp.5.nu.19.
in fin.Ferdin.à Caſtro d.punct.9.n.16. nos reſp.
noſtra.41.nu.3.& ſeq.par.2.*

27 Poſſumque, nec immeritò, prædium
emere,in quo vena eſt ferri; atque ferrum
ipſum miniſtrorum opera extractum, vel
in aliam redactum formam,diuendere; vt
neque negotiationis coarguar; neque ga-
bellæ,vti negotiator,obnoxius fiam. Quod
ipſum ferrum in fructu ſit prædij;vt proin-
de illo Eccleſiæ,vel perſonæ effecto Eccle-
ſiaſticæ,eandem prædij naturam, & fructus
nanciſcantur.

28 Eodemque modo,& ſalinam habere po-
tero,vt ex aqua illius,ſal miniſterio fiat lay-
corum.*Federicus de Sen. d. conſ. 207. Nauar.
man.cap.27.num.128.Molin.d. diſput. 342.nu.
7.verſ.addũt verò.Duard.d.can.18.q.8.num.16.
verſ.Eſt tamen.Salzedus ad Diaz.d.cap.58.col.
3.verſ.ex quibus ſequitur Guttier.de gabell.d.q.
113.n.54.& 58.& ſeq.*

29 Quòd ſi licet mihi,(quamuis Eccleſiaſti-
co,)frumentum,aliaſque emere fruges, vt
illas in territorijs,vel Beneficiorum,vel ec-
cleſiarum,vel etiam proprijs ſeram; enataſ-
que poſtmodum fruges cariùs vendam;ne-
que negotiationis vitio ſubiacebo. Quod
planè ab omnibus receptum eſt ſupra ci-
tatis Doctorib. *Farin.d. verbo Cleric.negotia-
tor.num.167.Genuenſ.d.cap.77.num. 2.3. & 4.
Salzed.d.verſ.ex quibus ſequitur Carol.de Graſſ.
d.effect.6.num.33.Guttierez.dict.qu.113. num.
28.& 37.*

Cur

30 Cur(Aedepol) non æquè licitum mihi
quoque fiet,ad recolligendum oliuas, pe-
cunias accomodare , vt illæ ad oleum ex-
primendum , ad Eccleſiæ deferantur Tor-
cular(ſiue etiã proprium) vt ex fructu hoc
induſtriali perfruar ? Quemadmodum li-
citè frui poſſum,vel naturalibus,vel ciuili-
bus fructibus , qui ex prædiis aliis iuxta ea-
rum naturam percipiuntur. Nimirum quia
31 fructuum appellatione,ne dum naturales,
verùm , & induſtriales compræhenduntur,
vt diximus tertio noſtro ſuppoſito . & ſe-
quuta fuit *Rota apud Card.Caualer.deciſ.136.
num.3.& deciſ.154.num.1.& 2.Peregrin.d.q.*
32 *49.num.129.* Et fructus dicuntur,quicquid
in fundo naſcitur , quicquid ex fundo per-
cipi poteſt.vt Celſus loquitur in *l.item ſi fũ-
di.10.* & Paulus in *l.arbores.65.§. quicquid.ff.
de vſufruct.Gratian.forenſ.par.4.cap.703.n.7.*
33 Cæteroquin impugnans , diſparitatis affe-
rat rationem ; vel par admittatur deciſio,
quorum connexa,atque comunis eſt ratio.
ad *tex.in l.3.in princ.*ibi: nec ratio diuerſita-
tis reddi poteſt. *ff. de iniuſto rupto teſtam. l. à*
,, *Titio.*tn8. *in fin.* ibi: Cur non idem in dote
,, promiſſa reſpondeatur? Ratio reddi non
poteſt.*ff de verbor.obligat. vbi Gloſs.* & dixi-
mus *reſponſ.noſtra 24.n.20.par.1.*

34 Veluti nec improbatur,quin Eccleſia ,
vel Eccleſiaſtica perſona molendinum ha-
bens , certam frumenti quotam pro moli-
tura accipiat;vt ad gabellam minime tenea-
tur , ſi exceptum ita frumentum,poſtea di-
35 uendiderit. Quia profectò frumentum il-
lud molendini fructus induſtrialis eſt . *tex.
in cap. ſignificante. 69. de appellat.* habetur
enim in tex. licitè potuiſſe Capitulum, &
Eccleſiam Aurelianen ſtallum habere in
quo carnes venderentur, quod id ipſum in
fructu eſſe videatur , quamuis per ſe cleri-
cis tabernam exercere inhibitum ſit. vt
*Abb.ibid.Molina d.diſput.342.num.10.Guttie-
rez de gabell.d.q.113.nu.29.Vincent.de Franch.*
de Molendino loquens Eccleſiæ Sancti
Laurentii Ordinis Carthuſianorum,propè
Padulæ Terram *deciſ.380. Marta voto 183.
par.1.Hondedeus conſ.84.num.35.vol.2.* opti-
me inferens à molendino ad olei Torcu-
lar.*Peregrin.d.qu. 49. num.* 129. de molendi-
nis , & ſimilibus etiam loquens,ex quibus
fructus percipiuntur induſtriales. *Lander-
chius Imolen.conſ.165.num.1.*vbi fructus, qui
ex molendinis percipiuntur induſtriales di-
cit.

36 Neque enim eiuſdem rei fructus diuer-
ſo à re ipſa iure cenſeri debebunt vt dixit
Rota *in vna Bononien de formalariis.19. De-
cembris 1616.coram Remboldo deciſ.370.num.
5. tom. 2. in poſthum. ad tex. in cap.cum in tua
30.in fin.de decimis.*

37 Quemadmodum deinceps, iurè quoque
permittitur mihi , quamuis Eccleſiæ addi-
cto militiæ, animalia, oues ſcilicet, boues,
ſues , hiſque ſimilia emere , vt paſcua pro-
priis enata territoriis,dente abſumant,& de
paſcantur. Atque ſi greges mihi,vel Eccle-
ſiæ fuerint,ne illi emoriantur,licet (neque
negotiationis vitio vertetur) conductis pa-
ſcuis , illos depaſci facere . Quod ſacram
quoque declaraſſe Congregationem Emi-
nentiſſimorum Patrum Sacri Tridentini
Concilii interpetrum,retulimus *reſponſ.no-
ſtra 41.nu.9.10.& ſeq.part.2.* Atque ita quo-
que decretum fuiſſe per Illuſtriſſimum tũc
Nuntium S.D.N. & Collectorem Genera-
lem in hoc Neapolitano Regno Alexan-
drum Bichium Epiſcopum Inſulanum ,
nunc meritiſſimum, & Eminentiſſimum
Sanctę Romanæ Eccleſiæ Cardin.me tunc
cauſæ Patrono pro R. D. Alexandro Ro-
gerio Sacerdote Terræ Cupertini Nerito-
nen diœceſis.ita quoque præter alios à no-
bis relatos.*Ferdinand.à Caſtro d.punct.9.n.16.*

Quam ob cauſam itaque(amabo te) illi-
citum nobis erit , & negotiationis vitij co-
arguemur,quòd Eccleſiæ Torcular,per in-
duſtriam fructuoſum; vt fructus, quos po-
teſt,proferat, curamus , atque omni proſe-
quimur diligentia, etiam ad recolligendas
oliuas accomodando pecunias?

38 Alioquin inutile corpus hoc erit Eccle-
ſiæ,atque contra Oeconomicam guberna-
tionem faciet Epiſcopus, & peccabit . In
Epiſcopo nempè oeconomica hæc guber-
natio elucere quoque debet,iuxta Apoſto-
li præceptum 1.*ad Timoth.3. & 5.* vbi inter
virtùtes, quibus ornatum oportet eſſe Epi-
,, ſcopum , illam enumerat : *Domui ſuæ benè*
,, *præpoſitum* . Rationemque dicti ſubnectit ,
,, dicens: *Si quis autem domui ſuæ praeſſe neſcit,*
,, *quomodo Eccleſia Dei diligentiam habebit*?
Qui nempè priuatæ ſuæ domui regendæ
negligens fuerit; quo pacto tanti gregi dili-
gens erit? Quiſque enim ad ſua propenſio-
nem habet.vt *Gloſſ.ordinaria.& Carthuſ.* ex-
ponunt . Quam etiam perpenſionem ſe-
quitur *Pater Molina d.diſput.342.num.11.* &
eum *Guttierez d.qu. 113.num.25.* Inferentes:
39 fas eſſe Clericis emere neceſſaria ad pro-
prium,ſuorumque vſum,& vendere ſuper
flua,vel ex fructibus ſuorum agrorum, vel
ex proprij beneficij , vel vndecunque illa
habuerint:& hanc ſententiam uti communẽ
Doctorum omnium , nullam admittere
controuerſiam docet *Molina vbi ſupra;* Ad-
ditque: Eſto viliùs aliquid emerint , non
animo reuẽdendi cariùs, fas tamen illis erit
accreſcẽte poſtea pretio,vendere illud ca-
riùs,& lucrari,neque inde tributum vllum
deberi.Quia ab initio negotiatio non fuit.
Quod dixit etiam ante eum, aliosque *Na-
uar.man d.cap.27. num. 128.idem Guttierez.d.
qu.113.num.22.23.& 24.& num.37.Marta d.
caſu.3.num.12.& poſt Salicet. in auth.ad hac.q.*
10.16.

Digitized by Google

20.18. *C. de vſu.* ſequitur *Bennenut. Stracchæ.*
d.par.3.de mercat.num.6. Ioſeph Mele ad Giza-
rellum deciſ.80.ad numerum 7.num.32. Probus
ad Ioan.Monachum d.cap.tibi qui 12.num. 19.
verſ.pone ſtatutum eſt.de reſcript.in 6.
40 Hinc ſequitur,poſſe Eccleſiam aduerſus
Prælatum bona eius cuſtodire , & augere
negligentem,agere,vt de ſuo ſoluat,etiam
ſi damnum ceſſantis lucri fuerit.poſt *Felin.*
in cap.accepimus.4. num.9. de fide inſtrum. ſe-
quitur *Gratian.forenſ.par.4.cap.*601.*n.*12.
Iuſtum igitur æſtimaudum erit : Illicitũ
nobis fieri, etiam accomodatis pecunijs ad
recolligendum olinas, vt pluresad Torcu-
lar accedant Eccleſiæ curare ; atque ad il-
lud oliuas deferant,vt abundantiores indu-
ſtriales fructus pariat,cùm alios parere mi-
nime poſſit? Vt illi(ſicut Torcular)ab om-
ni immunes tributo ſint? Qnod fructus,vti
41 acceſſorij,principalis(fundi ſcilicet) natu-
ram ſequantur.ad *regul.tex.in cap.ſi ſuper gra*
tia.9. de offic. deleg. in 6. & regul. acceſſorium,
42.de regul.iur.eod lib.Gratian.d.par.4. c. 649.
num.19.Grilenezon conſ.21.nu.7. & conſ. 156.
num.30.Ioan.Baptiſta Gargiareus conſ.2. num.
99. Alciat. reſponſorum lib. 5. conſ. 29. num.3.
Alioquin nec licebit olearum arbores
quàm diligentiſſimè colore, vt abundan-
tiores,feracioreſque edducant fructus', qui
42 propterea Induſtriales magis, qnàm natu-
rales agnoſcuntur.*l.ſi eius.77. vbi Bart. ff. de*
reiuendicat.l.& ex diuerſo.36.vbi etiã per Bart.
& Alex.ff.eod.Abb.in d. cap. grauis 11.num.3.
verſ.dubitatur enim de oliua.de reſtitut. ſpoliat.
vbi etiã Apoſtilla Anto.Fran.littera C.Peregr.
d.q.49.num.128. Mele ad dictam deciſ. 34. Gi-
zarell.num. 93. Menoch. de arbitrar. lib.2.caſu
210 num.25 Proſper Rendella de olea , & oleo
cap.14.
Et iniquè agere æſtimabor,ſi quò plures
ex Eccleſiæ, vel proprijs territorijs percipiã
fructus,plures aduocauero operarios,vt co-
43 lant, & operentur in illis . Vel ſi vineam
plantauero, vt ex vuis vinum percipiam ,
perceptumque diuendam. quod perpendit
Guttierez alios referens *d.q.113.de gabellis.n.*
70. Ceteroquin qui dicit, diſparitatem red-
dat . Cum alioquin permittatur,(vt neque
44 negotiationis vitio mihi vertatur;)Si fun-
dum emero vna cum fructibus iam matu-
ris,illoſque vendam in poſterum,vt neque
gabellam ſoluere tenear ; quòd pars fundi
dicantur, agnoſcanturq. *Molina contra Laſ-*
ſartum.d.diſp.342.num.7.verſ.illud etiam.Gut-
tierez.d.q.113.n.66.& 67.
Quòd ſi permittitur mihi pro olinarum
præſſione in Torculari,atq. pro accomo-
data pecunia ad recolligendum oliuas,cõ-
penſationem in pecunia accipere , neque
negotiator habebor , neque ad tributum
aliquod tenebor, quod nec Aduerſarij ipſi
inficias eunt. Quid (amabo te) cauſæ eſt ,
quod ſi oleum mihi ſoluatur , negotiator
æſtimabor , vt ad tributum ſoluendum ac-
clamer ? Cùm in hoc negotiationis defini-
tio , ſupra primo ſuppoſito ex S. Ioanne
Chryſoſtomo,& S.Iſidoro allata,minime
45 conueniat. Vt neque definitum ſedere de-
beat.*tex.in l.2.§.appellata.vbi Doctor.ff.ſi cer-*
tum petat.l.1.§.dolum.vbi Bart.ff.de dolo.dixi-
mus reſponſ.noſtra 28. num. 3. par. 1. & argu-
mentatur pari modo *Federic. de Senis* ad rẽ
noſtram *d.conſ.107.n.2.*
46 Sed hæc minus arrident rigidiſſimis ex
actoribus,& Gabellarijs;vt etiam perpendit
Salzed.ad Diaz d.cap.58.col. 3. verſ.ex quibus
ſequitur in fin.
47 Verùm dicent differentiam;quia oleum
vendi poteſt,at pecunia non venditur. Op-
timè quidem ; ſed ex accidenti eſt, vt oleũ
ſoluatur pro mercede, & compenſatione
acceptarum pecuniarum, nõ quod oleum
ad negotiandum ſit ab initio emptum.
48 Veluti in ſuperioribus ex *Guttier. de Ga-*
bell.d.qu.113.nu.15. de Aduocato diximus,
cui pro patrocinij, vel conſilij labore oleũ,
vinum,frumentum,vel quid aliud datum
ſit;poterit vtique illud vendere, neq. mer-
cator habebitur, neque ad gabellam tene-
bitur. At verba afferamus Guttierez *nu. 16.*
„ *Negotiari enim* (inquit ipſe) *ex comuni om-*
„ *nium ſententia, & ex* tex.in cap.2. & can.eij-
„ ciens.88.diſt.& in cap. 1. & 2. ne cleric. vel
„ vouent.Bernard. Diaz in praxi cap.50.Par-
„ lador.vbi ſupra num.6.Laſſart. vbi ſupra
„ *dicitur,qui rem acquirit eo animo , & intentio-*
„ *ne, vt reuendendo lucri faciat : At Clericus Ad-*
„ *uocatus non acquirit præcipuè vt vendat ; ſed vt*
„ *ſibi pro labore ſatisfiat ; vendidit autem poſtea,*
quia maluit pretium,quàm rem ; vt qui rem ſe-
„ *mel acquiſitam vendit,non negotiatur.* Ita Gut-
tier. Cuius ſententia, verbaque attentè pẽ-
ſanda ſunt ; admodum nempè in rem no-
ſtram cedunt. Alioquin deberemus ex hoc
mundo exiſſe,vt verbis vtar Apoſtoli 1. *ad*
Corinth. 5. 10. Atque negotiari ſemper di-
ceremur nos Eccleſiaſtici , ſemperque ad
gabellas exſoluendas teneremur Quod ſa-
nè vt in apertum deducerent Summi Ro-
mani Pontifices,ac potiſſimum Bonifacius
Octauus *d.cap.quanquam.4* & Clemens V. *d.*
clement.præſenti. 3. de cenſib. In omnibus re-
49 bus indiſtinctè Eccleſiaſticos ab omnibus
oneribus impoſitionum immunes eſſe de-
clarauerunt,quas non cauſa negotiandi de
50 ferunt. Fundanda igitur hæc negotiandi
qualitas cùm primis erit , vt ad ſoluendum
gabellas cogi Eccleſiaſtici valeant , atq;per
aſſerentem illam , ni inutiliter agere velit
l. 4. ff. de vi bonor. raptor. cap. ſtatutum.22.de
elect.in 6,Nauar.lib.2. de celebrat. miſſarum
conſ.13.n.3.nos reſponſ.49.n.2.par.2.
51 Siue ſit actor, ſiue reus ; Quia eſt funda-
mentum intentionis ſuæ ; vt dixit *Roſa in*

Ro-

Romana pretij grani 11. *Decembr.* 1628. *apud*
*Dominum meum Coccinum Decanum deciſ.a*19.
*n.*12.*par.*5.*diuerſ.*
Neque inſtabis: Per oliuarum hypotecã
videri ab initio factam earum emptionem;
atque translatum proinde dominium ea-
rum, oleique ex illis exprimendi; eſſeque
conſequenter negotiationem; oririque ga-
bellæ ex negotiatione exſoluendæ obliga-
tionem, iuxta *tex. in d. cap. quanquam.* 4. *&*
*clem. præſenti.*3 *de cenſib.* ibi: (*quas non nego-*
tiandi.) ſupra alias allatos.
52 Cum quidem, quòd hypoteca (quæ in
oleo quoque datur ſecundum Ariſtote-
lem *lib.*2.*oeconomicor.*) nominis tantùm ſo-
no, (vt Marcellus ait *in l.res hypoteca.*5.§.*fi.*
ff.de pignor.) *&* § *itẽ ſeruiana.verſ.inter pignus*
53 *inſtitut.de actionib.*) à pignore differt: Et ſi
quidem ſtrictè, ac preſſe pignus propriè in
re mobili (vt in hac re noſtra eſt,) hypoteca
ad rem immobilem per Noſtrates adapte-
54 tur. Nihilominus tamen apud Græcos, à
quibus hypotecæ nomen habemus, gene-
rale nomen eſt ad omnia reſpiciens, quæ
in cautionem obligationi ſubijciuntur; vt
55 (hypotecare) idem ſit, atque ſupponere;
vnde hypoteca accipitur pro omni re, quæ
obijcitur, vel obligationi ſubijcitur. vt Sce-
uola in *l.cum tabernam.*34.§.*idem quæſiuit. ff.*
de pignorib. hypotecam pro pignore intel-
lexerit. vt optimè more ſuo deducit nun-
quam ſatis laudibus euectus Doctiſſimus il-
le vir *Gregorius Tholoſates ſyntagmatum iuris*
*vniuerſ.tom.*2.*lib* 23.*cap.*5.*n.*4.*&* 5.
56 Tùm, quòd, & ſi planè bona inuecta, &
illata ſint tacitè domino domus, vel molẽ-
dini, & quod iuris eiuſdem eſt, Torcularis
(iuxta Hondedæi ſententiam dicto *conſ.*84.
*num.*35.*vol.* 2.) pro penſione, ſiue molitu-
ris, vt retentio pro illis detur. *l. certi iuris.* 5.
*C.de locato, & conduc. l item quia.*4. *vbi Gloſſ.*
*ff.de pact.l.ſi borreum.*3.*ff.in quibus cauſ.pignus,*
vel hypot.tacitè contrahatur Proauus meus Ro-
bert.Maranta in ſingularib.verbo inuecta, & il-
lata fol.m bi 46.*Gratianus forenſ.p.*3.*cap.* 564.
*nu.*12.13.*&* 14.
57 Non tamen ex hoc pignore, vel hypote-
ca, (quod idem eſt,) rerum inuectarum
(quemadmodum in facti hoc noſtri ge-
nere) oliuarum dominium in dominum
Torcularis, ſiue Trappeti translatum eſt,
neque transfuſum, neque illud ab oliuarũ
58 domino amotũ; ita ſanè, vt ſi perierint in-
terim oliuæ, earum domino pereant, per-
manente nihilominus obligatione accep-
tas ſoluendi pecunias ad illas recolligen-
das. *l.ſi creditor.*4. *& l.quæ fortuitis.* 5. *& l.pi-*
59 *gnus* 8.*C.de pignorat. action.* Per hypotecam
quippè, vel pignus, res neque venditur, ne-
que ceditur, neque in ſolutum datur, ſed
in dominio perſeuerat hypotecantis, vel
pignorantis *d.l.pignus.*8.*C.de pignor.action.l.*
*pignoris.*18.*& l.perſecutione.*24. *C.de pignorib.*
*Rota par.*1 *diuerſ.deciſ.*426.*num.*7.& ſequuta
fuit etiam *Rota apud Caualer.deciſ.*190.*n.*4.
Haud igitur facta oliuarum emptio vide-
tur, neque conſequenter exprimendi per
torcular olei, quòd illæ in torcular inue-
ctæ hypotecatæ ſunt Torcularis domino,
& pro molituris ſoluendis, atque pro ac-
cepta pecunia reſtituenda, pro illis colligẽ-
dis accomodata. Nulla ergo illicita nego-
tiatio proinde inuoluitur, quod pro illis
oleum ſoluatur.
Quia ſi dederit oliuarum, oleiq. dominus
acceptas pecunias, ſibi oleum retinebit. Et
quid ſi ſoluere renueret, & decreto Iu-
dicis accipiat Torcularis dominus oleum
in ſolutionem; erit ne negotiatio, vel emp-
tio, ac venditio, vt ad ſoluendum gabellam
teneatur? Minime quidem. vt in ſuperiori-
bus dictum fuit. Nulla igitur exoritur obli-
gatio tributum, gabellamq. ſoluendi.
60 Quibus accedit, nec inutilis perpenſio:
Quod Sacrorum iure Canonum inhibitum
Clericis haud reperitur, quin emere poſ-
ſint; verùm ne negotiationibus ſeſe immi-
ſceant, vnde à Diuinis auertantur. Nego-
tiatio verò eſt, cùm res emitur, vt immuta-
ta cariùs reuendatur; vt in primo ſuppoſito
diximus. Vt quid ergo exactiſſimi hi Ga-
bellarij vitio nunc Clerico, ſiue etiam Epi-
ſcopo vertunt, quòd emerit, non adhuc
vendiderit?
An non licet illis pro ſua, ſuorumque
ſubſtentatione, etiam abundanter de omni-
bus neceſſarijs familiam, domumque pro-
ſpicere, vt quod ſupereſt diuendere poſſint,
citra omne negotiationis ſcrupulum; vt in
ſuperioribus oſtendimus? At volunt Gabel
larij ex ſola ipſa emptione, negotiationis
ſub imagine, ab ipſo quoque Epiſcopo ga-
bellam extorquere, vt à laycis ementibus
61 exigunt. Sed legi haud ſubijciuntur huic
Eccleſiaſtici. ad *tex.in cap.Eccleſia Sancta Ma*
*riæ.*10.*de conſtitut.d.cap.quanquam* 4. *& clem.*
præſenti. 3.*de cenſib.*
Caueant igitur ne in cenſuras dent, quòd
Eccleſiaſticis gabellas, atque tributa impo-
nant, ab eiſque exigant.
Et ita ex his cenſoris iudicio ſubiectis re-
ſpondendum cenſuimus.

CAROLVS MARANTA I.V.D.
Epiſcopus Iuuenacen.

Ceſſauere denique ab inceptis, ratione
tandem victi. quod præſtare voluimus, vt
omni poſcenti rationem redderemus, ne
ſcandalum paſſiuum, quod vel neſciant,
vel nolint ſcire, acciperent, magis autem
ex ſe ipſis paterentur; eoſque inſtrueremus
ad id, quod bonum eſt.

SVM-

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 *Præſentare ad ius patronatus iure poteſt frater Fratrem, & Pater filium; modo canonica ille aliquo non detineatur impedimento.*

2 *Voluntas, & lex teſtatoris in fundatione data iuris patronatus, ſequenda eſt.*

3 *Forma data in fundatione ſequenda.*

Et tenor fundationis ſequendus. num.4.

Aliequin inutiliter agitur.

5 *Verba teſtatoris ad perſonam reſtricta pro prima vice exaudiri debent.*

Etiam in fauorabilibus num.6.

Et in diſpoſitione hominis præſertim. num.7.

Neque in materia vertamur de ſui natura perpetua, & quæ tractum habeat ſucceſſiuum.

Potiſſimum ſi teſtator ad vlteriora minime proceſſit. num.8.

9 *Extenſio de perſona ad perſonam, & de caſu ad caſum facienda haud eſt.*

Coniecturis potiſſimum deficientibus.

Neque ſimus in materia agnationis conſeruandæ num.10.

Atque præſertim in materia iuris præſentandi num.11.

Neque in odioſis nu.13.

11 *Iuris præſentandi materia libera eſt.*

12 *Agnationis conſeruandæ ratio haud habetur in materia iuris patronatus, & n. 27.*

14 *Fideicommiſſum induxiſſe teſtatorem haud videtur ex commendatione alicuius perſonæ heredi ſcripto.*

15 *Teſtator quod non exprexit, nec voluiſſe videtur, cùm id in ſua fuerit poteſtate, vt exprimeret.*

Non fecit, neque dixit. Non itaque voluit. num.68.

16 *Verba internum animi ſenſum hominis exprimunt.*

17 *Verbis deficientibus, mentem quoque ceſſare, à ratione alienum haud eſt.*

18 *Teſtamenti verba cautè inſpici debent ſecundum Baldum.*

Ratioque affertur.

Summeq. pendenda ſunt, ac trutinanda, vt ex illis mens habeatur diſponentis num. 19.

20 *Verba teſtamenti extendenda haud ſunt ad ea, quæ nec teſtator dixit.*

21 *Legiſlatorem inutiliter loqui, præſumendum non eſt.*

22 *Perſona indictum præceptum, vel grauamen, illam non excedit.*

24 *Verba mentis obſequio ſunt, eamque proferunt.*

Mens tamen potius, quam verba attendenda in dubio, num.25.

26 *Beneficium iuris patronatus erectum de domo & familia alicuius, præſumptionem haud facit vocatos fuiſſe illos de familia, & agnatione, vt præſentent.*

Quia intelligitur de familia quoad fundationem num.27.& 30.

Præſertim ſi teſtator exteros à familia ad præſentandum admiſit num. 34.

28 *Caſus obmiſſus à teſtatore, ſub diſpoſitione remanet iuris comunis; neq. caſus expreſſus ad obmiſſum trahendus. num. 29.*

31 *Argumentum à cõiter accidentibus, & conſuetis validum.*

32 *Fœminæ, & ſi quidem ſunt de familia, illi tamen finem dant.*

33 *Filij patris, non matris familiam ſequuntur.*

35 *Ius patronatus aliud hereditarium, aliud familiare, ſiue gentilitium, aliud ex pacto, & prouidentia.*

36 *Feuda alia hereditaria, alia ex pacto, & prouidentia.*

37 *Ius patronatus quo ad ſucceſſionem, a natura regitur feudorum & emphyteuſis.*

38 *Familia conſiderata minimè videtur in iure patronatus, ſi illud ex pacto & prouidentia fundator eſſe voluerit.*

Atque ad extraneos diuenire à familia.

39 *Animus qualis fuerit diſponentis ex ſequentibus aperitur nobis, atque palam fit.*

40 *Fideicommiſſum inductum videtur, ex quo teſtator bona in agnatione conſeruari voluit, vocatis maſculis, fœminiſque excluſis.*

Veluti contra ſi fœminas ad ſucceſſionem admiſit, n.41.

42 *Naturæ accuſator videtur, qui fœminas à ſucceſſione excludit, quaſi non totos maſculos genuerit.*

43 *Diſpoſitio agnatorum fauore facta fœminas excludit.*

44 *Agnationis conſeruandæ ratio excluditur cum fœmina ad ſucceſsionem admittũtur.*

Quoniam illæ familiæ finem dant. num. 45.

Et Agnationis ratio attenditur tantummodo in caſu expreſſo, non in alio.

46 *Statera diuina ponderari omnia debent.*

47 *Dictio (dicta) refert omnia præcedentia ſuis cum qualitatibus.*

Sed ad proxima num.63.

Digitized by Google

48 *Verba à teſtatoribus dicta trutinari omnia ſubtili debent indagine.*
49 *Præſentatio alia actiua, alia paſſiua, & num. 53.*
60 *Fœminæ à præſtatione paſſiua excluſæ ſunt, Quoniam neque ordinis, neque inſtitutionis capaces.*
51 *Beneficia abſque inſtitutione canonica obtineri haud poſſunt.*
52 *Præſentatio paſſiua dicitur, quatenus perſona inſtituenda Epiſcopo præſentatur.*
54 *Succedat verbum de præſentatione paſſiua exaudiri non poteſt, de actiua igitur exaudietur.*
55 *Succeſſio in præſentatione paſſiua non datur, ſed inſtitutio.*
Quia inſtituitur ab Epiſcopo per patronos præſentatus.
56 *Ius patronatus per ſucceſſionem habetur, ſiue in ſtirpes, ſiue in capita.*
57 *Succeſſio in hæreditatibus datur.*
58 *Hæreditas quid?*
59 *Verba intelligi debent terminis habilibus, ſecundum quod lex ea exaudit.*
In materia potiſſimum odioſa, num. 60.
In qua verba propriè exaudiri debent.
61 *Præſentatio alia in abſtracto, alia in concreto.*
62 *Relatio fieri debet ad proxima, non ad remota & ſecundum ea, ad quæ teſtator reſpexit num. 65.*
Potiſſimũ vero cauſa euitandæ abſurditatis num. 63.
64 *Præſentari debet Epiſcopo Clericus idoneus, atque ſufficiens.*
66 *Verba reſtrictiua ad perſonam in aliqua diſpoſitione, ſecundum illam terminantur, eamque non excedunt.*
67 *Agnationis ratio ad expreſſum tantum caſum comprimitur.*

ARGVMENTVM.

Agnationis conſideratio an habentur in materia iuris patronatus? & num extenſio fieri debeat de perſona in perſonã fauore agnatorum in hac materia? verba intelligenda erunt de prima vice. Ius patronatus aliud hæreditarium, aliud familiare, aliud ex pacto & prouidentia. Atque aliud actiuum, aliud paſſiuum, quemadmodum & præſentatio. Et ex quibus colligitur in hac materia Iuriſpatronatus teſtatorem ad agnationem reſpectum minime habuiſſe? non inutilis reſponſio.

RESPONSIO LXXIV.

NIcholaus Antonius Sylos Ciuitatis Bitunti nobilibus ortus natalibus, anno 1576. ſupremum agens ſpiritum, ſupremas ſibi ſcripſit tabulas, quibus hæredes dedit vniuerſales Victoriam, & Ioannam eius filias. Mandauit tamen ſi clericali militiæ nomen daret vnus ex filijs Leonardi Sylos eius fratris: ſcriptæ Heredes erigerẽt ius patronatus de domo, & familia ſylos, dote vinearum ſex data; onere adiecto, vt in ſingulas hebdomadas bis ſacra Deo Altiſsimo pro eius anima offerentur, atque in ſingulos annos, redeunte die obitus eius officium fieret intus Cathedralem Eccleſiam Bituntinam, aſſignata eleemoſyna carlenorum duodecim in ſingulos annos in perpetuũ. Cauitque, vt beneficium haberet dictus filius Leonardi, qui Clericali militiæ aſcriberetur. Illo vero defuncto; ſequentibus diſpoſuit.

Che detto beneficio, ſeu ius patronato ſi debba preſentare per la Magnifica Vittoria Sylos ſua figlia primogenita al più vecchio, & idoneo ſacerdote de la caſa, e famiglia di ſylos; e non c'eſſendo ſacerdote di caſa de ſylos, che lo poſſa præſentare, à chi meglio parerà à detta Magnifica Vittoria. E dopò la morte di detta magnifica Vittoria in detta præſentatione habbia da ſoccedere il primogenito, ò primogenita delli figli procreandi per detta magnifica Vittoria; e ſi eſſa magnifica Vittoria moreſſe ſenza figli legitimi, e naturali legitime diſcendenti dal ſuo corpo; che in detta præſentatione ſoccedа, e debba ſoccedere la magnifica Ioanna ſylos ſimilmente ſua figlia, e ſorella di detta magnifica Vittoria; e dopò la morte di eſſa magnifica Giouanna il figlio primogenito, ò primogenita, di eſſa; talche ſempre habbia d'andare da primogenito à primogenito, &c. Poſt ſuprema teſtatoris funera, cùm clericali militiæ nomen dediſſet filius præfati Leonardi, Clericus Ioannes Michael Sylos, facta beneficij erectione ad defuncti voluntatem, obtinuit illud præfatus Clericus Ioannes Michael,

chael. Victoria verò nullis ſuſceptis libe-
ris vitæ terminum fecit. Succeſsit proinde
ei Ioanna ſoror; cuius ſucceſsionem ſubi-
uit D. Ioannes de Lerma filius primogeni-
tus, qui in poſſeſsione eſt iuris præſentan-
di in beneficio prædicto, quod vacat per
ſupremum diem D. Anibalis ſalutij.

D. Ioannes de Lerma præſentat D. Hie-
ronymum de Lerma eius Germanum
Fratrem. Verum opponit ſe ei D. Ioannes
de Sylos, de familia ſacerdos: eſſe ſe ſacer-
dotem de familia (dicens:) ſibi proinde
deberi præſentationem ex fundatoris vo-
luntate. Quis horum obtinere debeat? in
difficultatem vocatur. Conſulti proinde
liberum eſſe diximus D. Ioannem de Ler-
ma, quem ſibi libuerit præſentare, ne-
que arctari ſacerdotem de familia Sylos
præſentare; ſubſtineri proinde (alio
non obſiſtente) præſentationem per
eum factam in perſonam D. Hieronymi
eius Germani: quòd id iure prohibitum
1 nequaquam inueniatur; quin permiſſum
ne dùm, vt frater fratrem ad beneficium
iuris patronatonatus præſentet, ſed Pater
filium. modò canonico aliquo impedi-
mento præſentatus minime detineatur.
Gloſſ in cap. quia clerici 6. verbo filij, & in cap. conſuluit. 15. verbo authoritate de iure patronat. extrà S. Thom. 2. 2. q. 63. art. 2. ad primum diximus *reſponſion. noſtra* 18. *nu.* 17. *&* 18. *par.* 2. *Ludouic. Morotius conſ.* 33. *num.* 10.

Animaduertendum propterea, Nicho-
laum Antonium fundatorem, non vtique
mandaſſe abſolutè, ac ſimpliciter, vt in
ſingulis vacationibus præſentaretur ſacer-
dos antiquior de domo, & familia de ſy-
los, quod planè ſi dixiſſet, ſequenda vtique
2 eius eſſet voluntas, quæ lex eſt omnibus
qui ex diſpoſitione teſtatoris commodum
percipiunt. ad *tex. in* §. *diſponat. in auth. de*
3 *nupt collat.* 4. Quod nimirum ad præſentã-
dum vocati datam à fundatore formam
ſeruare omnimodo debeant, ni inutiliter
agerè velint. *Rota apud Puteum deciſ.* 99.
num. 2. *lib.* 3. diximus, alios referentes, *re-
ſponſ. noſtra* 47. *num.* 13. 14. *&* 15. *par.* 2. Se-
quendus quippè eſt fundationis tenor. ad
tex in l. ad probationem 21. *C. de probat. cap. porro* 7. *& cap. recipimus* 8. *de priuileg. Rota in recent. par. prima tom.* 2. *deciſ.* 495. *num.* 2. *& apud Card. Caualer. deciſ.* 639. *num.* 6. *Barboſ. in collectan. ad Sacrum Tridentin. Concil. ſeſſ.* 25. *cap.* 5. *de reformat. nu.* 1. *&* 2. dictum fuit in *Monopolitana beneficij ſeu Cappella* 6. *Iunij* 1623. *coram Merlino apud Vtutan. in praxi Iuris patronatus deciſ.* 19. *num.* 8.)

Sed victoriæ tantummodo in mandatis
dediſſe, vt poſt mortem Clerici, filij Leo-
nardi eius fratris, cuius fauore beneficium
erectum fuit, præſentaret Seniorem, ido-
nioremque ſacerdotem de domo, & fami-
lia Sylos: qui ſi non adeſſet, liberum eſſet
ei, quemcumque voluiſſet, præſentare. Sic
enim teſtator. *E morendo detto figlio di eſſo*
„ *magnifico Lonardo, che detto beneficio, ſeu*
„ *ius patronato ſi habbia da praſentare per la*
„ *magnifica Vittoria Silos ſua figlia primoge-*
„ *nita al più vecchio, & idoneo ſacerdote de la*
„ *caſa, e famiglia Silos, e non c'eſſendo ſacer-*
„ *dote di caſa Sylos, che lo poſſa praſentare, à*
„ *chi meglio parerà à detta magnifica Vittoria.*
Legem itaque hanc Victoriæ dixit ſeruan-
dam poſt mortem filij Leonardi iam Cle-
rici affetti, & quatenus adfuiſſet tunc ſa-
cerdos ſenior, & magis idoneus de familia
ſilonos, neque vltra proceſsit teſtator, vt in
perpetuum, atque ſingulis in vacationibus
ita ſeruaretur. pro illa itaq. prima vice
5 exaudietur teſtatoris reſtrictio præſentandi
Sacerdotem Seniorem, magiſque idoneum
de familia Sylos, ad *text. in l. boues.* 89. §. *hoc ſermone*, cum ſua materia, ibi que plenè per
Tiraquell. in princ. ff de verborum ſignific. Felin. in cap. 2. *num.* 2. *de tregua, & pace. Surd. conſ.* 18. *num.* 9. *vol.* 1. *Rota apud Card Manticam deciſ.* 322. *num.* 6. *Ceuallos communium contrà communes, quæſt.* 693. *num.* 3. *Crauetta conſ.* 180. *ſub num.* 1. *in in fin. verſ.* 2. *reſpondeo. Surdus de aliment. tit.* 4. *quæſt.* 26. *num.* 14. *Perez de Lara de cappellan. & anniuerſ. lib.* 1. *cap.* 3 *num.* 1. *& ſeq.*
6 Vbi ampliat, etiam in fauorabilibus; potiſ-
7 ſimum verò in diſpoſitione hominis, ſecũ-
dum eundem *Cardin. Manticam de tacit. & ambig. tom.* 1. *lib.* 6. *tit.* 20. *num.* 56, Neque in
materia vertamur de ſui natura perpetua,
& quæ tractum habeat ſucceſſiuum, vti
Molina aduertit *de Hiſpaniæ primogen. lib.* 1.
cap. 6. *num.* 19 *&* 20. Quod ſanè manifeſtè fit
perſpicuum ex his, quæ in continenti adiie-
cit teſtator dicens: *Et non eſſendoci Sacerdote de caſa Sylos, che lo poſſa praſentare à chi meglio parerà à detta magnifica Victoria.* In liberum
itaque Victoriæ arbitrium præſentationem
remiſit teſtator, quando poſt ſuprema fune
ra Clerici filii Leonardi, Sacerdos Senior,
8 & magis idoneus de familia Sylos non ad-
fuiſſet. Neque amplius teſtator præſentatio
nis certæ perſonæ Sacerdotio inſignitæ de
familia Sylos, in ſubſequentibus gradibus
vocatorum ad præſentandum, meminit: vt
noluerit propterea eorum liberum ligare
arbitrium ad præſentandum; ſed illud ab-
ſolutum remittere, vt quemcumque vel-
9 lent præſentarent. Vt non ſit proinde fa-
cienda extenſio de caſu ad caſum, neque
de perſona ad perſonam, de quibus teſtator
loquutus minime fuit; cum nullæ potiſsi-
mum ex aduerſo pugnent coniectuæ, qui-
bus argui poſsit, teſtatorem voluiſſe, vt ſem
per Sacerdos præſentaretur de familia Sy-
los. ad tradita per *Aretin. in l. Gallus,* §. *& quid*

ſi tantum col.4.num.18.verſ.2.adde.ff.deliber.&
poſthum.Gargiarens conſ.16.à num.17.& ſeq.
& num.20.Cranetta conſ.98.num.9.& 13. Se-
quiturque idem *Cranetta conſ. 161. num.11.*
ad text in l.ſi quis ita 16. § penult ff. de teſta-
ment.tutela. Ex ratione,quam reddit ibi Vl-
pianus,dicens:*Sed quia de ipſo non ſenſiſſet, di-*
cendum eſt ceſſare in perſonam eius dationem.
Quia id teſtator non ſenſit: *text.in cap. cum*
in illis 16.§.cum autem.de præbend.in 6. ſequi-
turque *Gratianus forenſ.part.2.cap 275.num.*
31.Gregorius à Cabedo deciſ. Luſitaniæ 140.nu.
*2.part.1.*vbi extendit,etiam ex tacita, & ve-
riſimili mente diſponentis. Rota in *Bononiẽ*
fideicommiſſi de Volta 8. Martij 1627.coram
Merlino deciſ.44 num.2.& 12.part.5.diuerſor.
nouiſſimar. Rota apud Cardin. Seraphin. deciſ.
1023.num.2.Cephal.conſ.430.num.12. & ſequ.
lib.3.Surdus deciſ.85.nu.2.& ſequ. Etiam in
materia fideicommiſsi loquens. *Gratianus*
forenſ.part.5. cap 866.num.16.Rota Macera-
ten.apud Marcum Anton.Thomati deciſ.23.nu.
43.& 49.& 50.Alexander. Trentacinque conſ.
11.num.24 & ſeq.part.1.
10 Potiſsimum verò cùm in materia mini-
nime ſimus agnationis conſeruandę; quod
ſequitur plenè *Fabbius Anna conſ.10.à num.*
*37.cum ſeq lib.1.*Sed in materia iuris præſen
11 tandi, quæ ex ſui natura libera eſt;neque in
12 ea ratio perpēditur agnationis cōſeruādæ,
quod aduertit etiam *Garſias de benefic par.7.*
cap.15.num 21.Perez de Lara lib.2.cap.1.num.
*33.in fin.*rationē reddens; quia in his,de re-
bus ſpiritualibus agitur. Et iurè extenſio de
13 caſu ad caſum retinetur in materia odioſa,
qualis hæc eſt, reſtrinctionis propriæ liber-
tatis,ad regulam *Odia 15.de regulis iuris in 6.*
Felin in cap. auditis n.11. de præſcript. Cranett.
*conſ.180 ſub.num.1.in fin.*expreſſe perpendēs;
in materia odioſa,(vt iſthæc eſt,) veluti etiã
materia fideicommiſsi, extenſionem haud
fieri. *Rota prt.4. diuerſ. deciſ.865. num 6.& in*
Gradicen Canonicatus 1587. coram Comitulo
deciſ.51.num.3.poſt primum vol.Conſil.Farina.
& in Tullen monaſterij 1597. coram Penia de-
ciſ.112.num.8.in fin.eodem vol.per Farinac. Ce
uallos d.quaſt.693.num.3.& Rota in d.Bononiẽ
fideicommiſſi coram Merlino d deciſ.44. num.2.
Ambroſinus deciſ Peruſina 6.num.4.part 1.Rota
in d.Deciſ.1023.num.2.apud Card.Seraph.

Neque inconcinnè hoc probari poteſt
ex his,quæ Vlpianus *lib.2. fideicommiſſorum,*
*in l.11.§.ſi ita quis ff.de legat.3.*ſcripſit;dicens:
14 *Si ità quis ſcripſerit:illum tibi cōmendo: Diuus*
,, *Pius reſcripſit,fideicommiſſum non deberi. Aliud*
,, *eſt enim perſonam commendare, aliud volunta-*
,, *tem ſuam fideicommittentis hæredibus inſinuare.*
ſequiturque *Peregrinus de fideicommiſſ.art.1*
num.50.

Aliud igitur eſt,teſtatorem poſt mortem
filij Leonardi, quem ad beneficium voca-
uerat,præcepiſſe Victoriæ, vt præſentaret
Sacerdotem Seniorem familiæ Sylos,& ma
gis idoneum;eique illum commendare. A-
liud verò abſolutè præcipere, vt in ſingulis
vacationibus id ſeruaretur. Neque enim in
ducere,atq;indicere voluiſſe videtur teſta-
tor,vt in futurū id ſeruaretur,atq;in hoc vo
luntatem ſuam ſucceſſoribus inſinuare.
15 Alioquin ſi id voluiſſet,exprexiſſet;vtique,
vt cum non exprexerit, neque voluiſſe vi-
deatur,cum id in ſua erat poteſtate, vt ex-
primeret.ad *text.in l.vn.in fin. §. ſin autem ad*
deficientis,C.de caducis tollend.cap.inter corpo-
*ralia 2.§. vnde ſi circa de translat. prælat.*dixi-
mus *reſponſ.noſtra 36.num.8 pa.1.* Euidentiſſi
meque id deducitur, de prima illa vacatio-
ne,poſt ſupræma filij Leonardi funera, in-
tellexiſſe teſtatorem, ex verbis ſubſequenti-
,, bus,quibus dixit: *E non ci eſſendo Sacerdote de*
,, *caſa Sylos,*(in illa prima vtique vacatione,
,, de qua loquebatur) *che lo poſſa preſentare à*
,, *chi meglio parerà à detta magnifica Victoria.* Li-
berum enim permiſit arbitrium præſentan-
di Victoriæ præfatæ, quatenus poſt ſupre-
mum filij Leonardi diem, nullus reperi-
retur Sacerdos de domo Sylos. Neq; enim
perpetuum Victoriæ in humanis agere da-
tum fuerat. Quando ſtatutum eſt homini-
bus ſemel mori. Vt Paulus cōteſtatur Apo-
ſtolus *ad Hebræos 9.27.* Et dixit Simonides
in carminib.
,, *Nec vllus expers criminis,nec mortis eſt.*
Potiſſimum verò quod nullum aliud ver-
bum adiunxerit teſtator,vel dictæ Victorię,
vel ſubſequentibus ad præſentandum vo-
catis, quo vel illam (niſi in ipſa prima va-
catione, & quatenus adeſſet Sacerdos) vel
ſucceſſores ad præſentandum certas perſo-
nas,vel de familia Sylos,vel alias,adſtrinxe-
rit. Vt noluiſſe liberam eorum comprime-
re voluntatem, videatur. cùm id minime
16 dixerit,vt nec voluiſſe dicatur. Verba quip
pè ſunt, quæ internum animi ſenſum ho-
minis oſtendunt;ad Celſi dictum *in l. labeo*
6.§.id Tubero, ff. de ſuppellectili legata. can. is
17 *autem 4 22.quaſt.2.* Vt deficientibus verbis,
mentem quoque ceſſare diſponentis, non
futuli arguamus indicio. Quaſi ceſſante cau
ſa, effectus quoque, qui ab illa pendet,
ſubmoueatur. ad *text. in cap. cum ceſſante*
60. de appellat. & notatis per Tiraquellum
in reg. & tract. ceſſante cauſa diximus
reſponſ.noſtra 9.num.20.part.1. & notauit nō
abſque ratione *Peregrinus de fideicommiſſ.*
art.11.num.33.& 34. Propter quam cauſam
non ſine magna cautela præcepit *Bald.* (*in*
l.ſi cum dotem, §. ſi pater, in fin.ff.ſoluto
18 *matrimon.*) Verba teſtamenti cautè inſpici
deberi. Quia nimirum ex illis voluntatem
habemus diſponentis. Erunt igitur non per
19 tranſennam, ſed appoſitè penſatèque ver-
ba trutinanda teſtatoris. Quod ſuadet cau-
tela, quam Imperatorem Iuſtinianum in
vo-

voluntate interpretanda defuncti teſtatoris
adhibuiſſe perſpicimus, in *auth. de reſtitutio-*
ne fideicommiſſi. §. nos igitur, collat. 9. ſequenti-
bus nempe ipſe legis conditor loquitur.
,, *Vnde ſubtilius teſtamentum conſiderantes,* (di-
,, cens) *verbis ipſis inuenimus, hæredibus demon-*
,, *ſtratis alienationem interdictam, quando futuri*
,, *eſſent ſine filijs fungi vitam: non vlterius verò*
,, *ijs, qui ſolum eis ſucceſſerint filijs; ſed ſufficere de-*
,, *functorum vſque ad filium ſtare interdictionem.*
Sic Imperator. Duo igitur ex his verbis
eruimus ad rem noſtram. Primum ſanè, ar-
gumentari nos debere mentem diſponen-
tis, non futiliter, ſed ſubtili, ac perſpicaci
modo, teſtamenentum ex verbis ipſis inter-
20 prętando. Secundum verò, non debere nos
extendere verba ad ea, quæ minime teſtator
expreſſit; ſi ille vel diſponendo, vel prohi-
bendo non vlteriùs proceſſit. Penſanda, er-
go verba erunt diſponentis Nicholai Anto
nij, quibus (facto caſu mortis filij Leonardi,
atque vacante, (eo decedente) beneficio,)
Victoriam, Sacerdotem de domo Sylos prę
ſentare ad beneficium voluit; ſi vero non
adeſſet, liberum eſſet, ei, quemcunque vo-
luiſſet præſentare. Noluiſſe vtique caſum
illum, quem per ſuprema filij Leonardi fu-
nera, perpendebat, excedere: neque reſtri-
ctionem illam præſentandi Sacerdotem
de familia Sylos, ad ſucceſſores in iure pa
tronatus, & pręſentandi traijcere. Quod Vi-
ctoriæ duntaxat in illo caſu tantùm reſtri-
ctionem demandauit: non vlterius verò ijs,
qui ei ſucceſſerint filijs, ex verbis ipſis Im-
peratoris *eod. §. nos igitur,* paulò ante relatis.
Sufficere proinde vſque ad primam illam
vacationem poſt ſuprema Leonardi filij, fu
nera, defuncti teſtatoris præceptionem, de
præſentãdo Sacerdotẽ de familia Sylos, ſta-
21 re. Alioquin inutiliter Imperatorem legis
conditorem *d. §. nos igitur,* ex ſubtili verbo-
rum teſtamenti conſideratione, perpenſio-
neque, reſpondiſſe, aſſeuerare cogemur, cõ-
tra *text.* diſpoſitionem in *cap. ſi Papa 10. de*
priuileg. in 6. aliaq; ibid. notata. Vnde quippe
habent; voluiſſe defunctum teſtatorem ſem
per in ſingulis vacationibus, debere (qui ius
præſentandi obtinerent,) Sacerdotem præ-
ſentare de familia Sylos, qui aduerſam no-
bis ſequuntur ſententiam? Ex verbis teſta-
menti? Non vtique. Quia illa, de prima
illa vacatione poſt ſupræmum filii Leonar
di diem loquuntur: Et Victoriæ, non alijs,
præceptio illa data fuit; vt perſonalis videa-
tur, ad eius tantummodo perſonam reſtri-
cta, & ad illam primam vacationem, ad tra-
dita plenè per *Gargiareum conſ. 23. num. 13.*
& 14. lib. 1. quod perpenderat antea *Cranet-*
ta d. conſ. 98. num. 7. & 9. & 13. ad text. in l co-
hæredi. 41. §. cum filiæ, ff. de vulgari, & pupillar.
Ibique maximè Doctores; cum docent; gra
uamen, nominatam perſonam proprio no-
mine non excedere. rationemque reddit
Cranetta d. num. 7. Quia verba grauaminis vi-
dentur clara, vt ad ſubſtitutos minime tra-
hantur. *Ambroſinus d. deciſ. 6. num. 7. Thomat.*
d. deciſ. 23. num. 49. Quin, quatenus non adeſ-
ſet; liberum permiſſit Victoriæ præſentare
quemcunque voluiſſet. Neque etiam ex
mente: Quia cum deſint verba; vnde men-
tem, eruamus nihil ſupereſt. Ex verbis nem
23 pè mentem eruimus diſponentis, *ad text. in*
l. cùm de lanionis 18. §. aſinam ff. de fundo inſtru
cto, inſtrumentoque legato. d. l. labeo 6. §. id tube-
24 *ro. de ſuppellect. legata.* Quia profecto hoc ſu-
beunt munus verba, vt mentis obſequio
ſint, eamque in precordijs abſtruſam, in pa-
lam proferant *ad text. in l ſcire etiam oportet.*
15. §. aliud, ff. de excuſationibus tutorum. Ex ver
bis Modeſtini ibidem: *Sed & ſi maximè* (di-
centis) *verba legis hunc habeant intellectum, ta-*
men mens legislatoris aliud vult. Quaſi indicet
25 verba mentis ſeruitio eſſe, vt illam demon-
ſtrent: quod ſi ſuo illa non fungantur mu-
nere, mentẽ potius attendendã *can. humanæ*
aures 11. 22. q. 5. diximuſq; *reſponſ. noſtra 12. à*
n. 3. cum ſeq. par. 1. Barboſ. aſſiomat. 222. num. 2.
Mentem itaque nõ niſi ex verbis eruimus.
26 Neq; dicant Aduerſarii: mentẽ hãc fuiſſe
defũcti teſtatoris ex eo arguere, quòd erectionẽ
mãdans beneficii, illud erigi dixit de domo,
& familia Sylos. (*Se n'habbia da fare* (dicẽs)
vno beneficio, et ius patronato della caſa, e fame-
glia di Sylos) Intendiſſe proinde conſerua-
tionem in familia.
27 Cũ quidẽ, quòd inde Beneficiũ erigi de fa
milia Sylos dixit, quia ipſe Teſtator de tali
erat familia; noluitq; erectionẽ mutari; ſicu
ti pſeuerat, perſeuerabitq; fundatio de fami
lia Sylos. At nõ iure infertur: inde conſerua
tionẽ in familia voluiſſe, quòad eos, qui fu-
turi eſſent pręſentandi; cũ hęc ipſa perpẽſio
cõſeruationis agnationis, in iure patronatus
ceſſet, vt in ſuperioribus diximus. Et teſtator
ad illum vnum caſum vacationis poſt vlti-
mũ filii Leonardi diem ſe conſultò reſtrin-
xit, vt voluerit ſubſequentes caſus ſub diſ-
28 poſitione manere iuris communis. Quia
nimirum omiſſus à teſtatore caſus, pro omiſ
ſo habetur, neque ad eum iure fit extenſio,
cùm in illum caſum dumtaxat diſpoſuiſſe
iudicetur, non in alio, iuxta tradita per Vl-
pianum in *l. ſi cum dotem 23. in princ. ff. ſoluto*
matrimon. Cranetta d. conſ. 180. num. 4.
29 Non erit igitur caſus ipſe expreſſus ad
omiſſum trahendus, quem neque teſtator
expreſsit, vt neque cogitatione præuidiſſe
videatur, quia ob illum caſum tantum diſ-
poſuit. iuxta tradita per eũdem Vlpianum
in *l. ſi extraneus 6. ff. de conditione cauſa data.*
tacit. text. in cap. cum venerabilis 7. §. quia igi-
tur, de religioſis domib. Ex ratione quoque,
quam affert Pomponius *lib. 1. ad Sabinum in*
l. commodiſſimè 10. ff. de liber. & poſthum. Quia
in

in hunc caſum trahere tentant diſponentis
voluntatem, qui non eſt teſtamento apprę-
henſus *Rota part.1.tom.1. in recent. deciſ 171.
ſub num.2.& part.4.diuerſor.deciſ 662. num.3.
& deciſ 673.num.4.& apud S. memor.Gregor.
XV.deciſ.90.num.15.Cabedus d. deciſ.140. nu.
3.part.1.*
30 Quod vero diſpoſuerit fundari benefi-
cium de familia Sylos, id quidem exaudien
dum erit in ſenſu diuiſo, non in ſenſu com-
poſito, (quod ad fundationem ſcilicet,) vt
beneficiũ eſſet de familia Sylos, non quoad
præſentationem. Nimirum quod quo ad il-
lam neque familiare eſſe voluit, neque hæ-
reditarium, ſed ex pacto & prouidentia, vt
infra dicemus. Neque ſane nouum eſt erigi
beneficia de familia aliqua, & ad illa (quo-
ad præſentationem) à voluntate præſentā-
tium etiam extraneos à famialia pręſentari.
31 Validum eſt autem argumentum à com-
muniter accidētibus, & conſuetis *ad.tex.in
cap. cum Martæ 9. §. cæterum vbi Gloſſ. verb.
probabilius de celebrat.miſſar. l.vel vniuerſorũ
12.vbi Gloſſ.1 ff.de pignorat.actione.*
Tùm, quod hæc ipſa Aduerſariorum per-
perpenſio inde futilis, ac nulla ſubtiliori ar-
guitur indicio, ꝙ ius præſentādi, nō in illos
de familia demanauit teſtator, ſed filijs Vi-
ctoriæ; & illa ſine filijs ſublata, filiis Ioānæ
reſeruauit. Quæ ſane mulieres, & ſi de fami-
32 lia eſſent Sylos, (filiæ teſtatoris) earũ tamen
filij de familia haud erant; cùm mulier fa-
miliæ finem faciat, *l.pronunctatio 195. §. fa-
miliæ appellatio in fin. & l. familiæ ap-
pellatione 196. ff. de verborum ſignificat.*
Filij verò non matris, ſed patris fami-
liam ſequuntur, *l.liberos 2. ff. de Senatoribus,
cap.2.§.cum autem filius, vbi Gloſ & Abb.num.
2.in fin de conuerſ.infidelium. idem Abb.in cap.
Raynutius, num.2.in 1.notab. de teſtament. meus
Maranta conſ.7.num.18.Rota apud Card. Sera-
phin.deciſ.1438.num.3.Tiraquellus de nobilita-
te cap.15.num.1.& ſeq.& cap.18.num* 10.dixi-
mus *reſponſ.noſtra 16. nu.8. part.2.* Cauitque
teſtator, vt poſt nouiſſima Ioannæ funera,
eius primogenitus, ſiue etiam primogenita
ius præſentandi ſubiret: *E dopò la morte di
„ eſſa Giouanna* (dicens) *il figlio primogenito, ò
„ primogenita di eſſa; talche ſempre habbia d'anda-
re da primogenito à primogenito.* Non itaque
ex his ad agnationem reſpectum habuit te-
ſtator, vt neque illum habuiſſe videatur, ad
eos, qui præſentandi futuri erant, vt eſſent
de familia *Sylos*.
34 Inaniter igitur ex coniecturata mente
teſtatoris familiam Sylos contemplatam
fuiſſe arguunt Aduerſarii ex eo dumtaxat,
quòd teſtator ius patronatus fundari vo-
luit de familia Sylos, cùm extraneos à fami-
lia ad præſentandum admiſerit; neque gen-
35 tilitium, ſiue familiare ius præſentandi eſ-
ſe voluit, neque hæreditarium; ſed ex pacto,
prouidentia, cum de primogenito (ex filiis
Ioannæ) ad primogenitum tranſire voluit,
ſiue maſculum, ſiue fœminam. Ex prouidē-
tia ſcilicet ipſius fundatoris in primogeni-
36 tos demandatum, iuxta feudorum naturā;
quæ etiam vel hæreditaria ſunt, vel ex pa-
cto, & prouidentia, ſecundum tradita per
Surd.conſ.63.n.10.11.12.& 13. ac ſeq.lib.1.&
per *D.Frāc.de Ponte in in deci.Collateralis Cō-
ſilij Neapolitani 11.in allegatione Scipionis Ro-
uiti ad calcem d.deciſ.num.41.& ſequ. idemque
de Ponte in prælud feudor. lect.1. num.111. &
ſeq.& lect.20.num.1.& ſequ.Rota in Mediolanē
iuris patrona.18.Aprilis 1616.coram Pirouano
deciſ.70.num.5.apud Viuian.de iure patronatus,
Idem Viuian.in praxi ead.iuris patronatus lib.1.
cap.3 num.28.& 29. Maſſobrius in praxi ha-
bendi concurſus prælud.7.dub 21 num.54.55.&
56.*diximus *d.reſponſ.noſtra 16.num.16.17.18
37 19.& 20. part.2.* A natura quippe feudi, &
emphyteuſis ius patronatus quoque (quo
ad ſucceſſionem) regitur, iuxta *Card.*doctri-
nam *in Clement.1.col.fin. num.8. de iurepatro-
nat.Rota in d. Mediolanen iuriſpatronatus corā
Pirouano d.deciſ.70.num.5.& in Lucana.iuriſ-
patronatus 27.Aprilis 1605.coram Coccino De-
cano deciſ.105.num.4. apud eund. Viuian.* quæ
eſt in impreſſis apud ipſum *deciſ.232.num.4
Gratianus forenſ.part.3.cap.521.num.32.*& di-
ctum fuit in *Ianuen iuriſpatronatus 18.Aprilis
1608.coram Iuſto deciſ.155.præſertim num.8.in
fin.part.1 tom.1.in recent.*
38 Nullum itaque ad familiam, reſpectum
habiſſe videtur teſtator, cum ius patronatus
ex ſua prouidentia ad filios, filiaſque Ioan-
næ filiæ, (primogenitos tamen) deuenire
voluit, atque præcepit, neque gentilitium,
neque hæreditarium eſſe, ſed ex pacto, &
prouidentia ſua. Non rectè igitur argumen
tantur Aduerſarij, qui ad conſeruationem
in familia reſpectum habuiſſe teſtatorem
contendunt, (quòad præſentandos,) ex illa
vna vocatione poſt ſupræmum filij Leonar
di diem; Cùm neque iuſpatronatus ad fami-
liam deuenire curauerit, nullumque aliud
verbum, poſt primam illam vocationem
Victoriæ dictum, in ſequentibus ſucceſſio-
nibus fecerit. Vt noluiſſe propterea videa-
tur quod ad familiam deueniret, etiam quo
ad præſentandos, cùm illud extra familiam
ex ſua prouidentia tantùm dimanauerit.
quam perpenſionem ex *Rolando conſ 83.nu.
33.lib.3.* & alijs innuere videtur *Gratianus
forenſ. part..5 d. cap 866. num.11.* ſi videlicet
non agnati, ſed exteri ad ſucceſsionem vo-
cati fuerint, non videri teſtatorem ad agna-
39 tionem propenſionem habuiſſe. Qualis
quippe diſponētis animus fuerit (cùm aliàs
ille in penetralibus lateat), ex ſequentibus,
& præcedentibus fit palam nobis, & aperi-
tur, *l.quoniam deſideria.4. poſt princip.* ibi ma-
nifeſtauit, notumque fecit ſine dubio pro-
feſsione

feſsione certiſsima, *C. de naturalibus liberis, l. ſed & ſi Iulianus* 9 *§. proinde, ff. ad Senatus conſult. Macedonian.* Ex verbis Vlpiani ibi; intelligendumque eſſe ab initio ſic accepiſſe, vt in rem patris verteret, *l. ſi ſeruus plurium* 53. *§. fin. ff. de legat.* 1. *§. panonum inſtitution. de rerum diuiſ. l. gerit.* 87. *vbi Bart. ff. de acquirenda hæredit. Bald. in l. multum intereſt, ſub num.* 3. *C. ſi quis alteri vel ſibi Viuius deciſ.* 75. *num.* 4. *Maranta conſ.* 9. *num.* 7 *in fin Rota apud Sanct. memoria Gregor. XV. deciſ* 401. *num.* 31. *& deciſ.* 476. *num.* 4. *& in Concben Beneficij* 1610. *coram Card. Sacrato deciſ.* 288. *ſub num.* 10. *apud Farinac. poſt* 2. *volum Conſil. Mariſcottus variarum reſolutionum lib.* 2. *cap.* 77. *num.* 26.

40 Quæ ſane perpenſio, ſicuti plurimi operatur ad fideicommiſſum inducendm, cauſâ in agnatione bona conſeruandi, cùm teſtator fœminas excluſit, maſculis ſemper admiſsis, vt plenè perpenſum fuit in *Ceſenaten fideicommiſsi* 24. *Ianuarij* 1628. *coram Illuſtriſſimo Epiſcopo Vrgellen Durano deciſ.* 126. *num.* 32. 33. *& ſeq. Peregrin. de fideicommiſſ. art.* 25. *num.* 25. *&* 26. *Molin. de Hiſpaniæ primogen. lib.* 3. *cap.* 5. *num.* 25. *in* 2 *concluſ. Rota in Romana fideicommiſſi de Vipera* 24. *Ianuarij* 1629 *coram Eminentiſſimo Virili deciſ.* 237. *nu.* 8. *&* 10. *part.* 5. *diuerſorum nouiſſimarum, & in recentioribus part.* 1. *tom.* 1. *deciſ.* 193. *num.* 4 *Menoch. de præſumpt lib.* 4. *præſumpt.* 71. *num.* 35. *Ambroſinus d. deciſ.* 6 *num.* 17 *Rota apud Card. Manticâ deciſ.* 351. *per tot. Gratian d. par.* 5. *cap* 866. *n.* 30.

41 Ita contrà argumentari libebit, ſi expreſsè fęminas quoque admiſerit teſtator; nullam ad agnationem conſeruandam propenſionem illum habuiſſe, ſi indiſcriminatim maſculos cum fœminis admiſerit; ne accu-

42 ſator naturæ videretur; cur non totos maſculos genuiſſet. iuxta *text in l. maximum vitium* 4. *§. qui enim, C. de liberis præteritis §. neque illo in authent. de triente ſemiſſe collat.* 3. Diſpoſitio nempè agnatorum fauore facta, fœminas haud compræhendit. *Crauetta d. conſ.* 180. *nu.* 1. ſecluditur igitur ratio omnis agnationis conſeruandę, cùm in quacũque diſpoſitionis parte fœminæ admittuntur; quoniam illæ agnationi, & familiæ dant

45 finem, non vtique illam conſeruant iuxta Euripidis illud,

„ *Mulier egreſſa paternis ædibus,*
„ *Non amplius eſt parentum, ſed coniugis.*
„ *Maſculum verò genus perpetuò manet in ædib,*

Quod perpenſum fuit in *Viterbien. fideicommiſſi* 10. *Maij* 1613. *coram Manzanedo. deciſ.* 486. *num.* 4. *part.* 1. *tom.* 2. *in recentiorib.* cuius etiam meminit *Gratian forenſ par.* 3. *cap.* 536 *num.* 62. *&* 63. & ſequuta fuit Rota *in Ferrarien fideicommiſſi* 15. *Decembris* 1628. *coram Eminentiſſimo Virili deciſ.* 221. *num.* 13. *part.* 5. *diuerſorum nouiſſimarum. Aymon. d. conſ.* 180. *num.* 1. *Surdus deciſ* 9. *num.* 6. *Gratian. part.* 5. *forenſ. d cap.* 866. *num* 4 *&* 27. *Rota in Romana fideicommiſſi de Vrſinis* 9 *Maii* 1611. *coram Pirouano deciſ* 320. *num* 22. *tom.* 1. *part.* 1. *in recen. Surdus conſ.* 316. *num.* 3. *Rota in d. Ceſenaten fideicommiſſi coram Durano d. deciſ.* 126. *num* 38. *Molina de Hiſpan primogen lib.* 3. *d. cap.* 5. *num.* 2. *& num* 50. qui in *fin. eiuſd num.* 1. *&* 7. *concluſ.* ſatis apte ad rę hanc noſtram loquitur.

Et vniuerſim, Agnationis ratio attendi tantummodo debet in caſu, quem diſponens exprexit, non in in alio, vt poſt alios perpendit *Surd. deciſ* 439. *nu.* 11.

46 Satis verò inſulſa videtur Aduerſariorũ illa perpenſio, (non diuina ſtatera facta, iuxta Hieronymi dictum *can non afferamus* 21. 24. *q.* 1.) qua ſomniantes putauere, ad agnationem reſpectum habuiſſe teſtatorem, etiã in ſubſequentibus vocatis, cum dixit; *Et*
„ *dopò la morte di detta magnifica Vittoria (in det*
„ *ta preſentatione) habbia à ſoccedere il primoge-*
„ *nito, ò primogenita delli figli procreandi per*
„ *detto magnifica Vittoria; E ſi eſſa magnifica*
„ *Vittoria moreſſe ſenza figli legitimi, e natu-*
„ *rali legitimè deſcendenti dal ſuo corpo, che*
„ *in detta preſentatione ſocceda, e deba ſocce-*
„ *dere la magnifica Ioanna de Silos ſimilmente*
„ *ſua figlia, e ſorella di detta magnifica Vittoria; e*
„ *dopo la morte di eſſa magnifica Ioanna il figlio*
„ *primogenito, ò primogenita di eſſa; talche ſemper*
„ *habbia d'andare da primogenito à primogeniti,*

47 quòd dictio illa (*in detta preſentatione*) referat, atque referre debeat antecedentia omnia cum ſuis qualitatibus, iuxta plenè tradita per *Barboſ. de dictionibus. dict.* 87. *nu.* 1. *& ſeq.* fieri proinde deberi præſentationem iuxta diſpoſita per teſtatorem in perſonam ipſius D. Ioannis Sylos de familia ſacerdotis: quod ſeruendus ſit tenor in fundatione per fundantem datus: vt in ſuperioribus diximus.

48 Si enim rectè ipſi perpenderint verba ipſa teſtatoris, atque ſubtili indagine (vt par eſt) ea trutinauerint, iuxta tradita per Imperatorem dicto §. *nos igitur in authentico de reſtitut. fideicommiſſi collat.* 9. inuenerint pro-

49 fectò verba illa in dicta præſentatione (*in*
„ *detta preſentatione*) referri ad ius patronatus, & præſentandi actiuè, non ſanę ad præſentationem paſſiuè, quoad perſonam vti-

50 que præſentandam. Abſurdum enim eſſet, quin ſatis inſulſum, ſi de præſentatione paſſiua verba prædicta exaudiremus, vt de fœminis illa intelligerentur, quæ incapaces

51 ſunt beneficiorum; cum nec ordinari poſſint ad *tex. in can. diaconiſſam.* 24. *vbi Gloſ. verbo ordinari* 27. *q.* 1. *Card. Tolet lib.* 1. *inſtruct. ſacerdotalis cap.* 57. *num.* 2. *Pater Fornanius de Sacramento ordinis ad calcem d. tractat. Card. Tolet cap.* 3 *num.* 1. *& ibid. Andreas Victorellus in additionib.* neque propterea inſtitui. Abſ-

52 que verò canonica inſtitutione beneficiũ obtineri haud poteſt; *ad regulam* 1. *de regulis iuris in* 6. Apertiſſimis quippè verbis loquutus

Digitized by Google

„ tus teſtator fuit, dicens: *Talche ſempre hab-*
„ *bia d'andare*(ius ſcilicet patronatus, & præ-
„ ſentandi,de quo loquebatur) *da primogenito*
à primogenito: manifeſtiuſque hoc fit ex ſub
ſequentibus verbis , de iure patronatus te-
„ ſtatorem exaudiuiſſe,cum dixit : *Et ſi tutte*
„ *due dette magnifica Vittoria e Giouanna veneſ-*
„ *ſero à morire ſenza figli (vt ſupra) in tali caſo*
„ *vole che la preſentatione di detto ius ſi habbia*
„ *da fare per lo figlio primogenito del quondam*
„ *Michele de Sylo &c.* De iure itaque præſen-
tandi actiuè loquutus fuit teſtator , non ſa-
nè de præſentatione paſſiua , vt puta de
52 perſona præſentanda , in quam cadit præ-
ſentatio paſſiua,quatenus Epiſcopo per cō-
patronos præſentetur , ab eo inſtituenda
ad tex in cap. ea noſcitur 6. de his , quæ fiunt à
prælatis ſine conſenſu capit. cap. quod autem. 5.
& cap. illud 8. & cap. cum layci 10. de iure pa-
tronat. Sacrum Tridentinū Concilium ſeſſion. 14
cap. 13. de reformat. Rota dec. 3. de iurepatronat.
in nouis. Marius Antonin. variarum reſolut. lib.
1. reſolut. 47. num. 6. cuius quidem diuiſio-
53 nis,(iuris ſcilicet) patronatus actiui,& paſ-
ſiui) meminit *Ioannes Petrus Moneta de com*
mutationib. vltimarum voluntatum cap 10. de
derogationib. qualitatum in fundat num. 200. &
num. 201. cumque ſequitur *Viuian. in praxi*
iuris patronat. lib. 1. cap. 13. num. 30.

Fitq. id ipſum perſpicaciùs manifeſtū,quo
roſtator ipſe vſus fuit verbis: (*ſucceda, & ha-*
bia à ſoccedere.) quæ plane verba de præſen-
54 tatione paſſiua exaudiri nullo modo pote-
55 runt. In illa enim ſucceſſio non datur , ſed
inſtitutio. Quippe inſtituitur per Epiſcopū
à patronis præſentatus *d. cap. quod autem. 5. et*
cap. illud 8. & cap. quærimoniam 9. vbi Abb. nu.
7 in fin. de iure patronat. cap ſi tibi abſenti 17. §.
quod ſi fecerit. de præbend. cap. cum Bertoldus
18. in princ. de ſentent. & re iudicata. ſuccedi-
56 tur vero in præſentatione actiua, ſine ma-
gis in iurepatronatus,& præſentandi(ſiue
in ſtirpes,ſiue in capita ſucceſſio detur)iux-
ta *tex.* Clementis V. in *clement. plures 2. &*
ibi notat. per ſcribentes de iure patronat. Suc-
57 ceſſio nempe in hæreditatibus datur, & in
vniuerſum ius defuncti , iuxta hæreditatis
58 finitionem à Iuliano traditam in *l. hæredi-*
„ *tas 63. ff. de regul. iur. Hæreditas nil aliud eſt ,*
„ (dicente) *quàm ſucceſſio in vniuerſum ius,*
quod defunctus habuerat. & à Caio in *l. nihil*
eſt aliud. 24. ff. de verborum ſignificat.

59 Verba verò intelligi debent terminis ha
bilibus, ſecundum quod lex , ſacrique ca-
nones diſponunt. *Gratian. forenſ. par. 1. cap.*
148. num. 14. quem ſequuta fuit *Rota in Cor-*
duben Cappellaniæ 5. Decembris 1629. coram
Illuſtriſſimo Durano Epiſcopo Vrgellen deciſ.
228. num. 9. in materia potiſſimum odioſa
60 (vt iſthæc noſtra eſt) reſtrictionis propriæ
libertatis,vt diximus)in qua verba proprie-
tatem retinebunt ſuam, vt ſecūdum illam
propriè exaudiri debeant. vt dixit *Rota par.*
1. diuerſor. deciſ. 47. num. 9. Molina de Hiſpania
primogen. lib. 1. cap. 8. n. 18.

Inanis eſt ergo Aduerſariorum cogitatio
dicentium: in conſeruationem agnationis
intendiſſe teſtatorem , vt præſentari debe-
ret Sacerdos de familia ſylos , cùm dixit :
(*in detta preſentatione deba ſoccedere* ,) Quo-
niam de præſentatione actiua intellexit,nō
de paſſiua. Et in illa,actiua ſcilicet,(tantum
abeſt) vt in agnationem inclinarit animū ,
vt magis ab illa abſtraxerit ; concedendo
iuſpatronatus, & præſentandi extra familiā
ſylos,deſcendentibus à fœminis, atque ip-
ſiſmet fœminis: diſponendo iuſpatronatus,
neque hæreditarium , neque familiare,ſiue
gentilitium eſſe,ſed ex pacto,& prouiden-
tia,vt in ſuperioribus diximus. Non itaque
reſpectum habuit ad agnationem , neq. ad
præſentationem paſſiuam,quòad perſonas
præſentandas; ſed ad actiuam, & quaſi in
61 abſtracto,quòad perſonas,quæ præſentare
deberent;non verò quaſi in concreto,quò-
ad ipſas perſonas , quas præſentari oporte-
ret , de quibus verbum nullum loquutus
fuit,niſi in vno illo caſu , poſt ſupremum
diem filij Leonardi: neque abſolutè omni-
bus vocatis ad iuſpatronatus,& præſentan-
di; ſed vni Victoriæ tantùm ; relinquendo
quoque illam in ſua libertate præſentan-
di, quatenus in illo ipſo caſu ſacerdos de
familia Sylos non adeſſet. Neque ipſa per-
petuò vitalis huius auræ vſura frui poſſet,
mortalis à mortali genita . Quis enim eſt
homo,qui viuet,& non videbit mortem ?
Pſalm. 88. 49.

Nam factum eſt omne tempus quod vi-
xit Adam; anni nongenti trigenta , & mor-
tuus eſt. *Geneſ. 5. 5.* Et facti quoq. ſunt om-
nes dies Seth nongentorum duodecim an-
norum , & mortuus eſt *eod. cap. 5. Geneſ. 8.*
Atque ita omnes, qui poſt Adam geniti in
hanc lucem ante nos fuerunt,mortui sūt:
& hoc vnum omnium elogium ; *Et mor-*
tuus eſt. Mori proinde oportebat,& Victo-
riam,ſicut,& Pater eius,qui eam hæredem
dixerat,genueratque,mortuus fuit : & ma-
ter quoque eius mortua erat. Nunquid ma
ior illa erat patre noſtro Abraham , qui
mortuus eſt? Et Prophetæ mortui ſunt. Iux-
ta phariſeorum illud ad Dominum *Ioan. 8.*
62 *53.* Hanc ob cauſam proinde relatio illa,
(in dicta præſentatione ,) ad proxima fa-
cienda atque trahenda erit,de præſentatio-
ne vtique actiua, libera, non ad remota de
præſentatione paſſiua in illo caſu dumta-
xat mortis filij Leonardi,de qua poſtmodū
verba alia minimè fecit; quin receſſit ab ea,
(quatenus illo caſu non adeſſet,) & Victo-
riam in ſua libertate dimiſit , quemcumq.
voluiſſet præſentandi , præſentatione ſcili-
cet actiua , ad quam relatio , vti ad magis
pro-

proxima facienda erit. *l. hæredes palam 21. §. ſed & ſi notam vbi Bart. Caſtrenſ. & alij. ff. de teſtament l. 1. ff de legatis præſtand. l. talis ſcriptura 30. ff. de legat. 1. Ripa in l. ait prætor § ſoluiſſe num 1. paulo ante fin. ff de re iudicata.* allegat *Gloſſ. fin. in l. ſi idem cum eodem 11. § fin. ff. de iuriſd. omnium iudicum. tex.* ſatis apertus Innocentij Tertij in *cap. cum delecti 6. de donationib. Bellencin de charitatiuo ſubſid. q. 2. n. 3. vol. 15. tract fol. 289. col. 1. Surd. conſ. 431. num. 63. cum ſeq. vol. 3. Rota apud Sanctæ memor. Greg. XV. deciſ. 33. num 3. & deciſ. 277. num. 3. & deciſ 433. num 8. & deciſ. 455. num. 13. Mariſcottus d. cap. 77. num. 26.* potiſſimum verò ratio-
63 ne vitandæ abſurditatis, quæ vtique eueniret (vt diximus) ſi verba illa: (*in detta preſentatione*) de paſſiua exaudirentur: quod perpenſum fuit in *d. Bononien fidei commiſſi de volta coram Merlino d. deciſ. 44. num. 7. & 8. & num. 1.* de dictione (dicta, vel dictis) loquens, quod illa quoque ad proxima referatur.

Neque dixit teſtator, vt ſuccedere deberent in dicta præſentatione, per verba (vt ſupra dixit, (*come hà detto di ſopra*) ſed ſimpliciter in dicta præſentatione; vtique actiua abſoluta, & libera, præſentandi, iuxta naturam iuriſpatronatus, quemcumque idoneũ,
64 & ſufficientem, iuxta *tex in cap. ſignificaſti 18. de iure patronat. & cap. cum adeo. 17. in fin.*
,, ibi: ſi dignus exiſteret. & *ibidem Gloſſ. de reſcript. extra.* Nulla habita agnationis conſideratione, ad quam nullam habuiſſe propenſionem videtur; cùm iuſpatronatus extra familjam reljquerit, filijs filiarum, (primogenitis tamen) atque etiam fœminis.
65 Ad hanc igitur relatio magis fieri debebit, quàm ad illud de præſentando ſacerdotem de familia ſylos, in illo vno tantum caſu mortis filij Leonardi demandato, ad quem ſe reſtrinxit teſtator. *Ruin. conſ. 64 nu. 6. lib. 3. Rota apud S. memor. Gregor. XV. deciſ 384. n. 4. & in d. Bononien fideicommiſſi coram Merlino deciſ 44 d. num. 7. & ſeq. & apud Card Seraphin. d. deciſ. 1023. num 9. Surdus d. deciſ 85. n. 3.* de dictione relatiua verba faciens, vt illa reſtringatur ad caſum expreſſum.

Non enim fruſtra ad illum vnum caſum ſe reſtrinxit poſt mortem dicti filij Leonardi: (*è non eſſendoci, &c.*) ꝙ liberum eſſet Victoriæ præſentare quemcumque voluiſſet. Quoniam caſum illum excedere non intendebat, quem ſi excedere voluiſſet, dixiſſet vtique, vt cum non dixerit neque in cogitationem, animumque induxiſſe videatur, vt in ſuperioribus perpendimus. quod perpenſum quoq. fuit in Senatu Luſitano per *Cebedum in d deciſ. 140. n. 1. par. 1. ex Bald. conſ. 262. in fin. lib. 1. & conſ 456. lib. 5.* docẽte;
66 ꝙ vbi in aliqua diſpoſitione adſunt verba reſtrictiua ad perſonã aliquam nominatam; illa retinent, atque reſtringunt diſpoſitionem ad perſonam illam, vt eam minimè prætergrediantur. *Rota apud Card. Seraphin. d. deciſ. 1023. num. 9. Ambroſin. d. deciſ. 6. num. 7.*

Neque inſtent vlterius, vt ad agnationem reſpectum habuiſſe teſtatorem arguant: quod ius patronatus fauore, atque cauſa filij Leonardi eius fratris, erigi mandauit,
,, dicens: *nec non vuole eſſo teſtatore, che ſe lo ma-*
,, *gnifico Lonardo Sylos ſuo fratello voleſſe fare*
,, *vn ſuo figlio prete di detta Magiore Eccleſia,*
,, (vtique Bituntina) *in tali caſu vuole che li*
,, *detti ſuoi heredi vniuerſali in fine anni compu-*
,, *tandi &c. ſe n'habbia da fare vn beneficio de*
,, *Iurepatronatus della Caſa, e fumeglia de Silos.*

Quia nimirum ad vnum illum caſum, & ad filium Leonardi reſpectum tantummodo habuit, non ad familiam Sylos, neq. ad eos, qui de dicta familia futuri erant. cũ
67 ipſamet agnationis ratio ad expreſſum tãtum caſum comprimatur, ex *Imola in l. ſi vero §. de viro col. fin. verſ. tu potes ff. ſoluto matrimon. Puteus. deciſ. 171. Cola de Cardellis. alias 175. lib. 2.* ſequuta fuit Rota apud *Card. Seraphinum d deciſ. 1023. nu. 9.*

Quinimo, ſi ille Clericali militiæ nomen non daret, legatum Maiori Eccleſiæ Bituntinæ reliquit: tantum abeſt, vt pro familia diſpoſuerit. Quod vtique feciſſet ſi in familiam animum, cogitationemq. intendiſſet,
68 cum in ſua id poteſtate eſſet; At non fecit. Non itaque voluit. ad *tex in d. l. vnica in fin. § ſi autem ad deficientis C. de caducis tollendis.* vt in ſuperioribus diximus.

Succedet hinc propterea non leue, quin fortiſſimum ſatis in aduerſum argumentũ; nullum in familiam reſpectum habuiſſe teſtatorem, ſed ad filium Leonardi dumtaxat, ſi clericali ſe militiæ aſcriberet; ꝙ non facto caſu, vt ille prima initiaretur tonſura, noluerit Beneficium erigi; ſed Matrici Eccleſiæ legatum aſcripſerit. Si quippe in familiam intendiſſet, erigi Beneficium vtiq. mandaſſet, quamuis Leonardi filius minime tonderetur. Quemadmodum, ex quo teſtator fœminas, atque ab illis deſcendentes ad ſucceſſionem vocauit, in agnationem haud intendiſſe (in ſuperioribus) argumentati fuimus. veluti contrà, fœminarum excluſio, maſculorumque vocatio, fideicommiſſum perpetuum indicere teſtatorem voluiſſe argumentum non leue præſtat: quòd bona in familia conſeruari voluirit, vt in ſuperioribus quoque perpendimus.

Erit itaque liberum D. Ioannis de Lerma arbitrium, quemcumque voluerit, præſentandi. Firma igitur ſubſiſtet per eum facta præſentatio pro D. Hieronymo eius Germano. Vt ex his, cenſoris non reuulſa virga, reſpondendum cenſuimus &c.

CAROLVS MARANTA I.V.D.
Epiſcopus Iuuenacen.

Inter ſeſe partes concordiaminiiſſe,quòd inter ſanguine iunctos ageretur,ad nos peruenit.

SVMMARIVM.

1 *Res omnes humana conſumationi ſubiecta. quoquò attolluntur,eò profundius ruunt.*
2 *Tempus omnia deſtruit.*
3 *Decretum Sacra Congregationis de celebratione miſſarum.*
Quo omnino reuocantur indulta, quibus certarum miſſarum celebratione, plurium miſſarum oneribus ſatis fieri valeat.
Expenditur.n.17.& n.29.
4 *Reductionis Miſſarum, atque voluntatis defunctorum, aliorumq. commutationes, reuocata baud ſunt decreto Sacra Congregationis de celebratione miſſarum.& n.5.*
6 *Cardinalis Bellarminus celebratur.*
7 *Facultas Epiſcopis, & Generalibus ordinũ reducendi miſſas per Sacrum Concilium facta,reuocatur à Sacra Congregatione.*
8 *Legis eſt proſpicere futuris, non præteritis.*
Eaque tollere, de quibus expreſsè meminit. num.9.
10 *Papa ordinarius eſt ordinariorum.*
Viceſque Dei gerit in terris.
11 *Commutationes voluntatum fieri, iuri naturæ baud repugnat.*
A ſummo præſertim Pontifice.
Ad quem ſolùm ſpectat in bis, quæ ad pia ſunt ordinata.n.12.
13 *Clauſula ſublata aliter iudicandi &c.quid operetur?*
14 *Clauſulæ derogatoriæ os parti claudunt, Iudicumq.manus ligant.*
Cuiuſcunque qualitatis Iudices fuerint.etiã S.R.E.Cardinales;atque Rotæ Auditores. num.15.
16 *Clauſula(ſublata &c.) impedimentum eſt reale;& Iuriſdictionem adimit.*
18 *Lex, & decretum de quo non loquitur,eius diſpoſitio ad illud non extenditur.*
19 *Diſpoſitionis verbis ceſſantibus, & eius ceſſat virtus;quia ceſſante cauſa,ceſſat effectus.*
20 *Verba generalia(omnia,& quæcunque)omnia comprahendunt,& nibil excludunt.*
21 *Omne qui dicit,nibil excludit.*
Vt omnia particularia, & ſingularia includat.n.22.
23 *Quicunque pronomen, ex ſua laxitudine omnes comprabendit.*
24 *Generalitas verborum, per ſubſequentia ſpecialia comprimitur.*
Et reſtringiutur per enumeratas ſpecies nu. 27.& 29.
25 *Genus per ſpeciem reſtringitur.*
26 *Species qualificat genus.*
28 *Vniuerſalis pronunciatio limitatur à ſuo termino reſtrictiuo.*
30 *Clauſulæ (non obſtantibus) omnia remouent obſtacula.*
Et conuertuntur cum clauſula motus propriȷ̈ num.31.
Non tamen reuocant ea, de quibus non loquuntur.n.43.
Neque quæ ex liberalitate concedentis procedunt; vt conſcientiæ ſcrupulis conſuleret.n.35.
32 *Clauſula(motus propriȷ̈) diſpoſitionem fauorabilem redis.*
33 *Geminatio clauſularum non obſtantiarum, voluntatem enixam oſtendunt concedentis.*
36 *Clauſulæ (non obſtantiarum) reſtringuntur ad caſus in ſuperiobus expreſſos.*
Neque ad non expreſſos extenduntur.n. 37.
38 *Eccleſia tranſlata, priuilegia perſonis conceſſa reuocata minime cenſentur.*
39 *Miſſæ perpetuæ in certa Eccleſia faciendæ, an tranſlata Eccleſia, & illæ tranſlatæ cenſeantur?*
40 *Contemplatione eius quid geſtum dicitur, cuius nomine geſtum illud fuit.*
Ei proinde datum quæritur.n.41.
42 *Eccleſia deſtructa,atque tranſlata,ſuperioris authoritate,priuilegia omnia in tranſlatam,ſicuti & onera tranſfuſa videntur.*

ARGVMENTVM.

Num ne per decretum Sacræ Cõgregationis de Celebratione Miſſarum, à Sanctiſſimo Dom. Vrbano VIII.approbatum,reuocatæ quoque conſeantur reductiones,antea factę,atque etiam voluntatum cõmutationes, etiã

à Sancta

à Sancta Sede factæ ? Et num translata Eccleſia priuilegia quoque eius translata videantur?

RESPONSIO LXXV.

FVit in Ciuitate Neapolis Cappella
quædam ſiue parua Eccleſia ſub
inuocatione Sancti Epiſcopi Dona-
ti,quæ vnita , annexa , atque incor-
porata fuit menſæ Abbatiali Monaſterij
Sanctorum Marcellini,& Petri Monialium
Ordinis Sãcti Benedicti eiuſdem Ciuitatis.
Cùm verò ob deuotionem eiuſdem Sancti
multi ad eam confluerent fideles, & ita in
ea dona , oblationeſque, miſſaſque, ſiue ex
deuotione,ſiue ex voto offerrent ; conſue-
uere Moniales,vt deuotioni fidelium face-
rent ſatis,in eodem feſto Sancti Donati in
eadem Cappella miſſas viginti quinque, ſi-
ue etiam triginta celebrari facere.Quod au
tem ſupererat ex eleemoſynis, & miſſis in
earum ſubſtentationem, & manutẽtionem,
& in vſus,& vtilitatem,tàm Eccleſiæ Sancti
Donati, quàm Monaſterij , & illius Menſæ
Abbatialis cõuertere. Verùm quia ſcrupu-
lus illis fiebat ; non poſſe in vſus propios
eleemoſynas illas conuertere, quod Eccle-
ſiæ, ſiue Cappellæ Sancti Donati offerren-
tur,non monaſterio: ſupplices proinde pre-
ces Sanctæ Sedi Apoſtolicæ obtulere, præfa-
ta omnia exponentes;vnde tempore Sanctæ
Memoriæ Iulij Papæ Tertii die 2.Octobris
M.D.LIII.anno Põtificatus eius 4.per Bre-
ue Sanctitatis Suæ ſub Datum Romæ apud
Sanctum Petrum ſub annulo Piſcatoris,
commiſſum fuit Generali Vicario Archie-
piſcopi Neapolitanen ſequentibus: *Quate-
nus conſtito tibi de præmiſſis,& pro vt honeſtum
tibi videbẽtur,Authoritate noſtra exequaris.* Idẽ
Delegatus Apoſtolicus informatione capta:
ſequentibus prouidit:*Et quia per informatio-*
„ *nem huiuſmodi per nos habitam , nobis honeſtũ*
„ *videtur,quòd dicta Abbatiſſa,& Moniales in die*
„ *Sancti Donati celebrari faciant miſſas viginti-*
„ *quinque ad minus in eadem Eccleſia ; & hebdo-*
„ *mada qualibet miſſam vnam , vltra duas ſolitas*
„ *celebrari in dicta Eccleſia: & quod reliquæ obla-*
„ *tiones pro diuinorum celebratione piè erogandæ,*
„ *in dictarum Abbatiæ, & Monialium ſubſtenta-*
„ *tione,& manutentione,& in vſus,& vtilitatem,*
„ *tàm dictæ Eccleſiæ Sancti Donati, quàm Mona-*
„ *ſterij,prædicti,& illius menſæ Abbatialis conuer-*
„ *tantur , &c. Diſpenſando authoritate Apoſto-*
„ *lica, &c.*
1 Vt ſunt verò res omnes humanæ conſu-
mationi ſubiectæ.Rerum enim caducarum
ea conditio eſt, quò attollantur altiùs, eò
profundius ruunt.
Sæpius ventis agitatur ingens
„ *Pinus,& celſa grauiore caſu*
„ *Decidunt turres,feriuntque ſummos*
„ *Fulmina montes.*
Horatius,vt canit *lib.2.carmin.ode* 10.
Nam,vt Ouidius 15.*metamor.*loquitur.
2 „ *Tempus edax rerum , tuque inuidioſa vetuſtas*
„ *Omnia deſtruitis,vitiataque dentibus æui*
„ *Paulatim lentè conſumitis omnia morte.*
Cum Monaſterium prędictum Sancti Mar-
cellini vetuſtate corrueret ; Moniales illud
denuo reedificauere , atque Eccleſiã nouã;
dictamque Cappellam,ſiue paruam Eccle-
ſiã Sancti Donati nouæ Eccleſiæ (obtenta
Ordinarij licentia , à Sacra etiam Congre-
gatione approbata) incorporauere, erecta
in ea noua Cappella ſub eadem inuocatio-
ne Sancti eiuſdem.
3 Poſtmodum die 21.Iunij 1625. à Sacra
Congregatione Concilij , authoritate S. D.
N. Vrbani diuina prouidentia Papæ Octa-
ui,emanauere decreta de celebratione miſ-
ſarum:Quibus inter cetera: *Sacra Congrega-*
„ *tio eadem authoritate reuocat priuilegia,indul-*
„ *ta omnia quibuſuis perſonis , Eccleſiis , ac locis*
„ *pÿs tàm ſecularibus,quàm regularibus cuiuſcun*
„ *que ordinis, Congregationis , & inſtituti quam-*
„ *cunque ob cauſam conceſſa , quibus indulgetur ,*
„ *vt certarum Mißarum, vel Anniuerſariorum*
„ *celebratione,aut aliquibus collectis, ſeu orationi-*
„ *bus plurium miſſarum oneribus in futurum ſu-*
„ *ſcipiendis ſatisfiat.*
Huius decreti cauſa iterum ſcrupulus
ingeritur monialibus;Breue prę̨fatum Iulij
Tertij reuocatum videri.Ideoque iterum
Sanctam Sedem Apoſtolicam ſupplicibus
exorauere præcibus ſuper expoſitis proui-
deri:Demandato proinde negotio nonnul-
lis prælatis,fit de ſequentibus quæſtio.
Num ſanè per decretum præfatum Sa-
cræ Congregationis fuerit reuocatum etiã
Breue prædictum Iulij Papæ Tertij?
Deinde,num translata Eccleſia,ſiue cap-
pella præfata Sancti Donati ; priuilegia illi
data, ſint quoque translata in nouam cap-
pellam intus eandem nouam Eccleſiam S.
Marcellini Monialium erectam ?
Et planè quòad primum , haud reuoca-
tum cenſeri per Decretum prædictum Bre-
ue præfatum Iulij Papæ Tertij,cuiuſque gra-
4 tiã,reſpondendũ cenſuimus.Quia profectò
fuit per breue præfatum reductio quædam
facta,atque commutatio voluntatis offerẽ-
tium,quin abſolutio, & liberatio ab omni-
bus oneribus, quibus obſtrictę fortaſſe Mo-
niales forent cauſa oblationum præfatarũ;
atque applicatio in beneficium ipſarum
Monialium,eorum , quæ ſupererunt factis
ſacris in eodem Breui præſcriptis. Redu-
5 ctiones verò ab Epiſcopis in Synodo diœ-
ceſana;itemque ab Abbatibus, & Generali-

bus ordinum in ſuis capitulis generalibus,
iuxta diſpoſitionem ſacroſanctæ Synodi
Tridentinæ *ſeſſione XXV. cap. 4. de refor-
mat.* factæ, reuocatæ minime fuerunt per
decretum prefatum Sacræ Congregatio-
nis ad *Gloſſ.* notabilem *in cap. ex parte* 12.
*verbo diminuti de conſtitutionib. extrà. Na-
uarrus man. cap. 26. num.* 138. ſequitur Emi-
6 nentiſsimus & dignitate, & doctrina, ac
ſanctis moribus *Cardin. Bellarmin.* ad dictũ
decretum *Sacri Trident. Concilij in obſer-
uationib. doctrina verbo Epiſcopis. Naldus
in ſum. verbo Miſſa num. 9. Pater Diana re-
ſolut. moralium par. 2. tract. 14. de celebrat.
miſſar. reſolut. 2. Bonacin. tom. 1. de ſacra-
ment. diſput. 4. q. vlt. num. 7. §. 2. num. 9.* Per
illud quippe retinetur facultas Epiſcopis,
atque generalibus ordinum reductiones
præfatas in poſterum faciendi, non vero
pro pretentio factas reuocat; ſed firmas il-
8 las dimittit. Legis nempè nouæ eſt, futu-
ris, non iam ante verſis, proſpicere *l. leges,
& conſtitutiones 7. C. de legib. cap. fin. de con-
ſtitutionib. Rota in Romana Saluiani 18.
Februarij* 1630. *coram Queipo deciſ.* 347. *nu.
2. par. 5. diuerſ. nouiſſimi.* eaque tollere de
quibus expreſsè præcipit. *ad tex. in l. præci-
pimus 32. C. de appellat. Nauar. conſ. 24. an
clerici num. 1. lib. 5. de priuileg. Rota in Ro-
mana pecuniaria 18. Aprilis 1616. coram Bu-
ratto deciſ. 167. n. 3. par. 1.*

Reuocatæ igitur multo minus cenſe-
buntur reductiones per ſanctiſsimum Do-
minum Papam factæ; Cùm ille ordinarius
10 ſit ordinariorum, viceſque regat Dei om-
nipotentis in terris *cap. 2. & 3. de translat.
Epiſcopi. Anaſtaſius Germon. de ſacrorum
immunit. lib. 3. cap. 15. num. 73.* neque natu-
11 rali iuri repugnet huiuſcemodi fieri vo-
luntatum commutationes; in ſummo po-
tiſsimum totius vniuerſalis Eccleſiæ Mo-
deratore, Chriſti Vicario; vt plenè dedu-
cit *Ioan. Petrus Moneta de commutatio-
nib. vltimar. volunt. cap. 3. à n. 12. cum ſeq. in
prima concluſ. & num. 18. in fin.*

Preſertim verò quod Iulius Papa 3. in
hac parte commutauit, oblationes dantiũ
12 voluntates. quod ſanè ad ſolum Papam
ſpectat in his, quæ ad pia ſunt. vt adnotat
*Nauar. conſ. 9. ex concilij Tridentini præſcri-
pto. num. 9. & conſ. 11. lib. 3. de celebrat. miſ-
ſarum ad tex. in Clement. quia contingit. 2. de
religioſ domib. Fraxinella de obligat. ſacer-
dot. ſect. 7. §. 4. num. 7. Moneta vbi ſupra d.
concluſ. 1. nu.* 18.

Accedit his, quòd idem Iulius Tertius,
vt firmior eius foret reductio, atque oſto-
rentium fidelium voluntatis commutatio,
neque conuelli in poſterum poſſet, Clau-
ſulas adiiecit derogatorias; & ſublata ali-
ter iudicandi facultate. Quę aliter iudican-
13 di, quàm per Papam dictum fuit, facultatẽ
cuicunque adimit. *Rota apud Cardinalem
14 Cauaier. deciſ. 404. num.* 2. quin imò clau-
ſulæ huiuſmodi os patti occludunt, iudi-
cumque manus retinent, & ligant, ne aliter
dicere, vel facere valeant. *Felinus in cap.
nulli num. 22. verſ. 2. concluſio de reſcript.
Put. deciſ. 48. in fin. lib. 1. Rota apud eund.
Card. Cauaier. deciſ. 430. nu. 3. & apud Card.
Manticam deciſ. 309. num. 1. & 3. Barboſ.* qui
plures alios refert *de clauſulis clauſ.* 175.
num. 3. Moneta in terminis ipſis commuta-
tionis voluntatis loquens, *tract. de commu-
tat. vltimarum volunt. cap. 7. in 5. concluſ.
num. 216. & num. 226. & ſeq.* & de clauſula
irritanti *in 6. concluſ. à num. 229. in fin. &
num. ſequentib.*

15 Cuiuſcunque qualitatis iudices, etiam
ſi S. R. E. Cardinales, atque Rotæ Audi-
tores fuerint, vt refert *Mandoſius tract. de
Monitoriis q. 6. num. 44. verbo, ſicque per
quoſcunque iudices.* ſequiturque *Ioannes à
Coebier. in regul. 8. Cancellar. gloſſ. 22. num. 1.
16 Barboſ. d. clauſ. 175. num.* 7. Eſt quippe
clauſula præfata, impedimentum reale in-
ferens, adimenſque inferiori iuriſdictionẽ,
eumque inhabilem ad iudicandum, red-
dens. vt dictum fuit in *vna Calagaritana
Canonicatus 1. Iulii 1593. coram Penia apud
Marchesan. deciſ. 3. num. 1. 2. & 4. part. 2. fol.*
426. ſequiturque *Ioannes à Coebier d. Gloſſ.
22. num. 3. & Barboſ. d. clauſula 176. nu. 13.
& 14.*

17 Firmioremque hanc noſtram reddit
ſententiam, quòd reuocatio indultorum
facta per Sacram Congregationem in de-
creto prefato, comprehendere haud videa-
tur diſpoſita in Breui prædicto Iulij Ter-
tij: ſequentibus quippe Sacra Congre-
gatio:

„ *Id vero, vt deinceps obſeruetur exactius,*
„ (inquiens) *Sacra Congregatio eadem au-*
„ *thoritate reuocat priuilegia, & indulta om-*
„ *nia quibuſuis perſonis, Eccleſiis, & locis piis,*
„ *tàm ſecularibus, quàm regularibus cuiu-*
„ *ſcunque Ordinis, Congregationis, & inſtitu-*
„ *ti quamcumque ob cauſam conceſſa; quibus*
„ *indulgetur, vt certarum miſſarum, vel Anni-*
„ *uerſariorum celebratione, aut aliquibus col-*
„ *lectis, ſeu orationibus plurium Miſſarum*
„ *oneribus in futurum ſuſcipiendis ſatisfiat.*
his ſacra Congregatio.

Gratia verò Monialibus per Iulium
Tertium facta, huiuſmodi haudeſt; ſed
ſimplex reductio, atque commutatio vo-
luntatis piè offerentum, ob ſancti Epiſcopi
Donati deuotionem. Cum itaque decre-
18 tum præfatum de reductione, atque vo-
luntatis commutatione minime loquatur,
neque ad illam verba aptentur decreti;
neque prouiſio vtique eius, neque vis ex-
tendetur. *ad tex. in l. 4. §. toties ff. de damno
infecto. cap. indemnitatibus 43. de elect. in 6.*

Na-

Nauar.conſ.12.in fin.lib.1.de maier. & obed.
Gonzalez ad regul 8. cancellar. Gloſſ. 5. in
princ.num.24. Rota in recent. par. 2. tom. 1.
deciſ.502.ſub num.3. & par. prima tom. 2.
deciſ.697.num.6.in fin.Cardinal. Tuſcus lib.
8.littera V.concluſ.89 n.1.& ſeq. Quia pro-
fectò verbis ceſſantibus diſpoſitionis, &
eius diſpoſitio vt ceſſet, viſus eſt. *Rota apud*
Coccinum Decanum deciſ.460. num. 5. ad
regulam ceſſante cauſa ceſſat effectus *cap.*
cum ceſſante 60.de appellation.

Neque obſtaculum facies, quòd verba
20 decreti ſatis, ſuperque generalia ſint, (*om-*
nia, & quibuſcunque perſonis, & quamcum-
que ob cauſam conceſſa,) atque propterea
omnia comprehendere apta, nullamque
21 excludentia; vt qui omne dicit, nihil non
comprehenſum, atque non incluſum di-
mittat. *ad tex. in cap.ſolitæ 6. §. nos autem.*
vbi Gloſſ.in fin.de maiorit.& obedientia.can.
ſi Romanorum primo §.quibus ad hæc 19.
diſt.l.à procuratore 13. C.mandati.tex. Pauli
ad Hebræos 2. 8. referens illud *pſalmi 8.*
„ Omnia ſubijeciſti ſub pedibus eius: *In eo*
„ *enim* (inquiens) *quod omnia ſubijecit, nihil di-*
„ *miſit non ſubiectum.* nos *reſponſ. 11. num.*
59.& reſponſ.35.num.18.par. 1. & reſponſ.
22 *42.num.1.part.2.* vt omnia quoque parti-
cularia, & ſingularia includat, quod nullũ
eorum excludat. *ad tex. in can. ſunt non-*
nulli 215.vbi Gloſſ.verbo ab omni prima q.1.
diximus *in Tutamine eccleſiæ noſtræ Iuuc-*
nacen reſponſ.2.num. 9. & 10. Eminentiſſi-
mo Domino Cardinali Barberino dicato.
23 Pronomẽq. illud (*quicunq.*) cũ laxum
ſatis ſit, nihil in ſua amplitudine nõcõpre-
hendẽſũ dimittit, iuxta illud Domini ad
„ Petrum, *Matthæi 16. 19. Quodcunque liga-*
„ *ueris ſuper terram, erit ligatum & in cœlis.*
quod vſurpauit Innocentius III. *d.cap.ſoli-*
tæ 6.§.nobis autem de maioritat.& obedient.
dicens: *Nihil excipiens, qui dixit quodcunq;*
Nos *d. tutamine d. reſponſ. 2. num. 12.* ple-
niuſque *reſponſ. noſtra 21. num. 13. & 14.*
part. 2.
24 Generalitas quippe illa verborum per
ſequentem ſpeciem comprimitur; veluti
25 Genus in ſua laxitudine per ſubſequentẽ
ſpeciem reprimitur, eique derogatur. Spe-
26 cies enim genus ex ſua laxitudine qualifi-
cat, atque comprimit, ne diuagetur, ſecun-
dum *Bald.in l.legatorum petitio. §. qui plu-*
res ff.de legatis.2. Petrus Gregor. Tholoſates
Syntaxis artis mirabilis lib. 2. cap. 11. aſſio-
mate primo & in commentar. eiuſdem lib. 2.
cap.9.in fin. regula *generi per ſpeciem 34. de*
regul.Iur. in 6. per Bonifacium Octauum.
& Papinianus in *l. in toto Iure 81. ff. de re-*
27 *gul.Iur.* Illaque generalia verba, (*omnia, &*
quibuſcunque) ad limites reſtringentur
enumeratarum ſpecierum, vt perpenſum
fuit in *Tiraſonen canonicatus 15. Nouem-*
bris 1610.coram Eminentiſſimo Card. Caua-
lerio deciſ.124.num.4. l.ſed & ſi adijciatur.
13.ff.pro Socio.Ioannes Azor.Inſtitut. mora-
lium par.2.lib.3.cap. 46. q. 1. verſ. dicitur;
Conſtituimus te.Rota apud S.memor.Gregor.
XV.deciſ.96. num. 14. & deciſ. 114. num. 5.
Rationem reddens ex Baldo *in l. pactum*
quod dotali num.10.in fin.C.de collat.
28 Quia nimirum vniuerſalis pronunciatio
limitatur à ſuo termino reſtrictiuo.
29 Generalitas igitur illa verborum de-
creti præfati reuocationis omnium indul-
torum, & gratiarum quibuſcumque per-
ſonis, & locis factarum, reſtricta fuit per
„ ſequentia; *Quibus indulgetur, vt certarum*
„ *Miſſarum, & Anniuerſarorum celebratio-*
„ *ne, aut aliquibus collectis, & orationibus*
„ *plurium miſſarum oneribus in futurum ſu-*
„ *ſcipiendis ſatisfiat.*

Nihil autem horum in noſtro Breui
Iulij Papæ III. Monialibus Sancti Marcel-
„ lini: ſed, vt *poſtquam celebrari fecerint miſ-*
„ *ſas viginti quinque ad minus in Eccleſia S.*
„ *Donati in die feſto eiuſdem iuxta earum ſo-*
„ *litum, abſque eo, quòd alias miſſas, præter-*
„ *quam ordinarias, quæ in Eccleſia dicti Mo-*
„ *naſterij celebrantur, celebrari facere minime*
„ *teneantur, neque obligatæ ſint.*

Adiecto per Commiſſarium delegatũ:
„ quòd: *dicta Abbatiſſa, & Moniales in die*
„ *Sancti Donati celebrari faciant Miſſas vi-*
„ *ginti quinque ad minus in eadem Eccleſia;*
„ *& hebdomada qualibet, Miſſam Vnam, vl-*
„ *trà duas ſolitas celebrari in dicta Eccleſia,*
„ *quod reliquæ oblationes pro diuinorum cele-*
„ *bratione piè eroganda in dictarum Abba-*
„ *tiſſæ, & Monialium ſubſtentatione, & ma-*
„ *nutentione, & in vſus, & vtilitatem tàm*
„ *dictæ Eccleſiæ Sancti Donati, quam Mona-*
„ *ſterii prædicti, & illius menſæ Abbatialis*
„ *conuertantur.*

Voluitque Summus Pontifex diſpoſi-
tionem, ac derogationem præfatam Mo-
„ nialibus ſeruari: *Non obſtantibus præmiſſis,*
„ *& apoſtolicis, ac in prouincialibus, & ſyno-*
„ *dalibus concilijs editis generalibus, & ordi-*
„ *nationibus apoſtolicis. Nec non voluntati-*
„ *bus dictas eleemoſynas erogantium, & Mo-*
„ *naſterij, & ordinis prædictorum etiam iura-*
„ *mento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis*
„ *firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſue-*
„ *tudinibus; cæteriſque contrariis quibuſcum-*
30 *que.* Quæ ſane clauſulæ (*non obſtantibus*)
tollunt omnia, quæ obſtare conceſsioni,
ſiue deductioni, ac commutationi præfa-
tis aliàs poſſent; vt poſt alios refert *Marta*
de clauſulis part.1.clauſ.79.num. 1. Barboſa
31 *eodem tract.clauſula 82.num.4.* Conuertũ-
tur enim cum clauſula motus proprij.
Gabriel.commun.concluſ.lib.6.concluſ 3.num.
58. quem ſequitur *Moneta de commutatio-*
nib. vltimarum volunt, cap.8. num.78. quæ
diſ-

Digitized by Google

32 diſpoſitionem fauorabilem reddit. *idem Moneta ibid. nu. 79.* Accedente potiſſimum
concurſu tot clauſularum(*non obſtantibus*)
quę,multo magis,quàm germinatio,mani-
33 feſtiſſima demõſtratione mentem indicat
Summi Pontificis concedentis ; voluiſſe
omnino illum firmam perſiſtere moniali-
bus deductionem, ſiue reductionem, &
gratiam, atque volnntatis offerentium cõ-
mutationem factam.ad *tex. in l. Balliſta.32.*
cum ibi notatis ff. ad Senatuſconſultum Trebel-
leanum. plura refert *Crauetta conſ. 201. num.*
42. eumq. ſequitur *Barboſa de clauſulis clau-*
ſul.83. non obſtantibus priuilegijs.n. 26. & ſeq.
34 Non obſtant proinde clauſulæ deroga-
toriæ in decreto præfato adiectæ; quia ni-
mirum illæ nullo pacto derogant reductio
ni,ſiue commutationi præſatæ voluntatis
offerentium ; vt apertè legentibus patet:
cùm de illis nullo pacto meminerit, neq.
in toto decreti contextu, neq. etiam in di-
ctis clauſulis,non obſtantiarum.
35 Multoque magis, quòd Breue præfatũ
Iulii Tertii ex eius liberalitate proceſſe-
rit,vt monialium conſcientiæ conſuleret,
vnde firmũ eſſe debebit.ad *regulã decet cõceſ*
sũ.16.de regul.iuris in 6. ſequitur *Moneta d.c.*
7.n.163.in 3.ampliat.
36 Et Clauſulæ prædictæ non obſtantiarũ,
reſtringuntur ad caſus in ſuperioribus ex-
preſſos, ad derogationem videlicet Miſſa-
rum.& Anniuerſariorum,de quibus in ſu-
perioribus meminimus, verba referentes
37 decreti: vt ad non expreſſos minime extẽ-
datur.ſecundum *Bald.conſ.490.num.2. lib.1.*
quẽ ſequitur *Crauetta conſ.68.n.6.& Marta*
clauſula 79. ſub num. 9. verſ. hæc clauſula p.t.
38 Ad ſecundum verò quæſitum vt reſpon-
ſum demus, animaduertendum cenſe-
mus: Breue præfatum Iulij Tertij Moniali-
bus Monaſterij Sancti Marcellini datum
fuiſſe,& pro ipſis,non ſane pro Eccleſia,ſi-
ue Cappella Sancti Donati. Moniales ve-
verò trãslatæ minime fuere.Quà de re ina-
nis quæſtio redditur; an translata Eccleſia,
translata quoque priuiuilegia ceaſeantur?
cum Moniales,quibus gratia facta fuit,trãſ
latæ minimæ fuerint. Et fac translatæ fuiſ-
ſent;gratia tamen facta fuit perſonis,(mo-
nialibus videlicet,)non loco:quod perpẽ-
ſum fuit in illa *Bergomen legati 9. Ottobris*
1595.coram Eminentiſſimo Card.Seraphino de-
ciſ.1149.num.11.& ſeq.& nu.19. atque etiam
in *Elnen translationis 1. Februarij 1619. corã*
Eminentiſſimo Cardin.Caualerio deciſ.494. ſub
num.5.verſ.ad deciſionem Cardinalis. & nu.6.
ſequiturque *Pater Alfonſus de Leone de officio*
Cappellani q.5.ſectione 15.per tot. Gratian. fo-
renſ.par.1.cap.73.nu.6.7.& ſeq.
39 Neque hic agimus de miſſis perpetuis
in Eccleſia,ſiue Cappella prima Sancti Do
nati faciẽdis, ſicuti in *d.Bergomen.legati* age
batur; ſed de miſſis dietim fortaſſe, vel in
ipſo die feſto Sancti Donati,offerendis,quę
in ipſa Monialium Eccleſia offeruntur, in
qua eſt noua eiuſdem Sancti Cappella ere-
cta:& eleemoſynæ ſancto offeruntur for-
maliter, & ſi materialiter in Eccleſia, vel
Cappella,cuius in honorem dicata illa eſt.
40 vnde ſuccedit regula:quod eius nomine
quid geſtum dicitur, cuius contemplatio-
ne factum eſt.ad *tex. in cap. cùm quis.23. vbi*
Gloſſ.verbo tuo nomine de ſentent. excomun. in
41 *6.* vnde ei quæritur datum;ſecundum *tex.*
in cap. requiſiſti 15. §. illud autem vbi Doctor.
ac potiſſimum *Couar. num. 1. de teſtament.*
extrà. diximus plura referentes *reſponſ. no-*
ſtra 15.n.27.& ſeq.par.1.
42 Præterquam quod translata Eccleſia,at-
que deſtructa, authoritate potiſſimum ſu-
perioris,priuilegia,atque alia omnia primę
ue Eccleſiæ,in translatam,& ipſa transfuſa
videntur. argumento *text. in can. & hoc di-*
cimus 6.vbi Gloſſ.verbo deſtructa 16.q.7. quã
ſequuta fuit Rota in his noſtris terminis,
de delegato miſſarũ loquẽs,in dicta *Bergo-*
men legati coram Card.Seraphino d.deciſ.1149
num.16. ſequiturque *Gratian.d.cap.73.nu.9.*
facitque ad amuſſim *tex.* Sacri Tridentini
Concilij *ſeſ.21.cap.7.* vbi de translatione,
beneficij per Epiſcopum facta, vel cappel-
,, læ,diſpones,ſequentibus infert; *transferant*
,, *cum omnibus emolumentis, & oneribus priori-*
,, *bus Eccleſijs impoſitis.Gloſſ.* quoque in regu-
la *Priuilegium 7. de regulis iuris in 6. Gallus*
practicarum obſeruationum lib. 2. obſeruat. 61.
num.10.& ſeq. facit *extrauagans ad Apoſtola-*
tus 2. Ioannis XXII. de conceſſione præbendæ.
Moneta de commutat.vltimar. volunt.cap.8.n.
329.cum ſeq. ad vſq.num.333. ſequiturque
Eraſmus à Cochier de iuriſdict. in exemptos qu.
21.num.2. Barboſa in collectanea ad dictum ca-
put.7.Concilij ſeſſ.21.nu.7.
Concinitque facultas ab Sacra Congre-
gatione Eminentiſsimo Domino Cardi-
nali Boncompagno bonæ memoriæ Ar-
chiepiſcopo Neapolitano facta, transferẽ-
di cappellam præſatam Sancti Donati, ſub
datum Romæ 27.Auguſti 1627. ſequenti-
,, bus dictans: *E nella nuoua Chieſa s'eriga vn'*
,, *altare in honore di detto Santo,oue s'habbiano à*
,, *celebrare le meſſe, & adempire gl'altri oblighi,*
,, *che erano nella Cappella antica.* Vnde ſequu-
tum fuit decretum in exequutionem di-
ctæ facultatis à dicto Eminentimentiſsimo
,, latum die 21. Maij 1628. dicens: *Propterea*
,, *ex nunc pro vt ex tunc, & quando dictum Al-*
,, *tare erectum fuerit omnia onera transferimus,*
,, *& bona eidem altari incorporamus ad præſcrip-*
,, *tum litterarum Sacræ Congregationis.*
Firmum itaque permanere debet Mo-
nialibus Sancti Marcellini Breue, & gra-
tia in illo per Sanctæ memoriæ Iulium
Tertium illis facta.

At-

Atque ita ex his, quæ cenſoris Iudicio, virgæque lubentes ſubijcimus, reſpondendum cenſuimus.

CAROLVS MARANTA I. V. D. Epiſcopus Iuuenacen.

S V M M A R I V M.

1 *Omnia tempus habent, ſuiſque ſpatijs tranſeunt vniuerſa ſub cœlo.*

2 *Quod naſcitur, idem & moritur.*

3 *Filios in conditione poſitos vocatos haud cenſeri Gloſſa eſt recepta ſententia.*

Verum contraria receptiſſima eſt, ſtantibus coniecturis, n. 4.

Etiam ex quacunque leui coniectura, n. 5.

Pugnat enim contra paternam pietatem exiſtimare, velle illum filiorum filios à ſucceſſione excludere, n. 6.

7 *Coniectura primaria eſt, vt filij in conditione poſiti cenſeantur vocati, ſi inter deſcendentès in conditione ſint poſiti.*

Ratioque affertur, perpenditurque text. in l. Lutius Titius 85. ff. de de hæredibus inſtituend. n. 8.

Ne ſuperuacaneè conditio ipſa appoſita videatur, n. 9.

Reſpondetque hæc coniectura communi parentum voto, atque naturę ipſi, n. 10.

11 *Nepotes in lumbis communis parentis, & ipſi eſſe videntur, atque proinde dilecti.*

12 *Subſtitutio reciproca inter filios coniecturã præbet, filios in conditione poſitos cenſeri vocatos.*

Vt æqualitas inter liberos ſeruetur, n. 13.

14 *Subſtitutio reciproca fauorabilis, non odioſa æſtimatur.*

15 *Dictio (Quandocunque) coniectura locum præbet, filios in conditione poſitos vocatos cenſeri.*

Quia omne tempus comprehendit, & omnia tempora diſtribuit, n. 16.

Eſtque dictio vniuerſalis, nullumque tempus excludit, n. 17.

18 *Filij legitimi, & naturales in conditione poſiti, vocati cenſentur.*

Et ſola hæc coniectura ſufficere videtur, n. 19.

20 *Clauſula, Codicillaris, & omni meliori modo, coniecturam tribuunt, vt filij in conditione poſiti vocati cenſeantur.*

21 *Clauſula (omni meliori modo) enixam oſtẽdit diſponentis voluntatem.*

22 *Prohibitio detractionis falcidiæ, & trebellanicæ cõiecturam, & ipſa prebet, vt vocati cenſeantur filij in conditione poſiti.*

23 *Coniecturam tribuit, filios in conditione poſitos, vocatos cenſeri, ſi teſtator eum mutare potuerit teſtamentum, noluerit.*

24 *Teſtamenti vna pars per alteram declaratur.*

25 *Legata ad pia ſubſtinentur, etiam ſine hæredis inſtitutione.*

29 *Teſtamentum primum, etiam decennij effluxo tempore, ſi nulla intermedia contraria intercedat voluntas, ſubſtinetur.*

27 *Quod non mutatur, ſtare prohiberi haud debet.*

28 *Coniecturæ plures, vbi ſimul concurrunt: filios in conditione poſitos vocatos cenſeri, operantur.*

29 *Coniecturæ, quę ſufficientes dicantur, vt filij in conditione poſiti vocati cenſeantur, iudicis remittitur arbitrio.*

30 *Filij in conditione poſiti, vt vocati ex coniecturis dicantur, perinde habentur, ac ſi expreſſe ſubſtituti fuiſſent.*

Vt ad patruorum quoque portionem admitti, vti vocati debeant, n. 31.

Accedente potiſſimum reciproca, n. 32.

33 *Renunciatio matris filijs ex propria perſona venientibus haud officit.*

34 *Renunciatio matris ex auditur ab inteſtato, non ex teſtamento, & num. 37. matre potiſſimum premortua; quamuis cum patruis concurrerent, n. 38.*

Neque admittitur renũciatio ſi ex teſtamento fiat, n. 35.

Quia liberam teſtãdi facultatem, libertatemque adimit, n. 36.

39 *Renunciatio matris intelligitur eam afficere, ſi ei aperiatur ſucceſſio ab inteſtato.*

Secus ſi filijs.

Quamuis ipſi repręſentatiuè cum patruis veniant, n. 40.

41 *Filij repræſentatiue ad ſucceſſionem venientes, non perſonam ſubingrediuntur parentis, ſed gradum. Veniunt enim ex legis prouiſione, n. 42.*

Et veniunt in ſtirpes, & non in capita, n. 43. non quidem perſonam repręſentates parentis prędefuncti, ſed gradum, num. 44.

45 *Coſtitutio Regni Neapolitani: in aliquibus expenditur.*

46 *Renunciatio matris conditionalis æſtimatur; ſi ei ſcilicet ab inteſtato aperiatur ſucceſſio*

Digitized by Google

ceſſio. Vnde filios non afficit.

Filij ex Matris venientes perſona,ex infecta radice venire dicuntur,ſunt proinde inſucceſſibiles.

Quod exaudi ſi vti matris veniant hæredes, & ex eius perſona, ſecus ſi ex propria, num.48.

Neque iiſdem matris officiet iuramentum, num.49.

Quia illud extinctum cum eius cenſetur perſona.

50 *Text.in l.cum in antiquioribus 19.C.de iure deliberandi expenditur,& n.51.*

52 *Ius deliberandi ad hæredes tranſmittitur.*

53 *Illatio nulla ex diuerſis ſequitur.*

ARGVMENTVM.

An in conditione filij poſiti cenſeantur vocati? vel ſaltim ex coniecturis? Et quid ſi inter deſcendentes res agatur? Et nũ matris renunciatio filijs,ex propria venientibus perſona,maleficio ſit? quidue matre prædecedente? pluresquè enumerantur coniecturæ. Et an filii per repræſentationem ad parentis prædefuncti perſonam ferãtur, vel ad gradum?non inutilis reſponſio.

RESPONSIO LXXVI.

1 OMnia tempus habent, ſuiſque ſpatijs tranſeunt vniuerſa ſub cœlo. Sapiens loquitur *Eccleſiaſteſ.3.5.* Quia nimirum ſicuti tempus eſt naſcendi, ita tempus eſt moriendi, *ibid.* 2.
2 Nihilque eſt,quod naſcitur, quod & non ſuo claudatur termino;& rerum omnium mors vltima linea eſt.Hãc proinde ob cauſam anno 1591. cùm graui infirmitate detentus ocumberet quondam Ioannes Iacobus Quatinus terræ Corati Tranen diœceſis,ſeque iam moriturum præuideret;extremas voluntatis ſuæ tabulas dedit, atque in illis quatuor filios hæredes vniuerſales ſibi ſequentibus verbis ſcripſit, eoſque inuicem ſubſtituit.

» *Eſſo teſtatore inſtituiſce ſui heredi vniuerſali,*
» *l'infraſcritti ſuoi figli legitimi,e naturali.videlicet*
» *Mauro d'anni 12.in circa,Romana d'anni none,*
» *Angelo d'anno tre incirca, e Gio. Antonio d'vno*
» *anno incirca ſopra tutti ſuoi beni pro æquali par-*
» *te;con conditione, che morendo alcuni d'eſſi he-*
» *redi in pupillari ætate, ò vero quandocunque*
» *ſenza figli legitimi, e naturali l'vno ſocceda al-*
» *l'altro:e queſta e la volontà d'eſſo teſtatore.*

Elogio tali dato,tatis tunc minime teſtator conceſſit, quin per plures anno vitali per vſus aura ad annum vſque 1617. vitam protraxit. Interim ad nubiles cum perueniſſet annos Romana, illam pater ſuus viro Petro Franza matrimonio locauit,ſoluta pro illa dote; atque huius cauſa ab Romana renunciationem obtinuit pro ſe, & hæredibus. Ex matrimonio duas filias dedit Romana,Lauram,& Antoniam; nec multo poſt,viuente adhuc Ioanne Iacobo eius patre,moritur. Neque diu quoque in humanis egit Angelus alius ex filiis hæredibus nuncupatis,patremque in orcum præuenit. Demum anno prædicto 1617. ipſe Ioannes Iacobus ſuperſtitibus ſibi Mauro, Ioanne Antonio, dictiſque filiabus Romanæ Laura, & Antonia ſupræmum clauſit diem,nullis aliis confectis tabulis,quamuis non nulla piè legauerit. Patre vita functo hæreditatem ex paternis tabulis adhiuere Maurus, atque Iacobus Antonius prætermiſsis dictæ Romanę filiabus, quòd minores ætate eſſent,nemoque eſſet,qui pro illis loqueretur, hominem non habentes. Nouiſsime diebus iſtis anno ſuperiore 1641. Ex hac luce deceſsit Maurus nullis relictis filiis. Agunt proinde aduerſus Iacobum Antonium patruum Laura, & Antonia, partem hæreditatis ex perſona Romanæ matris in bonis aui,ac conſequenter patrui Mauri ſine filiis defuncti petentes. Per Curiam terræ Corati hæredes ex teſtamento Ioannis Iacobi aui pro tertia parte declara-
2 tæ fuere;atque ad medietatẽ Mauri patrui ab inteſtato prædictæ mulieres Laura,& Antonia admiſſę. Verum vti ſanguine ſe contingentes cum Iacobo Antonio in Nos compromiſere. Auditis propterea hinc inde partibus,maturèque perpenſis omnibus per informantes adductis, pro Laura, & Antonia arbitrium inclinare magis è iuſtitia viſum eſt.

Neque enim in dubium reuocari poſſe perſpeximus,illas vti in conditione poſitas, à Ioanne Iacobo Auo,vocatas cenſeri;ſtantibus potiſsimum pro illis coniecturis. Nam
3 & ſiquidem recepta videatur *Gloſſ.* ſententia in *l.Lucius Titius* 85. quæ eſt 2. *in fin. ff. de hæredibus inſtituend.* quod in conditione poſiti vocati minime cenſeantur.refert plene *Antonius Theſaur.deciſ.96.num.3.4.& 5. Peregrin. de fideicommiſſ. art. 28. num. 1. &*

num.

num. 26. Gabriel commun. opin. lib. 4. tit. de fideicommiſſis concluſ. 4. Fabbius Anna conſ. 52. nu. 9 & 12. vol. 1. Rota apud Card. Caualer. deciſ. 454. num. 2. Rota Maceraten apud Marcum Antonium Thomati, nunc Epiſcopum Bitettẽ deciſ. 23. num. 1. Surdus deciſ. 162. num. 1. & 2. Molina de Hiſpania primogen. lib. 1. cap 6. num. 1. Hercules Mariſcottus variar. reſolut. lib. 1. cap. 66. num. 3. Gerius Spinius conſ. 14. nu. 18. in fin. & 20.

4 Receptiſsima tamẽ Doctorum, atque diuerſorum Senatuum ſententia eſt, vocatos cenſeri filios in conditione poſitos, ſi pro illorum vocatione ex teſtamenti ſerie coniecturæ militarint. Theſaurus pluribus rem protendens d. deciſ. 96. à num. 7. cum ſeq. Camillus Burellus conſ 33. num. 38. & ſeq. Vincentius Hondedeus conſ. 65 num. 28. & 29. ac ſeq. vol. 1. Eminentiſſimus Card. Mantica de coniectur. vltimarum volunt. lib. 11. tit. 2. nu. 19. Peregrinus de fideicommiſſ. d. art. 28. num. 2. & ſeq. Marcus Antonius Thomati d deciſ. 23. num. 2. & ſeq. Rota in Bononien fideicommiſſi de Pannolinis 10. Decembris 1610 coram Illuſtriſſimo Domino Lugdunen deciſ. 266. num 2. & ſeq. part. 1. tom. 1 in recent & in Romana fideicommiſſi de Vrſinis 9. Maii 1611. coram Pirouano deciſ 320. num. 15. ead. part. 1. in recent. apud Cardinalem Seraphin. deciſ. 1329. num. 1. 2. & ſeq. & apud Sanct. memor. Gregor. XV. deciſ. 337. num. 6. vbi Beltramin. addens littera A. & deciſ. 315. num. 1. & ſeq. & deciſ. 329. num. 1. & ſeq & in Comen fideicommiſſi 11. Martii 1619. coram Buratto deciſ. 385. num. 1. & 2. ac ſequ. vbi Ferrentillus addens quindecim enumerat coniecturas; atque in Firmana præteuſi fidcicommiſſi 15. Martij 1619. coram eodem Buratto deciſ. 387. num 1. & ſeq. & in Auximana fideicommiſſi 4. Martij 1630. coram Merlino deciſ. 355. num. 1. 2. & ſeq. part. 5. diuerſorum nouiſſimarum. Surd. d. deciſ. 162. n. 3. & ſeq. Menoch lib. 4 præſumpt. 76. n. 23. & ſeq. Ottauianus Zuccarus Rota Lucenſis deciſ. 65. num. 5. & ſeq. & deciſ. 76. num. 100. cum ſeq. Molina d. cap. 6. num. 3. Rota Bononienſis apud Cæſarem Bartium deciſ 6. num. 31. Gerius Spinius d conſ. 14. num. 20. & ſequ. coniecturas enumerans.

Ita planè, cum inter deſcendentes agatur, leuiores ſufficiant coniecturæ. Theſaur. d. deciſ. 96. nu. 7. verſ. non erit. Rota d. deciſ. 266. num. 6. in recent. & apud Sanct memor. Gregor. XV. d. deciſ. 337. num 8. apud Burattum d. deciſ. 385. num. 2. & ibid. Ferrentillus ſub, num. 10. & in d. deciſ. 387. coram eodem Buratto num. 2. atq. in d. deciſ. 355. coram Merlino num. 2. Quo loco ita ſæpius à Rota deciſum fuiſſe refert, alioſq; quam plures etiam referendo. Marcus Antonius Thomati d. deciſ. 23. num. 4. & nu.
7. Surd. d. deciſ. 162. num. 5. & 6. dicens; nunc
5 ſecundum hanc ſententiam ex quacunque
leui coniectura cenſeri filios vocatos. Hondedeus d. conſ. 65. num. 30. & 31. vol. 1. Molina d. cap. 6. num. 3. Addens: ex quacunque leui coniectura ab opinione præfata Gloſſæ in d. l. Lucius, ob præſumptam diſponẽtis mentem, recedi. Mariſcottus d. cap. 66. num. 5. Gerius Spinius d conſ. 14. num 24. 25. & 26.

6 Ne dum quippe à pietate alienum, quin magis impium æſtimatur, præſumere velle, Patrem, qui filiorum filios in conditione poſuit, ſuorum filiorum à ſucceſsione excluſos eos voluiſſe; nec alia mente in conditione eos poſuiſſe, niſi, vt & ipſi quoque ſuo ſuccederent loco, ac tempore, quod perſuaſum admodum habet ſibi Gaſpar. Anton. Theſaur. in additionibus ad d. deciſ. 96. ſui Genitoris littera C. in fin. ſequiturque Thomati d. deciſ. 23. num. 6. in fin.

7 Primum ergo inter coniecturas locum ſibi illa inueniet, quæ ex eo procedit, quod inter deſcendentes à ſe, atque ab illis pater ſubſtituendo diſpoſuit. Neque enim vulga-
8 ris eſt præſumptio affectionis patris erga
proprios deſcendentes, qui ex lumbis eius prodiere, vnde etiam propago in longius detrahitur. Perpende verba ipſa Sceuolæ in d. l. Lutius Titius, 85. in finalibus verbis, ff. de hæredibus inſtituend. Ipſe quippe à ſe dictorũ rationem reddens; Nam prudens (inquit)
„ conſilium teſtantis animaduertitur. Non enim
„ fratrem ſolùm hæredem prætulit ſubſtitutis, ſed
& eius liberos. Ita Sceuola. Filios quippe Titii, fratris, quem hæredem ſibi Lutius Titius dixerat, in conditione vtique poſuerat ſubſtitutis: (aut filium, filiamue ex ſe natum, natumne non habebit.) dicens: & nihilominus ex fraterna affectione, eius liberos ſubſtitutis prætuliſſe Sceuola argumentatur. ſequitur hanc ſententiam non obſcurè Theſaurus d deciſ 96. num 7. circa fin. verſ non erit tamen iſta diſtinctio. ſequuta quoque fuit Rota apud Card. Seraphin. deciſ. 956. num. 6. & d. deciſ. 1329. num. 2. apud S. memor Gregor. XV. d. deciſ. 315. num. 5. & d. deciſ. 337. num 8. & d. deciſ. 329. num. 5. & num. 9. & apud Dominum Coccinum Decanum deciſ 493. num 5. Rota d. deciſ. 266. num. 6 part. 1. in recent. Rota Maceraten apud Thomati d. deciſ 23. num. 6. Surdus d. deciſ. 162. num. 6. num. 9. & num. 11. Octauianus Zuccarus d. deciſ. Lucenſ. 65. nu. 9. Hondedeus d. conſ. 65. num 31. lib. 1. & num. 40. Ferrentillus ad d. deciſ. 385. ſub. num. 10. Buratti. Menoch. d. præſumpt. 76. n. 9. & ſeq.

9 Alioquin ſuperuacaneè conditio præfata (ſi ſine filiis deceſſerint) appoſita videretur; quod perpẽdit, neque ab re Borrellus d. conſ. 33. num. 34. Operabitur igitur id, ad quod aſſumpta fuit, vt vocati diſpoſitiuè filii videantur, qui in conditione poſiti fuere, vt ibidem num. 34. 35. & ſeq. per eos, quos ipſe refert, ſequiturque Surd. d deciſ 162. num. 5. 6. 7. & ſeq. perpenditque Eminentiſſimus Mantica d. lib. 11. tit 3. num. 1. in 1. coniectura. addẽs ex Deciani doctiſſimi conſ. 9. nu. 1. & 4. lib. 3.

10 ſententia; reſpondere hanc coniecturam
comuni parentum voto ad filios, filiorum
quæ filios inclinato, atquè ipſimet naturæ.
repetitque idem *Detian.conſ.44. num.5. eod.*
11 *vol.* Quaſi porrò in lumbis comunis parē-
tis nepotes ex filijs eſſe cenſeantur, vt non
minus propterea diligi videātur, ac filij ad
*tex.in l. fin. C. de impuber. & alijs ſubſtitut.in
fin.* quod in his noſtris terminis perpendit,
nec inerudite *Surdus deciſ.73.num.18.19.&*
20. ex *can. iam itaque* 8. qui eſt Auguſtini. t.
*q.4. Scipio Ronit conſ.52.num. 1. lib.1. Rota d.
deciſ.66.num.7. Coccinus. d. deciſ. 493. num.5.*
12 Secundum vero, neque interiorem locū
facit illa alia coniectura, ex eo petita, quòd
teſtator filios inuicem ſubſtituit, ſi ſine fi-
lijs quandocunque decederent; per reci-
procam igitur ſubſtitutionem vnum alteri
ſine filiis decedēti ſubſtituit. hoc autē ope-
ratur hæc reciproca ſubſtitutio, vt in con-
ditione poſiti filij ex teſtamento diſpoſiti-
13 ue vocati cenſeantur: vt æqualitas inter li-
beros ſeruetur, quod ad amuſſim perpen-
dit *Rota in dicta Auximana fideicommiſſi co-
ram Merlino d.deciſ.355.num.3. & 4 part.5.
diuerſorum nouiſſimarum.* cenſentur nempe
vocati ex ſubſtitutione eius parenti facta
Menoch. alios referens *d.lib.4.præſumpt. 76.
num.52. in quinta coniectura. Theſaur. d.deciſ.
96. num. 31. Rota Maceraten apud Thomati d.
deciſ.23.num.12.& num.18. & num.29. Surd.
conſ. 344.num.17.lib.3. Ferrentillus ad dictam
deciſ. 385. Buratti ſub numerum 10. in quinta
coniectura Vincent. Hondedeus conſ.54.num.42
lib 2. Mantica d.lib.11. tit.3. num. 17. Rota in
recent. part. 1. d. deciſ. 493. num.20. 21. &*
22. Eſt quippe fauorabilis hæc reciproca
14 ſubſtitutio, neque grauamen vllum con-
tinet. *Rota Bononien apud Caſarem Bartium
deciſ.5.nu.35.*
15 Nec aliena eſt, quin locum ſibi in hac
diſpoſitione faciat, coniecturamque præ-
ſtet, dictio illa (*quandocumquo*) quæ ſicuti
16 omne tempus comprræhendit, omniaque
tempora diſtribuit, ſiue nunc, ſiue præſens,
ſiue futurum, ſecundum Doctores in *l. cē-
turio. 15. ff. de vulgari, & pupillar. & in l. pre-
cibus 8. C de impuber. & alijs ſubſtitut. Honde-
deus conſ.54.num 42. vol. 2. Card. Mantica d.
lib.11.tit.3 nu. 17. Theſaurus d. deciſ.96.n.28.*
atque ſi ſingula tempora enumerata fuiſ-
ſent: *Menoch.d.lib.4.præſumpt.51.nu.6. Bar-
boſa* alios quoque referens de *dictionibus,
dict.308.num.1.& 2.* Ita pariter, & filios in
conditione poſitos omni tempore, quo
conditio extiterit, vt quis ex inſtitutis ſine
filiis deceſſerit, vocati etiam diſpoſitiuè fi-
lii cenſeantur ex coniecturata diſponentis
17 mente: quia dictio Vniuerſalis eſt, nullum-
que tempus excludit. notatum fuit per Ro
tam in *Ciuitatis Caſtelli fideicommiſſi 14. Maii
1607. coram Sanctiſſimo Ludouiſio Gregor.
XV. d. deciſ.315.num.10. 11. & ſeq. Scipio Ro-
nitus conſ.52.num. 4. & ſeq. lib. 1.* quod ſanè
conſilium eſt Marcelli Ruffuli Iuris Con-
ſulti Melphitten. non infimi inter ſui tem-
poris Doctores.
18 Deinde ad coniectandum filios in con-
ditione poſitos, etiam diſpoſiuè vocatos
cenſeri, gradum adiicit; quòd non ſimpli-
citer filios in conditione poſuit teſtator,
ſed cum addito legitimorum, & natura-
» lium: *O vero quandocunque* (dicens) *ſenza fi-
gli legitimi, e naturali.*
19 Adeo quippe hæc eſt efficax coniectu-
ra, vt vna ipſa ſatis ſuperque ſufficiat, vt in
conditione poſiti filij, etiam diſpoſitiuè vo
cati cenſeantur. ita apertiſſimè *Soccinus Iu-
nior. conſ. 110.num. 25. lib. 3.* quem ſequitur
Surdus d. deciſ. 162. num. 8. & ſequuta fuit
Rota *in Peruſina fideicommiſſi de Alfanis 22.
Iunij 1607. coram S. memoriæ Gregorio XV.
Ludouiſio d. deciſ. 329. num. 6.* proſequitur-
que *Eminentiſſimus Cardin. Mantica de conie-
ctur. lib.11. tit.3. num 7.8. & ſequent. Ferrentil-
lus in additionib. ad dictam deciſ. 385. coram
Burutto. ſub num. 10. in 2. coniectura. Rota apud
Card. Seraphinum d. deciſ.950. nu. 6. Borrell. d.
conſ.33.num. 43.* perpenditque *Rota Lucenſ.
in d. deciſ.76. num. 105 per Octauianum Zucca-
rum. & d. deciſ.65. ſub nu. 6. Hondedeus d. conſ.
65. num.42. vol. 1. Mariſcottus d. cap 66. num.7.
Gerius Spinius d. conſ. 14. num.23.*
20 Cui perpenſioni nō minimi fauent clau-
ſulæ, (*codicillaris,* atque *omni meliori modo,*)
quæ operātur, vt filij in conditione poſiti
etiam diſpoſitiuè vocati cenſeantur. *Pariſ.
conſ.21.nu.53. vol.3. Hondedeus d.conſ. 65. nu.
41. lib.1. & d.conſ.54.num. 47. vol. 2. Puteus de-
ciſ.215. ſiue 214. incipiens Nicholaus. nu. 5. lib.
3. Barboſa* qui alios quoque refert de clau-
ſulis, *clauſula 95. omni meliori modo. num. 50.
Menoch. d. præſumpt.76. n.82. in 28 coniectura.*
21 Oſtendit nempè hæc clauſula enixam
fuiſſe diſponentis voluntatem, ne filiorum
filij à ſucceſſione ſecluderentur. *Marta de
clauſulis clauſula 88. num. 13. verſ. item deno-
tat.* Idem *Barboſa ead. clauſ.95. n.51.*
22 Nec minorem adijcit lapidem, conie-
cturęq; locum facit prohibitio detractionis
Trebellcianicæ, faleidiæque; quod perpen-
dit *Riminald. Senior. conſ.243. num.90. verſ. &
maxime lib. 1.* aliiq. etiam ſequuntur, quos
refert *Menoch. d. præſumpt.76. num. 80. in 26.
coniectura Zuccar. d. deciſ.65. num.11. Rota in
d. Auximana fideicommiſſi coram Merlino d. de-
ciſ.355. num 7. par. 5. diuerſorum nouiſſimarum.*
23 Augetque coniecturas præcedentes, &
hæc ipſa, quæ ſubſequitur, quòd teſtator ip
ſe, cùm tot procedentibus annis teſtamen-
tum prędictum ſibi ſcripſiſſet, poſtmodum
vero vitalem adhuc trahens auram, cùm
Romanæ virum ipſe dediſſet, atque ex ma-
trimonio filias præfatas Laurā, & Antoniā
ſuſce-

ſuſcepiſſet;illaque fatis iam conceſſiſſet;at-
que ipſe in extremis confli&ctans ad pia nõ
nulla diſponens,à priori voluntate dicto te
ſtamento dicta recedere haud voluit; ſed
in illa perſeuerare. Oſtendit porrò ſe filios
in conditione, quos poſuerat, diſpoſitiuè
etiam vocare voluiſſe. In ſua quippe po-
teſtate erat teſtamentum reuocare, ſi id vo
luiſſet,vt excluſæ viderentur Romanæ filiæ
ad *l. vnicam § ſin autem ad definientis C.de Ca-
ducis tollen.*

24 Sicuti nempe ex vna teſtamenti parte
alia eiuſdem interpretationem admittit,ex
Iuliani ſenſu in *tex.in l.ſi ſeruus plurium* 53.
§.fin.ff de legat. 1.*& l. qui filiabus* 17. *in princ.*
*ff.eod. Hondedeus d.conſ.*65.*num.*34.in ipſa no
ſtra materia loquens de filijs in conditione
poſitis.Ita per æquè per vltimam hanc di-
ſpoſitionem,illam priorem confirmaſſe vi-
detur;cum in hac ſecunda ab illa priori nõ
receſſerit;neque in hac hæredes dixerit, vn-
25 de ad pia dumtaxat ſubſtinebitur.ad *tex.in
cap.relatum* 11.*de teſtament.extrà.*

26 Neque enim vlla æquitatis ratio patitur,
vt prior illa, etiam decennij effluxo tem-
pore, nulla contraria intermedia volunta-
27 te apparente,caduca efficiatur.Quod enim
non mutatur, quare ſtare prohibetur? vt
Imperator loquitur,diſponitque in *l.Sanci-
mus.*27.*C.de teſtamentis.*

28 Sunt itaque non leues hæ coniecturæ,
neque aliunde, quam ex ipſis tabulis teſta-
menti, earumque viſceribus petitæ;neque
vna ſed plures.Operabuntur proinde ſecũ-
dum receptam doctorum ſententiam, vt
ſimul iunctæ diſpoſitiuè filii in conditione
poſiti, vocati cenſeantur.*Card. Mantica dict.
lib.*11.*tit.*3.*num.*18.19.*& num.*26. *Hondedeus
d.conſ* 65.*num.*43.*vol.*1.*Theſaur.d.deciſ.*96.*nu.*
9.*Octauianus Zuccarus d. deciſ. Lucenſi* 76.*nu.*
110.*&* 111.*Borrellus d.conſ.*33.*num.*57.*&* 58
*Rota d. deciſ.*266.*num.*19.*par.*1.*in recent.& d.
deciſ.*320.*num.*16.*ead.par.*1.*& apud S.memor.
Gregor.XV d.deciſ.*315.*num.*9.vbi Beltrami-
nus addens *num.*19.*& dict.deciſ.*329.*num.*10.
*& in dicta Auximana fideicommiſſi coram Mer
lino d.deciſ* 355.*num.* 9. *&* 10.*part.* 5. *diuerſo-
rum. nouiſſimarum. Ferrentellus ad dictam de-
ciſ.Buratti* 385.*ſub num:* 10. *in fin.verſ.pradi-
cta coniecture. Rota Maceraten apud Illuſtriſ-
ſimum Marcum Antonium Thomati Epiſcopũ
Bitetten d.deciſ.*23.*nu.* 10. *&* 11. *& num.*16.
*& d.deciſ.*1329.*num.*12.*&* 13. *apud Card.Se-
raphinum. Rota Bononienſis apud Caſarem Ba-
zium d.deciſ.*5.*n.*26.*&* 27.

29 Potiſſimum verò,quòd quę ſufficientes
dicãtur coniecturæ,Iudicis remittitur arbi-
trio. *Mantica d,lib.*11.*tit* 2.*num.*19.*Surd.d.de-
ciſ.*162.*num.*6.*&* 11.*Theſaur.d.deciſ.*96.*nu.*9.
*Rota apud S.memor.XV d.deciſ.*329. *num.* 11.
*& in d.deciſ.*266.*num.* 3.*par.* 1.*in recentiorib.
& d.deciſ.* 320.*num.* 16. *ead. part.*1.*Ferrentill.*
ad dictam deciſ.Buratti 385.*num.*10.*in fin.verſ.
pradicta coniectura Octauianus Zuccarus d. de-
ciſ.Lucenſ.*70.*n.*109.

30 Cui ſane arbitrio plurimum adiumenti
præſtat, quòd filii in conditione poſiti,
quando ex coniecturata diſponentis men-
te vocati cenſentur, proinde habentur, ac
ſi eſſent expreſſe ſubſtituti.*Gabriel cõſ.*115.
*num.*11.*circa fin.lib.*1.*Peregrin.d.art.*29. *nu.*3.
ſequuta fuit Rota *in Romana fideicommiſſi de
Quinque apud S.memoria Gregor.XV.Ludoui-
ſium d. deciſ.* 337. *num.*4. *Thomati d.deciſ.*23.
*num.*26.

31 Eo quidem modo, vt ad portionem pa-
truorum vocati quoq. cenſeantur. ad *tex.
in l.*2.*C.de ſuis,& legitimis.Gabriel.d.conſ.*115
*num.*13.*lib.* 1. quem ſequuta fuit *Rota in d.
Bononien fideicommiſſi de Panuoliuis apud Il-
luſtriſſimum Dominum Lugdunen d.deciſ.*266.
*num.*4.9.*& nu.*20.*par.* 1. *in recent. & d.deciſ.*
320.*nu.*17.*ead. par. & apud S.memor. Gregor.
XV.d.deciſ.*337.*nu.* 6.*&* 8. *Antonius de Ama-
tis Siculus variarum reſolut.lib.*1.*reſolut.* 2.*n.*
21.*& n.*22.rationem reddens: quia eundẽ,
quẽ parentes obtinent gradũ, ſortiũtur. ex
*l.*1.*§.ſi filius ff.de ſuis,& legitimis haredib.§ ne
que illo in Authent detriente, & ſemiſſe collat.*
3.*Rota Maccrat.apud Thomati.d.deciſ.*23.*num.*
13. *cum ſeq.* vbi *n.* 29. ad rem noſtram ſatis
32 aptè perpendit, ſi potiſſimum inter inſti-
tutos reciproca fuerit adiiecta ſubſtitutio.
& dixerat antea, perpenderatq. *Rota d. de-
ciſ.* 266. *num.* 20. *circa med.& apud S.memor.
Gregor.XV d.deciſ.*337.*n.*8.

Cum itaque fuerint hæ filiæ Romanæ
in conditione poſitę, atque proinde vocá-
tę, ne dum ad portionem Aui, verùm etiã
& patrui Mauri, qui nouiſſime ex huma-
33 nis exceſſit: Nihil omnino obſtaculi illis
erit dictæ Romanæ earum Matris renun-
ciatio.

34 Cùm quod illa exauditur ab inteſtato,
non verò ex teſtamento.ſecundum *Bald.in
l.fin.ſub.numerum* 15. *verſ. tu dic hoc verum,
& ibid.Dec.num.*15.*C.de pactis*,ſequutaque
fuit Rota *in Ferrarien Bonorum* 24. *Ianuarii*
1603.*coram S.memor.Gregor.XV.Ludouiſium
deciſ.*85. *num.*13. vbi Beltraminus *num.* 32
Surdus deciſ. 14.*num.*4.*& deciſ.*358.*num.*1.*&
ſeq. coram eodem Ludouiſio.* Gregorio *XV.* *vbi
35 etiam Beltramin.num.*6. Tùm quod illa ne-
que renunciauit teſtamento à Ioanne Ia-
cobo patre facto. Cumque pater perſeue-
rauerit in illa voluntate, qua Romanam
ad ſuam admiſerat ſucceſsionem; id vo-
luiſſe videtur, vt illa, renunciatione haud
obſiſtente,ex teſtamento, ſuaque ſuprema
voluntate,ſuccederet; quod adnotauit ad-
amuſſim ad rem hanc noſtram, *Surdus d.
deciſ.*14.*num.*6.7.*&* 8.

36 Quin (fac renunciaſſet) neque tamen
renunciationem, (vti libertati teſtandi cõ-

trariam)officere.ad *tex.in l.fin.vbi Caſtrenſ.*
aliqque C. de pactis. ſequiturque *Afflict.deciſ.*
350.num.8.& 9. quem ſequitur idem *Surd.*
d.deciſ.18. num. 8. & Beltraminus d.deciſ.81.
Gregor.XV.num.32. Ioannes Baptiſta Gargia-
37 *rens conſ 12.num.12.lib.1.* Tum quòd(eſto
firma eſſet renunciatio prædicta Romanę)
nihil tamen officiet prædictis Laurę,& An
toniæ, quæ non ex perſona Matris, ſed ex
propria ad Aui,patruique ſucceſſionem,&
veniunt, & vocantur; præſertim verò ma-
tre pręmortua viuente adhuc Auo; quod
perpendit pluribus, alios quàm plures re-
ferens, poſt *Vincent. de Franch. deciſ.67.* qui
ita pluries in Regio Neapolitano Conſilio
iudicatum refert.& *Morotium conſ.22. n. 4.*
meumque *Marantam diſputat.10.num. 32.in*
fin.Gaſpar. Anton. Theſaurus forenſ quæſtionũ
q.90.nu.5.lib.2.in 3.caſu, & per totam illam
quæſtionem,plures perpendēs caſus, *Surd.*
conſ.133.d num.18.cum ſeq.lib.1.Ioan.Baptiſt.
38 *Gargiarens conſ.72.d num.1.& ſeq. Paſcalis de*
viribus patriæ poteſtat.par.3.cap.7.nu. 53. Do-
ctor.Marta voto 102.num.12.& 13. Fontanel-
la de pact.nuptialib.tom.2.clauſula.9.Gloſſ.vn.
par.1.d nu.57.cum.ſequent. quibus hanc ſen-
tentiam receptiſſimam apud omnes eſſe
declarat. Quamuis quidem hæ Laura, &
Antonia Matris perſonam repreſentando
venirent,atque eum patruis concurrerent,
(vt in facto hoc noſtro.)
39 Quia renunciatio exaudietur, ſi Roma-
næ ab inteſtato ſucceſſio aperta fuiſſet, vti
perpendit *Surdus d.conſ.133.num.18.& ſequ.*
atque præfati quoque Doctores,tùm à *Mo-*
*rotio d.conſ 22.*tùm à *Gaſpare Antonio Theſau-*
ro.d quæſt.90.num.5.& ſeq. Atque (vt recte
idem *Surd.d.conſ.133.num.35.*adnotat,ſequi
turque idem *Theſaurus d.quæſt.90.num.19.*)
40 & ſi plane nepotes repræſentatiue veniant
cum patruis,(eorum parente defuncto,) ad
Aui ſucceſſionem, atque proinde locum,
vel patris,vel matris ſebingrediantur, quæ
ante quam parens decederet, vitæ terminũ
41 fecit;non ſane perſonam repræſentant, ſed
gradum.Quare ex propria veniant perſona,
non defuncti parentis,cuius in gradum ſuc
ceſſere.Quod perpendit neque in perſpica-
citer,*Antonius Faber lib.5.tit.3.C.de pact defi-*
nit,1.& 14. & ante eum aduerterat noſter
*Maranta,*quem ipſe quoque refert *d.definit,*
42 *14.num.28.d.diſputa.10 num.9.*Veniuntque
non tanquam matris,vel patris hæredes,ne-
que ex eius perſona; ſed beneficio, atque
legis prouiſione in *auth ceſſante C.de legit hę-*
redib.& §.cum filius, inſtitut. de hæreditatibus,
quæ ab inteſtato deferuntur, l.poſthumorum 13.
*ff.de iniuſto rupto,& irrito teſtamento.*Neque
ex patris, ſed ex propria perſona per agna-
tionem,quaſi agnaſcendo,vt Caius *libro 2,*
*inſtitutionum,in d.l.poſthumorum.*loquitur.Se-
quiturque alios referens *Antonius de Amatis*
Siculus variariarum reſolut. lib.1. d. reſolut.2.
num.19.& 20.
43 Neque inſtabis; fieri haud poſſe; ne filij
ex matris perſona ad ſucceſſionem feran-
tur,cum in ſtirpes,non in capita ſuccedant.
Repræſentant itaque matris perſonam,cu-
ius ſunt ſtirps.

Subſtollitur quippe inſtantia: annuendo
quidem ſuccedere, venireque illos per re-
præſentationem,atque propterea in ſtirpes,
44 non in capita: Verum repræſentare illos
gradum,non matris perſonoam, proprioq;
iure venire.*Maranta d.diſpu.10.num.9.10.&*
11. & num 34. quem ſequitur *Faber. d. tit.3,*
diſinit,14.circa fin.Gargiarens d. conſ.12. nu.3.
45 Neque obſtabit Conſtitutio Regni *in ali-*
*quibus.*Cùm, quòd conſtitutio non ſimpli-
citer fœminas à ſucceſſione excludit prop-
ter maſculos;ſed diſponit dumtaxant, vt ſi
velint fratres,ſorores præcedere in ſucceſ-
ne, dotent eas de paragio; quod etiam ad-
uertit *Maranta d. diſput.10. num.20.* Confor-
mem quippe ſe reddit Conſtitutio in reli-
quis,pręter diſpoſita,*textui in l, maximum vi-*
tium 4.C.de liberis præteritis. Nos autem in
facto ſatis,ſuperque diſſito vertimur; Tum
quod hæ mulieres,ad ſucceſſionem veniũt
vocatæ, & Aui,& patrui, vt in ſuperioribus
diximus.Tùm quod non ex matris præde-
functæ,ſed ex propria veniunt perſona. gra-
dum tantummodo præferentes defuncti
parentis.
46 Matriſq; renunciatio conditionalis fuit;
ſi matri ſcilicet ab inteſtato ſucceſsio ape-
riretur.*Maranta d diſp. 10.d n.4.* & ſequũtur
*Surdus d conſ 133. d num.18. Morot.*vbi ſupra
Gaſpar Anton.Theſaur.d quæſt.90 num.5. Fa-
ber d. deſinit.1. & 14. C,de pact. Gargiarens *d.*
conſ 12. num 2.4 & ſequ. Fontanella de pactis
nuptialib d Gloſſ.vn n 65.
47 Non igitur obſtaculum facit, quod ex
aduerſo additur: venire has neptes ex radi-
ce infecta matris: eſſe proinde inſucceſsibi-
les.
48 Exaudiretur id plane,ſi ſuperuixiſſet pa-
tri Romana,venirentque nunc hæ puellæ
vti matris hæredes, vt obſtaret propterea
eis matris renunciatio.

At veniunt ipſæ ex propria perſona,ma-
tre per ſupremum diei fatum ante patrem
de medio ſublata viuentium; vt perpendit
Doctor Marta voto 102. ſub num. 14. verſ.nec
opus eſt, quem ſequutus fuit *Gargiarens d.*
conſ.12.num.pariter 14,

Præter quam quod, & Romana ipſa di-
ctis tabulis hæres à patre cum alijs filijs ma-
ſculis hæres dicta fuerat: atque hæ puellæ
in conditione poſitæ fuerãt, atque id circo
vocatæ;vt in ſuperioribus diximus.
49 Neque officiet puellis matris iuramentũ
in

Digitized by Google

in renunciatione adiectum; quia illud perſonale fuit. Extinctum propterea cum eius perſona; hæ vero puellæ ex propria veniunt perſona; quod poſt *Gramat. deciſ. 57. num. 1. & Viuium deciſ. 211. ſub. num. 4.* aduertit *Gargiareus d. conſ. 12. num. 20. & 21. Fontanella d. Gloſſ. vn. num. 6. Intrigliolus deciſ. Siciliæ 11. num. 19. & 20.*

50 Nec demum officiet, quod ex aduerſo obijcitur: obſtare prædictis Lauræ, & Antoniæ, quod lapſi plures ſint anni, ex quo Ioannes Iacobus teſtator vitæ terminum fecit, neque petiere ad ſucceſſionem admitti, cùm id præſtare debuiſſent intra annum, quo elapſo cecidere à iure petendi. aſſerunt pro ſe *text. in l. cùm in antiquioribus 19. §. ſi enim ipſe, C. de iure deliberandi.*

Falluntur quippe, cùm termini ſatis di-
51 uerſi ſint. Et textus prædictus loquitur in iure deliberandi, quod habet filius poſt habitam notitiam mortis patris. Datur quippe ei annus ad deliberandum, an velit, nolitque patris hæres eſſe; vt elapſo anno ſi id non pręſtiterit, ab vtroque cadat; ſecundum aliquorum ſententiam, vt *Gloſſ. ibid. verbo*
52 *Beneficio.* adnotat. Et in dicto text. quæſtio agitatur: an defuncto filio intra annum deliberandi, transmittat illud ad ſuos hęredes? Vt ex contextu patet, atque ex *Gloſſ. ibid.* & trāſmitti decernitur. At nos in re admodum diuerſa ſumus. *l. Papinianus exuli 21. ff. de minorib.*

Nihil eſt ergo quod obſtaculum facere dictis poſsit puellis, quin vti vocatę, atque ex propria earum perſona ad ſucceſsionem admittantur Avi, atque etiam patrui nouiſſimè defuncti. Conferre tamen tenebuntur dotes, quas contracti matrimonij tempore Romana recepit. ad *text. in l. pactum dotali inſtrumento. 3. cum duabus alijs ſequentibus, C. de collationibus.*

Atque ita ex his, indicio tamen ſubijectis purgatiori, & laudum tulimus, atque ſententiam decreuimus.

CAROLVS MARANTA V.I.D.
Epiſcopus Iuuenacen.

Per Iudicem primarum cauſarum Domini Ducis Andrię confirmatum fuit hoc noſtrum laudum illudque exequutioni mādandum decreuit.

SVMMARIVM.

1 *Locus Eccleſiaſtes 1. 8. Cunctæ res difficiles, non poteſt eas homo explicare ſermone. expenditur.*

2 *Rationem de ſingulis, etiam medicis, reddere haud poſſumus, quia earum differentias ignoramus.*

3 *Cognitio omnis humana à ſenſibus vires accipit, atque propterea à poſteriori.*

4 *Voluntatis humanæ cognitio difficillimè aſſequitur. poſt hominis obitum præſertim.*

5 *Voluntas hominum in penetralibus cordis abdita, ſoli Deo cognita.*

Non dæmonibus, num. 7.

Non Angelis num. 8.

Multoque minus hominibus num. 9.

6 *Deus ſcrutator eſt cordium, ac ſecretorum cognitor, nihilque ignorat.*

10 *Cogitationes hominum cum ſint liberæ, naturaliter occultæ ſunt.*

11 *Homo carne ſolutus, homo non eſt, cum ſit diſſolutum compoſitum.*

Agere proinde quæ humana ſunt, haud poterit.

12 *Voluntates hominum teſtamentis exaratæ, poſt quam hinc demigrauere, ſolerti diligentia, ex verbis eorum ſeruandæ.*

13 *Mentem nil dilucidius oſtendit, quam verba, quæ animum aperiunt dicentis.*

14 *Mulier vnum ex tribus, quæ inſaturabilia iudicantur.*

Mulierum enim genus eſt auarum.

15 *Teſtatores, quod minimum eſt, hæredes grauare voluiſſe præſumuntur.*

16 *Verborum proprietati inſiſtendum erit, rectum vt ſit iudicium alienæ voluntatis.*

17 *Panni & pannamenta diſtinguuntur, ſicuti materia, & materiatum.*

18 *Reſponſio vt congrua ſit, factum perpenpendendum, illudque diſtinguendum.*

19 *Materia obligata, vel legata, materiatum, neque obligatum, neque legatum cenſetur. & n. 24.*

Ratio redditur, num. 20.

21 *Specie mutata legatum extinguitur.*

22 *Voluntas mutata videtur, ex mutatione rei, vel ſpeciei.*

23 *Materia, & materiatum diſtinguntur.*

25 *Argento legato, etiam affabre laboratum comprahenditur: Marmore vero legato non item & num. 40.*

Ratioque aſſertur num. 26. & 27.

27 *Metalla ſua potentia, ſuperant ſpecificata ex eis. Quia in priſtinam poſſunt reduci materiam, non ita alia.*

28 *Lana legata, tincta non venit, neque debetur.*

Ra-

Digitized by Google

„ niſi ſpiritus hominis, qui in ipſo eſt? Pau-
„ lus loquitur 1. *ad Corint.* 2. 11. Rationem
redit *Caietan. d. art. 3. in fin.* in reſponſ. ad
„ argumenta Scoti: Quia cogitatio eò, quia
„ volita, ſeu libera, eſt naturaliter occulta,
„ habetque rationem ſuę occultationis li-
„ bertatem imperantis. ſic ille.

11 Poſtquam nempe homo carne per mor-
tem ſolutus fuerit, homo non eſt ampliùs
actu, diſſoluto compoſito, vt neque lo-
qui valeat, neque ſuam amplius vel
proferre, vel aperite voluntatem, mentem-
que; & ſenſum indicare. Ob hanc igitur
12 cauſam, quæ ille, antequam fatis conce-
deret, ſuis demandauit tabulis, ſcriptoque
commiſit, ſi in dubium reuocari contige-
rit, quòd inuoluta verba videantur; men-
tem vt aſſequamur eius, ſenſumque capia-
mus, diligenti, perſpicacique iudicio ver-
ba examinanda erunt, atque ex illis venan-
da deſcribentis teſtatoris mens, & ſenten-
tia. Sic porrò Iuſtinianus Imperator Pe-
tro ſacrorum prætoriorum Præfecto in
nouella 159. *in auth. de reſtitutione fideicō-
miſſi collat. 9. §. nos igitur legis, & teſtamen-
ti.* ſcribit: *Nos igitur legis,* (dicens) *& teſta-
„ menti interpretationem propoſitam non ſola
„ ſententia, ſed lege complecti cognitionis deci-
„ ſionem putauimus oportere: tam vt præſentē
„ quæſtionem decernamus, quàm reliquis aufe-
„ ramus de huiuſmodi contentionem: Vnde ſub-
„ tilius teſtamentum conſiderantes, verbis ip-
„ ſis inuenimus hæredibus demonſtratis filiis
„ alienationem interdictam.* ſic Imperator: Ex
verbis itaque teſtamenti ſubtiliter conſi-
deratis, quid mente teſtator inferre volue-
rit, venari debere iudicantem, Imperator
13 edixit. Neque enim eſt aliud, quod dilu-
cidius mentem indicet proferentis, quàm
verba, quæ animum aperiunt: vt Celſus ex
Tuberonis ſententia reſpondit in *l. labeo
7. §. id Tubero ff. de ſuppellect. legata can. 15.
autem 4. 22. q. 2.*

In verborum igitur examine facti, deci-
ſio erit præſentis conſultationis. Franciſcus
quippè Palumbus anno 1637. ſuis ſupre-
mis tabulis Vergiliæ vxori ſequentibus
legatum dixit:

„ *Item dictus teſtator reliquit vxori ſuæ
„ omnia pannamenta ipſius teſtatoris, & veſtes
„ ſibi factas.*

Vxor, vt latum ſuum faciat patrimo-
nium, omnes pannos, ſiue ex lino, ſiue ex
lana, ſiue ex ſerico, auferre ſibi molitur.
At contrà, qui poſt mortem impuberis fi-
lij, & hæredis, vocati fuere; pannamento-
rum hoc legatum non ita laxum, diſſolu-
tumque eſſe, vt muliebri concupiſcentia
14 vxor contendit, (vnum ex tribus, quæ ſa-
pientis iudicio inſaturabilia iudicantur.
prouerbiorum 30. 15.) vt enim Cicero in-
quit: Mulierum genus eſt auarum. Sed
Auariſſimum dixit Accurſius *in l. Neſe-
mius 46. verbo ex contrario ff. de negot. geſtis.*
Verùm reſtrictum, ſuiſque terminis com-
munitum, ne omnia ſibi mulier acciperet,
nihilq. ſcripto remaneat filio, & hæredi,
ſanctiùs ſe edicere pertentant.

13 Reſpondeatque teſtatorum votis, qui
quòd minimum hæredes grauare præſu-
muntur, ex Pauli ſenſu *in l. Idem Iulianus
41. §. ſeio ex facto ff. de legat. 1.* & Papinianus
*in l. vnum ex familia 69. §. ſi rem delegat. 2.
Rota apud Card. Caualer. decis. 513. num. 6.
Gratianus Forenſ. part. 5. cap. 922. num. 36.
& 37.*

16 Rectum ergo vt ſit iudicium, verborū
inſiſtendū proprietati erit, iuxta Marcelli
ſenſum *in l. non aliter 67. in princip. de legat.
3. l. voluntatis defuncti quæſtio. 7. vbi Gloſſ.
fin. C. de fideicommiſſis.*

17 Diſtinctionem proinde non minimam
perpendimus, inter pannos, & pannamen-
18 ta (quæſito vt reſponſū demus cōgruum;
iuxta Imperatoris dictum *in l. vt reſpon-
ſum congruum 15. C. de tranſact. & l. præte-
bus 8. C. de impuber. & aliis ſubſtitut.*)
vt pannus quidem, veluti materia habea-
tur, pannamenta vero veluti materiatum,
ex panno videlicet confecta in vſum ve-
19 ſtimentorum. Hanc ob cauſam obligata,
vel etiam legata materia, materiatum ne-
que obligatum, neque legatum cenſebi-
tur; vt in proprietate ſtemus ſermonis.
Succurrat tibi Pauli ad rem diſtinctio, ac
ſectio *in l. ſi conuenerit 48. §. ſi quis cauerit
ff. de pignorat. actione.*

„ *Si quis cauerit.* (verba ſunt Pauli) *vt
„ ſylua ſibi pignori eſſet: Nauem ex ea materia
„ factam, non eſſe pignori, Caſſius ait: quia
„ aliud ſit materia, aliud nauis: & ideo nomi-
„ natim in dando pignore adiiciendum eſſe ait.
„ Quæque ex ſylua facta, notaue ſint.* Sic Pau-
lus ex Caſſii ſententia.

Dictique rationem accipe ex *Gloſſ. ibid.
20 verbo aliud nauis:* Nimirum, quia materia
„ cum tranſit in materiatum, deſinit eſſe, &
„ extingitur, & incipit eſſe alia ſpecies. ad-
ſtruit, confirmatque *Gloſſ. ex l. Seia ab hæ-
rede 6. §. item quæro ff. de auro, & argento
legato.* Sequentibus quippe Marcellus rē
hanc omnem firmam efficit: *Item quæro,* (in-
„ quit) *ſi probari poſſit Seiam vniones, & hya-
„ cintos quoſdam in aliam ſpeciem ornamenti,
„ quod poſtea pretioſius fecit, additis aliis gē-
„ mis, & margaritis, conuertiſſe; an hos vniones,
„ & hyacintos petere poſſit, & hæres compella-
„ tur ornamento poſteriori eximere, & præſta-
„ re? Marcellus reſpondit; petere non poſſe.*
21 Rationemque ſubdit: *Neque enim fieri
„ poſſe, vt legatum, vel fideicommiſſum dura-
„ re æſtimetur: cùm id, quod teſtamento daba-
„ tur, in ſua ſpecie non permanſeris, & quod
„ amodo extinctum ſit; vt interim omittam,*
quod

,, *quòd etiam diſſolutione, ac permutatione tali,*
,, *voluntas quoque mutata videatur.* Ita Marcellus.

Non ergo peccato nobis aſcribendum
23 erit, quòd diſtinctionem adhibuerimus
inter materiam, & materiatum, quod &
iuris conſulti fecere. Nec omiſit Magnus
ille inter iuris conſultos Vulpianus *in l. ligni appellatio* 53. *de legat.* 3. dum diſtinguit
,, dicens: *Ligni appellatio nomen generale eſt:*
,, *ſed ſic ſeparatur, vt ſit aliud materia, aliud lignum.* Edixitque luce clarius Pomponius
in l. Seruius reſpondit. 55. *ff. eod. Seruius re-*
24 *ſpondit* (inquiens) *cui omnis materia lega-*
,, *ta ſit, ei nec arcam, nec armarium legatum eſſe.* Rationemque venari licebit ex ſummario *Bart.* ibidem dicentis: *Cui eſt legata*
,, *materia, non eſt legatum materiatum.* Dixeratque antea idem Vulpianus *lib.* 24. *ad Sabinum in l. librorum appellatione* 50. §. *chartis legatis ff. eod. de legat.* 3. ſequunturque idem *Bart. & Bald. aliiq. interpretes in d. l. ſi conuenerit* §. *ſi quis*; ſequiturque noſter Maranta Proauus *in ſpeculo. par.* 2. *princip. q. vnica nu.* 18. *&* 19. *Molina de iuſtit. & iur. tom.* 2. *de contract diſput.* 533. *n.* 6. Hunc eundem ſenſum habuiſſe, procul
,, videtur dubio, Paulus *lib.* 2. *ad Vitellium in l. quæſitum eſt* 76. §. *illud fortaſſis ff. de legat.* 3. dum ſequentibus mentem ſuam inſinuat.

25 *Illud fortaſſis quæſiturus ſit aliquis, cur*
,, *argenti appellatione etiam factum argen-*
,, *tum comprehendatur, cùm ſi marmor lega-*
,, *tum eſt, nihil præter rudem materiam demon-*
,, *ſtratum videri poſſit? Cuius hæc ratio tradi-*
26 *tur: Quippè ea, quæ talis natura ſunt, vt ſa-*
,, *pius in ſua poſſint redigi initia, ea materia*
,, *potentia victa, numquam vires eius effugiãt.*
Sic ille. lucidiorem locum reddit *Gloſſ. verbo Victa. Omnia enim metalla* (dicens)
27 *ſuperant ſua ſpecificata, potentia: quia nullo*
,, *modo extinguuntur ſpecificatione. Lana au-*
,, *tem, & Cypreſſus, ſiue marmor vincuntur*
,, *à ſuis ſpecificatis. cùm ad ſua vltra non re-*
,, *deant initia; & plerumque (vt lana, & Cy-*
,, *preſſus & ſimilia, vt farina) nomen etiam*
,, *perdunt, vel amittunt: metalla autem, ſi ſint*
,, *ſpecificata, ius habent ad rudem maſſam re-*
,, *deundi; nec nomen ſuum perdunt; nam ſi an-*
,, *nulus eſt, non minus aureus vocatur: ſed ve-*
,, *ſtis nunquam lana: ſicut nauis cypreſſi, non*
,, *cypreſſus dicitur.* his Gloſſ. eodemque modo Vlpianus *lib.* 22. *ad Sabinum in l. ſi cui lana* 68. *eod tit. de legat.* 3. Lana legata: om-
28 nem lanam legatam videri, ſiue netam,
ſiue non ita, ſiue ſtamen, ſiue ſubtegmen,
tinctam verò non æque, neque ad telæ formam redactam, vel ex qua veſtimentũ confectum fuerit. rationem reddit *Bart. ibidem*: quia formam mutauit, neque lana
29 amplius dicetur, ſed veſtimentum, vel coopertorium aliud, vti *Gloſſ. ibidem. verbo tomentum* aduertit. comprobatq. idem Paulus *in l. lana legata* 86. *ff. eod. de legat.* 3.
30 apertiſſimis verbis dicens: *Lana legata,*
,, *veſtem, quæ ex ea facta ſit, deberi non placet.*
,, *Sed & materia legata, nauis, armariumque*
,, *ex ea factum non vindicatur. Naue autem le-*
,, *gata diſſoluta, neq. materia, neque nauis debetur.* rationem reddit *Gloſſ. ibid. verbo videtur. Quia eſſe deſinit.* Compoſitum ſcilicet ex materia, & forma.

32 Materia enim nuda potentia eſt, ſed per formam, perficitur, quæ à potentia educi-
33 tur materiæ, à qua & in eſſe, & in fieri pẽdet; & ex vtraque compoſitum efficitur.
34 Forma enim cuique rei perfectionem addit; ſecundum *Ariſt. lib.* 2. *phiſicorum cap.* 3. & ex conſumatione contingit; vt loquitur Caius *in l. ſi is, qui quadringenta* 79. §. *quædam legata ff. ad legem falcidiam*, quia
35 materia per vnionem cum forma perficitur, & in compoſitum tranſit. *Petrus Gregor. Sytaxis artis mirabilis in commentar. lib.* 3. *cap.* 8. *verſ. cauſam formalem. tom.* 1.
36 Diſſoluto proinde compoſito, nihil aliud reſiduum eſt, niſi prima ipſa materia in ſua potentialitate. Non igitur debetur amplius legatum compoſitum, quod non ex-
37 tat, ſed diſſolutum eſt, vt Paulus *lib.* 7. *ad edictum* ex Labeonis, & Sabini ſententia in *l. labeo, & Sabbinus* 14. *ff. de verborum, & rerum ſignificat.* reſpondit: *Veluti* (dicens) *ſi ſcyphi colliſi, aut tabulæ raſa pictura*,

Satis igitur ex his aperta redditur facta diſtinctio inter materiam, & materiatum.
38 Pannamenta ergo, ea iurè videntur, quæ ex panno confecta ſunt: atque materiatum ſignificant, & quaſi terminum concretum, cùm contrà pannus materiam ipſam ſignificet, & quaſi terminum in abſtracto. Hanc ob cauſam proinde ſi leget vir vxori omnem pannum, qui in domo erat; veſtes, ſeu veſtimenta haud contineri exiſtimant noſtrates, ſed rudem materiam panni, quæ in veſtis ſpeciem contecta non
40 ſit. Quemadmodum legato marmore, rudis ipſa materia compræhendetur, vt paulò ante ex Paulo *in l. Quæſitum* 76. §. *illud fortaſſe de legat.* 3. perpendimus. Sequiturque ſatis aptè ad rem *Petrus Pechius de teſtamentis coniugum lib.* 5. *cap.* 29. *num.* 2. quem ſequitur *Menochius de præſumptionib. lib.* 4 *præſumpt.* 161. *num.* 21. *& Barboſa de appellatiua verborum iuris ſignificat. appellat.* 182. *verbo panni. num.* 2.

Ad rem hanc noſtram verò nulla rudis meteria legata fuit, non enim pannos
41 vxori reliquit teſtator, ſed *pannamenta ipſius teſtatoris*, veſtes ſcilicet ipſius, quibus viuens vtebatur, Proficit ad hanc rem
ad-

adſtruendam, quod Vlpianus *lib. 10. de officio proconſulis in l. Diuus Adrianus 6 ff. de bonis damnator.* docet; dum Pannicülariorum
44 „ meminit; *Pannicularia (dicẽs) eſſe ea, quæ in*
„ *cuſtodiam receptus ſecum attulit.* Veſtem, videlicet, non ſanè prætioſam, ſed vilem, vt *Gloſſ. d. l. Diuus in princ. uerbo ex ipſo nomine.* aduertit; adnotatque eruditiſſimus *Antonius Nebriſſenſis in Lexicon iuris ciuilis uerbo Panicularia. & Author. noui lexicon iuris eodem uerbo. Gratianus forenſ. diſceptat. tom. 2. cap. 319. num. 4.* meminitque *Botrius deciſ. 224. n.*
43 9. panniculária vilia indumenta æſtimari, dicens, quæ morti deſtinati ſecum ferunt, ac ſpiculatori debentur. ex *d. l. Diuus.* Ve-
44 ſtes igitur ſuas teſtator vxori reliquit, cùm eidem omnia pannamenta ipſius teſtatoris legauit. Reſtrinxit porrò ſe teſtator ad illa pannamenta dumtaxat, quæ ad perſonam ipſam teſtatoris in indiuiduo ſpectabant, quibus ſcilicet ipſe in humanis agens vtebatur, induebaturque. Comprimit enim
45 dicta pronomen illud (*ipſius*) vt perſonam reſpiciat teſtatoris dũtaxat. quod poſt alios adnotauit *Ripa in l. filius familias §. Diui n. 111. ff. de legat.* 1. ſequiturque *Menoch. de præſumpt. lib. 6. præſumpt. 38. num 32. l. generaliter 9. in fine ff. de offic. præſid. l. vnica. §. ne autẽ hoc. C. de caducis tollen. Surdus conſ. 53. num. 7. & 11. & conſ. 123. num. 17. & 18. vol. 1.* & ſequuta fuit Rota *in Placentina dotis, & antefati 6. Iunij 1614. coram Cardin. Pamphilio deciſ. 619. num. 3 par. 1. tom 2. in recent. Barboſ. de dictionibus dict. 177. num. 2. & ſeq.* & dictum fuit in *Bononien fideicommiſſi de Manzolis 20 Februarij 1615. coram Eminentiſſimo Cardin.*
46 *Caualerio deciſ. 340. num. 2.* pronõmen (vi-
„ delicet) illud (*ipſe*) eſſe perſonaliſſimum,
„ reſtrictiuum, & demonſtratiuum perſonæ
„ nominatæ tantùm, vt reſtringat dicta ad
„ perſonam ipſius teſtatoris. Non alia ergo pannamenta relicta vxori videntur, quàm omnes veſtes teſtatoris, non verò alia pannamentorum genera. Fit hoc perſpicuum ex ſubſequentibus verbis legato adiectis: *Et veſtes ſibi factas.* Vxori vtique, de qua loquebatur, cuique legatum aſcribebat. Innuere porrò voluit teſtator his ſequentibus verbis, ſe præcedentibus per nomen illud pannamenta, (*omnia pannamenta ipſius teſtatoris*) de his vtique exaudiuiſſe veſtibus; ſicuti de vxoris veſtibus loquutus fuit, cum ſubſequenter ſtatim intulit, (*& veſtes ſibi factas.*)

Vt vna pars copulæ (ſubdubia fortaſſis) per alteram declarationem, atque lumen accipiat. ad *tex. in l. 1. ff. de rebus dubijs. Na-*
47 *uar. conſ. vn. num. 11. lib. 5. de apoſtatis. ad tex. in l. quæſitum 12. §. fin ff. de fundo inſtruito, inſtrumentoque legato. Afflict. deciſ. 106. num 7. & 8.* ſequuta fuit Rota *in Romana legatorum 10. Februarij 1585. coram Cardin. Seraphin. deciſ. 261. num. 4 & 5. part. 2. diuerſ.* & ſequitur *Gratian. forenſ. par. 5. d. cap. 922. num 9. & 7.* Pro-
48 ſicitque, & pronomen illud (*ſibi*) quod perſonalitatem denotat. ad *tex. in l. 1. vbi Gloſſ. verbo ſibi C. de præſcript. triginta vel quadraginta annorum. Rota apud S. memor. Greg. XV. deciſ. 516. num. 7. & deciſ. 529. num. 3.* Quemadmodum enim vxori proprias veſtes ſactas reliquit, (perſonæ ſcilicet illius:) ita parique modo pannamenta, veſtes (ſcilicet) perſonæ ipſius teſtatoris, non alia.

Nec alienus ab hac noſtra perpenſione, ſpeculatione ve fuiſſe videtur *Abb. cõſ. 105. num. 3. par. 1.* qui ex *Bart. in d. l. Diuus Adrianus. de bonis damnatorum perpendit.*

49 Legato facto per virum vxori omnium pannorum ſuorum lini, & lanæ; veſtes tãtũ comprehendi reſpondit, quibus indumento vtebatur, nõ eos pannos, quos vendendi cauſa teſtator domi habebat. argumento *tex. in l. pediculis 34. §. item cum quæritur ff. de auro, & argento legato. & l. cum quæritur. 58. §. lana ff. de legat. 3.* ſequiturque *Barboſ. de appellatiua verborum iuris ſignificat. d. appellat. 182. num. 1.* faciunt, quæ habet *Cappella Tholoſana,* & ibidem *Aufrerius deciſ. 388. & 389. Cardin. Tuſcus tom. 5. litera L. concluſ. 121. nu. 2. & 3.* Idem *Bart. in l. veſtimentum num. 1. ff.*
„ *de auro, & argento legato.* dicens: *quòd ſi teſta-*
„ *tor legat vxori pannos lini, & lanæ, quòd veniãt panni lini, & lanæ contexti & capti ad hoc vt inde fiant veſtimenta.* materiatum ſcilicet, nõ materia. & hanc ſententiam poſt *Bart. in d. l. Diuus Adrianus,* ſequitur *Simon de Pretis de interpretat. vltimarum voluntat lib. 4. dubitat. 10. numer. 16. fol. mihi 409.* Legato pannorum omnium lini, & lanę vxori facto, ea contineri, quibus induimur, quamuis quidem pannorum appellatio amplior ſit, quàm veſtis nuncupatio. quia nimirum pannorũ nuncupatione compræhendentur petiæ quoque pannorum lini, lanæque, aptę tamen vt ex eis veſtes fiant, (& ad materiatum redducantur) pro vno anno. quæ ſanè ſatis ad amuſſim ad rem hanc noſtram in præſenti facto ſedent. ſequiturque *Viuius deciſ. 317. nu. 2. lib. 2.*

Neque præterea inſtabis: teſtatorem vxori reliquiſſe omnia pannamenta; compræhendiſſe proinde omne materiatum in pannis; nihilque non compræhenſum di-
50 miſiſſe. ad *tex. in cap. ſolitæ. 6. §. nos autem de maioritat. & obed.* cùm alijs multis, quæ retulimus *reſponſ. noſtra 11. n. 59. & reſponſ. 35. num. 18. par. 1.* atque *reſponſ. 24. num. 1. part. 2.*
51 vt ſingularia quæque incluſerit, nullumq. eorum non incluſum dimiſerit. *can. ſunt nõ nulli 115. & ibidem Gloſſ. verbo ab omni. prima quæſt. 1.*
52 Porrò quidem exaudiuntur verba illa generalia (*omnia*) de omnibus pannamentis ipſius teſtatoris, quibus ipſe dum vita-

lem trahebat auram, atque in humanis age
bat, induebatur. ad *tex. in l. ſed & ſi adijcia-*
tur. 13. *ff pro ſocio. Rota apud S. memor Gregor.*
XV. deciſ. 90. *num.* 14. *& apud Cardin. Caualer.*
53 *deciſ.* 126. *num.* 3. Generalitas quippe illa
(*omnia pannamenta.*) à termino comprimi-
tur reſtrictiuo perſonæ teſtatoris; (*ipſius te-*
ſtatoris.) ex *Baldo in l. pactum, quod dotali nu.*
20. *in fin. C. de collat. Rota apud eund. Gregor.*
XV. deciſ. 114. *n.* 5.

Compræhenditur quippè ex his verbis
quæ nam mens fuerit, quæue pannamen-
ta, quaſque veſtes, vel ſuas, vel vxori factas,
54 relinquebat legato præfato teſtator. Id
enim legatum dicitur, quod ſenſit teſtator:
iuxta Pomponij ſenſum in *l. inter veſtem*
35. *ff. de auro, & argent. legato.* proficitque di-
ſtinctio, qua ipſe met teſtator vſus fuit in-
ter pannamenta ipſius teſtatoris, & veſtes
ſibi factas (vxori videlicet:) quemadmodū
55 Vlpianus *in l. veſtis* 25. *ff. eod.* §. *veſtimenta*
omnia; diſtinctionem adhibet, inter virilia
veſtimenta, puerilia, muliebria, atque co-
munia. Vt virilia ſint, quæ ipſius patris fa-
milias cauſa parata ſunt. Muliebria vero,
quæ matris familias cauſa comparata ſunt.

Duo autem hæc genera reliquit vxori
teſtator. Duo hæc vna habebit, quæ legata,
56 donataque illi fuere: iuxta Modeſtini de-
finitionem in *l. legatum* 37. *ff de legat.* 2. ab
57 hærede tamen ei præſtanda. vt *gloſſ. ibidem*
addit *verbo relicta*; atque Imperator ex vi-
rorum prudentum reſcripto *Inſtitutionib.*
de legat. §. *legatum.* 2. legati finitionem tra-
dens, reſpondit, ſequiturque *Card. Tuſcus d.*
concluſ. 121. *nu* 3. *& ſequent.*

Atq. ita ex his, iudicio ſubiectis emun-
ctiori, reſpondendum cenſuimus &c.

CAROLVS MARANTA I.V.D.
Epiſcopus Iuuenacen.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopo ad Epiſcopatum promoto tota domus Epiſcopata ſit, ſecundum Sanctum Bernardum.*

2 *Collegiata Eccleſia Spiritus Sancti Ciuitatis Iuuenatij eſt ab Epiſcopi iuriſdictione exempta, & Sanctæ Sedi Apoſtolicæ ſubiecta: non tamen in tribus caſibus in Concilio Lugdunen. per Innocentium IV. in cap. 1. de priuileg. in 6. num. . . .*

3 *Priuilegium contra ordinariam iuriſdictionem pugnat, illamque quieſcere facit.*

4 *Priuilegium dicitur priuata lex, detrahitq. à iure Ordinario.*

5 *Iuriſdictione ſine, quod geſtum, nullum eſt, eique proinde non paretur impune. ex-pone num.* 71.

6 *Excommunicatio maxima pænarum eſt, quia animam afficit, & corpus.*

Pro quacumque itaque cauſa, neque pro quocunque etiam mortali inferenda. n. 7.

8 *Excommunicatio nulla erit, ſi pro leui cauſa inferatur.*

9 *Reorum eſt fugere.*

Quod declara. num. 114.

10 *Citatus iniuſtè, comparere non debet, quia citatio illum non arctat, nec ideo peccat nō comparendo.*

Prouerbium muſcas depellere.

11 *Negatiua ex actorum reuolutione probatur.*

12 *Priuilegium derogatorijs clauſulis non vallatum aduerſus alia, potiſſimum in corpore iuris clauſa, haud præualet, etiam ſi in eo, dicatur non obſtante, quod de priuilegio debeat fieri ſpecialis mentio. n.* 13.

Etiam ſi adfuerit clauſula non obſtante quocunq. priuilegio n. 14.

Præſertim ſi primum priuilegium in Concilio generali datum fuerit. n. 15.

Nam ſpecialis derogatio perquiritur. nu. 16.

17 *Conſtitutio Innocentij IV. in Concilio Generali Lugdunen. edita de exemptorum priuilegijs; in tribus caſibus diſponit tamē, quod ſint iuriſdictioni Ordinariorum ſubiecti, & ab illis cognoſci valeant.*

Et fuit à Sacroſancta Tridentina Sinodo innouata: num. 20.

18 *Princeps videtur omnia iura in ſcrinio ſui Pectoris abſtruſa habere.*

19 *Aſſerere, & dicere haud debemus, quæ lex, vel Principes ipſe non aſſeruit, neque dixit.*

Præſertim cum potuit, vt noluiſſe videatur.

20 *Noua priuilegia antiquis minime derogant.*

21 *Decretum Sacri Tridentini Concilii ſeſſ.* 7. *cap.* 14. *de reform. innouat Conſtit. Innocentii IV. in Concilio Lugdunen. in cap.* 1. *de priuileg. in* 6.

22 *Lex noua, quatenus exprimit, veteri derogat, non alias.*

23 *Lex quæ innouat priorem, illam ad vitam reuocare dicitur, & n.* 27.

Et ad coadiuuandum priorem veniſſe dicitur. 24.

Eiquè vt exequutionem tradat.

25 *Lex noua quotenus declarat, etiam præterita, nedum futura reſpicit.*

Quaſi

Quaſi quis ſpicas frumenti excutit.

26 *Declarans nihil noui dat: ſed actum ſignificat.*

28 *Nouale quid? quidue innouare? & n.30.*

29 *Legi in re graui præcipienti contraire, graue facinus eſt.*

31 *Reſtituere in priſtinum, eſt in primum ſtatum rem reponere.*

32 *Lex noua, quatenus ad ius commune nos reuocat, dilatanda.*

33 *Sententia pro Epiſcopo Iuuenacen. contra Præpoſitum, & Canonicos Collegiatæ Eccleſiæ Spiritus Sancti per Sacram Romanam Rotam lata fuit per Dominum Iulium Oradinum Rotæ Auditorem; illos ſubiectos eſſe Epiſcopo in tribus caſibus in Concilio Lugdunen in cap. 1. de priuileg. in 6. decernens.*

Et ſententia in iudicatum tranſiit anno 1568. n. 33.

Et à Sacra Congregatione approbata. nu. 34.

Vnde Epiſcopus ſemper in poſſeſſione fuit, & eſt in tribus præfatis caſibus, etiam à confirmatione Clementis Septimi, quæ pro Epiſcopo eſt. n. 34

35 *Lex iuſto non eſt poſita, ſed peccatoribus.*

36 *Exemptio Collegiatæ Eccleſiæ Spiritus Sancti Iuuenacen. eſt reſtricta ad terminos Conſtitutionis Innocentii IV. in Concilio Lugdunen. in cap. 1. de priuileg. in 6. eaq. ad certa capita redacta per Sacram Congregationem. num. 37. & nu. 45. vbi ratio redditur.*

Libera ergo ad tria capita in dicto Concilio Lugdun. Epiſcopo remanet iuriſdictio. num 38.

Etiam ex declaratione Sacræ Congregationis, num. 40.

Quod & cœco perſpicuum eſt.

39 *Prouerbium cæco perſpicuum eſt.*

41 *Fruſtra per plura fiunt, quæ paucis expleri poſſunt.*

42 *Circuitus vitandus.*

43 *Natura ſuperfluis non abundat.*

44 *Legiſlatores ſuperflui loqui, & nugatoriè, haud æſtimantur.*

Itaque eorum verba perpendenda.

46 *Lex quod ſtatuit, firmum eſſe debet.*

47 *Iuſtitia dat cuique, quod ſuum eſt.*

48 *Genus eſt quid laxum, plura comprehendere aptum.*

49 *Species generi ſemper detrahit, illudque in enumeratis ſpeciebus comprimit.*

In materia potiſſimum odioſa. n. 50.

Et ſpecies enumeratæ generi poſtponuntur. num. 51.

Et gratia dubitationis tollendæ, & demonſtrationis enumerantur n. 52.

53 *Epiſcopus iuris habet aſſiſtentiam in exercitio iuriſdictionis, quo ad omnes, qui in ſua ſunt diœceſi.*

54 *Prouiſio omnis, & gratia odioſa æſtimatur, & propterea reſtringenda.*

55 *Mutanda non ſunt, quæ ſemper certam habuere determinationem.*

56 *Priuilegium ſeruari debet in forma à concedente ſtatuta, & non vltrà progredi.*

Et ſingula eius verba perpendenda. n. 57.

In materia potiſſimum odioſa, & in præiudicium tertij 58.

59 *Priuilegia, quæ clarè, ac liquido in exemptione Bonifacii IX. leguntur, ſeruari Collegiatæ Eccleſiæ Spiritus Sãcti Iuuenacen. mandauit Sacra Congregatio.*

60 *Priuilegia vltra expreſſa diuaricari, temerarium.*

61 *Priuilegia communem legem non faciunt, ſed priuatam.*

62 *Innouatio operatur, vt eaſdem lex innouata admittat qualitates, quas prius habebat.*

63 *Perſonarum acceptio in iudiciis habenda haud erit; æqualiter quippe Deus iudicat omnes.*

64 *Iuſtitiam diligere debent, qui iudicant terram.*

Locus ſapientiæ primo 1. expenditur.

65 *Tex. in cap. 1. de priuil. in 6. in Concil. Lugdunen. diſpoſitio tuetur.*

66 *Priuilegium ſemper firmum habetur, vbi vltra ius commune aliquid operatur.*

In reliquis vero ſecundum ius commune exaudiri debet.

67 *Iudicem, & Poteſtatem nemo timet, qui bonum facit.*

68 *Malum facientes ſibi ipſis timent à poteſtatibus.*

69 *Excommunicatio gladius eſt Eccleſiæ.*

70 *Fundamento ſublato omnia ruunt, quæ ſuper illud ædificata erant.*

71 *Mandatis Iudicis non parens temerè, iuſtè pœna feritur.*

72 *Pœna docente, vt cognoſcat quantum quiſque deliquerit, iuſtum. atque vt metu pœnæ à temeritatis audacia refrenetur. nu. 73.*

Medicam que admittat manum, vt ſanetur. num. 74.

75 *Damna orum lamentationes in inferno ſine fructu pani:entiam agentes.*

67 *Pęnas delicto commenſuratas eſſe oportet.*

77 *Pæna non debent excedere ſuos auctores.*

78 *Pęnarum qui tranſgreditur metas, contra iuſtitiam facit, vnde & peccat.*

79 *Iniuriarum crimen graue, & n. 83.*

Non igitur leue. num. 90.

Perpenditur tex. in cap. fin. de donationib.

80 *Iniuriæ atroces quomodo dicantur.*

Pareſq. exiſtimantur vitæ diſcrimini. n 81.

82 *Chriſtus, Dominus, & magiſter noſter.*

83 *Locus Matthęi 5. 22. expenditur.*

84 *Superbiæ faſtigio nemo adeò tumidus eſſe debet, vt ſenſum contemnat ſuperioris.*

85 *Conuiciator bonum charitatis rumpit, & multis proximum inuoluit incommodis.*

86 *Charitas eſt fidei perfectio.*

88 *Iniuria atrox eſt, cucurbitam aliquem appellare.*

89 *Iniuria grauis, & atrox, & exhæredatione digna eſt, filium genitorem ſuum (ſtultum) appellare.*

91 *Manus violentas in Clericum iniiciens excommunicatione feritur, in can. ſi quis ſuadente.*

92 *Iniuriæ graues capitales pariunt inimicitias.*

93 *Scandalum non leue infert Sacerdos, fratri proximo iniurias inferens.*

94 *Lingua inquietum malum, plena veneno mortifero, ſecundùm Apoſtolum Iacobum.*

95 *Lingua ad quid nobis data?*

96 *Scandalo, qui occaſionem dant, ſunt alteri cauſa ruinæ, ratioque à gloſſa affertur. num 97.*

Et vbi aliqua præceſſerit, vel concurrerit culpa.

Vnde væ eſt, per quem ſcandalum venit. num. 98.

Væ autem damnationem importat æternã. Magnaq. ſupplicia iis, qui ſcandalizauerint, parata ſunt.

99 *Peccatum tanto grauius, quanto qui peccat maior habetur.*

Nam peccatum dignitate perſonæ augetur. num. 100.

Et ſunt velut Reipublicæ latrones, & piratæ.

Quia hinc liberiùs peccandi anſam accipiunt layci. num. 101.

102 *Pręſertim plebeia ingenia, quæ magis exẽplis, quam ratione capiuntur.*

103 *Contumacia graue peccatum, contra obedientiam ſuperiori debitam tendens.*

Eſtq. ſacrilegii crimen.

Et quaſi ariolandi facinus. Et quaſi ſcelus idololatriæ. Et maximum crimen. n. 120.

Atq. dolum arguit. n. 106. in fin.

104 *Locus primi Regum 15. 22. illuſtratur.*

105 *Obedientia victimis præponitur, & quare? ex Sancto Gregorio.*

106 *Inobedientia, & contumacia durius pæna feritur, quam quodcunque crimen.*

107 *Iuriſdictio eluſoria haberetur, ſi contumaces pęna non ferirentur. Actumque eſſet de iuriſdictione, & regimine Eccleſiaſtico, ſi liceret ſubiectis ſuperiorum mandata eludere. nu. 110.*

108 *Contumacia tantò grauior, quanto ex re minima oritur.*

109 *Inobedientia grauiſſimum facinus eſtimatur, ac peſſimi exempli.*

111 *Contumacia quælibet excommunicatione digna Potiſſimum ſi contumacia eſt cauſa proxima excommunicationis.*

112 *Contumax, & priuari beneficiis, & excommunicari poteſt.*

113 *Contumacia dolo æquiperatur.*

Adagium Miſeram meſſem metere, quid dilucidatur etiam ex ſacris litteris.

115 *Inconueniens allegare non eſt ſoluere argumentum.*

116 *Iudicis eſt perſequi reos, ſi reorum eſt fugere.*

117 *Iuſtitiæ partes quæ?*

Iuſtitia licet quandoque prematur, non vſq. tamen opprimitur. Eſt autem iniuſtitiæ priuatio.

118 *Deus non ideo iniuſtus, quòd peccatores nollent damnari.*

119 *Libero arbitrio mali pereunt.*

Iniqui quare fugiant?

131 *Culpa quo maior, grauior exercetur vindicta.*

122 *Excommunicatio pęna eſt facinori contumaciæ correſpondens.*

123 *Contumacia capitali pęna feritur, etiam ex ſacris literis.*

124 *Excommunicatio medicinalis eſt.*

125 *Contraria contrariis curantur.*

126 *Fugientibus frena iniiciuntur, vt teneãtur.*

127 *Stymulum contrà calcitrare durum. Illuſtratur.*

Ada.

128 *Adagium: Inter orci cancros adhærere.*

129 *Epiſcoporũ malo, animæ in tratbara dilabuntur.*

130 *Epiſcopi vigilare debent, & cuſtodire vigilias noctis ſuper gregem ſuum.*

131 *Locus Lucæ 27. illuſtratur ex S. Ambroſio.*

Epiſcopi paſtores ſunt; & etiam Angeli nedũ Epiſcopi ad cuſtediendum gregem Dominus deſtinauit.

132 *Clerici immunitate gaudent Eccleſiaſtica.*

133 *Exempti, ſi in aliquam dederint cẽſuram à iure, poſſunt ab Epiſcopo declarari incidiſſe.*

Et poterit eos Epiſcopus citari facere. n. 134.

135 *Epiſcopi ſoli facultatem habent cognoſcendi, an Eccleſiæ violata immunitas fuerit per extractionem ab ea.*

Et an caſus ſit exceptus à Conſtit. Gregorij XIV.

136 *Extrahere quid.*

137 *Conſtit. Gregor. XIV. etiam attentatem comprehendit ſi per actus proximos attentatum fuerit. n. 142.*

138 *Attentare quid?*

139 *Attentari pudicitia quomodo dicatur?*

140 *Abducere quid?*

141 *Appellare quid?*

143 *Gradus Eccleſiæ, eiuſdem immunitate gaudent.*

Vnde ab eis aliquem extrahens in pęnas dat Conſtitutionis Gregorij XIV. n. 144.

145 *Iudęi quomodo Chriſtum occiderunt?*

Locus Pſalmi 63. verſ. 4. Exacuerunt, vt gladium linguas ſuas, ex S. Auguſtino. perpenditur.

145 *Conſtitutio Gregorij omnes comprehendit actiones, quibus immunitas violatur.*

Siue extrahendo, ſiue capiendo, ſiue carcerando.

Et vnaquęque earum actionum ſufficit. nu. 148.

Multoq. magis ſi omnes vna ſimul coierint. num. 149.

147 *Pronomen quidquam ſatis laxum eſt, & omnia comprehendit.*

150 *Deciſio affertur per literas Sacræ Congatiogationis.*

ARGVMENTVM.

Priuilegium exemptionis non comprehendit diſpoſitionem Conſtitutionis Innocentii IV. in Concilio Generali Lugdunen. edita, in cap. 1. de priuileg. in 6. redacta, & à Sacro Concilio Trident. ſeſſ. 7. cap. 14. de reformat. innouata, niſi ei fuerit ſpecialiter derogatũ. Iniuria quæ atrox dicatur? Et num poſſit pro contumacia quis excommunicari? Et an per gradus Eccleſiæ aliquem pertrahens, eumquè in Eccleſia ipſa carcerans, violare Eccleſiaſticam immunitatem dicatur, vt in cenſuras, pœnaſque à Conſtitutione Gregorij XIV. innouatas, dediſſe videatur? Et quid in exemptum, an poſſit illum Epiſcopus Ordinarius denunciare?

RESPONSIO LXXVIII.

PRæpoſitus collegiatę Eccleſię Spiritus Sancti in Ciuitatę Iuuenacen. cùm ob graues iniurias in publica platea multis aſtantibus in perſonã cuiuſdam ex nobilibus dictæ Ciuitatis, neque abſque graui ſcandalo, obiectas, vnde vir ille nobilis iniuriis laceſsitus pileum, quo caput tegebat, in faciem iniecit Præpoſiti, atque proinde, cum in Canonem dediſſet ſi quis ſuadente diabolo, 17. *quæſt.* 4. fuit ab Epiſcopali Curia Iuuenacen. Legitimè citatus, atque excommunicatus denunciatus, & publicatus. Fuit proinde Præpoſitus citatus per dictam Epiſcopalem Curiam ad informandum, &c. Sub pœna librarum, &c. Et in iuris ſubſidium excommunicationis. Quia verò non comparuit, & in contumacia perſtitit; contra eum proceſsit Curia ad pœnam, mandato exequutiuo; neque reperto in quo exequutio fieret; in

in iuris ſubſidium fuit excommnnicationis
fune ligatus. Atque cedulonibus affixis, etiã
ad valuas dictæ Collegiatc Eccleſiæ; ille
vna cum alio Clerico eius germano, & Ca-
nonico dictæ Collegiatæ (nam iuxta illud
1 Diui Bernardi; Tota domus Epiſcopata fit,
aliquo ad Epiſcopatum promoto:) cedulo-
nes affixos in iuriſdictionis Epiſcopi vilipẽ-
dium, & defixiſſent, & laceraſſent; Epiſco-
pus informatione inſtituta, ac conſtito de
crimine, vtrumque excommunicatione in
nexum declarat. Illi ad Sacram Congrega-
tionem rem deducunt: Atque contra Epi-
ſcopum quærelas non minimas habent;
Cùm, quòd abſque iuriſdictione proceſſe-
rit; Tùm, quòd (fac iuriſdictionem habue-
rit) non tamen iure proceſſit pro re leui, &
obprætenſam contumaciam excommuni-
cationis vinculum innectendo. Non ſubſi-
ſtere proinde, quod fecit.
2 Adſtruunt primum: quippe Collegiata
prædicta cum Præpoſito, & ſex Canonicis
fuit erecta anno 1397. per quondam Pauo-
nem Epiſcopum Tropien, Fœlicis Memo-
riæ Bonifacij Papæ Noni familiarem, atque
exempta in omnibus à iuriſdictione Epiſco
pi Iuuenacen, & vni Sanctæ Sedi Apoſtoli-
cæ ſubiecta, vt ex priuilegio dicti Bonifacij
Noni, etiam per Clementem Papam Septi-
3 mum confirmato. Priuilegium vero, cùm
contra ordinariam poteſtatem pugnet; vt
illa omnino cõquieſcat, operatur. Eſt quip-
4 pe priuilegium priuata lex, quia veteres
(*priua*) dixerunt, quæ nos ſingula dicimus,
vt *Aulus Gellius noctium atticarum lib.*10. *cap.*
20. nos docet; detrahit propterea à iure or-
dinario, *can. priuilegia, vbi gloſ. diſt.*3. *Decius
in l. omnibus cauſis*, 68. *num.*5 *ff. de regul. iur.
Octauius Glorit reſponſ.*11. *num.*31. *&* 32. Non
igitur potuit Epiſcopns contra Præpoſitum,
eiuſquè Canonicos ab eius iuriſdictione
exemptos, procedere iuriſdictione carens.
5 Caſſum ergo quicquid ab eo geſtum, actũ-
què fuit. Impunè itaque eius mandatis nõ
paruere, *cap.* 2. *in fin. de conſtitutionib. in* 6. Pau
lus iurecconſultus in *l fin. ff. de iuriſd omn. iu-
dic. Caietan.* 2. 2. *quæſt.* 88. *art.* 12. *Nauarr. Man.
cap.* 12. *num.* 71. *verſ.* 2. *quia habens, & conſ* 77.
quæritur 1. *num.* 2 *lib.* 3 *de regnlarib.*
6 Neque ab aſtruendo ſecundũ, deficiũnt:
Excommunicatio nempe pœnarum om-
nium maxima eſt, vtputa quæ animam af-
ficiat, nedum corpus; à communione ho-
minem remouens aliorum fidelium, *can cor
ripiantur*, 19. 24. *quæſt.* 3. *Sacr Trident Concil.
ſeſſ.* 25. *cap.* 3, *de reform Gloſ. in cap. dilecto filio:*
6. *in fin. verbo ſibi met. de ſentent. excommuni-
cat. in* 6.
7 Non itaque pro quacunque cauſa; neq;
etiam pro quocunque mortali peccato in-
ferenda, ſecundum *gloſ. in can. de viduis*, 42.
verbo laqueum, *in fin.* 27. *quæſt. prima. can. duo
ſunt*, 10. §. *Beatus etiam Ambroſius, vbi gloſ. ver
bo videbatur*, 96. *diſtinct. gloſſ. d. can. corripiantur
verbo maior.* 24. *q.* 3.
8 Erit proinde nulla excommunicatio ſi
pro leui re, neque peccaminoſa inferatur,
Auila de cenſur. par. 1. *dub.* 9. *fol. mihi* 11.
9 Reorum autem eſſe à iudicio fugere,
can. Chriſtianis, 12. *in fin.* 11. *quæſt* 1. *l. properan
dum*, 11. §. *ſin autem reus C. de iudic.* iuxta etiã
illud Cain *Geneſ.* 4. 14. Ero vagus, & profu-
gus in terra,
Graue ergo peccatum non fuit, ſi cita-
tus Præpoſitus comparere renuit; cum po-
tiſſimũ eſſet à iuriſdictione exemptus Epi-
10 ſcopi. Quàm ob cauſam iniuſtè citatus, cõ-
parere haud debuit; quòd illum arctare
minime potuerit, ſecundum *text in cap. bo-
næ*, 36. §. *fin. in fin. vbi gloſ. fin. verbo nec prædi-
cta, de elect extrà Nauar. conſ.* 77. *quæritur pri-
mo num.* 2. *ad tertiam quæſtionem lib.* 3. *de regu-
larib* Quinimò nec peccauit. Fuit ergo iniu-
ſta, quin magis nulla excommnnicatio. In
irritum proinde reuocanda
Verùm quidquid ipſi afferant (vt muſcas
depellamus argumentorũ, veteri prouerbio
vt fertur, quæ, & ſi crebrius abigantur, re-
dedeũt tamen.) Vnde ob id in hieroglyphi-
cis (muſca improbitatem, & impudentiam
ſignat.) Neutrum horum contrà Epiſcopũ
facit.
Non ſanè primum. Quia, licèt profecto
fuerit erecta Collegiata pręfata per dictum
Epiſcopum Pauonium exempta ab Ordi-
narij Epiſcopi Iuuenacen iuriſdictione, il-
laquè priuilegio munita per Bonifacium
Nonum fœlicis memoriæ, atque Sanctæ
Sedis Apoſtolicæ iuriſdictioni ſubiecta; nul
lis tamen derogatoris clauſulis fuit priuile-
gium ipſum, atque exemptio firmata, vt ex
priuilegij ipſius reuolutione patet, qua ap-
primè cuiuſque rei negatiuatiua probatur,
ex *gloſſ* recepta *prima, in fin. in l. iuſtum*; 6. *C.
de edendo, Bart. in l. fin. C. de reb. credit. nos reſ-
ponſ.* 13. *n.* 24. *p.* 2.
12 Non potuit itaque aduerſus alia priuile-
gia (in corpore iuris inſerta potiſſimum, &
in Concilio Generali decreta) abſque de-
rogatione ſpecifica præualere, & inſurgere,
ad text. in in l. 3. *C. de ſilentiarijs lib.* 12. *cap.* 1. *de
conſtitut. in* 6. *gloſ in l.* 2. §. *legatis, verbo non
compelluntur ff. de iudicijs*, *text. in cap.* 1. *cum
ſua materia, vbi gloſſ. fin. circa med. verſ. ſuper
priuilegijs, ita dicas, de reſcript. cap. veniens*, 19 §.
non obſtante, *de præſcr pt. cap. ex parte tua* 3.
de cappell. monachor. Alba Mandellinus conſ.
164. *num.* 8. *Præpoſit. in d. can. priuilegia, num.* 3.
diſt. 3. *per glo. notab. in l. hæres abſens*, 19. *in prin.
verbo excuſatur. ff. de iudiciis*, ibi: ſed per legẽ
indulto. *Garſias de benefic. part.* 3. *cap.* 2. *num.*
72. *Bald. in cap ſicut Romana, num.* 21. *&* 23. *de
reſcript.* ſubdens, *non ſat eſſe per perſonæ memo-
riam fieri, niſi priuilegij quoque meminerit con-
cedens,*

Google

ſedens,eiquè deroget; ſaltim implicitè. Afflict.in Conſt Regni ea,quæ ad decus,tit.quod nullus præ latus,Comes,vel Baro, num. 33.& ſeq. Gregorius à Cabedo deciſ.Luſitan.86. num.2. & ſequ. p.2.Rota apud Dominum Coccinum Decanum deciſ.279.num.6. Alioquin poteſt dari de defectu voluntatis in concedente, *vt ibid.* ſequiturque *Vinc.de Franch. deciſ.722. num.12. & deciſ.192.num.2.vbi nu.3.* extendit,etiam ſi in ſecundo priuilegio dicatur: Non ob-
14 ſtante; etiam quòd adeſſet clauſula, (*Non obſtante quocunque priuilegio*) *Anton.Gabriel. tit.de regul.iur.concluſ.9.in fi.Brunus de ceſſion. bonor.in 11.quæſt.4.quæſt.princip.num.6.tom.3. part 2.tract.Viſcont.in annot.ad d.deciſ.de Franch.192.num.2.& 3.verſ.& quid ſi in priuilegio?* plura ad rem congeſſit, *Iacob.Anton.de Mauro alleg.16.num 11.12.& ſeq.Martin.Laudenſ. de priuileg.quæſt.40.& 87.vol.18.tract.Carolus Tap.in l.fin.ff.de Conſtit. Princip. part.2.cap.9. num.135.Rota in Placentina decimarum 18.Februarii 1630. coram Durano Epiſcopo Vrgellen. deciſ.350.num.19.par.5 diuerſorum*; quæ eſt in impreſſis apud ipſum *deciſ.238.num.31.Cabed.d.deciſ.86.nu 3.part.2.* *Sanchez de matrim. lib.3.diſput.26. num.7. Ferdinand.à Caſtro Palao tom.1.tract.3.de priuileg. diſput.4. punct.21. §.4.num.6.*

15 Quæ planè locum,quam maximè ſibi facient, ſi primum priuilegium in Concilio aliquo Generali decretum fuerit,vt fuit illud,de quo ad præſens controuerſia agitur,in Concilio Generali Lugdunen.Summo Pontifice Innocentio Quarto,quod re dactum inſpicitur in *cap.1. veniens, de priuil. in 6.*

16 Vt non ſufficiat generalis derogatio, niſi ſpecialis quoque accedat; atque de ipſo Cõciliari decreto peculiatim meminerit,ei derogando; vt poſt alios, quos refert ſequitur *Barboſa in collect ad Trident. Concil. ſeſſ.prima in decreto de inchoando Concilio,num.2. ex Cotta,Rebuff.Guttier. Ricc. Henriq.Zerol.* Flores de *Mena, Gratian.Rodriq.Azor.Reginal.et aliis, & Nos reſponſ.2.n.3.p.1.* ex doctrina *gloſſ.*recep *ta in auth. qua in prouincia. C. vbi de crim. agi oport. verbo illic omni priuilegio, verſ.* dic ergo ceſſare priuilegia indulta per Principem viuentem; ſed non indulta per legem redactam in corpore iuris,& *ibid.Bart.num.1 Paul.Caſtrenſ.in l.prima,ff.de legib.cap.non nulli 28.de reſcript.Alba Mandell.conſ.794.num 6. Angel.Stephan.Garronus in obſeruation.ad Conſtit. Mediol.lib.4.tit.13.de immun.& iure,12 liberorum,col.6.in fin.fol.81. verſ.dicamus modo aliqna.Sanchez, & Fernand. à Caſtro,* vbi ſupra.

17 Præſertim verò quod Conſtitutio præfata in Concilio Lugdunen. fuit rogata, declarando priuilegia exemptionum à iuriſdictione Ordinariorum; vt illa quidem firma ſemper permaneant in reliquis; Nihilo-
" minus tamen ratione delicti, ſiue contra-
" ctus,aut rei,de qua inter ipſos agitur(exem
" pti videlicet) ritè poſſint coram locorum
" ordinarijs cõueniri:& illi quo ad hoc ſuam
" in ipſis iuriſdictionem (prout ius exigit)
" exercere.

Hanc proinde ob cauſam priuilegium Collegiatæ huic Spiritus Sancti per Bonifacium Nonum indultum,exaudietur,in terminis ipſis exemptionis ſtrictum, ſeruata diſpoſitione dicti Concilij Lugdunen., cui (quamuis de eo notitiam haberet Summus
18 ille Pontifex; cùm aliàs omnia iura in pectoris ſui ſcrinio recondita Princeps habere dicatur, *l.omnium, 19 C.de teſtame.gloſ.in d.cap.veniens, 16.§.non obſtante,verbo nullam, in fin.de præſcript.cap.1.in princ.de conſtitut.in 6.*)derogare tamen noluit: Vt remaneret illius facultas ſarctatecta Ordinario Iuuena-
19 cen. Vt dedeceat propterea non minimi nos aſſerere,quæ Sũmus Pontifex,& legiſlator dicere noluit,cũ tamẽ potuiſſet; Et in eo erat dicere; vt noluiſſe omnimodo videatur,cũ minimè dixerit,*c.2.§.ſed neq; illud,vnde ſi circa de trãslationẽ,de tranſlat.Epiſc.c.2.§. non obſtante,* ibi,cũm nuſquã inueniatur cautum in iure,*ne ſede vacant.can.conſuluiſti,2.q. 4.d.cap.veniens,19.§.non obſtante 16.* cùm de ipſis nullã fecerit mentionẽ, *de præſcript. l ſi ſeruum,70.§ prætor ait,ibi;* Nõ dixit prętor,*ff. acquir. hæred. l. item apud Labeonem, 15.§.ait prætor,verſ hoc edictum,ff.de iniur. l. diſſidentis, 5.C.de repud.Nauar.conſ 6.num.11.lib.3.de donat.Sanch.de matrim.tom.2, lib 6.diſput.36 ſub num.2.Card.Tuſc.tom.2.litt.D.concluſ.517.nu. 30.31.& 32.gloſ notab in cap.per exemptionem 9.verbo alij eius Clerici de priuileg.in 6.*dicens:
" *Quòd ſtrictè ſunt verba priuelegiorum exemp-*
" *tionis,vt ſonant;& quia non repetit de conuerſis,*
" *& oblatis,vt ſupra in primo reſponſo,quod ſi vo*
" *luiſſet intelligi, exprexiſſet, ſupra de decimis, ad*
" *audientiam.*Sic Gloſſ.

20 Potiſſimum verò, quod noua priuilegia antiquis minimè derogent,neque eis quicquam detrahant, ni dictum hoc ſpeciatim fuerit.ſecundum *Bart in l.fin. nu.2. C de præpoſit.agentium in rebus lib. 12.* vbi rationem ſubnectens:Quoniam,(inquit,)non debent operari diminutionem,inducta ad augumẽtum.ſequitur *Menoch.conſ 83 num. 114. vol. 1.Octauius Gloritius reſponſ. 1. part. 1. num. 159.* Et ad partis præterea ſupplicationem proceſſit, gratiam elargiendo Summus Pontifex ſuo familiari, non ex ſua ſimplici voluntate, vt ex ipſomet patet priuilegio, vt ex ſuprà citatis Doctoribus.

21 Nec infirmiorem lapidem ad iura firmanda Ordinarij Iuuenacen, addit; quòd Conſtitutio præfata in Concilio Lugdunẽ, per Innocentium IV. promulgata,à Sacroſancta Tridentina Synodo, in Spiritu Sancto

ćto legitimè congregata, vti admodum Ec-
cleſiaſtico regimini proficua, innouata fuit,
atque, vt intacta ſeruetur, per eam manife-
ſtiſſimè iniunctum, *ſeſſ.7.cap.14.de reformat.*
ſequentibus nempè loquitur Sacroſancta
Synodus.
„ *In exemptorum cauſis Conſtitutio Innocentii*
„ *Quarti quæ incipit volentes, in* Generali *Conci-*
„ *lio Lugdunen. edita, ſeruetur: quam eadem Sa-*
„ *croſancta Synodus innouādā cenſuit, & innouat.*
„ Addendo prætereà in fine clauſulas de-
„ rogatorias *Priuilegiis,* ſcilicet, *exemptionibus,*
„ *conſeruatorum deputationibus, & eorum inhibi-*
„ *tionibus aduerſus præmiſſa, nequaquam valitu-*
ris. Ob hanc itaque cauſam (nec ſanè leuē,
quin multo magis firmam, & ſtabilem)
quamuis alias per Bonifacij Noni priuile-
gium præfatum Collegiatæ conceſſum, eſ-
ſet in ſpecie derogatum Conſtitutioni
dicti Innocentii IV. in Concilio Generali
Lugdunen.; nihilominus tamen per nouiſ-
ſimū hoc decretū Cōc. Trid. quo innouata
fuit Conſtitutio pręfata Innocentij in dicto
Generali Cōcilio Lugdunen. edita, cū clau
ſulis præfatis derogatoriis (*quorumcunque*
priuilegiorum, & exemptionum, &c.) eſſet
præfato quoque prilegio detractum, illud-
què ad terminos Conſtitutionis præfatæ In
nocentij IV. in dicto *c.1. volentes, de priuileg.*
in 6. compreſſum, atq; denuo reuocatum. Eſt
nempè decretum præfatum Concilij Tri-
dentini lex noua; quæ ſicuti, quatenus ex-
primit, derogat veteri, & non alias, *ad text.*
in l. præcipimus, 32. C de appellat. Nauarr. conſ.
24. An Clerici num.1. lib 5. de priuil Sayr. deciſ.
26. in fin. de priuileg. lib.5. Rota in Romana pe-
cuniaria 18. *Aprilis 1616. coram Buratto deciſ.*
23 *167. num.3.* Ita parique ratione, quatenus
exprimit (vt in facto hoc exprimit) deroga-
bit priuilegio præfato exemptionis, illud-
què ad terminos dictæ Conſtitutionis In-
nocentii IV. comprimet, atque, retinebit,
iterumquè vocabit, *Nauar. in man. cap.4. nu.*
7. in fin. verſ per quæ verba, & conſ.92. num.2.
in fin. lib.5. de ſimon. Rota apud Buratt. *d. deciſ.*
167. *num.3. & 4.* Ad coadunandum quippè
24 ius illud antiquum Conſtitutionis Inno-
centij IV. lex ipſa noua Sacri Tridentini
Concilij superuenit; & vt eidem omnimo-
dam traderet exequutionem, eique in om-
nibus ſua protectione adſtaret, vt ad amuſ-
ſim in poſterum ſeruaretur, iuxta notata per
Rotam apud *Creſcent. deciſ. 387. aliàs 6. num.*
20. *de iurepatronat.*
25 Quia profectò lex noua, etiam præterita,
nedum futura reſpicit, atque quid actum
iàm fuerat, detegit; quaſi qui ſpicas excutiat
frumenti, vnde grana proſiliant, nihil vti-
que noui ipſe facit, ſed actum detegit; vt
perbellè ad rem Caius loquitur Iurecon-
ſultus *in l. adeo, 7 §. cum quis ex aliena materia,*
ff. de acquir. rer. domin. Cum enim grana, quæ
ſpicis continentur (inquiens) perfectam
habeant ſuam ſpeciem, qui excutit ſpicas,
non nouam ſpeciem facit, ſed eam, quæ eſt
detegit, *& text. in l. hæres palàm, 21. §.1. ff. de*
teſtam. Ex ratione, quam Vlpianus ibi affert,
26 ad interpellationem: An poſſit declarare
quiſpiam, quod obſcurum erat in teſtamē-
to iam confecto? Poſſe reſpondit: *Nihil*
enim nunc dat (aiens) *ſed actum ſignificat,* ſe-
quiturquè doctiſſimus *Fernand. Vaſq. Illuſtr.*
controuerſ. lib.1. cap.44. num 2. Magon. deciſ. Lu
cenſ. 88. num. 22. Octauian Glorit. conſ.7. num.25.
& ſequ.
27 Neque imperpenſum dimittendum,
quòd Sacrum Concilium Tridentinum
Conſtitutionem præfatam Innocentij IV.
innouauit, atque veterē quaſi rem, iterum
nouam fecit, ad vitæquè nouitatem retra-
xit, ad *text. in l. ſylua cedua, 30. §. noualis, vbi*
28 *gloſſ.* quatenus enucleans quid ſit terra no-
ualis? Id eſt (inquit) nouiter apta ad colen-
dum, *& ibid. Rebuff ff. de verbor. ſignificat. ſe-*
quitur Magon. deciſ. Florentin. 1. num. 18. No-
uam igitur fecit legem illam, eam innouan-
do Sacrum Concilium.
29 Seruanda propterea, vt illud præcipit, ne-
que ei auſu temerario obluctandum, quod
graue facinus eſſet, *ad text in cap. nam concu-*
piſcentiam, 4. vbi ſcribent de Conſtitutionibus.
Quia lex præcipiendo loquitur, & de mate-
ria graui agit. *Nauarr. man. cap.23. num.48.*
Card. Tolet. lib.8. inſtruct. Sacerd. cap.19. num.1.
& cap.20. num.2. S. Thom. 1.2. quæſt.96. art.4.
cap.1. de conſt. in 6. cap. fin. ibi. cuius tranſgreſ-
ſio periculum ſalutis inducit, *de conſuetud.*
nos reſponſ. 7. n.3. p.1.
30 Ob id nempè illam innouandam (nouam
ſcilicet faciendam) Sacroſancta Trjdenti-
na Synodus duxit, vt ſi quatenus vetuſtate
abijſſet, in vitę nouitatem deueniret iterum,
atque rediuiua reſurgeret, in priſtinumquè
ſtatum reponeretur, ac reſtitueretur, *ad text.*
in l. reſtituere 35. & reſtituere 75. vbi optimè
Alciat ff. de verbor. ſignif. gloſſ. in cap. auditis, 3.
verbo contrà reliquam, de reſtitut. in integrum
l. prima, C. de ſenten. paſſis. gloſſ. in cap. quamuis,
6 §. fin. verbo cùm talis, de reſcript. in 6. Nauarr.
man. cap. 17. num.43. Oddus de reſtit. in integr.
part. 1. quæſt. 1. art.4. nu.34. Rota in Barchino-
nen. penſionis 16. Ianuarij 1612, coram Caualer.
apud Marcheſan. part. 1. fol. 623. deciſ. 26.
ſub num. 3. queſt. 180. in impreſſis per eum
nu.3. & ſequuta fuit *Rota in Mediolanen Cur-*
ſus aquarum coram Sanctiſſim. Clem.8. deciſ. 702
num.7. part.1. diuerſ. paulo poſt referenda.
31 Lex autem noua, quatenus ad ius com-
munè nos reuocat, dilatanda magis, quàm
comprimenda, quia de facili ad ſuam natu-
ram res vnaqueque reuertitur, vt *gloſſ.*
notabilis docet *in c. ſtatutum, 3. verbo numerā-*
dum, verſ. Item per hanc reditur, de præbend. in
6. Felinus in cap. cum acceſſiſſent, 8. num.5. verſ.
hanc

hanc declarationem, & num.6. de conſtitutionibus. Vbi plenè pluraquè cumulat. ſequitur *Euerard.conſ.200.num.18.*

32 Quibus porrò accedit, quòd introducta cauſa per appellationem à ſententia Vicarij Archiepiſcopi Baren. ex commiſſione Sāctiſſimi D.Pij Papæ V. ſupplicāte Epiſcopo Iuuenacen. in S. Romana Rota; ſeruatis ſeruandis, audititiſque partibus, fuit demum per Dominum Iulium Oradinum tunc Rotæ Decanum, pro Domino Epiſcopo contrà Præpoſitum, & Canonicos Collegiatæ Eccleſiæ præfatæ ſententia lata, qua dictum fuit, decretum, atque ſententiatum: Reuocata ſententia Vicarij Archiepiſcopi Baren. pro Præpoſito, & Canonicis priùs lata, vti nulla, & iniuſta: *Præpoſitum, Ca-*
„ *nonicos, & alias perſonas Eccleſiaſticas dictæ*
„ *Collegiatæ Eccleſiæ Sancti Spiritus, correptioni,*
„ *iuriſdictioni prædicti R. D. Epiſcopi Iuuenacen,*
„ *tunc, & pro tempore exiſtentis ſubiacuiſſe, &*
„ *ſubiacere, quo ad tres caſus expreſſos in Conſtitu-*
„ *tione Innocentij Quarti in Concilio Generali*
„ *Lugdunen. relato in cap. 1. de priuil. lib.6. decreta-*
„ *lium, illoſquè in prædictis priuilegijs, pro parte*
„ *dicti Præpoſiti, & Canonicorum productis, mini-*
„ *me comprehendi; ac de, & ſuper illis nullum vn-*
„ *quam ius præfato Præpoſito competiſſe, aut com*
„ *petere de iure. Et proinde dictum Dominum Epi-*
„ *ſcopum in poſſeſſione, vel quaſi ſuam iuriſdictionē*
„ *exercendi ordinariam in dictos Præpoſitum, Ca-*
„ *nonicos, & alios Clericos dictæ Collegiatæ Eccle-*
„ *ſiæ. Ipſumquè R. D. Epiſcopum in dictis tribus*
„ *caſibus manutenendum fore, & manutenemus;*
„ *mandatumquè de manutenendo deſuper neceſſa-*
„ *rium, & opportunum decernendum fore, & eſſe,*
„ *ac decernimus.*

33 Et ſententia in iudicatum tranſacta, condemnato Prępoſito in expenſis, eiſquè taxatis, fuit demum anno 1568. relaxatum mādatū executiuum, & de manutenendo, illudq. exequutioni datū, ſolutis etiā expēſis.

34 Hinc porrò eſt prædeceſſores Epiſcopos, & ipſum quoque modernum Epiſcopum, ſemper in poſſeſſione fuiſſe, & eſſe ordinariæ iuriſdictionis in dictos Præpoſitum, & Canonicos, & Clericos Collegiatæ Eccleſię prædictæ in prædictis tribus caſibus in dicta Conſtitutione Innocentij IV. in dicto Generali Concilio Lugdunen. edita in *dicto cap. 1. de priuileg. in 6.* à Sacro Tridentino Concilio innouata, etiam ab ipſo initio conceſſi priuilegij præfati, & ab erectione præfatæ Collegiatæ, atque patet ex confirmatione Clement. Papæ Septimi, de qua admodum gloriantur Præpoſitus, & Canonici; quæ, & ipſa, pro Epiſcopo eſt in tribus præfatis caſibus. Quoniam hæc confirmatio, quæ ex eodem fonte proceſſit, nil noui priori priuilegio addidit, vt perpendit Rota apud Sanctiſſimum Aldobrandinum Clementem VIII. *d. deciſ. 702. num. 5. & 6. part. 1. diuerſor.*

Quinimò cùm Præpoſitus, & Canonici in eorū dura ceruice perſiſtentes ad Sacrā Congregationem Sacri Trident. Concilij Interpretum, atque negotijs Epiſcoporum præpoſitā; vt iugum ordinariæ iuriſdictionis Epiſcopi excuterent, eiſque ſuo modo viuere liceret, & non ſecundum Deum, ſed
35 ſecundum carnem. *Quia lex iuſto non eſt po-*
„ *ſita ſed iniuſtis, & non ſubditis, impijs & pec-*
„ *catoribus, ſceleratis, & contaminatis, patri-*
„ *cidis, & matricidis, homicidis, & fornicarijs, ma-*
„ *ſculorū cōcubitoribus, plagiarijs, mendacibus, pe-*
„ *iuris, & ſi quid aliud ſanæ doctrina aduerſatur.*
vt Paulus loquitur Apoſtolus, 1. *ad Timoth.* 1.9.) recurſum habuiſſent, & per Epiſcopum producta fuiſſet præfata diffinitiua ſententia Rotalis; fuit per dictam Sacram Congregationem tunc viuenti Præpoſito reſcriptum per litteras, vt ſequitur.

Al R. Sig Il Prepoſito della Collegiata dello
„ *Spirito Santo. Reuer. Sig. Monſignor Veſcouo hà*
„ *fatto preſentare à queſti miei Signori Ill. alcune*
„ *ſcritture, & in ſpecie vna ſentenza dalla Rota*
„ *promulgata di Luglio 1568. per la quale appari-*
36 *ſce la voſtra eſſentione eſſere riſtretta à i termini*
„ *della Conſtitutione d'Innocentio IV. publicata*
„ *nel Concilio Lugdunenſe, e ridotta poi nel cap. 1.*
„ *de priuileg. lib.6. Et ancorche ſi creda non habiate*
„ *per dire per contro; Nondimeno le Signorie loro*
„ *Illuſtriſſime hanno voluto, che io ve n'auertiſca*
„ *prima di fare in ciò l'vltima reſolutione, affinche*
„ *pottiate auiſare, e mandare quà s'haurete ſcritture*
„ *riuelanti contro detta ſentenza per potere poi ri-*
„ *ſoluere, e terminare quel che ſarà conueniente.*
„ *Non maneate per tanto di ſpedire preſto la riſ-*
„ *poſta, certificandoui, che non s'aſpettarà più di*
„ *vn meſe dopò la preſentatione di queſta mia. Et*
„ *il Siguore vi guardi. Da Roma li 2. Giugno*
„ *1593.*

Al piacer voſtro.

Il Cardinale Aleſſandrino, &c.

37 Propter hanc proinde cauſam poſt longas dilationes, anno demum 1602. ac poſt multa Sacra Congregatio prædicta perpenſis hinc inde deductis, atque non leui conſideratione habita ad dictam Rotalem ſententiam; ſuper ſequentibus capitibus exēptionem Præpoſito, & Canonicis Collegiatæ præfatæ obſeruandam fore decreuit: datis litteris ad Epiſcopum Iuuenacen. tunc temporis, videlicet.

„ *Illuſtre, e molto Reuerendo Signore come fra-*
„ *tello. Eſſendo ſtata diſcuſſa la differenza, che ſo-*
„ *pra molti capi vertena trà V.S. & il Prepoſto di*
„ *coteſta Collegatata dello Spirito Santo, atteſa l'eſ*
„ *ſentione per la Bolla di Papa Bonifacio IX. Et*
„ *eſſendoſi anco hauuto in conſideratione la ſenten-*

,, *za data dalla Rota ſopra li trè caſi eſpreſſi nel ca-*
,, *pit 1. de priuileg in 6. e ſtato riſoluto da queſta*
,, *Sacra Congregatione che li Preti, & altri Cleri-*
,, *ci, che ſeruono alla Collegiata non ſiano obligati*
,, *venire alla Cathedrale nelle feſte ſolenne, nè aſ-*
,, *ſiſtere con le cotte alla Meſſa, nè al Veſpero, nean*
,, *co quando ella celebra Pontificalmente nella Ca-*
,, *thedrale, ò in altre Chieſe.*
,, *2 Et che non ſiano manco obligati nella vigilia*
,, *dell' Aſſuntione della Madonna venire proceſſio-*
,, *nalmente con e gli altri Preti delle Capelle, ò*
,, *Chieſe Parochiali per cantare dopò il Veſpero nel*
,, *la medema Catedrale l'officio della Madonna.*
,, *3 Nè meno ſiano obligati andare alle proceſſio-*
,, *ni, che ſi fanno dal Capitolo della Cathedrale, nè*
,, *col medeſimo Capitolo à quelle eſſequie, e ſepul-*
,, *ture, alle quali ſiano chiamati.*
,, *4 Nè ſi habbiano da aſtenere nella loro Chieſa*
,, *Collegiata, mentre V.S. Celebra nella ſua Cathe-*
,, *drale, ò in alra Chieſa ò ſi predichi.*
,, *5 Nè meno ella poſsa prohibire, che li Gabellieri*
,, *non diano le franchizie ſolite darſi alle perſone*
,, *Eccleſiaſtiche in coteſta Città.*
,, *6 E che non poſſino macinare, e creſcerè l'olio*
,, *nato nelle loro poſseſſioni ſenza licenza in ſcritto*
,, *di V.S. o del ſuo Vicario, quando ella ciò prohibi-*
,, *ſcà à li altri Preti della ſua Dioceſi.*
,, *7 E chi neanco ſiano obligati ad alcuno ſuſſidio*
,, *caritatiuo ſolito à darſi nell'ingreſſo de' Veſconi.*
,, *8 Dichiarando in oltre, che ſia lecito alli medeſi-*
,, *mi Preti, e Clerici della Collegiata di ſepellire*
,, *nella loro Chieſa, quelli che vi ſi eligono la ſepul-*
,, *tura, ſenza interuento del Capitolo della Cathe-*
,, *drale, purche ci interuenga il Parocho.*
,, *9 Che poſſa ancora ciaſcuno di loro vſcir fuori*
,, *del territorio ſenza licenza di V.S. nè del Vicario,*
,, *ſenza pregiuditio però della reſidenza, alla quale*
,, *ſono obligati.*
,, *Et hanno rimeſso queſti miei Illuſtriſſimi Si-*
,, *gnori alla Congregatione del Concilio il punto*
,, *della viſita, e reſpettiuamente là correttione del-*
,, *la medeſima Chieſa perſone, e beni di quella.*
,, *Onde V.S. ſi contentarà di fare oſſeruare que-*
,, *ſta riſolutione, e che li Preti, e Clerici della ſudet*
,, *ta Collegiata non ſiano moleſtati, nè trauagliati*
,, *nelle coſe, nelle quali ſi dichiara con la preſente,*
,, *che ella non vi poſſa mettere le mani. E così eſe-*
,, *quirà, e Dio la contenti. Di Roma li 3. di Decem-*
,, *bre 1602.*

Voſtro come fatello.

Il Cardinale di Fiorenza.

36 Nulli ergo in dùbium reuocari amplius
poteſt, ex ſuprà enarratis capitibus, in qui-
bùs exemptionem ſeruare debet Collegia-
tæ præfatæ Epiſcopus Iuuenacen. liberam
illi remanere, ac remanſiſſe ſemper facul-
tatem in tribus caſibus exceptis in Conſti-
tutione Innocentij IV. in Generali Conci-
lio Lugdunen. promulgata, redacta in *d.*
cap. 1 de priuileg. in 6. & à Sacro Triden. Con
cil. innouata.
39 Quin vel cœco id perſpicuum fit, iuxta
Homericum illud.
Hanc etiam cæcus metam diſcerneret hoſpes,
Et illud Ariſtophanis in Plauto,
Qui ſcis ita eſſe? ſcilicet hoc cæcus videat.
Et illud Platonis in Sophiſta, *Qui fieri po-*
teſt, vt hoc non appareat, (quẽadmodum prouer-
bio dicitur.) vel cæco?
40 Declarationem quippe præfatam in enu
meratis capitibus fecere Purpurati Patres,
habita conſideratione ad ſententiam Ro-
talem, ita nempè ipſi: *Et eſſendoſi ancora hauu*
,, *to in conſideratione la ſentenza data dalla Rota*
,, *ſopra li trè capi eſpreſſi nel capitolo primo, de*
,, *priuileg. in 6.*
Non itaque fruſtraneè verba præfata pro
lata, & exemptionis capita enumerata fuiſ-
ſe exiſtimandum erit. Quando ſat aliàs fuiſ-
ſet, ſi pauciſſimis verbis expreſſiſſent: ſentẽ-
tiam Rotalem nullo pacto Epiſcopo ſuffra-
41 gari debere. Fruſtra equidem pluribus ex-
perimur, quæ paucioribus abſoluere poſſu-
mus, ſecundùm Philoſoph. & ſequitur *gloſ.*
in clement. 1. in princip. verbo vnigenitum, in fin.
& in § fin. verbo Sanctorum, in fin. de ſumm. Tri
nit. & fide catholica, quam ſequitur *Nauar. de*
orat. & horis Canon. cap. 18. num. 19. facit text.
in l. cùm fundus, 31. §. ſeruum tuum imprudens,
42 *ff. ſi certum petat.* ſecundum intellectum eo-
rum, qui dicunt ex illo *text.* circuitum vita-
ri debere. Neque enim abundat natura in
43 ſuperfluis, ſecundum eundem Philoſoph.
quem ſequitur *Nenizan. in ſylua nuptiali lib.*
3. num. 63 in fin.
44 Neque æſtimandum erit nugatoriè, at-
que ludibrio tantos Patres in rè ſeriò geſta,
loquutos fuiſſe, vt aduertit, neque ab rè,
gloſ. in d. clement prima, verbo vnigenitum, fa-
ciuntquè verba Imperatoris Iuſtiniani, *in l.*
cum in adoptiuis, 10. §. cum enim tanta fragili-
tas, ibi, ludibrio defraudari, *C. de adoptionib.*
45 Neque id planè potuiſſent; cum ſarcta
tecta eſſent iura Epiſcopi in tribus caſibus
in dicta Conſtitutione Innocentij Quarti
in Generali Concilio Lugdunen. edita, at-
que in corpore iuris inſerta in *d. cap. 1. de*
priuileg. in 6. & à Sacroſancta Tridentina Sy
nodo innouata.
46 Propterea porrò, vt iuriſdictionem Epi-
ſcopi firmam redderent in tribus ipſis ca-
ſibus, quibus per priuilegium Bonifacij Pa-
pæ

pæ IX. derogatum minime quidquam
fuerat;atque ſecundum iuſtiam,cuiq.quod
47 ſuum eſt redderent,*ad tex.in l.iuſtitia,10.ff.
de iuſt.& iur.can.ius naturale, diſt. prima.cap.
ex ore,17 in princ. de priuileg.* atque Chriſto
ſedem pararet,vt S.Bernardus *ſer. 3. de ad-*
„ *uentu Domini littera I.* loquitur. *Quis in vo-*
„ *bis eſt*(inquiens) *fratres, qui deſiderat in ani-*
„ *ma ſua ſedem parare Chriſto? Ecce quæ nam il-*
„ *li ſerica.quæ tapetia,quot puluina oporteat præ*
„ *parari.Iuſtitia,(inquit) & iudicium præpara-*
„ *tio ſedis eius. Iuſtitia virtus eſt, quod ſuum eſt*
„ *vnicuique tribuens. Tribue ergo tribus quæ ſua*
„ *sũt.Redde ſuperiori,redde inferiori,redde æqua-*
„ *li,cuique quod debes, & digne celebras aduentũ*
„ *Chriſti,paras ei in iuſtitia ſedem ſuam.* ſic Ber-
nardus. Neque Collegiatæ quoq. Eccleſiæ
quicquam detraherent;peculiaria capita
enumerauere,quibus firma eorum exemp
tio permaneret. Nè in generali exemptio-
nis præſuppoſito (at erroneè,quin non te-
48 mere) perſiſterent ampliùs;neque in ipſo
genere,quod laxum quid ex ſe ſemper eſt,
& plura comprehendere aptum, ſecundũ
Philoſ. *ad tex in l.omnes,3. ubi Angel. C.de*
præſcript.30.uel 40.annorum,l.ſi duo,52.in fin.
ff.de adminiſtr tut.nos reſponſ.7.num.8.& 10.
part. 2. Tres quoque caſus in dicta Conſti-
tutione Innocentij IV. ab exemptione ex-
tractos, includerent,comprehenderentue,
verba illa addidere:*Et eſſẽdoſi anco hauuto in*
conſideratione la ſentenza dalla Rota ſopra li
*trè capi eſpreſſi nel cap.1.de priuileg.in 6.*Cum
49 alioqui ſpecierum enumeratio generi sẽ-
per detrahat; illudquè in enumeratis ſpe-
ciebus comprimat, iuxta regulam Ariſto-
telicam; atque à ſacris canonibus probatã
in regul. generi per ſpeciem derogatur, 34.
de regul.iur.in 6. l. in toto iure generi,81 ff.de
regul.iur.l ſtipulationes cõmodiſſimum,53. & l.
ſeq ff.de uerborum oblig facit tex.in l.ſed ſi adij-
ciatur,13 ff pro ſocio,Bald.in d.cap.ſicut Roma-
na,num.2. & num. 11. & ſeq.de reſcript.plenè
Cagnol in d.l.in toto, & ibid. Dec. Abb.in cap.
ſedes,15.num.12.ad fin & ibid. Decius nu.44.
de reſcript.Io.Azor inſtit.moral.part.2. lib.3.c.
46. uerſ. dicitur conſtituimus, Rota apud Card.
Caualer.deciſ.124.num.3. Iacobus Thomingius
deciſ.Lipſien.22.num.14.Ioannes Cæphal. conſ.
734.num.2.& nu.10.uol.5. Octauius Gloritius
d.reſponſ.11.num.31.
50 Potiſſimum verò in materia odioſa (vt
iſthæc eſt) contra abſolutam Epiſcopi in
ſua Diœceſi iuriſdictionẽ, quò ad omnes,
qui in illa ſunt,& contra iuris diſpoſitionẽ
in d. cap.1.de priuil. in 6.ad regul. quæ à iure
communi exorbitant,28*.de regul.iur.in 6.&*
regul.in generali,81.eod. Decius in cap.1.de re-
ſcript.col.5.num.33.34.35.& 36.Benedict.Ca-
pra regul.102,priuilegia principium,n.16. Cæ-
phal.d.conſ.734.nu.23.
51 Et vbi ſpecierum enumeratio poſtpoſi-
ta eſt generi (vt in facto hoc noſtro) ſecũ-
dùm *Bald.d.cap.ſicut Romana,nu. 16. Cagnol.*
d.l.in toto,num.8.Glorit.d.reſponſ. 11.n.31.
52 Vel vbi ſpecies cauſa dubitationis tollẽ-
dæ, & demonſtrandi eas ſpecificè, ac nu-
meratim exprimuntur, vt hic geſtum fuit;
vt adnotat *Decius d.l.in toto,num 16. & in c.*
ſedes,num.46.& ſequent. & Abb.ibid.d.nu.12.
Cæphal d.conſ.734.n.11.
53 Cùm porro alias iuris habeat aſſiſtentiã
Epiſcopus ad eum manutenendum in ſuæ
iuriſdictionis exercitio quò ad omnes, qui
in ſua ſunt Diœceſi,*cap.conquerente, 18. ex-*
trà de offic. ordin. cap. cum Epiſcopus,7.eod.tit.
lib.6.c.cum perſona,7. de priuil.in 6.nos reſpõſ.
8.nu.1.& ſeq.par.2.Rota in Baren. Iuriſdictio-
nis 16 Februarij 1609.coram Domino Coccino
Decano deciſ.448.n.1.& 2.
54 Vnde prouiſio omnis,& gratia,cum per
eam præiudicium fiat Ordinarijs, odioſa
æſtimatur,*cap.quamuis 4. vbi gloſſ de præbẽd.*
in 6.cap.1.§.1.& cap.2. de fil presbyteror.eod.
lib.Euerard.conſ.59.num.7. atque propterea
comprimenda.*vt ibid.*
Iure igitur meritiſſimo fecere Purpura-
ti Patres ad ſedandas hinc inde exortas cõ-
trouerſias; Cùm perpenſa præfata Rotali
ſententia pro Epiſcopi iuriſdictione ad iu-
ris præſcriptum; peculiaria enumerauere
capita dumtaxat,quibus Collegiatæ Eccle
ſiæ exemptio ſeruaretur, vt non ſit proin-
de inani cauillatione quicquam ampliùs
innouandum, aduerſus Epiſcopi iure ſoli-
dam iuriſdictionem.
55 Minime namque ſunt mutanda,quæ in-
terpretationem certam ſemper habuerunt
vt Paulus loquitur in *l.minime,22. ff de leg.*
*argum.tex.in can.conſuluiſti,2.q.4.ibi,*ſuperſti-
tioſa adinuentione non eſt præſumen-
dum,ſecundùm verba Stephani Papæ ibid.
Euerard.conſ.30.n.27.
56 Cùm præſertim, ſecundum formam,
qua Princeps priuilegium concedens, vti-
tur,ſeruari illud debeat, nec vltrà proten-
di, iuxta diſpoſita per Alexandrum Ter-
tium Ambianenſi Epiſcopo ſcribentem *in*
„ *cap.porrò,7.de priuileg.* Quod totum(*inquit*
„ *tem*) ex inſpectione priuilegiorum cerne-
„ re potes;& ſecundum quod inueneris, ità
„ obſerues. Sic enim eos volumus priuile-
„ giorum ſuorum ſeruare tenorem, quod
„ eorum metas tranſgredi minime videan-
„ tur. His Summ.Pontifex,vbi *gloſ. verbo te-*
„ *norem:* Et ità (*ait*) priuilegium in ſua for-
„ ma tantum ſeruari debet, & non vltrà ex-
„ tendi,aliàs priuilegium non defendetur in
„ alijs, ita *gloſ Bernar.* & ſequuta fuit Rota
apud Card.Mant deciſ.82.num.5.Cæphal. conſ.
704.num.12.vol 5.Gloritius d.reſponſ.11.num.
8.Bald.in cap.licet,nu.1.in 3.notab. de tranſlat.
57 *Epiſc.* dicens: quòd priuilegium in ſingu-
„ lis verbis eſt ponderandum, ac ſtrictè in-

,, terpretandum ; & ſi quis malè intelligit
,, verba priuilegij,imputet ſibi ipſi: & ſi cæ-
,, citas ignorantiæ concurrat ſecum ; quia
,, opiniones falſæ in iure non excuſant, vt
,, hic,& notatur per Ioan.Monach.*in cap.cupientes,§.denique, de elect. lib. 6.* ſic Bald. & eum ſequitur Rota apud *Card.Mantic.deciſ. 163.n.2.*

58 Quod potiſſimum locum habebit in materia odioſa, & quæ in præiudicium tẽdat tertij, vt iſthęc noſtra, quæ Ordinarii in præiudicium dimicat,ad *tex.in cap.olim,16. de verbor.ſignific extrà, & cap.ſi canonici,2.de offic.ordin.in 6.Benedict.Capra d. regula 102. n.15.Glorit.d.reſponſ.11.n.36.& 37.*

59 Hinc planè eſt,quod eadem Sacra Congregatio anno 1601.Epiſcopo Iuuenacen. ſcribens : priuilegia Collegiatæ Eccleſiæ præfatæ ſeruati præcepit, quæ clarè, ac liquidò expreſſa in Bonifacii IX. priuilegio reperiuntur, neque verbum vllum de derogatione Conſtitionis præfatæ Innocentii IV. adiecit; vt quę ſciret, derogationem nullam in pręfato priuilegio Bonifacii apparere. Ità nempe illi in litteris ad eundem Epiſcopum datis.

A Monſignor Veſcouo di Giouazo.

,, *Molto R. Sig. come fratello. Si ſono eſſaminati*
,, *in Congregatione da queſti miei Illuſtriſſimi Si-*
,, *gnori li priuilegij del Prepoſto, e Capitolo della*
,, *Chieſa Collegiata di Santo Spirito di coteſta*
,, *Città,e ſi è riſoluto,che à loro ſiano intieramente*
,, *oſſeruate,e mantenute quelle eſſentioni,immuni-*
,, *nità, e preeminenze, che ſono chiaramente eſ-*
,, *preſſe ne i ſudetti loro priuilegi di Papa Boniſa-*
,, *cio IX. confirmati poi da Clemente VII. V.S.*
,, *dunque ſi contentarà oſſeruare da per sè ſteſſa,*
,, *e fare oſſeruare da altri queſt'ordine delle Si-*
,, *gnorie loro Illuſtriſſime, e prouedere in modo,*
,, *che non ſi dia altra occaſione al Prepoſto, nè al*
,, *Capitolo di hauere à ricorrere di nuouo per tal*
,, *cauſa alla Congregatione. Da Roma li 3.di Lu-*
,, *glio 1601. Di V.S. come fratello. Il Cardinal*
,, *di Fiorenza.*

Et dixit poſtmodum in litteris anni
,, 1602.ſuprà relatis in fin.*Onde V.S. ſi conten-*
,, *tarà* (ſequens) *di fare oſſeruare queſta riſolu-*
,, *tione;e che li Preti,e Clerici della ſudetta Colle-*
,, *giata non ſiano moleſtati,e trauagliati nelle co-*
,, *ſe,nelle quali ſi dichiara con la preſente,che ella*
,, *non vi poſſa mettere le mani.*

Sicuti nempè,nullo pacto conceſſis priuilegijs,& exemptionibus, atque immunitatibus, quæ expreſsè, clarèque in priuilegio præfato Bonifacij IX.exprimuntur,derogari præcepit Sacra Congregatio : Ità planè neque vltra,quàm illud eis concedit, quidquam ampliùs indulgere Collegiatæ prædictæ voluit; neq;ab Ordinarij iuriſdictione quicquam detrahere.

60 Nouerant quippè Purpurati Patres; temerarium eſſe,priuilegia vltra expreſſa diuaricari,ſecundum *tex.in cap.ſanè,9.* iuxta intellectum omnium,& materiam ibi tra-
,, ctatam, *de priuileg. extra.* Quia (*gloſſ. verbo*
,, *temerarium* ibidem ſubnectit) priuilegia
61 communem legem non faciunt. facit *tex. in cap.conſtitutus 11.6.quia verò, de conceſſion. præbend.* quatenus habet præbendarum conceſſionem ad conſequentiam trahendam minime eſſe, nè huius occaſione canonicis ſanctionibus fraudem fieri contingat.*tex.cum ſua gloſ.in l.quod conſtitutum, 22. ff de milit.teſtam.*) quatenus habet (*ſecundum Aphricanum Iureconſultum*) priuilegium militibus datum teſtamentum conficiendi, etiam intra annum poſt miſſionem ; valere (quantum ad verba) ad eos dumtaxat, qui mitti ſolent,non verò ad eos, qui ſine miſſione militare deſinunt. ſequitur *Bald. in cap.eam te,num.18.verſ.de vno opponitur,de reſcript.Carol.Tappia d.l fin.de conſtit. princ.d. cap.9.par.2.num.132.Minadous conſ.3.nu.14. Cabed.d deciſ 86.n 8.in fin.*

Firmam ergo eſſe Conſtitutionem Innocentij Papæ IV. in Conciiio Lugdunen. editam,Epiſcopo in tribus caſibus aduerſus quoſcunque exemptos cognoſcendi,neque illam in aliquo deturbari,pariter voluerunt. Potiſſimum vero poſt innouationem Conſtitutionis præfactæ à Sacro
62 Tridentino Concilio factam,quæ ſanè innouatio operatur,vt eaſdem admittat qualitates,& conditiones Ordinarii iuriſdictio poſt Bonifacii IX. priuilegium, quas prius per dictam Innocentii IV. Conſtitutionẽ habebat,*ad tex.in l. ſi mihi, & Titio, 110.§.1. ff.de verb.oblig.Alex.conſ.30.num.6.lib. 1.* ſequiturque *Magon.d.deciſ.Florent.prima,num. 19. Rota apud Burattum d. deciſ. 167. num. 4. Rota in Mediolanen Curſus aquarum coram S. memor.Clem.VIII.Aldobrandino d. deciſ 702. num.7.verſ.non obſtat pariter.* vbi dicit : per dictam innouationem etiam priuilegia cũ clauſulis derogatoriis ad terminos iuris cõmunis reuocata fuiſſe.

Si nempè voluere ex conceſſione priuilegii Bonifacii IX.firmas eſſe exemptiones manifeſtis verbis Præpoſito, & Canonicis Collegiatæ Eccleſiæ datas. Cur non(quæſo te) pariter eadem voluntate inclinati fuere, vt firma permaneret Ordinario Iuuenacen.conceſſio per conſtitutionẽ Innocentii IV. in Concilio Lugdunen. Generali editam,de tribus caſibus aduerſus quoſcumque exemptos ordinaria iuriſdictione cognoſcendi ? Cùm potiſſimum Conſtitutioni præfatæ per priuilegium Bonifacii IX. derogatum minime fuiſſet;quod in ſpecie fieri debebat, vt in ſuperioribus diximus, & locum habet in exemptione quan-

quantumuis lata, & expanſa, vt ſequuta
fuit Rota in præfata deciſione coram Al-
dobrandino 702.*num.1. & 3.* & in alia *Ba-
rin iuriſdictionis 20. Maij 1603. coram Veroſ-
pio apud Marcheſan. tom. 1. deciſ. 52. num. 3.
verſ. nec releuat fol.* 1009. Quo ſanè loco ita
quoque Sacram Congregationem Con-
cilii firmaſſe, refert.

63 At in iudiciis perſonarum acceptio ha-
benda minime erit, *regul. in iudiciis, 12. de
,, regul. iur. in 6.* Non enim ſubtrahit perſo-
,, nam cuiuſquam Deus; nec verebitur ma-
,, gnitudinem cujuſquam: quoniam puſillũ,
,, & magnum ipſe fecit; & æqualiter illi cu-
,, ra eſt de omnibus: vt ſpiritus loquitur Sã-
,, ctus per Salomonem *Sapient. 6. 8.* Ita planè,
,, & qui Dei loco iudicant terram, quorum
,, eſt iuſtitiam diligere. *Diligite iuſtitiam, qui
64 qui iudicatis terram* Dominus loquitur
,, *Sapient. primo 1.* Quamuis enim iuſtitia ſit
,, omnibus diligenda (*Dionyſ. Carth. ibid. lo-
,, quitur*) præcipuè tamen his, qui præſident
,, aliis, quibus ex officio incumbit terram, id
,, eſt ſubditos ſuos in terra morantes, iudica-
,, re. Nec enim digni ſunt alios iudicare, aut
,, in ſolio iudicii reſidere, niſi qui iuſti ſunt,
,, & prudentes; cùm iudicare ſit actus iuſti-
,, tiæ. *Hæc Dionyſ.*

Iuſtitiæ verò eſt cuique tribuere, quod
ſuum eſt, vt ſuprà tetigimus. Seruare pro-
inde vnicuique iuſtitiam, ſuumque ius,
voluere ampliſsimi Patres omnibus per-
penſis, in enumerando pecularia exem-
ptionis capita, quę Præpoſito cuſtodi-
rentur.

Non inſtabis propterea: priuilegii Bo-
nifacii IX. exemptiones irritas reddi, ſi In-
nocentii IV. Conſtitutio de tribus caſibus
cognoſcendi, etiam aduerſus exemptos
quoſcunque, Ordinariis indulta, firma, ſta-
biliſquè ſuucnacen. Ordinario perma-
nebit.

65 Cùm, quod lex fuit Generalis in Gene-
rali Concilio Lugdunen. promulgata, di-
cta Innocentii IV. Cõſtitutio, & id ipſum
ſibi Summus ille Pontifex (alioqui doctiſ-
ſimus) oppoſuit: At ſatis oppoſitioni fecit:
ſufficere reſpondendo; ſi in reliquis, vltra
caſus præfatos tres, (delicti, contractus, aut
rei ſitæ) ſint à iuriſdictione exempti Ordi-
nariorum, vt in §. *nunquid ergo, d. cap. 1.* aper
tiſsimis verbis legitur; & ſequuta fuit *Rota
d. deciſ. 702. nu. 3.* Contenti ſint igitur ipſius
ſummi Mundi Monarchiæ reſponſione,
ac declaratione.

66 Tum, quod firmum ſemper priuilegiũ
habetur, ſi vltra ius commune aliquid
operetur: vt proinde in reliquis ſecundum
ius commune exaudiri illud oporteat, cum
de tertii præiudicio (Ordinarii videlicet)
agatur. *gloſ. prima in l. 2. C. de noxalib. actio-
nib. vbi Salicet. Decius in cap. 1. num. 29. verſ.
ſatis eſt enim de priuileg. extrà*, quem ſequi-
tur *Nauarrus in man. cap. 12. num. 79. verſ.
illud autem*, notat *Abb. in cap. certificari 11.
num. 9. in fin. verſ nam ſatis eſt, idem Decius in
d. cap. 1. num. 38. de reſcript. Cæphal. d. conſ.
764. num. 13. vol. 5.* Sufficere proinde debe-
bit Prępoſito, & Canonicis Collegiatæ Ec-
cleſiæ Spiritus Sancti, quòd in reliquis
omnibus (etiam in litteris Sacræ Congre-
gationis expreſsis) ſint ab Ordinarii iuriſ-
dictione exempti; in ſolis tribus caſibus
iuxta Conſtitutionem pręfatam Innocen-
tii IV. ab illo cognoſcendi, atque ſi deli-
querint conſtringendi. Quid enim præiu-
dicii ipſis infertur, qui ſub Epiſcopi iuriſ-
dictione orti ſunt, & ab illo ad ſacros, om-
neſque alios promoti ordines, ſi poſt aſce-
titium, accidentariumque priuilegium,
ſub illius perſeuerent paterna iuriſdictio-
ne, & ne in deteriora dilabantur, (in tribus
illis caſibus) ſubiiciantur? Verùm bonum
faciant, & habebunt laudem ex eo, iuxta
Apoſtolum Doctorem gentium, *ad Roman.*
13. 5. Monentis: *Vis autem non timere pote-
,, ſtatem? Bonum fac, & habebis laudem ex illa.
68 Dei enim miniſter eſt tibi in bonum. Si autem
,, malum feceris time: non enim ſine cauſa gla-
,, dium portat. Dei .n. miniſter eſt, vindex in irã ei
,, qui malum agit. Ideo neceſſitate ſubditi eſtote,
,, non ſolum propter iram, ſed etiam propter con-
,, ſcientiam.* His Apoſt. Sanctus.

,, *Vbi Carthuſ.* non ſolum propter iram (in-
quit) hoc eſt timore pœnæ; ſed etiam pro-
,, pter conſcientiam, mundam habendam;
,, id eſt amore iuſtitiæ, nè habeas remor-
,, ſum conſcientiæ, ſi inuiti obedieritis. Vn-
,, de alio loco dicit Apoſtol. ad Coloſſen. 3.
,, Non ad oculum ſeruientes, ſed ſicut Do-
,, mino. Non enim ſine cauſa gladium por-
,, tat. Poteſtas ſecularis portat gladium ma-
,, terialem, Eccleſiaſtica ſpiritualem. *Sic ille.*
69 excommunicationis videlicet, *in tex. cap.
dilecto, 6. de ſent. excommun. cap. cum inter, 5. in
fin. de conſuetud. can. inter hæc 6 in fin. 33. q. 2.
tex. Sacr. Trid. Conc ſeſſ. 25. cap. 3. in princ. de
reform. nos reſponſ. 21. n. 117 par. 2.*

Ruunt propterea in lapſum quęcunque
pro ſe firma ſatis putauit Præpoſitus ad
Epiſcopi infrigendam iuriſdictionem,
propter indultum ſibi a Bonifacio IX.
exemptionis priuilegium, vt exiſtimauit;
iniuſte, nulliterq; illum aduerſus eum pro-
ceſsiſſe, acclamando.

70 Sublato quippe fundamẽto, omnia cor-
ruunt, quę ſupra illud extructa fuerant,
*can. cùm Paulus, 26. prima q. prima, argum.
tex. in l. egi tecum, 26. in fin. princ. de except. rei
iudicatæ*, ex verbis Aphricani, ibi, *Cum aliter
,, ſuperior pars iure habere non poſſit, quàm ſi in-
,, ferior, quoque iure habeatur. Bald. in cap 1. §.
Mar-*

Marchio,num.8.de his,qui feudum dare poſ-
ſunt in vſib.feudor.
71 Temerè ergo, & iniquè Epiſcopi man-
datis non paruit, argum. ipſius met *tex. in*
cap.2.in fin.de conſt.in 6.& d. l. fin. ff. de iu-
riſd. omnium iudic. à contrario ſumpto. Si
enim abſque iuriſdictione ius dicenti, non
paretur impunè. Impunis haud ergo eſſe
debebit, qui iuſtè, atque cum iuriſdictione
præcipienti iudici non paret. Cuius enim
„ præceptis obediret, ſi latorem legis igno-
ret? (*Caſſiodorus* loquitur *lib.de anima, cap.*
17.non longe ab initio,) Graditur ſine via, re
ſpicit ſine lumine, cogitat ſine ſapore, cur-
rit veloci greſſu, nec reperit, quò venire
diſpoſuit. *Sic ille.*
Iuſtè itaque, nec ſane iniquè fuit cenſu-
72 ris innexus; vt pęna docente cognoſceret
quantum excelleritiuxta Innocentii Ter-
tii verba *in cap. niſi ſpecialis ille dilectionis*
63 *3.de officio legati*. Metuquè pęnæ ab hu-
iuſmodi temeritatis audacia refrenaretur,
iuxta Clementis V. verba *in clem. unica, de*
conſanguinit. & affinit. Atque ad cor rediēs
74 a pertuicacia ſe retraheret, medicamq; ad-
mitteret manum, vt ſanaretur, *ad tex. in*
cap cum medicinalis primo, de ſent. excomm.
in 6.& ſpiritu ſaluus fieret in die Domini
noſtri Ieſu Chriſti; vt Apoſtolus loquitur
1.ad Corinth. 5.5.
Vt quid porrò in præceps per deuia, &
vitiorum abrupta ibunt, atque vias ambu-
labunt difficiles, & in via iniquitatis, &
perditionis laxabuntur? Audiant (quæſo)
illos in inferno loquentes, qui per deuia
quondam vitiorum errauerunt. *Sapient.*
„ 5.6. Ergo errauimus à via veritatis, (ge-
„ mentes inquientes) & iuſtitiæ lumen non
„ luxit nobis, & Sol intelligentiæ non eſt
„ ortus nobis. Laſſati ſumus in via iniquita-
„ tis, & perditionis, & ambulauimus vias dif-
„ ficiles, viam autem Domini ignorauimus.
Sic illi, pęnitentiam, ſed fruſtra in inferno
agentes, & præ anguſtia ſpiritus gemen-
tes, *ibid.num. 3.*
Reuocent proinde gradum, ſuperaſquè
euadere ad auras contendant, quamuis
hoc opus, hic labor ſit. Sed magnam habe-
bunt remunerationem, ad quam reſpicere
debebunt, vt Moyſes, ſecundum Apoſto-
lum Paulum *ad Hebræos*, 11.26.
Nec obſtabit ſecunda oppoſitio, quòd
leue fuerit crimen ab ipſo admiſſum, vt
nec debuerit quidem tanta feriri pęna,
76 quanta excommunicatio eſt; pęnaſquè
oporteat commenſurari delicto, *l. ſanci-*
mus, 22. C. de pæn. cap. quæſiuit, 2. in fin. de
his, quæ fiunt à maior.part.capit. Vbi Cęle-
ſtinus III. ſequentibus præcipit: *Nec pæna*
„ (inquiens) *ſit vlterius protrabenda, quàm*
„ *delictum fuerit in excedente repertum*, vbi
gloſ. verbo deliquerit, carmina refert, ·ſ
77 „ *Auctores proprios ſua crimina iure tene-*
bunt,
„ *Pluſquàm peccatur, non vltra pæna tra-*
batur.
Maranta proauus *conſ.* 18. *num.* 12. *nos re-*
78 *ponſ.43.num.73. par. 2.* Alioquin contrà
iuſtitiam facit, & peccar, quòd pęnarum
transgreditur metas. *S.Th.* 2.2.*q.* 56. *art.* 4.
„ iuxta illud *Apocalypſ.* 18.7. Quantum glo-
„ rificauit ſe, & in delicijs fuit, tantùm date
„ illi tormentum, & luctus.
Cùm, quòd crimen non ita leue fuit, vt
ipſe (ſatis erroneè) Præpoſitus exiſtimat.
Tùm, quòd non pro crimine cenſuris in-
nexus fuit, ſed propter contumaciam;
quòd iuſtè citatus, parere Iudicis mandatis
contumaciter renuit, neque coram eo ſi-
ſtere ſe curauit.
79 Et planè, quòd leue non ita iniuriarum
hoc crimen ſit, (vt perperam ipſe putat Pręe-
poſitus) perpendendum eſt; quòd ita reuo-
catur donatio ſi impias quis manus in do-
nantem iniecit, ſicuti ſi atroces in eum in-
iurias effuderit; vel graue rerum ſuarum
damnum, vel vitæ periculum inferre
pręſumpſerit. ita nempè Gregor. IX. canonis
compilator in *cap.fin.de donat.extra.*
80 Atroces verò dicuntur iniuriæ, vel facto
vel loco, vel perſona, vt *gloſ.ibid.verbo atro-*
ces, & tex.inſtitut.de iniur.§. atrox, & l. præ-
tor edixit, 7.§.atrocem, ff.eod. l. ſed eſt quæ-
ſtionis, 9.ff.de iniurijs.
80 Pares igitur exiſtimantur iniuriæ atro-
ces (verbo prolatæ videlicet, vt *Abb.num.2.*
d.cap.fin. aduertit, & *Syluester Aldobrandin.*
Clementis Octaui genitor *inſtitut. de excu-*
ſationib.tutor.§.inimicitiæ, num.32. Curt. iu-
nior.conſ. 148 *num.* 2.*vol.*1.) ipſi vitæ diſcri-
mini, vel periculo. Non igitur leue crimen
erit, atroces, graueſquè iniurias in hominē
(nobilibus præſertim ortum natalibus) &
in publico, multiſquè aſtantibus, protuliſſe.
Audias mecum (quæſo) Chriſtum Domi-
82 num, atque omnium Magiſtrum, in quo
ſunt omnes theſauri ſapientiæ, & ſcientiæ
Dei abſconditi, vt Apoſt: loquitur *ad Co-*
83 *loſſen.2.3. Matth.*5.22. Docentem, & obſtu-
„ peſce. Audiſtis, quia dictum eſt antiquis:
„ Non occides, qui autem occiderit reus erit
„ iudicio. Ego autem dico vobis, quia omnis,
„ qui iraſcitur fratri ſuo reus erit iudicio.
„ Qui autem dixerit fratri ſuo racha: reus erit
„ Concilio. Qui autem dixerit fatuè; reus
„ erit gehennæ ignis. Sic Chriſtus. Quo in lo-
„ co *Dionyſ.ille Carthuſ.art.* 10. Sequentibus
„ comminiſcitur. Qui autem dixerit fratri
„ ſuo, ideſt proximo (Racha) id eſt verbum
„ indignantis animi effuderit, tamen con-
„ fusè, & quaſi in generali, non certam vi-
„ tuperationem, aut contumeliam infe-
„ rens, ſed affectum interioris commo-
„ tionis per ſignum; ſeu verbum indigna-
tio·

rionis apetiens (Reus erit concilio) id
eſt tractatu , quo inueſtigatur , qua
pœna torquendus ſit , quem conſtat eſſe
damnandum.(Qui autem dixerit) proximo
ſuo (fatue) ideſt per commotionem irę ver
bum contumelioſum , manifeſtam vitupe-
rationem deſignans, effuderit.(Reus erit ge
gennæ igis) ideſt pœnæ infernalis . *His Car-
thuſ.* Si ignis inferni pœna corripitur, atque
punitur, qui fatuè proximo dixerit irato ani
mo, ac deliberato, volens, & intendens ei
iniuriam, ignominiamquè inferre , affectu
nocendi, quod mortale, eſt, vt idem *Carthu.*
94 *ibidem* aduertit. Quis vtique tantæ ſuperbiæ
faſtigio tumidus erit (vt Imperator loqui-
tur *in l.fin.C.de legibus*) vt ſenſum Domini,
& vniuerſalis magiſtri contemnat, dicatque
leue peccatum eſſe, atroces iniurias in pro-
ximum irato animo, atque deliberato effun
dere ? Cùm ipſe met dicat (*Ioan.13.13.*) Vos
vocatis me Magiſter, & Domine, & bene
dicitis, ſum etenim. Si ergo ipſe Dominus,
& Magiſter docet ; *Qui autem dixerit fatuè,
reus erit gebennæ ignis*: quis nam erit, qui hoc
negare audeat ? Exemplum enim dedit no-
bis, vt quemadmodum ipſe docuit , & nos
dictis , & doctrinæ aſſenſum præbeamus.
Neque putemus adeò leue eſſe hoc pecca-
„ tum; Quando per illud (*vt Io.Ferus in eũdem*
85 *locbũ Matth.* aduertit, nec planè incõgruè)
„ conuitiator bonum charitatis omnino cor-
„ rũpit, & multis proximum inuoluit incom
„ modis; Chriſti membra diſcerpit, & deſide-
„ rabilem Dei pacem turbat , ampliſſimam
„ Diabolo per conuitia viam parans . Ob id
„ Paulus prima ad Corinth. 6. non adulteros
„ ſolùm , ſed & maledicos à Regno Dei ex-
„ cludit. Audi igitur Paulum: Omnis amari-
„ tudo, &c. *ad Epheſ* 4. non ſit in vobis : ſed
„ eſtote inuicem mites, &c. donantes inuicē,
„ ſicut Chriſtus vobis donauit. Et paulò poſt
„ rationem reddens . Nec id abs re, (ſubne-
86 ctens) perfectio enim fidei eſt Charitas, ſine
„ qua nec fides ſufficit. Eſt enim vinculum,
„ quo colligamur toti corpori, ideſt Eccleſię,
„ cui niſi ſumus vniti, nullum gratiæ Chriſti
„ influxum recipimus. Ob id & Chriſtus nul-
„ libi non ad charitatē hortatur, nullibi non
„ radices diſcordiæ excindere curat. Id quod
„ etiam hoc loco ex Matthæo perſpicuè cer-
„ nitur, vbi primo omnium præceptum de
„ non occidendo explicat; monetque nè vn-
„ quam committamus, vt vel minimo verbo
„ charitas lædatur. His *Ioann Ferus* religioſus,
88 & doctus vir. Hinc ad rem ſubnectit, nec in-
ſulsè proauus meus Robert. Maranta *conſ.
47 nu.6.* appellare aliquem *Cucurbitam*, atro-
cem iniuriam inferre eſſe ; tùm maximè, ſi
honeſta fuerit perſona. Proſequiturquè plu
ribus, *Menocb.de arbitrar.lib.2.cent.3.caſu 263
num 24. Marius Anton.lib. variarum reſolut.3.
reſolut. 11. Marius Muta Siculus deciſ.36. per
tot. Boſſius tit.de iniur.num.5.& ſeq. per tot. Ro-
ta apud Put.deciſ.296.lib.1.* plura congerit *Iu
lius Cartharius deciſ.crimin. Cur.Archiep. Me-
diolan.deciſ.37.per tot.& deciſ.63.nu.18.& ſeq.*
89 Grauemquè, quin atrocem dixit iniuriam
fuiſſe illam , quam quidam filius aduerſus
genitorem ſuum coram alijs protulit ; *ſtul-
tum* illum nuncupando , vt iuſtam exhære-
dationis cauſam putarit *Curt. d.conſ.148.nu.
2.vol.1.* quem ſequitur *Aldobrandin.d.§.iniu-
ria,de excuſat.tutor.num.32.*
90 Non leue igitur iniuriarum hoc crimen
putandum erit , vnde charitas fraternitatis
dilacerata manet . Namquè nobilis ille vir
verecundia propter illas ſuffuſus, pileum in
faciem proiecit Præpoſiti , violentas manus
91 in eum inijciendo, ac conſequenter in ex-
communicationem dando *in can ſi quis ſua-
dēte diabolo,17.q.4.* & ad peiora deueniſſent ,
niſi ad fuiſſent, qui ſe medios interponerēt.
92 Quia Pręfecto ex iniurijs capitales quoque,
& graues quandòque oriuntur inimicitiæ,
*ex text.in cap.veniens,16.vbi Bald nu.5. in vlt.
notab de iureiuran.* quem ſequitur *Hippolit.de
Marſil.conſ.5.num.12. & Syluefter. Aldobran-
din.d.§.iniuriæ,de excuſat.tutor.num.31.* At nō
93 leue fuit ſcandalum omnibus , qui ad ſpe-
ctaculum illud aderāt, Sacerdotem virum ,
& in dignitate conſtitutum , cernentes, eo-
dem ore, quo Dei laudes decantare debet,
verba iniuriarum enormium in virum no-
bilem proferentem , die ipſo ſancto feſto
Pentecoſtes publica in platea, quod perpen
dit *Curt.d.conſ.148.n.2.in fin.*
04 Linguam proinde non ab re nuncupauit
(S.Iacobus Apoſtolus in ſua canonica *epiſt.*
„ *cap.3.9.*) Inquietum malum, plenā veneno
„ mortifero. In ipſa benedicimus Deum , &
„ Patrem (inquiens) & in ipſa maledicimus
„ homines , qui ad ſimilitudinem Dei facti
„ ſunt. Ex ipſo ore procedit benedictio, & ma
„ ledictio . Non oportet fratres mei hæc ita
„ fieri . Nunquid fons de eodem foramine
„ emanat duulcem, & amaram aquam ? Nun
„ quid poteſt (fratres mei) ficus vuas facere,
„ aut vitis ficus ? Sic neque ſalſa dulcem po-
„ teſt facere aquam. Quis ſapiēs, & diſciplina-
„ tus inter vos ? Oſtendat ex bona conuerſa-
„ tione operationem ſuam in manſuetudine
„ ſapientiæ. *Sic S.Apoſtolus.*
Nec minori lepore concinit Caſſiodorus
lib.de anima,cap.16.non longe ab initio, ſequen-
95 tibus dicens: Lingua quoque vocis noſtræ
decentiſſimum plectrum, data eſt ad ſermo-
num noſtrorum conuenientiam temperan-
dam, vt nos articulata verba ab animalium
confuſione diſtinguerent. *Si ille.* Non igi-
tur ad maledicendum proximum , fratres
noſtros; eoſquè ſcandalizandum, lingua no-
bis ab Auctore rerum omnium data fuit.
96 Qui autem ſcādalo occaſionem dāt, cau-
ſa ſunt ruinæ eorum, qui ſcandalo pereunt
vt

Digitized by Google

vt S.Hieronymus *in Micheam cap.13.* in illis, verbis, *Et Iudices domus Iſrael, qui abbominamini iudicium* (de Eccleſiaſticis loquens, inquit:) *Et vitam eorum in ſcandalum populis exponentes, rei ſunt infidelitatis eorum, qui ſcandalizantur. Vnde dicitur expedire homini, vt mola aſinaria ligetur in collo eius, & præcipitetur in profundum, quam vt ſcandalizet vnum de minimis Eccleſiæ*. Sic Hieronym. relatus *can. Hi*
95 *quoſcunque, 45. prima, q. prima.* Rationemque ibi refert *gloſ. verbo ſcandalum.* Qui ergo (dicens) occaſionem damni dat, damnum dediſſe videtur; *ex regula text. in cap. ſi egreſſus ignis, 5. de iniur. & damno dato.* Vbi præſertim aliqua præceſſerit, atque coinciderit culpa, vt adnotat *Caballinus de omni genere homicidij, num. 149.*

98 Væ autem homini illi eſt per quem ſcandalum venit, *Matt. 18. 7.* Dominus dixit. Vęh autem damnationem importat æternam, ſecundum *S. Anton. in ſum part. 2. tit. 7. cap. 4. §. 4. verſ ſcandalum occaſionatum*, & diximus plenius *reſponſ. 4. num. 29. & ſeq. part. 2.* & S. Hieronym. ſuper verbis *Iſaiæ 28. 1. vęh coronę ſuperbię, ebriis Ephraim;* adnotat; quando in ſcriptura ponitur Væh, ſemper denotari damnationem æternam.

Quippe cùm iis etiam, qui vnum ex puſillis offenderint, quàm certa, quamque atrox & acerba, ab eo, qui mentiri neſcit, pœna conſtituta ſit, non ignoremus, vt *Gregorius Nazianzenus* Magnus ille, ac primus Theologus nuncupatus *orat. prima non longè poſt initium*, loquitur, & *Dionyſ. Carthuſ. in Eccleſiaſticum cap. 7. num. 3.* ſuper illis verbis. *Et non metes ea in ſeptuplum*, ad rem noſtram ſequentibus loquitur. *Qui alios ſcandalizat, aut male informat; reus eſt omnium vitiorum, quę ex ſcandalizatione, & praua inſtructione naſcuntur. Propter quòd ait* Gregorius; *Vnuſquiſque tot ſupplicijs dignus eſt, quot hominib⁹ prauum prębet exemplum.* Sic Carthuſ.

99 Peccatum verò tantò grauius habetur, quantò qui peccat maioris dignitatis fuerit, iuxta illud Iuuenalis *Sat. 8.*

Omne animi vitium tanto conſpectiùs in ſe
Crimen habet, quanto maior qui peccat, habetur.
Scilicet in Vulgus manent exempla regentum,
Vtque ducum lituos, ſic mores caſtra ſequuntur.

vt Claudianus ait. & *Ouid. 6. Faſt.*

Sic agitur cenſura; & ſic exempla parantur.
Cùm iudex alios quod monet ipſe facit.

tex. in cap. cum quidam 12. in princ. de iure iurando vbi Gloſſ. verbo dignitate. tex. in can. homo Chriſtianus, 5. vbi notabiliter *gl. & can. ſeq. ſi Papa. 40. diſt.*

100 Augetur quippe petulantiæ crimen dignitate Præpoſiti, vt Arrius Menander loquitur *lib. 3. de re militari in l. omne delictum, 6. ff. de re militar. gloſ. in cap. excommunicamus, 13. §. credentes, verbo exerceatur extrà de haret. diximus reſponſ. 52. num. 84. & 86. par. 2.* Hi quidem (vt *Diogenes apud Laertium*, dicebat ad Alexandrum) magni exiſtunt in Rempublicam latrones, ac piratæ: ingentia (vt ait *Ioſephus in præfatione*) latrocinia perpetrant, & patriã interimunt. vt ſequitur Author *Theatr. vitæ ciuilis lib. 2. cap. 32. num 6.*

101 Hinc nempè liberius peccandi anſam layci arripiunt. Putant ſane excuſabile, cùm Eccleſiaſticos facilè in peccata dilabi vident. Quæ namque Ciuitas non fiat excuſabilis, ſi Roma diliquerit? *Caſſiodorus loquitur lib. 5. variar. epiſt. 13.* Rex minor ad potioris currit exemplum; & alieni facti iure iniuriam ſubſtinet, quæ peccatis præſtet exemplum. ex ratione, quam affert Vrbanus Tertius ad Epiſcopum Piſanen. ſcribens *d. cap. cum quidam 12. in fin. princ.* ſequentibus dicens: *Cùm eorum exemplo* (epiſcoporum ſcilicet) *facilius alij poterant ad ſimilia prouocari.*

102 Atque plebea præſertim ingenia, quæ magis exemplis, quam ratione capiuntur. vt *Diſanius*, apud Aulum Gellium loquitur, *Saturnal. lib. 7. cap. 4. non longe à princip. Neque enim, vel indelebilem tinturam pannus,* (Greg. Nazianzenus orat. 1. f. mihi 46. loquitur) *vel fœtidũ, aut ſuauẽ odorem res admota ita facile contrahunt; vel exitialis quidam vapor facilè in aerea diffunditur, ac per aerem animantia occupat, (quod quidem peſtis eſt, & appellatur) quàm ſubditi Antiſtitis improbitate celerrimè impleri ſolent; & quidem multò faciliùs, quam virtute.* Sic ille ſanctus vir, ac doctiſſimus Epiſcopus, & Eccleſiæ lumen edicit.

Scandali verò cauſa grauius quis pęna feritur: ea ratione, quam Innocent. 3. *in cap. cum illorum 32. §. niſi exceſſus de ſent. excomunica. extra* refert; *Cum exceſſus tales, & ſimiles* (inquiens) *nequeant ſine ſcandalo præteriri.*

Fuit igitur non leue peccatum, quod per graues, quin atroces iniurias, cum adſtantium ſcandolo admiſit Præpoſitus. Quin duplex, & iniuriarum, & ſcandali. Dignum proinde emendatione ſe reddidit: quia reprehenſibilis fuit. iuxta Apoſtolum *ad Galat. 2. 11.*

Quod autem iuſtè cenſurarum nexu (& ſi tarthareo) deuinctus fuerit, profugus, & contumax; inde manifeſtius dignoſcitur;
103 quòd duriùs hoc æſtimatur crimen, contra ſuperioris debitam obedientiam tendẽs, eamquè deſtruẽs, quàm facinus quodcunque aliud. Eſt quippè ſacrilegij ſcelus in obedientia. Audiamus (quæſo te) verba Domini per Samuelem Sacerdotem ad

Sau-

Saulem Regem. 1. *Regum* 15. 22.
104 *Nunquid vult Dominus holocauſta &*
„ *victimas, & non potius, vt obediatur voci*
„ *Domini? Melior eſt enim obedientia, quàm*
„ *victima, & auſcultare magis, quam offerre*
„ *adipem arietum: Quoniam quaſi peccatum*
„ *ariolandi eſt, repugnare, & quaſi ſcelus*
„ *idololatriæ nolle acquieſcere. Pro eo ergo,*
„ *quod abieciſti ſermonem Domini, abiecit te*
„ *Dominus, ne ſis Rex.*

Quo loco audi etiam Beatum *Gregor. in moral.* relatum *can. ſciendum,* 10. §. *obedientia,* 8. *quæſt. prima,* ità in verbis præfatis
105 comminiſcentem: *Obedientia victimis*
„ *iurè præponitur, quia per victimas aliena*
„ *caro, per obedientiam verò propria voluntas*
„ *mactatur: quod contrà, ariolandi peccatum*
„ *inobedientia eſſe moſtratur. Ex aduerſo ergo*
„ *meliùs oſtenditur quid de eius laude ſentiat.*
„ *Si enim quaſi peccatum ariolandi eſt repu-*
„ *gnare; & quaſi ſcelus idololatriæ nolle ac-*
„ *quieſcere: ſola eſt, quæ fidei meritum poſſi-*
„ *det, obedientia; ſine qua quiſque infidelis con-*
„ *uincitur, etiam ſi fidelis eſſe videatur.* Sic
Gregor. & in *can. ſi qui ſunt presbyteri,* 15. §. *fin.* 81. *diſt.* & Gregorius Septimus *in can. ſi quis deinceps* 12. 16. *quæſt.* 7. dicens. quē ſub crimine tam abominationis, quam *inobedientia* (quod eſt ſcelus idolatriæ) cæpit.

106 Duriùs proinde inobedientia, & contumacia feritur, quam crimen, quodcunque; vt idem Gregor. Papa ad Salonitanum Epiſcopum ſcribens fatetur, *can. de de illicita* 6. §. *item Beatus.* 24. *quæſt.* 3. Ita autem fac, (inquiens) vt ad veniendum amplius iam moras non ingeras; nec ma-
„ gis ipſa te abſentia obnoxium his, quæ di-
„ cuntur, aſſignet: Et nos in te hæc res non
„ ſolùm propter prędicta crimina, quæ pur-
„ gare ſubterfugis; ſed etiam propter inobe-
„ dientiæ culpā, duriùs, ſcilicet, vt in contu-
„ macem, cogat ex Concilio ferre iudicium.
& tex. in extrauag. vn. § *fin. de decim. inter communes.* vbi ſequentibus rem hanc innuit Bonifac. Octauus *Agrauaturus aliàs*
„ *manus tuas* (inquiens) *pro vt proteruiam,*
„ *& contumaciam exigere videris eorundem.*
Vt proruptum ſe exhibeat Summus Pontifex inobedientiam omnem vlciſci. Vt Innocentius Tertius loquitur *cap.* 1. § *nos igitur de poſtulat. prælat.*

Ipſa etenim contumacia, qua ſui copiā perſeuerat non facere, (vt Vlpianus loquitur *in l. impuberibus,* 7. §. *præterea, &* §. *ſeq. ff. de ſuſpectis tutor. & cur.*) ipſa ex ſe dolū arguit hominis fugientis, atque iudicis aſpectum non ferentis. Per fugam enim, atque ceſſationem ſe condemnat, *vt gloſ.* (inquit) *in d.* §. *præterea, verbo ſententia tua,* & proſequitur *Caballinus reſolut. crimin. centur.* 3. *caſu* 288. *num.* 43. *& ſeq.*

107 Eluſoria quippe iuriſdictio euaderet, ſi pœnis ferire condignis contumaces, ac reluctantes contemptus Iudex minimè va-
108 leret. Quin tantò grauior æſtimatur contumacia, quantò ex re minima oritur, *tex. in can duo ſunt,* 10. *vbi gloſſ. verbo videbatur, in fin.* 96 *diſt. Abb. in cap.* 1. *num.* 10. *& Ripa num.* 26. *de iudic. Couar. in cap. Alma mater, par.* 1. §. 9. *num.* 3. *de ſent. excomm. in* 7. *Locatus in oper. iudic. verbo impedientes.* Et grauiſsimum ſemper facinus viſum Patribus
109 inobedientia fuit, atque exempli pernicioſiſsimi.

110 Actum porrò de iuriſdictione eſſet, atque regimine Eccleſiaſtico, ſi pro libito liceret ſubiectis Superiorum mandata cōtemnere, neque demum eos Hærebi funibus colligare permiſſum eſſet. Quotus quiſque, namque ille eſſet, qui non diffugeret, qui non iuſſa contemneret maiorū? quod aduertit, neque inperſpicaciter *Rota in vna Corduben. dimidiæ portionis primo Iulij* 1630. *coram Merlino deciſ.* 404. *num.* 7. 8. *&* 9. *par.* 5. *diuerſorum,* & ſequuti fuimus in noſtro Apologetico *tract. n.* 156. *& ſeq.* Siquidem populi obedientia eſt fœlicitatis parens, & ſine obedientia, & lege omnis iuſtus principatus, & recta politica deſtrueretur, nulla eſſet inter ciues pax; & non aliter homines in Giuitate congregarētur, quàm bruta in ſtabulo. vt inquit. *Pater Homobonus de bonis de humana vita ſtatib. par.* 2. *cap.* 2 *ſub num.* 1. *verſ.* 2. *obedientiam*
111 *fol.* 405. Quinimò quælibet contumacia, digna eſt excommunicatione, vt *gloſ.* loquitur *d. can. duo ſunt: dicto verbo videbatur.* Si potiſsimum ipſa contumacia cauſa ſit proxima, & immediata excommunicationis, vt docet *Abb. in cap. qua fronte,* 25. *num.* 10. *de appellat.* quem ſequitur, *Quaranta in ſumm. bull. verbo excommunicatorū abſolutio in ipſo ſtatim princ. verſ. & ſcias quod excommunicatio. Genuenſ. in praxi cap.* 26. *ſiue alias,* 32. *de excommunicato inſordeſcente, num.* 4. *impreſſione Romana anni* 1609.

112 Contumax verò legitimè monitus, ſi contumaciter comparere reluctet; & ſuſpendi, & beneficijs priuari, atque excommunicationis connecti vinculo, non iniuria poterit, *tex. in cap. veritatis* 8. *vbi gloſ. in verbo per contumaciam, & verbo excommunicationis ſententiam extra de dolo, & contum.* ſequitur *Angelus in l. reos, num.* 4. *& l. Abſentem. num.* 1. *C. de accuſat.* quem etiam ſequitur *Iulius Carthariuſ deciſ. Cur. Archiep. Mediolanen.* 89. *num.* 6. & dictum quoque fuerat in *Romana releuationis indemnitatis* 1581. *coram Seraphin. deciſ.* 15. *ſub num.* 2. *poſt* 2. *vol. conſ. Farinac. tex. in cap. ex litteris* 11. *de conſtitut. vbi gloſſ. verbo pro contumacia & cap. cum olim* 24. *de*

*verbor.ſignificat. Abb.in cap.fin. num. 8. de foro compet.V tutus deciſ.*138.*num.*33. *&* 34.

Nec mirum ſanè, quia doloſè à iuriſdi-
ctiooe præcipientis iudicis ſubtrahere ſe
113 reus videtur: cùm dolo contumacia
æquetur, ſecundum *glo.* notablem *in l.ſi
plures tutelam,*39.*ff.de adminiſtr. tut.* quo
planè loco, vbi *Papinianus* tutorum con-
tumaciam appellat, *gloſ. eadem, verbo qua
fronte* (dolum) nuncupat, quod aduertit
*Vinc. de Franch. deciſ.*662. *num.* 10. & nos
ſequuti quoque fuimus *reſponſ.*21. *nu.*145.
& 146.*par.*2.*Thorus toto* 16.*nu.*71.*& ſeq.*
Quanto vero maior eſt contemptus, tantò
maius ſcelus committitur: vt *Gloſſ.*(inquit)
can. non afferamus 21. *verbo ſceleratius. in
fin.*24 *q.prima per tex.ibid.* qui eſt Hiero-
nymi, quo loci in fin. ex grauitate pœnæ,
grauitatem arguit facinoris: *Quis iam du-
bitaris*(dicendo) *hoc eſſe ſceleratius commiſ-
ſum, quod eſt grauiùs vindicatum?* ex effe-
ctu cauſam argumentando. *& Gloſſ. in d.
cap. cùm quidem* 12. *de iure iuran.verbo di-
gnitate.*rationem reddens, *Nam in quanti-
tate contemptus metitur Deus quantitatem
reatus.*(dicens.) Iuſtum igitur, nec ſanè ini-
quum eſt: Miſeram eum meſſem metere,
vt prouerbio fertur; pro malefactis luere
pęnas; & vt Ariſtoteles *Rethoric.*3. ex Gor-
gia dixit. Tu quidem hæc turpiter ſemi-
naſti, & miſerè meſſuiſti. Meminerint ma-
gis quid ſapientis ore Spiritus nos admo-
net Sanctus, *Eccleſiaſtici* 7. 3 Fili non ſe-
mines mala in ſulcis iniuſtitiæ, & non
metes ea in ſeptuplum. Ideſt non redun-
dabunt copioſè, ac multipliciter in te, ſe-
dum *Carthuſian.ibid.*

Nec planè iniquè, ſi (vt etiam in prouer-
bijs habetur:)

Peruicacia ſtultia det pœnas.

& ex Grecis in Tragedia, Tireſia Creontē
admonet, ne præfractus, ac rigidus in ſen-
tentia perſiſtat: dicens.

Præfracta mens amentia pœnas luit.

Hemon quoque hoc expreſsit duplici
metaphora arborum, & Nautarum, ſe
quentibus verba faciens:

Vides vt in torrentium decurſibus,
Quæ cedit arbor ſurculos ſeruat ſuos,
At quæ reſiſtit, ſtirpe cum ipſa deperit.
Nauclerus itidem, qui tenens clauum, nihil
Concedit auræ; & fluctibus deuoluitur,
Ac iam ſupinis nauigat nixus foris.

Neque ſuffragatur quicquam, quod per
aduerſarios, non ſolide aſſumebatur. Reo-
114 rum eſſe fugere. Quia id contra iuſti-
tiam fit, cùm timeant ſibi ab ea, vt apertiſ-
ſimè probat *tex.* in allato ab Aduerſarijs,
*can.Chriſtianus,*12.§. *& ideo dilectè fili.* 11.
*quæſt.*1. Rationem quippe dictorum con-
cludens Gelaſius Papa Zeię Comiti reſcri-
bens: *Quia* (inquit) *qui iudicium refugit;
apparet eum de iuſtitia diffiſum.* Non quòd
iuſtè igitur agat; ſed fugit, quia de iuſtitia
diffidit. Non enim fugit, qui fiduciam in-
nocentiæ gerit; quia aduerſus omnem ca-
lumniam maximam habet ſecuritatem.
Vt Imperatores Diocletianus, & Maxi-
mianus loquuntur in *l.ſororem,*10.*C.de ijs,
quibus vt indignis.*

Non valet itaque argumētari; Reorum
115 eſt fugere: haud ergo poteſt eos iudex iu-
re perſequi. Quia inconueniens allegare,
non eſt ſoluere argumentum. *ad tex. in l.is
qui reus.*5.*ff.de publicis iudic.* Et omnimo-
116 do ſi reorum eſt fugere: (non quòd
ſane iure, & impunè hoc illis permittatur)
Iudicis eſt perſequi *ad tex.in cap. veritatis*
8.*de dolo & contum. extrà.* eoſque conqui-
rere; vt de bono præſide Vlpianus loquens
docet *lib.*6. *de officio proconſulis in l.con-
gruit.*13.*ff.de offic.præſid.* Vt iuſtitiæ partes
firmæ ſint, quę ſunt honeſtè viuere, alterū
117 non lædere ius ſuum cuique tribuere *in
proœm.decretal.§.ideoq. lex.l.iuſtitia,*10.*ff.de
iuſt & iur.* Quæ licet alias prematur, non
opprimitur tamen. Et quid ſanè aliud eſt
iuſtitia, quàm iniuſtitiæ priuatio? vt Aulus
Gellius loquitur *lib.*6.*noctium acticarum
cap.*1.*paulo poſt princip.*
118 Sicuti antem, non propterea, quòd dā-
nati nollent Deum eſſe, & in inferno deti-
neri; ideo iniuſtus eſt Deus, qui eos con-
demnat; & ut Apoſt. *ad Roman.* 3. inquit;
*Nunquid iniquus eſt Deus, qui infert iram
(ſecundum hominem dico;) Abſit. Alioquin*
119 *quomodo iudicabit Deus hunc mundum?*
Cum alioqui libero arbitrio mali pereant,
ut S. Auguſtin.loquitur *Can.vaſis iræ,* 19.
*§.non ergo,*23.*q.*4.*nos reſponſ.*26.*num.*17. *&
ſeq.par.*2. At fugiunt iniqui nè pęna iuſtè
damnentur, male factorum conſcientia
extrudente illos, ut *Lucret.lib.*5. loquitur,

*Præterea cui non animus formidine di-
uum*
*Contrahitur: cui non crepunt membra pa-
uore,*
*Fluminis horribili cum plaga torrida
tellus*
*Contremit, & magnum percurrunt mur-
mura Cœlum?*
*Nunc populi, gentesquè tremunt, regesquè
ſuperbì*
*Concipiunt diuum perculſa membra ti-
morem,*
*Nè quod ob admiſſum fadi, dictumquè ſu-
perbè,*
*Pœnarum graue ſit ſoluendi tempus ad
actum.*

Nam quemadmodum Plato *dialog.* 10. *de
legib.*ait, Quilibet in periculo conſtitutus
ad Deum, uel naturæ inſtinctu, ſe conuer-
tit.

tit,& ab eo opem implorat; ita coinquinatus flagitio, ab eodem cum horrore diffugit.

Neque obſtaculum faciet; excommunicationem maximam pęnarum eſſe: non eſſe proinde pro contumacia ferendam.

120 Eſt quippe & maximum criminum contumacia, quæ iudicis, atque ſuperioris mandata contemnit, flocciquè habet. *d. l. omne delictum, 6. §. contumacia, ff. de re militari, Berretta conſ. 2. num. 3. Thoros d. voto 16. num. 69. & 70.* Quid igitur mirum, ſi in quo maior eſt culpa, grauior exerceatur vindicta? vt Innocentius III. loquitur *in cap. excommunicamus, 13. §. credentes extra de hæreticis*.

122 Correſpondens næ facinori pœna eſt, excommunicatio. Alexander II. *can. ſi quis deinceps, 22. in fin. 16. q. 5.* ibi, *ſi contumax fuerit excommunicetur, tex. in c. 2. vbi gloſſ. fin. de maiorit. & obed. ſcribent. in cap.*
123 *1. de iud. Gloſſ. in cap. grauem 15. verbo depoſuiſſe de exceſſibus prælatorum*. Neque alia, quàm capitis pęna contumacia feritur militis aduerſus ſuum ducem, vel Præpoſitum, vt Arrius Menander ſtatuit in *d. l. omne delictum, 6. §. contumacia ff. de re militar.* vbi notanter *gloſ.* Accurſij, *verbo contumacia*, dicit: *Et nota argumentum contra Clericos contumaces. Berretta d. conſ. 2. nu. 3. tex. cum gloſ. verbo morte, in d. cap. 2. de maiorit. & obed.* ſuper illis verbis: *Qui non obedierit Principi morte moriatur*. Quemadmodum apud priſcos illos, Romanos etiã Fugitiuis Crux pęna parata erat. Cicero pro Deiotaro. *Quæ Crux huic fugitiuo poteſt ſatis ſupplicij afferre?* & Valerius *lib. 11. cap, 7. Cruce digniſſimè fugitiuus.* (inquit) & adnotat *Iuſtus lipſius de Cruce lib. 1. cap. 12. ad fin.* Et ipſemet Cain (in loco ab aduerſarijs ſupra allato *Geneſ. 4. 14.*) poſt quã dixit: *Et ero vagus, & profugus ſuper terram*: quia iam fratricidij crimere fędatus fuerat: neceſſaria quaſi conſequutione intulit. *Omnis ergo, qui inuenietme, occidet me.* Quaſi demeritum fugæ ſtipendium ſit Mors. Ob id propterea *Deuter. 17. 12.* Moſi Dominus præcepit: *Qui autem ſuperbierit, nolens obedire Sacerdotis imperio,* (inquiẽs) *qui eo tempore miniſtrat Domino Deo tuo: ex decreto iudicis morietur homo ille, & auferes malum ex Iſrael.* Et ſequitur Antherius Papa *can. abſit, vt quicquam, 14.* vbi etiam *gloſ. 11. q. 3. Nunc vero* (ſubnectens) *inobediens ſpiritnali animaduerſione truncatur, aut eiectus de Eccleſia rapido ore dæmonum decerpitur.* Sathanæ ſcilicet traditur, vt citius conuertatur *gloſ. fin. ibid.* loquitur. Quia profectò, ſicuti illa (contumacia ſcilicet) iudicem contemnit, ita hæc (excommunicatio videlicet) reum retrahit, atque ad cor (vt pateat) reuocat. Me-
124 dicinalis porrò eſt, non eradicans, ſed diſciplinans. *d. cap. cùm medicinalis 1. de ſent. excomm. in 6. Auguſtin. can. Multi 18. poſt initium 2. q. 1. d. can. inter hæc 6. in fin. 33. q. 2.* quo loco Nicholaus Papa dicit: *Dei Eccleſia gladium non habet, niſi ſpiritualem, quo non occidit, ſed viuificat.* Contrarijs quippe rebus, plerumque medicina ſuccedit. Nã dum calor vitalis adhibitus fuerit, frigus peſtiferum tunc recedit. Nubila ipſa ventorum ſpiratione terguntur: & Aquilo faciem Cęli tranquillam reddit, quam Auſtralis aura turbauerat: vt Caſſiodorus *lib. 8. variarum epiſt. 20. in ipſo initio.* docet. Nam ſicut arte medicinæ calida frigidis, frigida calidis curantur: ita Dominus noſter contraria oppoſuit medicamenta peccatis; vt lubricis continentiam, tenacibus largitatem, iracundis manſuetudinem, elatis præciperet humilitatem, vt S. Gregor. Papa loquitur *homil. 32. in Euangelia,* ſuper verbis illis Domini *Matth. 16.* Si quis vult venire poſt me, abneget ſemetipſum, & tollat crucem ſuam, & ſequatur me. Vt per oppoſitionem congrui moderaminis reformetur, quod malè actum antea fuerat. iuxta verba Ioann. 22. *in extrauag. ſuſceptis in princ. ne ſede vacante inter communes*.

126 Iure ergo, nec ſane iniquè fugientibus, vt a fuga retrahantur, frena inijciuntur. Si autem equis frena, in ora mittimus (S. Iacobus *d. ſua epiſt. c. 33.* loquitur) ad conſentiendum nobis, etiam omne corpus illorum circumferimus. Et ecce naues cum magnæ ſint, & à ventis validis minentur: circumferuntur autem à modico gubernaculo, vbi impetus dirigentis voluerit.
127 *His Apoſt.* Vt ſic nouerint durum eſſe eis contra ſtimulum calcitrare, vt Dominus Paulo dixit *Actor. 9. 5. Durum eſt tibi contrà ſtimulum calcitrare*: (inquiens.) Et ita vetus quoque ſe fert Adagium; & illud aliud apud Aulum Gellium.

Feras, non culpes, quod vitari non poteſt.

Dixitquè non abſimiliter Euripides in Phœniſcis.

Quippe mortalem neceſſe eſt ferre fata numinum,

Et Homer. *Odiſſea lib. 9.*

Nullis fas vitare malum ex Ioue Rege profectum.

& facit Euripidis dictum in Iphigenia.

Gaudere aut dolere neceſſe eſt.
Mortales animas. Sin tu nolis,
Tamen euenient, ſic dijs placitum.

Acquieſcant igitur ipſi, quod fas, atque iuſtum eſt, & vt Adagium ſe fert: *Inter or-*

128 *ei cancros adhæreant*: arctè vinculis irre-
titi cenſurarum,nè diffugiant amplius; at-
que in tarthara peſsime ruant, quod ſuo
129 malo fieret,ſi conniueret Epiſcopus;neq.
130 vigilaret,& cuſtodiret vigilias noctis ſu-
per gregem ſuum, vt paſtorem decet ani-
marum, *Luca* 2. 8. quibus ſanè verbis Pa
131 ſtorum nomine, Epiſcopos,ſignari adno-
tauit S.Ambroſ. *in Luc. lib.* 2. Videte, (in-
„ quiens,) Eccleſiæ ſurgentis exordium.
„ Chriſtus naſcitur, & paſtores vigilare ce-
„ perunt,qui gentium greges,pecudum mo-
„ do ante viuentes, in caulam Domini con-
„ gregarent,nè quos ſpiritualium beſtiarum
„ per offuſas noctium tenebras paterentur
„ incurſus. Et benè paſtores vigilant, quos
„ bonus paſtor informat. Grex igitur po-
„ pulus: nox ſeculum, paſtor, cui dicitur:
„ Eſto vigilans,& confirma:quia non ſolùm
„ Epiſcopos ad tuendum gregem Dominus
„ ordinauit, ſed etiam Angelos deſtinauit.
Ita Ambroſ.

Verùm reſiduum adhuc reſtat, vt alteri reſpondeamus Aduerſariorum obiecto. Cum nempè Præpoſitus ipſe, & vna ſecũ eius germanus Clericus Ioſeph Saxus eiuſdem Collegiatæ Canonicus, è gradibus Eccleſiæ Nicolaum Vincentium Sindolfum,eiuſdem quoque Eccleſię Canonicũ, acclamantem ſe tutum in Eccleſia eſſe, raptaſſent, atque ad Sacellum Eccleſiæ præfatæ carceratum retuliſſent, quamuis nullo vero detineretur facinore,illeq. poſt quàm diffugit,quærelam aduerſus eos coram Epiſcopo inſtituiſſet; quòd ab Eccleſia extraxiſſent vi; & carceraſſent: dediſſe proinde eos in pœnas, & cenſuras Conſtitutionis fęlicis memorię Gregorij XIV. quòd Eccleſiæ immunitatem violaſſent: atque inſtituta informatione,fuiſſent citati ad dicendum cauſam quare, &c. noluiſſentquè comparere: pro eorum contumacia, dediſſe eos in pęnas, & cenſuras in dicta Conſtitutione contra ſacrilegos violatores inflictas, declarati fuere, publicè cędulonibus affixis. Ipſi ad eandem Sacram Congregationem recurſum habuere, de duobus potiſsimum aduerſus Epiſcopum acclamantes.

Et quòd in nullas dedere pęnas, nullas cenſuras: & quòd (fac in cenſuras dediſſe) cùm in loco immuni deliquerint, non eſſe iuriſdictionis Epiſcopi, eos incurriſſe,denunciare.

Vtrique tamen oppoſitioni breuibus fit ſatis. Et quod Inciderint in cenſuras in Conſtitutione præfata,quamuis Clericum Eccleſiæ Canonicum in illa carceribus trulerint.

132 Quia dubio procul, haud excipiuntur
Clerici,ſi in Eccleſiam, veluti ad Aſylum
ſe receperint, quin immunitate tuti ſint Eccleſijs,non ſanè perſonis,conceſſa: quòd & Sacra Eminentiſſimorum patrum Cõgregatio pluries declarauit; & nos latè quoque deduximus, perpendimuſquè *reſp.* 51. *par.* 2. & refert de magis quoque comuni atteſtans *Iulius Carthar. deciſ. Curia Archiepiſcopalis MedIolanen* 83. *n.* 2. *& num.* 3. *circa med.*

133 Quod verò potuerit Ordinarius, quã-
uis ipſi in loco exempto deliquerint, incurriſſe eos declarare, id palam fit. Quia cùm in cenſuras ğederint à iure inflictas in præfata *Gregorij XIV.* Conſtitutione, ob violatam Eccleſię immunitatem; potuit vtiquè ipſe Ordinarius eos, vt à ſuis ſubiectis euitarentur, publicè denunciare, donec per abſolutionis beneficium, fuiſſent Sanctæ Matri Eccleſiæ reconciliati, *ad tex. in Clement. vnica,* §. *præcipientes, de conſanguinit. & affin. & clem. prima in princ.*
„ Quos etiam locorum Ordinarij (*loquitur*
„ *ibi Clemens V.*) (poſt quam de hoc eis cõ-
„ ſtiterit) excommunicatos faciant publicè
„ nunciari: donec de abſolutione ipſorum,
„ eis fuerit facta fides: nullo religioſis eiſdẽ
„ ſuper hoc exemptionis, vel alio priuilegio
„ ſuffragante, *de priuileg.* quem tex. refert
„ doctiſsimus *Felinus*, qui nihil intactum,
nihil non dictum reliquit *in cap. non poteſt,* 3. *num.* 3. *verſ. Ex qua colligit ibi Dominic. de ſentent. & re iudic.* qui hanc quoque ſentẽ-
„ tentiam ſequitur: Epiſcopum poſſe decla-
„ rare exemptos incurriſſe excõmunicatio-
„ nem in facto notorio;& facere eos euitari.
134 Vnde poterit Epiſcopus citari facere
„ exemptos ad hanc denunciationem quia
„ iura volunt, ꝙ ad talẽ denunciationẽ pars
„ citetur *glo. in elem.* 2. *in verbo conſtiterit, de*
„ *cenſib. & in elem.* 2. *in eodem verbo de pœnis,*
„ *ex Abb.* ſingulariter *in d. clem. prima, in penult. col. verſ. nota quod in caſu, quo Ordinarij, de priuileg.* & in lib. meo eſt *num.* 22. *verſ. nota quod in caſu huius elem. poteſt Or-*
„ *dinarius.* Rationemquè dicti refert: quia
„ (*inquiens*) conceſſo conſequenti, videtur
„ antecedens conceſſum, idem *Abb. in cap. nimis graue,* 17. *num.* 4. *&* 5. *de exceſſib. prælat.* eundemque *tex. in d. element.* 1. *de pœnis* refert *Gloſſ. in elem.* 2. §. *ad hæc in verbo puniri de pœnitent. & remiſſ.* de ordinarijs loquens quoad exemptos, dicens: *quandoque non punit, ſed pœnam iuris publicat.* ſupra de priuileg. cap. 1. & hanc ſententiam ſequitur Epiſcopus Genuenſis *in praxi cap.* 59. *de poteſtate Epiſ. ſuper regular. num.* 1. impreſsione Romana anni 1609. *Henriq. lib.* 7. *ſum. de indulgent. cap.* 25. §. 7. *Gambar. de poteſtat. legat. lib.* 8. *de poteſt. legati in regular. num.* 1. *&* 2. qui ſequentibus loqui-
„ tur. *Quando exemptus eſſet notoriè excom-*

mu-

" *municatus à iure, vel ab homine; nam tunc*
" *poteſt per Ordinatum denunciari, & manda-*
" *ri, vt euitetur: ita diſputando tenuit* Stepha-
nus Prouinc. per cap. perceptis, 12. diſt. &
" cap. cum contingat, de reſcript. *hoc tenet*
" Ioan. Andr. & Dominic. in cap. 1. de priui-
" leg. in 6. Ioan. de Imol. in clem. ad compe-
" ſcendos, de ſeq. poſſeſſ. & fruct. His Gam-
bar. *Braſm.* quoque *à Choebier. de iuriſd.*
in exempt. par. 2. *q.* 44. *num.* 8. *& num.* 39.
dicens & ipſe; quod licet Ordinarius non
poſſit iudicare de delictis exemptorum,
poteſt tamen declarare, & pronunciare,
eos deliquiſſe, ac ad huiuſmodi declarato-
riam ferendam exemptos citare; præſertim
ſi delictum ſit notorium: allegat *Felin. d.*
cap. non poteſt, de reiudic. num. 3. *Cardin. in*
clemen. fin. q. 5. *de pæn. Piaſecius in praxi*
Epiſc. par. 2. *cap.* 3. *ar.* 16. *num.* 18. *&* 19. *Bar-*
boſ. in collectan. ad Sacrum Tridentin. Con-
cil. ſeſſ. 25. *cap.* 14. *num.* 11. & alibi etiam
Quarant in ſum. Bullar. verbo Monaſteria
monialium fol. mihi 350. *verſ. Hinc tangen-*
da veniunt, Lancellott. de attentat. par. 2. *cap.* 4.
limit. 25. *num.* 7. *tom.* 5. *tract. fol. mihi* 333.
Gabriel. commun. concl. lib. 6. *tit. de regul. iur.*
concluſ. 3. *nu.* 41. *& ſeq. Triuſanus deciſ.* 36.
ſub num. 2. *in* 5. *caſu par.* 1. *Tamburrinus de*
iure Abbatum tom. 1. *diſput.* 15. *q.* 7. *num.* 38.
& num. 54. *in* 2. *caſu. Scipio de Rubeis in*
aphoriſmis epiſcoporum verbo regularis n. 6.
135 Accedit his quoque, quod facultatem
cognoſcendi, an extrahentes inciderint;
vel extrahendi in facinus per Conſtitutio-
nem exceptum dederint; ſolis Epiſcopis,
eorumquè officialibus, non verò inferio-
ribus Prȩlatis, etiam Ordinarijs, *Gregorius*
Conſtitutionis conditor demandat; quam-
uis caſus in loco exempto, & nullius Diœ-
ceſis acciderit: vt ad viciniorem ſaltim E-
piſcopum cognitio deuoluatur, tantùm ne
inferioribus, quamuis aliàs Ordinarijs,
concedatur.

Non alienum ergo ab Epiſcopo Iuue-
nacen. Ordinario fuit, de hoc cognoſcere,
an Præpoſitus, eiuſquè germanus Canoni-
cus, in pœnas dederint in dicta Conſtitutio
ne inflictas aduerſus violatores immunita-
tis Eccleſiaſticæ.

Neque iſtabunt, quòd ipſi ab Eccleſia mi
nimè extraxerunt, ſed in ipſamet Eccleſia
è gradibus, nolentem parere, ad Sacellum
abduxerunt, atque in eo incluſerunt. Extra-
136 here verò cum extra locum trahere ſit,
cap. inter opera, 20. *de ſponſalib.* ibi, *qui publicas*
mulieres de lupanari extraxerint, & duxerint in
vxores. Extrahere vtique extra locum duce-
re, atque trahere erit. *l. iactum retis,* 13. *ff. de*
action. empt. vbi Celſus *ſi quod extraxerit pi-*
ſcium, reddere mihi noluit: id extimari debet,
quod extraxit. Extra mare, ſcilicet, traxit pi-
ſcium. Expreſsiùſque in ſacris litteris *Actor.*
21. 30. Apprendentes Paulũ trahebant eum
extra templum, & ſtatim clauſæ ſunt ianuȩ.
Nè Paulus in templum refugeret, vt *Dio-*
nyſ. Carthuſ. magis autem apertus text. in Sa-
cris litteris apud *Ieremiam.* 38. 13. *Et extraxe-*
runt Ieremiam funibus (inquit ſacer textus)
& eduxerunt eum de lacu. Extrahere igitur,
educere eſt. Extra enim lacum Ieremiam
eduxerunt.

Vnde *Cicer.* Radicitùs ex animis homi-
num religionem extraxit Epicurus 1. *de na-*
tur. Deor. dixit; & pro *Cluentio.* Extrahitur
domi latitans Oppianicus à Manlio. Extra-
re igitur, extra locum trahere eſt.
127 Cùm quidem, quod Conſtitutio præfa-
ta Gregorij, etiam attentantem facere, com-
prehendit; ſequentibus nempè in fin. loqui
" tur: *Quod ſi quis quacunque dignitate, & autho-*
" *ritate præditus præmiſſorum, aut alio, quouis præ*
" *textu, quicquam præter, aut contrà huius noſtræ*
" *Conſtitutionis tenorem attentare præſumpſerit:*
" *declaramus eum ipſo facto cenſuras, & pænas eaſ*
" *dem incurrere, quæ contra libertatis iuris, & im*
" *munitatis Eccleſiaſticæ violatores, per Sacros*
Canones, & Conciliorum Generalium, noſtro-
" *rumquè prædeceſſorum Conſtitutiones ſunt pro-*
" *mulgatæ. Sicquè per quoſcunque Iudices, &c.*
138 Attentare verò dicitur, qui ad aliquem
actum proceſsit, quamuis rem opere non
compleuerit, *l. ſi quis non dicam rapere. v. vbi*
gloſſ. verbo attentare, C. de Epiſcop. & cleric. At-
tentare (inquit) & hoc, ſi ad aliquem actũ
proceſsit. quæ ſanè lex canonizata eſt, *can. ſi*
quis non dicam. 33. *quæſt.* 3. quæ eſt *diſtinct.* 1.
de pænit. vbi *gloſſ.* Attentatio (inquit) non fit
ſine actu. & *can. ſi quis tam maſculum, ead. cauſ.*
139 *quæſt. & diſt.* vbi Attentari pudicitia dici-
tur, cùm id agitur, vt ex pudico impudicus
fiat: non quod iam perfectum ſit facinus.
Et docuit Paulus iure conſultus *in l. attenta-*
ri, 10. *ff. de iniur.* & Vlpianus *in l. item apud La-*
beonem 15. § *tenetur hoc edicto, eod. tit.* vbi ſe-
quentibus rem totam aperit, in §. *abduxiſ-*
ſe: Abduxiſſe videtur (vt Labeo ait (*inquiens*)
140 non qui abducere comitem cæperit; ſed
qui perfecerit, vt comes cum eâ non eſſet.
& ſequitur. Tenetur hoc edicto non tantum
qui comitem abduxit, verùm etiam ſi eo-
rum quem appellauit, aſſectatuſue eſt. Ap-
141 pellare eſt blanda oratione alterius pu-
dicitiam attentare. Hoc enim non eſt con-
uicium facere; ſed aduerſus bonos mores at-
tentare: *His Vlpianus.*
142 Sat igitur fuerit ad incidendum in pȩ-
nas, & cenſuras in Conſtitutione Gregorij
innouatas, attentaſſe tantummodo immu-
nitatis Eccleſiaſticæ violationem per actus
proximos, conando extrahere de loco im-
muni, quamuis extractio ipſa totalis ſequu-
ta minimè fuiſſet, ad *tex. in l. fideli* 2. *vbi gloſ.*
verbo tentauerit, & melius, l. præſentis. ibi: iis,
qui hoc moliri, aut facere, aut nuda ſaltem
co-

Digitized by Google

cogitatione atque tractatuauſi fuerint tentare, *C. de ijs, qui ad Eccleſ. Confug.* ſequitur optimè *Detian. crimin. tom. 2. lib. 6. cap. 27. num. 5. Peregrin. de immunit. Eccleſ. cap. 4. n. 7. Farinac. eod. tract. cap. 20. num. 322. Ioann. Anton. Nouarius in ſumm. Bullar de immunit. Eccleſ. amplia. 6. num. 7. Ambroſ. in eod. tract. cap. 15. nu. 6. idem Farinac. de carcerib. & carcerat. quaſt. 28. num. 4. & ſeq.*

Tum præterea; quòd in difficultatem verti haud poterit, eos Nicholaum Vincērium præfatum è gradibus Eccleſiæ, in quibus perſiſtebat, extraxiſſe, extra ſcilicet eos traxiſſe, quòd inficias ipſi non eunt; vt hoc vnum ſatis, ſuperquè ſufficiat ad Eccleſiæ immunitatis violationem.

143 Gradus nempè Eccleſiæ eadem, qua Eccleſia ipſa, perfrui immunitate, nemini in controuerſiam reuocatur, quia nimirum adhærent Eccleſiæ *gloſſ. 1. in can. ſi quis contumax, 16. 17. quaſt. 4. Suar. tom. 1. de relig. lib. 3. cap 9. nu. 7. in fin. Ferdinand. à Caſtro Theolog. moral. tom. 2. tract. 11. diſp. 1. punct. 6. num. 9. Farinac. in appendic. de immun Eccleſ. cap. 17. num. 272. & 280. Peregrin. eodem tract. cap. 4. num. 19 in 12. ampliat. & num. 41. Vulpes in praxi fori Eccleſ. cap. 3. num. 31. Bonac. de cenſur. tom. 3. diſp. 2. quaſt. 3. punct. 16. §. 4. num. 5. Nouarius d. loco de immunit. Eccleſ. ampliat. 36. num. 36. idem Farinac. de carcerib. & carcerat. quaſt. 28. num. 14.*

144 Eccleſiæ igitur immunitatem violat, qui è gradibus quemquam extraxerit, ne immunitate perfruatur Eccleſiæ, ſecundum communem omnium per præcitatos Doctores.

Non dicant ergo non extraximus. cùm è gradibus traxerint Eccleſiæ, in illis tāquam in Aſylo demorantem, acclamanteque nè extraherent; extra (videlicet) illos traherēt. vt in ſimili argumentatur Sanctus Auguſtinus in *Pſalm. 63. verſ. 4.* exacuerunt tanquā
145 gladium linguas ſuas. Non dicant Iudei.
,, (*inquiens*) Non occidimus Chriſtum; ete-
,, nim propterea eum tradiderunt iudici Pi-
,, lato, vt quaſi ipſi à morte eius viderentur
,, immunes. Nam cum dixiſſet eis Pilatus:
,, vos eum occidite: Reſponderunt: Nobis nō
,, licet occidere quemquam. Iniquitatem fa-
,, cinoris ſui in iudicem hominem refundere
,, volebant; ſed nunquid Deum iudicem fal-
,, lebant? Nullo modo. Sed ille dixit in eum
,, ſententiam, & iuſſit eum crucifigi, & quaſi
,, ipſe occidit: & vos ò Iudæi occidiſtis. Vnde
,, occidiſtis? Gladio linguæ: acuiſtis enim lin
,, guas veſtras. Et quando percuſſiſtis, niſi
,, quando clamaſtis: Crucifige, Crucifige?

Extraxerunt ergo cum è gradibus traxerunt. Non exacuant igitur tanquam gladiū linguas ſuas aduerſus Epiſcopum, vt facinus occulant, quod patrarunt.

146 Tùm demum, quia Conſtitutio præfata omnes comprehendit actiones, per quas immunitas violatur Eccleſię, ſiue extrahendo, ſiue capiendo, ſiue incarcerando, ibi, *Qui extrahunt, capiunt, & incarcerant.* Vt vna quæq; dictarum actionum ad incurſum ſufficiat, ſi potiſſimum dictio illa, ſiue pronomen attēdatur, verborum per nos ſupra perpenſo-
,, rum: *Quicquam præter, aut contra huius noſtræ*
,, *Conſtitutionis tenorem attentare præſumpſerit.*

147 Eſt quippe ſatis laxum pronomen præfatum *quicquam*, adeoque diffuſum, vt omnia cōprehēdat; nihilq; (quāuis minimum) incomprehenſum dimittat, *ad text. in cap. quia ſæpè 40. § nos ipſorum, vbi etiam gloſſ. verbo beneficiis quibuſcunque de elect. lib. 6. Tiraq. in l. ſi vnquam, verbo omnia, nu. 17. de reuocand. donat. Cancd. in ſingular. ſingul 89. num. 5. Barboſ. de dictionib dict. 316. num. 1. & 2.* & nos alibi id ipſum expendemus.

148 Satis igitur fuiſſet, ſi carceribus detruſiſſent extractum, quamuis non ipſi extraxiſſent, vt in cēſuras dediſſe dicerētur in dicta Cōſtitutione innouatas. Cùm profectò per vnamquamque actionum prædictatum violetur Eccleſia, ſuaquè ſpolietur libertate, & immunitate priuetur, ſecūdum Epiſcopum *Genuenſ. in praxi cap. 12. num. 7. impreſſ. anni 1609. Romæ*, quo loco ita in Archiepiſcopali Neapolitana Curia deciſum fuiſſe refert, eumquè ſequitur *Farinac. de immunit. cap. 20 num. 324. Marius Ital. eod. tract. lib. 1. cap. 6. §. 2. num. 38. & 39. Peregrin. cap. 14. num. 10. Ferdinand à Caſtro d. tract. 11. diſput. vnica, punct. 12. nu. 4. Alexander Sperelleus deciſ. fori Eccleſiaſtici, 48. num. 61.* Et nos alibi.

149 Vt multo magis nunc locum ſibi faciat, quando, nedum carcerauerunt è gradibus vi extractum Eccleſiæ; verùm & ipſi per vim, nè immunitate perfrueretur, etiam rapiando, extraxerunt, & ad Sacellum, ſiue Sacriſtiam, vt vocant, detraxerunt, carceribuſquè incluſerunt. In cenſuras proinde dederunt aduerſus immunitatis Eccleſiaſticæ temeratores, non iniuria inflictas. Ceſſent ea propter eorum querelæ, atque pœnitentiam agant ab hac eorum nequitia, iuxta Sancti Petri dictum ad Simonem illū Magum *Actorum 8. 22.* vt abſolutione ſanari valeant.

Vt ex his, Ariſtarchi iudicio non excuſſo, quin expetito, Reſpondendum cenſuimus:

CAROLVS MARANTA I.V.D.
Epiſcopus Iuuenacen.

PRopoſita demum cauſa per Eminentiſſimum Cardinalem Pallottum ponentem in Sacra Cregatione xv. Iunii MDCXL. Eminentiſſimi Patres pro Epiſcopo decreuere: Rectè proceſſum fuiſſe per Epiſcopū in caſibus in *cap. 1. de priuileg. in 6.* vnde ad eum ſequentes dedere litteras.

Altri:

All'Illuſt. e molto Reu. Monſignor come fratello il Veſcouo di Giouenazzo.

Loco † ſigilli.

150 *ILluſtre, e molto Reu. Monſ. come fratello. Hauendo Monſignor mio Eminentiſs. Cardinale Pallotto riferito nella Sacra Congregatione la controuerſia nata trà V. S. e'l Preuoſto, e Preti della Collegiata dello Spirito Santo di coteſta Città, circa le cenſure, nelle quali detto Preuoſto pretendeua eſſer ſtato nullamente dichiarato incorſo da lei, ſtante l'eſſentione ch'egli gode dalla ſua giuriſdittione. Queſti Eminentiſſimi miei Signori udito quel che riſulta dalli proceſſi, è ſcritture eſſibite tãto per parte di V. S. come del medeſimo Preuoſto, e Preti: hanno riſoluto, ch'ell' habbia proceduto giuſtificamente alle cenſure predette, eſſendo l. caſi de' quali ſi tratta, compreſi nella diſpoſitione del cap. 1. de priuileg. in 6. lo ſignificò però à V. S affinche ſappia quel che hauerà da eſſeguire, e Dio la preſerui. Di Roma à 15. di Giugno 1640.*

Di V. S. come fratello, Il Cardinal Sant'Onofrio.
Giouenazzo, Veſcouo, Preuoſto.
L'Arciueſc. di Tebe Secr.

Gratias itaquè omnia Potenti, Creanti, ac Gubernati Triadi Sacroſanctæ, Vni, Trinoquè agimus Deo; Beatiſſimæque ſemper Virgini Mariæ Theothocos, Eccleſiæ noſtræ ſingulari Patronæ, Titulari, Tutelarique; Sanctoque Philippo Nerio Cleri totius Protectori, Sanctiſque omnibus, totiq; Cœleſti Curiæ; Quin enim (dubio procul eſt) ipſi apud Cœleſtem Patrem, Charitate pleni, intercesſerint ſuis ſanctis precibus, Quando Sanctorum communio, quæ inter triumphantem, & militantem Eccleſiam intercedit, quam in ſymbolo fidei confitemur, hæc eſt. Gaudeat igitur terra noſtra tantis irradiata fulgoribus.

Subnectere hic etiam, perpetuum ad Eccleſiæ Iuuenacen. iurium tutamen, operæ pretium viſum eſt, mandatum exequutiuũ à Sacra Romana Rota relaxatum, Potentiſſimo noſtro Hiſpaniarum Regi directum, cum inſerta ſententiæ forma, executioneq; ſequuta, typis imprimendum. Vt qui viderint, oculiſquè perluſtrarint, ac legerint; Deo bonorum omnium largitori, qui dat omnibus affluenter, & nõ improperat, grates, nec vulgares rependere, vna mecum, excitentur.

POtentiſsimo, & Inuictiſsimo, ac Catholico Principi, & Domino, Domino Philippo Diuina fauente Clementia Caſtellæ, Legionis, Dragonum, Valentiæ, Maioricarum Sardiniæ, Gragauæ, Neapolis, Hieruſalem, Nauarræ, Tolleti, Nurtiæ, Gremuen, & vtriuſque Siciliæ Regi, aliorumque dominiorum veſtrorum felicis proſperitatis augmẽtum. necnon Reuerendiſsimis, ac Reuerendis in Chriſto Patribus, & Dominis, Dominis, Dei, & Apoſtolicæ Sedis gratia Neapolitano, & Baren. Archiepiſcopis, & Licieñ. & Gallipolitañ. Epiſcopis, eorumque, & cuiuſlibet ipſorum in ſpiritualibus, & temporalibus Vicarijs, ſeu officialibus, Curiæque cauſarum Cameræ Apoſtolicæ generali Auditori eiuſquè Locumteneñ. Vniuerſis quoque, & Singulis Dominis Abbatibus Prioribus Præpoſitis, Decanis, Archidiaconis, Scholaſticis, Archipresbyteris, Primicerijs, Cantoribus, Cuſtodibus, Theſaurarijs, Sacriſtis, tàm Cathedralium, quàm Collegiatarum Canonicis, Parrochialiumquè Eccleſiarũ Rectorib. ſeu Locateneñ. eorundẽ Plebanis, viceplebanis, Cappellanis curatis, ac nõ curatis, ac Monaſteriorum ordinum quorumcunque Generalibus, Prouincialibus, Miniſtris, Prioribus, Vicarijs, Guardianis, Cuſtodib. Fratribus, Monachis, Sancti Ioannis Hieroſolymitani, Beatæ Mariæ Theuthonicorum, & Sancti Iacobi de ſpata Magiſtris, Commedatoribus, Præceptorib. Bailiuis, eorũque, necnon ſingulis Prędicatorum, Minorũ, Heremitarũ S. Auguſtini, & Beatæ Mariæ Carmelitarum, & aliorum Ordinum quorumcunque, domorum, & Conuentum Fratribus regularibus, & Conuentualibus exemptis, & non exemptis, cæriſquè praesbyteris, Clericis, Notarijs, & Tabellionibus publicis quibuſcunque per dictorum Epiſcoporum, & Archiepiſcoporum Prouincias, Ciuitates, & Diœceſes, ac aliàs vbilibet conſtitutis, & eorum cuilibet inſolidum, nec non Illuſtribus, & Magnificis viris Dominis Ducibus, Marchionibus, Langrauijs, Comitibus, Baronibus, Vicecomitibus militaribus, Capitaneis, Poteſtatibus, Prioribus, Marescallis, Caſtellanis, Conſulibus, Proconſulibus, Scabinis, Iudicibus, Iuſtitiarijs, Sculteris, ac Curiarum quarumcumque, tàm ſpirituãlium, quàm temporalium, Terrarumque, Oppidorum, Caſtrorum, Suburbiorum, Villarum, ac Vniuerſitatum quarumcunque maioribus, & Præfectis, necnon ſeruientibus, clientibus, Scribis, Procuratoribus, & Officialibus, cæteriſquè Dominis, & perſonis quibuſcunque iuriſdictionem ſpiritualem, temporalem, ac ordinariã per ſe, vel alium, ſeu alios mediatè, vel immediatè vbicunque pro tempore exercentibus, vbicunque conſtitutis, & cuilibet eorum inſolidum. Vniuerſis quo-

quoque,& ſinguli,Arrendatoribus,redditua rijs,vindemiatoribus, colonis, agricolis,decimatoribus, penſionatijs, cenſuarijs,receptoribus,debitoribus,laboratoribus,poſſeſſoribus,& detẽtoribus fructuum reddituum, & prouentuum,iurium, obuentionum, & emolumentorum huiuſmodi quibuſcunq; & præſertim cuidam Præpoſito Collegiatæ Eccleſiæ Sancti Spiritus Iuuenacien. à cõmiſſione,& ſententia infraſcriptis ex aduerſo principali nominato, omnibuſque alijs, & ſingulis quorum intereſt,intererit,aut intereſſe poterit quomodolibet in futurum, quibuſcunque nominibus cenſeantur, aut quacunque præfulgeant dignitate.

Iulius Oradinus Rotæ Decanus, I. V. D. Sanctiſſ. Dom. N. Papæ Cappellanus, & ipſius Sacri Palatij Apoſtolici cauſarum, cauſæ,& cauſis,ac partibus infraſcriptis Auditor,& executor vnicus ad infraſcripta à Sede Apoſtolica ſpecialiter deputatus, ſalutẽ in Domino, & noſtris huiuſmodi, imò verius Apoſtolicis firmiter obedire mandatis. Noueritis quod nuper Sanctiſſimus in Chriſto Pater, & Dominus noſter Dominus Pius diuina prouidentia Papa Quintus quãdam commiſsionis appellationis cedulam nobis præſentari fecit huiuſmodi ſub tenore videlicet.

Beatiſſime Pater Præpoſitus, Canoci, & beneficiati, ſiue miniſtri Collegiatæ Eccleſiæ Sãcti Spiritus Ciuitatis Iuuenacen quærentes ſe à iuriſdictione, viſitatione, & correptione deuotæ S. V. creaturæ Epiſcopi Iuuenacen. ſubtrahere, & licentioſè viuere, prætenſam exemptionem allegarunt, & cõmiſſa deſuper cauſa, ſiue alias illa introducta coram Reuerendiſsimo Domino Archiepiſcopo Baren. ſiue eius Vicario prætenſam ſententiam contra creaturam ſuper prætenſa exemptione,& ſeu manutenſione exemptionis de facto,ac velo leuato reportarunt; & cum de iure, & etiam ex diſpoſitione decretorum Sacri Concilij contra proprių̃ Epiſcopum prætextu cuiuſuis exẽptionis prætenſi priuilegij,ſiue conſuetudinis nullatenus tueri poſsint, quominus ab eorum Ordinario viſitentur, & corrigãtur, & in illos iuriſdictionem exerceat, à qua ſentẽtia, & toto proceſſu deſuper habito,& facto,& alijs grauaminibus illatis,extitit ad S.V.& Sedem Apoſtolicam appellatum, & de illius nullitate iniquitate, & iniuſtia dictum. Supplicat igitur humiliter S. V. creatura prædicta, (ſine tamen præiudicio ſuæ quaſi poſſesſionis, & executionis decretorum Sacri Concilij Tridentini,) quatenus dignetur cauſam, & cauſas appellationis,& appellationum huiuſmodi, nullitatis, & nullitatum, iniquitatis, & iniuſtitiæ dictæ prætenſæ ſententiæ,attentatorum, & inuocatorum quorumcumque, Alicui ex veſtri Sacri Palatij Apoſtolici cauſarum Auditoribus,ſiue Locatenentibus audieñ. cognoſcendas,decidendas, fineque debito terminandas vna cum omnibus, & ſingulis ſuis incidentibus, dependentibus, emergẽtibus, annexis,& connetis,committere,& mandare,cum poteſtate prædictos,omneſque alios, in,vbi,& quoties opus fuerit,etiam per edictum publicum conſtito ſummariè, & extraiudialiter de non tuto acceſſu,citandi,& etiam ſub cenſuris,& pœnis inhibeñ,dictãque creaturam in poſſesſione viſitandi,corrigeñ.& iuriſdictionem exerceñ. iuſta iuris diſpoſitionem, & decretorum Sacri Conc. Tridentini formam,& tenorem, pro vt iuſtum fuerit,manuteneñ.& conſeruan. Mandatumque de manuteneñ. etiam ſub cenſuris,& pęnis eius arbitrio imponendis decernendi, & relaxañ. & in euentum non paritionis,pœnas,& cenſuras incidiſſe,& incurriſſe declarañ. illoſque aggrauañ.& reaggrauañ. in etiam cum inuocatione brachij,aliaque in præmisſis,& circa ea neceſſaria quomodolibet, & oportuna facieñ. gereñ. & exercen.& exequen. præmisſis,ac Conſtitutionibus,& ordinationibus Apoſtolicis,ſtylo Palatij,cęteriſq;contrarijs nõ obſtantibus quibuſcunque ſtatũ,& merita cauſæ,& cauſarum huiuſmodi, aliorumquè, ac tenores, & formas,citandorumque,& inhibendorũ nomina, & cognomina pro plenè, & ſufficienter expresſis habentes. Quæ quidem commisſio in eius ſiue taliter erat ſignata, videlicet. De mandato Domini noſtri Papæ audiat Magiſter Iulius, citet etiam per edictum conſtito ſummariè de non tuto acceſſu:inhibeat etiam ſub cenſuris, & manuteneat decernat,vt petitur,& iuſtitiam faciat. Placet Domino noſtro Papæ. Lud. Card. Simonetta.

HVIVSMODI itaque commiſsionis prętextu nos in cauſa,& cauſis huiuſmodi, & ad Romanam Curiam coram nobis legitimè introductis,& deuolutis, ac inter partes in eadem commiſsione contentas, ſeu verius eorum legitimos procuratores, & ritè procedentes ſeruatis ſeruandis, ac cognitis eiuſdem cauſæ meritis, citato tamen prouido viro Domino Anibale Paulino in Romana Cur. cauſarum, & ſupradicti Domini Præpoſiti Collegiatę Eccleſiæ S.Spiritus Iuuenacen. ex aduerſo principali Procuratore, de Dominorum Coadiutorum noſtrorum conſilio,& aſſenſu; quibus de ipſius cauſæ meritis relationem plenariam fecimus,& fideliter,noſtram diffinitiuam in ſcriptis tulimus,& promulgauimus, ſententiam in huius,qui ſequitur modum,videlicet.

CHRISTI nomine inuocato pro Tribunali ſedentes,& ſolum Deum prę oculis habentes, per hanc noſtram diffinitiuam ſententiam, quam de Dominorum Coadiutorum

rum noſtrorum conſilio,& aſſenſu ferimus in his ſcriptis. In cauſa,& cauſis,quæ coram nobis inter R.P.D.Epiſcopum Iuuenacen. ex vna,& Præpoſitum,ac Canonicos Collegiatæ Eccleſiæ Sancti Spiritus Iuuenacen. de & ſuper prætenſa exemptione eiuſdem Præpoſiti,ac Canonicorum,& aliarum Eccleſiaſticarum perſonarum dictæ Eccleſiæ à iuriſdictione,ſubiectione,& correctione prædicti R.D.Epiſcopi, necnon iuriſdictione ſpirituali,& temporali in dictos Canonicos,& alios clericos dictæ Collegiatæ Eccleſiæ,illorumquè poſſeſſione,vel quaſi,rebuſquè alijs in actis cauſæ, & cauſarum huiuſmodi latius deductis,& illorum occaſione in ſecunda inſtantia vertente partibus ex altera.Dicimus,pronuntiamus,& decernimus per D. Vicarium Reuerendiſſimi Domini Archiepiſcopi Baren.malè,& nulliter fuiſſe,& eſſe proceſſum, ordinatum, ſententiatum, & diffinitum; ac pro parte dicti R.D.Epiſcopi Iuuenacen. à proceſſu, ordinatione,& ſententia huiuſmodi, benè fuiſſe, & eſſe prouocatum, appellatum, & de nullitate dictum:proceſſumquè,ordinationem,& ſententiam huiuſmodi reuocandam,& annullandam fore, ac reuocamus, & annullamus; pariquè noſtra diffinitiua ſententia pronunciamus,decernimus,& declaramus; præfatum Præpoſitum, Canonicos, & alias perſonas Eccleſiaſticas dictæ Collegiatæ Eccleſiæ Sancti Spiritus correctioni,& iuriſdictioni prædicti R.D.Epiſcopi Iuuenacen. nunc, & pro tempore exiſten. ſubiacuiſſe, & ſubiacere, quo ad tres caſus comprehenſos, & expreſſos in Conſtitutione Innocentii IV. in Concilio generali Lugdunen.relata *in cap.1.de priuileg. in lib 6.* decretalium, illoſque in prætenſis priuilegijs pro parte dicti Præpoſiti,& Canonicorum productis minimè comprærhendi:ac de,& ſuper illis nullum vnquam ius præfato Præpoſito competiiſſe,aut competere de iure. Et propterea prædictum Dominum Epiſcopum in poſſeſſione, vel quaſi ſuam iuriſdictionem exercendi ordinariam in dictos Præpoſitum,Canonicos, & alios clericos dictæ Collegiatæ Eccleſiæ,ipſumquè R. D.Epiſcopum in dictis tribus caſibus manutenendum fore,& manutenemus, mandatumque de manutenendo deſuper neceſſarium,& oportunum decernendum fore, & eſſe, ac decernimus: moleſtationes, inquietationes,perturbationes,& impedimenta quæcunque per dictos Præpoſitum, & Canonicos aduerſarios prædicto R.D. Epiſcopo de,& ſuper prætenſa exemptione, & iuriſdictione huiuſmodi, & illorum occaſione quomodolibet factas, & præſtitas, factaque,& præſtita fuiſſe, & eſſe temerarias, illicitas,indebitas,iniquas,& iniuſtas, temerariaque illicita,indebita,& iniuſta, ac de facto præſumptas,& præſumpta,illaſque,& illa ſupradictis Præpoſito, & Canonicis aduerſarijs feciſſe,& facere minime licuiſſe, neque licere de iure, & propterea, ac de,& ſuper illis,prætenſaque exemptione à iuriſdictione huiuſmodi eiſdem Præpoſito, & Canonicis aduerſarijs perpetuum ſilentium imponendum fore,& imponimus. Eoſdemque Præpoſitum, & Canonicos in expenſis in eiuſmodi cauſa pro parte dicti R.D.Epiſcopi coram nobis legitimè factis condemnandum fore,& condemnamus. Quarum taxationem nobis in poſterum reſeruamus. Huiuſmodi ſiquidem diffinitiuam ſententiam ſubſcripſimus, videlicet. Ita pronuntiaui Ego Iulius Oradinus Rotæ Decanus.

QVAE quidem diffinitiua ſententia poſtquam nulla prouocatione ſuſpenſa in rem tranſiuiſſet iudicatam, nos ad prouidi viri Domini Claudij Nerei in Romana Curia cauſarum, & Reuerendiſsimi Domi Epiſcopi Iuuenacien. principaliter nominati Procuratoris inſtantiam,prouidum virum Dominum *Annibalem Paulinum in eadem Curia etiam cauſarum, & præfati Domini Præpoſiti Eccleſiæ Collegiatæ Sancti Spiritus Iuuenacien. ex aduerſo principalis Procuratorem, pro vt de ipſorum hinc inde procuratorum procurationum*,mandatis nobis, legitimis conſtat documentis ad videndum, & audiendum: omnes, & ſingulas expenſas pro parte dicti Reuerendiſsimi Epiſcopi Iuuenacien. principalis in deductione, & proſecutione litis,& cauſæ huiuſmodi quomodolibet factas, & in quibus præfatus *Præpoſitus* ex aduerſo principalis per præinſertam noſtram ſententiam ſententialiter *condemnatus exiſtit,taxari, & moderari;ſententiamque præinſertam, & expenſarum taxationẽ huiuſmodi exequi,& executioni debitæ* demandari; litteraſque ſiue proceſſus executoriales deſuper oportunas iuxta bullarum fęlicis recordationis Pij Papæ IV. deſuper editarum, & nobis conceſſarum formam, & tenorem in forma ſolita decerni, & concedi. *Vel dicendum, & cauſam,ſi quam haberent rationabilem, quare præmiſſa fieri non deberent allegandum per vnum ex Sanctiſſimi D.N.Papæ Curſoribus citari fecimus* ad certum peremptorium terminum competentem vniuerſalem ad diem, & horam iufraſcriptos. Quibus aduenientibus comparuit in iudicio legitimè coram nobis prædictus Dominus Claudius Nereus Procurator, & nomine quo ſupra procuratorio, dictiquè Domini Anibalis Paulinis ex aduerſo Procuratoris *non comparentis contumaciam accuſauit*,ipſumque contumacem reputari, & in eius contumaciam omnes, & ſingulas expenſas pro parte dicti Reuerendiſsimi Domini Epiſcopi Iuuenacien. principalis in hac cauſa, vt præmitti tur factas,& in quibus dictus Præpoſitus ex aduerſo principalis per præinſertam

tam noſtram ſententiam ſententialiter condemnatus exiſtit, taxari, & moderari; necnõ ſententiam etiam taxationis expenſarum huiuſmodi exequen. & executioni debitæ demandari, litteraſquè, ſiue proceſſus executoriales deſuper opportunas, iuxta, & ſecũdũ prædictarum bullarum felicis recordationis Pij Papæ IV. formam, & tenorem in forma ſolita decerni, & concedi per nos debita cum inſtantia poſtulauit. *Nos tunc. Iulius Oradinus Rota Decanus*, & executor prædictus dictum Dominum Anibalem Paulinũ ex aduerſo Procuratorem non comparentem reputauimus meritò contumacem, & & in eius contumaciam attendentes poſtulationem huiuſmodi eſſe iuſtam: *Quodque parum proceſſiſſet ſententias ferre, & expenſas taxare, niſi debitæ executioni demandentur. Ac volentes* in cauſa, & cauſis prędictis legitimè procedere, vt tenemur, id circo authoritate Apoſtolica nobis commiſſa, & qua fungimur in hac parte, primitùs omnibus, & ſingulis expenſis ſupradictis, vt præmictitur pro parte dicti Reuerendisſimi D. Epiſcopi Iuuenacen. principalis factis, & in quibus dictus Præpoſitus Sancti Spiritus Iuuenacẽ. ex aduerſo principalis per nos ſententialiter *condemnatus exiſtit, ad viginti ſex ducatos auri de Camera boni, & iuſti ponderis* prouida moderatione prævia per nos ritè taxatis, & moderatis iuramento eiuſdem Claudij Nerei Procuratoris legitimè ſubſecuto, quod eius Dominus principalis in huiuſmodi cauſa, ſiue litis proſecutione tantum, & vltra exponere habuit, ſententiam præinſertam, & expenſarum taxationem prędictas exequẽdas, & executioni debitæ demandandas, literaſque, ſiue proceſſus executoriales deſuper oportunas, iuxta prędictarum bullarum felicis recordationis Pii Papæ IV. deſuper editarum, & conceſſarum formam, & tenorem decernendas, & concedendas duximus, & decreuimus, pro vt decernimus, & concedimus per præſentes, ſub modificatione infraſcripta.

Quæ omnia, & ſingula præmiſſa, & hũc noſtrum proceſſum, ac in eis contenta vobis omnibus, & ſingulis ſupradictis intimamus, inſinuamus, & notificamus, ac ad veſtrum, & cuiuslibet veſtrum notitiam deducimus, & deduci volumus per præſentes; voſque nihilominus authoritate Apoſtolica prædicta tenore pręſentium requirimus, & monemus primo, ſecundo, tertio, & vobis, & veſtrum cuilibet in virtute ſanctæ obedientiæ, & ſub infraſcriptis ſententiarum pœnis diſtrictè pręcipiendo mandamus, quatenus infra ſex dierum ſpatium poſt præſentationem, ſeu notificationem præſentium vobis factas immediatè ſequen. quorum ſex dierum, duos pro primo, duos pro ſecundo, & reliquos duos dies vobis vniuerſis ſupradictis pro tertio, & peremptorio termino, ac monitione canonica aſſignamus, eundem Dominum Præpoſitum Eccleſiæ Collegiatæ Sancti Spiritus Iuuenatien. ex aduerſo principalem, omneſque Eccleſiaſticas perſonas dictę Collegiatę Eccleſiæ correctioni, & iuriſdictioni dicti Reuerendiſsimi *Domini* Epiſcopi Iuuenatien. principalis nunc, & pro tempore exiſtentis ſubiacuiſſe, & ſubiacere, quo ad tres caſus comprehenſos, & expreſſos in Conſtitutione Innocentij IV. edita in Concilio generali Lugdunẽ. relata in *cat. in tit. de priuileg. in 6. libro decretaliũ*, illũq. in pretenſis priuilegijs corã nobis ꝑ parte dicti Prępoſiti productis minimè comprehendi, ac de, & ſuper illis nullum vnquam ius prædicto Præpoſito aduerſario competiſſe, aut competere de iure denuncietis, & declaretis, ac ab alijs denunciari, & declarari faciatis; ipſumquè Reuerendiſſimum Epiſcopum Iuuenatien. principalem in poſſeſſione, vel quaſi ſuam iuriſdictionem exercendi ordinariam in dictum Præpoſitum, & alios Clericos Collegiatæ Eccleſiæ Sancti Spiritus Iuuenacẽ. aduerſarium in dictis tribus caſibus manuteneatis defendatis, & manuteneri, & defendi faciatis, pro vt nos declaramus, & manutenemus, ac manuteneri mandamus per præſentes. *Et tu Præpoſite* dictæ Collegiatæ Eccleſiæ S. Spiritus Iuuenac. ex aduerſo principalis à moleſtijs, inquietationibus, perturbationibus, & impedimentis quibuſcunque per te prædicto Reuerendiſsimo Epiſcopo Iuuenacẽ. principali de, & ſuper prætentis exemptione, & iuriſdictione huiuſmodi, ac illorum occaſione quomodolibet factis, & præſtitis deſiſtas, prædictæquè noſtræ præinſertæ ſententiæ in omnibus, & per omnia iuxta illius continentiam, & tenorem pareas, & obedias abſque contradictione, & rebellione quibuſcunque. MONEMVS inſuper modo, & forma præmiſſis, ac ſub eiſdem, & infraſcriptis ſententiarum pœnis te Præpoſitum Collegiatæ Eccleſiæ Sancti Spiritus Iuuenatien. aduerſarium, quatenus infrà triginta dierum ſpatium poſt præſentationem, & requiſitionem tibi vigore præſentium pro parte dicti Reuerendiſsimi Domini Epiſcopi Iuuenatien. principalis deſuper factas immediatè ſequentium, quorum triginta dierum, decem pro primo, decem pro ſecundo, & reliquos decem dies tibi pro tertio, & perẽptorio termino, ac monitione canonica aſsignamus prædictæ noſtræ præinſertæ ſententiæ in omnibus, & per omnia obedias, & obtemperes, nec non à moleſtijs, inquietationibus, & impedientis quibuſquę per te prædicto Reuerendiſsimo Domino

Epi-

Digitized by Google

Epiſcopo Iuuenacen. principali de, & ſuper prætenſa exemptione,& iuriſdictione huiuſmodi,ac illorum occaſione quomodolibet tactis pœnitùs, & omninò deſiſtas, ac de viginti ſex ducatis prædictis ratione expenſarum per dictum Reuerendiſsimũ Dominum Epiſcopum principalem in lite,& cauſa huiuſmodi factarum, & in quibus, vt in præinſerta ſententia deducitur ſententialiter condemnatus extitiſtis,& quatuor alijs ſimilibus ducatis auri de Camerain, & pro expeditione noſtri præſentis proceſſus expoſitis, in quibus quatuor ducatis te etiam condemnauimus, & proceſſum noſtrum huiuſmodi taxauimus per præſentes, condignam ſatisfactionem impendas realiter,& cum deffectu,aut medio tempore conuenias, aut concordes ſuper præmiſsis amicabiliter cum eodem.

INHIBEMVS præterea modo, & forma præmiſsis vobis omnibus,& ſingulis ſupradictis, & generaliter quibuſcunque alijs,cuiuſcumque ſtatus, gradus, ordinis, vel conditionis exiſtant, nè prædicto Domino Reuerendiſsimo Epiſcopo Iuuenacen. principali, vel procuratori ſuo de dictis ducatis ſuperius expreſsis ratione expenſarum in huiuſmodi cauſa factarum condigna ſatisfactio, & ſolutio quominus impendatur,omniaq; alia,& ſingula ſupradicta in dicta præinſerta ſententia contenta,& infraſcripta,ſuum debitum conſequatur effectum,impedimentum aliquod præſtetis,ſeu præſtare faciatis quouis quæſito colore,vel ingenio. Alioquin ſi fortè præmiſſa omnia, & ſingula non adimpleueritis,mandatiſquè noſtris huiuſmodi, immò verius Apoſtolicis, non parueritis cum effectu,nos in vos,& ipſos omnes, necnon contradictores, & rebelles quoſcunque ex nunc, pro vt ex tunc dictis canonicis monitionibus præmiſsis *excommunicationis* in dictis verò Eccleſijs Sancti Spiritus Iuuenatien. & aliarum quarumcunque Eccleſiarum,& Monaſteriorum, Capitula, Collegia,& Conuentus quęcunque in his delinquentia, *ſuſpenſionis à diuinis*, & in ipſorum delinquentium,& rebellium Eccleſias,Monaſteria, & Cappellas *interdicti Eccleſiaſtici ſententias ferimus in his ſcriptis, & etiam promulgamus.* Vobis verò Reuerendiſsimis, & Reuerendis Patribus Dominis Archiepiſcopis,& Epiſcopis pręfatis dumtaxat exceptis,quibus ob reuerẽtiam veſtrarum Pontificalium dignitatum in hac parte deferimus,ſi contra præmiſſa, vel aliquod præmiſſorum feceritis prædicta ſex dierum canonica monitione præmiſſa, ingreſſum Eccleſiarum interdicimus in his ſcriptis. Si verò huiuſmodi interdictum per alios ſex dies, dictos ſex immediatè ſequentes ſuſtinueritis, vos in his ſcriptis eadem canonica monitione præmiſſa ſuſpenſionis à diuinis. Verum ſi præfatas interdicti, & ſuſpenſionis ſententias per alios ſex dies prædictos, duodecim dies immediatè ſequentes animis, (quod abſit)ſuſtinueritis induratis, vos, & quemlibet veſtrum in his ſcriptis canonica monitione præmiſſa ex nunc, pro vt ex tunc *excommunicationis* ſententia innodamus.

CAETERVM cum ad executionem præmiſſorum vlterius faciendam nequeamus,quo ad præſens alijs arduis in Romana Curia præpediti negotiis perſonaliter intereſſe. Vniuerſis, & ſingulis Dominis Abbatibus,Prioribus,Præpoſitis,Decanis, Archidiaconis, Scholaſticis, Cantoribus, Cuſtodibus,Theſaurarijs,cæteriſque Presbyteris,Clericis,Notariis, & tabellionibus publicis quibuſcunque per Prouincias, Ciuitates, & Diœceſes prædictas, ac alias vbilibet conſtitutis, & eorum cuilibet in ſolidum ſuper vlteriori executione faciẽda, authoritate noſtra, immo verius Apoſtolica tenore præſentium committimus plenariè vices noſtras, donec eas ad nos duxerimus reuocandas, quos, & eorum quemlibet in ſolidum eiſdem authoritate, & tenore requirimus,& monemus primo, ſecundo,tertio,& peremptoriè ipſis,& cuilibet ipſorum in virtute ſanctæ obedientię,& ſub excommunicationis pęna mandamus, quatenus infra tres dies poſt requiſitionem ipſis factam immediatè ſequentes,quos tres dies ipſis, & eorum cuilibet pro tertio, & peremptorio termino, atque dilatione,& monitione canonica aſſignamus. Ita tamen, quod in his exequendis vnus eorum alterum non expectet,nec alter pro alio ſe excuſet, huiuſmodi noſtros proceſſus, & quæcunque in eis contenta vobis communiter, vel diuiſim legant,intiment, & inſinuent, ac fideliter publicare procurent, *nec non prædictum Præpoſitum Collegiatæ Eccleſiæ Sancti Spiritus Iuuenacen.* aduerſarium, & alias Eccleſiaſticas perſonas dictæ Collegiatæ Eccleſię correctioni, & iuriſdictioni prædicti Reuerendiſſimi Domini Epiſcopi Iuuenatien. nunc, & pro tempore exiſtentis ſubiacuiſſe,& ſubiacere, quo ad tres caſu comprehenſos, & expreſſos in Conſtitutione Innocentii IV. edita in Concilio generali Lugduneñ. relata *in capitulo primo, in titulo de priuilegijs in ſexto libro decretalium*, illumque in prætenſis priuilegijs pro parte dicti Præpoſiti productis, ac de, & ſuper illis nullum vnquam ius prędicto Prępoſito competiiſſe, aut competere de iure denuntient,& declarent ipſumquè Dominum Epiſcopum Iuuenatien.in poſſeſſione,vel quaſi ſuam iuriſdictionem exercendi ordinariam in dictum

Digitized by Google

Præpoſitum,& alios Clericos Eccleſię Collegiatę Sancti Spiritus Iuuenatien. aduerſarium in dictis tribus caſibus manuteneãt, & defendant, ac manuteneri, & defendi faciant,necnon de prędictis triginta ducatis ratione expenſarum,& alias, vt præfertur taxatis debitam, & condignam ſatisfactionem impendi faciant,& procurent infra terminos ſuperius annotatos. Et ſi forſan,quod non credimus, Prępoſitus dictæ Collegiatæ Sancti Spiritus Iuuenatien. aduerſarius prędictę noſtræ ſententiæ, cęteriſquè contradictores, & rebelles prędictis mandatis, & monitionibus noſtris huiuſmodi, immo verius Apoſtolicis infra dictos eis reſpectiuè terminos ſuperius expreſſos parere,& obedire neglexerint, aut recuſauerint, *pœnas, ſententias, & cenſuras prædictas in eos, vt præmittitur latas damnabiliter incurrere* ex tunc prædictis ſubdelegatis noſtris ſub dicta excommunicationis pœna committimus,& mandamus,quatenus ſingulis diebus Dominicis,& feſtiuis in ſuis Eccleſijs,Monaſterijs, & Cappellis infra miſſarum,& aliarum horarum ſollemnia, & aliàs quoties expediens fuerint prędictum Prępoſitum aduerſarium, cęteroſquè contradictores, & rebelles prędictos ſic excommunicatos publicent, denuntient,& ab aliis denuntiari faciant, donec, & quouſque aliud à nobis, vel ſuperiori noſtro ſuper hoc habuerint in mãdatis. *Si verò prædictus Præpoſitus* aduerſarius,Contradictoreſque,& rebelles prædictis dictam excommunicationis ſententiã per decem dies illius excommunicationẽ immediatè ſequentes pertinaciter ſuſtinuerint, nos ex tunc, quia creſcente contumacia,creſcere debet & pęna, nè facilitas veniç audaciam tribuat delinquentibus, proceſſus noſtros huiuſmodi aggrauamus dictis delegatis noſtris modo,& forma præmiſsis,præcipientes qnatenus ſingulis diebus Dominicis, & feſtiuis in ſuis Eccleſijs, monaſterijs, & Cappellis infra miſſarum, & aliarum præſcriptarnm horarum ſollẽnia dictam excommunicationis denuntiationem recitando,& innouando, eundem Præpoſitum aduerſarium, cæteroſquè cõtradictores,& rebelles ſic, vt præmittitur, excommunicatos, denunciatos nominatim campanis pulſatis,candelis accenſis,& demum extinctis, ac in terram proiectis, Cruce erecta,& religione inducta, aquam benedictam aſpergendo ad fugandos *Dæmones*,qui eos detinent ſic ligatos, & laqueis ſuis catenatos;orando, quod Dominus noſter Ieſus Chriſtus eos ad catholicã fidem,& Sanctæ matris Eccleſiæ gremium reducere dignetur, nec eis in talibus perverſitate,& duritia dies eorum finire permittat,cum decantatione Reſpõſorij: *Reuelabunt Cæli iniquitatem Iudæ* &c. & Pſalmi; *Deus laudem meam nè tacuris*, &c. cum Antiphona: *Media vita in morte ſumus totaliter*; & his finitis ad ianuas Eccleſiarum ſuarum vnà cum Clericis, & Parrochianis accedant, & ad terrorem (vt eo citius ad obedientiam redeant) *tres lapides verſus domos* habitationum ſuarum proiciant in ſignnm maledictionis,æternę, quam Deus dedit Choræ,Dathan,& Abyrons,quos terra ſuſtinere non potuit, ſed iuſto Dei iudicio illos abſorbuit, vt in infernum deſcenderent viuentes.Etiam poſt miſſam, & in veſperis,aliiſquè horis canonicis, & ſermonibus,& prædicationibus publicis ſollemniter publicent, ac ab aliis publicari, & denuntiari. & ab omnibus Chriſti fidelibus arctius euitari faciant,donec aliud à nobis, vel ſuperiori noſtro receperint in mandatis. *Verum ſi* prædicti denunciati,aggrauati aggrauationem huiuſmodi per alios decem dies, illius publicationem,& dictos decem dies immediatè ſequentes animis, quod abſit, ſuſtinuerint induratis:Nos ex tunc, quia peruerſorum audacia id exigit, & vnica pœna non contenti, fortioribus arceantur pœnis, nè fides illorum lædatur, qui ſuis ſuperioribus obedientiam ſemper impenderunt; proceſſus noſtros huiuſmodi reaggrauamus ſupradictis ſubdelegatis noſtris, vt ſupra,mandantes quatenus dicta authoritate Apoſtolica omnes *Chriſti fideles vtriuſque ſexus homines, & præſertim familiares, & ſeruitores denuntiatorum, & aggrauatorum huiuſmodi*, modo, & forma præmiſſis moneant,& requirant primo,ſecundo,tertio,& peremptoriè,pro vt nos etiam requirimus, & monemus colquem, quatenus infra ſex dies monitionem, & requiſitionem huiuſmodi ipſis factas immediatè ſequentes, quos dies ipſis, & eorum cuilibet pro omni dilatione, termino que peremptorio, ac monitione canonica aſſignent pro vt nos eiſdem aſſignamus à participatione,& familiaritate ipſorum denuntiatorum aggrauatorum penitus,& omnino deſiſtant, & ſi contrarium fecerint,nos in eos cum dictis denuntiatis, & aggrauatis rebelliter participan. & contraſacien,ex nunc pro vt ex tunc dicta ſex dierum canonica monitione præmiſſa,*excommunicationis ſententiam* ferimus in his ſcriptis, & etiam promulgamus; dictis ſubdelegatis noſtris modo, & forma præmiſſis diſtrictè præcipiendo mandantes, quod ſingulis diebus Dominicis, vt ſupra prædictos *Chriſti fideles familiares, & ſeruitores, qui cum denuntiatis*, & aggrauatis rebelliter participauerint, excommunicatos tandiu publicent, denuncient, ac ab omnibus Chriſti fidelibus arctius euitari

fa

faciant, donec abſolutionis beneficium deſuper meruerint obtinere. Præterea ſi prædicti denuntiati, aggrauati, & reaggrauati reaggrauationem noſtram huiuſmodi per alios decem dies illius denuntiationem, & ſupradictos viginti dies immediatè ſequentes dictas noſtras ſententias pertinaciter ſuſtinuerint, Pharaonis duritiam imitando ad modum aſpidum ſurdarum aures ſuas obturantium nè vocem audiant incātantium; nos ex tunc omnes, *ab ſingulas Ciuitates Oppida Caſtra, & quæcunque Eccleſiarum Collegia, & alia* quæcunque loca in, & ſub quibus denuntiatos aggrauatos, & reaggrauatos prædictos morari contigerit, Eccleſiaſtico ſupponimus interdicto, ſupradictis ſubdelegatis noſtris ſub dicta excommunicationis pœna mandantes, quatenus ex tūc, quandiu ijdem denuntiati, aggrauati, & reaggrauati in locis prædictis fuerint, ceſſent, & ab aliis ceſſari faciant à diuinis. Quam quidem ceſſationem etiam per tres dies continuos poſt ipſorum denuntiationem, aggrauationem, & reaggrauationem ab inde receſſum obſernent, & ab alijs obſeruari faciant: Ita, & taliter, quod huiuſmodi ſtante interdicto nulla Eccleſiaſtica Sacramenta in, & ſub eiſdem locis in quibus dicti denuntiati, aggrauati, & reaggrauati fuerint miniſtrentur, niſi pœnitentia, & baptiſmus omnibus indifferenter, Euchariſtia infirmis tantum, & matrimonium ſine Eccleſiaſtica ſolēnitate cōtrahatur. Inibiq; & ſub eiſdē locis decedentibus Eccleſiaſtica denegetur ſepultura. *Deum verò* ſi prædicti denuntiati, aggrauati, reaggrauati, & interdicti interdictū huiuſmodi per alios decem dies ipſius publicationem, & alios triginta dies immediatè ſequentes ſuſtinuerint, ac proceſſibus noſtris huiuſmodi non paruerint cum effectu, quod Deus auertat, Nos tunc, quia mucrone non proficiente Eccleſiaſtico, temporalis ſaltem gladius, non immeritò ſuffragatur auxilium brachij ſecularis duximus inuocādum: vt quos Dei timor à malo non reuocat, temporalis ſaltem coherceat ſeueritas diſciplinæ. *Hinc eſt, quod vos Potentiſſimum* Dominum Dominum Philippum Regem antedictum præfati gladij in illis partibus principalem vibratorem, *& iuſtitiæ zelatorem* exhortamur, voſquè Dominos Duces, Comites, Marchiones, Barones, Iudices, Officiales, & alios ſupradictos iuriſdictionem temporalem, & ordinariam per vos, vel aliū, ſeu alios exercen. dicta authoritate tenore præſentium requirimus, & monemus primo ſecundo, tertio, & peremptorio termino, ac monitione canonica, vobiſque in virtute ſanctæ obedientiæ, & ſub excommunicationis pœna mandamus, quatenus infra ſex dierum ſpatium poſt ſupradictos terminos, nec non notificationem, & publicationem præſentium vobis factas immediatè ſequentes, quorum ſex dierum duos pro primo, duos pro ſecundo, & reliquos duos vobis pro tertio, & peremptorio termino, ac monitione canonica aſſignamus, vos omnes, & ſingulos temporales antedictos, quorum omnium ſuper hoc auxilium brachii ſecularis inuocamus, quoties ſuper hoc fueritis requiſiti in iuris ſubſidium contrà prædictos denuntiatos, aggrauatos, & interdictos dicta authoritate Apoſtolica per captionem, inuaſionem, incarcerationem, & detentionem perſonarum, corporum, & bonorum eorundem inſurgatis, & alios inſurgere faciatis, nec non perſonas, corpora, res, & bona eorundem inuadatis, & incarceretis, ac in tuta cuſtodia teneatis, & quilibet veſtrum incarceret, inuadat, & cuſtodiat liberè, & licitè; ſuper quibus omnibus, & ſingulis licentiam, ac plenam poteſtatem concedimus per præſentes, dictos denuntiatos, aggreuatos, reaggrauatos, & interdictos ita, & taliter aſtringatis, & compellatis potenter etiam manu forti abſque tamen graui læſione corporum eorundem vſque ad integram ſatisfactionem, & paritionem omniū, ſingulorū præmiſſorum, ac donec, & quouſque præfatus Præpoſitus Collegiatæ Eccleſiæ Sancti Spiritus Iuuenatien. aduerſarius à moleſtijs, inquietationibus, perturbationibus, & impendimentis quibuſcunque per ipſum prædicto Reuerendiſſimo Domino Epiſcopo Iuuenatien. de, & ſuper prætenſa exemptione, & iuriſdictione huiuſmodi quomodolibet factis, & præſtitis deſtiterit: prædictæquè noſtræ præinſertæ ſententiæ in omnibus, & per omnia iuxta illius tenorem paruerit, & obediuerit: ac prædicto Reuerendiſſimo Domino Epiſcopo Iuuenatien. principali, vel Procuratori ſuo de dictis triginta ducatis auri de Camera ratione expenſarum litis, & cauſæ, & aliàs, vt præfertur, taxatis, realiter, & cum effectu ſatiſfecerit: & ad Sanctæ matris Eccleſiæ gremium redierit, beneficium abſolutionis à ſupradictis ſententijs, & cenſuris à nobis, vel ſuperiori noſtro meruerit obtinere. *Quod ſi forte vos*, potentiſſime Rex executor iuſtitiæ, præſentis noſtri proceſſus, & mandatorum noſtrorum, immo verius Apoſtolicorū tranſgreſſor, contradictor, vel neglector fueritis (quod tamen veſtræ Regalis celſitudinis perfulgidæ iamdudum per totum orbem diuulgatæ obedientia ſuſpicari non ſint) proculdubio iuſti iudicis officiū offenderitis, & præmium aliàs pro executione iuſtitię vobis à Domino Deo paratum nihilominus amiſeretis: licet vos huiuſmodi noſtris ſententiis ligari nolumus ob reuerentiam veſtræ Regalis celſitudinis non immeritò deferen. Inuitu tamen iuſtitiæ, & ob Sanctæ Sedis Apoſtolicæ, & prædicti Sā-

cuſſi-

etiſſimi Domini noſtri Papæ reuerentiam, eandem veſtram Regalem celſitudinem ad prædictam executionem efficaciter adimplendam in Domino exhortamur. Et generaliter dicti ſubdelegati noſtri omnia, & ſingula nobis in hac parte commiſſa plenariè exequātur iuxta traditam, ſeu directam à Sede Apoſtolica nobis formam. Ita quod ipſi ſubdelegati noſtri nihil in præiudicium præfati Reuerendiſſimi Domini Epiſcopi Iuuenatien. principalis valeant attentare, neque in proceſſibus per nos latis abſoluēdo, vel ſuſpendendo aliquid immutare. In cæteris autem, quæ eidem Reuerendiſſimo Domino Epiſcopo Iuuenatien. principali nocere poſſent ſuper præmiſsis in aliquo, ſeu obeſſe, ipſis, & quibuſcunque aliis poteſtatem omnimodam derogamus. Et ſi cōtingat nos ſuper præmiſsis in aliquo procedere, de quo nobis poteſtatem plenariam reſeruamus; non intendimus propterea commiſsionem noſtram huiuſmodi in aliquo reuocare, niſi de reuocatione huiuſmodi in litteris noſtris ſpecialem, & expreſſam fecerimus mentionem. Præſentes quoque litteras executoriales penès dic. um Reuerendiſſimum Dominum Epiſcopum, vel Procuratorem ſuum permanere, & non per vos contra ipſorum voluntatem detineri. Contrarium verò facientes præfatis noſtris ſententiis, pro vt per nos in ſcriptis latæ ſunt, prædicta canonica monitione præmiſſa, volumus ipſo facto ſubiacere Mandamus tamen copiam fieri de præmiſſis, eam petentibus, & habere debentibus; petētium quidem ſumptibus, & expenſis. Abſolutionem verò omnium, & ſingulorum, qui præ ſatas noſtras ſententias, cenſuras, & pœnas, aut earum aliquam incurendo, ſeu incurrēt quoquo modo, nobis, vel ſuperiori noſtro tantummodo reſeruamus.

IN QVORVM omnium, & ſingulorum fidem, & teſtimonium præmiſſorum, præſentes noſtras litteras executoriales, & hunc noſtrum proceſſum exinde fieri, & per Notarium publicum, noſtrumquè, & huiuſmo di cauſæ coram nobis ſcribam infraſcriptū ſubſcribi, ac publicari mandauimus, ſigilliquè noſtri iuſſimus, & fecimus appenſione communiri. *Datum, & actum* Romæ apud Sanctū Petrū in palatio cauſarum Apoſtolico, in quo quidem inibi nunc iura reddi, & partium cauſæ ipſæ audiri ſolent, hora mane audientiæ cauſarum ſolita, & conſueta nos inibi, nunc ad iura reddēdum, partiumque cauſas ipſas audien, in loco noſtro ſolito, & conſueto pro Tribunali ſedentes, *ſub anno à Natiuitate Domini* 1568. *inditione vndecima, die verò Veneris 9. menſis Iulij, Pontificatus autem Sanctiſſimi in Chriſto Patris, & Domini Pii diuina prouidentia Papæ V, anno eius tertio,* præſentibus ibidem diſcretis viris Dominis Peretto Murandi, & Antonio Colliga in eiuſdem Sacri Palatio Apoſtolici cauſarum Notarijs publicis, & corā nobis ſcribis, teſtibus ad præmiſſa omnia, & ſingula vocatis, atque rogatis † extat ſigillum pendens in ligno, &c.

Et ego Ioannes de Cellis de Galeſio publicus Apoſtolica authoritate, ſacrique Paſtolici cauſarum, & cauſæ huiuſmodi corā præfato R. P. D. Iulio Oradino eiuſdem Sacri Palatij Apoſtolici cauſarum litterarum executorialium, expenſarumque taxationis; & moderation, petitionibus, & decretis prædictis interfui, eaquè in actis meis adnotaui, ideo hoc præſens inſtrumentum publicum aliena manu ſcriptum, publicaui, & ſignaui in fidem præſentium rogatus, & requiſitus, &c.

Die 26. menſis Iunij 1607. Bari præſentatus fuit in Audientia Metropolitana Baren. per Not. Pomponium Terza procuratorem admodum Illuſtriſſ. & Reuerendiſſimi Domini Epiſcopi Iuuenatien cum poteſtate relaxandi copiam & rehabendi originale; quæ, &c.

Copia, &c.

In nomine Domine Domini noſtri Ieſu Chriſti Amen. Nouerint vniuerſi præſentis publici inſtrumēti ſeriem inſpecturis quòd anno à Natiuitate eiuſdem *Domini* 1569. *indictione duodecima, die verò Mercurii decimatertia menſis Aprilis, Pontificatus Sanctiſſimi in Chriſto P. & D. N. D. Pij* diuina prouidentia Papæ V. anno quarto, in mei Notarij publi teſtiumquè infraſcriptorum ad hoc ſpecialiter vocatorum, & rogatorum præſentia perſonaliter conſtitutus Reuerendiſſimus in Chriſto Pater, & Dominus Ioannes Antolinen. Brizianus de la Ribera, Dei, & Apoſtolicæ Sedis gratia Iuuenatien. Epiſcopus principalis, me Notarium publicum infraſcriptum, ad executionem retroſcriptarum litterarum executorialium requiſiuit, quas ego Notarius infraſcriptus tanquā obedientiæ filius ad me recepi: ipſaſquè litteras executoriales eidem clerico *Franciſco Antonio Gaieta Præpoſito Collegiatæ Eccleſiæ Sancti Spiritus Iuuenatien. ex aduerſo principali, principaliter* in execqcutione præſentium nominato, inſinuaui, notificaui, & ad eius notitiam quantum melius potui, & debui iuxta modum, & tenorem eorundem litterarum executorialium; ſibique inhibui, & alias, &c. dictas retroſcriptas litteras debitè executas fui, nihil de contingentibus demictendo. ſuper quibus omnibus, & ſingulis prædictus Reuerendiſſimus P. Dominus Io. Epiſcopus petijt, & requiſiuit per me infraſcriptum Notarium ſibi fieri, & tradi præſens publicum inſtrumentum. Acta fuerunt hæc in Ciuitate Iuuenatij in Epiſcopa-

li

Inſtrumentatio ſub anno indictione, die menſe, & Pontificatu, quibus ſupra per me Dominum Angelum de Riccardis clericum Iuuenatien. publicum Apoſtolica authoritate Notarium, qui prædictæ executioni, & omnibus, & ſingulis præmiſſis vnà cum infraſcriptis teſtibus, videlicet, Domino Leone Framarino, D. Io. Antonio de Guido, & D. Stephano de Sabinis Canonicis maioris Iuuenatien. Eccleſię pro Notario vocatus, rogatus, & requiſitus interfui; nâque ſic fieri vidi, & audiui, ac in notam ſumpſi. Ideo hoc præſens publicum inſtrumentum manu mea fideliter ſcriptũ exinde confeci, & in hanc publicam formam redegi, ſignoquè, nomine, & cognomine meis ſolitis, & conſuetis ſignaui in fidem, & teſtimonium omnium præmiſſorũ rogatus, & requiſitus, vt ſupra. Locus † ſigni.

Eodem ſpuradicto die, & Incontinenti, ac coram me prædicto Notario, & teſtibus ſupradictis præſens, & *perſonaliter conſtitutus ſupradictus clericus Ioannes Stephanus Gaieta Præpoſitus Collegiatæ Eccleſiæ Sancti Spiritus Iuuenatien.* ſponte, &c *obligauit ſe, &c. ac bona ſua omnia, &c. in vim ſimplicis conſtituti, &c. poteſtatequè capiendi, &c. ad pænam duplici, &c. ſoluere ſupradicto Patri Domino Ioanni Iuuenatien. Epiſcopo præſenti, &c.* ſeu eius legitimo Procuratori, &c. hinc, & per totum feſtum Natiuitatis Domini noſtri Ieſu Chriſti anni futuri milleſimi quingenteſimi ſeptuageſimi primi, ducatos triginta ſex de carolenis, &c. ad quos fuit condemnatus idem Reu. Præpoſitus in expenſis factis in Rom. Curia per ipſum Reuerendiſſimum P. D. Iuuenacien. Epiſcopum in lite vertente inter eoſdem Reuerendiſſimum P. D. Epiſcopum ex vna, & ipſum Reuerendum Prępoſitum ex altera, prout in retroſcriptis litteris executorialibus *continetur, & proinde renuntiauit, &c. iurauit, &c. in forma Curiæ conſueta, &c.*

Et ego, qui ſuprà D. Angelus de Riccardis Cl. Iuuenatien. publicus Apoſtolica authoritate Notarius, quia prædictæ obligationi, & omnibus, & ſingulis præmiſſis vnà cum prænominatis teſtibus interfui, eaque ſic, vt præmittitur, fieri vidi, & executus fui, ideò hic me propria manu ſubſcripſi, & ſignum meum ſolitum, & conſuetum appoſui in fidem, & teſtimonium omnium, & ſingulorum præmiſſorum rogatus, & requiſitus, vt ſup. &c. Locus † ſigni, &c.

In nomine Domini Noſtri Ieſu Chriſti Dei veri. Amen. Nouerint vniuerſi pręſentis publici inſtrumenti ſeriem inſpecturi, quod anno à Natiuitate eiuſdem Domini milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo quarto ſecundæ indictionis, die verò Lunæ decimaſeptima menſis Maij, Pontificatus Sanctiſſimi in Chriſto Patris, & D. N. Domini Gregorii diuina prouidentia Papæ Tertii decimi anno ſecundo, in mei Notarii publici, teſtiumque inſtaſcriptorum ad hoc ſpecialiter vocatorum, & rogatorum præſentia perſonaliter conſtitutus Reuer. Abbas Hieronymus Zurlus Archidiaconus maioris Iuuenatien. Eccleſiæ Oeconomus, ſeu Procurator Sanctiſſimi Montis Abundantiæ, nouiter erecti per Reuerendiſſimum in Chriſto Patrem Epiſcopum Iuuenatien. confeſſus fuit coram nobis ſe recepiſſe, & habuiſſe manualiter, & in contanti à Reuerendo Franciſco Antonio Gaieta Præpoſito Collegiatæ Eccleſię Sancti Spiritus Iuuenatien. in pluribus vicibus, & partitis ſupradictos ducatos triginta ſeptem de carolenis ceſſos, & donatos per ſupradictum Reuerendiſſimum Dominum Iuuenatien. Epiſcopum ſupradicto Sanctiſſimo Monti Abundantiæ, pro vt apparere dixerunt factam In libro viſitæ factæ per dictum Reuerendiſſimum Patrem Iuuenatien. Epiſcopum dicti Montis Abundantiæ dictis ducatis triginta ſeptem promitten. nomine dicti Montis non moleſtare, nec moleſtari facere eundem Reuerendum Præpoſitum dicti Montis, & proinde obligauit bona ſuſupradicti Montis omnia, &c. in vim ſimplicis conſtituti, &c. poteſtatequè capiendi, &c. ad pœnam dupli, &c. renuntiauit, &c. iurauit, &c. Iuuenatien. vt ſuprà ſub anno, die, menſe, & Pontificatus, qui ſuprà per me Ioannem Thomęum publicum Apoſtolica, & Regia authoritatibus Notarium, qui præmiſſis omnibus de Valenzano, & Clerico Ioanne Stephano Chiurlia, & Clerico Thomaſio magiſtri Iacobi de Iuuenatio pro Notario vocatus, & requiſitus, ideò hoc præſens publicum inſtrumentum manu mea ſcriptum exinde confeci, & in hanc publicam formam redegi, ſignoquè nomine, & cognomine. omnium præmiſſorum rogatus, & requiſitus, &c. Locus † ſigni. Ego qui ſuprà Ioannes Thomæus publicus Apoſtolica, & Regia authoritatibus Notarius, vt præmittitur feci, & executus fui, ideò hic me propria præmiſſorum ragatus, & requiſitus, &c.

Die 11. meſis Iulij 1607. Pontificatus Sanctiſſimi Domini noſtri Domini Pauli Papę V. anno eius tertio feliciter. Amen. Inditione quinta, dictæ litteræ Apoſtolicæ, ſeu retroſcriptum mandatum de parendo ſententiæ, & de manutenendo fuit intimatum, & notificatum per me infraſcriptum Notariũ publi-

publicum Apoſto‹li›cum Reu.D.Io. Carolo Sagarigæ Præpoſito Collegiatæ Eccleſiæ Sancti Spiritus Iuuenatien. intus dictam Eccleſiam, dum illam viſitabat Dominus admodum Illuſtris, & Reuerendiſſimus P. D.Don Gregorius Sancta Crucis Epiſcopus Dongonen.Coadiutor Epiſcopatus Iuuenatien.iure ordinario illam viſitando,inſtante ipſo Domino Viſitatore: præſentibus Io. Franciſco Vernicio, & Colantonio Riſtaino laicis de Iuuenatio teſtibus ad præmiſſa vocatis pariter,& rogatis, &c. Et in fidem ego Dominus Nicolaus Angelus de Angelis Iuuenatien.publicus Apoſtolicus Notarius præſentem mea manu ſcripſi, & meo ſolito ſigno ſignaui rogatus,&c.

Locus † ſigni.

Cl.Amoya.Act.ordinarius.

SVMMARIVM.

1 *Proceſſiones ad publicas exempti etiam omnes, tàm ſeculares, quàm regulares ex decreto Sacri Concilij accedere tenentur, & num.5.*

Vt compelli valeant,& ni paruerint,etiam pœnis feriri,n.2.

Clerici,beneficiarij potiſſimum, etiam exemti,n.5.7.10.& n.18.

Quod declarauit Sacra Congregatio,n.3.

4 *Rogare Deum pro populi ſalute omnibus Clericis imminet,etiam regularibus.*

6 *Regulares ad proceſſiones accedere tenentur ob publicam vtilitatem,et graues cauſas in dictas,non verò ob leues,& nu.17.*

8 *Omne q‹u›i dicit, nihil omnino eximit, & num.11.*

Omniaquè particularia,& ſingularia cõprahendit,n.9.

11 *Locus Pauli ad Hebræos,2.8.*

12 *Quodcunque,pronomen, laxum eſt, & nihil excludit.*

Atque omnimodam generalitatem importat, num.13.

Et prægnantiſſimum eſt,n.16.

14 *Lex vbi non diſtinguit,neque nos diſtinguere debemus.*

Quia comprehendit omnem modum, qui excogitari poteſt,n.15.

19 *Diſtinctionem dicens, ipſe rationem afferre debet.*

20 *Legi nemo contrahire ſuperbo debet animo.*

21 *Collegiata Eccleſia Spiritus Sancti Iuuenatien.non omnino à iuriſdictione Epiſcopi exẽpta eſt.*

Quin ei in tribus caſibus in cap.1.de priuile. in 6.ſubiacet.

Et ita ratione beneficiorum, quæ obtinent in Diœceſi,n.22.

23 *Clerici beneficiarii,qui commodum referunt ex beneficiis,onus quoque portare debent, vt Deum pro populo deprecentur,ac proceſſionibus publicis interſint.*

24 *Commodum qui ſentit, vt onus quoque referat,natura correſpondens eſt.*

Contrarium intentans,non ferendus,n.31.

25 *Locus Apoſtoli 2.ad Corinth.1.7.*

26 *Terram occupare fruſtra nemo debet,fructum non ferens, & ex humore illius vtilitatem carpens.*

Quin timeat, quod de ficulnea dictum fuit, ſuccide illam.

27 *Terra non ferens fructum maledicta, & reproba eſt.*

Ex Paulo ad Hebræos,6.7.

Locus Pauli ad Hebræos.6.7.

28 *Beneficiarius, qui incumbentia onera ferre recuſat,dimittere beneficium debet.*

29 *Qui non laborat,non manducet,ex Paulo 2. ad Teſſalonicen.3.10.*

30 *Beneficia propter officium,& ſedulitatem miniſterij,dantur.*

32 *Adagium:neque mel,neque apes,elucidatur & qui è nuce nucleum eſſe vult, frangat nucem.*

33 *Perſonarum duarum vicem ſubiens ad imparia iudicari poterit.*

34 *Eligere poteſt quis vice duarum perſonarum.*

Non tamen votum in duas ferre perſonas diuerſas.

Niſi ſpeciali mandato perſona deſignetur.

35 *Epiſcopi Principes ſunt Eccleſiarum.*

Summique Sacerdotes,Apoſtolorum Vicarii, num.36.

Et per manus impoſitionem Spiritum Sanctũ dant,num.37.

Quæ res inæſtimabilis eſt.

38 *Spiritum Sanctum dari fidelibus per manum Apoſtolorum impoſitionem,& ſucceſſiuè Epiſcoporum,res mirabilis eſt, & ità à Simone Mago æſtimata.*

39 *Simonia à Simone Mago originem traxit.*

40 *Epiſcopus ſi in aliquo Collegio fuerit Canonicus,ſedere debebit, vt Canonicus, non vt Epiſcopus.*

Atque

Atque proceſſionibus intereſſe,n.41.
Et choro aſſiſtere,& canere.
Alioquiu diſtributiones non lucrabitur.
42 Vicarius Epiſcopi Canonicus,ſedere debet, vt Canonicus in Choro.
43 Priuilegium exauditur ſecundum qualitatem perſonæ.
44 Teſtandi facultatem habens,vt miles,non vt paganus teſtari debebit,neque poterit.
Intellectus ad text.in l.ex militari, 11.ff.de militari teſtam.
45 Priuilegium vnum remouens impedimentum,non ideo tollit aliud.
46 Priuilegium Collegio competens, vt Collegio,ad peculiares perſonas,etiam illius Collegii ex alio capite trahendum haud eſt.
47 Cælum, vt pellem extendere quid? Pſalm. 103.3.
48 Priuilegia communem legem non faciunt.
49 Priuilegia de vna ad altam perſonam diſtendenda haud ſunt.
50 Priuilegii tenor tenendus, atque ſeruandus. Etiam in ſingulis eius verbis,n.53.
51 Beneficia incompatibilia obtineri haud poſſunt ex decreto Concilij.
52 Priuilegium Bonifacii IX.Collegiatæ Eccleſiæ Spiritus Sancti Ciuitatis Iuuenacen. non extenditur ad beneficiorum incompatibilitatem,& declaratur,& num.51.& nu.55.& 64.
54 Priuilegia ſtrictè interpretanda ſunt. Præſertim ne tertio noceant.
54 Indebitè quid fieri ſi prohibeatur, non cenſetur prohibitum,quod debitè fit.
56 Indebitè moleſtare quid? & n.58.
57 Indebitum quid?
59 Quod de vno negatur,de alio conceditur,declaratur.
60 Debitè quod fit,iure fit,ergo benè.
61 Prohibitum,quod non inuenitur,permiſſum cenſetur,& n.68.
62 Reſeruatio in vna ſpecie, oſtendit non eſſe in alia ſpecie.
63 Lex quod non dicit, neque nos dicere debemus.
65 Species enumeratæ innuũt,genus firmum eſſe in non enumeratis,& n.70.
66 Noluiſſe videtur,quod non dixit,qui potuit illud dicere,& non dixit.
67 Quod non eſt Sanctorum Patrum decreto ſancitum,ſuperſtitioſis non eſt adinuentionibus præſumendum.
69 Genus eſt quid laxum comprehendens ſub ſe omnes ſpecies,& n.73.
Quod de pluribus,& differentibus ſpecie prædicatur.
71 Verba internum animi ſenſum indicant. Suntquè eorum,quæ ſunt in anima paſſionũ, notæ.
72 Loqui ſine miniſterio aliquid operandi, nemo præſumendus eſt. Præſertim Princeps, & num.79.
74 Proceſſiones,quæ fiunt à Capitulo Cathedralis Eccleſia Iuuenacen.
75 Exceptionis vis in quo ſita ſit.
76 Regula firma manet in caſibus non exceptis & num.78.
77 Exceptio extrahit caſum exceptum à regulæ corpore.
80 Verba operari aliquid debent ſemper.
81 Sinodus Diœceſana quot annis celebrari debeat.
Et in ea omnes etiam exempti, qui capitulis generalibus non ſubduntur, intereſſe debent.
Et eodem modo,qui curam exercent animarum.
82 Præpoſitus Collegiatæ Spiritus Sancti Iuuenacen. curam aliquo modo exrcet animarum,ſaltim quò ad confeſſiones excipiendas Canonicorum.
Synodo igitur intereſſe debebit.
Neque excuſari poteſt ex priuilegio Bonificii IX.quòd de hoc non loquatur,n.83.
Tum quod omnes vocat,vt nullus excludatur exemptus,n.84.
85 Ex facto ius oritur.
86 Nemo ex ſua nequitia commodum referre debet.
87 Excommunicatus beneficiarius non ex hoc ab obligatione ſoluitur penſum diurnum, nocturnumque horarum ſoluendi.
88 Inobediens,& contumax melioris, quàm obediens conditionis haud eſſe debet. Neq; ſtultus quàm ſapiens.
89 Synodo,qui contumaciter non intercedit,excommunicatus eſt,neque abſoluitur, niſi in ſequenti Synodo,vt confundatur.n.92.
Etiam Epiſcopus,ſi contumax fuerit, nu.93.
90 Abſolutio,ligamen ſupponit.
92 Cenſuræ nuncupatione, quæ comprehendantur?
94 Cauſa deciſio refertur, ac etiam in cauſa Terlitien.nu.95.
96 Iudicia Dei inſcrutabilia.
97 Pænitentia ſine ex hac vita diſcedendum

haud eſt.
Exemplo Sancti Auguſtini.
98 *Mors nemini parcit.*
99 *Vitæ Curriculum breue, poſt illud æuum:*
Vigilandum proinde, n.100.

ARGVMENTVM.

Ad publicas ſupplicationes, ſiue proceſſiones accedere, qui nam teneantur? Et num exempti? Quiduè ſi beneficiarij in Diœceſi fuerint? & an compelli? ad ornatum text. Sacr. Trid. Cõcilij ſeſſ. 25. c. 13. de regularib. Quiuè ad Diœceſam Synodum accedere teneantur? an etiam exempti? ad ornatum textus Sacri. Triden. Conc. ſeſ. 24. cap. 2. §. Synodi quoque, in materia reformat.

RESPONSIO LXXIX.

1 EX deereto Saeri Trident. Concilij *ſeſſ. 25. cap. 13. §. exempti, de regular.* habetur ſequentibus verbis: *Exem-*
,, *pti autem omnes, tàm Clerici ſeculares,*
,, *quàm regulares quicunque, etiàm Monachi, ad*
,, *publicas proceſſiones vocati, accedere compellan-*
,, *tur; iis tantùm exceptis, qui in ſtrictiori clauſura*
,, *perpetuo viuunt.*

2 Poſſunt itaque compelli Clerici (beneficiarii potiſſimum) vt ad publicas, atque ob publicam in dictas vtilitatem, ſupplicationes, ſiue proceſſiones accedant; & ni paruerint pœnis adigi comminatis, vt ſacram declaraſſe Eminentiſſimorum Patrum Sacri Tridentini Concilij interpretum Congregationem ſequentibus:

3 *Sacra Cardin. Congregatio cenſuit: Clericos*
,, *omnes Diœceſanos, quamuis exemptos, ſi benefi-*
,, *cia, etiam ſimplicia in Diœceſi obtineant, teneri,*
,, *& compelli poſſe ab Epiſcopo, vt accedant ad*
ad proceſſiones. refert Aloyſ. Riccius Epiſcopus Vici Equen. *part. 4. collect. 882. in princ. & collectan. 1021. ead. par.* eumquè ſequitur *Auguſtin. Barboſ. ad dictum cap. 13. Concil. num. 6. & in collect. ad dictum locum nu 24.* etiam ſi in fundatione exempti ſint *nu. 40.* vbi ex Sello ita quoque reſolutum fuiſſe dicit 21. Maij 1602. *Cardin. Bellarmin. ad d. cap. concil. in declarat. & in obſeruat. doctrinalib. & in addition. num 4. Ioann. Anton. Nouar. in ſum. bull. tit. de proceſſionib. num. 1. & 3.* Dictiquè rationem venamur ex his, quæ refert *Abb. Panormit. in cap. nimis praua 17. num. 5. de exceſſib.*
4 *prælatorum.* Quia nimirum rogare Deum
,, pro ſalute populi (inquit ipſe) omnibus
,, Clericis imminere debet, tàm exemptis, quàm non exemptis, *argum. canon. reuertimini, 16. q. 1.* His Abb.

Prætendunt proinde Præpoſitus, & Canonici Collegiatæ Eccleſię Spiritus Sancti Ciuitatis Iuuenacen. quòd ex priuilegio Bonifacij IX. exempti ſint à iuriſdictione Epiſcopi Iuuenacen (non tamen in tribus caſibus in Generali Concilio Lugdunen. per Innocentij IV. Conſtitutionem *in c. 1. de priuileg. in 6.* exceptis, videlicet delicti, cõtractus, & rei ſitæ, à Sacroſancta Tridentina Synodo innouatam *ſeſſ. 7. cap. 14. de reformat.*) quamuis ipſi beneficia, etiam ſimplicia in Diœceſi obtineant, non teneri, neque compelli poſſe ad publicas proceſſiones, ſupplicationeſquè accedere. Et quòd exempti ſint: & quod à Sacra ipſa Congregatione anno 1602. 3. Decembris declaratum hoc fuerit, ſequentibus verbis: *Ne meno ſiano*
,, *obligati andare alle proceſſioni, che ſi fanno dal*
,, *Capitolo della Cathedrale, nè col medeſimo Ca-*
,, *pito à quelle eſſequie, e ſepolture, alle quali ſiano*
,, *chiamati.*

Verum id fruſtra præſumi adſtruendum ex ſequentibus patet.

5 Cum, quòd contrarium eius, quod ipſi (Cœlo toto aberrantes) præſumunt, decernitur dicto *cap. 13.* Sacri Tridentini Concilij, quo exempti omnes, tàm clerici ſeculares quã regulares quicunque, etiam Monachi ad publicas proceſſiones vocati, accedere compelli poterunt.

Aliud quippe eſt, ſi ob leues cauſas indictas proceſſiones, accedere vocentur; aliud ſanè ſi ad publicas ob publicam vtilitatem.

6 Namque regulares Ordinis Prædicatorum, & Minorum, qui à iuriſdictione Epiſcoporum, ob priuilegia à Summis Romanis Pontificibus illis indulta, exempti ſunt; ad proceſſiones ob graues cauſas indictas, accedere tenentur, ex *text. in d. cap. nimis praua, & ibid. Abb. num. 4. & Hoſtienſ. num. 4.}in fin.*; argumento à contrario ducto; vt *Hoctienſ. ibid.* aduertit. *Nouar. d. tit. de proceſſionib. num. 12.* Multo magis vtique
7 ſeculares Clerici beneficia in Diœceſi obtinentes, accedere tenebuntur, argumento ſumpto ex *text. in auth. multò magis, C. de Sacroſanct. Eccl. clem. 1. de reliq. & venerat Sanct. Fuſcus de viſitat. lib. 2. cap. 15. num. 53. Gauant. manuali Epiſcop. verbo proceſſio, num. 7. Barboſ.*

in

in colleƈt.ad d.cap.13. Sacri Concil. num.18. & de offic.& poteſt.Epiſc.part.3.allegat 78.num.8. & ſeq.& num.14.Franciſcus Leo Epiſcop.Theleſin.in Theſaur.fori Eccleſ.par.1.cap.8.num.18 Gratian.deciſ.Rotæ Marchiæ 232.*à num.7. Ioan. Anton.Nouar.in ſum.Bullar.tit.de proceſſionib. num.1.& 3.* Et aperriſſimè Sacrum Tridentinum; Exemptos omnes ad publicas proceſſiones vocatos, accedere compelli poſſe,

8 edicit. Vt cum omnes diceat, nullos omnino ſecluſos velit: ſiue ſeculares Clerici ſint, ſiue regulares quicunque, etiam Monachi, *ad text.in cap.ſolitæ,6.§.nos autem, vbi gloſſ.in fin.de maiorit.& obed.l.à procuratore,13.C.mãdati can ſi Romanorum 1.§.quibus ad hæc 19. diſt.* Quo loco Nicholaus Papa, vt probet decretales omnes Epiſtolas Sũmorũ Põtificũ, etiã non in corpore iuris inſertas, receptas eſſe; ſequentib. adſtruit ex Innocẽtio Papa: *Dicẽdo verò omnia decretalia conſtituta, nullũ de decretalib. cõſtitutis prætermiſit, quod non mãdauerit eſſe cuſtodiẽdum.* Sic ille. Vt omnia

9 particularia, & ſingularia cõprehenderet, vt *gloſſ.inquit,can.ſunt nonnulli,115.verbo ab omni, prima quæſt.1.* ſuper verbis Gregor. in Euangelia, in *dicto can.* dicentis: *Tunc ab omni munere manus excutit, quando in diuinis rebus, non ſolùm pecuniam nullam, ſed nec etiam humanam gratiam requirit.* Sic ille in verbis *Iſaiæ* 24. Beatus, qui excutit manus ſuas ab omni munere, Aduertens: non dixit ſolùm à munere, ſed ab omni munere.

10 Omnes itaquè Clericos exemptos, tàm ſeculares, quàm regulares quoſcunque, etiam Monachos, comprehendit Sacrum Tridentinum, vt nullos excluderet exem-

11 ptos; iuxta illud Pauli *ad Hebræos.* 2.8. quo loci, exponendo illud *Pſalm.*8. Omnia ſubieciſti ſub pedibus eius. *In eo enim* (inquiendo) *quod omnia ſubiecit, nihil dimiſit non ſubiectum ei;* perpendimuſque *reſponſ.*11.*num.*57.*par.*1. At omnes vocauit Sacrum Concilium exemptos, nullum itaque dimiſit eorum, quin cum includeret.

12 Adiuuatque perpenſionem hanc, pronomen illud (*quicunque*) quod laxum ſatis, amplumque eſt, vt nihil excludat; ſecundum Innocent.III. in dicto *cap.ſolitæ 6.§.nobis autem, de maiorit.& obed.* recentem illud Domini ad Petrum, & in Petro ad ſucceſſores ſuos: *Quodcunque ligaueris ſuper terram, erit ligatum, & in Cœlis, &c.* Nihil excipiens (dicentem) qui dixit quodcunque. Vbi etiam *Abb.num.7. Burſat.conſ.9.num.3.vol.1. Ambroſin.de immunitat.Eccleſ.cap.17.num.30. Gigans de penſion.quæſt.19. num.8. verſ. nam dictiones geminatæ, & quæſt.28.num.12.* docens: dictio-

13 nem hanc importare omnimodam generalitatem, ita quòd vbi apponatur in lege,

14 vel Canone, ſi lex, vel canon nõ diſtinguit, necnos diſtinguere debeamus. Allegat *tex. in d.cap.ſolitæ, & Abb.ibid.Regens de Ponte dec.* 3.*num.*4. eſt enim vniuerſaliſſima, vt omnia complectatur, vt perpenſum fuit *in nullius ſeu Marſicen iuſdictionis* 11. *Ianuarij* 1621. *coram Buratto deciſ.*504.*num.*6.

Non igitur diſtinguere nos oportebit, cùm indiſtinctè ſacrum loquatur Conciliũ: Exemptos omnes, tàm Clericos ſeculares, quàm regulares quoſcunque, etiam Monachos, vt ad proceſſiones publicas accedant,

15 comprehendendo. Comprehendit porrò omnem modum, qui excogitari poteſt ſecundùm *Detian.conſ.44.nu.15.* vbi plura ad rem, *& num.98.vol.4.* ſequitur *Rota apud Farinac deciſ.68.num 3.vbi addentes, poſt primum*

16 *vol.conſ.* Quippe pronomen hoc (*quicunque*) ſiue dictio; pregnantiſſima dicitur, ſecundum Rotam apud S. memor. Gregor. XV, *deciſ.267.num.3. & apud Seraphin. deciſ.* 325.*num.*7. Et compræhendit ea etiam, quæ minime alias compræhenderentur: vt dictũ fuit in illa *Meliten Collectarum 7. Maij 1627. coram Eminentiſſimo Card. Vbaldo deciſ.63.nu. 3.part.5.diuerſorum.*

17 Sicuti ergo regulares quicunque, etiam Monachi, qui omnes à iuriſdictione Ordinarij exempti ſunt, ad publicas proceſſiones accedere tenentur vocati; vt compelli valeant: Ita planè, & ipſi, qui maiori exemptionis priuilegio muniti minime ſunt, beneficia in Diœceſi obtinentes, accedere tenebuntur; vt compelli valeant ſi reluctarint. Quod probat *Gloſſ.* notab. *in cap.1.de priuileg.in 6.verbo inſtituta.* ſequentibus dicens: *Idem* (vt ordinario ſcilicet ſubiecti ſint exẽpti) *ſi cappellas haberent non exemptas.* ſic *Gloſ. & text.Sacri Trid.Concilij ſeſſ.24.cap.11.in fin. § quæ vero priuilegia de reformat. Rot. part.1. diuerſ.deciſ.736.num.2.*

19 Alioquin ipſi aſſerentes, diſtinctionis aſſerant rationem, ſi illam habuerint, *ad text. in l in exceptionib.19.ff.de probat.l.2. C.quib.ex cauſ.min.*

Quòd ſi illa nuſquam ipſis apparuerit; pareant, vel ſic tandem Sanctæ Synodi de-

20 cretis. Quis enim tantæ ſuperbiæ faſtigio tumidus erit, vt Sacroſanctæ Synodi præceptum contemnat? vt Imperator edicit in *l.fin.C.de legibus.*

21 Tùm quod ipſi non omnimodo à iuriſdictione Ordinarij exempti ſunt, eidem in tribus caſibus ſubiecti *d. cap.1. de priuileg.in 6.* à Sacro Tridentino Concilio innouato, inter quos (caſus ratione rei ſitæ) adnumeratur. Vt ſi ratione rei ſitæ forum ſortiantur Ordinarij, eique ſubducuntur, atque ab

22 eo diſtringi poſſunt: Cur non pari modo, quin multò magis (ratione beneficiorum, quæ in Diœceſi obtinẽt,) diſtringi poterunt, ad publicas proceſſiones, ob publicam vtilitatem in dictis, vt accedere teneantur, & inuitati, ſi renuerint, compelli? Quando rogare Deum pro ſalute populi, omnibus

Digitized by Google

Clericis immineat onus,vt ex *Abb.d.c.nimiȩ*
praua,17.n.5. in ſuperioribus diximus.
23 Vt ſi commodum ipſi referunt ex bene-
ficijs, quę in Diœceſi obtinent, graue eis,
haud eſſe debeat, ſi onus ſubeant, Deum
pro populi ſalute deprecandi ad proceſsio-
24 nes publicas accedendo. Quod naturæ ip-
ſi correſpondens eſſe dignoſcitur, *l. ſecun-*
dum naturã, 10.*ff.de regul.iuris.regula qui ſen-*
tis,55.*de regul.iur.in 6.cap.1.vbi gloſ.verbo con*
ſolationum, de ſepultur.extrà, iuxta illud.
„ *Cõmoda qui ſentis, iungas onus emolumentis.*
relatum in *cap.cum ſecundum Apoſtolum*, 16.
de præbend. per gloſſ. verbo repelli. Naturæ
quippe conſonum eſt; illos non recuſare
onera, qui rerum commoda complectun-
25 tur,vt Clem. V. loquitur *in Clem.1.in princ.*
de cenſibus,& illud Apoſt. 2. *ad Corinth.* 1. 7.
„ Scientes (dicentis) quòd, ſicuti ſocij paſ-
„ ſionũ eſtis,ſic eritis,& cõſolationis. Ratio-
nẽq. ex Innoc.III. venari licebit *in c.aduer*
ſus,7.*finalib.verbis,de immun.Eccl.* Cũ ſucce-
dat in onere(dicente)qui in honore ſubſti-
26 tuitur. Vt quid nempè ipſi fruſtra terram
occupant, fructum non ferentes opportu-
num? *Luca* 13.7. & ex illa humoris ſuccũ
attrahentes? Alioquin audiant, quid Do-
minus noſter de ficulnea fructum non fe-
„ rente cultori vineæ dixit, ibidem: *Succide*
ergo illam. Ad inferna, itque deſcendent,
mortis falce ſucciſi, *vt Cartuſ.ibid.* aduer-
27 tit. Et Paulus *ad Hebræos* 6.7. *Terra enim*
„ *ſæpè venientem ſuper ſe bibens imbrem*,
„ *& generans herbam opportunam illis, à*
quibus colitur, accipit benedictionem à
„ *Deo: proferens autem ſpinas, ac tribulos*
reproba eſt, & maledictio proxima, cuius
„ *conſumatio in combuſtionem.* Quia igni
tradetur eterno anima,quæ ſacramentis ir-
rigata, fructum per bona opera minimè
protulit, vt Saluator (*Ioan.* 15.6.) ait; *Si*
quis in me non manſerit mittetur foras,
ſicut palmes, & areſcet; & colligent eum,
28 *& in ignem mittent; & ardet.* Dimittant
proinde beneficia: quando incumbentia
29 illis nolunt,neque digito ferre onera. Nõ
enim manducat, qui non laborat, Paulus
dixit 2. *ad Theſſalonicenſ.* 3.10. Nam cum
„ eſſemus apud vos (inquiens) hoc denun-
„ ciauimus vobis: quoniam ſi quis non vult
„ operari nec manducet.
30 Propter officium enim, & ſedulitatem
miniſterij inſtituta ſunt beneficia, *can. con-*
ceſſo,12.*q.2.cap.fin.de reſcript.in* 6. *diximus*
*reſponſ.*18.*num.*4.*p.*1.
31 Non ferendus igitur, qui commodum
quidem appetit, onus autem eidem anne-
xum refugit: ſecundum Paremiam illam,
cuius meminit quoque *gloſſella in d. l. ſe-*
32 *cundum naturam.* 10.*ff. de regul.iur. Ne-*
que mel, neque apes.
Quia nimirum, ſi quis apes, quod ſint
aculeatæ, nolit perpeti, is, nec melle qui-
dem,quod optat, fruetur. Ita nempè mor-
talium res temperauere ſuperi, vt ſemper
incommoditas, comes ſit commoditatis.
Et illud apud Plautum.
Dulce,amarumquè vnà nunc miſces mihi.
Et apud eundem.
Qui è nuce nucleum eſſe vult,frãgat nucẽ.
Quia, qui commodum appetit, ne fugiat
laborem, & quiquærit voluptatem, prius
experiatur ſudorem, ſine quo non paratur
vera voluptas.
33 Tum præterea, quòd, qui vicem ſubeũt
duarum perſonarum,poſſunt vtique ad im
paria iudicari, *cap.ex litteris tuis*, 3. *vbi gloſſ.*
verbo vice duorum. in fin. de probat. Rota a-
*pud Card.Seraphin.deciſ.*1058. *num.*6. potiſ-
ſimum verò ſi officia ſint comparabilia, vt
*Abb.d.cap.*3.aduertit *num.*10.*in gloſſ.*cõpro-
baturque *ex tex. in cap. ſi quis iuſto impdi-*
34 *mento*,46. §. *porrò. de elect. lib.*6. quatenus
habet; poſſe quem duarum perſonarum
vicem in electione ſubire, vnam nomine
proprio, alteram ex mandato alterius, vti
procurator. Non poterit tamen diuerſas
perſonas eligere,niſi ſpeciale mandatum ad
nominandam certam perſonam habuerit;
tuc nempè poterit in diuerſam perſonam
ſuffragiũ nomine ſuo ferre; alioquin con-
„ trà conſcientiam ageret: Quia qua con-
„ ſcientia tenetur meliorem ſuo nomine eli-
gere, eadem debet, & nomine alterius. vt
*gloſſ.ibid. verbo nihil agit.*aduertit.
35 Veluti etiam,& aptiùs,ecce tibi,Epiſco-
pi,qui Principes ſunt Eccleſiarum; Eminẽ-
tiſsimus,ac doctiſsimus pariter fulgẽs Ec-
cleſiæ, & Purpuratorum lumen, Cardina-
lis Robertus Bellarminus *Illuſtrium con-*
trouerſ.tom.1.lib.1.de Romano Pontifice,cap.
2.*in fin.littera C.verſ. de Eccleſia teſtamen-*
*ti,& cap.*9. *col.*16. *litt. D. verſ. vtrum autem*
36 *expediat. in minori impreſſione Lugduni*, vt
probat. Summique Sacerdotes, & Apoſto-
lorum Vicarij,*cap.*1.§. *per frontis Chriſma-*
37 *tionem,de ſacra vnct.extrà.* Quique per ma
nuum impoſitionem Spiritum Sanctum
dant, ſicut Apoſtoli, vt *ibid.* Innocentius
Tertius loquitur: Quam rem ſupra modũ
38 eminentem (vt eſt) exiſtimauit Simon ille
Magus, vt admirans ſuper doctrina Domi-
ni, videns, quia per manus impoſitionem
Apoſtolorum daretur Spiritus Sanctus: ad
nefarium illud,atque execrandum dederit
39 facinus,vnde Simonia nomen accepit: nã
„ obtulit eis pecuniam, (Apoſtolis ſcilicet)
„ dicens: *Date,& mihi hanc poteſtatem, vt cui-*
„ *cunque impoſuero manus accipiat Spiritum*
„ *Sanctum*, vnde excandeſcens ſuper execrã-
„ do facinore Petrus: *Pecunia tua tecum ſit in*
„ *perditione*, (inquit) *quoniam donum Dei exi-*
„ *ſtimaſti pecunia poſſideri. Actorum* 8.18. *& ſeq.*
Epiſcopi inquam cum tanti ſint dignita-

te.

te, vt oſtendimus *in noſtro apologetico à num.*
345. cum ſeq.
40 Si aliquis tamen eorum de Collegio
aliquo fuerit, vel Canonicus in aliqua Ec-
cleſia, ſedebit nihilominus non in loco
priori, vt Epiſcopus, ſed in loco ſibi vti Ca
nonico, vel collegiali competenti, *gloſſ. in*
cap. à collatione, 11. verbo prælatus, vbi Gemin.
num. 6. Francus n. 4. de appellat. in 6. Abb. in c.
poſtulaſtis, 15. de conceſſione præben. num. 8. Ro
ta apud Card. Seraphin. deciſ. 716. & d. deciſ.
1058. num. 7. Vincent. Anna ſingul. 6. vbi Fa-
bius filius Addens. & idem conſ. 40. num. 34.
lib. 1. Piaſecius in praxi Epiſ. c. 3. de viſitatione,
n. 12. par. 2. Maſtrillus deciſ Siciliæ 130. num. 2
41 *& ſeq. par. 2.* Vt proceſſionibus proinde
intereſſe eum oporteat, ſicuti alios Cano-
nicos, alioquin diſtributiones non lucra-
bitur, quæ intereſſentibus dantur, niſi &
ipſe cum alijs choro interfuerit canendo,
vt præcitati *Doctor.* & *Capyc. deciſ. 27. vbi etiã*
42 *Petra Addens litt.* K. Idemquè de Vicario
Canonico dicitur, nam in loco ſui Cano-
nicatus ſedere eum oportebit. Quid mirũ
ergo eſſe debet (quando etiam Præpoſitus,
& Canonici Collegialis Eccleſiæ Spiritus
Sancti exempti omnino ſint (vt ipſi putant)
ne proceſſionibus publicis, publicam ob
vtilitatem indictis, vt collegium interſint:
Si poſtmodum, vt particulares perſonæ, vti
beneficiarij, beneficia etiam ſimplicia in
Diœceſi obtinentes, ad publicas proceſſio-
nes, intereſſe eos oporteat, etiam ſi aliàs
exempti eſſent, & non Epiſcopo in tribus
caſibus ſubiecti; cùm priuilegium exem-
ptionis eis compens vti Præpoſito, & Cano-
nicis Collegiatæ Eccleſię præfatæ, ad eos
vti particulares perſonas minimè diſtenda-
tur? Vt ad imparia in hoc (diuerſa id expo-
43 ſcente ratione) iudicentur. Quia porrò
priuilegium exauditur ſecundum qualita-
tem perſonæ, cui conceditur, *ex tex. in l. ex*
militari, 11. vbi notab. Bald. ff. de militari teſtam.
proficitque ad rem noſtram ratio, quam
44 Vulpianus ibidem affert: *Nam* (inquiẽs)
„ *cum ei quaſi militi tribuatur ius teſtandi; con-*
„ *ſequens erit dicere, iure militari ei teſtandum.*

Non itaque priuilegium eidem, militari
iure teſtandi, (quamuis capite damnatus
ſit) alio modo (iure ſcilicèt pagano) teſtan-
di conueniret, quamuis vna, eademq. perſo
na ſit, vt ad imparia iudicari debeat. Quo-
niam vt militi eidem teſtari competit, non
vt pagano. plura refert *Palatius Ruuios in ru-*
brica de donat. inter vir. & vxor. §. 11. n. 14.

Ita parique modo hic exaudiendũ erit.
Quando accedere fortaſsis non teneantur
ad proceſsiones vti Collegium (Præpoſitus,
& Canonici:) Quin vti particulares perſo-
næ, quæ nullo fulciuntur priuilegio, acce-
dere debeant (quamuis aliàs exemptæ eſ-
ſent) ex Sacri Tridentini Concilij ſanctio-
ne: Nullus omninò, qui ſanæ mentis fuerit,
45 ire inficias audebit. Neque id ſane ab rè.
Nimirum quia priuilegium vnum remo-
uens, aliud minimè tollit impedimentum:
probat id apertè Pomponius in *l. ſi domus*
tua, 20. ff. de ſeruitutibus vrban. prædiorum, ibi
enim: debente te mihi duplici iure ſerui-
tutem, & nè altius tollas ædificium; & vt
ſtillicidium patiaris; ſi, vt altius tollas, per-
miſero; non ideò, nè ſtillicidium patiaris
permiſiſſe videbor: alioquin nec ſuffraga-
bitur tibi permiſsio, vt altius tollas, niſi, nè
ſtillicidia impediantur, effeceris, & *tex. in c.*
ex tuarum, 5. de auth. & vſu pallii, cap. paſtora-
lis, 19. de priuileg. extrà. Conceſſo equidem
religioſis viris, vt Eccleſias ſuas in pro-
prios vſus poſsint conuertere, decedenti-
bus perſonis eorum: An propria authorita-
te poſſeſsionem earundem pariter ingredi,
nec requiſito Epiſcopo, liceret? Interpella-
tus Summus Pontifex, minimè hoc ipſis
permiſsum eſſe, Innocentius Tertius re-
„ ſpondet: Rationemque infert: *Quia per in-*
„ *dulgentiam huiuſmodi,* (inquiens) *Epiſcopali*
iuri non credimus derogari. ſequiturque *San-*
chez in opere morali *par. 2. lib. 6. c. 7. n. 115.*

Non erit itaque Epiſcopali iuri quicquã
detractum, vt poſsit exemptos omnes, tàm
Clericos ſeculares, quàm regulares quoſ-
cunque, etiam Monachos ad publicas pro-
ceſsiones, vt accedant, inuitare, eoſquè ſi
noluerint, compellere. Beneficiatios Cle-
ricos præſertim; quamuis aliàs, vt Colle-
gium, Collegiata Spiritus Sancti Eccleſia,
accedere non teneretur; quod non vnde-
46 quaq. probamus, vt inferius oſtendemus.
Quia nimirũ priuilegiũ, ſi fortaſſe illud ha-
bẽt in hac parte, nõ perſonis peculiaribus
(vt perſonæ ſunt priuatæ) ſed Collegio in-
telligitur cõceſsũ, vt Collegiũ eſt. Temera
riũ itaq. erit, & indignũ, ſi illud ipſi ad pecu
47 liares perſonas, quaſi cęlũ, vt pellẽ exten-
dẽtes (iuxtà Regij Citharedi dictũ *Pſal. 103.*
37.) dimanari voluerint. Quod aliàs certa
ratione fortaſsis (vt credendum eſt) Colle-
gio indultum inuenitur; ſecundum diſpoſi-
ta per Alexandrum Tertium *in cap. ſane, 9.*
de priuileg. extrà. vbi gloſ. in verbo temerarium,
49 rationem reddit: *Quia priuilegia* (dicens)
49 *communem legem non faciunt.* Vt diſtenden-
da proinde haud ſint de vna in aliam per-
ſonam. Probatquè id Aphricanus Iure cõ-
ſultus *in l. quod conſtitutum, 22. vbi gloſſ. ff. de*
militari teſtam. & Bald. in cap. eam te, num. 18.
50 *de reſcriptis.* Profectò, quod priuilegij te-
nor tenendus ſit, atque ſeruandus, *cap. porrò*
7. de priuileg. extrà: vbi ſequentibus de Tẽ-
plariorum priuilegijs Ambianẽ. Epiſcopo
ſcribens, loquitur Alexãder Tertius. *Quod*
„ *totum ex inſpectione priuilegiorum pleniùs ad-*
„ *uertere potes: & ſecundum, quod inueneris, ita*
„ *obſerues. Sic enim eos volumus priuilegiorum*
„ gio-

giorum ſuorum ſeruare tenorem, quod eorum metas tranſgredi minime videantur. Sic Alexand. & *gloſ. ibid. verbo tenorẽ, Rota apud Card. Manticam deciſ. 82. num. 1.* Nè tranigrediantur ergo metas, quas Eminentiſsimi Patres poſuere; ne temerarij alioqui habeantur.

Neque obſtaculum faciet, quod ipſi ſatis firmum putaur, ex inſtrumento fundationis à Bonifacio Papa IX. approbato, in ſequenti capite.

Item, quòd ſi Clerici Ciuitatis, & Diæceſis Iuuenatij in ipſa Eccleſia Sancti Spiritus intitulentur, ſeu beneficientur, ſiue vt Canonici, ſiue vt miniſtri, liberè, & securè tenere valeant omnia beneficia, quæ per prius habebant, vel ſucceſsiuè in poſterum obtinerent, ſiue Canonicatus in Eccleſia Cathedrali, ſiue alia ſimplicia beneficia; nec iſto prætextu Ordinarius poſſit eos indebitè moleſtare, & perturbare: quòd ſi fecerit ſit irritum, & inane. His ibi.

Cùm, quòd non ex hoc diſpenſatum cũ eis præſumitur quò ad incompatibilitatẽ beneficiorum; Circà quam obſtabit eis ius
51 nouiſsimum Sacri Tridentini Cõcilij *ſeſſ. 24. cap. 17. de refor.* vt (videlicet) *in poſterum vnum tantum beneficium Eccleſiaſticum ſingulis conferatur. Quod quidem ſi ad vitam eius, cui confertur, honeſtè ſubſtentandum, non ſufficiat, liceat nihilominus aliud ſimplex ſufficiens, dummodo vtrumque perſonalem reſidentiam non requirat, eidem conferri.*

Neque enim præſentis ſpeculationis hoc eſt negotium; & nihilominus quid ſeruandum fuerit ad Sacri Concilij mentem, hoc totum ad Sacram Congregationem Eminentiſs. Patrum Sacri Concilij interpetrum dimittendum erit.

52 Tum quòd diſpoſitio præfata in dicto capite inſtrumenti, exauditur plane, quò ad obtentionem, ac retentionem beneficiorum; vnde ad reliqua, quæ ad retentionem, vel beneficiorum obtentionem minimè ſpectant, dimananda (vt paulò ante perpendimus) haud erit, ex *cap. porrò, 7. de*
53 *priuileg.* & *gloſ. ibid. verbo tenorem.* Vt debeat proinde tenor attendi priuilegiorum, atq. in ſingulis eorum verbis ponderari; ſecundùm *Bald. in cap. licèt num. 1. de tranſlat. Epiſcopi, Rota apud Card. Manticam dec. 263. n. 2.*
54 & 3. Et priuilegia ſint ſtrictè, præſſeque interpretanda ſecundùm Rotam *in Valentina decimarum, 28. Nouembris 1603. coram Card. Lancellotto apud Marcheſan p. 1. fol. 639. n. 2.* præſertim verò ſi de præiudicio agatur alterius, *num. 3. & 4. Triuiſ. deciſ. 63. n. 4. lib. 1.*

Non ab re proinde dictum eſſe dignoſcitur in præinſerto capite: *Nec iſto prætextu;* (obtentionis beneficiorum, nam de alio verba ibi minimè fiunt) *Ordinarius poſſit eos indebitè moleſtare, & perturbare;* quò ad reten-
55 tionem beneficiorum videlicet. Inde ſiquidem dicit *(indebitè)* vt non ſecludat debitam, permiſſamquè iure, non cum iniuria perturbationem, vt iſthæc eſt, vt ad publicas (beneficiorum ſaltim obtentu in Diœceſi Iuuenacen.) proceſſiones ex diſpoſitione Sacroſanctæ Tridentinæ Synodi, accedere teneantur, & niſi acceſſerint, compelli valeant. Nota, quòd dicit indebitè; (verba *gloſ. in can. ſunt nulli, verbo ab omni, prima, qu. 1.*) nam ſi debitè impendatur non ità fit. allegat tex. *in can Saluator. eadem cauſa quæſt. 3. §. ideò, qui eas,* vbi Vrbanus Pontifex indebiti obſequij, memoriam facit, vt illud ad ſimoniæ ſpeciem ſpectare dicat, non æque ſi debitè obſequium Epiſcopo præſtetur. eſt *text. in cap. cum dilectus. 20.* ibi: præfatos clericos indebitè grauare præſumat; donec cauſa ſupradicta. Vbi *Gloſſ. in verbo ſupradicta de*
56 *accuſationib. extra.* Indebitè igitur moleſtare erit; quod non debitè non iurè fit; ſicuti indebitum dicitur, quod non iure debetur, ſiue naturali, ſiue ciuili obligatione; iuxta Vlpiani ſenſum *in l. ſi non ſortem, 26. §. indebitum ff. de condit indebiti.* vbi indebitum vocat, quod duplici iure non debetur; & quod omnino nõ debeatur; & quod per aliquam exceptionem perpetuam peti non poterat: quamuis alias deberetur.

58 Indebitè itaque moleſtari per Ordinarium ratione obtentorum beneficiorum prohibentur præfati Collegiatæ Eccleſiæ Spiritus Sancti: non verò ſi debitè, iurequè permittente eos moleſtet; & quod fortaſſe contra formam iuris beneficia obtineant. iuxta diſpoſitionem Sacri Trident. Concilij *d. cap. 17. ſeſſ. 24.* Et quòd (vt dies eſt hodie) ad publicas proceſſiones (ob publicas indictas neſſitates) accedere eos compellat; ex regula Ariſtotelica; quod de vno negatur, de alio conceditur & à S. Patre Gregorio tradita, *can. qualis hinc, 4. diſtin. 25.* Quod autem de vno negatur, (inquiente) conſequẽs intellectus pateat, quia de quibuſdam conceditur, *vbi* etiam *gloſ. verbo negatur, glo. in cap. de multa, 28. verbo per Sedem Apoſtolicam, de præbend.* idem Gregor. *in cap. nonnè, 5. de præſumptionibus, vbi gloſ. fin in fin.* facit tex. *in l. cùm Prætor, 12. ff. de iudicijs,* ex verbis Pauli iure conſulti, dicentis, *Cùm Prætor vnum ex pluribus iudicare vitat; cæteris id committere videtur*, ex quo concluſionem elicit *Bart. ibid. in ſummario,* dicens: *Quod quibuſdam prohibetur, cæteris videtur eſſe permiſſum.*

Prohibet itaque hoc prætextu eos mo-
60 leſtari indebitè. Debitè ergo permiſſum cenſetur. Quia nimirum, ac dubio procul, quod debitè fit, iurè fit. quòd iurè, hoc iuſtè; & hoc iuſtè quod benè: vt S. Auguſtinus loquitur, *can. quid dicam. penult. in fin. 14. quæſt. 4.* Et quod lege permittente fit, neque pœnam, neque cauillationem vllam meretur, *l. Gracchus, 4. C. ad l. Iul. de adulter. gloſ. in*

cap,

cap.conſultationib.19.verbo remoneri,de iurepa-
tronat.

Haud prohibetur, itaque dicto capite, debitè eos ad proceſſiones accedere publicas; vt communem Patrem deprecentur in publicis ſupplicationibus, ſicuti & cæteri, tùm ex Clero, tum ex regu-
61 laribus faciunt. Quod id prohibitum non inuenitur. Permiſſum ergo. ad *text. in l. ſancimus,27. C.de teſtam.* & ſequuta fuit *Rota apud Card. Manticam deciſ.325. num.5.* Vbi ex eodem principio; quod de vno negatur; in-
62 fertur; quòd reſeruatio facta in vna ſpecie, demonſtrat eam non eſſe factam in alia ſpecie, *Nauarr. conſ.24. An Clerici, num.2. lib.5.*
63 *de priuileg. Surdus deciſ 195. num.3.* Vt quod lex non dicit, neque nos dicere oporteat, *can.conſuluiſti, 8.§.& quod Sāctorum Patrum, 2.quaſt.5.cap 2.nè Sede vacante, l.diſſidentis,5. C.de repud Surd.deciſ.47.num.5.Rota in recent. part.2.tom..2.deciſ 660. num.5.* vt qui aſſerat legem dicere, ipſe probare debeat, vt *Surd.* loquitur *deciſ.194.num.4.*

Neque obfirmato obſiſtant animo, ſe vt Collegium ad publicas proceſſiones accedere non teneri, etiam ob publicas neceſſitates, vel à iure, vel ab Epiſcopo indictas. Quando contrà, Sacrum Concilium omnes exemptos, tàm Clericos ſeculares, quā regulares quoſcunque, etiam Monachos accedere teneri edixit, & vt compelli valeant, ſi minimè acceſſerint.

64 Namque ſi in ſuperioribus relata verba attendantur; Sacra Congregatio manifeſtiſſimè id declaraſſe videtur, dicens: *Nè meno*
,, *ſiano obligati andare alle proceſſioni, che ſi fanno*
,, *dal Capitolo della Cathedrale; nè col medeſimo*
,, *Capitolo à quell'eſſequie, e ſepulture, alle quali*
,, *ſiano chiamati.*

65 Species itaque cum diſtinxerit Sacra Cōgregatio illarum proceſſionum, quæ à Capitulo Cathedralis fiūt; etiam pro exequijs mortuorum: mentem ſuam declaraſſe, vtique innuit; noluiſſe comprehendere proceſſiones, quæ à toto Clero, etiam regulari, ob publicam vtilitatem, tàm à iure, quàm ab Epiſcopo indicuntur.

66 Quia profectò, ſi hoc voluiſſet, edixiſſet vtique. Vt, cùm non dixerit, noluiſſe eas includere digito quaſi demoſtrare voluiſſe palam facit. ad *text.in l. vnica, §. ſi autem ad deficientis, C.de caducis tollend. Cum ideò* (Im-
,, perator ibi loquitur: dicti rationem referes)
,, *videatur teſtator diſiunctim hæc reliquiſſe, vt*
,, *vnuſquiſque ſuum onus, non alienum agnoſcat.*
,, *Nam ſi contrarium volebat; nulla erat difficul-*
,, *tas, coniunctim ea diſponere* Sic Imperator. *&*
,, *text: in cap.ad audientiam, 12. de decimis extra,*
,, vbi Adrianus Papa: (*Nam ſi intelligeremus*
,, *tantummodo de nonalibus, vbi ponimus de labo-*
,, *ribus; de nonalibus poneremus*) ità dicens; rationem dicti reddens, & *gl.in cap.1. §.ſi quis Eccleſiaſticus, verbo officij, de ſentent. & re iudic. lib 6.* ſequitur *Surdus conſ. 5 8. num.9. vol.4. Pariſ.conſ 56.n.7.lib.3.& conſ.38 n.22. eodem lib. Alex.conſ 46.ponderatis verbis, num 6.verſ. 4.quia; vol.2.* allegat text. *in cap.2. §. vnde ſi circa, de tranſlat.* vbi Innocent.III. *Vnde ſi cir-*
,, *ca tranſlationem idem fieri voluiſſet:* (inquit)
,, *quod de ceſſione dixerat, de tranſlatione poterat*
67 *exprexiſſe. Et quod non eſt Sanctorum Patrum*
,, *decreto ſancitū, ſuperſtitioſis nō eſt adinuentioni-*
68 *bus præſumendum: Cùm nonnunquam intelli-*
,, *gatur probibitum, quod non inuenitur conceſſum.* His Summ. Pontifex. *Rota in recent.p.2.tom. 1.deciſ.336.num.5.apud Card.Canaler. deci.65. n.4.& deciſ.340.n.5.*

69 Quia equidem genus laxum quid, ac diſſolutum eſt, comprehendens ſub ſe omnes ſpecies, quæ eo continentur, vt quod de pluribus, & ſpecie differentibus prędicetur, ſecundum Ariſt. *1.topic.4 l.omnes,3. vbi Angel.C.de praſcript.30. vel 40.annorum, l.ſi duo, 52.in fin.ff.de adminiſtr. tutor. Bald.in cap.1. §. noui verò, num.2. verſ:item nota in glo.per quos fiat inueſtit.in vſib.feudor.nos reſp.29. num 10. part 1.*

70 Cum Eminentiſſimi Patres non teneri ad proceſſiones accedere Præpoſitum, & Canonicos Collegiatæ Eccleſiæ Spiritus Sancti, edixerint, quæ fiunt à Capitulo Cathedralis; *Nè col medeſimo Capitolo à quelle eſſequie, alle quali ſiano chiamati.* Vtiquè ſe relinquere omnes alias proceſſionum ſpecies ſub genere comprehenſas, quæ ſcilicet de iure, vel ab Epiſcopo, vti generales indicū-tur, non leui indicio oſtendere voluerunt,
71 per verba ſupra narrata, quæ internum loquentis animum in apertum deducunt; cū ſint eorum, quæ ſunt in anima paſſionum notæ, ſecundùm Ariſtotelem Philoſophorum Principem *primo peribermen.* Celſus in *l.Labeo,6 §.id Tubero, ff.de ſuppellect. legata.l. nepos proculo 125. vbi gloſſ. ff. de verbor. ſignif.*

72 Alioquin ſine miniſterio aliquid ſpeciale innuendi, loquutos eos fuiſſe aſſerere, admittereque cogemur: quod admitti vtique minime debet ad *tex.in cap.ſi Papa,10.de priuileg in 6.l.poſtliminij 5.alias la prima, ibi:* nō eſt viſa neceſſaria, lex, *ff.de captiuis, & poſtliminio reuerſ.*

Et nō magnum eis erat, ſi aliter ſenſiſſent, edicere: vt ad generales proceſſiones, etiam iuxta Sacri decreta Concilij, accedere minimè tenerentur.

73 Verùm proceſſiones illas tantum comprehenderunt, quæ à Capitulo Cathedralis fiunt; vt in his tantummodo eorum perdurare exemptionem indicarent, & non in alijs; remanente in ſua laxitudine genere, in alijs ſpeciebus; tantùm enumeratis exceptis.
74 Sunt nempè in Ciuitate, & Diœceſi Iuuenacen, plures aliæ proceſſiones, quæ à Capi-

tulo

Digitized by Google

tùlo Cathedralis fiunt,vltra generales,quæ
à iure,vel ab Epiſcopo,ob publicam totius
populi vtilitatem,indicuntur. Vt ſunt qua-
ter in Menſe Martij in ſingulis ſextis ferijs,
ob memoriam acerbiſſimæ Paſſionis Do-
mini Noſtri Ieſu Chriſti ad Sanctiſſimi Cru
cifiſſi ædem extra muros: In feſtiuitate exal-
tationis, & Inuentionis Sanctæ Crucis ado-
randæ ad eandem Eccleſiam menſe Maij,&
menſe Septimo : vt in Synodalibus noſtris
etiam probauimus *cap.13.*

Ab exceptione igitur ſpeciei proceſſio-
num,quæ à Capitulo habentur Cathedralis
in dicta Ciuitate,& Diœceſi Iuuenacen.fir-
mam remanere debere regulam in proceſ-
ſionibus alijs Generalibus , quæ ob publicā
vtilitatem (vel à iure,vel ab Epiſcopo indi-
ctis fiunt,) oſtendere voluerunt Patres Emi-
75 nentiſſimi . Quia profecto exceptionis vis
in eo eſt , vt caſum exceptum à corpore ex-
trahat regulæ , ea firma tamen remanente in
76 non exceptuatis caſibus,ſecundùm *Bald.in
cap.1.num.53.de Capitan. qui Cur. vendidit.in
vſib.feudorum,Surd.conſ.416. num.10. & conſ.
449.num.40.vol.3.Afflict.deciſ.298.num.4.Vin
cent.de Franch.deciſ.278.num.5.nos reſponſ.28.
77 num.15.part.1.* Id porrò operatur exceptio,
vt quod alias ſub verbis comprehendebatur
regulæ,exceptionis vi à regula ipſa extraha-
tur;ſecundùm Sanctum Antoninum *1.part.
ſum.tit.20.de regul.iur.in princ. verſ. eſt autem
regula,fol.mihi 285.nos reſponſ.11.num.27.par.
78 ead.prima.* Firma,tamen permanente regula
in omnibus alijs,quæ per exceptionē,(quin
comprehenderentur) ſubmota non fuere.
*Felin in cap.quoniam frequenter,5. num.1. cum
ſeq.vt lite non conteſtat.Rota apud S.mem.Gre-
gor.XV.deciſ.267.num.4.nos reſponſ.12.nu.65.
ead.1.part.*

79 Vel itaque fruſtra tantos tantos Patres
Eminentiſſimos loquutos ita fuiſſe , vt edi-
80 xerunt , aſſerere cogemur , quod admitti
haud debet ; cum ſemper verba operari ali-
quid debeant,*l.ſtipulatus,4. ff.de vſur.* ſecun-
dùm Papiniani ſenſum ibi;ſed tamen prop-
ter illa verba *text.in l.3.in princ.*ibi: Nec fru-
ſtra adijcitur,*ff.de iure iuran. Rota apud Card.
Manticam deciſ.4.nu.7. & in Romana Caſaletti
28. Aprilis 1611. coram Damaſceno deciſ. 345.
num.3.tom.1.in poſthumis,Surd.conſ.127.num.
9.& ſeq.& num.71.vol.1. Rota apud eundem
Card.Mantic.deciſ.225.num.5. in fin.apud Ca-
ualer.deciſ.494.num.2. apud Sanct.memor.Gre-
gor.XV. deciſ.434.num.6.* Vel verò appoſitè
loquutos fuiſſe dicemus (vt decet) & pro
nobis res erit.

Cœterò quin contra apertam Sacri Tri-
dentini Concilij diſpoſitionem,qua exemp-
tos omnes , etiam regulares quoſcunque,
etiam Monachos ad proceſſiones accedere
debere conſtituit, atque compelli poſſe , ni
acceſſerint;aſſerere cōpellemur. Cum alio-
qui Patres ampliſſimi verbum nullum de
Sacri Tridentini Concilij diſpoſitione præ-
fata habuerint;ſed de proceſſionibus , quæ
fiunt à Capitulo dumtaxat. Vt quod illi nō
dixerunt,neque nos oporteat dicere:neque
mente agitare.

Neque in hoc tantummodo exemptio-
nem protraxerunt,verum,& ad Synodum
Diœceſanam; putantes ſe neque ad illam
accedere teneri : Hanc proinde ob cauſam
apud eandem Sacram Congregationem
quærelam habuere; quod eos Epiſcopus cē-
ſuris ſubijecerit, Præpoſitum excommuni-
cando,Collegium verò interdicto ſupponē
do.

Iure verò ſe id feciſſe Epiſcopus profite-
tur: Quoniam apertiſſimè illi Sacroſanctæ
Tridentinæ Synodi cantat deciſio , quæ ſe-
81 quentibus aperitur . *ſeſſ.25. cap.2. §. Synodi
quoque,de reform.*
„ *Synodi quoque Diœceſanæ,quæ quotannis ce-
„ lebrantur,ad quas exempti omnes , qui aliàs ceſ-
„ ſante exeptione,intereſſe deberent , nec Capitulis
„ generalibus ſubduntur,accedere teneantur . Ra-
„ tione tamen Parochialium,aut aliarum Eccleſia-
„ rum,etiam annexarum , debeant ij , qui illarum
„ curā gerunt,quicunque illi ſint,Synodo intereſſe.
„ Quod ſi tàm Metropolitani , quàm Epiſcopi. &
„ alij ſupraſcripti negligentes fuerint,pœnas ſacris
„ canonibus ſancitas incurrant.* His Sacrum Cō-
cilium.

At ſunt ita exempti Præpoſitus,& Colle-
gegiatæ præfatæ Canonici ab Ordinarij iu-
riſdictione,vt illa ceſſante,deberent intereſ
ſe Synodo.

Debent igitur,quia exempti ſunt,Sinodo
intereſſe ex Sacri Concilii præfata ſanctio-
ne, qua exempti etiam omnes , vt interſint
compelluntur.

82 Et præterea curam exercet animarum
(ſuo ſanè modo)in Canonicos, (ſaltim quo
ad eorum confeſſiones excipiendas vi pri-
uilegii Bonifacii IX.) Præpoſitus Collegia-
tæ Spiritus Sancti . Synodo ergo Diœceſa-
næ ex hac ſaltim parte intereſſe debebit , &
ità *Gauant in man.Epiſcop.verbo Synodus Diœ-
ceſana,num.11.& verbo Abbas,nu.38.Barboſa
de offic.Epiſc.part.3. alleg.93. num.8. & in col-
lect.ad Concil.d.cap.2. num.26. Maſſobr. de Sy-
nodo c.2.dub.2.n.2.Vgolin.de offic.Epiſc.cap.28.
§.2.nu.1.Eraſmus à Cochier.de iuriſd.in exemp-
tos,part.4.quæſt.19.Scipio de Rubeis in aphoriſ-
mis Epiſcoporum verbo Synodus, num.2. Qua-
rant in ſum. Bullar. verbo Synodus,in princ.&
verbo Concilium prouinciale,num.7.q.17.Ma-
riſcottus variar.reſolut.lib.1.cap.69.*

Nec obſtaculum facit,quod dicāt,obtun-
dantque priuilegium præfati Bonifacij IX.
83 Quia nulla in eo legitur ſpecialis dero-
gatio,ne Synodo ipſe, & Canonici interce-
dere debeant: Vt quod lex,vel priuilegium
nō dicit,neque nos dicere,aſſerereque opor
teat,

Digitized by Google

teat, vt nos ſuperius *num.* 63. diximus, & alibi.

84 Tum quòd eo ipſo, quòd Sacrum Concilium exemptos omnes vocauit, neque alia ex parte nè Synodo intercedant, eximuntur, incluſi videntur, vt Synodo intercedere eos oporteat. Nimirum quod, qui omnes vocat, nullos omnino ſecluſos ſe velle eſſe, oſtendit, ex ſuprà traditis *num.* 8. 9. & 11.

Neque etiam obſtabit, quod illo tempore excommunicatus, alijs ex cauſis, ab Epiſcopo reperiebatur.

Cùm quòd ex facto aliud conſtat; Cùm tunc temporis mandato Sacræ Congregationis ad duos menſes ſuſpenſæ eſſent cenſuræ.

Neque ipſe *Præpoſitus* hanc obijecit exceptionem, ſed ſimpliciter ſe non teneri accedere proteſtatus fuit: quod feciſſet, ſi verum id fuiſſet.

85 Ex facto autem Ius originem ducit, *l. vt reſponſum, 15. C. de tranſact. l. precibus, 8. C. de impuber. & alijs ſubſtitut. l. ſi ex plagis, 53. § in cliuo Capitolino, ff. ad l. Aquil.*

86 Tum quod non iſtiuſmodi fulcitur priuilegio excommunicatus, vt ex ſua nequitia commodum referat *ad tex. in cap. officij, 14. de teſtam. l. nè ex dolo ſuo, 13. ff. de dolo malo, l. prima ff. de natalib. reſtituend. cap. audiuimus, 3. in fin. vbi gloſ. de colluſ. detegen. cap. aduerſus, 7. § cæterum de immunit. Eccleſ.*

Quod vtique eſſet, ſi propter hoc, quòd ſua culpa tarthareis colligatus erat funibus exemptionem obtineret, nè Synodo intercederet. Poterat enim abſolutionem ab Epiſcopo implorare, eique (vt tenebatur)

87 parere. Veluti neque propter hoc, quod excommunicatione Clericus beneficiarius ligatus reperitur, à penſo diſſoluitur diurno, nocturnoquè ſoluendo, canonicas horas recitandi, quamuis in Eccleſia in aliorum communione perſoluere haud debeat, *ad tex. in can. ſi quis Epiſcopus, & can. cum excommunicato, 11. q. 3. Nauar. de horis canonic cap. 6. num. 16. verſ. vndecimo excommunicatum, Aegidius de Conink. de cenſur. diſput. 14. dub. 7. num. 53. & 54.* Et contractus ab excomunicato initi, firmi habentur, in eiuſdem potiſſimum damnum. *ad tex. in cap. veritatis 8. vbi Innocent. & Abb. Panormit. num. 35. de dolo & contum. idem Abb. cap. ad probandum 34. vbi Felin. col. 2. de ſentent. & re iudic. Couar. in relect. cap. alma mater §. 1. num. 9. de ſent. excom. in 6. Aegid. de Conink de cenſur. d. diſp. 14. dub. 12. num. 119.*

88 Nè alioqui (vt Innocent. III. loquitur *cap. contingit. 6. de dolo, & contum.*) contumax melioris conditionis, quàm obediens exiſtat. Et ſtultus, quàm peritus; ſecundum verba Bonifacii VIII. *in cap. cum qui, 18. de prabend. in 6. Nauar. conſ. 10. num. 9. circa med. lib. 1. de elect.*

Neque dicant, excuſationes in peccatis quærentes, Epiſcopum in edicto indictionis Synodi, excommunicationis pœnam haud indixiſſe, vt ex hoc putent nullam cenſurarum relaxationem fuiſſe.

Per ſomnium nempe, vt prouerbio fertur, hoc ipſi aſſerunt. Cùm ſat ſuperquè fuerit Epiſcopum, ſe ad iuris præſcriptum acturum, edixiſſe; vt omnes comprehenderit pœnas in huiuſcemodi reluctantes à iure ſacrorum canonum inflictas.

Audiant ipſi ex Concilio Arelatenſi, quid ſacer canon *can. ſi quis autem Synodo 12. diſt. 18.* eddicit.

89 *Si quis autem Synodo adeſſe neglexerit, vel*
» *cetum fratrum, antequam Concilium diſſolua-*
» *tur, crediderit eſſe deſerendum; alienum ſe à*
» *fratrum communione agnoſcat: nec enim recipi*
» *liceat; niſi in ſequenti Synodo fuerit abſolutus.*
His Concilium.

90 Si abſolutione indiget: ligatus ergo remanſit. Non enim ſoluitur, niſi quod ligatum eſt. *ad tex. in cap. venerabilem 34. §. eos igitur. de elect. extrà & Gloſſ ibid. verbo poſtulauit.* argumento etiam *tex. in Authentico de nuptijs collat. 4. §. nuptias. Gloſſ. in cap. fraternitatis 6. verbo diuinum in princ. de frigid. & maleficiat.*

91 Et mirum quid in hoc eſt; quod differtur eidem abſolutio, vt in ſequenti Synodo abſoluatur. vt magis confundantur, ob graue peccatum, quod admiſit, *vt gloſ. fin: ibidem* aduertit, & ita etiam *Præpoſitus hic num. 3. & tex. in can. decernimus fin. & can. placuit, 10. cum ſeq. ead. diſt. 18. cap. ſicut olim, 25. extra de accuſat. can. certum, 43. 11. q. 3. cap. quod ſuper his, 9. de maiorit. & obed.* vbi Innocentius Tertius: Abbates (inquit) & Sacerdotes, qui ad tuam Synodum venire contemnunt, per cenſuras Eccleſiaſticas ad illam Synodum venire compellas. *Franciſc. Pauin. de viſit. par. prima, quæſt. 5. num. 26. & ſeq. tom. 14. tract. fol. 183. Henricus Bottaus de Synodo Epiſ. par. 2. in 2. quæſt. princ. num. 49. 50. & 51. tom. 13. tract. par. 2. fol. 382.* qui in hoc perpendit *tex. in d. cap. quod ſuper his,* ibi per cenſuram. Qua de cauſa poterunt etiam ſuſpendi, & interdici. Quia cenſuræ nuncupatio, excommunicatio, ſuſpenſio, & interdictum comprehenduntur, *cap. quærenti, 20. de verbor. ſignific. extra, Stephan. Quaranta d. verbo* Concilium *prouinciale, num. 7. in 18. q.* de Epiſcopo loquente, quia ſi contumax fuerit ad Synodum accedere, poterit etiam excommunicari. *Barboſ. de offic. epiſ. par. 3. allegat. 93. nu. 8. Duegna regul. 271. Maſſobrius de Synodo cap. 3. dub. 7. Gauantus in enchyrid. verbo Synodus num. 22.*

Vt ex his iudicio ſubiectis ſaniori, reſpondendum cenſuimus.

CAROLVS MARANTA I.V.D. Epiſcopus Iuuenacen.

Propoſita cauſa in Sacra Congregatione die ſeptima Septembris currentis anni 1640. proponente Eminentiſſimo Domino D.Cardinale Brancaccio, Eminentiſsimi Patres pro Epiſcopo reſolutionem dedere ad Sacri Tridentini Concilij decretorum præſcriptum;vnde ad eundem Epiſcopum ſequentes deddere litteras.

All'Illuſtre,e molto Reu Monſignor come fratello Il Veſcoua di Giauenazo. Illuſtre, e molto Reu.Monſignore come fratello.

94 *A relatione di Monſiguor mio Eminentiſſimo Cardinal Brancaccio è ſtato riſoluto in Congregatione,che'l Preuoſto, e Canonici della Collegiata di Santo Spirito di coteſta Città; ancorche ſiano eſſenti della ſua giuriſdittione, e ſogetti immediatamente alla Sede Apoſtolica; ſono nondimeno tenuti d'internenire al Siuodo Diocefano di coteſta ſua Chieſa: & alle proceſſioni publiche,che ſi fanno nella medeſima Città, conforme viene chiaramente diſpoſto dal Sacra Concilio di Trento al cap. 2. ſeſſ. 24. de reform.& al cap.13. della ſeſſ. 25. de regular. E che ſiano ſtati legitimamente da lei ſcomunicati, per non eſſerui voluti internenire: Ma che facendoſele da eſſi inſtanza con humiltà per l'aſſolutione, egli ſi contenti dargliela per ſe ſteſſa, ò per mezo d'altro Sacerdote can impor loro qualche penitenza ſalutare à ſuo arbitrio, lo ſignifico però à V.S. affinche ſappia quel, ch'è ſtato ſepra ciò riſoluta, e poſſa in conformità procurarne l'eſſecutione. E Dio la preſerui di Roma a 7. di Settembre 1640.*

Di V.S.

Come fratella.

Il Cardinal S.Onofrio.

L'Arciueſcouo di Tebi Secretario.

In hac eadem cauſa anno ſuperiori,quo Diœceſana Synodus Iuuenacen habita fuit;cum neq; Archipresbyter Terræ Terlitij Iuuenacen.Diœceſis,neque Capitulũ Collegiatæ prædictæ Terræ intercedere voluiſſent; ſe nullius (licet ſanè quaſi per per ſomnium)aſſerentes: per Epiſcopum Archipresbyter D. Honoratus Grimaldus excommunicationi alligatus denunciatus fuit; & Capitulum interdicto ſuppoſitus, cedulonibus in publico affixis. Cumquè illi ad Sacram Congregationem recurſum habuiſſent;& interim apud A.C. ſe ſuppoſuiſſent recurſum etiam habere, tacito, quòd apud Sacram Congregationem cõparuiſſent; & abſolutionem cum reincidentia obtinuiſſent,cui parere,vt puta ſubreptitiæ, Epiſcopus noluiſſet, neque cedulones amoueſſet:fuit tandem à Sacra Congregatione prædicta pro Epiſcopo reſponſum auditis partibus.

Nam.pro Epiſcopo ſupplex libellus ab agentibus pro eo datus fuit.

Eminentiſſimi,& Reuerendiſſimi Domini.

95 *Epiſcopus Iuuenacen. celebrare volens Synodum Diœceſanam ad præſcriptum Sacri Concilij in cap.2 ſeſſ.24. de reformat. edictum publicauit; vt omnes Clerici ſuæ Diœceſis intercedere deberent, ſub pœna excommunicationis; cui edicto omnes paruerunt, exceptis Archipresbytero, & Clero Terlitii eiuſdem Diœceſis; aſſerentes nolle accedere; & quod nunquam acceſſerunt. Quapropter Epiſcopus illos declarauit excommunicatos. A qua declaratione obtinuerunt ab A.C. abſolutionẽ, Propterea hodie præuijs citationibus quæritur?*

Primo, An Epiſcopus poſſit dictum Archipresbyterum, & Clerum cogere,vt accedãt ad Diœceſanam Synodum?

Secundo,an ſi parere noluerint, Epiſcopus potuerit cenſuris Eccleſiaſticis illos compellere?

Tertio. an ab A.C.potuerint abſolui?

Die 24.Septembris 1639. Sacra Congregatio Eminentiſſimorum Cardinalium Concilij Tridentini interpretum.

Ad primum reſpondit: Archipresbyterum Terlitij abſolutè poſſe cogi accedere ad Synodum Diœceſanam Iuuenacen. Clerum verò eiuſdem loci, quando in ea agitur de reformatione morum, vel de re Clerum concernente: vel de intimandis decretis factis in Synodo prouinciali.

Ad ſecundum Epiſcopum Iuuenacen. poſſe ſupradictos cogere cenſuris Eccleſiaſticis.

Ad tertium A.C.moderari debere ſuam inhibitionem.

Ioan.Baptiſta Cardinalis Pamphilius.

Loco † Sigilli.

Franciſcus Paulucius S.Congr.Secr.

Verùm dato hoc decreto à Sacra Congregatione, cùm iterùm ei Archipresbyter ſe oppoſuiſſet,vt reuideretur: tandem poſt feſtum Sancti Michaelis Archangeli Titularis Collegiatæ Eccleſiæ Terlitien.ſic permittente ſummo mundi, Cœliquè Monarcha, Vno, Trinoq; Deo,occulto ſuo iu-
96 dicio, qui in illis inſcrutabilis eſt; *Quis enim cognouit ſenſum Domini*, (Apoſtolus (inquit) Paulus *ad Roman.*11.34.) *Aut quis conſiliarius eius fuit?* ab inimicis adorſus inclinata iam die, cùm ab animo relaxando domum regrederetur, ita truculenter trucidatus eſt, vt ſtatim efflare animam coactus fuerit; vt neque ſigna oſten-

Digitized by Google

oſtenderit pænitentiæ. Sancti Auguſtini
97 ſententia eſt: neminem permittere debere
ſe, ex hac vita ſine pœnitentia diſcedere;
vnde ipſe in extremis animam quaſi agens,
ſeptem pœnitentiales Pſalmos legens profuſis
lachrymis ſe diſcruciabat, veniam à
miſericordiſſimo Deo pro præteritis admiſsis
culpis ſupplici deprecatione depoſcens.
Diſcamus proinde nos ita viuere, vt
miſericordiam inuenire valeamus. Timeamus
nè ſubita mors, vt fur in nocte, nos im-
98 paratos offendat. Nemini quippè illa
parcit.

„ *Illa rapit iuuenes prima florente iuuenta;*
„ *Non oblita rapit, ſed tamen illa ſenes.*

Vt Virgilius in appendicibus loquitur. Et Horat. lib. 3. odar.

„ *Mors & fugacem perſequitur Virum,*
„ *Nec parcit imbellis iuuenta*
„ *Poplitibus, timidoque tergo.*

99 Breue ſatis eſt vitæ huius curriculum:
poſt illud æuum. vt ex græcis dixit quidam.

„ *Aſt hominis breuibus ſpatiis conſtringitur æuum.*

Audiamus omnes Chriſti Domini, & Magiſtri conſequentiam nos admonentis, vt vigiles ſimus, neque dormiamus.
100 *Vigilate ergo*, (Matth. 24. 42. inquientis)
„ *Quia neſcitis qua hora Dominus veſter venturus*
„ *ſit. Illud autem ſcitote, quoniam ſi*
„ *ſciret pater familias qua hora fur venturus*
„ *eſſet, vigilaret vtique, & non ſineret perfodi*
„ *domum ſuam. Ideo & vos eſtote parati;*
„ *quia qua neſcitis hora filius hominis ventu-*
„ *rus eſt.* Illumina ergo Domine corda noſtra, ne vnquam obdormiamus in morte, & pereamus. Quod tua ſumma benignitate, vt auertas, humili, ſupplicique deprecatione depoſcimus.

SVMMARIVM.

1 *Sententia à Sacra Romana Rota pro Epiſcopo Iuuenácen contra Præpoſitum Collegiatæ Eccleſiæ Spiritus ſancti lata fuit anno* 1568. *per D. Iulium Oradinum Rotæ Auditorem. & illa in iudicatum tranſiijt, ac proinde exequuta, num.* 2.

3 *Epiſcopus manutenendus eſt in poſſeſſione ſuæ iuriſdictionis.*

4 *Exceptio litis finitæ obſtat, ne quis iterum audiatur.*

Atque litis ingreſſum num. 6.

5 *Litium flammæ in infinitum excreſcere non debent.*

7 *Tranſactione finitas lites, neque Principis reſcripto reſuſcitare decet.*

8 *Sententia exequutioni legitimè demandata pro veritate habetur.*

Contra veritatem eſt igitur quod tali ſententiæ ſe opponit, num. 9.

10 *Veritati qui ſe opponit, Chriſto, ac Deo, qui veritas eſt, ſe vtique opponit.*

Abolendum eſt igitur quod veritati contrarium eſt num. 11.

12 *Veritas, Vino, Rege, fœmina, fortior.*

13 *Facta probanda, non præſumenda.*

Ratioque affertur num. 14.

15 *Sententiæ ſacræ Romanæ Rotæ magni facienda, quia à Delegatis Papæ proferuntur.*

Sicuti & Sacra Congregatio æſtimare illas conſueuit, num. 17.

16 *Delegatus quicquid facit, à delegante factum videtur.*

17 *Refugit animus quod ſibi iniucundum eſt.*

18 *Sacræ res ſanctuarij pondere trutinandæ.*

19 *Subreptione quod obtinetur, nulliter habetur.*

20 *Iudex de quo non cognouit, neque iudicaſſe videtur & num.* 24.

Neque liquere ei dicitur, quod deductum inter partes non fuerit.

Adagium: Stateram ne tranſgrediaris.

21 *Sequela à diuerſis, & ſeparatis non rectè infertur.*

22 *Termini conſtituti tranſgrediendi minime ſunt.*

23 *Decretum contra decretum eſſe non debet.*

25 *Sententia dicitur quæ finem ponit liti, atque hæc attendenda.*

Dubia vero nihil operatur.

Iudicium abſolutum haud eſſe debet in ambiguis.

26 *Iuſtitia ipſa ſuadet, vt cuique ſeruetur quod ſuum eſt.*

Eſt enim iniuſtitiæ priuatio.

27 *Priuilegiorum forma attendenda, neque protendenda vltra expreſſa, in præiudicium potiſſimum iuriſdictionis ordinarii, quæ naturalis eſt, num.* 28.

29 *Priuilegium priuata lex eſt.*

30 *Priuilegium eluſorum non dicitur, ſi aliquid vltra legem comunem in fauorem operetur priuilegiati.*

31 *Conſtitutio Innocentii IV. in Concilio Generali Lugdunen in cap.* 1. *de priuileg. in* 6. *Innouata fuit per Sacrum Tridentinum Concilium, & num.* 82.

Vti igitur lex noua ſeruari debet, num. 32.
Et priuilegia ad terminos iuris communis reduxit num. 76. & 83. & 89.

31 *Lex innouata, vti noua ſeruari debet.*
Innouare quid?

33 *Epiſcopis ſumma facultas demandata eſt per Sacrum Tridentinum.*
Etiam tanquam Sedis Apoſtolicæ Delegatis procedendi contra quoſcunque, etiam exemptos in cauſis correptionis morum.
Vt ipſi reſidere valeant.
Confirmatque Pius Papa IV. alia ſua conſtitutione num. 34.

35 *Nomen Dei ſanctum blaſphematur propter vitam malorum ſacerdotum.*
Blaſphemiæ nominis Dei, nomen ipſum, abhorrent ſacræ litteræ.

36 *Pias diſponentium voluntates in ſua conſtitutione non violari pium æſtimatur.*
Exaudi tamen ne id fiat præter id, quod iuſtum eſt num. 39.
Atque leges, ſacrique Canones ſanxere neque illis. Obluctentur num. 40. & *num.* 47.

37 *Rebus ſuis poteſt quiſque quam vult legem dicere.*
Suis non ſanè alterius num. 38.
Vnde non extenuetur in præiudicium tertii num. 41.
At præſertim iuriſdictionis ordinarii.

42 *Ordinare qui non poteſt clericum, neque poteſt eum iudicare.*

43 *Epiſcopali dignitate nulla maior in Eccleſia.*

44 *Chriſtus Epiſcopus dicitur animarum noſtrarum.*

45 *Priuilegiorum prætextu epiſcopali Dignitati derogandum non eſt.*
Vnde proſpicere eidem voluit Innocent. IV. in cap. 1. *de priuileg. in* 6.
Et Sacrum Tridentinum Concilium illud innouando.

52 *Præpoſiti quot quot fuere Eccleſiæ Spiritus ſancti Iuuenacen, maximis calamitatibus omnes preſſi fuere.*
Quod contra ordinariam Epiſcopi iuriſdictionem pugnent.
Quaſi miraculum à Deo.

53 *Lædit ſe ipſum, qui alium lædere quærit.*
Prouerbium. Malum Conſilium, conſultori peſſimum. & Ruinam ſibi fabricat, aliis qui fabricat.

54 *Spiritus ſanctus magiſter & doctor eſt ſacrorum Conciliorum.*

55 *Lex iuſto non eſt poſita, ſed peccatoribus.*
Vir bonus quiſquiſque beatus?

56 *Epiſcopi Iuuenacen in tribus caſibus cognoſcendi contra exemptos Collegiatæ Spiritus ſancti vigore Innocentianæ Conſtitutionis in Concilio Generali Lugdunen, in poſſeſſione ſemper fuere. Etiam vacante ſede Epiſcopali.*
Manutenendi igitur in poſſeſſione in qua reperiuntur, iuriſque aſſiſtentiam habent.

57 *Sententia Metropolitanæ Baren, reuocata fuit per Sacram Rotam, & pro Epiſcopo Iuuenacen iudicatum cōtra Collegiatam Spiritus ſancti.*

58 *Dolus ex fuga arguitur. Quia iudicis non ſuſtinet aſpectum.*
Prouerbium: ſuo ipſius laqueo captus. illuſtratur.

59 *Conſtitutio Innocentij IV. redacta in capit.* 1. *de priuileg. in* 6. *Conciliaris aſtruitur, & firmatur.*
Et contrarium dicere, os in cœlum eſt ponere.
Et à Deo iure coarguitur, num. 61.

60 *Spiritui ſancto nemo poteſt dignè reſiſtere.*

61 *Auguſtinus Steuchius Chyſami Epiſcopus celebratur.*

62 *Nemo tantæ ſuperbiæ faſtigio tumidus, vt ſenſum contemnat ſuperioris.*

63 *Conſtitutio Innocentii IV. in cap.* 1. *de priuileg. in* 6. *an localis an uero perſonalis ſit? diſpeuditur diligenter, & num.* 73.

64 *Collegia doctorum & ſcholarium ſunt excēpta à iuriſdictione Ordinariorum.*

65 *Ricius reſolut.* 269. *p.* 2. *in praxi reiicitur.*

66 *Auditores Sacræ Romanæ Rotæ ſunt doctiores, & peritores omnium.*
Et in ea eſt ſonis vberrimus Canoniſtarum.
Et ex ea multi ad Cardinalis dignitatem num. 68.
Atque etiam ad Summum Romanum Pontificatum prodiere num. 69.

67 *Coſtitutio Innocentii IV. in cap.* 1. *de priuileg. in* 6. *eſt ſatis expanſa, atque diffuſa. in quacumque exemptione & num.* 74.

68 *Hyppolitus Aldobrandinus ad Summum Pontificatum aſſumptus,* Clemens VIII. *vocatus.*

70 *Alexander Ludouiſius Rotæ Auditor Archiepiſcopus Bononien. ac S. R. E. Cardinalis, ad Summum Pontificatum aſſumptus, Gregorius XV. vocatus fuit.*

71 *Pro-*

71 *Prouerbium. Ex ſeptem ſapientibus octauus.*
Et nunquid Saul inter prophetas? n.72.
73 *Couarruuias practicar. quæſt. cap. 11. n. 5. improbatur, & n.75.*
Atque etiam Riccius.
77 *Exempti male viuendo totam Diœceſim deturbant, & ad illicita fræna relaxant.*
Totuſque ordo à Spiritu ſancto demandatus tumultuatur.
78 *Ordinata ſunt, quæ à Deo ſunt.*
79 *Poteſtati qui reſiſtit, Deo reſiſtit.*
80 *Infernus eſt, vbi nullus eſt ordo.*
81 *Hierarchius ordo in Eccleſia Dei eſt, vt inferiores maioribus ſubijciantur.*
83 *Deſipiunt qui male ſapiunt.*
Inſtaurare eſt inſtar nouare.
84 *Naturæ principium. Quod tibi non vis fieri, alteri ne feceris.*
85 *Suum cuique ſeruari ſanctum eſt.*
86 *Præpoſitus, & Canonici Collegiatę Eccleſiæ Spiritui ſancti iurè ab Epiſcopo Iuuenacen excomunicari potuere in eorum contumaciam.*
Et quod ad Diœceſanum ſynodum non acceſſere, num.90.
Neque ad proceſſiones num. 91.
Neque priuiegio perfruuntur ne excomunicari valeant. n 87.
Declaraturque Sanchez ſententia.
88 *Priuilegia Bonifacij 9. Eccleſiæ Collegiatæ Iuuenacen eſt reſtrictum ad bona Eccleſiæ.*
92 *Maſſobrii locus de ſynodo declaratur.*
93 *Exempti omnes ad ſynodum, & proceſſiones accedere tenentur.*
Hæc enim duo æquiperantur n.95.
Præſertim qui curam habent animarum, & iuriſdictionem in alios, num 94.
96 *Pati quis debet contra ſe, quod contra alios ſtatuit, ſuoque met gladio confodiatur.*
97 *Synodus acceſſus præſcribi haud poteſt, ne fiat.*

Eiuſdem Argumenti.

IN arenam iterum prouocamur ab Aduerſarijs poſt tot tempora, poſt tot luſtra; annus enim ſeptuageſimus tertius agitur, ab anno Domini milleſimo
1 quingentiſimo ſexagentimo octauo Pontificatus Sanctiſſimi olim in Chriſto Patris & Domini, Domini Pij diuina prouidentia Papæ Quinti anno eius Tertio, coram Domino Iulio Oradino Sacræ Rotæ Decano, & ponente, quo lata ſententia pro Epiſcopo Iuuenacen contra Præpoſitum, & Canonicos Collegiatæ Eccleſiæ Spiritus ſancti Ciuitatis Iuuenacen, declaratum fuit: *Præpoſitum, & Canonicos, & alias*
» *perſonas Eccleſiaſticas dictæ Collegiatæ Eccle-*
» *ſiæ Spiritus ſancti, correctioni, & iuriſdictioni*
» *R.D. Epiſcopi Iuuenacen, nunc, & pro tempo-*
» *re exiſtentis, ſubiacuiſſe, & ſubiacere quò ad*
» *tres caſus compræhenſos in conſtitutione In-*
» *nocentij IV. in Concilio Generali Lugdunen*
» *relata in cap. 1. de priuileg. in lib. 6. decretaliũ,*
» *illoſque in prætenſis priuilegiis pro parte dicti*
» *Prepoſiti, & Canonicorum productis minimè*
» *compræhendi, ac de, & ſuper illis nullum vn-*
» *quam ius præfato Præpoſito competiiſſe, aut*
» *competere de iure. Et proinde dictum D. Epi-*
» *ſcopum in poſſeſſione, vel quaſi dictam iuriſdi-*
» *ctionem exercendi ordinariam in dictos Præpo-*
» *ſitum, & Canonicos, & alios Clericos dictæ Col-*
» *legiatæ Eccleſiæ, dictumque D. Epiſcopum in*
» *dictis tribus caſibus manutenendum fore, &*
» *manutenemus, mandatumque de manutenendo*
» *deſuper neceſſarium & opportunum, decernen-*
» *dum fore, & eſſe, & decernimus.* Hanc proin-
2 de ob cauſam, poſtquam ſententia prædicta in iudicatum tranſijt, relaxatum fuit mandatum de manutenendo pro dicto Epiſcopo Iuuenacen, damnato etiam Præpoſito in expenſis ad viginti ſex ducatos auri de Camera, illudque exequutum; vt apertè patet ex mandato de manutenẽdo producto, & exequuto, pręloque etiam præſſo in libello per nos Tutamen Iuriæ Eccleſię Iuuenacen. Eminentiſſ. Don Domino Cardinali Franciſco Barbarino dicato. Cũ itaq. ſentẽtia iam in iudicatum trãſacta, exequuta fuerit, vnde Epiſcopus in poſſeſſione ſemper fuit, & eſt ſuæ iuriſdictionis, tàm aduerſus Præpoſitum, quàm Canonicos, alioſque Clericos dictæ Collegiatæ Eccleſiæ in tribus caſibus in dicto Concilio Lugdunen, expreſſis *in d. cap. 1. de priuileg in 6 ad tex. in cap. querelam 24. ubi Gloſ. uerbo per multa tempora. & ibid. Abb. n. 12. de electione. Rota apud Cardinal Caualen. deciſ. 71. num. 4. & deciſ. 72. num. 1. & deciſ. 379 ſub num. 1. apud Coccinum Decanum de-*
3 *ciſ. 353. n. 1. & ſeq.* compræhenſis; Manutenendus vtique in illa erit. Vti nouiſſimè anno ſuperiore 15. Iulij 1640. proponente Eminentiſsimo Domino Cardinale Pallotto per Sacram Congregationem decretum fuit. Obſtabit propterea aduerſarijs,
4 (ne iterum audiantur) exceptio litis finitæ, & ſententiæ, quæ in iudicatum tranſijt. Rata quippe manere debent, neque vlla tergiuerſatione conuelli, quæ iudicata ſemel fuere. Vlpianus vt loquitur *lib. 2. ad Sabinũ in l. 1. § fin. ff. ad Tertyllianũ:* dicẽs: *Quæ iudicata, tranſacta, finitaue ſunt, rata maneant.*
5 Alioquin in infinitum litium flammæ excurrent, nulluſque eis finis erit, ſi ſopitos iam

iam ignes reuocare ad libitũ licebit iterum
iterũq;in ardorẽ reſuſcire primeuum, iuxta
6 *tex.in l.fratris 10.& l.cauſas 16. C.de tranſact.*
Retinct proinde,litis (quæ finẽ iã vidit) ex-
ceptio,eius iterum regreſsũ, ingreſſumque
cap.1.de litis conteſtat,in 6.eodem plane mo-
7 do quo tranſactione iam ſemel finitas lites,
neque Principis reſcripto reſuſcitare opor-
tebit: vt Imperatores reſcripſere Diocletia-
nus,& Maximianus *d. l.cauſae 16. C. de tran-
ſact.* ſequutaque fuit Rota *in Parmen tranſa-
ctionis 20 Decembris 1627. coram Durano Epi-
ſcopo Vrgellen deciſ.125. num.9. part.5. diuerſ.*
quæ eſt etiam in impreſſis apud eundem
deciſ.121.n.7.8.& 9.
8 Quia nimirum ſententia exequutioni
iam ſemel legitimè demandata pro verita-
te habetur,*l.res iudicata 208.vbi Cagnol num.
2.ff.de regul.iur. Roland conſ.83. num.12. lib.1.
Rota in Senogallien Emphyteuſis 6.Iunij 1629.
coram Domino Coccino Decano deciſ.296. num.
2.ead.part.5.diuerſorum*, & apud eundem in
impreſſis per eum *deciſ.263. num.4.* & in *Ro-
mana vinea 1588.coram Card. Seraphin deciſ.
54.ſub num.3.poſt primum vol. Conſil.Farinac.
Maceraten.variar.reſolut.lib.1.reſol.3. num.16.
in fin.*
Si igitur pro veritate æſtimatur,quod ſen
tentia,quæ in iudicatum tranſiit, diremptũ
fuit:Contra veritatem vtique erit, quod ta-
9 li ſe oppugnat ſententiæ, ex regula contra-
riorum,ad *text in l.hæc verba ille, aut ille 124.
de verborum ſignificat. Gloſſ.in verbo contrariũ
cap. ea te 22. de iure iurand.* Iniuſtum itaque,
atque iniquum æſtimabitur.Quia profectò
10 quicquid veritati ſe opponit, (quæ ſemper
inſurgit,& præualet,& obtinet in ſæcula ſe-
culorum:iuxta Cipriani Sancti dicta *can.con
ſuetudo.9. & can ſi ſolus Chriſtus 11.8. diſt. &
quæ nunquam latet,vt Seneca* dixit *in traged. in
Troas.*)Chriſto,ac Deo ſe vtique opponit,
qui dicit *Ioan.14.*Ego ſum via,veritas,& vi-
11 ta.Abolendum verò eſt,quod veritati con-
trarium eſt. Vt Auguſtinus loquitur *can ſi
conſuetudinem 6.dicta diſt.8. Glo in extrauagan.
1.in initio textus,verbo veritatem, de offic. dele-
gat.inter communes.*
12 Quia nimirum Rege, Vino,Fœmina for-
tior eſt veritas, vt ſapiens ille apud *Eſdram
3.cap.4.*diſſeruit.Et diſthico dixit quidam
nec iniucundè.

Rex,Mulier,Vinũ præcunctis fortiter vrgent,
„ *Sed inter omnes Veritas victrix manet.*

& alter.

„ *Magna meri vis eſt,fortis Rex,fœmina fortis:*
„ *Fortia quæ cùm ſint,Verum tamẽ omnia vincit.*

Reijciendum igitur quod Aduerſarij nũc
iterum poſt ſeptuaginta annorum curricu-
la, aduerſus ſententiam, iam legitimè exe-
quutam, quæ pro veritate ſtat, obiiciunt,
obluctanturque.
Neque ob audiendi,cum dicunt à ſentẽ-
tentia prædicta appellatum fuiſſe,atque per
Appellationem ſuſpenſam,vulneratamque
per declarationes Sacræ Congregationis.
Per ſomnium quippe id ipſi aſſerunt con-
13 tra veritatem pugnantes. At facta proban-
da,non præſumenda ſunt.*ad text. in l.1.C.de
probat.l.in bello 12.§ facta,ff.de captiuis,& poſt
limin.reuerſ.cap.1.de conſtitutionib.in 6.Barboſ.
aſſiomat. 93. num. 27.* rationemque reddit,
14 *num.28.* Quia facta ſui natura incerta ſunt,
atque pœnè infinita,vnde probatione indi-
gent:ſicuti contra,ius finitum eſt. Ex Nera-
tio *lib.5.membranarum in l.in omni.2. ff.de iu-
ris,& facti ignorantia.*
Luce verò meridiana clarius patet per
ſententiam Rotalem,& Mandatum de ma-
nutenendo pro Epiſcopo relaxatum cum
taxatione expenſarum, earumque exequu-
tione, ſententiam in iudicatum tranſiſſe,
quæ obſtaculum eis nunc facit, vt ſemper
antea fecit. Neque vllo pacto per declara-
tiones Sacræ huius Congregationis vulne-
ratam vnquam fuiſſe, quin magis ſarctatec-
tam, firmamque ſeruatam: (quod inferius
peculiarius perpendemus,) non inferiore
deducitur lumine.
15 Neque enim minimi æſtimari debent ſẽ-
tentiæ,quæ à Sacræ Romanæ Rotæ Audi-
toribus proferuntur. Illi quippè delegati
Summi Pontificis Romani ſunt, & vti à
Delegatis ab illo proferuntur.Hanc proin-
ne ob cauſam à Summo Romano Pontifi-
cæ prolatæ illæ videntur, atque decretæ.
16 Quia profectò quicquid à Delegato fit Pa-
pæ,ab ipſomet Papa,cuius vices Delegatus
exequitur,*(cap.quia in iure peritus,33.*ibi:au-
cthoritãte,qua fungor.*Et cap paſtoralis 28.§.
quia verò de officio delegati cap. paſtoralis 11.
§ fin.de offi.ordinar.can.valdè neceſſarium 1.*ibi:
Noſtra per eum,cui præcipimus repræſen-
tetur aucthoritas,*94.diſt.*) dictum,geſtum,
factumque cenſetur,*Rota in Aurſana fructuũ
18.Iunij 1607.coram Damaſceno deciſ. 55. nu.
3 in fin.vol.1.poſthumor.per Farinac.* diximus
in noſtro Apologetico pro Eccleſia noſtra
Iuuenacen.*num.110.& 111.*
17 Hinc ſanè eſt, quod per magni ſemper
facere Sacra conſueuit Congregatio Sacræ
ipſius Rotæ Romanæ ſententias; vt ne la-
tum vngem ab illis diſcedat in factis, quæ
proponũtur,quę Sacræ Rotæ deciſione de-
creta fuerint. Veluti (ecce tibi in facto hoc
ipſo noſtro) anno 1593. cum per Epiſcopũ
Iuuenacen reproducta fuiſſet ſententia ipſa
rotalis apud Ampliſſimos Patres Sacræ
Congregationis, ſequentibus ad tunc tem-
poris ad Præpoſitum litteras dedere.

Al Reu. Signore il Prepoſito della Collegiata dello Spirito Santo.

„ *Reu. Signore. Monſignor Veſcouo ha fatto pre-*
„ *ſentare à queſti miei Signori Illuſtr. alcune ſcrit-*
„ *ture, & in ſpecie vna ſentenza dalla Rota pro-*
„ *mulgata di Luglio 1568 per la quale appariſce*
„ *la voſtra eſſecutione eſſere riſtretta à gli termini*
„ *della Conſtitutione d'Innocentio Quarto, publi-*
„ *cata nel Concilio Lugdunenſe, e ridotta poi nel*
„ *capitolo primo de priuileg. lib. 6. Et ancor che*
„ *ſi creda non habbiate per dire per contro; non di-*
„ *meno le Signorie loro Illuſtriſſ. hanno voluto, che*
„ *io ve n'auertiſca prima di fare in ciò l'vltima ri-*
„ *ſolutione, affinche poßiate auiſare, e mãdare, quã*
„ *ſe hauete ſcritture releuanti contro della ſenten-*
„ *za per potere poi riſoluere, e terminare quel, che*
„ *ſarà conueniente. Non mancate per tanto di ſpe-*
„ *dire preſto la riſpoſta, e ertificandoui, che non s'aſ-*
„ *tarà più d'vn meſe dopò la preſentatione di que-*
„ *ſta mia. Et il Signore vi guardi. Da Roma li 2.*
„ *di Giugno 1593.*

Al piacer voſtro

Il Cardinale Aleſſandrino.

Toto itaque aberrant cęlo Aduerſarij, cũ per Sacram Congregationẽ vulneratã ſententiam prædictam (ſomniantes) aſſerunt. Quin magis cùm anno 1602. deciſio per Sacram Congregationem, interpoſita fuiſſet, atque de ſententia præfata habita conſideratio, per verba etiam ab Aduerſariis producta, at non bene expenſa, (Refugit enim animus, quod ſibi iniucundum eſt, vel audire. At mollities eſt fugere ardua, & non quod expectet bonum, ſed quod fugiat malum, ſecundum *Ariſtot. ethicor. lib. 3.*) *Et eſſen-*
„ *doſi anco hauuto in conſideratione la ſentenza*
„ *data dalla Rota ſopra li trè caſi eſpreſſi nel c. 1. de*
„ *priuileg. in 6. E ſtato riſoluto dalla Sacra Congre-*
gatione, &c. Certa capita duntaxat enumerando, dimittendo tamen in ſua firmitate Sacræ Rotæ ſententiam, vt latius nos in noſtro libello Tutamen deduximus, *à num. 37. reſponſ 1.*

Non vulnerata igitur fuit ſententia, ſed intacta in tribus caſibus relicta.

Neque fundamentum faciant in aſſertis litteris anni 1604. Quas ipſi pro ſe perpen-
18 dunt, (at non ſanè trutina Sanctuarij, vt perpendendæ ſacræ res ſunt, (iuxta domini pręceptum) pondere ſanctuarij; *Numer. 3. 50. & cap. 7. 13. can. non afferamus 21. 24. quaſt. 1.* quibus Epiſcopo Iuuenacen. reſcripſere Eminentiſſimi Patres; dicentes.

„ *Pare aßai chiaro il Priuilegio di Bonifacio*
„ *Nono conceßo alla Chieſa Collegiata di Santo*
„ *Spirito di coteſta Città circa la iuriſdittione del*
„ *Preuoſto nella correttione de gl'ecceßi, e delitti*
„ *sommeßi dalle perſone di quella Chieſa, & anco*
„ *per ogn'altra occaſione concedendoli che poßa eſ-*
„ *ſercitarq iuriſdittione Epiſcopale in eaſdem per-*
„ *ſonas. Onde V. S. ſi contentarà di non impedirlo in*
„ *modo alcuno.*

Cùm quia litteræ prædictæ, audito Epiſcopo decretæ minimè fuere; potuere
19 proinde per ſubreptionem extorqueri: ac propterea nulliter, *ad text. in cap. ſuper litteris 20. vbi ſcribent. de reſcript. Rota in Abulen Parochialis 1. Februarij 1593. coram Cardin. Mantica deciſ. 214. num. 2.*

Tum, quod nihil de tribus caſibus, & ſententia Rotali ad terminos Conſtitutionis Innocentij IV. in Concilio Lugdunen. *in c. 1. de priuilegijs in 6.* meminere. Vnde neq; propterea præiudiciũ vllũ decretis iã antea factis intulere, neq; inferre voluere; cum illorũ non meminerint; vt neq; illa in iudicium
20 delata fuiſſe appareat. Minime proinde iudicare potuere de quib. in iudiciũ nihil deductũ fuit. argumẽto petito à Iuliani dictis *in l. de qua re 74. ff. de iud. De qua re cognouit iudex* (dicentis) *pronunciare quoque cogendus erit.* Vt pronunciare haud valeat, de quo non cognouit, vt *Gloſſ.* aduertit *in cap. vt inquiſitionis negotium, 18. §. prohibemus quoque verbo cognoſcant. de hæretic. in 6.* per verba *text.* præfati ibi: *ne ipſi de hoc crimine (cùm merè ſit Eccleſiaſticum) quoquo modo cognoſcant, vel iudicent.* Ex ordine quippe arguitur dicendi. primo enim præcedit cognitio; deinde iudicium ſubſequitur. *Triuiſanus deciſ. 6. num. 1. lib. 1.* Non igitur cognouerunt Eminentiſſimi tunc Patres de tribus caſibus pręfatis: neque conſequenter de eis decreuere: cùm eorum neque meminerint. Quin neque deductum fuerit; vt liquere eis minimè potuerit: iuxta *Bald.* doctrinam *in l. fin. num. 42. verſ. item conſideret, C. de edicto Diui Adriani tollend. Natta conſ. 194. num. 18. Rota apud Card. Manticam deciſ. 33. nu. 10.* quæ eſt etiam apud *Marcheſ. part. 1. fol. 644. deciſ. 48. ſub num. 5.*

Tum præterea quòd, vt ex contextu litterarum prædictarum non leui deducitur indicio, prætergrediebatur tunc fortaſſe tẽporis Epiſcopus Iuuenacen. terminos ſuos in tribus caſibus ſibi à Conſtitutione Innocentij IV. datis, vt neque permitteret Prępoſitum in reliquis extra caſus præfatos, ſuam in ſibi ſubiectos Canonicos iuriſdictionem exercere: Vnde admonuerunt iurè illum Ampliſſimi Patres, vt ſuis ſe retineret terminis, neque illos tranſgrederetur, atque iuxta vetus adagium, ſtateram non traſgrederetur.

21 Vt non ſit proinde ab vno ad aliud ſatis diuerſum inferendum, à quibus nulla recta ſequela ducitur *ad text. in l. Papinianus exuli 41. ff. de minoribus l. fin. in fin ff. de calumniator.* Contenti itaque ſint ſuis terminis Aduerſarij, neque tranſgrediãtur illos, quos eis Am-
22 pliſſimi, Eminentiſſimique Patres poſuere.

iuxta

Digitized by Google

iuxta illud Domini per Salomonẽ *Prouerb.*
22.28.Ne tranſgrediaris terminos antiquos quos
*poſuerũt Patres tui.*Et ſub anathematis vincu-
lo deteſtatus fuit Leo III.in *c 1.in fi.de ſepul-*
tur.can.ridienlũ 5.12.diſt.l.in rebus.2.ff.de con-
ſtitut.princ.S.Thom.1.2.q.97. art.2. ſed contrà.
23 Cæteroquin eſſet decretũ,cõtra decretũ 1
quod aſſerendum minimè erit,*l.1.C.quando*
reuocare non eſt neceſſe.Rota apud Card.Canale.
deciſ.31. num.1. cap.1. de ſentent.& re iudicata.
Calliſtratus *in l.quod ſemel.5.ff.de decretis ab or*
dine faciendis .
Neque fundamentum faciant in litteris,
quas producunt, anni 1592. Epiſcopo Iu-
,, uenacen datis,quibus dicitur; *V.S.habbia da*
,, *contentarſi di fare,che al Preuoſto,& alla Chieſa*
,, *ſiano oſſeruate quelle preheminenze, & eſſentio-*
,, *ni,chedà Bonifacio Nono ſono ſtate loro conceſſe.*
,, Et in litteris 3.Iunij 1601.*S'è riſoluto,che ſia-*
,, *no intieramente oſſeruate,e mantenute quelle eſ-*
,, *ſentioni,immunità,e preheminentie,che ſono chia*
,, *ramente eſpreſſe nelli ſudetti priuilegii di Papa*
,, *Bonifacio Nono.*
Primo quia nihil expreſſum contra nos
continent de tribus caſibus in Cõcilio Lug
dunen in Conſtitutione Innocentij IV. *in*
cap.1.de priuileg.in 6. compræhenſis.
Deinde quod ſententia Rotalis apud Sa-
cram Congregationem reproducta fuit an-
no 1593. ac conſequenter poſt præfatas lit-
teras anni 1592.& fortaſſis litteræ prædictæ
cauſam dedere, vt reproduceretur . Vnde
neque cognitum ſuper ſententia præfata
Rotali, neque conſequẽter pronunciatum,
(vt ſupra aduertimus.)vt nihil proinde affi-
ciat : cum nihil illi dixerint ; vt neque nos
dicere debeamus,*l.diſſidentis 5.C.de repud.*cũ
alijs notat.
Præterea , quia poſtmodum anno 1602.
habita quoque conſideratione per Sacram
Congregationem ſuper prædicta Rotali ſẽ-
tentia vigore dicti *cap.1.de priuileg in 6.*fue-
runt decreta certa capita exemptionum,
quæ per Epiſcopum Iuuenacen ſeruari de-
berent,tàm Præpoſito,quàm Eccleſiæ præ-
fatæ Colleggiatæ . Nec quicquam Rotali
25 ſententiæ derogatum;vt hæc attendenda
ſit,nõ illa prior; quòd hęc,auditis partibus,
diſcuſſiſque iuribus ambarum , finem liti
impoſuerit,*ad tex in l.præſes prouinciæ 3.C.de*
ſentent. & interloquutionib. omnium iudic.l.1.
ff. de re iudicata Maranta in ſpeculo 6. part. de
ſententia,num.1.2.& 3.
Deinceps,quia litteræ præfatę anni 1601.
præceſſerunt dictam determinationem fi-
nalem anni 1602.Neque præterea quicquã
contrà nos,quin plurimùm pro nobis:Quia
profecto dicunt , vt ſeruentur illæ exemp-
,, tiones,*che ſono chiaramente eſpreſſe nelli ſudet*
,, *ti priuilegii di Papa Bonifacio Nono.*
At nihil tale clarè expreſſum fuit in illis
de dicta Conſtitutione Innocentij IV. in
Concilio Lugdunen in *cap.1. de priuileg. in*
*6.*contenta,neque illi in aliquo in tribus ca-
ſibus in illa contentis pro Ordinarii iuriſ-
dittione, derogatum . Nihil igitur ex dictis
litteris argumentari valebunt Aduerſarii,
quæ ſuis terminis reſtrictæ manent . Cùm
ambiguæ ſint , atque æquiuocæ , vt nihil,
propterea operari valeant ad *text. in cap.*
in præſentia. 8. §. quare cum conſtet.de probat.
vbi Doctor. Nihilque certum,abſolutumq;
inferre poſſint. ex ratione , quam refert S.
Gregorius ad Andræam Epiſcopum ſcri-
bens.*can.habuiſſe te.*qui eſt *fin.33.diſt.ſed quia*
(dicens) *in rebus ambiguis abſolutum non debet*
eſſe iudicium, hoc tua conſcientia eligimus com-
mittendum. Quod igitur ambiguum eſt, pro
abſoluto deferri minime debet gentium.
26 Taceant proinde Aduerſarii , ſinantque
Epiſcopum Iuuenacen ſuo perfrui iure ,
quod iuſtitia ipſa ſuadet, quæ cuique,quod
ſuum eſt tribuit, *l.iuſtitia 10.de iuſtit. & iur.*
can.ius naturale diſt.1.cap.ex ore 17.in princ.de
priuileg. Quid enim aliud eſt iuſtitia , quam
iniuſtitiæ priuatio? vt Aulus Gellius loqui-
tur *noctium atticarum.lib.9.cap.1.in princ.*
27 Cum præſertim priuilegiorum forma at-
tendenda ſit,neque vltrà protendenda , quã
in ipſis exprimatur, *cap. porrò. 7. de priuileg.*
28 In præiudicium potiſſimum iuriſdictionis
Ordinarij , quæ naturalis eſt. ad *text. in cap.*
cum olim.16.de verbor.ſignificat.extrà,& cap.ſi
*canonici 2.de offic.ordin.in 6.*diximus in noſtro
Tutamine in hac cauſa *reſponſ.1. num.56. &*
ſeq.Lutterius de re beneficiar.lib.2.quæſt.24.nu.
89.& 90. Priuilegium verò priuata lex eſt,
29 *can priuilegia diſt.3.*
Neque dicant ipſi,quòd aliàs eluſorium
redderetur priuilegium Bonifacij Noni di-
ctæ Eccleſiæ Collegiatæ indultum.
30 Quia profecto obiectioni huic facit ipſe-
met Pontifex Summus Innocentius ſatis,
*dicto c.1. §.nunquid ergo.*dicens.*Nunquid ergo*
carent omnino in his commodo libertatis ?
,, *Non vtique* (reſpondens) *Quia nec coram*
,, *Ordinariis ipſis,dummodò ſit in loco exempto cõ-*
,, *miſſum delictum,vel contractus initus,aut res li-*
,, *tigioſa;aut vbi domicilium habent,ſi alibi delin-*
,, *quant,vel contrà;aut res ipſa conſiſtat,conueniri*
,, *poſſunt aliquatenus ſuper iſtis* . Sic Summus
Pontifex.
Sat itaque illis eſſe debebit, ſi in reliquis
ab Ordinarii ſint iuriſdictione exempti, vt
in noſtro tutamine pluribus *d. reſponſ.1. à*
*num.65.*deduximus.
31 Præterquàm quòd , Conſtitutio præfata
Innocentii IV. in Concilio Generali Lug-
dunen edita, fuerit à Sacroſancta Tridenti-
na Synodo innouata *ſeſſ.7. cap.14. de refor-*
,, *mat.*ſequentibus loquente:*In exemptorum*
,, *cauſis conſtitutio Innocentii IV. quæ incipit vo-*
,, *lentes. in Generali Concilio Lugdunenſi edita,*
,, *ſeruetur:quam eadem Sacroſancta Synodus inno-*
uat

Digitized by Google

„ *uandam conſuit,& innouat.*
Si innouauit Conſtitutionem præfatam
Sacroſanctum Tridentinum Concilium,
32 atque ſeruandam decreuit: vt lex noua vtique
que ſaltim ſeruanda erit, quatenus (quod
minime admiſerimus) in deſuetudinem
dicti Innocentii IV. Conſtitutio abiiſſet,
quod perpendimus pluribus *d. reſponſ.* 1.in
noſtro tutamine *à nu.* 21. *cum ſeq.* Innouare
idem porrò eſt, atque inſtaurare, ſiue redintegrare,
tegrare, ex Varrone apud *Macrobium lib.* 1.
ſaturnalium cap. 11. *col.* 2. Innouauit igitur Sacroſancta
croſancta Synodus Innocentii IV. conſtitutionem
tionem dicto *cap.* 1. *de priuileg. in* 6. contentam.
tam. Reſtaurauit ergo illam, ac nonam fecit,
cit, quatenus in deſuetudinem fortaſſe
abiiſſet, quod non iurè admiſerimus, vt diximus.
ximus.
33 Accedit his prætereà, quòd ex eiuſdem
Sacroſancti Tridentini Concilii decretis,
ſumma facultas Epiſcopis demandata fuit,
vt illi ſine timore reſidere valerent, ſuoque
defungi munere paſtorali, in exceſſus omnes
nes (etiam exemptorum) animaduertendi;
etiam tanquam Sanctæ Sedis Apoſtolicæ
delegatis: ſequentibus nempè Sacroſancta
Synodus, *ſeſſ.* 14. *cap.* 4. *de reformat.* (loquitur)
„ *Omnes Eccleſiarum Prælati, qui ad corrigēdum*
„ *ſubditorum exceſſus diligenter attendere debent;*
„ *& à quibus nullus Clericus per huius Sanctæ Sy*
„ *nodi ſtatuta, cuiuſuis priuilegii prætextu tutus*
„ *cenſetur, quominus iuxta canonicas ſanctiones*
„ *viſitari, puniri, & corrigi poſſit; ſi in Eccleſiis ſuis*
„ *reſederint, quoſcunque ſeculares Clericos (Qualitercumque*
„ *litercumque exemptos, qui alias ſuæ iuriſdictioni*
„ *ſubeſſent,) de eorum exceſſibus, criminibus, & delictis,*
„ *lictis, quoties, & quando opus fuerit, etiam extrà*
„ *viſitationem, tanquam adhoc Apoſtolicæ Sedis*
„ *delegati, corrigendi, & caſtigandi facultatem habeant;*
„ *beant; Quibuſcunque exemptionibus, declarationibus,*
„ *nibus, conſuetudinibus, ſententiis, iuramentis, concordiis,*
„ *cordiis, quæ tantùm ſuos obligent auctbores, ipſis*
„ *Clericis, aut eorum cōſanguineis, cappellanis, familiaribus,*
„ *miliaribus, procuratoribus, & aliis quibuslibet*
„ *ipſorum exemptorum contemplatione, & intuitu*
„ *minime ſuffragantibus.* ſic Sancta Synodus.
34 Cui planè Decreto concinit, nec incongruè,
gruè, Conſtitutio Pii Papæ IV. anno 1560.
13. Septembris edita, quæ incipit *de ſalute gregis*
gis Dominici, §. 5. *in Bullar. tom.* 2. *conſtitut.* 10. &
apud *Quarant. verbo reſidentia in ſum. Bullar.*
fol. mihi 446. quam etiam deduximus *reſponſ.*
ponſ. noſtra 8. *num.* 59. *part.* 2. Ita ſemper Summorum
morum Pontificum animis reſedit, ac Sacroſanctis
croſanctis Generalibus Conciliis, Ordinariorum
riorum Epiſcoporum iuriſdictionem tueri,
ne per exemptorum licētiam peccata multiplicarentur
tiplicarentur ſuper terram; vnde nomen
35 Dei Sanctum blaſphemaretur, de quo admodum
modum cōqueritur ipſe Omnipotēs Deus,
qui bonorum noſtrorum non indiget *Pſal.*
36. 2. *Iſaiæ* 52. 5. *Et iugiter tota die nomen meū*
balſphatur. (dicens,) *can. cum caput mulieris,*
15. 33. *quæſt.* 5. Horrendum quippe in Sacris
litteris nomē eſt blaſphemiæ nominis Dei
benedicti, vt benedictionis nomine magis
illud efferant; tantùm ne maledictionis, vel
blaſphemiæ nominis meminerint. Vti in
verbis illis *Iob.* 1. *Dicebat enim ne fortè peccauerint*
uerint filii mei, & benedixerint Deum in cordibus
bus ſuis. obſeruauit Doctiſſimus ille Chyſami
mi Epiſcopus *Auguſtinus Steuchius;* namque
pro maledixerint, benedixerint appoſuit.
Quod & gētiles ipſi abhorruere. iuxta illud
Tibulli *epiſt.* 3. *lib.* 4. dicentis
„ *Nec nos inſanæ meditantis iurgia linguæ*
„ *Impia in aduerſos ſoluimus ora Deos.*
Corruit igitur ex his aduerſariorum
obiectū quod ſub hac exemptionis lege,
fuit Collegialis Eccleſia hæc ab Epiſcopo
36 Pauonio fundata, alioquin non illam fundaſſet.
daſſet. Iuſtumque a ſacroſancta Tridentina
na Synodo *ſeſſ.* 25. *cap.* 9. *de reformatione in*
initio. æſtimatum fuerit, pias fidelium voluntates
luntates in eorum conſtitutione non vio-
37 lari. Licereque cuique (addimus nos) in
ſuis bonis legem quamcumque dicere. *ad*
tex. in l. in re mandata 21. *C. mandati. l. dudū*
14. *C. de contrahenda empt. l. in traditionibus.*
49. *ff. de pactis.* diximus pluribus *reſpōſ.* noſtra
20. *a n.* 7. *cū ſeq. ad vſq.* 19. *& reſp.* 32. *n.* 13. *p.* 1.
. Cùm quidem quòd non oppugnamus
nunc nos, quin legem dicere potuerit rebus
ſuis dictus Dominus Epiſcopus Pauo in erigenda
genda dicta Eccleſia Collegiali; tantùm in
38 Domino. Oppugnamus verò, quòd legem
dicere haud potuerit rebus alienis. Neque
enim ſua erat iuriſdictio in Diœceſi Iuuenacen,
nacen, ſed Epiſcopi, per Summum tamen
Romanum Pontificem eidem à Deo demandata.
mandata. *Diſponat* (inqit lex) *vnuſquiſque in*
rebus ſuis, vt dignum eſt, & ſit lex eius voluntas.
luntas. §. *diſponat. in auth. de nuptijs. collat.*
4. In rebus ſuis (dixit) non in alienis; alioquin
quin iniquitas inuoluitur. Vnde Sacrum
Tridentinum Concilium *d. cap.* 9. *ſeſſ.* 25. *de*
reformat, in initio. ab aduerſarijs allatū, at nō
rectè expēsū; ſequentibus, & noſtræ fauet
„ ſententiæ, inquiendo ; *Sicut legitima patronatuum*
„ *natuum iura tollere, piaſque fidelium voluntates*
„ *tates in eorum conſtitutione violare æquum*
„ *non eſt; ſic etiam, vt hoc colore beneficia eccleſiaſtica*
„ *ſiaſtica in ſeruitutem, quod à multis imprudenter*
„ *denter fit, redigantur, non eſt permittendum.*
39 Aequum igitur erit ſeruari fideliū pias
voluntates, quas de rebus ſuis dixere: non
autem, quod propter eorum voluntates, iniuſtitia
iuſtitia alijs inferatur. Cum eatenus illæ
ſubſtineantur, quatenus legibus, quæ vndequaque
quaque inſtitiam ſectantur, minimè obluctentur.
ctentur. *l. teſtar. de cauſa* 13. *vbi gloſſ. C. de teſtam.*
ſtam. & tex. in d. §. *diſponat in auth. de nuptijs l.*
cū quæſtio 25. §. *fin. in finalib. verb. C. de legat.*

Idemque 24. *Iliad.*

Ibo equidem: neque enim contemnere fas eſt
Iuſſa Iouis.

Hanc igitur exemptionem rerum omnium ſatis oppiperam, & affluentem Epiſcopus Pauonius (centoculus Pauo, ſed nō Argo) propriæ patriæ omnibus patritijs reliquit, *vt nati natorum, & qui naſcentur ab illis*, hanc experiantur miſeriam, atque rerum omnium exemptionem: ſemperque cum Epiſcopis ordinarijs pugnent, vt ſuo eis arbitrio viuere liceat, atque contra Dei legem impunè pugnare. Neque enim conſtitutionem Innocentij IV. neque ſententiam Rotalem; neque Sacri Tridentini Cōcilij decreta, neque denique Sacræ Congregationis declarationes, Epiſcopi Iuuenacen decreuere, ſed Summus ille Romanus Pontifex: Auditoreſque Rotæ: ac Spiritus Sanctus Deus, qui ſacrorum Conciliorum ductor, atque magiſter eſt. Audi Apoſtolū, & Epiſcopum Hieroſolymorum Iacobum de primo Concilio loquentem: *Viſum eſt Spiritui Sancto, & nobis. actor.* 15.28. Viuant itaque ſecundùm Deum, & nullo vnquam tempore Epiſcopo Iuuenacen in tribus caſibus ſubiecti erunt. Iuſto enim lex non eſt poſita, ſed impijs, & peccatoribus. Paulus vt loquitur *epiſt. 1. ad Timotheum* 1.9. vt enim *Horat. lib. 1. epiſtol.* inquit:

Vir bonus quis eſt?
Qui conſulta Patrum, qui leges iuraq. ſeruat.

Seruent proinde leges, ſic boni, quin magis beati habebuntur, iuxtà illud *Horat. lib. 4.*

rectius occupat
Nomen beati, qui Deorum
Muneribus ſapienter vti
Duramque callet pauperiem pati,
Peiuſque letho flagitium timet.

Deſtruūtur proindeomninò, quæ de obſeruantia in cōtrariū vigilantes ſomniare viſi
56 ſūt Aduerſarij. Cū ſēper Epiſcopi Iuuenacen in tribus caſibus aduerſus Præpoſitos pro tempore, & Canonicos, alioſq. dictæ Eccleſiæ clericos inſurrexerint, etiam illos carceribus trudendo (etiam vacante ſede Epiſcopali.) quod patet ex his quoque, quæ ipſi aſſerunt de recurſibus ad hanc ſacram Congregationem habitis. Verum ſemper in tribus caſibus pro Epiſcopo ſententia ſtetit, & ſtat. Manutenendus prærerea in ſua profeſſione erit, in qua iuris quoque aſſiſtentiam habet. §. *retinenda, & §. hodiè inſtitut. de interduct. l. 1. ff. vti poſſidet. Rota apud Coccinū Decanū dec. 14. & dec. 26. & dec. 366. n. 1 & ſeq. atque deciſ. 378. n. & deciſ. 417. n. 3. & 4. & apud s. memor. Gregor. XV. deciſ.* 160.

57 Satis autem erronea ſunt quæ aſſerunt de Metropolitana Curia Baren, & de acquieſcentia Epiſcoporum. A ſententia nāq; Metropolitanæ Baren pro Præpoſito olim lata, appellatum fuit ad Sanctiſsimum, atq. ab eo cauſa in ſacra Rota commiſſa]: vnde poſtmodum anno 1568. ſententia emanauit per Dominum Iulium Oradinum tunc Rotæ Auditorem dicentem: *Per Dominū Vicarium Reuerendiſſ. Domini Archiepiſcopi Baren, malè, & nulliter fuiſſe, & eſſe proceſſum, ordinatum, ſententiatum, & diffinitum: ac pro parte dicti Reuerendiſſ. Epiſcopi Iuuenacen à proceſſu, ordinatione, & ſententia huiuſmodi benè fuiſſe, & eſſe prouocatum, appellatum, & de nullitate dictum, &c.* Neq. vnquam Sacra Congregatio quoad diſpoſita in dicta cōſtitutione Innocentij IV. in Cōcilio Lugdunen, formiter decreuit, multoque minus poſt ſententiam rotalem. Quia anno 1602. habita matura perpenſione ſuper ſententia præfata, certa capita exemptionum duntaxat decreuit, quæ per Epiſcopos dictæ Collegiatæ Eccleſiæ, Præpoſito, & Canonicis ſeruarentur. Hæc autem nihil perpendunt aduerſarij; qui diffugere
58 volunt, quæ ipſis obſtaculo ſunt. vt ex hoc vno dolus arguatur fugientis hominis, iudiciſque aſpectum non ferentis, ſecundum verba Vlpiani *in l. impuberibus 7. §. præterea. & §. ſeq. ff. de ſuſpectis tutorib.* diximuſque in noſtro tutamine, *reſponſ. 1. num.* 106. At dicere libeat, quod *Ouid.* dixit:

Decidit in Caſſes præda petita meos.

Quin inciderunt in foueam, quam fecerūt; iuxta Regis citaredis dicta *pſal. 7* 16. de malo homine loquentis; atque dicentis: *Lacum aperuit, & effodit eum, & incedit in foueam, quam fecit.* Et prouerbio fertur *ſuo ipſius laqueo captus eſt.* ab eodem Citaredo petito. *pſalm. 9. 16.* (dicente) *In laqueo iſto, quē abſconderunt, comprehenſus eſt pes eorum.* Quoniam dolus, atque malitia ipſorum redundabit in caput eorum, præſertim in die iudicij, vt *Dionyſ. Carthuſian. ibid.* comminiſcitur.

Neque dicant conciliarem haud fuiſſe dictam Innocentij IV. conſtitutionem; potuiſſe propterea eidē etiā tacitè derogari, neq. expreſſam prærequiri derogationem.

59 Quia nimirū in cœlum os ponere coarguentur: quando conciliarem illam Bonifacius VIII. ſexti decretalium compilator, nuncupauit. Sic enim ille in titulo dictæ conſtitutionis *in cap. 1. de priuileg. in 6. Innocentius IV. in Concilio Generali Lugdunenſi.* Et Sacroſancta Tridentina Synodus *d. cap. 14. ſeſſ. 7. In exemptorum cauſis conſtitutio Innocentij IV. quæ incipit Volentes, in Generali Concilio Lugdunēſi edita. &c.* (loquitur.)

Ecce Summus Pontifex Romanus, vir aliàs ſacrorum Canonum peritiſſimus; & Sacrum Tridentinum Concilium in Spiritu Sancto legitimè congregatum, conciliarem (vt puta in Concilio Generali Lugdunenſi editam) conſtitutionem præfatā Innocentij IV. dicunt: & id ipſum aduerſarij

noſtri negabunt? Nunquid maiores ipſi sũt
Summo Romano Pontifice,Sacro Triden-
tino Concilio, ac ipſomet Spiritu Sancto?
60 At quis eſt,qui Spiritu Sancto poſſit dignè
reſiſtere; vt loquitur Vrbanus Papa II. re-
latus *can.duæ ſunt.2.in fin.19.q.2.* quos ſe ip-
pos faciunt? *Ioan.8.53.* Taceant proinde,&
61 imponant digitum ori ſuo. ne forte à Do-
mino coarguantur, audiantque ſicut & S.
Iob. *Iob.38.2.Quis eſt iſte inuoluens ſententias
ſermonibus imperitis?* quæ verba ſecundum
Hieronymi verſionem imitati Symma-
cum,interpetratur *Auguſtinus Steuchius Ma*
gnus ille Sophos, Chylami Epiſcopus, &
Apoſtolicus Bibliothecarius. ideſt *loquens
tenoribus,obſcura,ſine luce, ſine lumine ſapiẽ-
tia.* quando ipſi non Conciliarem dicere
volunt hanc conſtitutionem, quam Boni-
facius Octauus, & Sacrum Tridentinũ Cõ-
cilium Conciliarem appellarunt. Verean-
tur proinde mandata Iouis. iuxta Homeri-
cum illud 24.*Iliad.* dicentem:

„ *Nam vereor mandata Iouis.*

62 Et quis porrò tantæ ſuperbiæ faſtigio tu-
midus erit, vt ſenſum Domini contemnat?
63 iuxta tex *in l.fin.C.de legibus.* Neque præ-
terea obaudiendi,cùm dicunt; conſtitutio-
nem præfatam Innocentii IV. exaudiri in
exemptis reſpectu loci, non reſpectu perſo-
næ. ex *Ricio reſolut.269.par.2. in praxi.* af-
ferunt quoque *Maceraten, Marium Anto-
ninum variarum reſolut.p.3. reſolut.4.*

Tùm planè, quòd *Maceraten* in caſu fa-
tis à nobis diſsito loquitur;ac præſertim in
quo aderant clauſulæ expreſsæ derogato-
riæ per Pium V.ad fauorem Collegii ſcho-
larium Ghiſleriorum, cum deputatione
certi iudicis conſeruatoris,& aliis clauſulis,
quæ in facto hoc noſtro non coincidunt,
quibus in Collegiis ſcholarium, & Docto-
rum, locum habet diſpoſitio Sacri Triden-
tini Concili *ſeſſ.14.cap.5. in fin. de reformat.*
& nihilominus Maceraten in quaſi poſſeſ-
ſione intentionem ſuam magis fundat. At
pro nobis ne dum poſſeſsio, verùm & ſen-
tentia Rotalis ſtat; ſtantque Sacræ ipſius
Congregationis declarationes; inconcuſſa-
65 que obſeruatio. Tum etiam, quod *Riccius
dicta ſua reſolutione* 269. non proponit fa-
ctum, quod tunc aderat, ſed in genere,ne-
que quicquam ſubſiſtens firmat, vnde ne
dum parum,ſed nihil de illo (in hoc facto)
curandum, vt paulò infra oſtendemus. Tũ
præterea, quòd nos in caſu vertimur iam
per deciſionem dirẽptum, ac completum
partibus auditis per Sacræ Romanæ Rotæ
66 deciſionem. Neque enim vulgares ſunt ho
mines qui ad ſacræ Rotæ Romanę Audien
tiam aſsiſcuntur,ſed doctiores, peritioreſq.
omnium; vnde in ea vberrimus eſt cano-
niſtarum fons. diximus *reſponſ.35.n.35.p.1.*
& in ſacra Rota Romana ſedere ſolent Iu-
reconſulti Eminentiſſimi,vt loquitur *Scac-
cia de ſent.& re iudic.gloſſ.14.q.24.ſub n.3.*
perpenderunt profectò ipſi omnia, ac præ-
ſertim expenderint ad amuſsim intellectum
textus prædicti *in c.1.de priuileg.in 6.* ex con
ſtitutione dicti Innocentii IV. in Lugdu-
67 nenſi Generali Concilio edita, quæ ſanè
conſtitutio generatim loquitur de quacun
que exemptione quantumuis lata,& expẽ-
ſa,ſecundum *Doctores*, quos lata ſerie de-
ducit Sacræ eiuſdem Romanæ Rotæ tunc
Auditor Hippolitus ille Aldobrandinus,in
*Mediolanen curſus aquarũ 28.Aprilis 1581.
deciſ.702.p.1.diuerſor.n.1.* qui fuit poſtmo-
dum ad ſummi Pontificatus apicẽ aſſum-
ptus,Clemens VIII. nũcupatus(ex his quip
pe viris fuere,qui Rotalem ſententiam pro
Epiſcopo Iuuenacen protulere.) & dictum
fuit in *Baren iuriſdictionis 20.Maij 1003.co-
ram Veroſpio apud Marchesan. tom.1. deciſ.
52.num.3.verſ.nec releuat.fol.*1069. quo lo-
cu ita firmaſſe quoque Sacram Congrega-
tionem Concilii teſtatur. Et paſsim alii ex
69 Sacra Rota ad Cardinalatus purpuram aſ-
ſumuntur, ac deinde ad ſupremam Pon-
tificatus dignitatem,Dei Vicarii effecti. Vt
70 prædeceſſor Sanctiſſimi Domini noſtri
Vrbani Papæ VIII.(quem Deus Omnipo-
tens Eccleſię Sanctæ ſuæ diù incolumem
ſeruet) Alexander Ludouiſius,qui ex Ro-
tæ Auditore ad Archiepiſcopatum Bono-
nien, & deinde ad Cardinalatus dignitatẽ
euectus ac demum ad Summi Pontificatus
apicem(Gregorius XV.vocatus)aſſumptus.
Errauerunt igitur ſacræ Rotæ Auditores
tunc temporis, qui reſtrictam exemptionẽ
Collegiatę Eccleſiæ Spiritus Sancti in tri-
bus caſibus in dicta cõſtitutione Innocẽtii
IV.dixere. Et errauit ſacra Cõgregatio cũ
dictã Rotalẽ deciſionẽ approbauit. Sapiũt
verò plus his noſtri aduerſarii, *& ex ſepti.*
71 *ſapientibus,octauus.* vt prouerbio dici ſolet.
72 Nunquid & ipſi, (ſicuti quondam
Saul) inter Prophetas? vt prouerbio fertur.
1.*Regum* 10.12.*&* 19.24. At videant ipſi
quid loquantur. Apertiſsimè verò in dicta
ſacræ Rotæ deciſione improbatur diſtin-
ctio, qua volebant nonnulli priuilegium
dicti *cap.1.* exaudiri, quando perſonæ ſunt
exemptæ reſpectu certi loci. quicquid etiã
dixerit *Couarru. pract.quæſt cap.11. nu.5.*
quem *Riccius* pro ſua affert ſententia *d. re-
ſolut.* 269. ſed nihil de hac ſacræ Rotæ de-
74 ciſione, quæ ſibi aduerſabatur, meminit;
cum alioqui dictæ Innocentianæ conſtitu-
tionis diſpoſitio expanſa ſit, & ampla, in
quacunque exemptione,ſiue perſonali, ſi-
ue locali; ſiue locali, & perſonali ſimul
Abb. cap.fin. de foro compet. quem ſequitur
*Felin.num.5.& Dec. in cap.tuarum. n.44. &
45. de priuileg.* potiſsimum verò perpenſis
verbis illis conſtitutionis præfatæ Innocen-

Digitized by Google

tij Quarti, (*Priuilegia exemptionis.*) nec non
(*ſic exempti*) quæ indeſinita cùm ſint, vni-
uerſali æquipollent diſpoſitioni; vt optimè
ad rem noſtrã (os obſtruendo aduerſarijs)
perpendere Patres in dicta *Mediolanen cur-*
ſus aquarum coram Aldobrandino d. deciſ. 702.
n.3. & 4. Et neq. (relata *dicta deciſ. 702.*) per-
pendit *dicti cap. 1.* expanſionem, quoad om-
nes exemptiones, *Lutterius de re beneficiaria*
lib. 1. q. 25. num. 51. Rota in d. Baren iuriſdictio-
75 *nis coram Veroſpio* reſpondens *n. 4.* Couar-
ruuias ſententiæ, illamque reiiciendo, vti
aduerſam omninò diſpoſitioni *d. cap. 1. de*
priuileg. in 6. atque proinde à veritate aber-
rantem; vt pari modo corruant, quæ ex *Co-*
uarruuias ſententiá profert *Riccius* in caſu
ſatiſà noſtro diſsito loquens, & in genere
(vt diximus) non jin reſtrictione certæ
controuerſiæ. Neque imperpenſum dimit-
tendum, quòd deciſio præfata *Mediola-*
nen. emanauit aduerſus Patres Carthuſia-
nos, (neque obſtantibus priuilegijs Marti-
ni Papæ, quibus ſunt exempti, etiam in tri-
76 bus illis caſibus:) Quia profectò, cùm Con-
ſtitutio præfata Innocentii IV. fuerit in-
nouata per Sacrum Tridentinum Conci-
lium *d. ſeſſ. 7. cap. 14.* priuilegium vtique re-
ducitur ad terminos iuris comunis, vt Ro-
ta perpendit *d. deciſ. 702. num. 7. verſ. non*
obſtat.

Quid igitur nobis obſtaculo eſſe pote-
rit priuilegium præfatum Bonifacij noni,
quo nulla derogatione conſtitutioni præ-
fatæ Innocentij detractum quicquam fuit;
& qui pro nobis, præter deciſiones prædi-
ctas *in Mediolanen curſus aquarum, & Baren*
iuriſdictionis, ſententiam obtinemus Rota-
lem, & quæ in iudicatum tranſijt, atque
mandato de manutenendo ſuffulti ſu-
mus, & in poſſeſsione manemus iuriſdi-
tionis in tribus caſibus prædictis, in Pre-
poſitum, & Canonicos, & clericos alios
Collegiatæ præfatæ Spiritus Sancti (ſi qui
ſint,) etiam approbante ſacra Congrega-
tione in litteris anni *1602.* quæ habita con-
ſideratione ad dictam ſententiam Rota-
lem, quoad certa capita dumtaxat exem-
ptionem ſeruari collegiatæ mandauit Ec-
cleſiæ prædictæ?

Cæteroquin fruſtranea erit dicta con-
ſtitutio Innocentij, atque Sacri Tridentini
eius innouatio. Nihilque proderit poſt
multos labores, & expenſas, ſententias etiã
Rotales reportare: & ſua ſpoliabitur poſ-
ſeſsione ordinariæ iuriſdictionis in omnes,
qui in ſua ſunt diœceſi, Epiſcopus de fa-
77 cto, ac tumultuario, vt ſuo modo viue-
re liceat Præpoſito, atque Collegiante Ec-
cleſię Canonicis, & clericis, totamque diœ-
ceſim deturbare, atque ad illicita fræna re-
laxare, iuxta verba *tex. in cap. clericis laycos*
3 *in initio de immunit. Eccleſiarum in 6.* totuſ-
que ordo à Spiritu ſancto in Eccleſia Dei
78 demandatus tumultuabitur. At quæ à
Deo ſunt, ordinata ſunt. Vt ſanctus loqui-
tur Apoſtolus ad *Romanos* 13. 1. Qui verò
poteſtati reſiſtit, Dei ordinationi reſiſtit.
ibid. & in extrauaganti unam ſanctã 1. §. opor-
tet autem de maiorit. & obed. inter communes.
can. qui reſiſtit. 97. 11. q. 3.
80 Cùm contrà infernus vnus ſit, vbi nullus
ordo, ſed ſempiternus horror inhabitat.
Iob. 10. 22. & hierarchicus ordo in Eccle-
81 ſia Dei deſtruetur: quo, vt omnis anima
poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit, præ-
cipitur *d. cap. 13. 1. ad Romanos. d. cap. omnis*
anima 2. de cenſib. extrà.

Et ſacroſanctæ Tridentinæ ſynodus de-
82 creta, quibus diſpoſitio præfata concilia-
ris Innocentij IV. innouata fuit, & priui-
legia omnia exemptionum ad eius for-
mam redacta, vt Epiſcopi in ſua reſidentia
perſiſtere poſſent, ceſſabunt, & in filum
redibunt Vt licitum ſit præpoſito, alijſque
dictę collegiatæ Eccleſiæ ſex canonicis
ſuo viuere modo; vt contra Deum collũ
extendant; neque (quin contra Epiſcopum
inſurgant), ſe temperent. At certè deſi-
piunt ſi ſic ſapiunt. vt Innocent. 3. loqui-
tur *cap. niſi cum pridem 10. §. certò de ſpis, de re-*
nunciat. Cùm alioqui Sacrum Concilium
Tridentinum Innouando conſtitutionem
præfatam Innocentij IV. priuilegia exem-
ptionum omnia ad ius comune reduxe-
rit: vt ſupra diximus. & venari licet ex his,
quæ ſupra *ex Macrobi a lib. 1. Saturnal. cap.*
11. col. 2. de verbo inſtaurari attulimus,
quod nouare ſit: Quia nimirum eum in-
nouauerit illam, Nouam vtique fecit.

Verùm Reſpondeant nobis (quæſo)
Aduerſarij: cur planè eſt, quòd ita ipſis ſer-
uari ad amuſsim volunt priuilegium exẽ-
ptionis per Bonifacium Nonum indultæ,
vt etiam in tribus caſibus dicto priuilegio
non comprehenſis, etiam poſt ſententiam
Rotalem, & Sacræ Congregationis deci-
ſiones, dilatari, dimanarique ament, vt li-
ceat ſuo modo eis, (diuino excuſſo timo-
re) viuere; vt ſuccenſeant nobis, quòd no-
ſtra tuemur iura. Et non eodem modo ſer-
uari nobis iura noſtra velint, quæ natura-
lia ſunt, eorum verò aſcitia, atque acci-
dentaria? At naturæ principio ab ipſa na-
tura hominum inſito animis, admonemur,
quin docemur; *Quod tibi non vis fieri, alte-*
ri ne feceris Matth 7. 12. can. placuit 12. infin.
10. q. 1. cap. dilecti filij 13. de maiorit. & obed.
Gloſſ. in d. l. iuſtitia 10. verbo lædere ff. de inſt.
& iur. diſt. 1. in princip.
85 Patiantur itaque ſuum cuique ſeruari
quod ſanctum eſt iuxta illud Apoſtoli *ad*
„ *Roman. 13. 7. Reddite ergo omnibus debita; cui*
„ *tributũ, tributũ: cui uectigal vectigal; cui timo-*
„ *rẽ, timorẽ; cui honorem honorem.* & illud Do-
mi-

mini *Matth.22.21. Reddit ergo quæ ſunt Cæſa-*
ris Cæſari; & quæ ſunt Dei Deo.

Firma itaq; ex his remanet iuriſdictio E-
piſcopi Iuuenacē in tribus caſibus, tàm ad-
uerſus Præpoſitum, quàm aduerſus alios
Canonicos,& Clericos Collegiatæ Eccleſię
procedendi,in eoſque deliquentes animad-
uertendi.

86 Iurè ergo aduerſus Præpoſitum præfatū
in eius contumaciam in iuris ſubſidium ad
cenſuras proceſſit,vt plenius in noſtro Tu-
tamine *reſponſ.1. à num.72.* deduximus. Et
per Sacram Congregationem declaratum
fuit 15. Iunij 1640.

Vt in deciſis ſtandum eſſe, iurè, conſe-
quenterque decernere debeat.

87 Nec dicant Aduerſarij (vt aſſeruere in
eorum informatione) haud potuiſſe ab Epi
ſcopo excommunicari ex verbis priuilegij
dicti Bonifacij Noni in fin. Quibus ſequen-
„ tibus loquitur. *Nos enim quaslibet excommu-*
„ *nicationum,ſuſpenſionum, et interdicti ſentētias,*
„ *& quoſcunque proceſſus, quas, vel quos contrà*
„ *Eccleſiam ſic fundandam, & eius perſonas præ-*
„ *dictas,contra tenorem, & formam huius exemp-*
„ *tionis noſtræ promulgari, & haberi contingerit,*
„ *irritos decernimus,& inanes.*

Cùm quod non ex hoc Bonifacius No-
nus concedit priuilegium,vt interdici, ſuſ-
pendi,aut excommunicari non poſſint, vt
in d cap.1.§ in eos autem de priuileg.in 6. quo
caſu loquitur *Sanchez de matrimon. lib. 7.*
diſput.33.num.22.& 23.ab aduerſariis,non
bene expenſus.

88 Tùm, quòd apertiſſimis verbis priuile-
gium reſtrictè loquitur iuxta formam exē-
ptionis in bonis Eccleſiæ,& perſonis,in ca-
ſibus in quibus à iuriſdictione Epiſcopi sūt
exempti,& non in terminis *d.cap.1. de priui-*
leg.in 6. Conſtitutionis Innocentij IV. in
Concilio Generali Lugdunen editæ,cui nō
derogauit,neque derogare intendit.ad tra-
dita per *Geminian. d. cap. 1. de priuileg. in 6.*
quem ſequitur *Cabed.deciſ.Luſitana 86. num*
8.in fin.part.2.

At in tribus caſibus à iuriſdictione Epi-
ſcopi exempti minime ſunt, (vt oſtendi-
mus) ſtante etiam ſententia Rotali pro Epi-
ſcopo,& poſſeſſione,etiam ante ſentētiam
prædictam; potiſſimum verò poſt innoua-
tionem dictę Conſtitutionis Innocentij per
Sacrum Tridentinum Concilium, qua pri-
89 uilegia omnia ad ius commune retraxit,vt
dictum fuit *in d Mediolanen curſus aquar. co-*
ram S.memor. Clement.VIII. Aldobrandino d.
deciſ.702. num 7. verſ. non obſtat. Et diximus
etiam ſupra. Neque ipſi vllo priuilegio po-
tiuntur,vt interdici,ſuſpendi,& excommu-
nicari non poſſint. Iurè ergo excommuni-
cari potuere,Epiſcopi iuriſdictionem ordi-
nariam diffugientes, contumaces,& rebel-
les, vt latius in noſtro Tutamine reſponſ.1.
deduximus.

90 Sicuti iurè quoque excommunicati fue-
re, quòd ad Diœceſanam Synodum acce-
dere noluere, ad quam quamuis exempti ac-
cedere tenebantur, ex diſpoſitione Sacri
Tridentini Concilij *ſeſſ. 24. cap.2. §. Synodi*
quoque de reformat. quod latè deduximus in
noſtro Tutamine *reſponſ.2.à num.81. ad fin.*
vſque.

91 Quemadmodum, & ad proceſſiones pu-
blicas,ſiue Lytanias,& ſupplicationes ex de
creto Sacroſancti Tridentini Concilij,*ſeſſ.*
25.cap.13.§ exempti de regularib.& vt Colle-
gium, & vt beneficiarii, vt plenè deduxi-
mus *d. reſponſ.2. à num.1. in d.* noſtro Tuta-
mine.

Alioquin inanis diſpoſitio erit Sacri Con
cilii Tridentini,cui nullo modò reſpondēt
(quòd reſpondere minime valeāt) Aduer-
ſarii; vt nihil omnino facienda ſit allegatio
ex doctrina *Maſſobrij de Synodo cap.3. dub.2.*
num.& 29. Loquitur enim in terminis ſatis
à noſtris diſſitis;de Monachis(videlicet,)qui
intra clauſtra degunt: neque curam obti-
nent animarum. Non par igitur in vtroque
eſt ratio. Non idem ergo ius. argumento,
text.in cap.quia diuerſitatem,5. in princ.de con-
ceſſione præbend. Gratianonius conſ.17. num. 7.
At nos legem habemus Sacri Tridentini
Concilii,qua omnes exempti vocantur, vt
ad Synodum, & ad proceſsiones accedere
teneantur,& ni acceſſerint compelli. Seruā-
da igitur lex,neque diſſoluenda erit quam-
uis alias dura ipſis;argumento *text.in l.proſ-*
pexit, 12. ff qui, & à quibus Creſcent. deciſ.18.
num.2.de præbend. Iure ergo(etiam Aduerſa-
riis inſtātibus,agētibuſq;)proponente Emi-
nentiſſimo Domino Domino Cardinale
Brancacio, die 7. Septembris 1640. Sacra
Congregatio; accedere teneri decreuit. vt
in deciſis proinde ſtandum ſit.

94 Multoq;magis, quòd Præpoſitus iuriſdi-
ctionē Epiſcopalē in ſuos Collegiatę prædi
ctę,priuilegio Bonifacii,habere ſe aſſerit(de
quo gloriatur,& exultat) vt accedere proin-
de ad Synodum debeat, vt corrigere valeat
ſuos ſubditos ſecundum decreta Epiſcopi.
ad text. in cap. quod ſuper his. 9. de maiorit. &
obed. Botteus de Synodo part.2.num.15.in princ.
Maſſobrius d.cap.3.dub.2. nu.13. Eodemque
95 modo ad proceſſiones:cum hæc duo ęqui-
parentur, & connexa videantur,iuxta *eund.*
Maſſob.ibid.num.9. ab Aduerſariis allatum,
96 vt ſuo met confodiantur gladio, quod iu-
ſtum eſt.*ad text.in cap,cum omnes 6.§ cum igi-*
*tur de conſtitutionib.*iuxta Ouidianum illud.
„ *Neque enim lex iuſtior vlla eſt,*
„ *Quàm necis artificem arte perire ſua.*
97 Potiſſimum verò, quò debitum hoc ad Sy-
nodum accedendi præſcribi nullo poſſit
modo

modo, vt poſt *Boetteum part. 2. num. 40.* ſequitur *Maſſobrius d. cap. 3. dub. 5.* & eum *Gauantus in Enchyridion. Epiſcopor. verbo Synodus, num. 24.*

Et ita ex his, cenſoris non abiecta virga, reſpondendum cenſuimus.

CAROLVS MARANTA V.I.D. Epiſcopus Iuuenacen.

SVMMARIVM.

1 *Belli fortuna in ancipiti ſemper poſita.*

2 *Sententia debet exequi citata parte ex aduerſo.*

Mandatum de manutenendo datur ei, qui de antiquiori poſſeſſione docet.

3 *Fundamento ſubmoto ædificium corruit.*

Quin fundamenti defectu, & ordo, & rei deficit ſubſtantia, nu. 4.

5 *Iudex præſumitur, quod rectè, iurèque proceſſerit, vt qui contrarium dicere voluerit, ipſe probare debeat.*

6 *Veritas ita præſumitur, vt aſſeritur in mandato Iudicis; præſertim Rotæ Auditoris Romanæ.*

7 *Notarij dicto ſtatur in his, quæ ad ſuum ſpectant officium.*

Quia iurauit officium ſub fideliter exequi, num. 8.

9 *Ex facto ius oritur.*

10 *Producens in iudicio ſcripturam, illam acceptare videtur, cum omnibus qualitatibus in ea contentis.*

Potiſſimum verò cum ea quis vtatur, vel vſus ea fuerit, n. 11.

12 *Sententiam contrauenire non poteſt, qui eam ratam habuit, eique acquieuit.*

Vnde ei ſtare tenetur, quod præſumatur ei placuiſſe, donec ſaltim contrarium decretum fuerit.

13 *Sententia in totum approbata præſumitur, quæ ſine proteſtatione in parte, & partibus admiſſa fuit.*

14 *Re iudicata, quæ finita, ſunt, rata manere debent.*

15 *Lites ſemel finitas, neque Principis reſcripto reſuſcitare licet.*

Obſtabit proinde rei iudicatæ exceptio n. 16.

17 *Extincta quæ ſemel fuere, reuiuiſcere haud poſſunt.*

18 *Actio ſemel extincta ad vitam reuocari minime poteſt.*

19 *Determinationem certam quæ ſemel habuere, mutanda haud ſunt.*

20 *Appellatio intra decem dies interponi debet, à die latæ ſententiæ.*

Eoque termino elapſo, in iudicatum tranſit, num. 21.

22 *Sententia, quæ per lapſum termini ad appellandum in iudicatum tranſiit, iure exequitur.*

Quia poſt ipſam nihil ampliùs eſt quærendum.

23 *Inhibitio per Iudicem appellationis non iure procedit poſt quam ſententia in iudicatum tranſiit.*

Neque afficit.

Quia debet primo de iuriſdictione conſtare num. 24.

25 *Appellare non ſufficit, ni quoque, & intra legitima tempora appellatum fuerit.*

Alioquin acquieſcentia inducitur aduerſus partem non appellantem, n. 26.

27 *Sententiæ Rotali pro Epiſcopo Iuenacen paritum fuit per Præpoſitum Collegiatę Eccleſiæ Spiritus Sancti.*

Et firma perſtitit per litteras Sacræ Congregationis anno 1602. n. 35. & 37.

Etiam ex dicto Sanctiſſimi D. N. Vrbani Papæ VIII. Domino Iulio Maſio Epiſcopo prædeceſſori, n. 38.

28 *Appellationi renunciaſſe videtur, qui ſententiæ paruit poſt appellationem.*

Quamuis legitimam.

29 *Litteræ Sacræ Congregationis anno 1601. pro Collegiata Spiritus Sancti, dubiæ fuere, proinde non exequuta, & num. 32.*

30 *Conſtitutio Conciliaris ſpecialem exquirit derogationem.*

Alioquin dari poteſt de defectu intentionis in concedente n. 31.

33 *Sententia, & decretum æquiuocum nihil operatur.*

34 *Sententia ſtricti iuris eſt.*

Et omiſſum in illa ſub iuris communis diſpoſitione remanet.

35 *Sententia interpretationem recipit ex his, quæ acta fuere in iudicio.*

39 *Priuilegium Bonifacij IX. ſtrictim loquitur, quoad Eccleſiam Collegiatam, & bona, & perſonas in illa.*

Propterea nullas clauſulas derogatorias addidit, num. 40.

Non itaque exemptio, ita expanſa eſt, vt Aduerſarij putant, n. 41.

42 *Epiſcopus de iure intentionem ſuam fundatã habet*

habet quò ad omnes, qui in ſua ſunt diœceſi.

43 Conſtitutio Innocentij IV. in Concilio Lugdunen in cap. 1. de priuileg in 6. in tacta permanſit Epiſcopo Iuuenacen in tribus caſibus, neque ei derogatum per Priuilegium Bonifatij IX.

Quia id ille non dixit, vt noluerit proinde derogare. Ratio affertur, n. 44.

44 Exemptionis Priuilegia, quæ non adimunt Epiſcopis, firma illa reſeruare videntur, atque eiſdem relinquere.

45 Exemptio ſatis eſt, vt in aliquibus ſaluetur, licet in alijs ſubiiciantur.

46 Imputet ſibi qui fecit, quod ſibi præiudiciũ pariat.

47 Exempti ſemper plura præſumunt, quæ ipſis infamiam, aliis læſitionem pariunt, dum ab Ordinarii ſe cura alienant.

48 Exemptionum priuilegia omnia reuocata fuere in Concilio Generali Conſtantienſi per Martinum V. à tempore obitus Gregorii XI. vſque ad ipſum Martinum.

Ac conſequenter priuilegia Bonifacii IX. & num. 83.

49 Bonifacius IX. fuit tempore ſchiſmatis aduerſus Clementem Septimum. Qui fuit ſchiſmaticus creatus cõtra Verbanum ſextum, vnde geſta per eum ab Eccleſia approbata minime fuere, n. 83.

50 Papa totum orbem pro diœceſi habet.

Et iuriſdictionem habet vniuerſalem ſicut Deus, n. 51.

52 Exemptionis materia ſtrictim ad verba, & ad litteram exaudienda erit.

Quia odioſa eſt.

53 Illatio à diuerſis inutilis.

54 Papa Vniuerſalem habet in toto mundo iuriſdictionem, quia Epiſcopus vniuerſalis eſt.

55 Epiſcopus vniuerſalem in tota diœceſi iuriſdictionem obtinet.

Et à Deo per Papam mediatè poteſtatem accipit.

56 Papa à Deo poteſtatem accipit Paſtores in Eccleſiis aſſignandi.

57 Epiſcopi pares Apoſtolis ſunt. Et quos ſui oculos Deus elegit. n. 58.

58 Apoſtoli poteſtatem à Chriſto acceperunt.

Et id, quod eſt Papa in vniuerſali Eccleſia, ſunt Epiſcopi in particulari.

59 Argumenti fallacia retunditur; à Papa, ad Præpoſitum.

Quia à diminuto ad vniuerſaliter, & ſimpliciter dictum conſequentia non procedit.

60 Priuilegium vltra id, quod in eo expreſſum inuenitur, minimè operatur.

61 Præpoſitus Collegiatæ Iuuenacen Iudex eſt conſtitutus ſuorum Canonicorum.

Eſt tamen ſubiectus Epiſcopo Iuuenacen in tribus caſibus num. 62.

Neque id inconueniens æſtimatur, n. 64.

Sat enim eſt quod in aliis præter tres caſus, ſuperior ſit. n. 66.

63 Iuriſdictio Epiſcopi in tribus caſibus ex Cõſtitutione Innocentii IV. in Concilio Lugdunen cap. 1. de priuileg. in 6. Aduerſus exemptos ſatis expanſa eſt.

65 Archidiaconus licet in alios iuriſdictionem dicat; eſt tamen ſubiiectus Epiſcopo.

67 Conſtitutio Innocentii IV. in cap. 1. de priuileg. in 6. abſolutè loquitur, neque reſtrictionem vllam patitur, vnde vniuerſaliter intelliganda erit.

Eamque Sacrum Tridentinum Concilium abſolute innouauit, n. 68.

Facit proinde legem nouam n. 69.

Et reducit priuilegia exemptionum ad ius commune.

Et quid in regularibus infra clauſtra? num. 79. & 80.

70 Verbum (volentes) preceptiuum eſt.

Et omnimodam indicat diſpoſitionem, n. 72.

Et in Conſtitutione inducit formam, n. 73.

Omnino ſeruandam. n. 74.

71 Papæ precepto omnes parere debent.

Quod eſt de neceſſitate ſalutis.

75 Sacrum Tridentin. Concilium ca. 14. ſeſſ. 7. de reformatione perpenditur, contra Aduerſarios.

76 Guttierez pract. quæſt. lib. 3. quæſt. 10. declaratur.

Et Lucterius, qui eum ſequitur, verum ſuſpectum Guttierez habet, nu. 78.

77 Sacri Tridentini Concilii mentem interpretari ad ſolum Summum Romanum Pontificem ſpectat.

Eiuſque nomine ad Sacram Congregationem.

88 Conſtitutio Pauli V. quæ incipit Religioſorum ſubſuaui, &c.

Expenditur contra Aduerſarios.

80 Ratio vbi eſt vna, par eſſe determinatio debet.

81 Epiſcopus Iuuenacen poſſeſſionem incocuſſam habet in tribus caſibus cognoſcendi ad uer-

*uerſus Collegiales Eccleſiæ Spiritus San-
cti.*
82 *Sententia quæ in iudicatum tranſiit tribus
conformibus æquiperatur.*
84 *Argumentum à contrario ſenſu locum mini-
me habet in priuilegijs.*
*Neque quando contrarium eſt iure expreſſũ,
num.*85.
*Vel iuris correctio induceretur,n.*86.
87 *Sententia,quæ in iudicatum tranſijt, cum
pro veritate habeatur, ius inconcuſſum
tribuit.*
*Vnde exequenda eſt n.*88.
Facitque de albo nigrum,n 89.
90 Deciſio *Melitenen præheminentiarum co-
ram Pirouano expenditur contra Aduer-
ſarios.*
91 *Deciſio affertur Sacræ Congregationis in
in hac cauſa.*

Eiuſdem Argumenti.

RESPONSIO LXXXI.

AD prælium en tertio prouocamur,
poſt Sacræ Congregationis decre-
ta,per Præpoſitum Collegiatæ Ec-
cleſiæ Spiritus Sancti, qui nos ad
bellum ab initio concitauit, cùm pacem
quæramus;quam in noſtra Diœceſi, vt nobis
ſubiecti, ſanctè viuant, inuenire minime
valemus;ipſis ſolis obluctãtibus,vt ſuo mo-
do eis viuere liceat: vt enim *Senec. in Them.*
inquit.
1 ,, *Fortuna belli ſemper in ancipiti loco eſt.*
,, *Et in certi fallax fiducia Martis.*
Secundum *Silu.Ital.lib* 6.
Quin decet homines pacem ſectari,feris re-
linquenda ſolis bella,vt *Ouid.*3*.de arte* dixit.
,, *Candida pax homines,trux decet ira feras.*
Et *Vergil.Eneid.*10.
,, *Nulla ſalus Bello,pacem te poſcimus omnes.*
Neque obſtantibus tot Sacræ ipſius Con-
gregationis deciſionibus,poſt datam à Ro-
ta Romana pro Epiſcopo Iuuenacen ſen-
ſententiam,iterum in dubium reuocare il-
2 lam contendunt. Atque opponunt, primò
non fuiſſe ſententiam prædictam exequu-
ram citata parte ex aduerſo. afferunt deci-
ſionem eiuſdem *Rotæ in Romana Sancti Tho-
mæ* 17*.Decembris* 1604*. coram Coccino Decano
deciſ.*214*.num.*1*.& deciſ.*106*.num.*1*. part.*1*.in
iu recent.*quæ fuit *Boueu Vnionis* 13*. Februarij*
1606*.coram Card.Pamphilio.*Et nihil vnquam
tale dicit,ad quod allegatur,ſed quòd man-
datum de manutenendo datur ei,qui de an-
tiquiori poſſeſſione docet per inſtrumen-
tum. At nihil ad nos id. Deciſio verò Rotæ
apud *Coccinum Decanum* 214. Nihil etiam
ad nos. Apertiſſimè nempe ex mandato de
manutenendo anno 1568.pro Epiſcopo Iu-
uenacen relaxato per Dominum Iulium
Oradinum,poſt ſententiam à Rota latam
pro eodem Epiſcopo contrà Præpoſitum,
& Canonicos Collegiatæ Eccleſiæ prædi-
ctæ, legitur; Procuratorem dicti Præpoſiti
in actis deductum, citatum fuiſſe in omni-
bus pro exequutione ſententiæ prædictæ
in iudicatum traſactæ. Audiant (quæſo) Ad-
uerſarij mandati exequutiui verba.
,, *Quæ quidem diffinitiua ſententia, poſt quam
,, nulla prouocatione ſuſpenſa in rem tranſiiſſet iu-
,, dicatam; Nos ad prouidi viri Domini Claudij
,, Nerei in Romana Curia Cauſarum,& Reueren-
,, diſſimi Domini Epiſcopi Iuuenacen principalis
,, in præmiſſis commiſſione,& ſententia principali-
,, ter nominati Procuratoris inſtantiam, prouidum
,, virum Dominum Anibalem Paulinum in eadem
,, Curia etiam cauſarum,& præfati Domini Præ-
,, poſiti Eccleſiæ Collegiatæ Sancti Spiritus Iuue-
,, nacen ex aduerſo Principalis Procuratorem, pro
,, vt de ipſorum hinc inde procuratorum procura-
,, tionum mandatis nobis legitimis conſtat docu-
,, mentis,ad videndum,& audiendum omnes,& ſin
,, gulas expenſas pro parte dicti Reuerẽdiſſimi Epi-
,, ſcopi Iuuenacen principalis, &c. ſententiamque
,, præinſertam, & expenſarum taxationem huiuſ-
,, modi exequi, & exequutioni debitæ demandari;
,, litteraſque ſiue proceſſus exequutoriales deſuper
,, opportunas,iuxta bullarum fœlicis recordationis
,, Pij Papæ IV.deſuper editarum, & nobis conceſ-
,, ſarum formam, & tenorem in forma ſolita de-
,, cerni,& concedi, vel dicendum cauſam, ſi quam
,, haberet rationabilem, quare præmiſſa fieri non
,, deberent, allegandum, per vnum ex Sanctiſſimi
,, Domini N. Papæ Curſoribus citari fecimus ad
,, certum peremptorium terminum competentẽ
,, vniuerſalem, ad diem, & horam infra ſcriptos,
&c.* Vt in noſtro Tutamine *fol.*66*.&* 67.de-
duximus.

De duobus alterum itaque ex his inferẽ-
dum omnino neceſſariò erit. Vel mendacij
apertiſſimi coarguentur Aduerſarii: Vnde
3 deiecto fundamento,omne, quod ſupra ip-
ſum extructum perperam fuit, corruet. ad
tex.in cap.cùm Paulus 26.1*.quæſt.*1*.l.egi tecum*
26.ſecundum Aphricani reſponſum,& Pau
lum *ibid in ſummario.ff.de exception rei iudica-
tæ.Baldus.*ad rem noſtram ſatis aptè *in cap.* 1
§ *Marchio,de his,qui feudum dare poſſunt,num.*
4 8*.in vſib.feudorum.*Dicens,quod vbi eſt defe-
ctus fundamenti, non ſolum deficit ordo
rei,ſed eſſe, & ſubſtantia rei. probat ex *text.
in cap.*1*.de rebus Eccleſ.non alienand.in* 6.

Vel mendacii ſaltim coarguentur dicta
per Sacræ Rotæ Auditorium à dicto Domi-
no Iulio Oradino Auditore in præfato mã-
dato exequutiuo, & de manutenendo pro
Epiſcopo Iuuenacen contra Præpoſitum

Collegiatæ Eccleſiæ prȩfatȩ relaxato. Atque falſitatis conuingetur Notarius actorum Sacræ Rotæ, qui de actibus, & mandato prædictis ſe rogauit. Hoc autem dici ſatis abſurdum eſt. Ergo primum verum erit, mēdacii apertiſſimi coargui Aduerſarios.

5 Pro Iudice enim ſtatur, quòd rectè, iureque̍ proceſſerit, & quoad ſolemnitates pro iuſtitia, atque etiam ad validitatem decreti. Vt qui contrarium dicere, aſſerereue voluerit, ipſe probandi prænatur onere. ad *text. in l. ab ea parte 5. ff. de probationib. Aymon conſ. 188. num. 8. Rota apud S. mem. Gregor. XV. deciſ. 176. num. 4. & deciſ 406 nn. 7. vbi Beltramin. addens num. 20. Verallus deciſ. 367. num. 5. part. 2. Rota deciſ. 178. num. 2. part. 2. diuerſ. & in Romana nullitatis cenſus 8. Nouembris* 1610. *coram Pirouano deciſ. 62. num. 1. & 2. apud Picum ad statutum vrbis. idem Picus ad idem statutum lib. 1. cap. 151. Gloſſ. 21, num. 21.* plures alios referens.

6 Neque profectò mandatum de manutenendo relaxaſſet Dominus Iulius Oradinus Rotæ Auditor, neque expenſas taxaſſet, niſi citationes, (vt in mandato aſſeritur) præceſſiſſent, & ita ſe veritas haberet, vt in illo aſſeritur; vt dictum fuit. in *Fauentina fideicommiſſi de Caſtellanis* 25. *maii* 1615. *coram Buratto part. 1. deciſ.* 182. *num.* 16. & 17.

7 Notarij, quoque dicto ſtatur in his, quæ ad ſuum ſpectant officium *Rota apud eundem Coccinum Decanum deciſ. 24. num. 7. & 8.*

8 *& deciſ. 322. num. 2.* Quia profecto Notario creditur, cum iuratus fuerit officium ſuum fideliter exequi; vt Alexander Tertius loquitur, *in cap. ad audientiam 13. §. nos igitur magis de præſcriptionibus, ad text. in l. cùm precibus 18. C. de probation. cum ibi notat l. 2. in verbo non arbitramur. C. de offic. ciuil. Iudic. Rota apud eund. Coccin. dec. ſ. 226. num. 2. & 3. apud S. memor. Gregor. XV. deciſ. 56. num. 5. apud Card. Manticam deciſ. 91. num. 9. Oldrad. conſ. 100. num. 5. & 6. Rota apud Creſcent. deciſ. 5. de fide instrum.* Decidunt proinde, vti erronea, quæcunque ex

9 ſuo marte, non in facto (ex quo ius oritur. ad *text. in l. vt reſponſum 15. C. de tranſactionib. nos reſponſ. 2. num. 1. par. 2.*) minùs rectè Aduerſarii aſſerunt, quin non comminiſcuntur.

Et planè (dicant amabo Aduerſarii, reſpōdeantque) ſi iam pendebat appellatio à ſētentia præfata Rotali, & mandato de manu tenendo pro Epiſcopo aduerſus Præpoſitū cum taxatione expenſarum: cur (quæſo) eſt, quòd id ipſum, quando Præpoſitus per litteras Eminētiſſimi Domini Cardinalis Alexandrini 11. iunij 1593. admonitus fuit, vt ſi quid aduerſum ſententiam Rotalem haberet, deduceret; non deduxit? Quin anno 1602 Emanauit Sacræ Congregation is deciſio, qua dictum fuit ſequentibus, & reſcriptum Epiſcopo.

» *Eſſendo stata diſcuſſa la differenza, che ſopra*
» *molti capi verteua trà V. S. & il Prapoſto di coteſta Collegiata dello Spirito Sancto, atteſa l'eſ-*
» *ſentione per la Bolla di Papa Bonifacio Nono;*
» *& eſſendoſi anco hauuta in conſideratione la*
» *ſentenza data dalla Rota ſopra li tre caſi caſi eſ-*
» *preſſi nel capit. 1. de priuileg. in 6. è stato riſoluto*
» *da questa Sacra Congregatione che li Preti, &*
» *altri Clerici, che ſeruono alla Collegiata, &c.* Et capita enumerat Sacra Congregatio exem-
» ptionis. ſubdendo: *Onde V. S. ſi contentarà di*
» *fare oſſeruare questa riſolutione, e che li Preti, e*
» *Clerici della ſudetta Collegiata non ſiano mole-*
» *stati nelle coſe, nelle quali ſi dichiara con la pre-*
» *ſente, e che ella non vi poſſa mettere le mano.*

Non itaque habuit Præpoſitus quid rūc temporis aduerſus Rotalem ſententiam opponeret. Non igitur pendebat apppellatio, vt nunc nouiſsimus Præpoſitus, poſt ſeptuageſimum tertium annum. Oppoſuiſſet equidem tunc Præpoſitus; ſiquicquam aduerſus dictam ſententiam, quod opponeneret, habuiſſet. Quin imò egit, vt habita per Sacram Congregationem conſideratione ſuper ſententia prȩdicta à Rota lata ſuper tribus caſibus in *cap. 1. de priuileg. in 6.* certa capita dumtaxat decernerentur, in quibus eſſent Præpoſitus, præsbyteri, & Clerici dictæ Collegiatæ Eccleſiæ à iuriſdictio

10 ne Epiſcopi exempti. Et hanc deciſionem pro ſe producunt in iudicio, magnique faciunt. Accepptant igitur illam, pro vt acceptauere per priùs prædeceſſores, cùm omnibus qualitatibus in ea contentis. ad *text. in cap. cum venerabilis 6. vbi Doctores,* & præſertim *Det. & Felin. de exceptionib. l. 1. §. editiones, ff. de edendo. l. ſi filius familias 18. ff. ad Senat. Conſult. Macedon. Ioſeph. Ludouicus deciſ. Peruſ. 19. num. 3. part. 1. Rota in Caſalen penſionis 13. Iunii 1603. coram Card. Caualer. deciſ. 49. apud Marcheſanum p. 1. fol. 646.* quæ eſt in impreſſis apud eund. *Caualer. deciſ. 26. num. 4* & apud eund. *deciſ. 464. nu. 6. apud Coccinum Decanum deciſ. 450. num. 2. apud Sancta memor. Gregor. XV. deciſ. 238. num. 5. & 6.* vbi etiam *Beltramin. num. 15. apud Duranum Epiſcopum Vrgellen. deciſ. 1. n. 4.*

11 Potiſſimū verò, cū ea vſi fuerint, & ad prȩſens vtātur; quin inſtant, vt illa eis ſeruetur. vt non poſſint nunc contra illam venire. *Lapus allegat. 119. num. 3. Afflict. deciſ. 25. in fine.* dictumque fuit in *Meliten Abbatiæ 27. Aprilis 1592. coram Gyptio per Farinac. poſt 1. vol. Conſ. deciſ. 89. n. 4.*

12 Quid igitur contra Rotalem ſententiam nunc poſt tot luſtra muſſitant Aduerſarij, quando ipſi, eorumque prædeceſſores ratam ſemper habuere; vt puta à Sacra Congregatione admiſſam, ratamque habitam, eique acquiuere? ſecundum *Bart. in l. 1. ff. de relation. Felin. in cap. cùm in iure peritus num. 9,*

de

de offic. delegat. Hieronym. Magonius deciſ. Rota Lucenſ. 67. num. 3. ſequitur Antonini Monachus deciſ Lucens. 16. num. 2. & deciſ. 37. num. 1. l. 1. C. de ſent. quæ in certa quantit. l. 1. vbi Gloſſ. verbo obtempera. C. de poſtuland. Præſumitur enim placuiſſe eis ſententiam, cui paruere; ſtare propterea tenebuntur ei, vt *Gloſſ. dict. verbo obtempera.* dicit. *Rota apud S. memor. Gregor XV. deciſ. 552. num. 4.* donec ſaltim contrarium decretum fuerit. argumento *text. in can. de libellis 1. 10. diſt.* quo argumento etiā vtitur *Nauar. conſ. 3. num. 2. lib. 3. de ſtatu Monachorum.*

Inde quippè (Ampliſſimi Patres) illo tempore, certa capita ſtatuere, quæ Presbyteris, & Clericis Collegiatæ præfatę ſeruarētur, habita conſideratione ad Rotalem ſententiam, quoad tres caſus in dicto *c. 1. de priuileg. in 6.* (in quibus refrenatum priuilegiū Bonifacii Noni erat per dictam Conſtitutionem Innocentii IV. in Concilio Lugdunen editam, & à Sacro Tridentino Concilio innouatam): quia vnde illam impugnarent, non habuere, quin nec potuere, vt ſarctatectam eam dimiſerint. Alioquin non per magni erat ipſis declarare; ſententiam prædictam locum non habere. Vel quia pendebat appellatio; (vt noniſſimè Aduerſarii contendunt, vt dicant; recordati ſumus; (*Matth. 27. 63.*) phariſeorū verbis.) Vel quòd locum nec ſibi faceret Conſtitutio præfata Innocentii IV. Neque Sacrum Concilium Tridentinum, quod illam innouauit.

Quin addidere (vt hoc magis magiſque in apertum deduceretur.) *Eſſendoſi anco*
„ *hauuta in conſideratione la ſentenza data dalla*
„ *Rota ſopra li trè caſi eſpreſſi nel cap. 1. de priuileg. in 6.*

Inde ergo perpenderunt ſententiam Rotalem in tribus caſibus, iuxta formam *d. cap. 1. de priuileg in 6.* eamque in conſideratione habuerunt: certa dumtaxat capita ſtatuere; quia quoad ſentētiam prædictam Rotalem nihil in contrarium habebant, quin illam admitterent, ratamque haberent, & approbarent. Admiſerunt propterea, & negotiū
13 deciſione finali diremerunt; & Aduerſarii eam probauerunt, & probant, neque proteſtati fuere ſe in parte, & partibus approbare, ſed ſimpliciter ratam habuere, (vt ratam habent.) ſecundum *Ioſephum Ludouic. d. deciſ Peruſin. 19. nu. 26. part. 1.* Vt quid igitur volunt nunc aduerſus litem tot ſententiis diremptam, finitam, completam, litium iterum flammas excitando obloqui? Et nō
14 manere rata, quæ re iudicata dirempta ſunt atque completa, finemque videre, contra diſpoſitionem legis per Vlpianum *in l. 1. §. fin. ff. ad Senatus Conſult. Tertyllianum?*

Firma igitur, cùm permaneat ſententia prędicta à Sacra Rota pro Epiſcopo Iuuenacen lata, atque à Sacra Congregatione probata; in lapſum duriore caſu decidunt, machinę, Turreſque oppoſitionum omnes per Aduerſarios extructę, iuxta poeticum illud Horatii.

„ *Et duriore caſu decidunt Turres,*
„ *Feriuntque ſummos fulmina Montes.*

Illudque Claudiani.

Tolluntur in altum, vt lapſu grauiore ruant. Vt obſtet propterea illis, Rei iudicatę, & litis iam finitę, extinctęque exceptio; vt nullę illis patere ad auditum aures poſſint: ſed magis obſtrui illis via, ne amplius ad ſopitos, extinctoſq; ignes reuertantur, ſinātq; Epiſcopū ſua iuriſdictione vti. Cęteroquin nullus erit litiū finis, inaneſque erūt ſententiæ ritè,
15 rectèque, ac iurè latę. Cū contrà, ſemel finitas lites, neque Principis reſcripto reſuſcitare iterum oporteat. vt Imperatores edi-
16 xere in *l. cauſas. 16. C. de tranſactionib.* Vt obſtet eis rei iam in iudicatum transfuſę exceptio, ad *text. in cap. 1. de litis conteſtat. in 6.*
17 Neque enim reſtitui poteſt, quod extinctū, ſopitumque ſemel iurè fuit, iuxta Pauli ſenſum, & verba in *l. quæ res 98. §. aream, ff. de ſolutionib,* & Papinianum *lib. 17. quæſtionum in l. Meuius 68. §. duorum, vbi etiam Bartol. ff.*
18 *delegat. 2.* Reuocari haud poſſe (dicentem) ſemel extinctam actionem. & *l. ad ſolutionem 5. in fin. C. de reiudic.* quo loco, rationem reddentes Imperatores Diocletianus, & Maximianus: *Nec enim* (inquiunt) *inſtaurari finita, rerum iudicatarum patitur auctoritas.*
19 Porrò quia, quę certam habuere ſemel determinationem, interpretationemque, mutanda minimè ſunt. Paulus vt loquitur *lib. 4. ad Plantium, in l. minimè 22. ff. de legib.*

Vt autem manifeſtiùs pateat, quam erroneè omnia, vniuerſaque aſſerant Aduerſarii, (neque erubeſcent quin os habent, vt loquantur) quamuis apud tot ampliſſimos, Eminentiſſimoſque Patres cauſam dicant. Perpendatur (quæſo) in ipſo facto, mandatum de manutenendo à ſacra Rota, ponēte dicto Domino Iulio Oradino Auditore, citatis prius partibus ex aduerſo relaxa-
„ tum fuiſſe *ſub annum à Natiuitate Domini*
„ *1568. inditione vndecima, die verò Veneris*
„ *nona menſis Iulij, Pontificatus autem Sanctiſ-*
„ *ſimi in Chriſto Patris, & Domini noſtri, Do-*
„ *mini Pii Diuina prouidētia Papa V. anno eius*
„ *tertio,* per Notarium Ioannem de Cellis de Galeſio. vt *in noſtro tutamine fol. 82.* plenè deduximus. Prætenſam verò appellationē factam per Franciſcum Antonium de Gaeta tunc temporis Præpoſitum, & commiſſam Scipioni Lancellotto, in eiuſque locū ſubrogato R. D. P. Iacobo Grato, à quo proceſſerunt inhibitoriales in forma ſub prætextu legitimè appellationis, datas fuiſſe inhibitoriales prædictas *ſub datum Romæ die 29. Nouembris inditione 11. anno 1568.*

poſt ſex igitur menſes (poſtquam legiti-
mè ſententia Rotalis exequutioni debitæ
demandata fuiſſet, & mandatum exequu-
tiuum pro expenſis, atque de manutenen-
do pro Epiſcopo à dicta ſacra Rota ponen-
te dicto Domino Iulio Decano, relaxatum
20 fuiſſet, appellatio præfata proceſsit. non
itaque legitimè appellatio interpoſita fuit,
quæ intra decem dies interponi debebat à
die,& hora latæ ſententiæ. *tex. in cap. Roma-*
21 *na. 3. de appellat. in 6.* Elapſo nempè decẽ
dierum numero in iudicatum tranſit ſen-
tentia *auth. hodie C. de appellat. Doctor in c.*
quoad conſultationem 15. de re iudicat. & in
l. fin. C. de ſentent. quæ ſine certa quantit. Ma-
gon. d. deciſ. Lucens 67. n. 2. tex. latis apertus
Innocentij Tertij in *cap. cum inter 13. in fin.*
princip. de ſententia, & re iudicata dicentis,
,, *Cuius ſententia, (cùm nulla fuerit appellatio-*
,, *ne ſuſpenſa) in rem tranſit iudicatam.* Iure
22 proinde exequutioni demandatur. *cap. cũ*
ſit Romana 5. de appellat. extrà Rota apud
Coccinum Decanũ deciſ. 216. n. 1. & 2. & deciſ.
280. *num. 1.* Quia poſt ipſam nihil amplius
quęritur. Manet enim ordo exequutionis,
Vlpianus vt loquitur *in l. 4. §. ſi ex conuen-*
tione ff. de re iudicat. vbi Bart. in ſummar.
l. poſt rem iudicatam 56. ff. eod. Rota apud
Card. Manticam deciſ. 187. n. 4. & deciſ. 289.
23 *num. 6.* Non igitur inhibitio per Dominũ
Gratum poſt exequutiuum mandatum, &
de manutenendo relaxatum, legitimè pro-
ceſſit. Nulliter ergo. Non itaque afficit. vt
tex. ipſe Innocentij IV. in Concilio Lug-
dunen,(qui & ipſe pro nobis eſt in eodem
Concilio in *cap. 1. de priuileg. in 6.) d. cap.*
Romana 3. §. ſi verò de appellat. in 6. qui aper-
tiſsimè ſequentibus docet, ac mandat: *Iidẽ*
,, *(niſi prius ipſis conſtiterit cauſam ipſam ad*
,, *eos totaliter fuiſſe delatam) prohibere, ne in*
,, *cauſa illa. vel ne ad exequutionem proceda-*
,, *tur ſententia, non præſumant.* Sic Summus
ille Pontifex in Cõncilio Generali Lugdu-
nen. Rationemque ſubnectit *Gloſſ. ibid. ver.*
,, *non præſumant. Primò enim* (dicens) *debet*
,, *de iuriſdictione conſtare; & cognito, an ſit iu-*
,, *dex, ad exercitium iuriſdictionis procedere.*
ita *gloſſ.* Rota in *Calagnritana de Amuzio 25.*
Maij 1612. coram Manzanedo deciſ. 396. n.
1. p. 2. tom. 1. in recent. Rota Maceraten apud
Marcum Antoninum Thomati deciſ. 9. nu. 1.
Caputaquens deciſ. 14. par. 2. Pariſ. de reſi-
25 *gnat. benefic. lib. 9. q. 8. num. 12.* Sat igitur
haud eſt Aduerſarijs noſtris ſe appellaſſe cõ-
clamare, & proinde ſententiæ vigorem ſu-
ſpenſum fuiſſe dicere, niſi quoque intra le-
gitima tempora ſe appellaſſe doceãt ad *tex.*
in d. cap. Romana 3. §. ſi verò. vbi Francus n.
7. de appellat. in 6. & ſequuta fuit Rota apud
Cardin. Seraphinum. deciſ. 422. n. 5. & apud
Dominum Coccinum Decanum deciſ. 356. n. 1.
26 *& 2.* Alioquin acquieſcentia inducitur
aduerſus partem non appellantem, vel non
intra legitima tempora. *Rota apud Card. Ca-*
ualerium deciſ. 516. n. 2. Rota Lucens apud
Magon. d. deciſ. 67. num. 3. Rota apud Cardin.
Manticam deciſ. 276. n. 1. & 2.

Hinc ſanè eſt, quòd neque partes, neque
ipſe Dominus Auditor Gratus in cauſa pręe-
dicta amplius proceſſere; quòd iuſta appel-
latio non fuiſſet, atque propterea neque
quæſita iuriſdictio dicto Domino Audito-
27 ri. Quinimo ipſemet Præpoſitus Gaieta in
exequutionem ſententiæ præfatæ à ſacra
Rota latæ, & taxationis expenſarum, ac mã-
dati de manutenendo, etiam poſt præten-
ſam appellationem (& ſi nulliter, & inuali-
,, dè) *anno à Natiuitate Domini 1569. indi-*
,, *ctione 12. die verò Mercurij 13. Menſis Apri-*
,, *lis, dictam ſententiam denuo acceptauit, ſeq;*
,, *obligauit Domino Ioanni Epiſcopo* [illegible]
,, *centinæ temporis, de ſoluendo ducatos trigin-*
,, *ta ſex de moneta, ad quos fuit condemnatus in*
,, *expenſis factis in Romana Curia per ipſum*
,, *Reuerendiſſ. P. D. Epiſcopum* [illegible]
,, *lite vertente inter eoſdem Reuerendiſſ. P.*
,, *D. Epiſcopum ex vna, & ipſum Rev. Præpoſit.*
,, *ex altera; prout in retroſcriptis litteris exe-*
,, *torialibus continetur, & proinde renuncia-*
,, *uit, &c. & iurauit, &c. vt in d. noſtro ſumari-*
o fol. 83. 84. & 85. teſtatur D. Angelus de
Riccardis publicus Notarius Apoſtolicus,
qui de actu ipſo vti Notarius ſe rogauit,
quos ducatos 37. etiam ſoluit, vt ibid. fol.
85. & 86.

28 Quatenus ergo ritè, opportunoque tem-
pore appellatum fuiſſet, quia tamen volun-
tariè poſtmodum latæ ſententiæ paruit, re-
nunciaſſe vtique interpoſitæ appellationi
videtur. ad *tex. in cap. ſolicitudinem 54. §. fin.*
de appellat, cap. gratum 20. vbi gloſſ. verbo re-
ceſſum de offic. ordin. argumento etiam *tex.*
in d. l. 4. §. ſi res iudicata ff. de re iudicata. Si
,, *enim à ſententia receditur, etiam poſt rem iu-*
,, *dicatam, ſi ex conuentione litigantium cautum*
,, *ſit ei, cui quis condemnatus eſt:* vti Vlpianus
ibi loquitur; multò magis receſſum ab ap-
pellatione dicetur, ſi poſt illam ſententiæ
pareatur. *tex.* apertus, & in terminis noſtris,
in *d. l. ad ſolutionẽ 5. C. de re iudic. vbi Bald.*
& Ludouic. Roman. cõſ. 9. in fin. Ioachin Myn-
ſingerius ſingular. obſeruat. centur. 3. obſeruat.
22. ſub num. 5. verſ. ſed & ſi appellans. Rota in
recent. par. 1. tom. 1. deciſ. 451. n. 7.

29 Neque fundamentum faciant in litteris
ad Epiſcopum anno 1601. datis; quibus mã-
,, dabatur. *Che à loro ſiano intieramente oſſer-*
,, *uate, e mantenute quelle aſſentioni, immunità,*
e preheminenze, che ſono chiaramente eſpreſſe
,, *ne' ſudetti loro priuilegij di Papa Bonifatio*
Nono, &c. Hoc ipſum enim eſt, de quo du-
bitabatur, quæ nam hæ eſſent exemptio-
nes, & præheminentiæ, quæ expreſſæ ſunt
in dicto Priuilegio Bonifacij IX. Sequenti-
,, bus

„ bus enim ille: *Et nihilominus Eccleſiam, &*
„ *Collegium prædicta, nec non perſonas, & bo-*
„ *na eiuſdem Eccleſiæ, ab omni iuriſdictione, do-*
„ *minio, & poteſtate Epiſcopi pro tempore exi-*
„ *ſtentis, ac Capituli Iuuenacen prædictorum,*
„ *& quorumlibet aliorum iudicum ordinario-*
„ *rum, perpetuò eximimus, & totaliter libera-*
„ *mus, ac præfatæ ſedi immediatè ſubiicimus.*
Non meminit proinde, neque verbis vl-
lis dictus Summus Pontifex Bonifacius, cō-
ſtitutionis Innocentij IV. in Concilio Lug-
dunen, redactæ in *cap. 1. de priuileg. in 6.* ex-
preſsionem fecit; neq. in aliquo illi dero-
30 gauit: ſicuti nullas derogatorias clauſulas
adiecit. Et tamen cum conſtitutio conci-
liaris eſſet, ſpecialem derogationem exqui-
rebat. vt ſequuta fuit Rota *in Mediolanen*
decimarum 10. *Aprilis* 1606. *coram Domino*
31 *Coccino Decano dec. 279. n. 6.* Alioquin dari
poteſt de defectu intentionis in cōcedēte.
cap. ex parte tua 3. de cappellis monacho-
rum. & dictum fuit in *Placentina decimarū*
18. *Februarij* 1630. *coram Illuſtriſſ. Domino*
Durano Epiſcopo Vrgellen. deciſ. 350. n. 29.
par. 5. diuerſ. & in impreſſis apud ipſum *de-*
32 *ciſ.* 238. *num.* 31. Fuerunt proinde litteræ
prædictæ æquiuocæ; quia non exprimebāt,
an, (contra mentem Summi Pontificis con-
cedentis) etiam in tribus caſibus in dicto *c.*
1. de priuileg. in 6. exemptio ſeruanda eſſet,
quam non ſeruandam, ſed reſtrictam eſſe,
iam ſua ſententia Rota declarauerat, &
33 mandatum relaxauerat de manutenendo
ad fauorem Epiſcopi. Nihil igitur magis
operabantur; quàm per prius aliæ reſolu-
tiones, ita etiam æquiuocè decretæ, opera-
tæ fuerant. ad *tex in cap. in præſentia 8. de*
34 *probat.* cum ibi notatis. Sententia autem,
ſtricti iuris eſt, vt nihil amplius probet, quā
ex ea neceſſariò inferatur. ad *tex. in l. ſi ex*
teſtamento. 20. in fin ff. de except. rei iudicat.
in verbis Pomponij ibidem, dicentis. *Treba*
„ *tius ait: nec obſtaturam ei exceptionem, quòd*
„ *non ſit petitum, quod nec actor petere putaſſet,*
„ *nec iudex in iudicio ſenſiſſet.* ſic Pomponius
& ſequuta fuit Rota *apud Card. Manticam*
deciſ. 66. n. 3. & ſeq Omiſſum proinde in illa
ſub diſpoſitione iuris communis remane-
bit, vt dictum fuit in illa *Baren iuriſdictio-*
nis 16. *Febuarii* 1609. *coram Domino Cocci-*
no Decano deciſ. 448. n. 6. & ſeq.
Hinc propterea factum eſt, quòd ſequen
ti anno 1602. emanauerunt litteræ, quibus
perpenſa ſententia Rotali in tribus caſibus
in d. cap. 1. de priuileg. in 6. certa capita ſta-
tuta fuere dumtaxat, quæ dictæ Collegiatæ,
Præpoſito, & Præsbyteris ſeruarentur.
35 Præſtitit proinde firma ſententia Rotalis
in tribus caſibus in *d. cap. 1.* comprehenſis.
Alioquin non rectè loquuti fuiſſent Emi-
nentiſsimi Patres, dicendo. *Et hauutoſi*
„ *in conſideratione la ſentenza data dalla*
„ *Rota, &c.* ſi illius effectum non liberum di-
miſiſſent. neque capita decreuiſſent, ſuper
quibus exemptio Collegiatæ ſeruari debe-
bat, habita conſideratione ad ſententiam
Rotalem ſuper tribus caſibus *in c. 1. de pri*
36 *uileg. in 6.* At ſentētia interpretationē reci
pit ex his, quæ acta fuere in ipſo iudicio.
ad tex. in c. licet Heli, 31. de ſim. Rota ind. Ba
ren iuriſdict. d. dec. 448. n. 3. & apud Card.
Caualer. dec. 158. n. 2. & apud Card. Manti
cā d. dec. 66. n. 4. Rota Maceraten apud Mar
cū Anton. Thomati deciſ. 77. n. 12. 13. & 14.
37 Hoc autem actum fuerat apud Eminen-
tiſsimos Patres per Præpoſitum Collegiatę
prędictæ poſt prædictam Rotalem ſenten-
tiam, ab anno 1593. productam: Eſſet ne
illa firma habenda contra Collegiatā pro
Epiſcopo? Et tandem dicto anno 1602. per
Sacram Congregationem, habita conſide-
ratione ad dictam ſententiam Rotalem in
tribus caſibus in *d. cap. 1.* Exemptio diſtin-
cta fuit ad certa capita ſtatuta dumtaxat.
Hoc igitur ſeruandum erit, quod nouiſ-
ſimè dicto anno 1602. deciſum, vti ſerua-
tū quoq. fuit, & vſq. adhuc ſeruatur. Quod
ex verbis dictarum litterarum in con-
„ cluſione in fine ſatis aperto ſole patet: *On-*
de V. S. ſi contenterà di fare oſſeruare queſta
reſolutione: inquiendo, atque pręcipiendo.
Euanuerunt itaque aliæ præcedentes, vti
ambiguæ, atque æquiuocæ, quæ nihil certi
ſtatuebant. Vnde nihil inferebant. Hæc ve-
rò firmum ius reddidit, quia ſeruata ſen-
tentia Rotali, certa capita decreuit, quæ
Collegiatę ſeruarentur, habita in reliquis
conſideratione quoad tres caſus in ſenten-
tia Rotali comprehenſos. *in d. cap. 1. de pri-*
uileg. in 6. Ne dicerent fortaſſe Præpoſitus,
& Canonici: (vt nunc aſſeruere.) Erit ina-
ne, nulliuſque commodi priuilegiū. quod
& in alijs ſcriptis perpenſum fuit, atq. obiie-
ctioni reſponſum, & infrà quoque patebit.
Et ita Sanctiſſ. D. N. Vrbanus Papa VIII.
Domino Iulio Maſio prædeceſſori Epiſco
po Iuuenacen declarauit voce, cùm ei di-
xit; vt manuteneret ſe in iuriſdictione ſua
in tribus caſibus in *c. 1. de priuileg. in 6.* iux-
ta ſententiam Rotalem. Neq. id ſanè abſq.
ſolido, ſtabilique fundamento. Nam priui-
legium pręfatum Bonifacij, quod ad con-
firmationem tantummodo acceſsit capitū
eidem per Epiſcopum Tropien Pauonium
porrectorum ſuper exemptione Eccleſiæ
præfatæ, ſtrictim loquitur: eximendo Eccle
ſiam, & Collegium, nec non perſonas, &
bona Eccleſiæ prædictæ ab omni iuriſdi-
ctione Dominio & poteſtate Epiſcopi pro
tempore exiſtentis.

Reſtrinxit proinde ſe Summus Pontifex (iuxtà petita) quoad Eccleſiam, Collegium, & perſonas, & bona eiuſdem Eccleſiæ, quò ad ea dūtaxat, quæ ad Eccleſiam, bona, Col-

legium

legium, & perſonas ſpectabat, quòad ere-
ctionem, & fundationem, de quibus dictus
Epiſcopus Tropien diſponere poterat ex
ſuo; non vero quòad ea, quæ alterius erant,
(videlicèt quòad iuriſdictionem Epiſcopi
in reliquis in tribus caſibus contentis in
conſtitutione prætata Innocentii IV in Cō-
cilio Generali Lugdunen in *d. cap. 1. de pri-
uileg. in 6.* comprehenſis.) Vnde nullas pro-
40 pterea clauſulas addidit derogatorias, ne-
que prædictæ conſtitutionis meminit, neq.
que ei derogauit. Quin ſemper in omnibus
ſe reſtrinxit quoad Eccleſiam ſic fundatā
& perſonas; *iuxtà formam huiuſmodi exem-
ptionis noſtra.* (dicendo.) Apertiſsimè ergò
patet, non ita expenſam hanc fuiſſe exem-
ptionem, vt Aduerſarii, non iure putant;
ſed reſtrictam ad bona, Eccleſiam, & Col-
legium, atque perſonas, (quatenus in ipſa
Eccleſia ſunt,) & non aliàs: nec voluiſſe
derogare dictæ conſtitutioni Innocentii
IV. ſicuti illi nec derogauit. Iure igitur Sa-
cra Rota in ſententia lata per Dominum
Iulium Oradinum: *Præpoſitum, & Canoni-
cos, &c. ſubiectos eſſe Epiſcopo Iuuenacen in
tribus caſibus in d. conſtitutione Conciliari
expreſſos*, decreuit; atque mandatum de ma-
nutenendo pro Epiſcopo relaxauit; nihil
de bonis: & Eccleſia, & perſonis intra ſepta
Eccleſiæ prædictæ decernendo; cùm circa
illa dumtaxat priuilegium reſtrictum eſſe
nouiſſet.
42 Quòd profectò Epiſcopus de iure inten-
tionem ſuam fundatam habeat quòad om-
nes, qui in ſua ſunt diœceſi. *d. can. omnes Ba-
ſilica 16. q. 7. c. cum perſona 7. de priuileg. in 6.
circa fin. cap. conquerente 18. de offic. ord. ex-
tra. & cap. cum Epiſcopus 7. eod. tit. lib. 6. cap.
cum non liceat 12. de præſcript. vbi gloſſ. verbo
ſua diœceſis. cap. de xenodochiis. 3. & cap. cum
venerabilis. 7. de religioſ. domibus Rota in d.
Baren iuriſdictionis corá Coccino deciſ. 448. n.
1. & in eadem Baren iuriſdictionis. 20. Maii
1603. coram Veroſpio apud Marchesan tom.
1. fol. 1609. deciſ. 52. n. 1. & in Conchen iu-
riſdictionis 4. Decembris 1592. coram Card.
Mantica deciſ. 202. num. 8. & apud Cardina-
lem Caualer. in Salamātina iuriſdictionis 23.
Maii. 1614. deciſ. 306. n. 1. & 2.* Hanc ob cau-
ſam, proinde eum in nullo Epiſcopi iuriſdi-
43 ctioni quoad tres caſus in dicta conſtitu-
tione Innocentij IV. in dicto Concilio Ge
nerali Lugdunen edita, derogauit Sum-
mus Pontifex Bonifacius, qui optimè illam
nouerat, atque in ſcrinio pectoris ſui clau-
ſam habebat; firmam vtique illam perſeue-
rare pro Epiſcopo voluit. Si enim aliter vo-
luiſſet, intendiſſetque, id vtique expreſsiſſet;
vt cùm non dixerit, noluiſſe eidem deroga
re videatur; vt plenè in noſtro tutamine
44 pro hac re, *reſponſ.* 1. deduximus. Ratio au-
tem apertiſſima eſt: Quia, quæ per priuile-
gia exemptionis expreſsè non adimuntur
Epiſcopo; cenſentur illi reſeruata, atque
ſub eius remanent iuriſdictione; vt poſt
*Ancharan. in cap. poſtulaſti n. 46. ante medium
verſ. quod probo. de foro compet. & cap. 2. ſub
num. 10. ante med. verſic. quod probo. & Frā-
cum. num. etiàm 10. verſ. quando prælatus de
conſtitut. in 6* loquitur Rota in *Conſtantien
iuriſdictionis 18. Maij 1611. coram Attrebaten
deciſ. 324. num. 5. par. 1. tom. 1. in recent.*
Sileant; proinde aſſerentes, quod ſatis cō-
preſſa exemptio erit Præpoſiti, ſi intra Ec-
cleſię ipſius limites tantum coarctetur.
45 Nimirum quòd ſufficere illis debent, ſi
in reliquis exempti fuerint, vt ipſemet In-
nocentius IV. *d. c. 1. de priuileg. in 6.* obie-
ctioni ſimili reſpondet.
46 Et imputet ſibi Dominus Epiſcopus
Pauo, qui in Ciuitate parua, contra Epiſco
pi iuriſditionem ordinariam pugnans, Ec-
cleſiam prædictam fundare voluit. *ad tex.
in cap. un. §. quod etiam. & §. & ideo nos. ut Ec-
cleſiaſtica benefic. Clem. unica §. fin. in fin. de
conceſſion. præbend.* Vel ſaltim debuiſſet il-
lam in loco ſatis amplo extra mœnia Ciui-
tatis fundare, vt ſuis exemptis ſatis ampla
per aperta pratorum expatiandi facultas
fuiſſet, non delinquendi. Si enim voluit
Eccleſiam à ſe fundatam exemptam eſſe,
& exemptionem habere expanſam; qua
ſane de cauſa intra Ciuitatis paruæ mœnia
illam reſtrinxit, vt Epiſcopi iuriſdictionem
47 læderet? Vnde ipſi *exempti plura deinde præ-
„ ſumerent, quæ ipſis infamiam pariunt, & aliis
„ læſionem, prætextu exemptionis, & libertatis,
„ quam aſſerunt ſe habere; Ordinarij correctiones,
„ & ordinationes ſubterfugientes, ac eius forum
„ ſiue iudicium declinantes.* Vt Bonifacius
Octauus loquitur *d. cap. cum perſona 7. in
princip. de priuileg. id 6.* At ſi amant aduerſa-
rij ſeruari ipſis exemptionem; quare non
pariter amant ſeruari Epiſcopo iuriſdictio-
nem ſuam ordinariam in tribus caſibus
per conſtitutionem Innocentij IV. in Cō-
cilio Generali Lugdonen ſibi ſeruatam?
Ideo ipſi iudices ſunto. Præter quam quòd
48 priuilegium prædictum exemptionis Bo-
nifacij IX. qui fuit tempore ſchiſmatis cō-
tra Clementem Septimum, ſicuti omnia
etiam alia exemptionum priuilegia per
Romanos Pontifices conceſſa à V. Kalen.
Aprilis 1378., à tempore obitus Gregorij
Vndecimi, ad vſque 25. Martij 1417. per
Martinum Papam V. in Generali Concilio
Conſtantienſi, anno eius primo, reuocata
fuere. vt dicto Concilio ſeſſione 43. tom. 2.
Concil. fol. 1163. patet, Et plenè deductum
fuit in illa *Iannen iuriſdictionis 20. Iunij 1611.
coram S. memor. Gregor. XV. deciſ.* 509. ſequi-
turq. *Lucterius* ab Aduerſarijs minus rectè
expenſus *de re beneficiaria lib. 1. q. 25. nu. 1. 2.
& 3.* & apud *Card. Seraphin. deciſ. 612. num. 3.*
Ne-

Neque dicant, eoque vtantur argumen-
to, quo vſi fuere; quod per exemptionem,
& ſubiectionem immediatam Sanctæ ſedi
Apoſtolicæ, eſt Præpoſitus conſtitutus iu-
dex Canonicorum; Et ſicuti Papa totum
50 orbem habet pro diœceſi, atque propte-
rea expanſam iuriſdictionem, *can. cuncta per*
mundum 9.q.2. ita, parique modo & Præpo-
ſitus, vbique iuriſdictionem eandem habe-
bit in ſuos.

51 Non enim par eſt illatio à Papa, qui
iuriſdictionem vniuerſalem in omnes, ſi-
cuti Deus habet; cuius vice fungitur. dixi-
mus *reſponſ. noſtra 22. num.* 81. *& 86. par.* 1.
,, Et in quo quantò gradus excelſior, tantò
,, maior authoritas inuenitur, vt Pelagius
,, Papa loquitur *can. quamuis 3. xxi. diſtinct.*
ad Præpoſitum Collegiatæ Spiritus ſancti
Iuuenacen, qui in ſex canonicos iuriſdi-
ctionem reſtrictam in ſua illa Eccleſia tan-
tum, abſque territorio, habet. Strictim
enim, & preſsè ad verba, & litteram, exem-
52 ptionis materia, quæ odioſa eſt, exaudien-
da eſt, non expaudenda. vt dictum fuit in
Melenitana prabeminentiarum 18. Maij 1629.
coram R.P.D. Pironam deciſ. 291. num. 9. part.
5. diuerſorum.

At rectiùs retorquebitur argumentum,
54 curretque velocius pro Epiſcopo illatio:
Quod ſicuti Papa vniuerſalem habet in
toto mundo iuriſdictionem, quia Epiſco-
pus vniuerſalis eſt, & vniuerſum orbem
55 pro diœceſi agnoſcit: Ita per æquè Epi-
ſcopus, quia à Deo per Papam, mediate
56 quidem (quatenus à Deo poteſtatem ha-
bet paſtores in Eccleſijs aſſignandi. *Cardin.*
Bellarmin. lib. 4. de Romano Pontifice cap. 25. in
ſolutione 4. obiect. Martinus Becanus tom. 2.
opuſculorum de primatu Regis Angliæ cap. 7.
num. 2. in fin. Sanctarellus variar. reſolut. q. 1.
n. 7. Alzedus in praxi epiſcopor. cap. 1. num. 12.
& cap. 8. num. 4. Scipio de Rubeis in aporiſmis
epiſcopalib. verbo Epiſcopus nu. 17.) poteſta-
tem accipit.

57 Epiſcopi nempè pares Apoſtolis ſunt,
58 qui poteſtatem à Chriſto acceperunt. *can.*
in nouo teſtamento 2. vbi etiam Gloſſ. verbo
pari 21. diſt. & quos ſibi oculos elegit, vt
Pius Papa loquitur *can. oues paſtorem 9. 6.*
q. 1. dicens: *Epiſcopi autem à Deo ſunt iudi-*
candi; qui eos ſibi oculos elegit. Gigans de reſi-
dent. cap. 3. per tot.) vniuerſalem, & ipſe iuriſ-
dictionem habebit in omnes qui in ſua
diœceſi. *d. can. omnes baſilica 16. q. 7.* cum
alijs ſupra allatis. Id enim, quod eſt Papa in
Eccleſia vniuerſali, eſt quilibet Epiſcopus
in ſua particulari Eccleſia, ſecundum
Card. Bellarminum tom. 1. controuerſ. de Roma-
no Pontifice lib. 5. cap. 3. littera D. Rubeis d.
verbo epiſcopus num, 18. & n. 9. Habebit igi-
tur poteſtatem, & iuriſdictionem in Præ-
poſitum, & Canonicos Collegiatæ prædi-
ctæ, in tribus præſertim caſibus *d. cap. 1. de*
priuileg. in 6. contentis, in quibus per Boni-
facij Noni priuilegium exempti minime
facti fuere, cùm in diœceſi ſint Epiſcopi
Iuuenacen. *ad tex. in cap. cum perſonæ 7. de*
priuileg. in 6.

59 Eſt porrò fallacia argumenti. In maiori
enim propoſitione ſimilitudo, & analogia
à Papa ad Præpoſitum non rectè procedit.
Quia nimirum Papa iuriſdictionem obti-
net vniuerſaliter, atque ſimpliciter; Præ-
poſitus verò ſecundum quid, & peculia-
rem in ſex Canonicos tantum, illamque
reſtrictam, atque compreſſam in rebus
Collegiatæ, & in perſonis intra illam. Non
ſequitur igitur conſequentia in qua dictũ
diminuitur; Vt à diminuto ad vniuerſali-
ter, & ſimpliciter dictum, conſequentia nõ
procedat. Secundum Ariſtotelis regulas.
Vide *Toletum lib. 5. Introductionis in Ariſtot.*
logicam cap. 15. de fallacia ſecundum quid, &
ſimpliciter.

60 At priuilegium vltra id, quod in eo ex-
preſſum inuenitur, & legitur, minime ope-
ratur. *d. cap. porrò 6. de priuileg. extrà cap. ſanè*
9. eod. d. cap. cum perſona 7. de priuileg. in 6. di-
ximus *in noſtro Tutamine reſponſ. 1. nu. 56 60.*
& 61. Non extendant itaq. illud vt cœlum
ſicut pellem; vt ad ea demum diffundatur,
quæ ipſi amant aduerſus Epiſcopi ordina-
riam, veram, naturalemque iuriſdictio-
nem; ſicuti neq. illam extendit, amplam-
que fecit, ac latam dictus Bonifacius no-
nus, qui Conſtitutioni præfatæ Innocentij
Quarti minime in aliquo derogauit. Quod
potuiſſet. At non fecit, vt noluiſſe videã-
tur. vt diximus.

61 Neque dicant aduerſarii, quòd Præpo-
ſitus iudex conſtitutus eſt Canonicorum
Collegiatæ, qui poſſit punire eos, & corri-
gere, vt ceſſet proinde Innocentii IV. diſ-
poſitio in *d. cap. 1. de priuileg. in 6.*

62 Cùm, quòd ipſemet præpoſitus ex *d. cap.*
1. in tribus caſibus, in eo comprehenſis,
ſubiectus eſt Epiſcopo; vt etiam ſacra Ro-
ta in dicta ſententia declarauit, & contra
Præpoſitum quoque pro Epiſcopo man-
datum de manutenendo relaxauit.

63 Tùm, quòd ſatis expanſa, & ampla in
tribus caſibus præfatis, Epiſcopi eſt iuriſdi-
cto in *d. cap. 1.* comprehenſis. ex *Abb. &*
aliis, vt dictum fuit in illa *Mediolanen cur-*
ſus Aquarum coram Sanctiſſimo Aldobrandino
Clemente 8. d. deciſ. 702. par. 1. diuerſ. & in di-
cta Baren iuriſdictionis coram Veroſpio num. 3.
& 4. Quas reticuere Aduerſarii noſtri, qui-
bus nec reſpondent, nec reſpondere valẽt,
vt in medio reſtiterint curſu. vt dici con-
ſueuit. Cũ ſatis alioqui apertæ illæ ſint pro
Epiſcopi naturali & ordinaria iuriſdictio-
ne; & adſtipulatur dicta Rotæ deciſio pro
Epiſcopo contrà Præpoſitum, & alios ca-
nonicos.

64 Quam-

64 Quamuis enim ſex ſuorum Canonicorũ
ſit Præpoſitus iudex quoad bona Eccleſiæ,
& in perſonas intra ipſa ſepta;eſt tamen ex-
tra illam inferior, & ſubiectus: quod ſanè
haud inconuenit. *Gloſſ. in d. can. in nouo te-
ſtamento* 2. *verbo pari.xxi.diſtinct.Abb.in c.fin.
nu.*6. *verſ.quod procedit* paulo poſt princ,nu-
meri,*de foro compet.*rationem dicti reddens,
,, ac dicens:*Quod procedit & ſi delinquens ſit in
,, in dignitate poſitus, nam extra territorium ſuũ
,, cenſetur priuatus.* & pluribus probat.
65 Eſtque exemplum in Archidiacono,qui
in alios iuriſdictionem dicit, *toto tit. de of-
fic.Archidiacon.* & tamen in eum Epiſcopus,
eiuſque Vicarius iuriſdictionem ordina-
riam exercet.
66 Tum prætereа quòd iuriſdicto Præpoſi-
ti exauditur in aliis caſibus, præter tres in
dicto *cap.*1.expreſſos, quibus derogatum
haud fuit per priuilegium præfatum Bo-
nifacii Noni,iuxta terminos *cap.* prædicti
1.*de priuileg. in* 6. vt ſatis abunde in dicto
noſtro Tutamine *reſponſ.* 1. & in aliis no-
ſtris ſcriptis pro hac re deduximus; quibus
non reſpondẽt Aduerſarii, neque firmum
quicquam adſtruunt ex aduerſo.

Neque obaudiendi erunt in eorum aſ-
ſumpto,(& ſi planè erroneo) quod dictum
capitulum primum de priuilegijs in 6. locum
ſibi minime faciat vbi iudices particulares
exemptorũ deputati fuerint(vt eſt Præpo-
ſitus præfatus,(vt ipſi volunt.)
67 Tum,quòd *Capitulum* prefatum *primum*
conſtitutionis Innocentii IV. in concilio
Generali Lugdunen, abſolutè loquitur,
neque reſtrictionem vllam admittit, cum
loquatur per verba indefinita, ac conſe-
quenter vniuerſalia(*priuilegia exemptionis*)
&(*ſic exempti*) vniuerſaliter proinde intel-
ligenda,veniunt, vt quæ omnes exemptos
incluſerit, nulloſque omnino excluſerit.
ad tex.in cap.ſolitæ 6. *de maiorit. & obed.* per-
penditque ſatis aptè Rota *in d. Mediola
neu curſus aquarum deciſ.*702.*num.* 3. *&* 4. *&
in d.Baren. iuriſdictionis coram Veroſpio apud
Marcheſan.tom.*1.*fol.*1069.*deciſ.* 52. *& in Ro
mana ſucceſſionis* 22.*Maii* 1609. *coram Man-
zanedo deciſ.*174. *num.*3. *apud Pacificum de
Saluian.Interd.*
68 Tùm,quod Sacrum Concilium Tridẽ-
tinum dicta *ſeſſ.*7.*cap.*14.*de reformat.* abſo-
lutè,neque planè reſtrictè,conſtitutionem
præfatam Innocentii IV. in Concilio Ge-
nerali Lugdunen, quæ incipit *Volentes in
d.cap.*1.*de priuileg. in* 6. innouauit & inno-
,, natam voluit, dicens: *In exemptorum cauſis
,, Conſtitutio Innocentii IV. quæ incipit volentes
,, in Generali Concilio Lugdunenſi edita, ſerue-
,, tur;quam eadem Sacroſancta ſynodus innouan-
,, dam cenſuit,& innouat.* Vnde(præterquàm
69 quòd legem nouam facit)reducit nihilo-
minus priuilegia exemptionum ad ius
commune in hac parte,vt dictum fuit in
dicta *Mediolanen curſus aquarum deciſ.*702.
*num.*7.& diximus in alijs noſtris ſcriptis prò
hac re.

Tum etiam,quòd Conſtitutio præfata
70 Innocentij IV. incipit per verbum (*Vo-
lentes,*)quod præceptiuum eſt,vnde omnes
obligat; quia præceptum Papæ eſt, cui
71 omnes parere tenentur,*cap.omnis anima* 2.
de cenſib.can.quamquam 6.23. *diſt. d. cap. cum
non liceat.* 12. *de præſcript. can. non ue* 1. 8.
*quæſt.*4.*can.ſi qui ſunt* 15.81.*diſtinct. can. om-
nes.primo* 22.*diſt.Gloſſ. in clem. ad noſtrum* 3.
verbo Tertio quod. de hæretic. Quod eſſe de
neceſſitate ſalutis definiuit Bonifacius
Octauus *in extrauaganti vnam ſanctam* 1. 5.
fin.de maioritate & obed. Potiſſimum, quòd
ex ſequentibus id oſtendit Summus Pon-
,, tifex ibidem,dicens,(*declaratione irrefraga-
,, bili definimus*) quare verbum ipſum (*volo*)
72 ratione definitionis ſubſequentis (*defini-
mus;*) & quòd voluntas Summi Romani
Pontificis nullius alterius egebat concur-
ſu, vt exequutioni demandaretur, omni-
modam indicat diſpoſitionem. ad *tex.in l.
apud Aufidium* 20.*ff.de optionẽ legata.Menoch.
de arbitrar. centur.* 5. *caſu* 496. *d num.*6.*Card.
Tuſcus tom.*2.*littera D.concluſ.*399.*Barboſa
de dictionibus dictione* 436. *num.* 9. *&* 10. *&
ſeq. Rota in Bononien fideicommiſſi de Lam-
bertinis* 22. *Iunij* 1609. *coram Manzanedo in
recentiorib.par.*1.*tom.*1.*deciſ.*193.*num.* 6. *Nos
reſponſ.*12.*num.*77.*par.prima.*
73 Quinimo in conſtitutione (vt iſt hæc
noſtra eſt,in Concilio Lugdunenſi Gene-
rali edita)inducit formam præciſam, om-
nino ſeruandam,vt dictum fuit in *Narnien
retractus* 4. *Iulij* 1603. *Coram Cardinali Se-
raphino deciſ.*1464.*num.*2.ad terminos con-
ſtitutionis Pij Papę V.de cenſibus,vbi per-
74 penditur(ad formam arguendam omnino
ſeruandam) quòd dictus Pius vſus fuerit
in illa Conſtitutione verbo (*volumus*)quod
abſolutum, & præceptiuum eſt. ſequitur-
que *Barboſa d.diſt.*436.*n.*14.

Tum prætereа, quòd ſatis euidenter
aduerſarii ipſi decipiuntur, dum non di-
ſtinguentes, vnam cum altera parte dicti
Sacri Tridentini Concilij (*d.cap.*14.*ſeſſ.*7.)
confundunt.
75 Satis quippè Sacrum Concilium *d. c.*14.
diſtinctè loquitur,& in prima parte in ini-
tio dictam conſtitutionem Innocentii IV.
in Concilio Lugdunenſi editam quoad
cauſas exemptorum innouat, & vt omni-
no ſeruetur ſtatuit. In ſecunda verò parte,
de cauſis mercedum,& miſerabilium per-
ſonarum diſponit,dicens:*Addendo inſuper,
,, quòd in ciuilibus cauſis mercedum, & miſera-
76 ,, bilium perſonarum, &c.* In his itaque
terminis huius ſecundæ partis, ac præter-
tim quòad Regulares loquitur *Guttierez*

ſe-

ſequens, loquitur *Lucterius de re beneficiaria lib. 1. quæſt. 25. num. 45. & 54.* ab aduerſariis minus rectè expenſus. Quorum meminit quoque *Barboſa in collectanea ad Sacrum Concil. d. cap. 14. ſeſſ. 7. num. 7.*

77 Neque, vel Guttierez, vel Lucterius, nec quiuis alius Doctor, quamuis peritiſſimus, quò ad mentem Sacri Tridentini Concilii interpretandam, quicquam vel minimum operari valeat; cum abſolutè hoc ad ſanctiſſimum D.N. Papam ſpectet, & eius nomine ad Sacram Eminentiſſimorum Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium Cõgregationem. Vt parum proinde curandum ſit de his, quæ vel *Guttierez*, vel *Lucterius*, vel Aduerſarii noſtri quò ad mentem Sacri Concilii interpretandã dicunt. Potiſſimum verò cùm pro nobis ſtet Sacræ Rotæ Romanæ deciſio, ac ſententia, etiam à Sacra Congregatione approbata, vt vſque adhuc oſtendimus. Et nihilominus *Lucterius* loco ab aduerſarijs al-

78 lato, ſed non expenſo, (vt par erat) *num. 55.* Suſpectam haber doctrinam dicti *Guttierez*, quin ab eo cauendum eſſe *in d. q. 10.* aſſerit.

79 Conſtitutio verò ſanctæ memoriæ Pauli V. quæ incipit *Religioſorum ſub ſuaui* edita Romæ apud S. Marcum die 24. Auguſti 1607. *in Bullario nouo tom. 3. conſtitut. 34. ſiue 23. fol. mihi 223.* Indigna planè eſt, quæ ab Aduerſarijs referatur in hac parte. Illa quippè loquitur de Regularibus Ordinis. Fratrum Carmelitarum in Hiſpaniarum Regnis, aduerſos quoſdam Ordinarios locorum, qui contendebant Regulares intra clauſtra degentes coram ipſis ordinariis conueniri debere in cauſis ciuilibus, per diſpoſitionem *cap. 1. de priuileg. in 6.* & propter innouationem Sacri Trident. Concilii *d. c. 14. ſeſſ. 7. de reformat.* quod perpendit quoque idem *Lucterius dict. lib. 1. q. 24. n. 53.* id factum fuiſſe pro quiete Religioſorum intra clauſtra viuentium.

80 At ſatis diuerſa hæc ſunt à re noſtra. Cũ quòd de regularibus non agimus, ſed de Clericis ſecularibus. Tùm, quòd illi Ordinarii extendebant philacteria ſua, etiam ad Regulares intra Clauſtra.

Tùm præterea, quòd controuerſia hæc noſtra iam dirempta pluries fuit, & per Sacræ *Rotæ* deciſiones, & per deciſiones etiam Sacræ Congregationis, ac nouiſſimè per eiuſdem Sacræ Congregationis determinationem 15. Iunii 1640 pro Epiſcopo. Tum deinde quod pro nobis ipſa conſtitutio Pauli facere, non obſcurè, quin apertiſſimè videtur, dum de fratribus intra clauſtra degentibus loquitur. Vt ſi pro aduerſariis admittenda ſit, admittenda vtique erit eodẽ modo, ſi intrà ipſam Eccleſiam deliquerint, vt paris rationis, par determinatio ſit. *can. ad eius vero concubitũ 4. §. ſi igitur. 5. diſt. cap. tranſlato 3. vbi Gloſſ. verbo quod de vno. de conſtitut.*

81 Tùquoq., ꝙ ſtat etiã pro Epiſcopo poſſeſſio inconcuſſa; & ab initio Priuilegii prædicti Bonifacii Noni, & poſt ſententiã Rotalem ann. 1568. a quo tempore 73. anni effluxere.

Neque attendendum ad ea, quæ dicunt, quod Metropolitana Baren pro Præpoſito decreuit, quia ab illa ſententia fuit appellatum, & cauſa in Sacra Rota commiſſa, per eam ſententia prædicta Baren reuocata fuit, & pro Epiſcopo lata, qua in iudicatum tranſacta, relaxarum mandatum exequutiuũ, & de manutenendo fuit pro Epiſcopo.

82 Quæ ſanè ſententia, quòd in iudicatum tranſiit, tribus æquiparatur, æquiue pollet conformibus, vt ad terminos decreti Sacri Tridentini Concilii *cap. cauſæ omnes 20. ſeſſ. 24. de reformat.* ſequuta fuit Rota in *Mariicen iuriſdictionis 20. Nouembris 1617. coram Buratto deciſ. 178. num. 1. & apud S. mem Gregorij XV. Ludouiſium in Romana domorum 19. Ianuarij 1611. deciſ. 268. num. 1. & 2. apud Pacificum de Saluiano interdicto.*

83 Tum demum, quod exemptiones omnes per Bonifacium Nonum præfatum, (cùm fuerit tempore ſchiſmatis contra Clementem Septimum. *S. Antonius in ſum. hiſtor. part. 3. tit. 23. cap. 2. in princip.* ereatum contra Vrbanum VI. Neapolitanum qui fuit, Archiepiſcopus Baren.) reuocatæ fuere per Martinum Quintum in Concilio Generali Conſtantienſi, vt in ſuperioribus, diximus. Vt neque confirmatio Clementis VII. dicti priuilegii Bonifacii Noni quicquam contra nos operetur, quòd illa temporalis fuerit, perdurante vita Epiſcopi Iuuenacen illo tempore Eccleſiam præfatam Iuuenacen regentis.

84 Neque argumentum à contrario ſenſu in hanc parte, quo noſtri vtuntur aduerſarii, locum habet in priuilegiis. *ex tex. aperto in cap. licet xi. vbi Gloſſ. verbo excluſis de*

85 *priuileg. in 6.* Neque quando contrarium eſt iure expreſſum; vt in hoc facto per dictam conſtitutionem Innocentii IV. in *cap. 1. de priuileg in 6.* a ſacroſancta Tridentina Synodo innouatam *Gloſſ. in clement. 1. verbo obſeruare de ſentent. excomunicat. Barboſ.* qui alios refert *in locis argumentandi loco 27. num. 5. & num. 23. Nauar.*

86 *conſ. 2. num. 4. lib. 3. de decimiſ.* Vnde iuris correctio induceretur *Barboſ. ibid. num. 30.* Et nos ad effugiendum argumentum præfatum à contrario ſenſu, habemus deciſionem Rotæ pro nobis, etiam a Sacra

87 Congregatione approbatam. Sententia verò, quæ in iudicatum tranſiit, cum pro

Ooo ve-

veritate habeatur, Ius tribuit inconcuſſum
parti, pro qua lata fuit *cap. cum inter 13. §.*
fin. de ſent. & re iudic. ex verbis Innocentii
„ III. dicentis: *Attẽdentes tamen, quòd quantum*
„ *ad litigantes ipſos ius ex ſententia factum fuit,*
„ *poſt quam in rem tranſiit iudicatam. l. res iudi-*
„ *cata 208. vbi Cagnol. n. 2. ff. de regul. iuris l. 1.*
C. de condit. indebit. vbi Doctor. Rota in Seno-
gallien emphyteuſis 5. Iunij 1629. coram Do-
mino Coccino Decano deciſ. 296. num. 7. par. 5.
diuerſ. & apud eundem Coccin. deciſ. 216. nu. 1.
& 2. & deciſ. 263. num. 4. & deciſ. 280. num. 1.
& in collect. per Farinac deciſ. 234. num. 1. par.
4. diuerſ. Gabriel tit. de ſentent. concluſ. 4. n. 14.
Franciſc, Merlin. deciſ. Lucenſ 93. n. 2. Vt exe-
88 quenda omnino ſit. *Clem. 1. de ſent. & re*
89 *Iudic.* Faciatque de albo nigrum. *Surd.*
deciſ. 170. num. 15. atque de indebito debi-
tum. *Idem Surd. deciſ. 74. n. 10.*

Neque obſtat id, quod per deciſionem
90 Rotæ in illa *Meliten præheminentiarum 3.*
Decembris 1629 coram Pirouano, quæ eſt in
impreſſis *par. 5. diuerſorum deciſ. 324.* pro ſe
ipſis afferunt Aduerſarii.

Quia profectò latis diuerſi ſunt termini illius deciſionis, neque applicantur ad terminos dictæ conſtitutionis Innocentii IV. in Concilio Lugdunenſi *in cap. 1. de priuileg. in 6.* neque Sacri Tridentini Concilii *d. ſeſſ. 7. cap. 14. de reformat.*

Neque Præpoſitus Princeps eſt, qui ſibi ſubiiectam familiam habeat, in quibus terminis dicta deciſio Meliten loquitur; nempe de Magno Magiſtro ordinis militaris S. Ioãnis Hieroſolymitani, & Magno Mareſcallo. Sunt itaque termini à nobis ſatis diſsiti.

Non ergo à diuerſis fit iure illatio. Taceant igitur Aduerſarii, digitumque ori imponant. Vt ex his, Ariſtarchi non excuſſo iudicio, quin expetito, Eccleſiæ noſtræ iura tuentes reſpondendum cenſuimus.

CAROLVS MARANTA V.I.D.
Epiſcopus Iuuenacen.

Poſt longam excuſsionem propoſitorũ in Sacra Congregatione viſum eſt Eminẽtiſsimis Patribus negotium remittere ad Sacram Rotam, firmis tamen remanentibus decretis pro Epiſcopo Iuuenacen latis. Vnde præpoſitus, aliique Canonici Collegiatę præfatæ Epiſcopo paruere ab eo abſolutionem cenſurarum petentes, quam obtinuere, præſtito iuramento ad ſancta Dei Euangelia de parendo mandatis Sanctæ Matris Eccleſiæ, eiuſque; ſeque examini ſubiicere ꝑ patratis criminibus, pro quibus carceri detruſi: verùm benigne cum eis reſpondendo, etiam habilitati. atque ſynodum, ad quam reluctantes non acceſſerant, recepere; eamque ſeruare iurauere.

Decretum vero Sacræ Congregationis ſequentibus exprimitur.

91 *In cauſa vertente inter D. Epiſcopum Iuue-*
nacen ex vna, & modernum Præpoſitum, atque Canonicos Collegiatæ Eccleſiæ Sancti Spiritus eiuſdem Ciuitatis ex altera ſuper exemptione, quam prædictus Præpoſitus, & canonici prætendebant habere a iuriſdictione eiuſdem Epiſcopi, etiam in tribus caſibus contentis in cap. 1. de priuileg. in 6. Vigore priuilegii à fælicis recordationis Bonifacio ix. de anno 1396. ad fauorem ipſius Eccleſiæ expediti, & poſtea à ſimilis memor. Clemente 7. confirmati.

Sacra Congregatio Cardinalium negotijs Epiſcoporum præpoſita, Eminentiſſimo Pallotto referente, auditis partibus, & negotio maturè diſcuſſo, cenſuit. Cauſam prædictam cum omnibus ſuis annexis, connexis, & emergentibus, & dependentibus remittendam fore, & eſſe, prout tenore præſentis decreti remittitur ad Rotam; & donec per eam aliter fuerit decretum, ſeruandam fore, & eſſe reſolutionem eiuſdem Sacræ Congregationis aliàs ſub die 15. Iunii 1640. ad fauorem ipſius Epiſcopi editam; contrariis quibuſcunque non obſtantibus. Romæ die 14. Iunii 1641.

Fr. Anton. Card. S. Honufrii.

Loco † Sigilli.

L. Archiepiſcopus Thebæ Secret.

DIe 10. menſis Iulij 1641. Iuuenatij, &c. pręſentata per Reu. D. Ferdinandum Saxũ Præpoſitum Collegiatæ Eccleſiæ Sancti Spiritus Iuuenacen, & Clericum Ioſephum Saxum Canonicum prædictæ Collegiatæ Eccleſiæ coram Domino D. Generali Vicario peten. &c. quæ, &c. D. Anannus actu. &c. Coram Illuſtriſs & Reuerendiſs. Epiſcopo Iuuenacen. & eius Illuſtr. & Reu. Domino Generali Vicario perſonaliter conſtituti RR. DD. Ferdinandus Saxus Præpoſitus, & Ioſeph Saxus Canonicus Colleggiatæ Eccleſiæ Sancti Spiritus Iuuenacen, &c. ſine præiudicio omnium, & ſingulorum iurium ipſis, eorumque Collegio quomodolibet competen. & non alias &c. habita notitia reſolutionis vltimo loco factæ in Sacra Congregatione Epiſcoporum, & Regularium ad relationem Eminentiſſimi, & Reuerendiſſimi D. Cardinalis Pallottæ, tanquã obedientiæ filij ac mandatis, & reſolutionibus eiuſdem Sacr. Congregationis humiliter, & reuerenter, vt eorum eſt, obediendo; citrà præiudicium eorum iurium præfatorum, & non alias, &c. petunt 1. 2. & 3. inſtanter, inſtantius, & inſtantiſsimè ipſos, & eorũ quemlibet, pręfatamque Colleggiatam Eccleſiam abſolui ab omnibus, & ſingulis excommunicationibus cenſuris, & interdicto,

ſeu

ſeù interdictis per Illuſtriſſimam dominationem veſtram contrà ipſos, & Collegium præfatum quomodolibet, & quauis de cauſa promulgatis, offerentes prout ſe offerunt illam humiliter, & reuerenter, prout de iure tenentur recipere, & in poſterum ſeruare, & adimplere omnia, & ſingula, quæ per Eminentiſſimos, & Reuendiſſ. DD. dictos Sacr. Congregationis Cardinales, & Sacr. Rotæ Auditorium ſeruari mādabitur. proteſtantes, &c. per ipſos non ſtetiſſe, neque ſtare, quin dictam abſolutionem recipiant. & ità ſaluis, & reſeruatis eorum iuribus, ſupplicant, petunt, & proteſtantur, non ſolum præmiſſo, ſed omni alio meliori modo, &c.

Dominus noſter Generalis Vicarius ſuper ſuppoſitis de iuſtitia prouideat, vt abſoluantur à cenſuris in forma Eccleſię conſueta, iniuncto etiam pro modo culpæ pęnitentia ſalutari. præſtito iuramento de parēdo noſtris, & Sanctæ Eccleſiæ mandatis; nec non recipiant Synodum, & obſeruent; atq; etiam interdictum ab Eccleſia remoueatur, & Cedulones amoueantur præſtita iam abſolutione. A cenſuris verò in contumaciam pro criminibus, & proceſſibus in quibus fuerunt proceſſati abſoluantur etiam in forma Eccleſiæ, & Conſtituantur, denturq; eis, & vnicuique eorum defenſiones. Diē 6. Iulij 1641. *Carolus Epiſcopus Iuuenacen. &c. D. Miſurellus Not. &c.*

Et per Amod. Illuſtr. & Reueren. Dominum D. Generalem Vicarium Iuuenacen. Viſa rectam inſtantia, ac mandato Illuſtriſſ. & Reuerend. Domini D. Caroli Marantæ Noſtri Epiſcopi iniuncto; fuit priuiſum, pariterque decretum: quod retroſcripti R.D. Ferdinandus Saxus Præpoſitus Collegiatæ Eccleſiæ Sancti Spiritus huius Ciuitatis Iuuenacen. & Clericus Ioſeph Saxus Canonicus eiuſdem Collegiatæ Eccleſiæ, qui per dictum Illuſtriſſimum, & Reuerendiſſimū Dominum fuerunt excommunicati ex eò, quod noluerunt accedere ad Sanctam Synodum Diœceſanam, abſoluantur ab excōmunicatione contrà ipſos promulgata in forma Eccleſiæ conſueta, iniuncta eis, & vnicuiquè eorum pro modo culpæ pœnitentia ſalutari, præſtito prius per eos, & vnūquemque eorum iuramento ad Sācta Dei Euangelia de parendo mandantis Sanctæ Eccleſiæ, & eiuſdem Illuſtriſſimi, & Reuerendiſſimi Domini Epiſcopi, & noſtris; nec non recepta per eos Synodo cum iuramento de ea obſeruanda, qua abſolutione facta, amoueantur cedulones, interdictum ab Eccleſia; à cenſuris verò ob manus violentas in perſonam Clerici Nicolai Vincentij Sindolfi, ac alijs Cenſuris in contumaciam pro criminibus, & proceſſibus in quibus fuerūt proceſſati abſoluantur etiam in forma Eccleſiæ conſueta, adimpletis prænarratis cō-dictionibus; nec non præſtito Iuramento de non amplius incidendo in Canonem ad Sancta Dei Euangelia; conſtituantur pro delictis, & cauſis prædictis, vt in actis, & non aliàs aliter, nec alio modo, & ità per hoc ſuum, &c. *Primarius Sepe Viceuicarius Generalis, etc. Prouiſū. &c. die 10. Iulij 1641. Iuuenatii, &c. Vnde, &c. D. Donannus actuar. &c.*

In Dei nomine Amen. Anno à Natiuitate D. N. Ieſu Chriſti milleſſimo ſexceteſimo quadrageſimo primo. Pontificatus Sanctiſſimi D.N.D. Vrbani Diuina Prouidentia PP. VIII. anno eius decimo octauo, mēſe Iulii, die verò eiuſdem decima: in Ciuitate Iuuenatij, & propriè ante fores maioris Cathedrales Eccleſiæ dictæ Ciuitatis Iuuenatij in publico teſtimonio conſtitutus per Illuſtr. & admod. R. D. Sergius Sepe Primitius Cathedralis Eccleſiæ Iuuenacen. & Illuſtriſſ. & Reuerendiſſ. D. Domini Caroli Marantæ Iuuenacen. Epiſcopi, in ſpiritualibus, & temporalibus Vicarius, & Officialis Generalis, &c. acceptis cotta, & ſtola violacei coloris ſedens ante fores prædictas ſolēniter abſoluit à cenſuris in ſupradicto decreto contentis in forma Eccleſiæ conſueta ad præſcriptum Ritualis Romani R. D. Ferdinandum Saxum Præpoſitum Collegiatæ Eccleſiæ Sancti Spiritus huius prædictæ Ciuitatis, & Reu. Ioſephum Saxum Canicum dictæ Collegiatæ Eccleſiæ, præſtito prius iuramento per eos, & vnumquemque ipſorum excommunicatorum de parendo mandatis Eccleſiæ, prædicti Illuſtriſſimi, & Reuerendiſſimi Domini Epiſcopi Iuuenacen. eiuſque D. Generalis Vicarii, acceptata, & recepta per eo Sancta Synodo per prædictum Illuſtriſſimum, & Reuerendiſſimū Epiſcopum facta, & Iurauerunt eam ſeruare, & non amplius incidere in Canonem, ac de conſtituendis ſe ipſis pro delictis patratis, &c. impoſita eis, & vnicuique ipſorum pœnitentia ſalutari pro modo culpæ. Qui prædicti R. Præpoſitus & Canonicus de Saxis iurauerunt ad Sancta Dei Euangelia, omnia, & ſingula prædicta ſeruare in manibus prædicti per Illuſtr. & adm. R. D. Generalis Vicarij, qui mādauit nomina prædictòrum à cedulonibus caſſari, & interdictum à prędicta Collegiata auferrj. Verum dicti RR. Præpoſitus, & Ioſeph Canonicus dixerunt citrà præiudicium omnium, & quorumcumque iurium dictæ Collegiatæ Eccleſiæ Sancti Spiritus, earūque perſonarum, & prouiſionum faciendarū à Sacro Rotæ Romanæ Auditorio.

Acta fuerunt die menſe, & anno, quibus ſupra in dicta Cathedrali Eccleſia præſentibus R. D. Iacobo de Cicco Canonico dictæ Cathedralis Eccleſiæ, D. Thoma Incantalùpo Sacerdote; D. Chriſoſtomo Donaro Sacerdote; Clerico Nicolao Antonio Mal-

darella, Cler. Luca Cicolo, & alijs multis ad prædicta rogatis, & habitis. In quorum teſtimoniū, & ad futuram rei memoriam ego D. Ioan. Franciſcus Pirillus Archipreſbiter Iuuenacen. Apoſtolica auctoritate notarius, qui prædictis omnibus interfui, hunc actum publicum confeci, & meo ſolito, & conſueto ſigno ſignaui rogatus, & requiſitus, &c. adeſt ſignum, &c.

Extracta eſt præſens copia, licet aliena manu, à ſuis originalibus ſiſtentibus in Archiuio Epiſcopalis Curiæ Iuuenacien. cum quibus facta coll. concordat meliori coll ſemper ſalua, &c. Et infidem ego D. Ioan. Franciſcus Pirillus Archipresbiter Iuuenatien. Apoſtolica auctorite Not. præsētes fecimus ſolito ſigno ſignaui rogatus, & requiſitus, &c. Iuuenacij, die 13. menſi Iulij 1641.

SVMMARIVM.

1 *Inſtitutio ſine præſentatione non procedit, & num. 29.*

2 *Nominatio coram Notario facta haud ſufficit, vt inſtitutio ſequatur.*

Sed ſola præſentatio attenditur. num. 5.

Niſi coram Ordinario retificetur. n. 10. alioquin non procedeſt. num. 14.

3 *Præſentatio quid?*

4 *Præſentatio Inſtituendi ni fiat coram Ordinario, exhibitio ſola litterarum patronorū non ſufficit.*

6 *Mandatum procurationis de præſentando, exhiberi debet in actis.*

7 *Fundamēto ſubmoto, ædificiū ruina cadit.*

Quod ſemper vnum eſt, nec mutari poteſt. num. 8.

9 *Inſtitutionis fundamentum præſentatio eſt.*

Aceeſſoriū natunam ſequitur ſui principalis.

11 *Præſentatio, quæ per Collegium, vel Congregationem fieri debet, per illos collegialiter congregatos fieri oportebit. alioquin fit nulliter.*

12 *Ratificari haud poteſt quod abſque mandato factum eſt.*

13 *Temporis tractu non firmatur, quod iure ab initio non ſubſiſtit.*

15 *Scriptura producta parte non citata ad dicendum cotrà, nihil probat.*

Neque fit ex actis, ſed eius præſentatio dumtaxat.

16 *Præſentatis duobus, ſi in paritate fuerint vocum, quis præferendus?*

17 *Senior iuniori præfertur in beneficijs aſſequendis.*

Sacerdos Clerico num. 18.

Quique maioribus præditus ſit qualitatibus num. 19.

Quiq. de corpore eſt Eccleſiæ, quòd pinguius ius habere videatur, n. 20. declara. n. 21.

Vel de eadem Parochia n. 22. Non tamen ſola ſufficit. num. 29.

Sat erit ſi ſit de eadem Terra, vel Diæceſi nu. 24. & 25.

21 *Ius præſentandi ad Collegium ſpectans, ad ſingulos eorum ſpectare non dicitur.*

24 *Ciuis præfertur extero ad beneficium obtinendum.*

26 *Præſentatus ab exiſtentibus in poſſeſſione præſentandi præfertur, & inſtitui debet.*

27 *Mulieres dotatæ in Regno Neapolitano, ſicuti propter maſculos à ſucceſſione excluduntur, ita & à iure patronatus, & præſentandi,*

Quia hæredes non ſunt.

28 *Ius patronatus ſi hæreditariū ſit, ad filios, ſiliaſue nō tranſit, niſi quoq. hæredes ſuerint.*

ARGVMENTVM.

Qui præſentatus non fuerit, inſtitui minime poterit. Quin reſcinditur Inſtitutio ſine patroni præſentatione facta. Nec proficit nominatio coram Notario facta. Quiſue in concurſu cæteris paribus præfererendus ſit? Et num mulier dotata, quæ hæres minimè ſit, ex Regni conſtitutione in aliquibus; ad ius admittatur patronatus, & præſentandi? non inutiliter diſſeritur.

RESPONSIO LXXXII.

INſtitui omnimodis debet D. Annibal Sarauus Sacerdos ad ſimplex beneficium ſub inuocatione Sanctorum Honufrij, & Sebaſtiani in Eccleſia S. Ioannis de Torano in Terra Roccæ Mōfinę Theanen diœceſis, de iure patronatus laicorum, reiecto Clerico Iulio Cęſare Simone Aduerſario.

Ipſe quippe vnus legitimè præſentatus inuenitur in Epiſcopali Curia Theanen coram Domino Generali Vicario per Iuliū, & Simonello fratres, & patronos pro medietate, atque in quaſi poſſeſſione exiſtentes iuris

Digitized by Google

ris præſentandi:ſpe itaque vnus inſtitui de-
1 bet reiecto dicto Clerico Iulio Cæſate non
præſentato. Sine præſentatione nempe in-
ſtitutio non procedit. *cap. ex noſcitur 6. vbi ſcribentes. de his, quæ fiunt à Prælatis ſine conſenſu capitali cap. quod autem 5. de iure patronat. Abb. conſ. 76. plura ſunt. n. 2. p. 2. Rota deciſ. 4. de iure patronat. in nouis, & apud Achillem de Graſſis deciſ. 325. aliàs 12. n. 1. & 2. de iure patronat. ad tex. Sacri Tridentini Concilij ſeſſ. 14. cap. 13. de reformat. Marius Antonin variarum reſolut. lib. 1. reſolut. 47. num. 6. verſ. quoniam etiam. Rocchus de Curte de iure patronat. verbo honorificum q. 6. n. 27. Riccius in praxi par. 1. reſolut. 139. & deciſ. 60. par. 4. Viuianus in praxi iuris patronatus lib. 8. cap. 7. n. 1. 2. & 3.*

Præſentatus autem quod minimè Cleri-
cus fuerit Iulius Cæſar facili adſtruitur ne-
2 gotio. Nominatus porrò ipſe fuit corã No
tario per Franciſcum Simonem aſſertum
procuratorem Venerabilis Cappellæ San-
ctiſſimi Corporis Chriſti, non verò coram
Ordinario, qui inſtituere debebat, præſen-
3 tatus. Præſentatio quippe exhibitio eſt, fa-
cta ſenſibus coporeis ſuperioris; ſecundùm
gloſſ. in Clement. Dudum 2. §. ſtatuimus. ver-
4 *bo præſentari. de ſepultur.* Vt nec ſufficiat ſo
la datio litterarum patroni, niſi corporalis
præſentatio coram Ordinario inſtituendi
fiat; vt *gloſſ.* docet in caſus figuratione in *fin. verſ. ſed quæritur qualiter dicitur. in cap. 1. de*
5 *iure patronat. in 6.* At præſentatio, quæ corã
Ordinario fit, nõ ſane nominatio, quæ corã
Notario fieri poteſt, attenditur, vt inſtitutio
ſubſequi valeat. *Abb. d. conſ. 76. n. 2. c. quod ſicut. 28. de elect. extrà. Rocchus verbo honorificum q. 41. n. 73. de iure patronat. Maſtrillus deciſ. 2. n. 1. & ſeq. p. 1.* dictũ fuit in *Aſculana Parochialis coram Antonio Auguſtino. anno* 1548. ſequiturq. Rota apud *Achillẽ d. dec. 12. n. 1. de iure patronat. Rota apud Cardin. Caualerium deciſ. 436. ſub num. 2. Riccius d. reſolut. 139. n. 2. & reſolut. 137. n. 1. p. 1. in praxi.*
7 Non itaq. præſentatus. Quin neque de mã-
dato procurationis Franciſci, qui eum corã
Notario nomine Cappellæ nominauit, pœ-
nes acta doctum fuit, pœnes quæ exiberi
debebat. *Aymon conſ. 108. num. 1. & 2. Rota in recent. par. 2. tom. 1. deciſ. 443. num. 3. & in Romana cenſus 4. Decembris 1595. coram Cardin. Pamphilio deciſ. 136. n. 3. per Zacchiam ad Galleſium de obligat. Camerali, & in Lunen Sarzanen 31. Maij 1627. coram Durano deciſ. 110. n. 22. apud Viuianum in praxi iuris patronatus.*

Nullo igitur pacto inſtitutio de ea ſequi
7 poterit. Firmum enim nihil ſupereſt, funda-
mento ſubmoto, ſuper quod ædificium ſur-
gere debebat. *can. cũ Paulus 26. 1. q. 1. gloſſ. in cap. vnic. in gloſſ. magna poſt princ. de litis conteſt. l. ſi tecum 26. in fin. princ. ff. de except. rei iudic.* Fundamentum enim aliud ne
mo poteſt ponere, præter id, quod poſitum
eſt; qui eſt Chriſtus Ieſus. Paulus loquitur
8 *1. ad Corint. 3. 11.* Quamuis nempè varia ſit
ædificatio; fundamentum tamen vnum eſt,
vt mutari haud poſſit. ſecundum Corneliũ
9 à lapide ibid. fundamentum itaque inſtitu-
tionis, præſentatio eſt patronorum, quæ co-
ram Ordinario fieri debet. Sublato igitur
fundamẽto, (præſentatione videlicet,) & in-
ſtitutio conſequenter decidit, quæ ad fun-
damentum accedit. ad regulam *acceſſorium 42. de regul. iuris in 6. can. decernimus 29. ſicut 32. 16. q. 7.* quatenus diſponitur in illo in
Concilio Toletano 9. ordinationem Cleri-
corum in Eccleſijs patronatis fieri per Or-
dinarios debere præcedente oblatione (præ-
ſentatione videlicet) patronorum; alioquin
retractatur inſtitutio, ſi ſpreto fiat patrono,
cap. illud. 8. & cap. ex inſinuatione 14. de iure patronat. Franciſ. Marcus deciſ. 474. n. 1. p. 1. Gonzalez ad 8. regulam Cancellariæ gloſſ. 56. nu. 78. Ceuallos comun. contra comun. q. 693. num. 26.
10 Ad rem igitur haud facit, quod ratificata
aſſeratur per confratres cõfraternitatis præ-
fatæ Cappellæ Sanctiſſimi Corporis Chriſti
nominatio per Franciſcum facta de dicto
Clerico Iulio Cæſare, vt hoc vnum ſuffice-
re debeat ad regulam *ratificatio 10. de regul. iuris in 6.* & dictum fuit in *Neapolitana beneficij 6. Aprilis* 1612 *coram Cardin. Caualerio deciſ. 197. num. 6. Abb. d. conſ. 76. n. 2.*

Tum, quòd de ratificatione legitimè fa-
cta minimè docetur; neque nominum ſe-
ries confratum, qui ratificauere, datur; neq.
neque Congregationem iure vocatam, &
per habentem poteſtatem eam cogendi, ne-
que in loco ſolito congregatam fuiſſe, de-
ducitur. quin contrà in publica platea rati-
ficationem prædictam factam fuiſſe appa-
11 ret in proceſſu fol. 83. Præſentatio autem,
ſi per Collegium, vel Congregationem fie-
ri debet; illam vtique, fieri oportebit per
Collegium, & homines collegialiter con-
gregatos, & in loco ſolito Collegij, vel Con-
gregatiõis. Alioquin actus nullus, ac futilis,
nulliuſque euadit momenti *d. cap. quod ſicut 28. & cap in geneſi 55. de elect. cap. cum in Eccleſijs 33. de præbend. in 6. Abb. d. conſ. 76. n. 1. in 2. dub. Rota apud Cæſarem de Graſſis deciſ. 170. aliàs 2. num. 1. de iure patronat. Riccius in prax. par. 1. reſolut. 160. n. 1. Viuian. de iure patronat. p. 2. lib. 8. cap. 1. num. 33. & cap. 3. n. 5. & ſeq. Rota in Pampilonen. Beneficij 20 Decembris 2591. coram Card. Mantica deciſ. 161. n. 1. & 2. & deciſ. 268. n. 3. & 4.*

Tum etiam, quòd prætenſa nominatio
12 per Franciſcum facta, cùm nulla fuerit, vt
puta abſque mandato, ratificari poſtmodũ
haud potuit. *argumento regula 9. ratum quis de regul. iur. in 6.* neque porrò tractu tem-

13 poris

13 poris firmatur, quod de iure ab initio non
ſubſiſtit. regula *non firmatur 18. de regul. iur. in 6. Rota apud* Card. *Seraphinum deciſ.* 365. *num.* 7.

14 Deinde, quòd (ſac firma fuerit, atque ſubſiſtat ratificatio,) neque tamen vi ratificationis præfatæ coram Ordinario præſentatus Iulius Cæſar fuit. Nihil itaq. aſſerta proderit ei ratificatio. A*bb. d conſ.* 76. *n.* 2. quem ſequuta fuit Rota in *d. Neapolitana Beneſicii coram Card.* Caualer. *d. deciſ.* 197. *num.* 5. *Rota apud s. memor. Gregor. XV. deciſ.* 34. *vbi etiam Beltramin. Addent. Maſtrill. d. deciſ.* 2. *n.* 1. *&* 2. *& n.* 17. Nimirũ quia præſentatione coram Ordinario non præcedente, inſtitui ad beneficium iuris patronatus nemo quiſquam debet, vt iam diximus.

15 Demum, quòd neque Annibal citatus fuit ad dicendum contrà, quando ratificatio aſſerta prædicta nomine dicti Clerici Iulij Cæſaris fuit in actis producta. Quam ob cauſam, nec probat, neque de actis effecta fuit, niſi ſola illius præſentatio. meus *Maranta in ſpeculo* 6. *part. in* 10. *membro iudicii. n.* 2. *&* 3. *Rota apud s. memor. Gregor. XV. deciſ.* 209. *num.* 5. *& ibid. Beltramin. n.* 8. *& in Lumen Sarzanen* 24. *Ianuarii* 1628. *coram Durano deciſ.* 111. *n.* 6. *apud Viuianum. Innocent. in c. cum iure peritus.* 31. *in fin. n.* 6. *de officio iudic. delegat.* quem ſequitur *Vincent. Anna allegat.* 5. *n.* 4. *par.* 1. *& Rota apud* Caualer. *deciſ.* 342. *n.* 3.

17. Verùm (da nominationem de Clerico Iulio Ceſare per confratres legitimè, iurèq. factam fuiſſe, vt nullam paulò antè illam conuinximus) eſſeque illum cum D. Anibile in paritate vocum pro medietate, neque tamen in paritate meritorum erit. Poſtponendus propterea, non præferendus. Cùm
17 quòd Annibal ætate maior, atque maturior, ac ſenior. Præferendus itaque ex hoc
„ vno, quamuis cætera eſſent paria. *l fin.* ibi:
„ *Semper ſeniorem iuniori, & amplioris honoris*
„ *inferiori, præferimus. ff. de fide inſtrum. cap.* 1.
„ *vbi Innocent. de maiorit. & obed.* argumento
etiam *tex. Sacri Tridentini Concilij ſeſſ.* 24. *cap.* 18. *§. peracto deinde examine de reformat.* quatenus habet: illos denunciandos eſſe idoneos ad Curatam Eccleſiam habendam,
„ aliiſque præferendos, *qui idonei iudicati fue*
„ *rint, ætate, moribus, doctrina, prudentia, &*
„ *aliis rebus ad vacantem Eccleſiam gubernandam opportunis.* Sic Sacrum Conciliũ. *Bald. conſ.* 167. *Ordinatio teſtamenti. in finalib verbis vol.* 4. *Rocchius d. verbo honorificum q.* 16. *n.* 42. *verſ. comprobo etiam hanc concluſionem. Rota apud Caſarem de Graſſis deciſ.* 1. *num.* 9. *de iure patronat. Gonzalez ad regul.* 8. §. 3. *in proœm. n.* 25. *Gratian. deciſ. Marchia.* 16. *n.* 1. *in additionib. Garſias de beneſic. part.* 7. *cap.* 9. *n.* 11. *Ceuallos d. q.* 693. *n.* 37. *Riccius reſolut.* 133. *num.* 3. *in fin. par.* 1. *in praxi, & in praxi probandi ius patronat. reſolut.* 233. *in fin. verſ. potuit merito.*

18 Tùm, quòd ſacerdotali inſignitus ordine. Maior proinde, magiſque ſimplici clerico dignus. Ideoque præferendus. *d. cap.* 1. *cum ibi notat. de maior. & obed, d. l. fin. de fide inſtrument. gloſſ. in can. metropolitano.* 19. *verbo ex presbyteris* 63. *diſt.* Rationem reddens.
„ Quia, *qui prior eſt in ordine, erit prior in electione.* quam ſequitur *Rota apud Blanchetum deciſ.* 413. *num*, 3. *par.* 1. *diuerſorum. Garſias d. cap.* 9. *n.* 11, Rotæ deciſionẽ referens in *Salamantina Cappellania del voto* 3. *Iunij* 1585. in qua peculiaris perpenſio, vt Franciſcus alteri præſentato præferretur habita fuit, quòd eſſet ipſe actu Sacerdos. (præter alias quoque qualitates:) & ex hac vna magis idoneus, magiſque dignus æſtimatus fuit. ad *tex. in d. cap.* 1. *& ibid. Abb. de maiorit. & obed. Parez de Lara de cappellan. lib.* 2. *cap.* 3. *num.* 16.

19 Denique, quòd maioribus in omnibus præditus ſit qualitatibus, quam Iulius ipſe Cæſar. Magis propterea dignus, atq. aptior, magiſque Eccleſiæ vtilis. Iure igitur, neq. ab re præferendus *S. Thom.* 2. 2 *q.* 63. *art* 2. *ad* 3. *Sotus de iuſt. & iure lib.* 3. *q.* 6. *art.* 2. *Ceuallos d. q.* 676. *num. n.* 35. *&* 36. Rota in *Florentina Cappellania* 3. *Settembris* 1621. *corã* Pirouano *deciſ.* 68. *num.* 1. *apud Viuianum in praxi iuris patronatus. Maſtrill. d. deciſ.* 2. *nu.* 13. *&* 16. *Rota apud s. memor. Gregor. XV. deciſ.* 11, *vbi etiam Beltramin. addens.*

20 Nulla itaque habenda ratio erit, quòd ſit Iulius Cæſar confrater confraternitatis præfatæ Sanctiſſimi Corporis Chriſti, vt pinguius proinde ius habere videatur. ad *tex. in*
„ *cap. ne pro defectu* 41. *in fin.* ibi de perſona idonea ipſius quidem Eccleſiæ *de elect. extrà. Ceuallos d.* 9. 693. *n.* 33. *&* 34. *Perez de Lara d. cap.* 3. *num.* 19. *&* 26. *Garſias. d. cap.* 9. *n.* 8.

21 Ius porro præſentãdi pœnes ſingulos de Confraternitate haud eſt, ſed Confraternitatẽ pœnes ipſam, vti corpus. Quã ob cauſã, nõ ad ſingulos vti ſingulos, ſed vti vniuerſos ius ipsũ patronatus ſpectabit. Nulla proinde ſingularium perſonatũ ratio habenda, pœnes quas ius minimè reſidet, ſed pęnes Congregationem. ad *tex. in cap.* 1. *vbi notatur. de iure patronat. Abb. d. conſ.* 76. *n.* 1. *ad* 2. *dub. Rota apud Caſarem de Graſſis d. deciſ.* 2. *de iure patronat. Viuian. d. lib.* 8. *cap.* 2 *n.* 6 *de iure patronat. in praxi.* Iulius verò Cęſar Cõgregatio haud eſt, ſed de Congregatione vnus. Nullum igitur ius pinguius habere ipſe dicitur.

22 Negotium haud proinde faceſſet: eſſe Clericum Iulium Cæſarem de eadem Parochia Sancti Ioannis, in qua Beneficium eſt erectum, præferendum propterea *can. nullus inuitis* 13. *& can. obitum Victoris* 16. *vbi etiam Turrecremat.* 61. *diſt.* *l. in Eccleſiis*

ſile 11.*C.d Epiſcop. cleric. Rota d. deciſ.*413. *num.*1.*Garſias de benefic.par.*7.*cap.*9,*n.*6. *&* *num.*8.*Carolus Tapia in deciſionibus ſupremi Italiæ Senatus deciſ.*15.*n.*3.4. *& ſeq.*

23 Porrò quidem, quòd nec tanti momenti res eſt, vt ſola cæteris aliis præponderet Annibalis qualitatibus, qui & ſi planè non de eadem Parochia, eſt eiuſdẽ tamen Ter-
24 ræ Ciuis, vt hoc vnũ ſufficiat, ne exter habeatur, atque e iurècì beneficium debeatur, cùm cætera, quòad Iulium Cæſarem paria minimè ſint. *gloſſ.* admodum notabilis in *can.decernimus* 29.*ſiue* 32. *verbo Idoneos* 16. *q.*7. idoneos quippe ibi præſentatos exprimit Clericos: id eſt de eodem Epiſcopatu: & *gloſſ.in can.hortamur* 8.*in gloſſ.*1.*in fin.*71. *diſt.vbi Gloſſella marginalis*, dicens: *Clerici de diœceſi ſunt extraneis preferendi*. Sat igitur erit eſſe Anibalem de eadem diœceſi Theanen, vt ex præponderantibus aliis qua-
25 litatibus præferri valeat, multoque magis cum ex eadem ſit Terra. *gloſſ.in d.can. nullus* 13.*verbo Ciuitatis.*61. *diſt. gloſſ.in d.l.in Eccleſiis.* 11. *verbo vel vico C.de Epiſcop. & cleric.* & dictum fuit in *Legionen Cappellania* 6. *Iunii* 1575. *coram Caſare de Graſſis d.deciſ.*176.*alias prima num.*12. *de iure patronat. Rota d deciſ* 412. *ſub num.* 1. *coram Blanchetto part.* 1. *diuerſ. Perez de Lara de cappellan.d.cap.*1.*lib.*2. *num.* 19. *&* 20. *Ceuallos d.q.*693.*num.*34 *Garſias d.cap.*9.*nu.*7. 8.*& num.*16. *Malsrill. d. deciſ.* 2. *num.* 14. *par.*1. *Carolus Tapia d.deciſ.*15.*num.*3.4. *& ſeq. Barboſ. in collect. ad Sacrum Trident. Concil.d.cap.*18 *ſeſſ.*24.*num.*140. *&* 141.

Neque demum obſtaculum faciet: dictum Clericum Iulium Cæſarem præter vocem Confraternitatis Sanctiſſimi Corporis Chriſti, duarum quoque mulierum ſororum Iulij, atque Iuliæ Simoniello voces habere.

26 Præter quàm, quòd enim mulieres hæ in poſſeſſione, vel quaſi iuris præſentandi minime ſunt, vt præferendus ſit Anibal præſentatus ab exiſtentibus in poſſeſſione præſentandi, *cap.conſultationib.* 19. *de iure patronat. vbi Butrius Abb. & alii. Monald. conſ.*48.*num.*3.*vol.*2 *Vincent.de Franch. deciſ.*85.*num.* 2. *Mariſcottus variar. reſolut. lib.*1.*cap.*55.*num.*12.*Abb.conſ.*54.*num.*2. *lib.* 1.*Rota apud Card.Seraphin.deciſ.* 884. *num.* 3.*&* 875.*num.*3. *& apud S. memor. Gregor. XV.deciſ.*452.*nu.*14. *& ſeq.& par.* 2. *in recent.d.deciſ.*443.*num.* 3. *& par.* 5. *diuerſor. nouiſſimarum deciſ.*362.*num.*1.*&* 4. *Alexãder Raudenſis variar.reſolut.cap.*19. *nu.* 20.

27 Cùm tamen mulieres ſint, & dotatæ, in humanis adhuc agente Iulio fratre præſertim, ex *conſtitutione Regni in aliquibus*, à ſucceſsione excluduntur; vt conſequenter cùm hæredes non ſint, à iure quoque excludantur patronatus, & præſentandi. *Riccius reſolut.* 175. *par.* 1. *in praxi. Claudius Tutius q.*13.*de iure patronat.Viuian.par.*1. *lib.*4.*cap.*2. *num.* 48. *&* 49. *Ioann. Baptiſta Thoro voto* 82.*num.*4 *&* 5. Nihil enim om-
28 nino proficit, quòd filiæ ſint, ni hæredes quoque fuerint, hæreditatemque adiuerint, vt in iure patronatus hæreditario admitti valeant. *Abb in cap. cum ſeculum* 13. *num.* 4. *&* 5. *de iure patronat. Lambertin part.*2.*lib.*1.*art.*34. *q.* 2. *princip. Couar. variar.reſolut.lib.*2.*cap.* 18. *num.* 6. *Rota apud* Card.*Seraphin.dec.*446.*n.*1.*& in recet.deciſ.* 756.*num.*1.*in fin.part.*1.*tom.* 2. diximuſque *reſponſ.*16.*num.*17.*par.* 2. *Genuens.in praxi cap.* 63. *de probat. Iuris patronat. num.* 23. *Alexander Raudenſ.d.cap.*19.*num.* 1. *&* 12.

Verùm (ſac hæredes eſſent, atque in poſſeſſione pariter præſentandi) nihil tamen Iulio Cæſari eorum ſuffragaretur vox; veluti neque illa confratrum dictæ Capellæ Sanctiſsimi Corporis Chriſti, quòd non coram Ordinario, vt opus erat, præſentauere; ſed coram notario dumtaxat nominationem fecere. Deficit proin-
29 de præſentatio. Nulla propterea ſequi poterit, inſtitutio. ad regulam primam *de regul.Iur. in* 6. atq; vſque ab initio diximus.

Inſtituendus itaque omnimodò erit Annibal Sacerdos, præſentatus, maioribuſque ſuffultus qualitatibus, magiſque idoneus. Vt ex his iudicio ſubiectis acriori, reſpondendum cenſui.

CAROLVS MARANTA V.I.D. Aduocatus.

Per Epiſcopalem Curiam Theanẽ data fuit inſtitutio D.Anibali præſentato.

SVMMARIVM.

1 *Magna eſt neceſſitas, nec non onus homini datum, quærendi ſibi victum, ſibique de neceſſarijs prouidendi.*
Locus Eccleſiaſtici 40 1.*perpenditur.*
2 *Adam parens noſter, quia comedendo peccauit, in comedendo punitur. Vt in ſudore vultus ſui pane ſuo veſcatur. & nu.*4.
3 *Locus Geneſis* 3.17. *expenditur, elucidaturque.*
4 *Pęna peccato reſpondere debet.*
5 *Benedictionis, Maledictioniſque nomine ex hebræo quid comprehendatur? elucidatur.*
6 *Homo magnis ſubijcitur meroribus, vexationibuſque, vt victum, quo vitam tranſigat, ſibi quærat.*
7 *Locus Matth.*6.25. *Ne ſoliciti ſitis animæ veſtræ quid manducetis, expenditur.*

Be-

8 *Beneficia obtinendi Eccleſiaſtica, vnde, & ob quam cauſam?*
9 *Beneficia non niſi magnis laboribus acquiruntur.*
10 *Gratia derogationis vocum pro medietate iuſtificanda eſt, ne ſubreptitia habeatur. & quare? num.* 11.
Atq. vt inſtitutio ſequi poſſit num. 12.
11 *Clauſula (ſi preces veritati nitantur) ſemper in reſcriptis ingeſta videtur.*
13 *Filij, quamuis plures, ex patris perſona pro vna computantur voce in iure patronatus, in ſtirpes, non in capita.*
14 *Deſcendentia probari debet, non aſſeri tantùm.*
Et quomodo probanda num. 16.
Sufficit verò probare illam ab his, qui in poſſeſſione ſunt iuris preſentandi nu. 17.
18 *Verbum (de Domo) quomodo exaudiatur, pluribus deducitur.*
19 *Hæredis nomine, hæres hæredis comprahenditur.*
20 *Domus appellatione, etiam naturales comprehenduntur, ſiue maſculi, ſiue fœmina.*
Non tamen ſpurij.
21 *Conſanguineorum, ſiue agnatorum nomine qui comprahendantur?*
Etiam fœmina num. 22.
Atque etiam nupta num. 23.
In materia præſertim iuris patronatus num. 25.
24 *Ioannes Guttierez reprehenditur.*
25 *Iuris patronatus fœminæ capaces ſunt, & vti conſanguineæ ad illud admittuntur.*
Præſertim ſi anteceſſorum ſuorum hæredes fuerint num. 27.
26 *Fœminæ non comprahenduntur in familia, caſu quo teſtator bona in illa conſeruari voluit.*
27 *Fœminæ hæredes ſuorum anteceſſorum, ad ius præſentandi, & patronatus admittuntur.*
Siue ab inteſtato, ſiue ex teſtamento hæredes fuerint.
Ratio affertur n. 28.
29 *Ius patronatus hæreditarium quod?*
Et ad illud admittuntur omnes hæredes, quamuis extranei.
In dubio vero magis hæreditarium præſumitur, quam gentilitium n. 30.
Præſertim ſi ad præſentandum fœminæ admittantur n. 31.
Siue ex antiquo tempore vti hæredes preſentauerint num. 32.
33 *Ius patronatus hæreditarium magis, quàm gentilitium ex obſeruatia preſentandi præſumitur.*
34 *Preſentatus à maiori parte patronorum inſtitui debet.*
35 *Gratia, quæ iuſtificata eſt, exequi debet.*
36 *Beneficium obtinens ſufficiens, incapax eſt alterius.*
Exaudi quoad retinendum, non ad obtinendum, n. 37.
35 *Beneficium non habens clericus in concurſu, cum cætera paria fuerint, habenti præfertur.*
Eſtque hoc ſatis conforme Eccleſiaſticæ œconomiæ, atque iuſtitiæ diſtributiuæ. n. 39.
40 *Concilium Tridentinum à Spiritu ſancto congregatum.*

ARGVMENTVM.

Iuſtificari debet gratia derogationis pro medietate in beneficio iuriſpatronatus. Deſcendentia uerò probanda, & quomodo, atque à quibus? Domo uocata qui nam ueniant? & quomodo uerbum illud exaudiatur, quiue comprahendantur? Quid differat hæreditarium, uel gentilitium ius patronatus; & an in dubio hæreditarium præſumatur, magis, quàm gentilitium? Non incongrua, neque, ſine fructu reſponſio.

RESPONSIO LXXXIII.

1 OCcupatio magna creata eſt omnibus hominibus, & iugum graue ſuper filios Adam à die exitus de ventre matris eorum, vſque ad diē ſepulturæ in matrem omnium. Sapiens Spiritu docente Sācto, loquitur, Eccleſiaſtici 40. 1. Cogitationes enim eorum (ſequitur) & timores cordis, adinuentio expectationis, & dies finitionis. Hæc quidem, & ſolicitæ appræhenſiones de variis

tijs neceſſarijs rebus; (vt *Dionyſius Carthuſianus,ibidem* explicat) ſupra modum cor præmunt humanum. Cum nempè primus homo Adam parens noſter vetitum pomum comedēdo diuinum mandatum trāgreſſus fuiſſet;vt congruentem tranſgreſſionis ſuæ exciperet pœnam,(quòd comedendo peccauerat,) graues inde,vt comederet,
3 exantlaret labores opus fuit: *Quia audiuiſti vocem vxoris tuæ.*(Deus Omnipotens,iuſtuſque Iudex iudicium ferens, dixit *Geneſis 3. 17.)& comediſti de ligno, ex quo præceperā tibi ne comederes,maledicta terra in opere tuo:in laboribus comedes ex ea cūctis dibus vitæ tuæ.Spinas,& tribulos germinabit tibi, & comedes herbas terræ.In ſudore vultus tui veſceris pane tuo, donec reuertaris in terrā,de qua ſumptus es:quia puluis es,& in puluerem reuerteris.* His Dominus Deus. *Spinas, & tribulos germinabit tibi.* Punctiones tortuoſarum quæſtionum, & cogitationes de prouiſione huius vitæ. *Gloſ.* (inquit) *interlinearis.* In laboribus comedes
4 ex ea. *Reſpondet pœna peccato*; (Auguſtinus Stheuchius Chyſami Epiſcopus in Coſmopeiam *cap.3.* loquitur)*deliquit comedendo, caſtigatur comedendo. Nam pro victu omnis eſt labor,& ſudor,cuius non fuiſſet neceſſitas aſſecutis immortalitatem.* Non contemnenda verò eiuſdem *Steuchij* animaduerſio erit: quod
5 ſicuti verbo Hebræo *(BaraK)* benedictio ſignificatur, eodem quoq. vbertas, largitaſq; deſignatur: ita pari modo ex aduerſo, verbo *(Maledictio)* ſterilitas,ſiccitas,vbertatiſque amotio exprimitur. Maledicta igitur terra in opere tuo;dixit Adæ Deus,q̄a erit tibi terra ſterilis,& arida; ac ſpinas,& tribulos germinabit tibi,neque niſi in laboribus comedes ex ea cunctis diebus vitæ tuæ;ſiue in meroribus,& vexationibus,vt ex Hebræo Septua-
6 ginta tranſtulere. Magnis itaque meroribus, vexationibuſque homo ſuppoſitus eſt, vt panem, quo vitam ſubſtentet, comedat.Hinc illa ſolicitudo animi,atque quotidiana moleſtia, vt ſibi quærat, quo vitam tranſigat. Vnde non parcit laboribus diu, noctuque, vt panem ſibi quærat. Hanc, vt retunderet ſolicitudinem, animique moleſtiam,pręcepit Dominus,& Saluator noſter Ieſus Chriſtus omnibus.*Matth.6.25.*dicens:
7 *Ideo dico vobis,ne ſoliciti ſitis animæ veſtræ quid manducetis, neque corpori veſtro quid induamini.* Sed fiduciam in Deo ſtatuendam eſſe,qui volatilia cęli etiam paſcit.Superfluam nempè ſolicitudinem comprimere voluit Dominus; quando homo in tantum his quærendis occupatur, vt à Spiritualibus debitis impediatur; vel etiam talia abundantius quærit,quàm neceſſaria ſint.Non quòd ordinatè non debeat ſibi homo proſpicere, quæ ad vitam neceſſaria fuerint. Eſſet enim Deum tentare; vel ignauiter ſe habere. Vt
8 idem *Carthuſian ibid.* aduertit. Hinc propterea ſolicitudo illa viris Eccleſiaſticis,vacātibus ob obtinentium ſupremum diē,beneficijs, vel per concurſum, vel per gratiam, vel etiam iuſtitiam obtinendi illa,vt neque à litibus ſe temperent,vt habeant vnde honeſtè vitam ſubſtentare valeant, ad *text.* Sacroſanctæ Tridentinæ Synodi *ſeſſ.24.cap.17*
9 *de reformat.* Neque enim niſi magnis laboribus beneficia acquiruntur Eccleſiaſtica, Clemens V.vt loquitur *in cap ſuper hoc 5.de renunciat.*

Cum vacaſſet itaque ſimplex beneficiū ſub inuocatione Sanctorum Nicholai, & Antonij de iure patronatus laycorum,& illorum de familia de Iordanis*(delli Giordani)* in Parochiali Eccleſia Villæ Paſcharolæ Auerſanen diœceſis, quod vitæ terminum feciſſet D. Franciſcus de Iordano vltimus, atque immediatus illius poſſeſſor. Duo fuerunt, qui ad illud, factis coram Ordinario Auerſanen per compatronos præſentationibus,contendere: Clericus Franciſcus Piſanus ex vna;atque R.D.Octauius Cappella Parochus Parochialis Eccleſiæ Caſtri Caſælucis Auerſanen quoque diœceſis ex altera. Verum Piſanus, vt primùm præſentationes obtinuit, ad Sanctiſſimum Dominū noſtrum Papam, vt pro medietate vocum, ex alia parte derogationem obtineret,recurſum habuit; vt obtinuit. Bulliſque coram Vicario Generali Illuſtriſſimi Epiſcopi Auerſanen Ordinarij præſentatis,vt benefi-
10 cio potiretur, iuſtificare vtique eum oportuit gratiam, quàm impetrarat derogationis pro medietate,ne vti ſubreptionis vitio notaretur, *cap. ſi proponente 42. extra de reſcript. cap. ſi motu propio, 23. de præbend. in 6. Abb. per illum text. in cap. circa 6. in 2. notab. nu. 3. de conſanguinit.& affinit. Franciſ. Ripa in cap. ex parte 2.num.29.de reſcript. Marius Antonin. Maceraten variar. reſolut. lib. 1. reſolut. 3. num. 15. Rota in recent. part. 2. tom. 1. deciſ. 251. num. 2.& apud Card. Manticam deciſ. 358. num. 4.& in Vrgellen Canonicatus 21. Maij 1593. coram Cardin. Blachetto apud Marcheſan. part. 1. fol. 472. deciſ. 52. num. 3.& d. par. 2. tom. 1. in recent. deciſ. 443. num. 2.& part. 1. tom. 2. in recentioribus deciſ. 707. num. 1. & apud Viuianum deciſ. 84. num. 11. & ſeq. & num. 15. & deciſ. 110. & part. 5. diuerſorum nouiſſimarum deciſ. 285. num. 4.*

11 Quia profectò ſemper in reſcriptis indita videtur, atque ingeſta Clauſula illa, (ſi preces veritate nitantur.) *d. cap. ex parte 2. in fin.& cap. fin. de reſcript. l. fin. in fin. de diuerſis reſcriptis. Rota apud Cæſarem de Graſſis deciſ. 12. num. 1. de probat. Put. deciſ. 213. lib. 2. Mariſcottus variarum reſolut. lib. 2. cap. 1. num 81. & num. 105. Rota apud Card. Seraphin. deciſ. 358. num. 1.& 4.& apud S. memo Gregor. XV. deciſ. 314. num. 1. & apud Cardin. Manticam d. deciſ. 358. num. 4.*

Iuſtificauit autem ſecundum ea omnia,
quæ narrata fuerant, quæue, vt iuſtificaren-
tur, oportebat; inter ea verò, à medietate
12 ſaltim compatronorum ſe præſentatum
fuiſſe, atque in tempore à iure ſtatutum,
ſeq. habilem, & idoneum ad ſimplex illud
beneficium obtinendum, vt inſtitutio, ſeu
collatio ſequi potuiſſet. *cap. quoniam, 3. cap. ſi
verò 12. cap. ex inſinuatione. 14. & cap. conſul-
tationibus 19. de iurepatronat. Rota in recent. p. 1
tom. 1. deciſ. 224. nu. 1. & tom. 2. ead. part. 1. deciſ.
680. num. 3. & part. 2. tom. 1. d. deciſ. 433. num. 2.
in Lucana Cappellaniæ 22. May 1613. coram
Damaſceno. apud Cardin. Seraphin. deciſ. 1161.
num. 10. & 11.*

Iuſtificauit autem ſic. Minicus de Iorda-
no in ſupremis tabulis anno 1528. ſcriptis,
Cappellam præfatam ſub inuocatione San-
ctorum Nicholai, & Antonij conſtrui, atq;
in Titulum erigi beneficij Eccleſiaſtici de
iurepatronatus laycorum, mandauit. Hære-
desque dixit pro parte quidem Iulium, Ga-
brielem, & Bernardinum de Iordano Fra-
tres. In altera verò Nardum, Sabatinum,
Antonellum, Ioannemque de Iordano ne-
potes. Cauitque; *vt in iure præſentandi in Cap
pella prædicta ſuccederent omnes de domo de Ior
dano pro rata.*

Quinaque Clericum Franciſcum Piſanũ
præſentauere, fuerunt ex ſupra nominatis
omnes deſcendentes: vt puta Maria de Ior-
dano, Nicholaus, Iulius, Nardus, Sabbati-
nus, Nicholaus Franciſcus, Antonellus, Ber
nardinus, Pompeus, Carolus, & Carluccius
de Iordano. Acceſſitque Victoria de Iorda-
no, quæ cumulando etiam hunc Clericum
præſentauit, vt penè omnes cõpatronos, ne
dũ integrã medietatẽ pro ſe habeat. Excep
tis tamẽ ex Sabbatino, & per eũ ex Antonel
lo deſcendẽtes, qui D. Ottauium Cappellã
præſentauere. Quin imò ex Antonello pro
cedentes inter ſeſe diuiſi ſunt, hunc noſtrũ
Clerum, Piſanum præſentantes.

Non plaudat igitur ſibi Cappella, præ-
ſentatum ſe fuiſſe à Lucretia Commone
Vidua quondam Cæſaris de Iordano ma-
tre, atque tutrice filiorum eiuſdem, longa
13 ſatis ſerie recenſitorum. Pro vna porrò eo-
rum patris voce omnes illi computantur in
ſtirpes, non in capita. *Clement. plures 2. de iure
patronat Ioan. Baptiſta Ferrettus conſ. 131. nu.
4. & 5. lib. 1. Caluaccun. in repertorio lib. 1. deci-
ſionum Piuizanen. verbo iuſpatronatus num 5.
Rota in recent. part. 2. tom. 1. deciſ. 251. nu 5.*

14 Præter quàm quod neque deſcentia pro
batur Cæſaris eorum patris, quamuis de fa-
milia de Iordano ſit, vt non ſufficiat eum
deſcendentem aſſerere, niſi, à quo ex voca-
15 tis deſcenderit, pariter probatum fuerit.
Cùm quod facta ni probentur, non præſu-
muntur, *l. in bello 12. §. facta, ff. de captiuis, &
poſt limin. reuerſ. Barboſ. in locis communibus lit
tera F. num. 6.*

16 Tum, quòd deſcendentia in hac parte
formiter probanda ſit, nominum, cognomi-
numque eorum, à quibus deſcendebant, ac
matrimoniorum expreſſione facta; iuxta
deducta in *Veliterna iuriſpatronatus. 16. Fe-
bruarii 1609. coram Eminentiſſimo Cardin. Ca-
ualerio, deciſ. 46. n. 3. & in eadem coram eod. 22.
Maii 1609. deciſ. 61. ſub num. 2. & deciſ. 382. nu.
2. & 3. & in Parmen Prioratus 12. Ianuarii
1590. coram Card. Mantica deciſ. 88. num. 2.*

17 At ſatis, ſuperque noſtro eſt Piſano; qui
eum præſentauerunt, ab ijs deſcendere pro
baſſe, qui in quaſi poſſeſſione ſunt iuris præ-
ſentandi, quamuis à primis fundatoribus
deſcendentiã nõ probaſſet. *Rota apud Card.
Seraphin. deciſ. 1334. num 8. & apud Card. Ca-
ualer. d. deciſ. 382. num. 1. & in recentiorib par. 1.
tom. 1. deciſ. 347. num. 1. & part. 2. tom. 1. deciſ.
146. num. 2. & deciſ. 337. num. 3. & apud S. me-
mor. Gregor. XV. deciſ. 349. num. 1. & deciſ. 452.
num. 17. vbi etiam Beltramin.* & dictum fuit
in *Regien Iuris patronatus 10. Iunii 1623. corã
Pirouano deciſ. 17. num. 4. apud Viuianum in
praxi iurispatronatus,* & alias ſæpiſſimè. & *in
Mediolanen iuris patronatus 8. Iunii 1618. co-
ram eodem Pirouano deciſ. 74. num. 1. apud eun-
dem Viuianum. Lutterius de re beneficiaria lib. 2.
quæſt. 11. num. 119.*

Hanc ob cauſã obſtaculũ haud facit: Mi-
nicũ primũ fundatorẽ diſpoſuiſſe; vt *in iure
præſentandi in Cappella prædicta ſuccederent
omnes de domo de Iordano pro rata.* ſat proin-
de fuiſſe dictum Cæſarem eſſe de domo de
Iordano.

18 Verbum porrò illud (*de Domo*) nedum
familiam, verùm, & parentelam compre-
hendit; vt non ſufficiat eſſe quem de fami-
lia, ni & de gente, ac parentela fuerit, ſiue
maſculi, ſiue fœminæ ſint; omnes enim
compræhendi., & natos natorum, & qui na-
ſcentur ab illis. Audi (quæſo te) Vlpianum
*in l. pronunciatio 195. §. familiæ appellatio. circa
fin. de verborum ſignificat.* ſequentibus dicen-
„ tem: *Rectè eiuſdem familiæ appellabuntur, qui
„ ex eadem domo, & gente proditi ſunt.* Ex gente:
ſcilicet cognatione, & parentela, explicat.
*Gloſſ. ibid. Anton. de Butrio in cap. per venerabi-
lem 13. qui filij ſint legit. num. 21.* allegat *text. in
l. cum vnus. 10. in fin ff. de aliment. & cibar. lega.*
Ibi: libertis conſulens domum ſequi maluit.
Domum id eſt familiam *Gloſſ. ibidem* expli-
cat. Siue etiam pro conſanguinitate, atque
omnes per eam deſcendentes accipi malit.
19 Quemadmodum hæredis nomen, hæredẽ
hæredis comprehendere docet ibidem Pa-
pinianus. Sequiturque perpenſionem hanc
*Calcanenſ conſ. 8. nu. 5. Ioannes Baptiſta Ferrett.
d. conſ. 134. num. 3. lib. 1. Rota in recent. part. 2.
tom. 1. deciſ. 282. num. 2. Eminentiſſimus Card.
Mantica de coniectur. vltimar. volunt. lib. 8. tit.
12. num. 17. Peregrin. de fideicommiſſ. art. 22. nu.*
27.

Digitized by Google

27 *Molin.de Hiſpania primogen.lib.3.cap.4.nu.
9.Gratian.forenſ.diſceptat part.2.cup.218.num.
19.& part.4.cap.645.num.1.cum ſeq.& part.5.
cap.901.num.18. Card.Tuſcus tom.2. littera B.
concluſ.618.num.2.* Vt naturales etiam com-
20 prehendat, ſiue maſculos, ſiue fœminas, nō
tamen ſpurios, quòd hi certum non habeāt
patrem, ſecundum *Alciat. d. l. pronunciatio.
verſ.ex eadem domo.* quem ſequitur *Carocius
deciſ.41. num.2. 3. 4. & 5.cum ſeq.& num.21.
Molina d.cap.4.num.8.& 9. ac num.10. Pere-
grin.eod.art.22.num.27.*
21 Conſanguineorum quippè, ſiue agnato-
rum, gentilium, & proximorum nomine,
omnes, qui eadem ex gente ſunt, & ſangui-
ne, ſiue maſculi fuerint, ſiue fœminæ, com-
præhenduntur. *Carocc. dicta deciſ.41. num.2.
Molin.d.cap.4.num.9.& 10.Rota in recent.par.
2.d.deciſ.282.num.1.& 2.& apud S.mem. Gre-
gor.XV.deciſ.293.nu.3. cum ſeq. vbi etiam Bel-
tram.num.23.& deciſ.464.n 3.& 4.*
22 Non enim nouum eſt, neque naturæ re-
pugnans, quin ſatis illi reſpondens, ex ma-
ſculis prognatas fœmellas, ex eadem eſſe
agnatione, & familia. *l. voluntas patris.4.C.de
fideicommiſſ. Pariſ. conſ.51.num.12.vol.2.Rota
in recent.part.1.tom.2.deciſ.587.num.8.& apud
Duranum Epiſcopum Vrgellen. deciſ.8. num.7.*
23 Nuptę quamuis illę fuerint. *Ruinus conſ.153.
num.9.vol.2.Gabriel conſ.195.num.3.lib.1. Ro-
ta apud Card.Seraphin.deciſ.1438 num.2.Gra-
tian.forenſ.part.3.cap.530.num.17.& 18.Mar-
ta voto.71.nu.26.part.1.Ricius in praxi part.1.
reſolut.158. num.4.* quicquid alias *Guttierez
conſ.3. num.6. & 9.* dixerit, quem reiecit ex
Gabriele d. conſ.195.in 2.dub.nu.3.Riccius, vbi
ſupra paulò antè *d. reſolut.158.* diximus *reſ-
ponſ.16.num.6.& 7.part.2.*
25 In hac potiſſimum iuriſpatronatus ma-
teria, in qua etiam ex fœminis deſcenden-
tes de genere, familia, ſiue parentela eſſe di-
cuntur, atque in parentela comprehuntur,
ex *Caſsadoro deciſ. 1. de iure patronat.* ſequuta
fuit *Rota part.1.diuerſ deciſ.482.num.1. Tira-
quell.in legib.connubialibus part.1.Gloſſ prima,
num.38.*
26 Quicquid alias fortaſſe fuerit in caſu, quo
teſtator bona in familiam conſeruari man-
daſſet. ad *text. in l.1. ff.de iure immunitat. Co-
uarr.in cap.Raynald.in princ.num.13.de teſtam.
Molina d.cap.4. num.8.9. & 10. Gabriel. tit. de
verborum ſignificat.concluſ.6.in 4.limit. nu.60.
verſ.3. infertur. Portius Imola lib.2.concluſ.7.
in prima limit.verſ.limita,vt per Marianum.Ro
ta in recent.d. part.2. d. deciſ.282. num.4. cum
ſequent.*
Non itaque mirere, ſi in eorum ſerie, qui
Piſanum coram Ordinario Auerſano præ-
ſentauere, ex fœminis non nullas connu-
merauimus. Cùm illas à iure patronatus
haud excluſerit, quin admiſerit fundator.
27 Verùm, (fac neque de illis meminiſſet,) nō
propterea ſecluſæ illæ fuiſſent, vbicunque
ſuorum anteceſſorum hæredes eſſent, ſiue
ex teſtamento, ſiue ab inteſtato. Ea planè ra-
28 tione, vt promptiores ad Ecclesias ædifican
das fideles redderentur, quod Eccleſiarum
fauor eſt. *cap.quoniam.3.de iure patronat. Cal-
derin. conſ.4. de iure patronat.* quem ſequitur
*Ioann.Baptiſta Ferrett. d.conſ.131. num.11. &
num.15.Ricius d reſolut.158. num.3. cum ſequ.
Rota apud Caputaquen.deciſ.230.num. 2.part 1.
Rota in Lucana Iuriſpatronatus 20.Iunij 1602.
coram Eminentiſſimo Cardin. Mellino deciſ.12.
num.1.apud Viuianum.*
29 At ea iuriſpatronatus hæreditarij vis, na-
turaque eſt, atque dignoſcitur, vt ad illud
omnes admittantur, quamuis extranei: mo-
dò hæredes ſint, ſiue maſculi, ſiue fœminæ.
*Roceus de iurepatronat.verbo ipſe, vel à quo nu.
17.quæſt.8.Abb. conſ.54. num.4. part.1. Pariſ.
conſ.48.num.4. & 9. vol.4. Monaldus conſ 47.
num.7.& 8.vol.2. Garſias de benefic. part.5.nu.
9.num.143 Caſsador.deciſ.1.de iuripatronat.Ri-
cius d.reſolut.158.Maceraten variar.reſolut.lib.
1.reſolut. 60. num.1. Viuianus in praxi iuriſpa-
tronat.part.1.lib.4.cap.2.num.11. Caluaccanus
deciſ.28.part.3.num,4.Claud.Tutius quæſt.4.de
iure patronat.n.6.*
30 In dubio vero hæreditarium potius, quā
gētilitium ius patronatus præſumitur, cùm
illud ex natura rei accedat, vt ad hæredes
tranſeat quoſcunque; hoc verò non vtique
niſi probetur, atque gētilitium oſtendatur,
Epiſcopi aſſenſu accedente. *Cardin.in d.cle-
ment.plures,nn.6.in 6.quæſt. & Ancharan.ibid.
num.5.in 2.notab.cum ſeq. de iure patronat. per
text.ibidem* ibi: relicti hæredes, vbi *Gloſs.* ex-
plicat: *ſui,vel extranei,cùm non diſtinguat.* Se-
quiturque *Lambertin.de iurepatronat. part.2.
lib.1 in 2.quæſt.princip.per tot.potiſſimum num.
15 cum ſeq.& num.23.Calderin. d. conſ.4.circa
medium:* ſatis aptè dicens: *Ergo per cōſequens à
iure hæredibus defertur ius patronatus, poſito
quod ipſum illis non reſeruauerit.* Hæc ille. ſe-
quiturque Doctiſſimus ille Præſul infula-
rum decus *Didacus à Couarruias variarum
reſolut.lib.2.cap.18 num.6.Rota apud Card.Se-
raphin.deciſ.456.num.1. Rota in recent. part.1.
tom.2.deciſ.482.num.6.& deciſ.675 num.1.ead.
part.& deciſ.707.nn.7.ead.part.Gratian.forenſ.
part.3.cap.577.num.44.in fin. & num.45. Vi-
uianus in praxi iuriſpatronatus d. lib.4. cap.2.
num.4.& 2.& deciſ.84.num.13. apud eundem.*
31 Potiſsimùm verò ſi ad præſentandum fæ-
minæ admiſſe fuere; *Rota in recentioribus par.
2 d.deciſ.707.num 6.& part.5. diuerſorum no-
uiſſimarum deciſ.362.n.9.*
32 Tum prætерea, quòd ex antiquo tempo-
re ſemper vti hæredes compatroni ad ius
hoc patronatus præſentauere, etiam ſi vti
deſcendentes præſentaſſent, namque miſtū
præſumitur, (hæreditarium ſcilicet, & ex
pacto, & prouidentia) *Rota apud Seraphin.d.*

*deciſ.456,num.5.*meminimus, *d.reſponſ.noſtra 16.n.19.& 20.*

33 Hæc proinde obſeruantia id ex ſe opera-
tur, vt iuſpatronatus hæreditarium magis,
quam gentilitiũ præſumi faciat,ſemper alias
cum vti hæredes præſentauerint,non vti ex
familia. *Aymon conſ.211. num.8. Ioſeph Ludo-
uicus concluſ.38.verſ.infertur 4. Rota in recen-
tiorib.part.1.d.deciſ.282.num.3. & num.10. &
part 2.tom.1.deciſ. 308. num.2 & tom.2 deciſ.
756.num.1.in fin.& apud S.memor.Gregor.XV.
deciſ 280.num.5.& deciſ.502.num 10.Surd.de-
ciſ.129.num.18.in fin.& num.19.Gratian part.
3.cap.521.nu.17.18.& 19.cum ſeq. & cap.577.
num.46.Maceraten variarum lib.1.d.reſolut.3.
num.8.*

Iuſtificauit, itaque ex his omnibus Piſa-
nus gratiam derogationis pro medietate,ſe,
ne dum à medietate patronorum præſen-
tatum fuiſſe oſtendendo, neque per ſom-
nium, ſed luciduſſima, quin mathematica
demonſtratione; verum etiam, & à maiori
34 eorum parte,vt inſtitui propterea deberet,
quanquam derogationis gratiam minime
obtinuiſſet ad *text.in cap.quoniam 3. vbi Abb.
nu.3. de iure patronat. Rota p.2. diuerſorum de-
ciſ.117.num.1.& in recentior.part.2 tom.1.de-
ciſ.146.num.4 & deciſ.202.nu.1.& apud Card.
Manticam deciſ.86.num.4. Ricius in praxi part.
1. reſolut.173.num.1. nos reſponſ.47. num 10.
part.2.*

35 Exequi proinde gratia debet, quæ iuſtifi-
cata fuit,cum exequutionem ſibi annexam
habeat,propter eius,qui illam dedit,reuerẽ-
tiam,adinſtar *l. fin. C. de edicto Diui Adriani
tollendo* ad *text.in c.ſi capitu.5.vbi Gloſſ. verbo
exequatur,de præbend.in 6.Rota apud S.memor.
Gregor. XV deciſ.221 num.2. & apud Cardin.
Caualer.deciſ 148.num.1.& deciſ.363. num.4.
& deciſ.639.n 1.*.

Prætertim vero, quòd Cappellæ, præter
quam quod neque à medietate præſenta-
36 tus fuit, obſtaculum non minimum faciat,
quòd beneficium obtineat parochiale, atq;
ſufficiens, vt alterius incapax reddatur, ad
textum Sacroſanctæ Trident. Synodus *Seſſ.
24.cap 17 de reform.* Saltum ad retinendum,
37 & ſi non ad obtinendum,vt dictum fuit in
Rota *apud Cardin.Seraphin.deciſ.774. num.2.*

38 Ex hoc vno igitur, quando cætera alia
paria eſſent,præferendus eſſet Piſanus Cap-
pellæ, quod ipſe nullum, hic ſaltim Cura-
tum obtinet beneficium,illudque ſufficiẽs,
vt poſt alios,Rotę deciſiones referens,dedu
cit *Garſias de beneficiis par.7.cap 9.num.12. &
13.* Sitque hoc ſatis conforme Eccleſiaſti-
cæ oeconomiæ,atque diſtributiuæ iuſtitiæ,
ne vnus plurium loca infructuosè occupet,
39 neque aliorum, non habentium, victum
præcipiat, quod abſonum admodum æſti-
40 mauere Patres in Sacroſancta Tridentina
Synodo congregati, quin Spiritus Sanctus,
qui Sanctam illam Synodum,toto orbi om
nimodo neceſſariã,coëgit,*d.cap.17.ſeſſ.24.de
reformat.*

Atque ita ex his cenſoris ſupercilio ſu-
bijectis,reſpondendum cenſui.

CAROLVS MARANTA I.V.D.
Aduocatus.

Piſano Beneficium per gratiam deroga-
tionis pro medietate adiudicatum per Cu-
riam fuit Epiſcopalem Auerſanam; atque
ita poſtmodum exequutum, Cappella, qui
malam agnouerat cauſam,ſilente.

SVMMARIVM.

1 *Inſolita quæcumque ſuſpecta habentur. ipſa etiam beneuolentiæ ſigna, num.2. Sic Iudas inſolito obſequio Magiſtrum, & Dominum Iudæis tradit,ac prodidit.*

3 *Inſolita fraudis ſuſpitionem faciunt.*

4 *Suſpecta habentur omnia, quæ à comuni deuiant incedendi itinere. Cum alias via regia incedendum ſit.*

5 *Inordinatum nihil, neque confuſum fieri debet.*

6 *Inordinatum omne,peccatum eſt.*

At quæ à Deo,ordinata ſunt.

7 *Sixtus Secundus Papa Martyr. fuit anno* 265.

8 S.*Laurentius fuit leuita Sixti Secundi.eiuſq; conſtantia dum vreretur.*

9 *Sixtus Quartus de Ruuere ex ordine Minorum S. Franciſci, fuit anno* 1471. 12. *annos vixit in Pontificatu.*

Et fuit denũciatus Pontifex 9.Auguſti 1471 *num.62.*

10 *Turpe eſt ignorare id, in quo quis verſatur.*

11 *Subſtantia,ac rei veritas vbi habetur, non eſt aliud inquirendum, neque attenditur nuncupatio.*

12 *Errare data opera dicitur, atque præſumitur,qui iteratò errauit. pluribus illuſtratur.*

13 *Repetitio cònuitij malum indicat animum:*

14 *Mulier iterato pro alio intercedendo, Velleiano non iuuatur.*

15 *Epiſcopum ignorare Pontificis regnantis nomen; intollerabile, atque inueriſimile, & num.20.*

16 *Veritas vna eſt,neque poteſt in plura diuidi.*

17 *Falſitas veritati præiudicat. quia vnum alteri opponitur.*

18 *Fallacia omnis à veritate prorſus aliena eſſe debet.*

19 *Sanguis, & aqua ex latere Chriſti profluit, non flegma.*

21 *Inſtrumenti fidem ſuſpitiones manifeſtæ minuunt.*

In Ciuilibus tamen.

22 *Inſtrumento (pelli animalis mortui) quod credatur; quaſi miraculum habetur.*

23 *Tabellionis officium contra Ius eſt.*

24 *Fidem qui perdit, nihil poteſt vltrà perdere.*

25 *Scriptura, vt authentica ſit, multa requiruntur.*

Multaque ſunt, quæ ſcripturæ fidem detrahunt. num. 26.

27 *Menſe Martio frigus erat, quando paſſus fuit Chriſtus Dominus noſter.*

28 *Epiſcopus in quacumque ſuæ diœceſis parte morari poteſt: ibique. Iura reddere.*

Debet tamen cum dignitate fieri, num. 29. ne vileſcat.

30 *Poſſe id dicimur, quod ſeruato dignitatis honore, & perſonæ licitè poſſumus.*

31 *Epiſcopatus non eſt dignitas, ſed Dignitatum culmen.*

32 *Epiſcopi Principes ſunt Eccleſiarum.*

33 *Robertus Cardinalis Bellarminus celebratur.*

34 *Locus pſalmi 44. 17. Pro patribus tuis nati ſunt tibi filii, expenditur.*

35 *Aloyſius Sanſeuerinus Princeps Biſiniani celebratur.*

36 *Epiſcopi in locum ſucceſſere Apoſtolorum. Sunt itaque Principes.*

37 *ſubrogatum naturam ſapit ſubrogati.*

38 *Inuerisimile quod eſt, falſitatis ſpeciem habet.*

39 *Sententia ſi non feratur in loco decenti, ſed turpi, nulla eſt.*

40 *Adagium. Nũquid, & Saul inter Prophetas? & ex Sapientibus octauus.*

41 *Sedere cum Iudice pro Tribunali, neque Clariſſimis Viris permiſſum.*

42 *Falſæ præſumuntur, quæ à conſueto deuiant modo aliorum.*

Et à ſtylo ordinario, num. 64.

43 *Inſtrumentum falſum arguitur, ex inuſitato dicendi, ſcribendique modo. vel ſi non ſeruetur ſtylus Notariorum, n. 44.*

45 *Sententiam Iudex ex ſcripto recitare debet.*

Limita in Epiſcopo, n. 46.

Et ob conſuetudinem in contrarium, n. 47.

48 *Memoria hominum labilis, & infirma; non igitur ei fidendum.*

Seneca in iuuentute maximę fuit memoriæ. Ita Hippius apud Platonem, ac prę ſertim iuuenis quidam Corſicus genere.

49 *Clauſulę (vocatis vocandis, & ſi per informationem huiuſmodi ita eſſe repereris) iudicem miſtum faciunt, vt cauſa cognita procedere debeat.*

50 *Sententia manu Iudicis ſubſcripta eſſe debebit.*

Alioquin nulla, neque ſententia ęſtimatur, num. 52.

51 *Acta iudicii ſcripto extare debent, ne partibus prę iudicium inferatur.*

53 *Notarius, de quo rogatus non fuit, neque fidem facere poterit.*

54 *Negatiua facti, ex reuolutione actorum probatur.*

Quia omne, quod in actis ſcriptum non repetitur, actum non prę ſumitur, n. 55.

56 *Sentẽtia legi, ferri, & publicari debet, vt ſententię effectum habeat.*

57 *Aſſenſus Apoſtolicus requiritur in alienatione bonorum Eccleſiæ.*

Alioquin omnia nulla euadunt.

Ita quoque decretum, atque diligens inquiſitio vtilitatis Eccleſiæ.

58 *Notario atteſtanti vltrà officium ſuum, non creditur.*

Vt puta de verbis enunciatiuis.

Neque aſſerenti interueniſſe cauſæ cognitionem, num. 59.

Neque Epiſcopi aſſertioni ſtatur, ni aliunde conſtet. d. nu. 58.

60 *Fundamento ſubmoto, omne, quod ſuper extructum eſt, corruit.*

61 *Notarium memoria retinuiſſe omnia geſta, atque dicta inter partes, vt ea poſt modum in inſtrumentum redigeret, inueriſimile eſt. vnde ei credendum non eſt, quia ſicuti in vno errare potuit, ita & in altero, nu. 67. magiſque id diuinitatis ſit, quam mortalitatis, memoria omnia retinere.*

63 *Officiales Datariæ Papæ non præſumuntur errare in annis Papæ regnantis.*

Quin magis præſumptio eſt pro ipſis, quod rite ſuo fungantur officio, n. 65.

66 *Officio ſuo quiſque rectè defungi debet.*

Alioquin peccat, ſi ignoret ea, quæ ad illud neceſſaria fuerint rectè exercendum.

68 *Error ex errore ſequitur.*

69 *Notarii vaſſalli in Regno, ex capitulo Ladislai*

diſlai Regis, inſtrumenta rogare, vel pro, vel contra Dominos Terrarum, in quibus degunt, prohibentur.

Alioquin omnia nulla, & inualida erunt.

70 *Nullum quod eſt operari nihil poteſt.*

Licitè proinde ei obluctamur quod nullum eſt, & contra legem factum.

71 *Partes ſunt, quæ concordant inter ſe, quæ loqui, atque paciſci debent, non Notarius.*

72 *Pactum quid? ex Vlpiano.*

73 *Confeſſio procuratoris ſponte ſua facta in iudicio, Domino non nocet.*

74 *Notarius, de quo rogatus non fuit, inſtrumentum conficere minime poteſt.*

Neque atteſtationem dare.

Et de eo ſolùm, quod coram eo geſtum fuit, inſtrumentum conficere, n.75.

Et de illo tantummodo ſe rogare, num.76. & num.89.

Neque inſtrumenta rogare poterit de his, quæ tempore rogitus non interfuere, n.77.

Quod ſi fecerit, fides ei non præſtabitur.

Non ſtabitur itaque Notarij aſſertioni, niſi de his, quæ actu interfuerunt; atque geſta coram eo fuere, n.78.

77 *Intriuio eſſe quid ſit? elucidatur.*

79 *Confeſſio in iudicio facta, calore iudicij firmitatem habet.*

Oportet autem, vt confeſſio certa ſit, non ambigua, n.80.

Alioquin non æſtimatur, nu. 81.

82 *Obligationes ſunt, quæ partibus obligatis obſunt, non inſtrumentum.*

Quia iuſtrumentum nõ eſt obligatio, ſed eius probatio.

83 *Veritati præſumptio cedit.*

Et ipſi ſcripturæ veritas præualet.

84 *Actuarius Notarius non niſi de ſententia rogare ſe poteſt, cum illa profertur à Iudice.*

Sententia vero ſi ſcripta non fuerit, nihil eius atteſtatio præſtabit, n.85.

86 *Sententia nulla, nullum producit effectum.*

87 *Effectus à cauſa producente pendet.*

88 *Cauſa vbi non eſt, neque effectus erit.*

89 *Notarius quod non dicit, neque nos dicere oportet.*

91 *Notarius, cum ſit perſona publica, publicè rogari debet, de his, quæ gerenda erunt.*

Rogari vero debet à partibus, vel ſaltim ab altera earum, n.93.

Et de quibus rogatus fuit acta edere n.94.

92 *Actus à voluntate ſpecificatur, & nomen recipit,*

ARGVMENTVM.

Ex quibus inſtrumentum ſuſpectũ reddatur, ut fides ei minime deferatur? multa non inutiliter proferuntur. Et de quibus Notarius ſe rogare in inſtrumento ualeat? & num Epiſcopus ſententiam ex ſe legere debeat? & quomodo confeſſio in iudicio facta firma ſit? non iniucundè diſſeruntur.

RESPONSIO LXXXIV.

1 INſolita quæcunque ſuſpecta æſtimari conſueuere. Neque enim finitatem habent, modum excedẽtia; iuxta illud *Seneca in Oedipo.* dicentis:

Quicquid exceſſit modum,
Pendet inſtabili loco.

augumento, *text. in l. ſi quis ita 6. & l. ſi quis ſub conditione 7. vbi Gloſſ. 1. ff. de condition. inſtitut. Neuizan. conſ. 52. num. 56. Gonzalez ad 8. regul. cancellar. gloſſ. 36 num. 86 Barboſ. de clau-*
2 *ſulis clauſ. 73. num. 1.* Hinc ſanè eſt, quod ipſamet beneuolentiæ ſigna, cùm intempeſtiuè præſtantur, ſuſpitionem quandam ex ſe redolere videntur; ſicut apud Græcos prouerbij vicem obtinuit illud.

Par odio importuna beneuolentia.

Et Ennianum illud, optimo iure à Cicerone laudatum, *lib. 2. de officijs: Benefacta malè locata,* (dicente) *malè facta arbitror.* Sic Iudas inſolito obſequio Magiſtrum, & Dominũ Iudæis tradidit, ac prodidit; *Quemcũque oſculatus fuero ipſe eſt, tenete eum. Et confeſtim accedens ad Ieſum dixit: Aue Rabio. Et oſculatus eſt eum. Matth. 26. 48. & 49.*

3 Inſolita, ergo, quæ in inſtrumento congeſta conſpiciuntur, inter Excellẽtiſſimum D. Principem Biſiniani quondam, anno 1475. & Archimandritam Monaſtrij Sancti Adriani Ordinis S. Baſilij Roſſanen diœceſis ſuper concordia inter partes ipſas tunc temporis inita, non minimam fraudi ſuſpitionem faciunt, argumento eorum, quæ Innocentius Tertius Helienſi Epiſcopo ſcribit *in cap. paſtoralis 8. in fin. de fide inſtrument. Verum* (dicens) *ſi iuri communi ſit diſſona,* (de decretali epiſtola Papæ verba faciens) *ſecundum ipſam non iudicet, ſed ſuperiorem conſulat*
4 *ſuper eam.* Sic Summus Pontifex. Suſpecta

quippe

Digitized by Google

quippe habentur omnia, quę à communi,
vſitatoque deuiant incedendi calle, cum
alias in peragendis negotijs via regia ince-
dendum ſit. Idem vt conſuluit Vercellēſi
Epiſcopo Innocentius tertius in *cap. qua-*
liter, & quando 17. circa fin. de accuſationib.
Quoniam ex his, quæ inordinatè ſunt acta,
non poteſt ordinabiliter agi, vt idem In-
nocentius *eodem cap.* (paulo ante prænar-
rata verba) loquitur. Argumento *tex.* Diui
Auguſtin. *in can. neq; enim ſi agri ſ. 9. 15. q. 5.*
quem etiam refert *Gloſ. d. cap. qualiter, &*
quando 15. verbo inordinatè. Hanc proinde
5 ob cauſam inordinatum nihil, neq; con-
fuſum fieri, præcepit Imperator in nouel-
lis in *authent. de hæredib. & falcid. collat. 1. §.*
inordinatum verò. Rationemque reddit
ibidem *Gloß. verbo confuſum. Quia* (dicens)
6 *omne inordinatum, eſt confuſum.* Quod verò
inordinatum eſt, peccatum eſt, argumento
eorum, quæ Sanctus Apoſtolus Paulus ad
Roman. 13. 2. loquitur, dicens: *Quæ autem à*
Deo ſunt, ordinata ſunt. Inordinata igitur
erunt, atque confuſa, quæ à Deo non ſunt.
peccatum proinde. Sequiturque Bonifa-
cius Octauus in *extrauag. unam ſanctam. 1. §.*
oportet autem. de maior. & obedient. inter co-
munes. Nauar. de finibus human. actuum in
princip n 8. in fin. Quid enim inordinatum
dici poteſt aliud, quàm:

Non bene iunctarum diſcordia ſemina re-
rum?

vt *Ouid. 1. metamor.* loquitur: Diſcordia ve-
rò peccatum eſt. Quicquid igitur inordi-
natum eſt, (vti in diſcordia fundatum)
peccatum erit.

Diſpendamus itaque quæ huiuſmodi
inſolita in inſtrumento præfato leguntur,
vt ex illis deinde, quæ fides ſcripturæ præ-
ſtanda fuerit, dignoſcatur. Et planè, quod
primo in ipſo veſtibulo occurrit, eſt; quòd
Notarius aſſerit ſcriptum fuiſſe inſtru-
mentum præfatum *anno à Natiuitate Do-*
mini 1475. Pontificatuſque Sanctiß. Domini
N. Sixti diuina prouidentia Papæ ſecundi, anno
7 *quarto ſol. 1. in inſtrumento.* Sixtus verò ſe-
cundus, natione Athenienſis, ac 25. à S. Pe-
tro Pontifex, anno Domini 265. vixit in
Pontificatu menſes vndecim; Vir ſanè
Doctiſſimus, ſimulq; Sanctiſsimus, qui ex
Gentili Philoſopho ad Chriſtianam fidem
conuerſus pro ipſa Chriſti Domini noſtri
fide in perſecutione Valeriani gladio ani-
8 maduerſus, martyrij coronam accepit. Hu-
ius Leuita fuit Sanctiſsimus ille Lauren-
tius, qui in craticula ſuperpoſitus dum
vreretur, ad impiiſſimum Tyrannum ſtu-
penda illa protulit: *Aſſatum eſt iam, verſa,*
& manduca. Vt oſtenderet, quòd igne in
cenſus charitatis Chriſti, externa ipſa ignis
tormenta flocci pendebat: ita eſt legere
apud Romanum Martyrologium die 6.
& 10. Auguſti, vbi *Cardinalis Baronius in*
obſeruationib. & Franciſcus Sanſouinus in
chronologia Mundi d. anno 265. fol. 31.

9 Anno autem 1475. Sedem obtinebat
Sixtus Quartus de Familia à Ruuere Pa-
tria Sauonenſis ex Ordine S. Franciſci, qui
renunciatus fuit Pontifex poſt Paulum ſe-
cundum Venetum, anno 1471. ducenteſi-
mus vigeſimus à S. Petro, vixitque in Pon-
tificatu annos duodecim, dies quatuor.
ſecundum eundem *Sanſouinum in Chrono-*
logia fol. 66. Secundum verò Onufrium
Panuinium de Romanis Pontificibus
fol. 318. annos tredecim, dies quinque.

Duo itaque in hoc vno admiſit pecca-
ta, nec contemnenda, Notarius; & in Pon-
tifice Sixto ſecundo; & in annis Pontifica-
tus, anno quarto, cum 11. tantum menſes
in illo vixerit. Intolerabilis igitur error in
Notario. Turpe enim illi fuit ignorare id,
in quo verſabatur: iuxta Quinti Mutij re-
ſponſum ad Seruium Sulpitium apud
10 Pomponium *lib. ſingulari enchiridiō in l. 2.*
§. ſeruius cum in cauſis ff. de origine Iur. &
Gloſſ. 1. in can. qui de menſa 10. 37. diſt. Eſt
enim ignorantia, eorum præſertim, quæ
nos ſcire oportet: (vt Sophocles inquit)
Fera robuſta, & non adeundum malum.

Neque inſtabis, vt Notarium excuſes:
fuiſſe hunc calami curſum, non mentis,
11 intellectuſq; errorem; excuſari proinde:
cum veritatem, reique ſubſtantiam tenea-
mus Pontificis Sixti, annorumque Domi-
ni, argumento *tex. in cap. tua nos 26. de ſpon-*
ſalib. Rota apud Card. Manticam deciſ. 254.
num. 2. Mariſcott. variar. reſolut. lib. 2. cap.
71. num. 8. Subſtantia verò rei vbi certa eſt,
nominis vna nuncupatio non attenditur
l. 2. §. ſed ſi ſint ff. ad ſenat. conſult. Tertyl-
lian. Rota in recent. par. 2. tom. 1. deciſ. 254.
num. 5.

Porrò quòd errorem hunc etiam Epi-
ſcopum admiſiſſe profitetur *fol. 2. in in-*
ſtrumento. Referens quippè aſſenſus Epi-
ſcopi ſententiam; dicentem illum inducit
ſequentibus:

In Dei nomine Amen, &c. *ſcilicet Anno*
Domini 1475. Pontificatus Sanctiſſ. Domini
N. Diuina prouidentia Sixti Papæ ſecundi,
anno eius 4. Data itaque opera peccauit,
qui repetitò errauit, vt ex Græcis quidam
12 dixit.

Bis perperam facere idem, non eſt viri
ſapientis.

& apud Zenodotum in collectanea ada-
giorum.

Iterum ad eundem turpe lapidem impin-
gere.

& Cicero *epiſt. famil. lib. 10. Culpa enim illa,*
(dixit) *bis ad eundem, vulgari reprehenſa*
prouerbio eſt. Nam primus error, (vel
Græco adagio) veniam meretur, iteranti
cul-

culpam venia dari non ſolet. Nec diſsimi-
liter, & ſi diſsimili metaphora *Horat. in poetica* vſus fuit.

„ *& Citaradus* (inquiens)
„ *Ridetur, corda qui ſemper oberrat eadem.*

Primus enim lapſus, vel caſui datur, vel
imprudentiæ: iteratus ſtultitiæ tribuitur;
aut iniuſtitiæ. vt quidam dixit. argumento
13 etiam *tex. in can. ſi quis iratus 4. 2. quæſt. 3.*
arguit enim ibi Fabianus Papa ex iteratio-
ne conuitij, iniuriandi animum adfuiſſe, &
ibidem *Gloſſ. verbo iterari,* ad *tex. in l. ſi mu-
lier 22 C. ad Senatus conſult. velleianum,* qua-
14 tenus habet: Mulierem etiam poſt annū
iteratò pro alio intercedendo, velleiano
non iuuari. Ex repetitione quippe actus,
pro ſe, ſuaque cauſa, obligatione ſe illigaſ-
ſe præſumitur. argumento, etiam *tex. in l. Balliſta 32. vbi Bald. & Doctor, ff. ad Senat. conſult. Trebell.*

Vel ex ſe ergo in vtraque parte Ponti-
ficis Sixti 2. nomen adiecit Notarius: & ex
repetitione, data opera erraſſe, conſpici-
tur. Vel verò in prima ipſe, in ſecunda
15 Epiſcopus, & ſatis inuerisſimile eſt, atque
intolerabile: Epiſcopum ignoraſſe, Pon-
tificem, qui tūc regnabat, ſedemq. implebat
Petri. *Præter* quàm quòd, ſi non Epiſcopus
verba illa protulit: (*Pōtificatus Sāctiſſimi, etc.*)
falſitatis ipſe apertiſſimæ multò magis
conuingetur Notarius, quod dicentem
Epiſcopum retulerit, cum ille non di-
xerit. Quoquo verſus igitur, ſiue ad dex-
teram, ſiue ad ſiniſtram, ſiue ſurſum, deor-
ſumq. res hęc vertatur, falſitatis ſuſpicio-
16 nem non obſcuram, redolet. Veritas nā-
que vna eſt, neque poteſt in plura diuidi,
ad *tex. in d. extrauaganti vnam ſanctam. §. vna
nempè fuit, de maioritate, & obedient.* quòd
17 falſitas veritati præiudicet. vt Innocentius
Tertius inquit *cap. quoniam contra 11. in
princip. extrà de probat.* Verum itaque
quod eſt, falſum profectò eſſe haud pote-
rit; quia oppoſita inuicem ſunt, vt vnum
cum altero eſſe minime poſsit; *tex in l. ille
aut ille 124. ff. de verbor. ſignific.* Et ex falſis
verum haberi haud poſsit, ex principio
philoſophico: Ex falſis non niſi falſum.
quia vitium principij eſt corruptiuum, *ex
7. ethiorum.* ſequiturque *Neuizan. in ſyl-
ua nuptral. lib. 5. num. 81.* Et inter traſcen-
dentalia, & quæ inuicem conuertuntur.
Vnum, verum, bonum, à Philoſophis
connumerantur. Eſt itaque verum. Bonum
igitur, atque vnum. Quare de duobus alte-
rum verum erit, cum vtrumque eſſe non
18 poſſit; & à veritate omnis fallacia ſit pror-
ſus aliena. vt idem Innocentius Tertius
loquitur in *cap. in quadam 8. §. cæterum ſi
fuit verus. de celebrat. Miſſar.* Argumenta-
19 tur enim dicto loco ex latere Chriſti in
Cruce mortui ſanguinem, & aquam flu-
xiſſe, non phlegma, (vt perperam quidam
errantes putauere) ſi enim phlegma fuiſ-
ſet, & non verè aqua, qui vidit, & teſtimo-
nium perhibuit veritati Ioannes, (diſcipu-
lus ille, quem diligebat Ieſus, *Ioan. 21. 7.*)
profectò non aquam, ſed philegma dixiſ-
ſet. Inde itaque aquam dixit; quia ita ſe ve-
ritas habebat. Compellamus propterea
Notarium hunc, ſicuti Chriſtum Dominū
noſtrū Pilatus: Quid eſt veritas? *Ioan. 18. 38.*

Vel verum igitur erit ſub Sixto ſecun-
do inſtrumentum celebratum fuiſſe? &
apertiſsima falſitas erit, cum ille biscentū;
& decem ſupra mille annis præceſſerit.
Vel vero Sixti IV. tempore, & cum hoc
ipſe non dixerit neque meminerit, neque
Epiſcopus ipſe; ſed de Sixto ſecundo: val-
deque inuerisſimile ſit, Epiſcopum in Pon-
tificis tunc regnantis nomine errare po-
tuiſſe; quin valdè reprehenſibile, Epiſco-
pum ignorare Pontificem regnantem: Vt
Ioan. de Anania (dixit) *in cap. quam graui 6.
in princ. de crimine falſi.* reprehenſibile eſ-
ſe dicens, Epiſcopum ignorare ſtylum
Romanæ Curiæ: vt infra quoque perpen-
demus. Falſitatis vtrique manifeſtiſsimæ
coarguetur Notarius; quòd inſtrumētum
hoc totum ipſe ex ſuo confinxerit marte,
cùm minime potuerit, quæ aſſerit omnia,
ex memoria deinde ad amuſsim in ſcriptū,
redigere; quòd & infrà perpendemus.

21 At hoc ſufficit, (ſaltim per ſuſpitionem
manifeſtam) ad infringendam fidem in-
ſtrumentis in ciuilibus præſertim. argumē-
to ſatis euidenti, petitio ex *tex. in cap afferte 2. de præſumptionibus,* quo loco proba-
tur, ex violenta pręſumptione Salomonē
Regem diffinitiuam ſententiam protu-
22 liſſe, & ſi quidem in Ciuilibus. Quaſi
enim miraculum habetur, quod credatur
pelli, ſeu chartæ animalis mortui, ſine ali-
quo adminiculo: ad tradita per Alexan-
drum Tertium in *cap. 2. de fide inſtrumentorum,* & ſequitur *Aymon. conſ. 56. num. 21.*
Quam ob cauſam, *Innocentius in cap. cum
P. tabelio 15. n. 1. in fin, de fide inſtru. verſ.
& hoc ſit probo,* non extrà rē dixit, *Contra
ius eſſe officium tabellionis, quia charta ani-
24 malis mortui creditur ſine adminiculo alio.*
& refert ex Andræa de Iſernia *Paris de
Puteo de reaſſumpt. inſtrumentor. rub. 19.
num. 44. tom. 4. tractat. fol. 43.* & ſequuta
fuit Rota in *Romana ſocietatis officij 14.
Martii 1618. coram Card. Caualer. deciſ.
445 n. 1. & in Peruſina Pecuniaria 1612. coram
Manzanedo deciſ. 366. poſt 2. volum. conſil. Fa-
rinac. & in Burgen Abbatiæ 1593. coram Card.
Arigonio deciſ. 92. poſt 1. vol. conſ. eiuſdem, &
deciſ. 106. num. 2 & ſeq. eod. volum. Oſaſcus de-
ciſ. 117. num. 6. & 7. Farinac. de falſitate q.
156. par. 4. n. 150.*

Quan-

Quantò autem maius miraculum hoc
erit, vt fides habeatur inſtrumento, ſiue
Notarii ſcripturæ, cuius ipſa fides in dubiũ
reuocatur,& nutat? vt enim dixit.*Pub.Mi.*

Fidem qui perdidit,nihil poteſt vltra perdere.
& illud *Ouid.epiſt.*16.

Tarda ſolet magnis rebus ineſſe fides.

25 Multa enim ſunt illa, quæ per dictum
Alexandrum Tertium perquiruntur; vt
ſcriptura firma habeatur, atque authentica
26 dicatur,vt indubia illi fides dari debeat.*d.
cap.2. de fide inſtrument.* Multaque perpen-
duntur pariter, ex quibus fides ſcripturæ,
quamuis antiquæ,detrahitur: vt plenè de-
ducitur ex Innocentio Tertio ad Archie-
piſcopum Mediolanen in *cap. inter dilectos
6. & commentantes ibidem de fide inſtrumen-
torum.*Inter hæc autem multa, inuerisimi-
litudines non minimi faciunt, vt ex illo *tex
tu* videre licet legentibus,noſque in ſequẽ-
tibus perpendemus.

Neque ſolùm planè peccatum hoc ad-
miſit Notarius, vt fides ei minimè habea-
tur;verùm, & multa immiſcuit inueriſimi-
lia,ex quibus ſuſpecta admodum eius fides
redditur. Teſtatur quippè inſtrumentum
præfatum rogatum fuiſſe.*Die ſeptimo menſis
Martij in Ciuitate Biſiniani Prouinciæ Cala-
briæ, in Domibus Epiſcopatus Biſiniani, poſitis
iuxta materialem Eccleſiæ. Videlicet in Cortilio
dictæ domus præſentibus quampluribus homini-
bus ibidem exiſtentibus*, &c.*fol.1. in princ.* At
ſatis inuerisimile eſt Epiſcopum in Corti-
leo domus Epiſcopalis pro Tribunali con-
ſidere voluiſſe, vt iura redderet populo
27 ſuo: ac Menſe Martio, cùm frigus eſſe cõ-
ſueuit; vt ad ignem, prunasque magis con-
ſiſtere debuiſſet: inter montana prætertim;
Menſe quippe Martio erat, cùm Chriſtus
Dominus noſter pro nobis omnibus paſſus
fuit.Petrus autem, qui eum a longe ſequu-
tus fuerat, vt videret finem, domum Pon-
tificis ingreſſus, ad prunas ſedebat cum mi
niſtris *Matth.26.* 58. *& Marcus* 14.54. dicit:
*ſedebat cum miniſtris ad ignem,& calefaciebat
ſe.Ioannes* autem 18.18.*ſtabāt autem*(inquit)
*ſerui,& miniſtri ad prunas, quia frigus erat,&
calefaciebant ſe.*Teſtimonium hoc maius eſt
Sanctorum Euangeliſtarum,menſe Martio
frigus eſſe. Indè nempe Petrus ad prunas
ſtabat, (ſiue ſedebat,) quia frigus erat, &
calefaciebat ſe.Et non frigus erat ſeptimo
Martii,quando inſtrumentum hoc rogauit
Notarius, vt oporteret Epiſcopum in Cor-
tili eſſe, aſſenſum vt præberet in cauſa ſibi
à ſancta Sede Apoſtolica demandata? An
non erat ei locus alius opportunior in di-
uerſorio, ſiue domate, & honorabilior, in
quo ius reddere potuiſſet? Sedit enim ibi
pro Tribunali: ſic teſtatur idem Notarius:
28 & *Dom.D.Epiſcopus Biſinianen pro Tribuna-
li ſedit d.fol.*1. Et porrò licet in quacunque
ſuæ diœceſis parte morati valeat Epiſco-
pus, & ibi Tribunal apertum habere,vt iu-
ra ſuis tempore reddat opportuno, *cap.cum
Epiſcopus 7.de offic.ordin.in 6.cap. cum non li-
ceat 12.de præſcriptionib.extra cap.de Xenodo-
chij 3.& cap.cum venerabilis 7.de religioſ.domi
bus.Rota in Salamantina iuriſdictionis 23.Maij
1614.coram Card Caualer.deciſ.306.num.1.&
2.Marius Antoninus variarum reſolut.lib.3.re-
ſolut.12.num.7.Barboſ de offic. & poteſt. Epi-
ſcopi par.3.allegat.8. n.4. & 5. Riccius Epiſco-
pus Vici deciſ.41.num.2.part.4. Maranta in ſpe
29 culo 6. part.de ſentent. n.78.* Id tamen exau-
ditur, vt cum dignitate fiat, ne Epiſcopalis
vileſcat dignitas: iuxta Anacleti dictũ *can.
Epiſcopi 3.*ibi: ne vileſcat nomen Epiſcopi,
& *ibid.Gloſſ.verbo vileſcat.80.diſt.Barboſ.d. al-
legat.80.num.5.*

30 Quia profectò, poſſe id dicimur, quod
cum honeſtate, atque ſeruata perſonæ di-
gnitate poſſumus,*l.eiusartificij 16.in fin.* ibi:
quales ex ætate,dignitate, valetudine:& cæ
teris,quæ ibidem Paulus enumerat, & *l.nec
audiendus 17.& l.hac demum 37.*quæ eſt Cal
liſtrati. *ff.de operis libertorum. can.faciat homo
15.vbi etiam Gloſſ verbo quod poteſt 22.q.2.*ar-
gumento *etiam tex.in cap.1.de iure-iurando in
6.Nauar conſ.19.num.2.lib.3. de empt.& ven-
dit.Marant.conſ.77.n.5.in fin.& num.6.& cõſ.
131. num.5. Menoch. de præſumpt. lib.4. præ-
ſumpt.183 n.5.Nauar.man.cap.18.num.56.Ro
ta apud Card. Caualer. deciſ.494.num.5.*

31 Epiſcopatus quippè,non dignitas,ſed di-
gnitatum dicitur culmen, vt *Gloſſ.* (inquit)
*cap.licet 2. verbo dignitatum. de præbend. in 6.
ad tex.in cap. venerabilis frater 37. circa finem*
ibi: vix ad culmina dignitatum *de præbend.
extra*: quæ ſanè verba de Epiſcopatu exau-
diunt interpretes omnes,& ipſa eadẽ *Gloſſ.
cap. licet 2.verbo dignitatum.*argumento *tex.
in cap.quia periculoſum 4 de ſentent excommu-
nicat.in 6. Sacrum Tridentinum Concilium ſeſſ.
24.cap.1.in princ. de reformat.* quo loco Epi-
ſcopalem dignitatem, ſuper omnes gradus
conſtitutam appellat; atque proinde Epi-
ſcopos ſuper omnes gradus conſtitutos. ea-
dem Sacroſancta Tridentina ſynodus *ſeſſ.
25.cap.6.de reformat.§.Epiſcopis præterea* (mã-
dat)*vbique is honor tribuatur, qui eorum digni-
tati par eſt. Martinus Alzedus in praxi Epiſco-
por.cap.1.num.39. & 40.& cap.3. num.50. &
c.8.num.16.& 33.& cap.11.num.1.Barboſa in
collect.ad Sacrum Trident.Concilium d.ſeſſ.25.
cap.17.num.5.& 6.*

Præterea hortatur Epiſcopos ſancta ſyno
pus *d.cap.17.in fin. Vt tàm in Eccleſia,quàm fo
ris ſuum gradum, & ordinem præ oculis haben-*
32 *tes,vbique ſe Patres, & Paſtores eſſe memine-
rint.* Sunt enim Epiſcopi Principes Eccle-
ſiarum. Audi Apoſtolum Paulum gentium
Doctorem, & ipſum Epiſcopum, Epheſis,
aliiſque(*actorum* 20.28.dicentem,hortantẽ,

præcipientem: *Attendite vobis, et vniuerſo gre*
gi, in quo vos Spiritus Sanctus, poſuit Epiſcopos,
regere Eccleſiam Dei, quam acquiſiuit ſanguine,
ſuo. perpendirque, nec incongruè ad rem,
dignitatemque Epiſcopalem digito demo-
33 ſtrandam, Magnus ille vir Eminentiſſimus
digniiate, & doctrina, & Archiepiſcopus,
Robertus Cardinalis Bellarminus Eccleſię
Sanctæ fulgor, Adamantinus hæreticorum
malleus, Societatis Ieſus lucidiſſimus Sol,
controuerſiar. tom 1. de Romano Pontifice lib. 1.
cap. 9. col. 4. verſ. poſiremò ſi plebs, in minori im-
preſſione Lugduni, & dixit, *eodem lib. cap. 3. in*
fin verſ. de Eccleſia tamen, vbi dicit: Epiſcopos
eſſe verè Principes, & paſtores, ac ſubeſſe
Summo Romano Pôntifici, non vt eius Vi
carios, ſed vt Prĩcipes. iuxta illud Regij Pſal
tes *Pſal. 45. 17. Pro patribus tuis nati ſunt tibi fi-*
34 *lij, conſtitues eos Principes ſuper omnem terram.*
Quam prophetiam Auguſtinus Steuchius
Chyſami Epiſcopus in eundem locum. de
Eccleſia, ſecundum veriorem ſenſum, interpretatur:
Cum qua pſalmiſta loquatur, di-
catque ei, quòd pro parribus, quos liquit, vt
ſuperioribus dixerat: *& obliuiſcere populum*
tuum, & domum patris tui, Nunc ei vicem red
dens Deus, ſpondeat ei, quod *pro patribus*
tuis nati ſunt tibi filij, Apoſtoli videlicet, in
locum quorum Epiſcopi ſucceſſerũt, quos
etiam conſtituit Principes ſuper omnem
terram. Quia illi terrarum orbem vniuersũ
ſubiugauerunt ſub ſuaui iugo Chriſti, atq;
orbem domuerunt vniuerſum non ferro,
ſed ligno, perducentes omnes gentes ad
adorationem Vnius, Trinique Dei; Vnius
quidem in eſſentia, Trinique in Perſonis.
Eundemque ſenſum affert Auguſtinus Ec-
cleſiæ Sanctæ Doctor, & lumen in hunc
eundem locum, relatus per Vrbanum ſe-
cundum *can. qui vices 6. diſt. 68.* quo loco ſe-
quentibus loquitur. *Pro patribus tuis nati ſunt*
tibi filij. Quid eſt pro patribus tuis nati ſunt tibi
filii? Patres miſſi ſunt Apoſtoli; pro Apoſtolis, fi-
lii nati ſunt tibi, cõſtituti ſunt Epiſcopi. & infra;
filios genuit Eccleſia: conſtituit eos pro pa-
tribus ſuis Principes ſuper omnem terram.
& hunc ſenſum ſequitur etiam Excellentiſ-
35 ſimus Dominus Aloyſius Sanſeuerinus Bi-
ſiniani Princeps in Cathena Patrum in pſal
mos, *tom.* 1. in hunc locum. (Vtinam & alij
Principes, & Domini hunc imitarẽtur Prin
cipem Virum.) Eodemque modo Anacle-
tus 2. ad Epiſcopos Italiæ *epiſt. 2. can. in nouo*
teſtamento 2. diſt. 21. de Apoſtolis loquens:
Qui etiam iubente Domino (dicit) *in toto orbe*
36 *diſperſi Euangelium prædicauerunt. Ipſis quo-*
que decentibus in locum ſucceſſerunt Epiſcopi. ſic
ille. In locum igitur Apoſtolorũ ſucceſſere
Epiſcopi. Apoſtoli vero Principes ſunt con-
ſtituti ſuper omnem terram. Sunt ergo Prin
cipes Epiſcopi. Subrogatum enim naturam
37 ſequitur eius, cuius in locum ſubrogatur,
ad text. in *l. ſi eum 10. § qui in iniuriarum. ſecun-*
dum Bart ſummarium, ff. ſi quis cautionib. Liter.
ſi fundi 10. §. ſeminaris autem, ff. de vſufruc.
Vincent. Franchis deciſ. 544 num. 12. part. 4. Ro-
ta apud Sanct memor. Gregor XV. deciſ. 544. nu.
16. & num. 38. apud Cardin. Caualer. deciſ. 128.
num. 4. & in hunc eundem ſenſum, quod
ſubrogatus eundem locum teneat, quem
is, in cuius locum ſubrogatur, plura refert
Ioannes Baptiſta Coſta conſ 46. num. 5. ex Bart.
in l. comperimus in fin. C. de proxim. ſcrinior. lib.
12. Non itaque veriſimile eſt; iudicium vo-
luiſſe Epiſcopum reddere multis aſtantibus
in Cortili domus, vt vileſceret eius digni-
tas, vt Notarius hic (non rectè) aſſeruit. In-
38 ueriſimile autem quod eſt falſitatis quan-
dã præ ſe fert faciem, *Cranetta cõſ. 28. Ioſeph*
Ludouic. deciſ Lucenſ 13. nu. 20. Oſaſchus d. deci.
117. num. 8. diximus *reſponſione* noſtra 21. *nu.*
60. & 61. & num 93. part. 2. Afflict. deciſ. 345.
num. 2. in fin.
39 Non tenet verò ſententia ſi non digno
in loco, vel contrà, turpi proferatur; vt *Gloſ.*
dicit in *l. prolatam 4. verbo ſolitum iudiciorum*
ordem, C. de ſentent. & interlocutionib. omnium
iudicum.

Nec minus inueriſimile eſt, vt falſitati ma
ximum ſupponat lapidem, quod aſſeruiſ-
ſe Epiſcopum Notarius atteſtatur: ſequen-
tibus eloquentem: *Nos Ioannes de Fraypan-*
te, Dei, & Apoſtolica Sedis gratia Epiſcopus Bi-
ſinianenſis, & Apoſtolicus Commiſſarius pro
Tribunali ſedentes in domibus meis Epiſcopali-
bus: ſedente nobiſcum nobili Notario Iacobo Gra
tiano de Sancto Martino de Rapario publico No
tario per totum Regnum Sicilia, & ſubſcriptis
teſtibus, &c. fol. 1. Duo hic animaduerſione
digna ſunt: Vnum, quòd cum loquatur Epi
ſcopus per verbum dignitatis: *Nos Ioannes,*
& *pro Tribunali ſedentes,* immediate tamen
infert, *in domibus meis Epiſcopalibus:* ſedentes
in domibus meis. Cur non noſtris, ſiue in
domibus, vel palatio Epiſcopali? Alterum:
ſedente nobiſcum nobili Notario. Sedebat igi-
tur hic Notarius vnà cum Epiſcopo in iu-
dicio, ac pro tribunali. Sic enim ipſe *Nos,*
&c *pro Tribunali ſedentes,* &c. ſubſequitur: *ſe-*
dente nobiſcum nobili Notario Iacobo, &c.

Pro tribunali vtique. Sedebat igitur Con-
judex, & Concommiſſarius, Notarius. Hoc
autẽ ſatis ſuperq; à vero alienũ quàm ſit, ne-
mo eſt, (niſi ipſe deſipiat,) qui non videat.
Nunquid, & Saul inter Prophetas? An ve-
rò Notarius hic inter Sapientes octauus? vt
adagio fertur.

Dixitque Auxonius.

Sapienſque ſupra Græcia ſeptem viros
Octauus acceſſit ſophos.

& Horat.

Hæc mihi Stertinius ſapientum octauus.

Potiſſimum, quòd ipſe Notarius in princi-
pio atteſtans dicit, *fol. 1.*

Præ-

*Præſenti ſcripto publico inſtrumento notum
facimus, & teſtamur, quod prædicto die, & præ-
dicta præſentia, & loco dictus Reuerendus in
Chriſto Pater, & Dominus, D. Epiſcopus Biſi-
nianenſis pro tribunali ſedit, & coram eo erant
conſtituti venerabilis Pater Fr. Petrus, &c. &
nobilis vir Ioannes Battarius de Biſiniano Pro-
curator, vt dixit Excellent. &c. Domini Princi-
pis Biſiniani.*

Hi ſane erant conſtituti coram Domino
Epiſcopo pro Tribunali ſedente, ob reue-
rentiam Epiſcopalis Dignitatis, & Iudicia-
riæ poteſtatis (maiores cum illi Notario, &
dignitate, & qualitate eſſent) ſolus verò
Notarius cum Epiſcopo pro Tribunali ſe-
debat: ſed non ad prunas, quia frigus erat
7. Martij.

41 At hoc etiam Clariſſimis viris eſt iure
prohibitum, ne cum Iudice pro Tribunali
ſedente conſideant; ob iudiciariæ dignitatis
eminentiam, vt diſponitur in *auth. vt ab illu-
ſtri, & qui ſuper ea dignit. ſunt. §. ſancimus igi-
tur collat. 5.* vbi *Gloſſ. verbo ſedere.* facitque
text. in l. fin. ibi, ſedendi quoque in aliqua
ſecretarij parte, quæ Iudicibus inferior; al-
tercantibus verò ſuperior eſſe videatur ha-
bituro licentiam *C. vbi Senatores, vel Clariſ-
ſimi.* Multò magis vtique, & Notario prohi-
bebitur, ne cum Iudice Epiſcopo vna con-
ſideat, ob tantæ dignitatis eminentiam; ne
vileſcat. Non itaque veriſimilia, quæ dicit
Notarius, à conſueto cùm deuient modo
aliorum.

42 Falſa igitur præſumẽda. probat hoc aper-
tiſſimè *text. in cap. quam graui pœna. 6. de cri-
mine falſi.* Quo *text.* Innocentius Tertius fal
ſum decernit fuiſſe reſcriptum Attinien.
Epiſcopo præſentatum, quòd ab ordinaria
conſuetudine Sedis Apoſtolicæ deuiaret;
quæ habet, vt Summus Pontifex Epiſcopos
Fratres appellet, non filios; & cum vni tan-
tum perſonæ reſcripta diriguntur, nunquã
ei loquatur in plurali, & ita in *d. text. commi-
niſcentes. Abb. Panormit. Ioannes de Anania, &
alij.* Ex inuſitato ergo dicendi modo Nota-
rii, inſtrumenti, vel ſcripturæ falſitas non in-
43 euidenti arguitur indicio: quod docuit
*Bald. in l. vnica num. 2. C. de emendatione Iuſti-
niani Codic.* quem ſequutus fuit *Ioannes de
Anania d. cap. quam graui num. 1. in fin.* dicens:
*Quod non ſolùm fit comparatio litterarum ta-
bellionis, quia dicitur falſum inſtrumentum con-*
44 *ſcripſiſſe; ſed etiam pro ſtylo; pro cuius dicto eſt
caſus hic:* ita Anania, & *ibid. Abb. num. 2. in 1.
notab.* & ſane ex actu, & modo inſolito, &
contra conſuetum ſtylum, falſitatis argui
ſuſpitionem, dictum fuit in Rota *in Romanã
hæreditatis 1610. coram Pirouano deciſ. 292. nu.
7. poſt vol. 2. Conſil. Farinac.* optimeque ſimili
vtitur argumento; ex inuſitato modo dicẽ-
di fidem Notario detrahi, *Caſſaneus conſ. 25.
num. 6. ex Butrio in cap. ad noſtram de empt. &
vendit.* neque enim veriſimile eſt Epiſco-
pum illum, alijs ante eum cõſtitutis, ſolum
Notarium vna cum eo conſidentem pro
Tribunali habere voluiſſe.

Accedit, nec minor inueriſimilitudo, vt
falſum hoc inſtrumentum arguamus, fidẽ-
que Notario detrahamus: quòd aſſerat, Epi-
ſcopũ ſuo ore Decretum protuliſſe, dicens,
*eod. fol. 2. Poſt quam requiſitionem, præfatus Do-
min. Epiſcopus ſedens in ſuo Tribunali, decre-
tum ſuo ore proprio protulit, in hæc verba* vide-
licet: *In Dei nomine Amen, &c.*

45 Et ſi porrò Iudex ſententiam, poſtquam
illam ſcripſerit, per ſe, non per alium deſcri
ti recitatione proferre debeat, *cap. fin. de ſent.
& re iudicat. in 6. l. 1. 2. & 3. C. de ſentent. ex
breuiculo recitandis, Fabius Anna conſ. 61. num.
59. cum ſeq. vol. 1. Polidorus Ripa ſingularium
obſeruat. obſer. 352. Ioannes Baptiſt. Thoro vot.
1. num. 17. & ſeq. Maranta in ſpeculo par. 6. de
ſententia n. 56. & 57.*

46 Haud tamen id in Epiſcopo locum ha-
bet, quem propter dignitatis prærogatiuam,
ampliori conuenit honore fulgere, vnde
per alium eam recitare licebit; vt diſpoſuit
Bonifacius 8. *d. cap. fin. de ſent. & re iudic. in 6.
Maranta d. n. 56.*

47 Et qidem ſi in deſuetudinem nunc abijt
hoc, vt Iudex ſuo ore ſententiam legat: atq;
receptum ſit, vt illam Notario Actuario le-
gendam Iudices tradant. *Maranta,* vt atteſta-
tur *d. part. 6. de ſentent. num. 56.* ſequiturque
*Thorus d. voto 1. num. 20. & 21. Emanuel Sua-
rez in theſauro comm. opin. tom. 1. litt. S. nu. 29.*
Cur non magis in Epiſcopo? Inueroſi-
milius tamen eſt, ac pene impoſſibile,
quod ſupponat Epiſcopum memoriter,
nec dum decretum recitaſſe, verùm etiam,
& Breue delegationis Apoſtolicæ, atque ci-
tationis, & edicti tenorem, concordiamque
omnem inter partes ipſam initam, (vt ipſe
aſſeruit) memoria omnia recitaſſe, vt ex in-
48 ſtrumento, à *fol. 2. ad vſque nonum,* patet.
Quis autem humanæ memoriæ infirmitatẽ
non nouit? vt Papinianus perpendit in *l.
peregrè 44. in princ. ff. de acquir poſſeſſione, can.
præterea 12. 23. diſt.* vt memoriæ proinde fi-
dendum non ſit, quæ labilis eſt, & infirma,
*Rota apud Card. Mant. deciſ. 142. num. 8. & de-
ciſ. 350. num. 6. & apud S. Memor. Gregor. XV.
deciſ. 194. num. 5. Aſſlict.* (in terminis noſtris
loquens) *d. deciſ. 345. num. 1.* Teſtatur hoc, &
Seneca *lib. 1. declamationum in proœmio:*
Memoriam, rem ex omnibus partibus ani-
mi maximè delicatam, & fragilem. Licet
ipſe de ſe addat in iuuenta adeo in illa flo-
ruiſſe, vt in miraculum vſque procederet.
Nam duo millia nominum recitata, quo
ordine erant dicta, referret. Et cum in ſcho-
lis ageret, præceptoremque vna cum alijs
adoleſcentibus audiret, ſingulos verſus à ſin
gulis datos, cum plures quàm ducenti effi-

cerentur, ipſe ab vltimo incipiens, vſque ad
primum recitaret. Hippias quoque apud
Platonem, tanquam de magno quodam, &
præſtanti bono gloriatur; poſſe ſe quinqua-
ginta nomina ſemel tantum audita recita-
re. Marcus Antonius Muretus *lib. 3. variarum lectionum cap.* 1. de quodam iuuene
genere Corſico Patauij iuri ciuili ope-
ram dante, quod multa nomina Latina,
Græca, Barbara, ſignificantia, non ſignifican
tia, ſemel audita, omnia ordine poſtmodũ
etiam retrogrado, adſtantium omnium cũ
ſtupore retuliſſe, refert. Quin addit affirmaſ
ſe illum, ſe triginta ſex millia nominum eo
modo recitare poſſe. Hęc moſtruoſa potius,
quam naturalia dixeris.

Nulla vero neceſſitas expoſcebat, vt per
ſe ore proprio ſententiam, vna cum inſerto
tenore breuis, atque edicto emanato, alijſ-
que multis, proferret Epiſcopus, neque ea
omnia, quæ in hoc inſtrumento narrantur,
ita firma memoria retinuiſſet, proprioque
ore recitaſſet; cùm ſat fuiſſet, aſſenſum præ-
ſtitiſſe, atque cauſa cognita proceſſiſſe, (vti
in breui per Summum Pontificem eidem
demandabatur, cum clauſulis; (*& ſi per informationem huiuſmodi ita eſſe repereris*, &c.
Vocatis Archimandrita,) & alijs, &c. *fol. 3. in in-*
49 *ſtrumẽto in fin.*) quæ ſanè clauſulæ Iudicem
mitium reddunt, vt proinde cauſa cognita,
atque ordinariè procedere debuiſſet. *Rota decis 22. de offic. delegat. in nouis in additionib. Papazoni, apud Card. Caualer. deciſ. 2. num. 9. & deciſ. 211. num. 2. & deciſ. 274. num. 1 & ſeq. atque deciſ. 359. num. 8. & apud Coccinum Decanum deciſ. 366. num. 3. apud Duranum Epiſcopum Vrgellen deciſ. 250. n. 10.*)

Ac demum ſententiam ſcriptam, manuque ſubſcriptam Epiſcopi Delegati, Nota-
50 rio Actuario tradere, vt eam legeret. Om-
nino enim neceſſe eſt, vt ſentẽtia manu Iu-
dicis, qui illam dedit, ſubſcripta ſit. Alio-
quin nullam illa fidem faciet; neque iudi-
cij calorem habebit; nullamque vim, effi-
cacitatemque ſortietur, *d. l. fin. ſiue 3. C. de ſent. ex breuiculo recitand.* quo loco Impera-
tores Valerianus, & Gallienus Probo Præ-
fecto pretorio mandant; *vt vniuerſi Iudices, cognitis cauſis, vltimas definitiones deſcripti recitatione proferant.*

Deſcripti recitatione; quia (vt *Gloſ. ibid.*
loquitur) in ſcriptis debet Iudex ferre ſen-
tentiam. *Alioquin* (iidem adijciunt Impera-
tores) *ſententia, quæ dicta fuerit, cum ſcripta non eſſet, nec nomen quidem ſententiæ habere merea-
tur*, ſic illi. Atque per hoc etiam effectu ca-
rebit, vt *Gloſ.* ſubnectit *d. verbo mereatur*, &
text. in d. cap. & ſi ſententia 5. alias fin. de ſenten. & re Iudicat. in 6. vbi Bonifacius Octauus;
Et ſi ſententia (inquit) (*poſtquam ſcripta fuerit*) *debeat à Iudice non ab alio deſcripti recitatione proferri; alias nec nomen ſententiæ meretur habere.* Ex ſcripto igitur ferenda ſententia erit
ſententiæ vigorem vt mereatur, illaque ex-
tare poſſit. *Emanuel Suarez d. littera S. num. 30. Monter à Cueuia deciſ. 12. num. 25. & 28. & 29.* Senatus Aragoniæ.
51 Veluti acta iudicij omnia ſimiliter ſcrip-
to extare debent ad partium in iudicio cõ
tendentium cautelam, iuxta *tex. in d. cap. quoniam contrà 11. de probat.* ſequuta fuit Rota
in Oueten Archidiaconatus 9. Iulij 1550. coram
52 *Fabio part. 3. lib. 3. diuerſorum deciſ. 347. nu. 2.*
Sententia verò, quæ nulla eſt, non dicitur
ſententia, nullumque producit effectum,
d. l. prolatam 4. vbi Gloſſ. C. de ſentent. & interlocut. omni iudicum Rota apud Card. Mantica d. deciſ. 254. num. 3. Thor. d. voto 1. num. 16. & 45. Viuius deciſ. 63. num. 7. lib. 1. ſequiturque *Ripa d. obſeruat. 352. & Fab. Anna d. conſ. 61. à num. 59. cum ſeq. d. vol. 1. Thorus d. voto 1. num. 6. & 14. & ſeq. & 16.* pluraque refert. *Emanuel Suarez d. littera S. num. 50. & ſeq.*

Neque dicant Aduerſarij legiſſe Epiſco-
pum omnia prænarrata, atque ſententiam
iam ſcriptam, ore proprio, omniaque per
Notarium aſſerta pronũciaſſe. Porrò, quod
Notarius hoc ipſum non dicit, neque ſentẽ-
tiam in ſcriptis prolatam fuiſſe, neque ei, tra-
53 ditam aſſerit. Non itaque de hoc rogatus
fuit, nullam ergo de hoc fidem faciet. *Rota apud Caputaquen deciſ. 285. part. 3. & apud Cardin. Caualer. deciſ 270 num. 5. & in Vratislauien ſpolij coram Pirouano 4. Iulij 1610. deciſ. 289. num. 6. poſt 2. vol. Conſil. Farinac.* Quod
perpenſum quoque fuerat in Conſilio Nea-
politano apud *Afflict. d. deciſ. 345. num. 1. & 2.*
Sententiam vero ſubſcriptam minime ma-
nu fuiſſe Epiſcopi, atque proinde nihil pro-
54 bare: neque in hoc, præter id, quod in in-
ſtrumento reperitur, Notario credi, ex ip-
ſius inſtrumenti reuolutione probatur. *fol. 9.* ad tradita per *Gloſſ.* receptam, per illum-
met *text. in l. iuſtum 6. in Gloſſ. 1. in fin. C. de rebus credit, Cephal. conſ. 144. num. 1. lib. 1. Rota part. 1. diuerſ. deciſ. 64. num. 1. & apud Cardin. Manticam deciſ. 34. num. 9. apud S. memor. Gregor. deciſ. 433. num. 3. apud Duranum Epiſcopũ*
55 *Vrgellen. deciſ. 2. num. 3. & deciſ. 6. num. 9.* Ra-
tione quidem ſatis à adequata: Quia nimirũ
omne, quod in actis ſcriptum non reperi-
tur, non actum præſumitur, argumento
text. in l. fin. C. de Iuris, & facti ignorant. Rota apud S. memor. Gregor. XV. deciſ. 13. n. 10.

Si igitur ſententia non eſt: nullum profe-
ctò, atque inualidum eſt totum id, quod aſ-
56 ſerit Notarius; potiſſimum cùm Notarius,
neque aſſerat, neque teſtetur ſententiam
prædictam lectam, latam, & publicatam fuiſ
ſe, quòd omnino perquirebatur, ne inuali-
da redderetur, *Vinc. Anna ſingul. 473.* quem
ſequitur *Thorus d. voto 1. nu. 69.* Abſque
57 verò aſſenſu, cõcordia ipſa per Archiman-
dritã, alioſque cum Domino Principe Biſi-
niani

niani facta corruit, atque nulla, & inualida
redditur, vtpute facta de rebus Eccleſiaſti-
cis alienari prohibitis, non ſeruatis ſolem-
nitatibus, per *extrauagantem Ambitioſæ Pauli
2. de rebus Eccleſiæ non alienand. inter commu-
nes*, requiſitis. Inter quas planè ſolemnitates,
vna eſt aſſenſus Apoſtolicus, alia decretum
Delegati: tertia diligens inquiſitio de vtili-
tate Eccleſiæ *cap. 1. de rebus Eccleſ. non alie-
nand. in 6. Genuenſ. in praxi cap. 60. num. 21. in
additionibus. Rota apud Cardin. Caualer. deciſ.
288. num. 3, & deciſ. 439. num. 2.* De quibus
cùm non conſtet niſi per aſſertionem No-
tarij, aſſerentis ita Epiſcopum dixiſſe, illam-
58 que inualidam; & de qua (vti atteſtanti vl-
trà officium ſuum,) fides ei minimè habe-
tur; de illis vtique non conſtare dicetur. Ac
conſequenter neque de aſſenſu conſtabit.
Atteſtatur enim ipſe de verbis enunciatiuis
Epiſcopi: quam ob cauſam de his, quæ in
enunciatione continentur, nõ ei credetur.
*Butrius conſ. 32. in princip. Cardinal. conſ. 10. nu.
7. verſ. & hi duo. Rota part. 1. tom. 2. in recent. de-
ciſ. 293. num. 8. & par. 3. lib. 3. diuerſorum deciſ.
294. nu. 5.* Neque Epiſcopi aſſertioni in hoc
ſtatur, ni aliunde conſtet. *Bart. in l. ſi fortè ad
fin. ff. de caſtrẽſi peculio, & in auth. ſi quis in ali-
quo documento num. 12. & ibid. Decius, num. 16.
C. de edendo. Aymon conſ. 175. num. 2. Rota apud
Seraphin. part. 1. diuerſ. deciſ. 752. num. 2. & 3. &
apud Card. Caualer d. deciſ. 439. num. 6. & part.
2. tom. 1 in recentior. deciſ. 235. num. 4.* quam
ſequuta quoque fuit Rota in *Ferrarien. Ar-
chipresbyteratus 26. Iunij 1628. coram Domino
Coccino Decano deciſ. 197. num. 50. 51. & 52. p.
5. diuerſorum nouiſſimarum.*

59 Quemadmodum neque creditur Nota-
rio aſſerenti intercesſiſſe cauſæ cognitionẽ,
ſecundum *Falin. in cap. Eccleſiæ S. Mariæ 10.
ſub num. 35. de conſtitut.* quem ſequitur *Scac-
cia de ſent. & re iudic. Gloſſ. 13. num. 27. Benin-
tend. deciſ. 2. & apud Sanct. memor. Gregor. XV.
deciſ. 177.*

Per hanc enim Notarij atteſtationem, ne-
que aſſenſus probatur, neque contractus ip-
ſe prætenſæ concordiæ; quin neque decre-
tum Epiſcopi ſuper aſſenſu præſtito, (vt in
ſuperioribus diximus.). Corruunt proinde
omnia, quæ in inſtrumento prædicto aſſe-
60 runtur, atque in medium afferuntur. Quia
nimirum fundamento ſubmoto, omne,
quod ſuper extructum eſt, fundamenti rui-
na corruit *can. cum Paulus 24. 1. quæſt. 1.* argu-
mento *text. in l. egi tecum 26. in fin. princip. ff. de
exceptione rei iudicatæ. Bald. in cap. 1. §. Marchio
num. 8. de his, qui feudum dare poſſunt in vſi-
bus feudorum.*

Ex hoc igitur inſolito modo ſuſpectum
inſtrumentum remanet. Præterquàm quòd
61 neque veriſimile ſit, Notarium ita firma
memoria retinere voluiſſe, vel potuiſſe om-
nia prædicta, quæ Epiſcopum ſuo proprio
ore recitaſſe, fatetur, vt illa poſtmodum ad
verbum in inſtrumentum referret, quod
adamuſſim ad rem noſtram perpenſum
fuit per Dominos illos Regios Conſiliarios
Neapolitani Conſilij apud *Afflictum d. deciſ.
345. num. 2. & 3.* & hoc plane fuit, quod in-
tot dederit Notarius errores, quos in inſtru-
mento præfato adnotauimus, coarguimuſ-
que. Omnium quippe memoriam habere,
& poenitùs in nullo peccare, diuinitatis ma-
gis, quàm mortalitatis eſt. *Imperator* vt lo-
quitur *in l. 2. §. ſi quid autem, C. de veteri iure
enucleand. Gloſſ. in cap. porrecta 6. verbo non
credamus: de confirm. vtili.* Non itaque tali pol-
lebat memoria Notarius hic, (vt in ſuperio-
ribus retulimus) vt ei credendum ſit, atque
ſtandum; cùm in illa defeciſſe perſpicia-
mus.

Augeturque ſuſpitio, quòd in ipſo præ-
tenſo Breui Apoſtolicæ delegationis error
ſatis intollerabilis irrepſit: Dicit nempe Epi-
ſcopus (quin aſſerit Notarius, Epiſcopum
dixiſſe, cum Breue præfatum ore proprio
recitaret:) illum expeditum fuiſſe ſub *Da-
tum Romæ apud S. Petrum anno Incarnationis
Dominicæ 1473. quinto Idus Februarii Pontifi-
catus noſtri anno tertio.*

Vel itaque hæc data exaudienda erit de
de Sixto Secundo, vt Notarius, & Epiſcopus
in initio aſſeruere; & apertiſſimæ falſitatis
coarguuntur verba prædicta, (vt in ſuperio-
ribus diximus.) Vel vero de Sixto Quarto,
qui dicto anno 1473. Sedem implebat; &
neque diffugere poterunt, quin errorem
contineant manifeſtiſsimum, dicunt enim
anno Pontificatus tertio. Verùm annus tertius
tunc non erat.

62 Quippe Sixtus IV: fuit Summus Ponti-
fex nuncupatus die nona 5. Iddus Auguſti
1471. Non igitur Idibus Februarij 1473. in-
ceperat annus tertius: incipiebat verò 9. Au-
guſti 1473. *Onufrius Panuinius in Romanis Põ-
tificibus in Sixto IV. fol. 318. & in vita eiuſdem*
addita poſt vitas à Platina editas.

63 Intolerabilis autem hic æſtimatur error
apud miniſtros, & officiales Datariæ Apoſto-
licæ: vt errare potuerint in annis Pontifica-
tus Pontificis ſedentis, ac cõtra ſtylum Ro-
64 manæ Curiæ. Falſitatis proinde ſuſpitio-
ne notatur, ad *text. in d. cap. quam graui 6. de
crimine falſi, cum ibi notatis, & text. in d. cap. por-
recta 6. de confirmat. vtili, vel inutili.*

65 Cum aliàs pro officialibus Datariæ, ſiue
etiam Cancellariæ Apoſtolicæ præſumptio
ſit, quòd litteras ritè, rectèque expediant, vt
dictum fuit *in Hiſpalen. iuriſdictionis 1591. co-
ram Orano deciſ. 82. num. 1. poſt 1. vol. Conſ. Fa-
rinac.* Non illas profectò ritè expediuiſſent,
ſi in annis Pontificatus Pontificis regnan-
tis errasſent, atque ita notorio, ac manifeſto
peccato defeciſſent.

66 Cum alioqui quiſque ſuo officio rectè
de-

defungi debeat: Alioquin peccat, ſi ea ignoret, quæ ad illud pertinent, vt magis dimittere teneatur; quàm illud proſequi. ad *tex. in can. non eſt putanda 27. in fin.* vbi etiã *gloſſ. penultima, & final. 1. q. 1.* apertiſsimè Caius iure Conſultus in *l. idem iuris 8. §. 1. ff. ad legem aquiliam.* regula *non eſt ſine culpa 19. de regul. iur. in 6.* Vlpianus apertiſsimis verbis. *in l. illicitas. 5. § penult ff. de officio præſid. gloſſ. fin. in clement. 1. de conceſſ. prabend.* notat pluribus, ac notabiliter *Nauar. de orat. & horis canonic. cap. 11. notab. 11. num. 41. & 42.* & *in manuali cap. 4. num. 8. paulò ante fin.*

Vel igitur Epiſcopus errauit in proferẽdo anno Pontificatus Sixti IV. non rectè; Vel quoque errorem adfuiſſe in Breui, affirmabimus, & hoc ipſum Epiſcopus præuidere debebat, atque Breue ſuſpectum habere; Romanamque conſulere Curiam; iuxta *tex. d. cap. quam graui 6. de crimin falſi.*
67 Vel tandem erraſſe Notarium, quod à memoria exciderint eius, quæ omnia Epiſcopus ſuo ore protulerat: & ei credendum profectò minimè erit in his omnibus, quæ aſſeruit in d. instrumento. Ea quidẽ ratione, quòd ſicuti in vno errauit, Ita & in altero errare potuit; Eritque fides huius inſtrumenti ſatis ſuperque dubia, atq. ad falſitatẽ propendens; vt dictum fuit in æquali caſu apud *Afflictum deciſ. 345. num. 2. & 3.* iuxta illud etiam *Horat. 1. epiſt.*

Multa fidem promiſſa leuant.

quòd credendum non ſit ei, qui omnia ſe poſſe iactat, omniaque memoria retinere. quod diuinitatis magis quàm mortalitatis eſt. vt ſupra diximus.

Neque fundamentum firmandum eſt aliquo modo in aſſerta concordia inter Procuratorẽ Archimandritæ Santi Adriani, & Procuratorem Domini Principis Biſiniani inita. Quia nimirum non aliter de dicta conſtat concordia, quam per aſſertionẽ Domini Epiſcopi, quin magis Notarij dicentis, Epiſcopum aſſeruiſſe. Legatur (quæſo) ſeries prædicta ab Epiſcopo dictorum *fol. 5. verſ. deinde infra terminum dicta ciuitatis &c. & ſequentib. ad fidem. vſque.* Notario autem huic, & ex præcedentibus, quæ huc vſque animaduertimus, atque etiam ex ſubſequentibus, fides minimè habetur, neque
68 præſtari debet. Corruunt igitur omnia, quæ ita erroneè aſſeruntur. Ex errore enim non niſi error ſequitur, *l. ex diuerſo 96. §. 1 ff. de rei vendicat.* Nam ex capitulo Ladislaî
69 Regis, (quod incipit Ladiſlaus Dei gratia &c.) prohibitum fuit Notariis, qui de demanio Regio non fuiſſent, inſtrumenta conficere, ſiue ſcripturas publicas rogare inter Magnates, Comites, & Barones, ſi ipſi in eorum terris exiſterent; ſi quæ verò inſtrumenta confecerint, vel ſcripturas alias publicas rogauerint, illas omnino inualidas, nulliuſque momenti, ſed inanes, atque inania, & nulla declarauit, & declarat.

Quid igitur dicemus ad hæc? Quando legẽ ſcriptam habemus, & ſecundum legem iudicari debet; (iuxta illud Phariſeorum ad Pilatum *Ioan. 19. 7.* dicentium; *Nos legẽ habemus, & ſecundum legem debet mori.*) Ex lege vero illa nulla inſtrumenta declarantur, quæ à Notariis ſubiectis, vel pro, vel contrà Barones in terris, in quibus vitam trahent, confecta, quin non magis conficta, fuere. *Rouitus conſ. 90. num. 11. & conſ. 91. n. 2. lib. 1.*

Erit igitur nullum, & hoc inſtrumentũ, Nihil itaque in iudicio probabit: Quid
70 enim operari poterit, quod nullum eſt? ad *tex. in l. 4. §. condemnatum ff. de re iudic. & l. quod dictum 33. ff. de pactis.* Quin magis licitè, facilique negotio obluctamur ei, quod nullum eſt, ac factum contra legem. *l. quemadmodum 7. C. de agricolis, & cenſitis. lib. 11.*

Non igitur obſtaculum faciet, quod dicitur: confeſſionem inter partes factam calore iudicii validam, atq. firmam haberi. Cùm, quod de hac confeſſione facta, in iudicio nullo pacto conſtat. Neque enim partes
71 fuere loquentes; & inter ſe paciſcentes, ac cõcordantes. Pactum quippe, ſiue pactio duo-
72 rum eſt, plurium ve in idem placitum, & conſenſus. ſecundum Vlpianum *in l. 1. ff. de pact.* Verùm aſſertio tantummodo fuit Epiſcopi dicentis, ac referentis dictam concordiam. legatur (quæſo) inſtrumentum à *fol. 5. verſ. deinde infra terminum ad finem vſque;* Quod autem prædicta aſſertio ita longa ſerie ore proprio ab Epiſcopo recitata, vera fuerit, hoc non niſi ex ſcriptura Notarij huius manifeſtum fit. At Notario fides non præſtatur; & ex ſuſpitione falſitatis, vt hactenus deduximus, perpendimuſque, & obſtet ei diſpoſitio, & lex Regis Ladiſlai, (quod & inferius perpendemus;) & quòd non potuit Notarius omnia illa ita firma memoria in actis regiſtrare. Nullo ergo pacto de confeſſione hac in iudicio facta conſtat. Tùm; quòd neque conſtat de mandato procurationis procuratorum aſſertorum ad
73 tranſigendum, & concordandum. vt neque potuerit colligi quam poteſtatem habuerint. vt perpenſum fuit in *Auenionen bonorum 22. Maij 1626. coram Illuſtriſſ. Durano Epiſcopo Vrgellen deciſ. 33. n. 15.* Ob hanc proinde cauſam, haud nocebit Domino confeſſio voluntaria procuratoris, etiam in Iudicio facta, abſque ſpeciali mandato. *Felin in cap. 1. num. 14. vt lite non conſtat. Pariſ. conſ. 115. n. 21. lib. 1. Rota apud ſanct. memor.* Gregor *XV. deciſ. 375. n. 5. & deciſ. 460. n 5. & deciſ 463. nu: 11. & deciſ. 480. n. 1. in fin. apud Card. Manticam deciſ. 302. n. 5.* vt poſſit etiam reuocari *ibid.* Tùm præterea, quòd Notarius hic (ſ[illegible] nullo defectu alio ſcriptura hæc notaretur, neque ille vaſſallus fuiſſet Domini Principis, vnde obſtaculum

eidem

Digitized by Google

eidem minimè faceret capitulum Ladislai Re
gis.) rogatus nullo modo fuit de concordia
hac inter Procuratores aſſertos facta, ſed tan-
tùmodo adhibitus, vt actū à Domino Epiſco-
po ſuo proprio ore recitatum extenderet, vt
euidentiſſimè, inſtrumentum hoc, ſine ſcriptu
ra ex ſe legentibus manifeſtum facit.
74 De quo autem Notarius rogatus minimè
fuit, neque inſtrumentum conficere, neque at-
teſtationem aliquam dare poteſt, §. *nos autem
in auth. de tabellionib. collat. 5. Afflict. decis. 317.
num. 4. Bart. & Bald.* communiterque ſcriben-
tes *in auth. ſi quis in aliquo documento. num. 8.
C. de edendo. Ioannes Franciſcus de Ponte conſ.
160. n. 5. lib. 2. Franciſc. Beccias conſ. 6. n. 24. &
25. vol. 1. Rota par 3. lib. 3. diuerſorum dicta de-
ciſ. 284. num. 5.*
Non igitur maiorem fidem faciet, quàm
ipſa aſſerta Domini Epiſcopi recitatio, de
qua nullo pacto conſtat, niſi per hanc Nota-
rij huius atteſtationem, cui in hoc fides non
adhibetur; & quod prohibitus inſtrumenta
75 conficere, vti vaſſallus ex d. cap. Ladislai Re-
gis: Et quod hoc ſolum coram eo geſtū fuit,
vt de hoc vno fidem facere valeat, non vltrà.
Quia Notarius non poteſt facere fidem, niſi de
his, quæ vidit, eiuſque in præſentia geſta fue-
re. *Innocent. in cap. fraternitatis 3. nu. 1. de hæ-
reticis. Bald. in rub. C. de fide inſtrum. num. 14.
& 15. Afflict. deciſ. 245. num. 7. & deciſ. 317. n.
4. Franciſcus Beccius d. conſ. 6. n. 21. & ſeq. Intri
gliolus ſingularium lib. 3. ſingul. 75. n. 52. ad tex.
in d. auth. ſi quis in aliquo. C. de edendo vbi comu
76 niter Doctores, ſequiturque Caſſaneus conſ. 63.
num. 19.* Hoc vnum nempe eius in præſentia
geſtum fuerat, vnde de hoc tantummodo ſe
rogare poterat, & in hoc ſolum ei fides habe-
bitur: vt dictum fuit in *Cornetana, ſeu Roma-
na dotis 1587. coram Comitulo deciſ. 45. num. 4.
poſt 1. vol. conſil. Farinac. vbi etiam Centolinus
addens littera B. Beccias conſ. 201. num. 4. lib. 2.*
Rota *in Squilacen Abbatiæ* 20. *Nouembris*
1630. *coram Merlino deciſ. 406. num. 9. par. 5.
nouiſſimarum diuerſorum.* Quia nimirum No
77 tarius inſtrumēta rogare haud poteſt, de his,
quæ, eodem rogationis tempore non interfue
re, neque interuenere; quod ſi fecerit, fides ei
minimè præſtabitur; veluti ſi fidem faciat de
re, quæ die præcedenti geſta fuerat. *Innocent.
in cap. 1. num. 6. in princip. de fide inſtrument.
Bald. in l. ex his 7. n. 3. in fin C. de teſtamento mi-
lit. Felin. in cap. ſi cautio. 8. num. 69. de fide in-
ſtrument. Beccias d. conſ. 6. d. n. 24. & 25. Afflict.
d. deciſ. 245. n. 7. & 8.* ſequuta fuit *Rota coram
s. memor. Gregor. XV. deciſ. 177. num. 1. & ſeq.
& in dicta Squilacen Abbatiæ d. deciſ. 406. n. 9.*
Nullam ergo maiorem fidem hoc faciet
inſtrumentum, quàm de his, quæ geſta fuere
coram Notario, non autem de his, quæ in illo
actu coram eo geſta fuiſſe per aſſertionem
Epiſcopi narrata fuere; neque de aſſerta con-
feſſione, neque de Breui Apoſtolico, neque de
ſententia, neque de alijs aſſertis; cùm de his
nihil appareat certi, ſed in ſola Notarij aſſer-
tione omnia remaneant, quatenus illa ſuo
proprio ore protulerit Epiſcopus: quod in-
certum eſt. Vt in triuio eſſe dicamur, iuxta *Al-
ciati* illud *emblemate* 8.

Omnes in triuio ſumus; atq. hoc tramite vitæ
Fallimur, oſtendat ni Deus ipſe viam.

In triuio quippe eſſe dicuntur, qui dubitāt,
atque incerti ſunt, animo hæſitantes, quid po-
tiſſimum eligant. vti *Ouid faſtor.* 5. cecinit.

Vt ſtat, & incertus qua ſit ſibi, neſcit, eundum,
Cum videt ex omni parte viator iter.

Eſt hæc apertiſſima doctrina *Innocent. in
cap. quoniam contra 11. de probationib. nu. 6.*
quam ſequentibus (adamuſsim ad rem no-
78 ſtram) aperit. *Et per hoc ſatis patet* (dicens)
*quòd licet multa contineantur in inſtrumento,
tabellio tamen, qui dicit in his interfuiſſe, non in-
telligitur dicere, niſi de his, quæ in eodem loco, &
die acta ſunt. Vnde ſi iudex in ſententia ſua nar-
rat, quomodo in lite, quam diffiniuit, litis conte-
ſtatio facta eſt, partium confeſſiones factæ, teſtes
recepti, & cætera huiuſmodi, non tamen iſta pro-
bantur per inſtrumenta, quia non ſunt facta ea
die, vel loco, quo inſtrumentum ſententiæ eſt fa-
ctum; ſed tantum per hoc inſtrumentum proba-
tur ſententiæ prolatio, quia eodem die, & loco eſt
prolata, quo rogatum eſt inſtrumentum: de alijs
(vt puta de litis conteſtatione, vel confeſſioni-
bus) huius facti narratio eſt. Imò plus videtur,
quòd etiam ſi diceret tabellio; tali die, & loco fa-
cta fuerunt litis conteſtatio, & confeſſiones, ta-
men non valet ſuper his inſtrumentum; ſed quā-
tum ad hoc teſtimoniales litteræ ſunt.* his ſatis
aptè ad rem noſtram Innocent., quem ſe-
quitur *Bald. d. l. ex his num. 3. C. de teſtament.
milit.* vt nihil amplius deſiderandum ſuper-
ſit. *Afflict. d. dec. 245. n. 7. & 8. & d. deciſ. 317.
n. 4. & deciſ. 345. num. 2. & 3. Caſſaneus d. conſ.
63. num. 19.*
79 Decidunt proinde omnia, quæ de con-
feſsione in iudicio facta aſſeruntur, vt calo-
re iudicij firmitatem obtinere valeant, *l. vni
ca C. de confeſs ad tex. in cap per tuas 10. de pro
bationib. l. cum te 5. C. de tranſact.*
Nec ſanè mirum. Tum, quòd de confeſ-
ſione hac minimè conſtat, (vt dictum ha-
80 ctenus, atque probatum fuit.) Tùm, quòd
confeſsio in iudicio facta, vt afficiat, certa
eſſe debebit, non dubia, neque ambigua, *l.
certam 6. ff. de confeſsis. d. cap. per tuas litteras.
10. de probat. Rota in Hiſpalen beneficiorū 1592
coram Cardin. Mellino deciſ. 88. num. 3. poſt 1
vol conſil. Farinac. & in Turritana tertiaria 11.
Decembris 1592. coram Card. Mantica deciſ.
205. num. 2. & par. 4. diuerſ. deciſ. 701. n. 4.*
Quot verò ambiguitatibus ſcateat hæc
aſſerta confeſsio, ex ipſa patet inſtrumenti
81 lectura. non igitur magni facienda ad *tex.
in cap. in præſentia 8. de probationib.*
Tùm demum, quod inſtrumentum hoc
non

non fuit ſuper confeſsionibus rogatum,
neque de obligationibus inuicem partiũ,
ſed ſolummodo ſuper aſſertionibus per
Dominum Epiſcopum factis, vt ipſe Nota-
82 rius aſſerit. Nihil Ergo obeſſe, vel prodeſ-
ſe poſſunt, non verò inſtrumentum, quod
non eſt obligatio, neq. ex quo oritur obli-
gatio, ſed tantum probatio obligationis, vt
loquitur *Innocent. in d. cap. 1. nu. 6. de fide in-
ſtrum. Afflict. d. deciſ. 243. n. 7. & 8.*

Contractus quippe ſeparatum quid eſt
ab inſtrumento, vt poſt alios nõ incõcinne
ſequitur *Ioannes Baptiſta Coſta conſ. 56. nu. 8.*

Aliud proinde erit, ac ſeparatum quid
inſtrumentũ hoc Notarij, à contractu ipſo
inter partes inito; non igitur probabit illũ.

Neque dicant, Notarium hunc, vt Epiſco
pi Notarium Actorum, hæc omnia confe-
ciſſe, credendum proinde ei.

Cùm quòd hoc per præſumptionem di-
ci minimè poteſt, cùm apertiſſime ex ipſo
inſtrumento eluceat, Notarium, hunc vti
Notarium interceſſiſſe Regium vnà cũ Iu-
dice Regio ad contractus, ac teſtibus, nõ vti
Notarium Actorum. Erit igitur hęc aſſertio
contraria veritati per ipſum met Nota-
rium aſſertæ. Audi ipſum *fol. 1. Nos No-
tarius Iacobus Gratianus de Sancto Martino de
Rapario, publicus per totum Regnum Siciliæ Re-
giæ auctoritate Notarius: & Notarius Iacobus
de Carabona de Biſiniano ad contractus* Iudex
*ſimiliter Regia authoritate per totum Regnum
præictum, præſenti publico inſtrumento notum
facimus, & teſtamur.* Erit ergo falſa aſſertio
83 talis. Nam veritati præſumptio cedit *can. ve
ritate manifeſtata 4. cum aliis per gloſſ. ibid. 8.
diſt 1. 3. § ſi Titii,* vbi notat *Bald. ff. de negot. ge-
ſtis Rota apud S. memor Gregor. XV. deciſ. 279.
num. 14.* Ipſiquenet ſcripturæ præualet ve-
ritas, *l. nec ignorans 10. C. de donationib.*

84 Tùm, quod ſi vti Notarius actorum in-
terceſſit; non maiorem fidẽ facere potuit,
neque de alio ſe rogaſſe, quàm de ſenten-
tia aſſenſus per Epiſcopum lata hoc enim
vnum ad actorum notarium in hac parte
ſpectabat *ſecundum Bart. in l. ſi quis, §. initium
num 21. ff. de edendo Rota in Burgi Sancti Dom-
nini iuriſpatronatus 9. Decembris 1622. coram
Merlino apud Viuianum deciſ. 18. num. 4. de iure
patronat. apud Coccinum Decanum deciſ. 24. nu.
7. & 8. & deciſ. 322. num. 2.* At ſententiæ hu-
85 ius fidem nullam præſtare potuit, cum de
illa neque ſcripto conſtet; neque ſubſcri-
pta appareat manu Iudicis Epiſcopi Com-
miſſarij Delegati à Sancta Sede; (vt in ſu-
perioribus diximus) *Afflict. dicta deciſ. 345.
num. 2. & 3.*

86 Non eſt itaque ſentẽtia. Nullum proinde
effectum producere poteſt, ad *text. in cap. 2.
vbi Gloſſ. verbo aſſenſu de iis, quæ fiunt à maiori*
87 *parte capit.* effectus autem à cauſa eſt produ
cente. Non eſt enim cauſa. Neque proinde
88 effectus erit, argumento *text. in cap. cum ceſ-
ſante 60. de appellat. cap. magna deuotionis 7. in
finalib. verbis extrà de voto l. adigere 6. §. quam-
uis ff. de iure patronat.* Neque enim rogatus
fuit de ſententia hac vti Notarius actuarius
89 Hoc enim ipſe non dicit ſe vti Notarium
actuarium rogatum fuiſſe; ſed vti Notariũ
Regium, vna cum Iudice ad conficiendum
inſtrumentum de his, quæ gerebantur co-
ram eo, quod perpenſum fuit apud *Afflict.
d deciſ. 245. nu. 7. & 8. Franciſc. Turzan. in The-
ſaur. commun. opin. littera N. num 1. tom. 2. &
ibid. Ioann. Baptiſta Villaloboſ. num. 12. & 19.
Boer. deciſ. 75. num. 7. Eman. Suarez eodem loco,
num. 40. & 41.*

Non itaque iudiciarius hic actus fuit, ne-
que à Notario actuario factus, ſed à Nota-
rio Regio.

90 Habebit ergo locum lex Regis Ladiſlais.
Quia nimirum quod Notarius non dicit,
neque nos dicere oportet, argumento *text.
in l. diffidentis 5. C. de repud, & cap. 2. ne Sede
vacant. cum aliis notat.*

91 Notarius verò, cum perſona publica ſit,
publicè, non autem ſecreto rogari debet de
his, quæ conficere eum oporteat; vt omni-
bus illa manifeſta, atque propatula fiant, a-
lioquin de falſo puniri poterit. *Innocent. d.
cap. 1. num. 7. & Butrius num. 9. & Abbat. num.
6 de fide inſtrument. Beccius d. conſ. 6. num. 25.
& 26.*

Rogatus autem non fuit, vt Notarius
actuarius eſſet, Non ergo pro tali actus eius
92 æſtimari debebit. A volũtate quippe actus
ſpecificatur; atque nomen recipit. argumẽ-
to *text. in l. labeo 6 §. id Tubero, ff. de ſuppelletti-
li legata;* & argumento *can. dixi 4 & can. ma-
gna pietas 5. de pœnit. diſt. 1. S. Thom. 1 2. qu. 20.
art. 1. & 2. Nauarr. de reddit. Eccleſiaſticis quæſt.
monit. 5. num. 1.*

Neque præterea rogatus fuit à partibus,
vt ſuper eorum obligatione, & conuentio-
ne hinc inde, inſtrumentum conficeret; ſed
dumtaxat aſſerit partes rogaſſe Dominum
Epiſcopum, vt ſuper concordia facienda,
vel pactis factis aſſenſum præſtaret: Audi il-
lum *fol. 1. in fin.* dicentem: *Quæ partes pro in-
fraſcripta cauſa venerunt; & vna earum dicente,
& altera acceptante coram nobis viua voce, &
vulgari, ac intelligibili eloquio, requiſierunt præ
fatum Dominum Epiſcopum, vt Apoſtolicum
Commiſſarium, quod authoritatem, & decretum
imponeret, tranſactioni, & concordiæ, & pacto
factis, & firmatis, inter præfatum Dominum
Archimandritam, &c. Sereniſſimum Dominum
Principem prælibatum, &c.* & paulò poſt *fol. 2.*
ſequitur. *Poſtquam requiſitionem, præfatus Do-
minus Epiſcopus ſedens in ſuo Tribunali decre-
tum ſuo ore proprio tulit. in hac verba videlicet.*
Aſſerit igitur ex ſe requiſiſſe partes Domi-
num Epiſcopum. (Verum requiſitionem
ipſam vulgari, & intelligibili voce factam

per partes, non vtique interſerit.) Nullo itaque pacto de obligatione, vel concordia, vel pactis inter partes initis inſtrumentum conficere potuit.

93 Quia nimirum de hoc rogatus minime fuit, neque ab vtraque, neque ab vna ex partibus. Oportebat autem, vt à partibus ſuper hoc, vel ab altera ſaltim earum rogaretur; vt ſuper earum obligationibus hinc inde inſtrumentum conficere, atque rogare potuiſſet. ſecundum *Innocent. d. cap. 1. num. 7. & Butr. num. 8. & Abbat. nu. 4. de fide inſtrument.* ſequitur *Beccius d. conſ. 6. num. 25. & 26. Afflict. d. deciſ. 245. n. 7. & 8. Franciſ. Turzan. loco vbi ſupra num. 2. Emanuel Suarez ibid. num. 40.*

94 Notarius autem acta, & inſtrumenta, de quibus fuit rogatus edere debet, non alia. *Cyn. Bart. Bald. & alij in l. contractus C. de fide inſtrum. Card. Mantica deciſ. 61. num. 3.*

Nihil igitur probationis afferet inſtrumentum, cùm in nullo ei fides præſtari valeat, nihilque certi ſtatuat; quin quàm plurimis inuerisimilitudinibus, ac veritati aduerſis omnia ſcateant, plenaq; ſint; vti huc vſque probatione oculari ex ipſo inſtrumento oſtendimus. Nihil propterea operabitur. Atq; ita ex his, Iudicio ſuppoſitis rectiùs ſentientis, emunctioriſq; naris, reſpondendum cenſuimus.

CAROLVS MARANTA I.V.D. Epiſcopus Iuuenacen.

SVMMARIVM.

1 *Bellum inde geritur, vt pax acquiratur.*

2 *Hetruſci Martis Templum ad campum, non intra Ciuitatis mœnia extruxere, & quare?*

3 *Pax non quæritur, vt bellum exerceatur, ſed bellum, vt pax acquiratur.*

4 *Arma quam ob cauſam in Armamentario reponantur?*

5 *Bellum vnde dictum eiuſque etymon.*

6 *Tranſactio non ſecus, atque res iudicata creditum lucidum reddit.*

Quia vtraque finit lites num. 7.

8 *Compenſatio ex re iudicata datur.*

Quia liquidum creditum facit.

Eodemque modo ex tranſactione num. 9.

10 *Fundamento ſublato corruit ędificium, & num. 95.*

11 *Inſtrumentum probatio probata habetur.*

Quod exauditur, ſi tale fuerit, vt fides ei haberi valeat.

Nam inſtrumentum non dicitur, niſi quando eſt perfectum num. 13.

Eique ſtatur, ſi verum, ſolẽneque illud fuerit, num. 14.

Et pro hoc præſumitur in dubio, num. 15.

16 *Inſtrumentum a Notario vaſſallo in Regno, ſiue prò, ſiue contrà Baronem rogatum, non probat, obſiſtente ei Capitulo Regni Regis Ladislai, ſecundum veriorem ſententiam, reiecta illa Molſeſii, ac Nouarij, num. 38.*

17 *Conſtitutio, ſiue lex Regis Ladislai rogata fuit ad euitandas fraudes; illis igitur ceſſantibus, ceſſabit & lex, ſecundum Molſeſii, ac Nouarij ſententiam num. 37. quę reijcitur num. 38. ſicuti eius ratio num. 40. & 41. licet Nouarius ſibi ipſi contrarius fuerit num. 44. Declaratur num. 32.*

Inualidatque inſtrumenta, atque ſcripturas per Notarios vaſſallos facta, eaque nulla declarat num. 18.

Atque generaliter loquitur, vt generaliter ſit exandienda num. 19.

Siue prò, ſiue contrà Barones inſtrumenta fiant, num. 38.

Et quomodocumque illos tangat, vel tangere poſſit num. 39.

Comprahendet proinde nedum inſtrumenta, verùm & teſtamenta, reiecta ſententia Fabij de Anna num. 20.

Et nedum actum fieri prohibet, verùm factum inualidat, num. 21.

Vt etiam ipſo iure, & ex ſe, inualidum intelligatur, præſertim cum cauſa perpetua ſit, num. 22.

Etiam ſi publicè, & bona fide fiat, num. 23.

Etiam cum interuentu Iudicis, num. 49. & 52.

24 *Bona fides eſſe non poteſt, vbi quis ſciens, volenſque peccat.*

Et actum ſibi interdictum ſciens facit n. 27. & num. 33.

25 *Peccans legem proruit, atque diſſoluit.*

Quia peccans à lege recedit.

25 *Peccatum quid?*

28 *Contraria ſe mutuo à ſubiecto contrudunt.*

29 *Bona fides ab inuincibili ignorantia procedit.*

30 *Peccatum abſque voluntate non eſt.*

31 *Bona fides facere haud poteſt, vt actus ex ſe malus, & prohibitus, malus non ſit, ac reprobus.*

34 *Turpe eſt ignorare id) in quo quis verſatur.*

35 *Inſtrumentum nullum, & inualidum, effectum nullum poteſt producere.*

36 *Tranſactio effectum non habet, ſi nullo nitatur fundamento.*

Fitque inter duos, vel plures num. 45.

40 *Cauſa ceſſante ceſſat effectus.*

Exaudi de cauſa finali, non impulſiua, & num. 43.

41 *Cauſa conſtitutionis Ladiſlai Regis, quæ finalis fuit, quaue impulſiua?*

42 *Proemium cauſam finalem legis indicat.*

44 *Legis conditoris cauſa finalis, commune bonum eſſe debet.*

Irato non eſt credendum.

49 *Contractus, qui indiuiſibilis eſt, aut in totum validus, vel inualidus eſtimari debebit.*

47 *Vtile per inutile in indiuiduis vitiatur.*

48 *Iudicis præſentia omnem remouet fraudis, vel timoris ſuſpitionem.*

Declara, niſi lex ex ſe inualidum actum reddat, num. 49.

50 *Lex ſcripta omnino recipi debet, atque admitti, neque ea præteriri.*

Multoque magis à iudicibus.

Neque ei etiam Iudicis decreto derogari poteſt. num. 59.

51 *Lex à ligando dicitur.*

Et iuſta, honeſta, poſſibilis, atque ſecundum naturam eſſe debet.

Non itaque ſine graui piaculo tranſgredi poteſt, num. 53.

Ratio redditur.

52 *Legi, qui reſiſtit Dei ordinationi reſiſtit.*

54 *Lex eſt veluti à numine Deorum tracta ratio, ſecundum Ciceronem.*

Et à Deo lex procedit. num. 55.

Ac lux eſt. num. 56. *Lex omnium eſt Domina, eique vt Deo parendum.*

Leges, qui primùm tulerunt Gentiles, cur alicui ex Numinibus tribuebant?

Iudex dicitur, quia ius dicit. Non dicit ergo ius, qui contra legem facit, vnde nec iudex.

Locus actorum 22.3. *perpenditur.*

57 *Decretum iudicis iuſtè latum præſumitur.*

Facitque deficere ſuſpitiones fraudis.

Quod exaudi, ſi cum cauſæ cognitione latum fuerit, nihilque opponi poſſit.

Secus vero ſi ſine cauſæ cognitione, vel præcipitanter latum, num. 59.

Nam pro eo nullo modo præſumitur, nu. 60.

Potiſſimùm vero ſi ex ipſomet decreto defectus pateat. num. 61.

85 *Ciuitas, in qua non lex magiſtratibus, ſed magiſtratus legi præfuerint, excidio, ruinæque proxima, ex Platone.*

62 *Negatiua facti ex ipſamet ſcriptura probatur, eliciturque.*

63 *Exonerationis conſcientiæ cauſa, pia æquiparatur.*

64 *Lex Regis Ladiſlai in Capitulo Regni, non contrahentes, neque perſonas alias afficit, ſed Notarios, eorumque inſtrumenta, & ſcripturas inualidat.*

65 *Pragmatica* 1. *de Senatus Conſulto Maced. Notarios afficit, non contrahentes.*

Neque reddit obligationes filiorum pro parentibus nullas.

66 *Libertas Eccleſiaſtica violatur, ſiuè directè, ſiue indirectè contra illam fiat.*

Non tamen tangitur vllo modo per legem Regis Ladiſlai.

67 *Iuriſdictione ſine ius dicenti non paretur impune.*

68 *Compenſatio non niſi de liquido ad liquidum datur, non è contra, & num.* 73.

Neque datur de debito alieno num. 74.

79 *Liquidum non dicitur, quod dubium eſt.*

Neque per ſententiam declaratur.

70 *Liquidum dicitur, quod clare conſtat.*

71 *Clarè conſtare quidnam dicatur?*

72 *Conſtare non dicitur, de quo adhuc dubium remanet, aut diſcuſſio ſupereſt.*

74 *Ceſſio lite pendente facta nihil operatur.*

Siue de credito prætenſo, tertij, & controuerſo, atque illiquido.

75 *Decretum probat tranſactionem ſi in eo inſerta ſit tota ſeries tranſactionis.*

Exauditur tamen de decreto iurè, ritèq; lato, atque cum cauſæ cognitione num. 76.

Vel ſi totus tenor inſtrumenti inſertus fuerit, atque decreto probatus, num. 77.

Atque certum quid, & determinatum inter partes contineat, num. 78.

79 *Priuilegij confirmatio, vt firma ſit, ſat eſt ſi ſubſtantiam antecedentis contineat.*

Ne Princeps per ſubreptionem conceſſiſſe videatur.

Secus tamen eſt in iudice confirmante per decretum, num. 80.

Quia decretum iudicis obligationem non facit, ſed illam ſupponit.

Vnde aliunde apparere debet de veritate ſuppoſiti, num. 81.

82 *Confirmatio nihil operatur deficiente confirmabili, ſiue materia in quam confirmatio veluti forma, inducitur.*
Neque eſt actus per ſe ſtans, nu.83.
Sed veluti accidens, quod ſine ſubiecto eſſe non poteſt.
84 *Aſſenſus perquirit inſtrumentum præcedentis conceſſionis.*
85 *Confirmatio non producit actus ſubſtantiam,*
Sed ſupplet ſolemnitates.
Atque ſupponit confirmabile nu.86.
Imitaturque naturam confirmati, num.87.
Illudque conualidat, eique robur addit, illo in eodem ſtatu permanente.
88 *Obſeruantia negatiua, inualiditatem arguit inſtrumenti, vel quòd non extiterit.*
89 *Obſeruantia ſubſequuta præſumptionem facit præambulæ conceſſionis.*
90 *Contrariorum eadem eſt diſciplina:*
Quia ex vno cognito, notitiam concipimus alterius, n.91.
92 *Solutiones factæ per tertium, abſque mandato principalis, in quaſi poſſeſſione non conſtituunt.*
93 *Debitum hæreditarium ad hæredes transfunditur.*
94 *Actiones hæreditariæ ab hærede, & contra hæredem incipiunt.*
96 *Lis pendens facit debitum illiquidum, vel ſaltem dubium, nihilque interim ſit innouandum, num.97. neque locum habet compenſatio.*
98 *Compenſatio eſt exceptio altiorem exquirens indaginem.*
99 *Iudicium vbi ceptum, ibi finem videre debet.*

ARGVMENTVM.

Tranſactio firma reddit tranſigentium pacta, iuſque dat aduerſario firmum: vt iure ex illa compenſatio ſortiri valeat, quaſi liquida crediti ſcriptura. Pluraque, nec contemnenda ad intellectum capituli Regni Ladiſlai Regis, reiecta ſententia Molfeſii, atque Nouarii. Et num legis prohibitio actum faciat ipſo iure, & ex ſe nullũ? Et num bonafides dari poſſit in eo, qui ſciens, uolenſque cõtra legem facit? num uerò iudicis decretum firmum reddat, ac ualidum, quod erat alias nullum? Et quod nam liquidũ dicatur, ut compenſatio admitti ualeat de liquido ad liquidum? Quidue ualeat obſeruantia, uel ſubſequuta inobſeruantia? non inutiliter diſſeritur.

RESPONSIO LXXXV.

1 BEllum inde geritur, vt pax acquiratur. Auguſtinus ſcripſit ad Bonifacium *epiſtol.* 207. relatus *Can. non. noli æſtimare* 3. §. *hoc ergo* 23. *quæſt.* 1. Vndè perbellè *Vetruuius lib.2.c.7.*
2 dixit: veteres Hetruſcos, ædem Martis ad campum, & extrà Vrbem, non vt aliorum Deorum intra mœnia, conſecraſſe: quòd Bellum neceſſitatis eſſe debeat: non vo-
3 luntatis. *Non enim pax quæritur* (Auguſtinus loquitur *d. Can. noli æſtimare*) *vt bellum exerceatur, ſed bellum geritur, vt pax acquiratur.* Quam ob cauſam Ariſtoteles *7. Politicor. 9. Neceſſe eſſe* (ait) *arma domi neceſſariò poſita in armamentario ijs, qui Reipublicæ præſunt; tùm propter eos, qui attrectant imperium; tùm propter exteros, qui iniuriam conantur inferre.* Non malè igitur quadrat Belli etymon, quod à belluis ductum volunt: ſiquidem belluarum, non hominum eſt inter ſe confligere, hoſtiliq; odio diſſidere: dixitque concinnè *Ouid. 3. de arte.*

Candida pax homines, trux decet ira feras.

Pacem ergo, vt acquiramus, Aduerſariorum intortis iaculis faciendum ſatis erit; inde optata ſuccedet pax.

Supponunt itaque Aduerſarii, vt ſuam firment aciem; ex publicis inſtrumentis tranſactionum inter bonæ memoriæ Hieronymum Principem Biſiniani, & Abbatem Sancti Adriani nomine Eccleſiæ factarum, eorum firmari creditum, illudque lucidum, atque clarum tranſactione reddi, non ſecus atque re iudicata. Ita quippe

Imperatores Diocletianus,& Maximianus
6 in l. non minorem 20. C. de tranſactionib. Nõ
minorem (inquiunt) authoritatem tranſa-
ctionum, quàm rerum iudicatarum eſſe, recta
ratione placuit. Siquidem non ita fidei con-
gruit humanæ, quàm ea, quæ placuerunt cu-
ſtodiri. Rationem verò reddit Gloſſ. ibid.
7 in caſus figuratione; Quia vtraque ſunt li-
tes, dicens.
8 Datur verò ex re iudicata compenſa-
tio; quia illa liquidum facit; enim pro veri-
tate habeatur, tuſque ttibuat inconcuſſum,
l. res iudicata 208. vbi Gagnol. num. 2. ff. de
regul. Iuris l. 1. vbi Doctor. C. de condition.
indebit. cap. cum inter 13. §. fin. de ſent. & re
iudic. Nimirum quia de liquido datur ad
liquidum compenſatio ad l. fin. vbi Doctor
C. de compenſat. Gloſſ. in cap. cum Ioannes
10. verbo compenſare de fide inſtrum. §. bo-
næ fidei inſtitut. de actionib. Rota apud Cor-
cinum Decanum deciſ. 358. num. 2. & deciſ.
326. num. 3. & par. 2. tom. 2. in recent. deciſ.
524 num. 5. Rota Maceraten. apud Marcum
Anton. Thomati deciſ. 16. num. 26. Surd. de-
9 ciſ. 184. num. 9. Dabitur igitur pari modo
ex tranſactione compenſatio. Per optimũ
10 porrò argumentum; ſed fundamento cor-
ruit, vt extructùm deſuper totum, & ipſum
ſimili ruina cadat, ad tex. in cap. cum Pau-
lus 26. 1. q. 1.

Hoc ipſum quippè in dubium vertitur,
quod illi indubitatum adſtruunt. Neque
enim quicquam firmum de tranſactioni-
bus habetur. Pendent nempè illæ non à
partium concordia, ſed ab ſola Epiſcopi
aſſertione, quin non magis Notarij, aſſe-
rentis, Epiſcopum dixiſſe ea omnia, quæ
ſuo illo inſtrumento ipſe ex memòria de-
ſcripſit. At huic Notariò minimè fides ha-
betur; & ob inuериſimilitudines, & ob cau-
ſam, quòd obſiſtit illi Regis Ladiſlai diſ-
poſitio, vt in alijs noſtris ſcriptis latè dedu-
ximus.

Corruit igitur hoc ipſum tranſactionũ
præſumptarum fundamentum; decidit
11 proindè, & compenſationis obiectio.
Quemadmodum, & quod aſſeritur: In-
ſtrumentum probationem probatam ha-
beri ad tex. in l. cenſus 10. ff. de probat. l. in
donationibus 31. C. de donat. Bald. in l. Im-
perator. in 1. Colum ff. de ſtatu hominum fa-
citque rem claram ad tex. in l. cum preci-
bus 18. C. de probat. Rota apud Card. Ca-
ualer. deciſ. 71. num. 1. & deciſ. 182. num. 3.
Rota in Mediolanen pecuniaria 16. Ianua-
rij 1629. coram Motmanno deciſ. 234. num. 2.
par. 5. nouiſſimarum diuerſor.
12 Exauditur id porrò ſi inſtrumentum
tale fuerit, vt fides ei haberi valeat, ad tex.
in cap. cum dilectus 9. vbi Gloſſ. verbo appro-
bata de fide inſtrum. d. l. in donationibus 31.
C. de donat. Ex verbis Imperatoris ibidem,
dicentis; Ita tamen ſi ipſe donator, vel alius volun-
tate eius, ſecundum ſolitam obſeruationem, ſub-
ſcripſit, & Gloſſ. ibid. verbo ſub notatione, & l. vi-
ce donatricis 20. C. eodem ibi dum ſubnectit
Imperator dicens: Iurè facta donatio non ha-
betur irrita, vt ſecus planè ſit, ſi iure facta
minimè fuerit, d. l. cum precibus 18. C. de pro-
bationib. ibi. Si vera ſunt, quæ indidiſti. Neque
13 enim inſtrumentum dicitur, niſi quando
eſt perfectum, vt loquitur Rota apud Creſcen-
tium deciſ. 105. alias 3. num. 3. de fide inſtrum.
14 & inſtrumento ſtatur, ſi verum, ſolemne-
que illud fuerit ad text. in l. cum propria 5. vbi
Gloſſ. verbo docenti, C. ſi quis alteri, vel ſibi. No-
tat Magonius deciſ. Florent. 9. num. 20. & 21.
15 quatenus probar pro inſtrumento ſolem-
ni præſumi in dubio, ex d. l. cùm propria, & d.
l. cùm precibus, vt ſecus planè eſſe debeat, ſi
neque ſolemne, neque firmum inſtrumen-
tum ſit. poſt Bart. in l. non putauit. §. non quæuis
ff. de teſtament. militar. ſequiturque Afflict. de-
ciſ. 283. ſub num... quo loci ad rem noſtram
„ loquens ſequentibus dicit: Similiter dicimus
„ in inſtrumento, quod vigore ſtatuti debet man-
„ dari executioni: intelligitur ſi eſt inſtrumentum
„ validum, factum per Notarium, & habeat ne-
„ ceſſaria requiſita ad inſtrumentum. ita Afflict.

Non itaque probabit, neque præſump-
tionem vllam pro Aduerſarijs faciet inſtru-
mentum hoc tranſactionum præſumptarũ
inter olim Dominum Principem Biſiniani,
& Archimandritam Sancti Adriani. Quia
profecto, præterquàm quòd pluribus eui-
dentibus laborat defectibus, vt falſitatis ſu-
ſpitionem, illamque violentam, haud abij-
ciat, quod in alijs noſtris ſcriptis pluribus
perpenſionibus palam facere curauimus:
fuit tamen à Notario Vaſſallo rogatum.
16 Obſtat proinde ei, (ne fides habeatur,) lex
municipalis per Capitulum Regni, Ladiſ-
laus Dei gratia Rex, incipiens. Non ſiue pru-
dentis.
17 Neque confugium facias, vt cuſpidem
euites argumenti: & quod lex præfata La-
diſlai rogata fuit ad euitandas fraudes im-
preſſionis, atque vis, ſiue concuſſionis, quæ
inferri poſſet Notarijs à Baronibus. Vt ceſ-
ſet proinde ſuſpitio incuſſionis, vel vis, atq;
impreſſionis vbicumque inſtrumentum fit
palam, ac bona fide. Et quòd locum haud
inueniat ſibi dicta Ladiſlai diſpoſitio, ſi in-
ſtrumentum celebretur contra Baronem.
18 Quia nimium lex ipſa Ladiſlai Regis ſa-
tis ampla eſt, quin imò confirmat, & inno-
uat præcedentium anteceſſorum ſuorum
Regũ, qui in Regno fuere, diſpoſita; quibus
prohibuere, Notarios creari non Demania-
les. vnde nulla, & inualida declarat inſtru-
menta omnia per Notarios Vaſſallos con-
19 fecta, quæ tangunt, & tangere poterunt
Magnates, Comites, Barones, & Terrarum
Dominos. Generaliter igitur lex loquitur
La-

Google

Ladiſlai, vt generaliter quoque exaudiri de-
beat *Can. ſi Romanorum* 1.19.*diſt.cap*.2.*de trã-
tlaſ.Epiſc.Nau.conſ*.20.*num*.6. *in fin. lib*.5. *de
ſentent.excomm.& conſ*.6.*num*.5.*lib*.3. *de ſtatu
Monachorum* ſequiturq; perpenſionem hanc
in his terminis cap. huius Regis Ladiſlai *Af
flict. in conſtit. Regni in Terris Demanij de Iudi-
cib rub*.77.*tom*.1.*num*.15.*verſ.ſed contrarium*,
& *Carolus Tappia in iure Regni lib*.3.*tit.de fide
inſtrument.in annotationib.num*.5.*fol*.164. quo
loco ex hac generali perpenſione, quòd lex
20 hæc Ladiſlai generaliter loquatur; com-
præhendi dicit, ne dum inſtrumẽta, verùm
etiam (quin imò multo magis) teſtamenta:
reiecta ſententia Fabij de Anna in Additio
nibus ad Genitoris *ſingular*.244. Verba enim
illa diſpoſitiua, ac generalia Regis præfati:
(*Omnia, & ſingula inſtrumẽta, ſcripturas, & cõ-
tractus publicos, fienda, fiendos, & fiendas, ex
nunc in antea per ipſos Notarios publicos, non
Demaniales, quæ tangere, & tangi poterunt di-
ctos tantum Magnates, Comites, Barones, & Ter-
rarum Dominos eſſe inania, & inanes, ac nullos,
nullas, & nulla, nec vllam in iudicijs, vel extra
obtinere deinceps roboris firmitatem.*) ſatis ex ſe
indicant: nullos contractus, nullaque inſtru-
menta, nullaſque ſcripturas à Notarijs Vaſ-
ſis confecta firmitatem obtinere, quæ tan-
21 gant, & tangere poſſint Barones, Comites
Magnates, & Terrarum Dominos. Planè,
quia, ne dum hæc Ladiſlai lex prohibet
actum fieri; verum vlterius procedit, actum
contra legem ipſam factum, nullum, & in-
ualidum declarando. Vt (ipſo iure, & ex ſe
22 ipſo) inualidum, nullumque euadat, ad *tex.
in l.non dubium* 5.*C. de legeb* potiſſimum ve-
ro prohibitionis cauſa ſi perpetua fuerit,
ad *text.in Can.vides* 10.*vbi Gloſſ.verbo diſſolui
in fin.diſtinct*.10. ſequitur *Syluester verbo lex*,
§. 28. *num*. 18. *Pater Molina de iuſtit. & iur.
tom*.1.*diſput*.88.*in fin. verſ. ad confirmationem
dicendum, Rota apud Creſcent. deciſ*.48.*aliàs* 18.
num.2.*de prabend. & apud Cardin. Caualer.de-
ciſ*.7.*num*.5.
23 Nullamque admittat diſtinctionem, ſiue
publicè, ſiuè bona fide fiat Quæ enim bona
24 fides perpẽdi poterit in eo, qui publicè pec-
cat; & ſciens, volenſque contra legem facit?
ad *text. in cap*.1. *circa fin.de præſcript. in* 6. ex
verbis Bonifacij VIII. dicentis: *Vbi tamen eſt
ei ius commune contrarium, vel habetur præſum
25 ptio contra ipſum, bona fides non ſufficit.* Nam
qui peccat legem proruit, atque diſſoluit.
Contra legem quippè peccatum pugnat;
quia peccans à lege recedit, iuxta definitio-
nem peccati traditam à *Cardin. Toleto lib*.3.
inſtruct.Sacerdot.cap.1. Peccatum eſt receſſus
26 (dicente) à regula diuina voluntarius. Ne-
que aliud peccare eſt, quàm declinare à re-
ctitudine actus, quem debet habere, ſiuè ac-
cipiatur peccatum in naturalibus, ſiuè in ar-
tificialibus, ſiue in moralibus, vt docet *S*,
27 *Thom*.1.*part.quæſt*.63.*art*.1.*in corpore*. Nulla
igitur bona fides eſſe poterit in Notario,
qui actum à lege ſibi interdictum ſcienter
facit. argumento *text. in cap. fin. vbi Gloſſ. &
ſcribent de præſcript. regul. poſſeſſor*. 1 *de regul.
iur.in* 6. diximus *reſponſ.noſtra* 26.*num*.9.*par*.
1. In mala proinde fide actum facere vide-
tur, ex regula contrariorum, quorum eſt, ſe
28 mutuo contrudere in eodem ſubiecto, iu-
xta Philoſophorum doctrinam, & perpenſa
à noſtratibus in *l hac verba, ille, aut ille* 124.*ff.
de verbor ſignificat.cap maiores* 3.§.*ſed adhuc in
fin.de Baptiſm*. diximus *ead. reſponſ. noſtra* 26.
num.12.*&* 13.*Vincent. Anna allegat*.62.*nu*.20.
29 Neque contrahentium bona fides, quæ ab
inuincibili ignorantia procedit, nos *d. reſ-
ponſ*.26.*num*.6. alios referentes, (alioquin
bòna fides haud erit, ſi ſciẽter quis Peccet.)
30 Abſque voluntate enim peccatum non da
tur, ex S Auguſtino *lib*.3.*de libero arbitr. cap*.
17. relatoà *S.Tho*.2.2. *quæſt*.108.*art*.4. ad *text.
in l.fœdiſſimam* 20. ſecundum *Bald.* ſummariũ
dicentis: Tolle *voluntatem, & omnis actus erit
indifferẽs.C.ad l.Iuliam de adulter.Can.nemo te-
netur* 10.15.*q*.1. vbi *Ambroſ.lib*.1. *de Iacob, &
vita beata: Nemo tenetur ad culpam*, (inquit) *niſi
voluntate propria deflexerit. & can ſicut enim*
10.32.*quæſt*.5.*Royas de hæreſi.pa*.1.*num*.101.)
neque (inquam) bona fides facere poterit,
nè lex locum habeat, vt actus aliàs per per
legem reiectus, atque reprobus. & ex genere
ſuo malus, (vt loquuntur Theologi) validus
afficiatur: (detecto potiſſimum errore, atq;
contra legem peccato.) quod perpẽdit quo-
que *Rouitus* in hac noſtra materia loquens
capituli Regis Ladiſlai, *conſ*.91.*num*.5.*lib*.1.
ex *Afflict.d conſtitut.in Terris Demanij nu*.11.
23 Ratio quippe Ladiſlai Regis ea non con-
tẽnenda fuit, vt euitentur fraudes, quæ ad-
mitti poterunt per Notarios ſubiectos Ba-
ronibus. Quæ ſanè ratio ſemper in eſſe vide-
tur, quomodocumque contra legem ipſam
fiat. Quam ob cauſam ſemper abeſſe bona
fides videtur, ſi contra legem peccetur per
eos, contra quos lex ipſa ſancita fuit. Prohi-
bitio verò facta eſt Notarijs, qui ſcire legẽ
34 hanc debent. Alioquin turpe erit eis igno-
rare ius, in quo verſantur, & quod ad eorũ
ſpectat officium, iuxta Quinti Mutij reſpon-
ſum ad Seruium Sulpitium in *l*. 2. §. *ſeruius
cùm in cauſis.ff.de origine iuris.*

Bonam ergo fidem prætendere haud po-
terunt contra legem ſcienter peccantes. Po
tiſſimum verò cùm lex prædicta Ladiſlai,
omnino inſtrumenta nulla, atque inualida
35 declaret, quę à Notarijs Vaſſallis rogata fue
rint. At ſufficit actum, atque inſtrumentum
nullum eſſe, atque inualidum, (ita per legẽ
declaratum;) ne effectum producere va-
leat.
36 Fruſtra igitur tranſactionis effectus quæ-
ritur; cùm actus ipſe, ſuper quo tranſactio
fun-

fundamentum habet, in hilum abierit, at-
que corruptionem viderit, vt mutatum ſit
compoſitum, amota fuerit cauſa, fundamē-
tum diruerit, ad *tex. in d. can. cum paulus 26.
1. q. 1. c. cum ceſſante 60. de appellat. d. cap. ma-
gnæ denotationis 7. in finalibus verbis de voto l.
adigere 6. §. quamuis de iure patron. l. 1. C. de
donationib. quæ ſub modo.*
37 Parique modo diſijcitur, quod aſſumebāt;
haud locum ſibi facere Ladiſlai Regis diſ-
poſitionem ſi contrà Baronem inſtrumen-
tum roget Notarius, (quamuis Vaſſallus.)
Fundant hanc legis reſtrictionem in ſen-
tentia *Molfeſij* ad Conſuetudines Neapoli-
tanas *tom. 2. part. 10. de inſtrumentorum confe-
ctione quæſt. 12. num. 7.* quem ſequutus quo-
que fuit *Ioann. Maria Nouar. quæſt. forenſ. par.
1. quæſt. 156. num. 11. circa fin. verſ. ego talem,*
qui ceſſare hoc caſu legis rationē de præ-
ſumpta fraude perpendunt, vt ceſſare quo-
que, & eius debeat diſpoſitio.
38 Præter quàm quòd enim huiuſmodi re-
ſtrictio minimè admittitur ab alijs omni-
bus Doctoribus, qui primi fuere, atque pe-
ritiores in Regno, quàm vel Molfeſius, vel
Nouarius. Ita *Afflict. in d. conſtitut. in locis De
manij rubr. 77. nu. 15.* qui rationem ſatis adæ-
quatam profert; quòd nempe lex Ladiſlai
Regis generaliter loquitur, ſiue pro Barone
inſtrumentum roget Notarius Vaſſallus,
ſiuè contrà eum; vt generaliter quoq; exau-
dienda ſit; atque ſatis ſuperque eſſe debeat
poſſe Baronem Notario Vaſſallo imperare,
in eumque iuriſdictionem exercere, (ſaltim
potentia, & in actu primo,) quàmuis in exer
citio, & in actu ſecundo nulla ſubſit cauſa,
qua illam exerceat, eique actu, vel timorē,
39 vel vim inferat, incutiatque; poſſitque con
tractus, vel Baronis vtilitatem, neceſſitatem
que reſpicere; atquè propterea eum tangat,
vel tangere poſſit, vti verba ipſa cantant le-
gis, ſiuè capituli præfati Regis Ladiſlai, ſu-
pra per nos quoque allata: vndè, & actum,
atque etiam potentiam perpendiſſe legiſ-
latorem Ladiſlaum, nemo (niſi cum ratio-
ne ipſe inſanire velit, vt Comicus dixit) ne-
gabit. Afflictum ſequuti fuere conſequen-
ter *Vincent. de Franch. deciſ.* 118. Neapolitani
Conſilij Præſes. *Regens Scipio Rouitus conſ.
90. nu. 11. & conſ. 91 num. 2. lib. 1.* & ante hos
Ioannes Antonius de Nigris ad dictum Capi-
tulum Regis Ladiſlai 1389. quod incipit:
Non ſine prudentis, &c. iuxta ordinem per
eum diſpoſitum *in additionib, num. 8. Mari-
nus Frecia*, qui abſolute loquitur, ex ratio-
ne, quòd inſtrumenta talia nulla ſint, atque
in ualida, *tract. de præſentat inſtrument. part. 2.
n. 3. Vincent. Anna d. ſingul. 244.* & ita in ſimili
reſpondit, votumque dedit Doctor Mar-
ta *voto 186. per totum*, atque præſertim, *n. 10.*
40 Neque ratio ipſa à Molfeſio relata, quam
ſatis firmam pro ſua putat ſententia, ita po-
tens eſt, vt non facili ruat negòtio. Nimirū
quòd non omni ceſſante cauſa, effectus ceſ-
ſat. exauditur quippè de cauſa finali, non
ſanè impulſiua, ſiuè etiam ſine qua non, vt
ſequitur, *Afflict. d conſtit. in locis Demanij nu.
13.* ad *text. in cap etſi Chriſtus 26. circa fin. vbi
Gloß. verbo ceſſante, & verbo ceſſat de iuran.
Euerard. in loco à ceßante ratione num. 4.* dixi
mus *reſponſ. 15. num. 10. & 11. part. 1.* At ſatis
41 apertè legentibus videri poteſt; hanc cau-
ſam (fraudes euitandi) non finalem fuiſſe
Regi Ladiſlao, ſed impulſiuam, ſiue ſecun-
dariam; finalem verò, atque primariam, vt
pacem, atque quietem ſibi ſubiectis Popu-
42 lis conſeruaret. Ex proemio enim dicti ca-
43 pituli id euidentiſſimum fit, quod finalem
cauſam indicat, ad *text. in l. fin. vbi Bart. ff. de
hæredibus inſtituend. l. 1. ff. ad Macedonian.* dixi-
mus *reſponſ. noſtra 44. num. 22. par. 2.* Licet
igitur cauſa ceſſet fraudis, (vt Molfeſius pu-
tat, eiuſque eſſecla Nouarius,) quòd actu
fraus non admittatur, cùm inſtrumentum
contra Baronem rogat Notarius Vaſſallus,
non prò eo; haud tamen ratio ceſſat prima-
ria quietis, & pacis totius Populi; quam per-
ſpexit legis Conditor, & quam perſpicere
44 debet quiſque legem condens, (commu-
ne ſcilicet Populi bonum,) iuxta *S. Thom. 1.
2. quæſt. 96. art. 4. ad text. in cap. 1. de conſtitutio-
nib.* quin neque fraudis ratio ipſa conquie-
ſcit. Quid enim ſi Notarius animo exulce-
rato aduerſus Baronem, ei nocere tentet, in
ſtrumentum obligationis aduerſus eum
confingendo? Non itaque ceſſabit ex hac
quoq; parte fraudis cauſa, ac ratio; vt firma
proindè eſſe debeat diſpoſitio, ex ratione
pariter, quam perpendit Molfeſius, eamque
per optimam putat Nouarius, vt Afflictum
& de Franchis, alioſque antecedentes Pa-
tres (ad vnum Molfeſium) minimi duxerit,
poſtpoſueritue. Licet ipſe antea cōtrarium,
(ſibi parum conſtans) dixerit, *in praxi ele-
ction. & variationis fori ſect. 1. quæſt. 53. num. 4.*
ſeque ita conſuluiſſe aſſerat. Inde quippè
eſt, quòd Ladiſlaus Rex in præfata diſpoſi-
tione abſolutè vetuit Notarios Vaſſallos
inſtrumenta conficere, quæ *tangere, & tangi
poterunt dictos Magnates, Comites, Barones, &
Terrarum Dominos*, illaque inania, & nulla
eſſe declarat, neque vllam in iudicijs, vel ex-
tra obtinere roboris firmitatem edicit. Quia
nimirum generaliter diſponere voluit, ſiue
prò; ſiuè contrà Barones inſtrumēta eſſent,
rogarenturue. Et ſicuti Vaſſallis proſpexit,
ne pro Barone inſtrumenta contra eū cōfin
gerentur; per ęque, & Baroni proſpicere vo
luit, ne pari modo inſtrumēta contra eum
confingerentur. Vt ſicuti in vno non credi-
tur, ita neque in alio crederetur. Quòd irato
nihil ſit credendum, vt Auguſtinus Steu-
chius loquitur *de donatione Conſtantini lib. 1.
paulo poſt princ. tom. 3.* Nihilominus tamen
ne-

neque contra Principem Biſiniani inſtru-
mentum ipſum tranſactionis, ſiue concor-
diæ eſt: (quatenus quidem firmum illud
aliàs eſſet;vti infirmum in aliis noſtris ſcri-
ptis pro hac re oſtendimus;) ſed & prò, &
45 contrà.Namque, & pro Principe eſt,& cō-
trà ipſum pariter: tranſactionis nempè in-
ſtrumentum proponitur. Inter duos verò,
vel plures tranſactio fit,ad *tex.in l. 3.ff.de trã-
ſactionib.*Non igitur ex eo ſaltim,quod con-
trà Principem ſit, firmum illud habere de-
bemus; ex ea verò parte,qua prò eſt,& cō-
trà Eccleſiam,firmum,atque validum æſti-
mare.

46 Neque enim fieri poteſt, vt vnus idemq.
contractus,qui indiuiduus eſt, vnam, ean-
demque rem continens, ex vna parte fir-
mus,ex altera æſtimetur infirmus,ad *tex. in
l.ſi duos.44.ff.de contrahend.emp & l.cum eiuſ-
dem generis 34.de adilitio edictio.*argumento,
etiam *tex.in l.ſi quis aliã rẽ 46.ff. de ſolut. & l.
quod ſi vno prætio 16. ff. de in diem adiectione:
Rota apud Card. Manticam deciſ.13. num.8. &
apud Seraphinum deciſ.709. nu.3. & ſeq par.1.
diuerſorum,& apud Card.Canal.dec.612.n 23.*
Corruet ergo in omnibus, aut in omnibus
47 ſtabit. Vt eadem ſit ratio de parte,quæ de
toto eſt, cùm in indiuiduis vtile per inutile
vitietur,ad *tex.in l.1.§. itẽ quæritur ff.de aqua
quotid.& æſtiua,l.Pedius 7.§.1.ff. de recept. ar-
bitris*, & perpenſum fuit in Rota apud di-
ctum *Card.Caualerium d. deciſ.612. num.24.
Rota apud Robuſterium par.2. diuerſ.deciſ.318.
num.8.Caßaneus conſ.63.num.14.Doctor Mar-
ta voto 165.n.13.par.1. Vincent. Anna allegat.
9.num.7.8. & 9.*

Infirmũ præterea ſuccedit, & aliud Ad-
uerſarium effugium. Inſtrumentum tran-
ſactionis, ſiue etiam inſtrumenta, (nam
duo eſſe ſupponunt) fuiſſe celebrata cum
48 decreto Epiſcopi Biſinianen. iudicis dele-
gati à S.Sede Apoſtolica: Remoueri proin-
de omnem ex aduerſo ſuſpitionem ex ipſa
iudicis præſentia,*l.vltima C.de prædijs mino-
rum Rota apud Cardin. Manticam deciſ.151.n.*
5.plenè *Picus ad ſtatutum Vrbis lib.1.cap.151.*
49 *Gloſſ.21.num.22.*Præter quàm quòd enim,
neque iudicis præſentia ſarctatectum in-
ſtrumentum reddit per Notarium Vaſſal-
lum,ſiue prò, ſiue contrà Baronem roga-
tum,obſiſtente eius firmitati, atque validi-
tati dicta Ladislai Regis Sanctione, qua in-
ſtrumenta omnia nulla, & inualida declarã-
tur; quinimo prohibet iudicibus omnibus,
diſtrictèque in mandatis dat: *Huiuſmodi in-
ſtrumenta, ſcripturas, & contractus publicos in
iudicijs,vel extrà iudicia,nõ recipiant, audiant,
vel admittant:Sed eos,& eas,& ea recipere,au-
dire,& acceptare penitus denegent, & recuſent,*
vt hoc vnum ſat eſſe debeat,ea firmitatem
non obtinere, nullaque declarari; quod
50 perpendit *Freccia d.par.2.num.3.*Cum ha-
beant legem ſcriptam; eam vtique reci-
pere,admittereque omninò eos oportebit,
51 neq.eã præterire;proruereq. Legẽ quippè
à ligando dictã vult, docetq.S. *Thomas* 1.2.
*q.90.art.1.in corpor.*eãq.iuſtã,honeſtã, poſſi-
bilẽ,atq.ſecundũ naturã eſſe oporteat,ſecũ-
dũ Iſidorũ *lib.* 5. *etymologiarũ* relatum *can.
erit autem lex 2. diſt.* 4. diximuſque *reſponſ.
52 noſtra 40.num.15.& 16.par.2.*Non ergo per
eorum præſentiam inſtrumenta huiuſmo-
di firma facere potuerũt iudices,obſiſtente
illis lege præfata iuſta,honeſta, poſſibili,at-
53 que ſecundum naturam,vt ſine graui pia-
culo tranſgredi illam minimè poſſint gen-
tium; quòd qui legi reſiſtit,Dei ordinatio-
ni reſiſtentiam facere videatur, ſecundum
Apoſtolum ad *Roman.* 13. 2. *can. qui reſiſtit
95.11.q.3.d.c.1.de conſtitutionib. S. Thomas 1.
2.q.96.ar.4.*diximus *reſponſ. noſtra 7. num.3.
& 4.par.1.& reſponſ.39.num.23. par.2.* Sitq.
lex veluti à numine deorum tracta ratio,
ſecundum Ciceronem 1.*Philippic.*ad *tex.in
l.fin.§.quid enim prodeſt:*ibi Diuino quodam
motu,C.*de præſcript.longi temporis,*diximuſ-
que *reſponſ.noſtra 43.num.21.& reſponſ.42.n.
55.par.2.* vt dixerit proindè ex Græcis qui-
dam,*Lege omnia fiunt,& iudicantur.*& alter:
Leges ſequi patriæ pulchrum eſt. & Spiritus
Sanctus Salomonis eloquio *prouerb.8.1. Per
me Reges regnant;*(docet)*& legum Conditores
iuſta decernunt. Per me Principes imperant, &
potentes decernunt iuſtitiam.* Non contem-
nendum ergo, quod Deo iubente, vel ſua-
dente,poſitum fuit. Quin, vt lux ſequenda
56 lex eſt: ita Spiritus Sanctus Sapientis eiuſ-
dem ore: *prouerb. 6. 23. Quia mandatum lu-
cerna eſt*(inquit) *& lex lux, & via vitæ incre-
patio diſciplinæ.* Si à Spiritu itaque Dei mo-
uentur Reges, cum iuſtas decernunt leges
in commune totius Reipublicæ commo-
dum: ſeruandæ illę,vtique erunt, neque ſi-
ne graui crimine proruendæ. Quin,vt Pin-
darus rectiſſimè dixit:*Legem omnium eſſe Do-
minam,eique,vt Deo parendum.*Hinc ſanè eſt,
quòd priſci illi etiam gentiles,qui leges pri-
mùm tulere;earum inuentionem non ſibi
ſed alicui Numini tribuerunt;vt insererent
rudiorum animis: Leges, vt pulchrũ Deo-
rum inuentum, ſic & vtillimum, à nemine
eſſe violandas; ſed toto pectore colendas,
tuendas, amandas.

Nihilominus tamen,quod de decreto di-
citur Iudicis,hoc ipſum in dubium reuoca-
tur, cum decretum manu iudicis delegati
ſubſcriptum non ſit; neque de eo aliter cō-
ſtet, quàm per aſſertionem Notarij Vaſſal-
li, etiam contra Principem Baronem, atq.
Magnatem, & Dominũ, vt in idem reincidat
quæſtionis Cardo, an Notarij huius inſtru-
mento ſtandum ſit?Cùm contrà, Regis La-
dislai ſanctio ei obſiſtat; vt in alijs noſtris
57 ſcriptis pleniſſimè diſſeruimus. Et aſſum-

ptum

ptum de decre to iudicis, ꝙ pro eo præſumatur;faciatq.deficere ſuſpitiones fraudis: Tūc ſanè locū ſibi facit,ſi aliasde cauſæ cognitione legitimè conſtet,nihilq. cōtra illud opponi valeat; vti pluribus deducit *Picus ad d.gloſſ.21.a n.33.cū ſequ.ad fin.vſq.gloſſ. præfata*, quē ſequuta fuit *Rota* Maceraten apud *Marcū Antonii Thomati deciſ.23.n.96.*

58 Præter quàm quòd, (ſac decretum legitimè interpoſitum fuiſſet)neque tamen poterat Iudex diſpoſitioni dicti Regis Ladiſlai,in cōmune totius Reipublicæ bonū rogatæ, quicquā detrahere,ad *tex.in l.1.in fin. princ.ff.de ferijs. Nec enim Prætoris factum iuri derogare oportet.* Vlpianus ibi loquitur. ſequiturque *Picus ad dictum ſtatutum Vrbis gloſſ.7.num.327.* Qua ratione Plato minatur excidium ei Ciuitati, in qua non lex Magiſtratibus, ſed legi Magiſtratus præfuerint. Iudex verò ex Varronis ſententia dicitur, quod ius dicit. At ius dicere minimè iudex dicetur, qui ſtatutam contra legem facit. Cui quippe ius ipſe dicit,qui legem,ius, faſque proruit, atque diſſoluit? Vnde nec iudex nuncupabitur. Audi Paulum Apoſtolum *Actorum 23.3.* ad Ananiam Principem Sacerdotum, qui eum percuti iuſſerat, dicentem: *Percutiat te Deus paries dealbate, & tu ſedens iudicas me ſecundum legem, & contra legem iubes me percuti.* Quia porrò contra legem cum percuti iuſſerat; Iudicem haud eum agnoſcebat. Percipe hoc ex eius reſponſione ad dicentes ſibi: *Et qui aſtabant dixerūt; Summū Sacerdotem Dei maledicis? Dixit autem Paulus: Neſciebam fratres, quia Princeps eſt Sacerdotum. Scriptum eſt enim; Principem populi non maledices.* Non itaque poterat Epiſcopus iudex delegatus legem ſoluere Ladiſlai Regis. Neque hoc ipſe intendit, vt illam ſolueret, ſed vt aſſenſum præberet tranſactioni: Si vera ſunt, quæ Notarius aſſeruit, cui fides, vti contra legem facienti, minimè adhibetur. Accedit his etiā, (da decretum alias manu iudicis delegati ſubſcriptione munitum,) eſſe nihilominus
59. illud nullum, atque inalidum; quod nulla interceſſerit cauſæ cognitio, verùm præcipitantēr, ipſoque momento, quo, (vt aſſertum fuit per Epiſcopum, ſiue etiam Notarium) partes propoſuere concordiam; non expenſo, an illa vtilis Eccleſiæ eſſet, eiuſq. in commodum cederet, (ad *tex. in cap.1. de rebus Eccleſ. non alienan.* iuxta requiſita per *extrauagantem Pauli 2. Ambitioſa 2. de rebus Eccleſ. non alienand.*) interpoſitum, datumq. fuiſſe. iuxta *tex. in cap. qua in Eccleſiarū 7. in fin. extrà de conſtitutionib.* Vt nullo proiumodo, nulloque pacto præſumi valeat pro hoc delegati huius decreto iudicis: vt dixit *Neuizian conſ.85.num.4.& 5. Menoch. de præſumpt.lib.2.præſumpt.75.n.35.* & dictum fuit in *Peruſina donationis 21. Iunij 1613. coram Card. Caualer.dec.257.n.9. & 10.* quæ eſt etiā in impræſsis. apud *Picum ad d.ſtatutum Vrbi dec.49.nu.12. & 13. & in Leodien dominii 31. Ianuarii 1611. coram eodem Card. Caualerio deciſ.135. num.1. Laurent. Chirebonius in Theſauro comun opin.tom.2. littera S. verbo ſententia, vel decretum. fol. mihi 122.col.2.* eſt *tex.* ſatis apertus *in cap.tum ex litteris. 5. de in integrum reſtitut.§. perſpeximus quoque.* quem refert *gloſſ.in cap iurgantium 2. verbo celeri de ſentent. & re iudicat.* & ſequuta fuit Rota *in Ferrarien Archipresbyteratus 26. Iunii 1628. coram Domino Coccino* Decano *deciſ.19.n.55. & 56.part.5. diuerſorum nouiſsimarum.* Potiſſimum verò, quòd ex ipſomet inſtrumento, atque Epiſcopi aſſertione in decreto præfato, euidentiſsima notione dignoſcatur, nullam cauſæ cognitionem interceſsiſſe, ſed ex abrupto proceſſum fuiſse ex ipſa vna ſua aſſertione, vt optimè deducitur ex dicta *Leodien dominij coram Card. Caualerio d. deciſ. 135. nu.1. & 2. & in eadem coram eod.*
62 *1. Iulij 1611. deciſ. 157. num.1.* Et negatiua facti plenè probatur ex ipſamet ſcriptura, per eius reuolutionem, cùm ex illa non appareat cauſæ cognitionem interceſſiſſe, ex *gloſſ.1. in fin.in l. iuſtum 6.C.de edendo Bar.in l.fin.C.de rebus credit. Cephalus conſ.144.num.1. lib.1. Vantius de nullitate tit. de nullitate ex defectu mandati num.62.fol mihi 148. Rota p.1. diuerſ.deciſ.64.num.1.& ſeq.& apud Duranum Epiſcopum Vrgellen. deciſ.2.num.3. & deciſ.6. num. 9.*

Neque firmamentum iaciat aſſerendo: in prohemio inſtrumentorum, Principem Hieronymum expetijſſe tranſactionem inire cum Eccleſijs pro exoneratione conſciētiæ, atque proinde piæ cauſæ æquiperari, ex *Tiraquello de pia cauſa in præfatione circa fin. verſ. etiam relictum.* Atq. Epiſcopū ſuo decreto, nedum approbaſſe contractum, ſed mandaſſe vtrique parti, vt contractum obſeruarent ſub pœna excommunicationis, &c.

Nempe quòd de his omnibus non aliunde, quàm ex aſſertione Notarij dicentis (Epiſcopum dixiſſe) conſtat. At Notario in hoc non ſtatur, ex defectu, quòd, cùm vaſſallus ſit, obſtat ei diſpoſitio Ladiſlai Regis; vt fides ei haberi minimè debeat; quod ſcriptura ipſa valida non fuerit, quin non magis inualida, nulla, ac nullius effectus; & quæ neque in iudicio, neque extra illud fidem faciat, vt latè deduximus in noſtris aliis ſcriptis, atque etiam in ſuperioribus diximus. Neque dicant: ſolum rogitum decreti Epiſcopi, cùm immunis ſit à dicta lege Regis Ladiſlai, ſufficere, vt firma habeatur.

64 Quia profectò lex ipſa Regis Ladiſlai non vtique perſonas afficit Eccleſiaſticas, neque Epiſcopos; neque perſonas contrahentes; ſed Notarios ipſos, adimens eis facultatem rogandi inſtrumenta inter Magnates, Co-

mites

mites Barones,& Dominos Terrarũ; quod
ſi nihilominus illa rogauerint, inſtrumenta
ipſa nulla, & inualida declarar, atq. nullius
momenti. Præcipitque Iudicibus, nè illa in
iudicio, vel extra admittant, quod firmatũ
65 in ſimili fuit ad terminos Pragmaticæ 1. de
Senatus Conſulto Macedoniano, per Rotam
in Brunduſina pecuniaria 15. Nouembris 1613.
coram Buratto par.2.tom.1.in recent.deciſ.435.
& in eadem coram eodem 21. Aprilis 1614.
par.1.tom.2.in eiſd. deciſ.580. & ſequuta fuit
eadem Rota in Neapolitana pecuniaria 5.Iulij
1632.coram Veroſpio, quam deciſionem
retulimus poſt noſtram reſponſ. 49. par. 2.
eſtque reſponſ.50. num.10. in fin. vbi Domini
perpenderunt, dictam pragmaticam nõ
reddere obligationes filiorum familias pro
parentibus factas, nullas; ſed prohibere Notarijs
huiuſmodi obligationes recipere. In
66 nihilo igitur reſpicit hæc lex perſonas Eccleſiaſticas,
nihilque eorum derogat libertati:
Neque enim vel directè, vel indirectè
illam vel tangit, vel violat, argumento tex in
c.Clericis Laycos 3.de Immunit. Eccleſ.lib 6.
ſequiturque Marta voto 231.n.2.p.1. Sed quoad
perſonas Notariorum tantummodo, inhabilitando
illos, ne, (cùm Vaſſalli ſint,) inſtrumenta
huiuſmodi conficiant: et ſi confecerint;
ſint illa nulla, & inualida, nullamque
fidem faciant. Neque porrò Epiſcopus
Notarium prædictum in Auctuarium Curiæ
delegit, (cum hoc neque appareat ex
ſcriptura, neque Notarius ipſe aſſerat,) ſed
vti Notarium Regium cum Iudice Regio
ad contractus, vt inſtrumentum ipſum de
aſſertis per eum conficeret; quod etiã perpendimus
in alijs datis ſcriptis. Remanent
itaque improbata omnia, quæ in hoc aſſeruntur
inſtrumento, cum ei fides in iudicio,
vel extrà haberi minimè debeat.

66 Neque enim potuit Epiſcopus, quòad
perſonas Laycas legem diruere Ladislai, neque
in hoc ei parere debuerant; neque poterant,
ad text.in cap.2.in fin.de conſtit.in 6. &
dicta per Paulum Iure conſultum in l. fin.
ff.de iuriſdict omn.iudic. ex ratione, quæ dictis
textibus affertur: quia abſque iuriſdictione
inutiliter quiſque ius dicit. Non vtique poterit
nunc Aduerſarius ſcriptura vti pro ſe,
quæ reproba eſt, ac nulla, & inualida; atque
ex ea compenſationem obijcere, ne ſol-
68 uat, quod debet. Compenſatio nempè
non niſi de liquido ad liquidum, non contrà
de liquido datur ad illiquidum, l.fin.vbi
ſcribent. C.de compenſat. Surd.deciſ.184. num.
6.Rota apud Card.Manticam deciſ.233. num.2.
& in recentioribus part.2.tom.1.deciſ.524.n.5.
& in Romana ſpolij de Cruciarijs 23. Ianuarij
1630.coram Illuſtriſſimo Durano Epiſcopo Vrgellen.
deciſ.338.num.6.part.5.diuerſorum nouiſ
ſimarum, quæ eſt in impreſſis apud eundem
ſub tutulo Romana fideicommiſſi de Cruciarijs
69 deciſ.235.num.5.cum alijs ſupra per nos relatis.
At liquidum dici haud poteſt, quod
dubium eſt. Non enim dicitur perfectè liquidum,
quod per ſententiam declaratum
minime fuit, ſecundum Bald.in l.item quia in
2.lect.num.1.ad fin.verſ.nam non poteſt dici, ff.
de pact. quem ſequuta fuit Rota apud Card.
70 Manticam d.deciſ.225.num.9. Nam liquidum
eſſe dicitur, quod clare cõſtat. Clare autem
71 conſtare dicitur, quod ſine hæſitatione cuiuſquam
apparet, § nos igitur, ibi omnia clara,
& aperta, in auth.de teſt.imperfectis colla.8.et
can.inferior.4.verſ.hinc liquidò prouidetur,
& verſ.ſole clarius exhibuimus 21.diſt Card.
Zabarella conſ.69.num.6.paulò ante fin Et de
quo per partis confeſſionem, vel rem iudicatam
conſtat, ſecundum Rotam apud Car
72 din.Caualer deciſ.319. num 6. Quinimo conſtare
non dicitur, de quo adhuc dubium remanet,
atque diſcuſſio ſupereſt, ſecundum
Rotam apud Cantucium part.2.diuerſ.deciſ.6.
ſub num.9.

Verùm dubium adhuc ſupereſt, an inſtrumentum
hoc per Notarium hunc rogatum,
firmum ſit, obſiſtente ei Regis Ladiſlai
diſpoſitione in d.capitulo Regni, neque de
eo clare conſtat, cùm adhuc hæſitatio remaneat.
Liquidum igitur haud dici poteſt
73 quicquid in illo continetur. Non ergo compenſatio
admitti poteſt de liquido, ad id,
quod illiquidum eſt, d. l. fin. de compenſationib.
C.cap. ad noſtram 7. de iureiurand. Afflict.
deciſ.381. num.6. Neque aſſerta ceſſio quicquam
operabitur. Nimirum quòd facta illa
fuerit lite pendente, atque de credito prætenſo,
ac tertij, pariterque de credito controuerſo,
& illiquido, ad text.in l.2. & l fin C.
de litigioſis. Rota apud Farinac. in poſthum to.
1.deciſ.515.num.6.& apud Card.Caualer.deciſ.
339.num.3. Quam ob cauſam neque compenſatio
fieri poterat de credito alieno, l.
eius quod 9.C de compenſat.vbi Bald. Hieronymus
Magon.deciſ Florent.44.num.9. D.Franciſcus
del Caſtillo deciſ.109 nu.79.lib.2. Neque
præterea fundamentum faciant, quod in
inſtrumento hoc fuerit inſerta ſeries transactionis
inter Principem, & Eccleſias initæ,
eaque decreto Iudicis delegati probata.

Tùm, quòd de decreto non conſtat, niſi
per aſſertionem Notarij, cui interdictum
erat per Ladislai Regis ſanctionem inſtrumenta
inter Magnates, Comites, Barones, &
Terrarum Dominos, tàm prò, quàm contrà,
rogare, (vt ſupra dictum eſt,) vt non ſit
hoc nouam inſtantiam dare, ſed petere principium.
Quocirca improbatum remanet
decretum. Tùm quod ſatis eluſorium aſſumptum
redditur; fuiſſe totam ſeriem
prænarratæ concordiæ inſertam in hoc in-
75 ſtrumento: ſufficere proinde ad probandã
ipſam tranſactionem, ex Pico ad ſtatutum Vrbis
d.cap.151.gloſ.21.num.32. Id porrò exau-

Sſſ ditur.

ptum de decreto iudicis, ꝙ pro eo præſumatur, faciatq. deficere ſuſpitiones fraudis: Tũc ſanè locũ ſibi facit, ſi aliasde cauſæ cognitione legitimè conſtet, nihilq. cõtra illud opponi valeat; vti pluribus deducit *Picus ad d.gloſſ.21.a n.33.cũ ſequ.ad fin.vſq.gloſſ. præfatæ*, quẽ ſequuta fuit Rota Maceraten apud *Marcũ Antonii Thomati decis.23. n.96.*

58 Præter quàm quòd, (fac decretum legitimè interpoſitum fuiſſet) neque tamen poterat Iudex diſpoſitioni dicti Regis Ladislai, in cõmune totius Reipublicæ bonũ rogatæ, quicquã detrahere, ad *tex. in l.1. in fin. princ. ff. de ferijs. Nec enim Prætoris factum iuri derogare oportet.* Vlpianus ibi loquitur. ſequiturque *Picus ad dictum ſtatutum Vrbis gloſſ.7.num.327.* Qua ratione Plato minatur excidium ei Ciuitati, in qua non lex Magiſtratibus, ſed legi Magiſtratus præfuerint. Iudex verò ex Varronis ſententia dicitur, quod ius dicit. At ius dicere minimè iudex dicetur, qui ſtatutam contra legem facit. Cui quippè ius ipſe dicit, qui legem, ius, faſque proruit, atque diſſoluit? Vnde nec iudex nuncupabitur. Audi Paulum Apoſtolum *Actorum 23.3.* ad Ananiam Principem Sacerdotum, qui eum percuti iuſſerat, dicentem: *Percutiat te Deus paries dealbate, & tu ſedens iudicas me ſecundum legem, & contra legem iubes me percuti.* Quia porrò contra legem eum percuti iuſſerat; Iudicem haud eum agnoſcebat. Percipe hoc ex eius reſponſione ad dicentes ſibi: *Et qui aſtabant dixerũt; Summũ Sacerdotem Dei maledicis? Dixit autem Paulus: Neſciebam fratres, quia Princeps eſt Sacerdotum. Scriptum eſt enim; Principem populi non maledices.* Non itaque poterat Epiſcopus iudex delegatus legem ſoluere Ladislai Regis. Neque hoc ipſe intendit, vt illam ſolueret, ſed vt aſſenſum præberet tranſactioni: Si vera ſunt, quæ Notarius aſſeruit, cui fides, vti contra legem facienti, minimè adhibetur. Accedit his etiã, (da decretum alias manu iudicis delegati ſubſcriptione munitum,) eſſe nihilominus

59 illud nullum, atque inualidum; quod nulla interceſſerit cauſæ cognitio, verùm præcipitantẽr, ipſoque momento, quo, (vt aſſertum fuit per Epiſcopum, ſiue etiam Notarium) partes propoſuere concordiam; non expenſo, an illa vtilis Eccleſiæ eſſet, eiuſq. in commodum cederet, (ad *tex. in cap.1. de rebus Eccleſ. non alienan.* iuxta requiſita per *extrauagantem Pauli 2. Ambitioſæ 2. de rebus Eccleſ. non alienand.*) interpoſitum, datumq. fuiſſe. iuxta *tex. in cap. quæ in Eccleſiarũ 7. in fin. extrà de conſtitutionib.* Vt nullo proinmodo, nulloque pacto præſumi valeat pro hoc delegati huius decreto iudicis: vt dixit *Neuizian conſ.85.num.4.& 5. Menoch. de præſumpt. lib.2. præſumpt.75.n.35.* & dictum fuit in *Peruſina donationis 21. Iunij 1613. coram Card. Caualer. dec.257.n.9. & 10.* quæ eſt etiã, 5 in impræſſis apud *Picum ad d. ſtatutum Vrbi dec.49.nu.12. & 13. & in Leodien dominii 31. Ianuarii 1611. coram eodem Card. Caualer* 10 *deciſ.135. num.1. Laurent. Chirebouius in Theſauro comun opin. tom.2. littera S. verbo ſententia, vel decretum. fol. mihi 122. col.2.* eſt tex. ſatis apertus *in cap. tum ex litteris. 5. de in integrum reſtitut. §. perſpeximus quoque.* quem refert *gloſſ. in cap iurgantium 2. verbo celeri de ſentent. & re iudicat.* & ſequuta fuit Rota *in Ferrarien Archipresbyteratus 26. Iunii 1628. coram Domino Coccino* Decano *deciſ.19. n.55. & 56. part.5. diuerſorum nouiſſimarum.* Potiſſimum verò, quòd ex ipſomet inſtrumento, atque Epiſcopi aſſertione in decreto præfato, euidentiſſima notione dignoſcatur, nullam cauſæ cognitionem interceſſiſſe, ſed ex abrupto proceſſum fuiſse ex ipſa vna ſua aſſertione, vt optimè deducitur ex dicta *Leodien dominij coram Card. Caualerio d. deciſ. 135. nu.1. & 2. & in eadem coram eodẽ*

62 *1. Iulij 1611. deciſ. 157. num.1.* Et negatiua facti plenè probatur ex ipſamet ſcriptura, per eius reuolutionem, cùm ex illa non appareat cauſæ cognitionem interceſſiſſe, ex *gloſſ.1. in fin. in l. iuſtum 6. C. de edendo Bar. in l. fin. C. de rebus credit. Cephalus conſ.144 num.1. lib.1. Vantius de nullitate tit. de nullitate ex defectu mandati num.62. fol mihi 148. Rota p.1. diuerſ. deciſ.64. num.1. & ſeq. & apud Duranum Epiſcopum Vrgellen. deciſ.2. num.3. & deciſ.6. num.9.*

Neque firmamentum iaciat aſſerendo: in prohemio inſtrumentorum, Principem Hieronymum expetijſſe tranſactionem inire cum Eccleſijs pro exoneratione conſciẽtiæ, atque proinde piæ cauſæ æquiperari, ex *Tiraquello de pia cauſa in præfatione circa fin. verſ. etiam relictum.* Atq. Epiſcopũ ſuo decreto, nedum approbaſſe contractum, ſed mandaſſe vtrique parti, vt contractum obſeruarent ſub pœna excommunicationis, &c.

Nempe quòd de his omnibus non aliunde, quàm ex aſſertione Notarij dicentis (Epiſcopum dixiſſe) conſtat. At Notario in hoc non ſtatur, ex defectu, quòd, cùm vaſſallus ſit, obſtat ei diſpoſitio Ladislai Regis; vt fides ei haberi minimè debeat; quod ſcriptura ipſa valida non fuerit, quin non magis inualida, nulla, ac nullius effectus; & quæ neque in iudicio, neque extra illud fidem faciat, vt latè deduximus in noſtris aliis ſcriptis, atque etiam in ſuperioribus diximus. Neque dicant: ſolum rogitum decreti Epiſcopi, cùm immunis ſit à dicta lege Regis Ladislai, ſufficere, vt firma habeatur.

64 Quia profectò lex ipſa Regis Ladislai non vtique perſonas afficit Eccleſiaſticas, neque Epiſcopos; neque perſonas contrahentes; ſed Notarios ipſos, adimens eis facultatem rogandi inſtrumenta inter Magnates, Comites

mites Barones,& Dominos Terrarũ; quod
ſi nihilominus illa rogauerint,inſtrumenta
ipſa nulla, & inualida declarat, atq. nullius
momenti. Præcipitque Iudicibus, nè illa in
iudicio, vel extra admittant, quod firmaũ
65 in ſimili fuit ad terminos *Pragmaticæ 1. de
Senatus Conſulto Macedoniano*, per Rotam
in *Brunduſina pecuniaria 15. Nouembris* 1613.
*coram Buratto par.2.tom.1.in recent.deciſ.*435.
& in eadem coram eodem 21. *Aprilis* 1614.
*par.1.tom.2.in eiſd. deciſ.*580. & ſequuta fuit
eadem Rota in *Neapolitana pecuniaria 5. Iu-
lij* 1632. coram Veroſpio, quam deciſionem
retulimus poſt noſtram reſponſ. 49. *par. 2.*
eſtque *reſponſ.50. num.10. in fin.* vbi Domi-
ni perpenderunt, dictam pragmaticam nõ
reddere obligationes filiorum familias pro
parentibus factas,nullas;ſed prohibere No-
tarijs huiuſmodi obligationes recipere. In
66 nihilo igitur reſpicit hæc lex perſonas Ec-
cleſiaſticas, nihilque eorum derogat liber-
tati: Neque enim vel directè, vel indirectè
illam vel tangit,vel violat,argumento *tex in
c.Clericis Laycos 3. de Immunit. Eccleſ.lib.6.* ſe-
quiturque *Marta voto 231.n.2.p.1.* Sed quo-
ad perſonas Notariorum tantummodo,in-
habilitando illos,ne,(cùm Vaſſalli ſint,)in-
ſtrumenta huiuſmodi conficiant:et ſi con-
fecerint; ſint illa nulla,& inualida, nullam-
que fidem faciant. Neque porrò Epiſcopus
Notarium prædictum in Auctuarium Cu-
riæ delegit, (cum hoc neque appareat ex
ſcriptura, neque Notarius ipſe aſſerat,) ſed
vti Notarium Regium cum Iudice Regio
ad contractus, vt inſtrumentum ipſum de
aſſertis per eum conficeret; quod etiã per-
pendimus in alijs datis ſcriptis. Remanent
itaque improbata omnia, quæ in hoc aſſe-
runtur inſtrumento, cum ei fides in iudi-
cio, vel extrà haberi minimè debeat.

66 Neque enim potuit Epiſcopus, quòad
perſonas Laycas legem diruere Ladislai,ne
que in hoc ei parere debuerant; neque po-
terant,ad *text.in cap.2.in fin.de conſtit.in 6.* &
dicta per Paulum Iure conſultum *in l. fin.
ff.de iuriſdict omn.iudic.* ex ratione,quæ dictis
textibus affertur: quia abſque iuriſdictione
inutiliter quiſque ius dicit. Non vtique po-
terit nunc Aduerſarius ſcriptura vti pro ſe,
quæ reproba eſt,ac nulla,& inualida;atque
ex ea compenſationem obijcere, ne ſol-
68 uat, quod debet. Compenſatio nempè
non niſi de liquido ad liquidum,non con-
trà de liquido datur ad illiquidum, *l.fin.vbi
ſcribent. C.de compenſat. Surd.deciſ.184. num.
6. Rota apud Card. Manticam deciſ.233. num.2.
& in recentioribus part.2.tom.1.deciſ.524.n.5.
& in Romana ſpolij de Cruciarijs 23. Ianuarij*
1630. *coram Illuſtriſſimo Durano Epiſcopo Vr-
gellen.deciſ.338.num.6.part.5.diuerſorum nouiſ
ſimarum*, quæ eſt in impreſſis apud eundem
ſub tutulo *Romana fideicommiſſi de Cruciarijs*
69 *deciſ.235.num.5.* cum aliis ſupra per nos re-
latis. At liquidum dici haud poteſt, quod
dubium eſt. Non enim dicitur perfectè li-
quidum, quod per ſententiam declaratum
minime fuit,ſecundum *Bald.in l.item quia in
2.lect.num.1.ad fin.verſ.nam non poteſt dici, ff.
de pact.* quem ſequuta fuit Rota apud *Card.*
70 *Manticam d.deciſ.225.num.9.* Nam liquidum
eſſe dicitur, quod clare cõſtat. Clare autem
71 conſtare dicitur,quod ſine hæſitatione cu-
iuſquam apparet,§ *nos igitur*, ibi omnia cla-
ra,& aperta,*in auth.de teſt.imperfectis colla.8.et
ean.inferior.4.verſ.* hinc liquidò prouidetur,
& verſ. ſole clarius exhibuimus 21. *dict Card.
Zabarella conſ.69.num.6.paulò ante fin.* Et de
quo per partis confeſſionem, vel rem iudi-
catam conſtat,ſecundum Rotam apud *Car
72 din.Caualer deciſ.339. num* 6. Quinimo con-
ſtare non dicitur,de quo adhuc dubium re-
manet, atque diſcuſſio ſupereſt, ſecundum
Rotam apud *Cantucium part.2.diuerſ.deciſ.6.
ſub num.9.*

Verùm dubium adhuc ſupereſt, an in-
ſtrumentum hoc per Notarium hunc roga-
tum,firmum ſit, obſiſtente ei Regis Ladiſ-
lai diſpoſitione in *d.capitulo Regni*,neque de
eo clare conſtat, cùm adhuc hæſitatio re-
maneat. Liquidum igitur haud dici poteſt
73 quicquid in illo continetur. Non ergo com
penſatio admitti poteſt de liquido, ad id,
quod illiquidum eſt, *d. l. fin. de compenſatio-
nib. C.cap. ad noſtram 7. de iureiurand. Afflict.
deciſ.381. num.6.* Neque aſſerta ceſſio quic-
quam operabitur. Nimirum quòd facta illa
fuerit lite pendente, atque de credito præ-
tenſo,ac tertij, pariterque de credito con-
trouerſo,& illiquido,*ad text.in l.2. & l fin C.
de litigioſis.* Rota apud *Farinac. in poſthum to.
1.deciſ.515.num.6. & apud Card. Caualer.deciſ.
339.num.3.* Quam ob cauſam neque com-
penſatio fieri poterat de credito alieno, *l.
eius quod 9.C de compenſat.vbi Bald. Hierony-
mus Magon.deciſ Florent.44.num.9. D. Franci-
ſcus del Caſtillo deciſ.109 nu.79. lib.2.* Neque
prætèrea fundamentum faciant, quod in
inſtrumento hoc fuerit inſerta ſeries tranſa-
ctionis inter Principem, & Eccleſias initæ,
eaque decreto Iudicis delegati probata.

Tùm,quòd de decreto non conſtat, niſi
per aſſertionem Notarij, cui interdictum
erat per Ladislai Regis ſanctionem inſtru-
menta inter Magnates,Comites,Barones,&
Terrarum Dominos, tàm prò, quàm con-
trà,rogare,(vt ſupra dictum eſt,) vt non ſit
hoc nouam inſtantiam dare,ſed petere prin
cipium. Quocirca improbatum remanet
decretum. Tùm quod ſatis eluſorium aſ-
ſumptum redditur; fuiſſe totam ſeriem
prænarratæ concordiæ inſertam in hoc in-
75 ſtrumento: ſufficere proinde ad probandã
ipſam tranſactionem,ex *Pico ad ſtatutum Vr-
bis d.cap.151.gloſ.21.num.32.* Id porrò exau-

cerentur, ipſe ab vltimo incipiens, vſque ad
primum recitaret. Hippias quoque apud
Platonem, tanquam de magno quodam, &
præſtanti bono gloriatur; poſſe ſe quinquaginta
nomina ſemel tantum audita recitare.
Marcus Antonius Muretus *lib. 3. variarum
lectionum cap. 1.* de quodam iuuene
genere Corſico Patauij iuri ciuili operam
dante, quod multa nomina Latina,
Græca, Barbara, ſignificantia, non ſignificantia,
ſemel audita, omnia ordine poſtmodũ
etiam rettogrado, adſtantium omnium cũ
ſtupore retuliſſe, refert. Quin addit affirmaſſe
illum, ſe triginta ſex millia nominum eo
modo recitare poſſe. Hęc moſtruoſa potius,
quam naturalia dixeris.

Nulla vero neceſſitas expoſcebat, vt per
ſe ore proprio ſententiam, vna cum inſerto
tenore breuis, atque edicto emanato, alijſque
multis, proferret Epiſcopus, neque ea
omnia, quæ in hoc inſtrumento narrantur,
ita firma memoria retinuiſſet, proprioque
ore recitaſſet; cùm ſat fuiſſet, aſſenſum præſtitiſſe,
atque cauſa cognita proceſſiſſe, (vti
in breui per Summum Pontificem eidem
demandabatur, cum clauſulis; (*& ſi per informationem
huiuſmodi ita eſſe repereris*, &c.
Vocatis Archimandrita,) & alijs, &c. *fol. 3. in in-*
49 *ſtrumẽto in fin.*) quæ ſanè clauſulæ Iudicem
mittum reddunt, vt proinde cauſa cognita,
atque ordinariè procedere debuiſſet. *Rota
deciſ. 22. de offic. delegat. in nouis in additionib.
Papazoni, apud Card. Caualer. deciſ. 2. num. 9. &
deciſ. 211. num. 2. & deciſ. 274. num. 1 & ſeq.
atque deciſ. 359. num. 8. & apud Coccinum Decanum
deciſ. 366. num 3. apud Durnnum Epiſcopum
Vrgellen. deciſ. 250. n. 10.*)

Ac demum ſententiam ſcriptam, manuque
ſubſcriptam Epiſcopi Delegati, Nota-
50 rio Actuario tradere, vt eam legeret. Omnino
enim neceſſe eſt, vt ſentẽtia manu Iudicis,
qui illam dedit, ſubſcripta ſit. Alioquin
nullam illa fidem faciet; neque iudicij
calorem habebit; nullamque vim, efficacitatemque
ſortietur, *d. l. fin. ſiue 3. C. de ſentent.
ex breuiculo recitand.* quo loco Imperatores
Valerianus, & Gallienus Probo Præ-
„ fecto prætorio mandant; *vt vniuerſi Iudices,*
„ *cognitis cauſis, vltimas definitiones deſcripti re-*
„ *citatione proferant.*

Deſcripti recitatione; quia (vt *Gloſſ. ibid.*
loquitur) in ſcriptis debet Iudex ferre ſen-
„ tentiam. *Alioquin* (iidem adijciunt Impera-
„ tores) *ſententia, quæ dicta fuerit, cum ſcripta non*
„ *eſſet, nec nomen quidem ſententiæ habere mereatur,*
ſic illi. Atque per hoc etiam effectu carebit,
vt *Gloſſ.* ſubnectit *d. verbo mereatur*, &
*text. in d. cap. & ſi ſententia 5. alias fin. de ſenten.
& re Iudicat. in 6.* vbi Bonifacius Octauus;
Et ſi ſententia (inquit) (*poſtquam ſcripta fuerit*)
*debeat à Iudice non ab alio deſcripti recitatione
proferri; alias nec nomen ſententiæ meretur habere.*
Ex ſcripto igitur ferenda ſententia erit
ſententiæ vigorem vt mereatur, illaque extare
poſſit. *Emanuel Suarez d. littera S. num.
30. Monter à Cuueua deciſ. 12. num. 25. & 28.
& 29.* Senatus Aragoniæ.

51 Velut acta iudicij omnia ſimiliter ſcripto
extare debent ad partium in iudicio cõtendentium
cautelam, iuxta *tex. in d. cap. quoniam
contrà 11. de probat.* ſequuta fuit Rota
in Oueten Archidiaconatus 9. Iulij 1550. coram
52 *Fabio part. 3. lib. 3. diuerſorum deciſ. 147. nu. 2.*
Sententia verò, quæ nulla eſt, non dicitur
ſententia, nullumque producit effectum.
*d. l. prolatam 4. vbi Gloſſ. C. de ſentent. & interlocut.
omni iudicum Rota apud Card. Mantica d.
deciſ. 254. num. 3. Thor. d. voto 1. num. 16. & 45.
Viuius deciſ. 63. num. 7. lib. 1.* ſequiturque *Rip.
d. obſeruat. 352. & Fab. Anna d. conſ. 61. à num.
59. cum ſeq. d. vol. 1. Thorus d. voto 1. num. 6. &
14. & ſeq. & 16.* pluraque refert. *Emanuel Suarez
d. littera S. num. 50. & ſeq.*

Neque dicant Aduerſarij legiſſe Epiſcopum
omnia prænarrata, atque ſententiam
iam ſcriptam, ore proprio, omniaque per
Notarium aſſerta pronũciaſſe. Porrò, quod
Notarius hoc ipſum non dicit, neque ſentẽtiam
in ſcriptis prolatam fuiſſe, neque ei ſtra-
53 ditam aſſerit. Non itaque de hoc rogatus
fuit, nullam ergo de hoc fidem faciet. *Rota
apud Caputaquen deciſ. 285. part. 3. & apud
Cardin. Caualer. deciſ. 270 num. 5. & in Vratiſlauien
ſpolij coram Pirouano 4. Iuli 1610. deciſ.
289. num. 6. poſt 2. vol. Conſil. Farinac.* Quod
perpenſum quoque fuerat in Conſilio Neapolitano
apud *Afflict. d. deciſ. 345. num. 1. & 2.*
Sententiam vero ſubſcriptam minimè manu
fuiſſe Epiſcopi, atque proinde nihil pro-
54 bare: neque in hoc, præter id, quod in inſtrumento
reperitur, Notario credi, ex ipſius
inſtrumenti reuolutione probatur. *fol.
9.* ad tradita per *Gloſſ.* receptam, per illummet
*text. in l. iuſtum 6. in Gloſſ. 1. in fin. C. de
rebus credit, Cephal. conſ. 144. num. 1. lib 1. Rota
part. 1. diuerſ. deciſ. 64. num. 1. & apud Cardin.
Manticam deciſ. 34. num. 9. apud S. memor. Gregor.
deciſ. 433. num. 3. apud Duranum Epiſcopũ*
55 *Vrgellen. deciſ. 2. num. 3. & deciſ. 6. num. 9.* Ratione
quidem ſatis à adequata: Quia nimirũ
omne, quod in actis ſcriptum non reperitur,
non actum præſumitur, argumento
*text. in l. fin. C. de Iuris, & facti ignorant. Rota
apud S. memor. Gregor. XV. deciſ. 13. n. 10.*

Si igitur ſententia non eſt: nullum profectò,
atque inualidum eſt totum id, quod aſ-
56 ſerit Notarius; potiſſimum cùm Notarius
neque aſſerat, neque teſtetur ſententiam
prædictam lectam, latam, & publicatam fuiſſe,
quòd omnino perquirebatur, ne inualida
redderetur, *Vinc. Anna ſingul. 473.* quem
ſequitur *Thorus d. voto 1. nu. 69.* Abſque
57 verò aſſenſu, cõcordia ipſa per Archimandritã,
alioſque cum Domino Principe Biſi-

niani

nlani facta corruit, atque nulla, & inualida
redditur, vtpote facta de rebus Eccleſiaſti-
cis alienari prohibitis, non ſeruatis ſolem-
nitatibus, per *extrauagantem Ambitioſa Pauli
2. de rebus Eccleſia non alienand. inter commu-
nes*, requiſitis. Inter quas planè ſolemnitates,
vna eſt aſſenſus Apoſtolicus, alia decretum
Delegati: tertia diligens inquiſitio de vtili-
tate Eccleſiæ. *cap. 1. de rebus Eccleſ. non alie-
nand. in 6. Genuenſ. in praxi cap. 60. num. 21. in
additionibus. Rota apud Cardin. Caualer. deciſ.
288. num. 3. & deciſ. 439. num. 2.* De quibus
cùm non conſtet niſi per aſſertionem No-
tarij, aſſerentis ita Epiſcopum dixiſſe illam-
58 que inualidam; & de qua (vti atteſtanti vl-
trà officium ſuum,) fides ei minimè habe-
tur; de illis vtique non conſtare dicetur. Ac
conſequenter neque de aſſenſu conſtabit.
Atteſtatur enim ipſe de verbis enunciatiuis
Epiſcopi; quam ob cauſam de his, quæ in
enunciatione continentur, nō ei credetur.
*Butrius conſ. 32. in princip. Cardinal. conſ. 10. nu.
7. verſ. & hi duo. Rota part. 1. tom. 1. in recent. de-
ciſ. 293. num. 8. & par. 3. lib. 3. diuerſorum deciſ.
294. nu. 5.* Neque Epiſcopi aſſertioni in hoc
ſtatur, ni aliunde conſtet. *Bart. in l. ſi fortè ad
fin. ff. de caſtrē. peculio. & in auth. ſi quis in ali
quo documento num. 12. & ibid. Detius, num. 36.
C. de edendo. Aymon conſ. 175. num. 2. Rota apud
Seraphin. part. 1. diuerſ. deciſ. 752. num. 2. & 3. &
apud Card. Caualer d. deciſ. 439. num. 6. & part.
2. tom. 1. in recentior. deciſ. 235. num. 4.* quam
ſequuta quoque fuit Rota in *Ferrarien. Ar-
chipresbyteratus 26. Iunij 1628. coram Domino
Coccino Decano deciſ. 197. num. 50. 51. & 52. p.
5. diuerſorum nouiſſimarum.*
59 Quemadmodum neque creditur Nota-
rio aſſerenti intereeſſiſſe cauſæ cognitionē,
ſecundum *Falin. in cap. Eccleſia S. Mariæ 10.
ſub num. 35. de conſtitut.* quem ſequitur *Scac-
cia de ſent. & re iudic. Gloſſ. 13. num. 27. Benin-
tend. deciſ. 2. & apud Sanct. memor. Gregor. XV.
deciſ. 177.*
Per hanc enim Notarij atteſtationem, ne-
que aſſenſus probatur, neque contractus ip-
ſe prætenſæ concordiæ; quin neque decre-
tum Epiſcopi ſuper aſſenſu præſtito, (vt in
ſuperioribus diximus.). Corruunt proinde
omnia, quæ in inſtrumento prædicto aſſe-
60 runtur, atque in medium afferuntur. Quia
nimirum fundamento ſubmoto, omne,
quod ſuper extructum eſt, fundamenti rui-
na corruit. *can. cum Paulus 26. 1. quaſt. 1.* argu-
mento *text. in Legi tecum 26. in fin. princip. ff. de
exceptione rei iudicata. Bald. in cap. 1. §. Marchio
num. 8. de his, qui feudum dare poſſunt in vſi-
bus feudorum.*
Ex hoc igitur inſolito modo ſuſpectum
inſtrumentum remanet. Præterquàm quòd
61 neque veriſimile ſit, Notarium ita firma
memoria retinere voluiſſe, vel potuiſſe om-
nia prædicta, quæ Epiſcopum ſuo proprio
ore recitaſſe, fatetur; vt illa poſtmodum ad
verbum in inſtrumentum referret, quod
adamuſſim ad rem noſtram perpenſum
fuit per Dominos illos Regios Conſiliarios
Neapolitani Conſilij apud *Afflictum d. deciſ.
345. num. 2. & 3.* & hoc plane fuit, quod in
tot dederit Notarius errores, quos in inſtru-
mento præfato adnotauimus, coarguimuſ-
que. Omnium quippe memoriam habere,
& pœnitùs in nullo peccare, diuinitatis ma-
gis, quàm mortalitatis eſt. *Imperator* vt lo-
quitur *in l. 2. §. ſi quid autem, C. de veteri iure
enucleand. Gloſſ. in cap. porrecta 6. verbo non
credamus: de confirm. vtili.* Non itaque tali pol-
lebat memoria Notarius hic, (vt in ſuperio-
ribus retulimus) vt ei credendum ſit, atque
ſtandum; cùm in illa defeciſſe perſpicia-
mus.

Augeturque ſuſpitio, quòd in ipſo præ-
tenſo Breui Apoſtolicæ delegationis error
ſatis intollerabilis irrepſit: Dicit nempe Epi-
ſcopus (quin aſſerit Notarius, Epiſcopum
dixiſſe, cum Breue præfatum ore proprio
recitaret:) illum expeditum fuiſſe ſub *Da-
tum Romæ apud S. Petrum anno Incarnationis
Dominicæ 1473. quinto Idus Februarii Pontifi-
catus noſtri anno tertio.*
Vel itaque hæc data exaudienda erit de
de Sixto Secundo, vt Notarius, & Epiſcopus
in initio aſſeruere; & apertiſſimæ falſitatis
coarguuntur verba prædicta, (vt in ſuperio-
ribus diximus.). Vel vero de Sixto Quarto,
qui dicto anno 1473. Sedem implebat; &
neque diffugere poterunt, quin errorem
contineant manifeſtiſsimum, dicunt enim
anno Pontificatus tertio. Verùm annus tertius
tunc non erat.
62 Quippe Sixtus IV. fuit Summus Ponti-
fex nuncupatus die nona 5. Iddus Auguſti
1471. Non igitur Idibus Februarij 1473. in-
ceperat annus tertius; incipiebat verò 9. Au-
guſti 1473. *Onufrius Panuinius in Romanis Pō-
tificibus in Sixto IV. fol. 318. & in vita eiuſdem*
addita poſt vitas à Platina editas.
63 Intolerabilis autem hic æſtimatur error
apud miniſtros, & officiales Datariæ Apoſto-
licæ: vt errare potuerint in annis Pontifica-
tus Pontificis ſedentis; ac cōtra ſtylum Ro-
64 manæ Curiæ. Falſitatis proinde ſuſpitio-
ne notatur, ad *text. in d. cap. quam graui 6. de
crimine falſi, cum ibi notatis, & text. in d. cap. por
recta 6. de confirmat. vtili, vel inutili.*
65 Cum aliàs pro officialibus Datariæ, ſiue
etiam Cancellariæ Apoſtolicæ præſumptio
ſit, quòd litteras ritè, rectèque expediant; vt
dictum fuit *in Hiſpalen. iuriſdictionis 1591. co-
ram Orano deciſ. 82. num. 1. poſt 1. vol. Conſ. Fa-
rinac.* Non illas profectò ritè expediuiſſent,
ſi in annis Pontificatus Pontificis regnan-
tis erraſſent, atque ita notorio, ac manifeſto
peccato defeciſſent.
66 Cum alioqui quiſque ſuo officio rectè
de-

defungi debeat: Alioquin peccat, ſi ea
ignorot, quæ ad illud pertinent, vt magis
dimittere teneatur, quàm illud proſequi.
ad *tex. in can. non eſt putanda 27. in fin.* vbi etiã
gloſſ. penultima, & final. 1. q. 1. apertiſsimè Ca-
ius iure Conſultus in *l. idem iuris 8. §. 1. ff. ad
legem aquiliam.* regula *non eſt ſine culpa 19. de
regul. iur. in 6.* Vlpianus apertiſsimis verbis.
*in l. illicitas. 5. § penult ff. de officio præſid. gloſſ.
fin. in clement. 1. de conceſſ. præbend.* notat plu-
ribus, ac notabiliter *Nauar. de orat. & horis
canonic. cap. 11. notab. 11. num. 41. & 42.* & in
manuali cap. 4. num. 8. paulò ante fin.

Vel igitur Epiſcopus errauit in proferē-
do anno Pontificatus Sixti IV. non rectè;
Vel quoque errorem adfuiſſe in Breui, af-
firmabimus, & hoc ipſum Epiſcopus præ-
uidere debebat, atque Breue ſuſpectum ha
bere; Romanamque conſulere Curiam;
iuxta *tex. d. cap. quam graui 6. de crimin falſi.*
67 Vel tandem errasse Notarium, quòd à
memoria exciderint eius, quæ omnia Epi-
ſcopus ſuo ore protulerat: & ei credendum
profectò minimè erit in his omnibus, quæ
aſſeruit in d. inſtrumento. Ea quidē ratio-
ne, quòd ſicuti in vno errauit, ita & in alte-
ro errare potuit; Eritque fides huius inſtru-
menti ſatis ſuperque dubia, atq. ad falſitatē
propendens; vt dictum fuit in æquali caſu
apud *Afflictum deciſ. 345. num. 2. & 3.* iuxta
illud etiam *Horat. 1. epiſt.*

Multa fidem promiſſa leuant.

quòd credendum non ſit ei, qui omnia ſe
poſſe iactat, omniaque memoria retinere.
quod diuinitatis magis quàm mortalitatis
eſt. vt ſupra diximus.

Neque fundamentum firmandum eſt
aliquo modo in aſſerta concordia inter
Procuratorē Archimandritæ Santi Adria-
ni, & Procuratorem Domini Principis Biſi
niani inita. Quia nimirum non aliter de di-
cta conſtat concordia, quam per aſſertionē
Domini Epiſcopi, quin magis Notarij di-
centis, Epiſcopum aſſeruiſſe. Legatur (quæ-
ſo) ſeries prædicta ab Epiſcopo dictorum
*fol. 5. verſ. deinde infra terminum dictæ ciuitatis
&c. & ſequentib. ad fidem. vſque.* Notario au-
tem huic, & ex præcedentibus, quæ huc vſ-
que animaduertimus, atque etiam ex ſub-
ſequentibus, fides minimè habetur, neque
68 præſtari debet. Corruunt igitur omnia,
quæ ita erroneè aſſeruntur. Ex errore enim
non niſi error ſequitur, *l. ex diuerſo 96. §. 1
ff. de rei vendicat.* Nam ex capitulo Ladiſlai
69 Regis, (quod incipit Ladiſlaus Dei gratia
&c.) prohibitum fuit Notariis, qui de de-
manio Regio non fuiſſent, inſtrumenta
conficere, ſiue ſcripturas publicas rogare
inter Magnates, Comites, & Barones, ſi ipſi
in eorum terris exiſterent; ſi quæ verò in-
ſtrumenta confecerint, vel ſcripturas alias
publicas rogauerint, illas omnino inuali-
das, nulliuſque momenti, ſed inanes, atque
inania, & nulla declarauit, & declarat.

Quid igitur dicemus ad hæc? Quando le-
gē ſcriptam habemus, & ſecundum legem
iudicari debet; (iuxta illud Phariſeorum
ad Pilatum *Ioan. 19. 7.* dicentium; *Nos legē
habemus, & ſecundum legem debet mori.*) Ex
lege vero illa nulla inſtrumenta declaran-
tur, quæ à Notariis ſubiectis, vel pro, vel
contra Barones in terris, in quibus vitam
trahent, confecta, quin non magis conficta,
fuere. *Rouitus conſ. 90. num. 11. & conſ. 91. n. 2.
lib. 1.*

Erit igitur nullum, & hoc inſtrumentũ,
Nihil itaque in iudicio probabit: Quid
70 enim operari poterit, quod nullum eſt? ad
*tex. in l. 4. §. condemnatum ff. de re iudic. & l.
quod dictum 33. ff. de pactis.* Quin magis licē-
tè, facilique negotio obluctamur ei, quod
nullum eſt, ac factum contra legem. *l. quē-
admodum 7. C. de agricolis, & cenſitis. lib. 11.*

Non igitur obſtaculum faciet, quod di-
citur confeſsionem inter partes factam ca-
lore iudicii validam, atq. firmam haberi.
Cùm, quod de hac confeſſione facta, in iu-
dicio nullo pacto conſtat. Neque enim partes
71 fuere loquentes, & inter ſe paciſcentes, ac
cōcordantes. Pactum quippe, ſiue pactio duo-
72 rum eſt, pluriumue in idem placitum, & con
ſenſus. ſecundum Vlpianum *in l. 1. ff. de pact.*
Verùm aſſertio tantummodo fuit Epiſcopi di
centis, ac referentis dictam concordiam. legā-
tur (quæſo) inſtrumentum à *fol. 5. verſ. deinde
infra terminum ad finem vſque;* Quod autem
prædicta aſſertio ita longa ſerie ore proprio
ab Epiſcopo recitata, vera fuerit, hoc non niſi
ex ſcriptura Notarij huius manifeſtum fit. At
Notario fides non præſtatur; & ex ſuſpitio-
ne falſitatis, vt hactenus deduximus, per-
pendimuſque, & obſtet ei diſpoſitio, & lex Re-
gis Ladiſlai, (quod & inferius perpendemus;)
& quòd non potuit Notarius omnia illa ita
firma memoria in actis regiſtrare. Nullo ergo
pacto de confeſſione hac in iudicio facta con
ſtat. Tùm, quòd neque conſtat de mandato
procurationis procuratorum aſſertorum ad
73 tranſigendum, & concordandum. vt neque
potuerit colligi quam poteſtatem habuerint.
vt perpenſum fuit in *Auenionen bonorum 22.
Maii 1616. coram Illuſtriſſ. Durano Epiſcopo
Vrgellen deciſ. 33. n. 15* Ob hanc proinde cau-
ſam, haud nocebit Domino confeſſio volun-
taria procuratoris, etiam in Iudicio facta, abſ-
que ſpeciali mandato. *Felin in cap. 1. num. 14
vt lite non conſtat. Pariſ. conſ. 115. n. 21. lib. 1. Ro-
ta apud ſanct. memor. Gregor XV. deciſ. 375. n. 5.
& deciſ. 460. n 5. & deciſ 463. nu. 11. & deciſ.
480. n. 1. in fin. apud Card. Manticam deciſ. 302.
n. 5.* vt poſſit etiam reuocari *ibid.* Tùm præte-
rea, quòd Notarius hic (ſat nullo defectu alio
ſcriptura hæc notaretur, neque ille vaſſallus
fuiſſet Domini Principis, vnde obſtaculum
eidem

eidem minime faceret capitulum Ladislai Re-
gis.) rogatus nullo modo fuit de concordia
hac inter Procuratores aſſertos facta, ſed tan-
tũmodo adhibitus, vt actũ à Domino Epiſco-
po ſuo proprio ore recitatum extenderet, vt
euidentiſſimè, inſtrumentum hoc, ſiue ſcriptu
ta ex ſe legentibus manifeſtum facit.
74 De quo autem Notarius rogatus minimè
fuit, neque inſtrumentum conficere, neque at-
teſtationem aliquam dare poteſt, §. *nos autem
in auth. de tabellionib. collat. 5. Afflict. deciſ. 317.
num. 4. Bart. & Bald.* communiterque ſcriben-
tes *in auth. ſi quis in aliquo documento. num. 8.
C. de edendo. Ioannes Franciſcus de Ponte conſ.
160. n. 5. lib. 2. Franciſc. Beccius conſ. 6. n. 24. &
25. vol. 1. Rota par 3. lib. 3. diuerſorum dicta de-
ciſ. 284. num. 5.*
Non igitur maiorem fidem faciet, quàm
ipſa aſſerta Domini Epiſcopi recitatio, de
qua nullo pacto conſtat, niſi per hanc Nota-
rij huius atteſtationem, cui in hoc fides non
adhibetur: & quod prohibitus inſtrumenta
75 conficere, vti vaſſallus ex d. cap. Ladislai Re-
gis: Et quod hoc ſolum coram eo geſtũ fuit,
vt de hoc vno fidem facere valeat, non vltrà.
Quia Notarius non poteſt facere fidem, niſi de
his, quæ vidit, eiuſque in præſentia geſta fue-
re. *Innocent. in cap. fraternitatis 3. nu. 1. de hæ-
reticis. Bald. in rub. C. de fide inſtrum. num. 14.
& 15. Afflict. deciſ. 245. num. 7. & deciſ. 317. n.
4. Franciſcus Beccius d. conſ. 6. n. 21. & ſeq. Intri
gliolus ſingularium lib. 3. ſingul. 75. n. 52. ad tex.
in d. auth. ſi quis in aliquo. C. de edendo vbi comu
76 niter Doctores, ſequiturque Caſſaneus conſ. 63.
num. 19.* Hoc vnum nempe eius in præſentia
geſtum fuerat, vnde de hoc tantummodo ſe
rogare poterat, & in hoc ſolum ei fides habe-
bitur: vt dictum fuit in *Cornetana, ſeu Roma-
na dotis 1587. coram Comitulo deciſ. 45. num. 4.
poſt 1. vol. conſil. Farinac. vbi etiam Centolinus
addens littera B. Beccius conſ. 201. num. 4. lib. 2.*
Rota *in Squilacen Abbatiæ 20. Nouembris
1630. coram Merlino deciſ. 406. num. 9. par. 5.
nouiſſimarum diuerſorum.* Quia nimirum No
77 tarius inſtrumẽta rogare haud poteſt, de his,
quæ, eodem rogationis tempore non interfue
re, neque interuenere; quod ſi fecerit, fides ei
minimè præſtabitur; veluti ſi fidem faciat de
re, quæ die præcedenti geſta fuerat. *Innocent.
in cap. 1. num. 6. in princip. de fide inſtrument.
Bald. in l. ex his 7. n. 3. in fin C. de teſtamento mi-
lit. Felin. in cap. ſi cautio. 8. num. 69. de fide in-
ſtrument. Beccius d. conſ. 6. d. n. 24. & 25. Afflict.
d. deciſ. 245. n. 7. & 8.* ſequuta fuit *Rota coram
s. memor. Gregor. XV. deciſ. 177. num. 1. & ſeq.
& in dicta Squilacen Abbatiæ d. deciſ. 406. n. 9.*
Nullam ergo maiorem fidem hoc faciet
inſtrumentum, quàm de his, quæ geſta fuere
coram Notario, non autem de his, quæ in illo
actu coram eo geſta fuiſſe per aſſertionem
Epiſcopi narrata fuere; neque de aſſerta con-
feſſione, neque de Breui Apoſtolico, neque de
ſententia, neque de alijs aſſertis; cùm de his
nihil appareat certi, ſed in ſola Notarij aſſer-
tione omnia remaneant, quatenus illa ſuo
proprio ore protulerit Epiſcopus: quod in-
certum eſt. Vt in triuio eſſe dicamur, iuxta *Al-
ciati* illud *emblemate* 8.

Omnes in triuio ſumus; atq. hoc tramite vitæ
Fallimur, oſtendat ut Deus ipſe viam.

In triuio quippe eſſe dicuntur, qui dubitãt,
atque incerti ſunt, animo hæſitantes, quid po-
tiſſimum eligant. vti *Ouid faſtor. 5.* cecinit.

Vt ſtat, & incertus qua ſit ſibi, neſcit, eundum,
Cum videt ex omni parte viator iter.

Eſt hæc apertiſſima doctrina *Innocent. in
cap. quoniam contra 11. de probationib. nu. 6.*
quam ſequentibus (adamuſſim ad rem no-
78 ſtram) aperit. *Et per hoc ſatis patet* (dicens)
*quòd licet multa contineantur in inſtrumento,
tabellio tamen, qui dicit in his interfuiſſe, non in-
telligitur dicere, niſi de his, quæ in eodem loco, &
die acta ſunt. Vnde ſi iudex in ſententia ſua nar-
rat, quomodo in lite, quam diffiniuit, litis conte-
ſtatio facta eſt, partium confeſſiones factæ, teſtes
recepti, & cætera huiuſmodi, non tamen iſta pro-
bantur per inſtrumenta, quia non ſunt facta ea
die, vel loco, quo inſtrumentum ſententiæ eſt fa-
ctum; ſed tantum per hoc inſtrumentum proba-
tur ſententiæ prolatio, quia eodem die, & loco eſt
prolata, quo rogatum eſt inſtrumentum: de alijs
(vt puta de litis conteſtatione, vel confeſſioni-
bus) huius facti narratio eſt. Imò plus videtur,
quòd etiam ſi diceret tabellio; tali die, & loco fa-
ctæ fuerunt litis conteſtatio, & confeſſiones, ta-
men non valet ſuper his inſtrumentum; ſed quã-
tum ad hoc teſtimoniales litteræ ſunt.* his ſatis
aptè ad rem noſtram Innocent., quem ſe-
quitur *Bald. d. l. ex his num. 3. C. de teſtament.
milit.* vt nihil amplius deſiderandum ſuper-
ſit. *Afflict. d. dec. 245. n. 7. & 8. & d. deciſ. 317.
n. 4. & deciſ. 345. num. 2. & 3. Caſſaneus d. conſ.
63. num. 19.*
79 Decidunt proinde omnia, quæ de con-
feſſione in iudicio facta aſſeruntur, vt calo-
re iudicij firmitatem obtinere valeant, *l. vni
ca C. de confeſs ad tex. in cap per tuas 10. de pro
bationib. l. cum te 5. C. de tranſact.*
Nec ſanè mirum. Tum, quòd de confeſ-
ſione hac minimè conſtat, (vt dictum ha-
80 ctenus, atque probatum fuit.) Tùm, quòd
confeſſio in iudicio facta, vt afficiat, certa
eſſe debebit, non dubia, neque ambigua, *l.
certum 6. ff. de confeſſis. d. cap. per tuas litteras.
10. de probat. Rota in Hiſpalen beneficiorũ 1592
coram Cardin. Mellino deciſ. 88. num. 3. poſt 1
vol conſil. Farinac. & in Turritana tertiaria 11.
Decembris 1592. coram Card. Mantica deciſ.
205. num. 2. & par. 4 diuerſ. deciſ. 701. n. 4.*
Quot verò ambiguitatibus ſcateat hæc
aſſerta confeſſio, ex ipſa patet inſtrumenti
81 lectura. non igitur magni facienda ad *tex.
in cap. in præſentia 8. de probationib.*
Tùm demum, quod inſtrumentum hoc
non

non fuit ſuper confeſsionibus rogatum,
neque de obligationibus inuicem partiũ,
ſed ſolummodo ſuper aſſertionibus per
Dominum Epiſcopum factis, vt ipſe Nota-
82 rius aſſerit. Nihil Ergo obeſſe, vel prodeſ-
ſe poſſunt, non verò inſtrumentum, quod
non eſt obligatio, neq. ex quo oritur obli-
gatio, ſed tantum probatio obligationis, vt
loquitur *Innocent. in d. cap. 1. nu. 6. de fide in-
ſtrum. Afflict. d. deciſ. 243. n. 7. & 8.*

Contractus quippe ſeparatum quid eſt
ab inſtrumento, vt poſt alios nõ incõcinne
ſequitur *Ioannes Baptiſta Coſta conſ. 56. nu. 8.*

Aliud proinde erit, ac ſeparatum quid
inſtrumentũ hoc Notarij, à contractu ipſo
inter partes inito; non igitur probabit illũ.

Neque dicant, Notarium hunc, vt Epiſco
pi Notarium Actorum, hæc omnia confe-
ciſſe. credendum proinde ei.

Cùm quòd hoc per præſumptionem di-
ci minimè poteſt, cùm apertiſſime ex ipſo
inſtrumento eluceat, Notarium, hunc vti
Notarium interceſſiſſe Regium vnà cũ Iu-
dice Regio ad contractus, ac teſtibus, nõ vti
Notarium Actorum. Erit igitur hęc aſſertio
contraria veritati per ipſum met Nota-
rium aſſertæ. Audi ipſum *fol. 1. Nos No-
tarius Iacobus Gratianus de Sancto Martino de
Rapario, publicus per totum Regnum Siciliæ Re-
giæ auctoritate Notarius: & Notarius Iacobus
de Carabana de Biſiniano ad contractus Iudex
ſimiliter Regia authoritate per totum Regnum
prædictum, præſenti publico inſtrumento notum
facimus, & teſtamur.* Erit ergo falſa aſſertio
83 talis. Nam veritati præſumptio cedit *can. ve-
ritate manifeſtata 4. cum aliis per gloſſ. ibid. 8.
diſt. l. 3. § ſi Titii,* vbi notat *Bald. ff. de negot. ge-
ſtis Rota apud S. memor. Gregor. XV. deciſ. 279.
num. 14.* Ipſiquemet ſcripturæ præualet ve-
ritas, *l. nec ignorans 10. C. de donationib.*

84 Tùm, quod ſi vti Notarius actorum in-
terceſſit; non maiorem fidẽ facere potuit,
neque de alio ſe rogaſſe, quàm de ſenten-
tia aſſenſus per Epiſcopum lata hoc enim
vnum ad actorum notarium in hac parte
ſpectabat *ſecundum Bart. in l. ſi quis, §. initium
num 21. ff. de edendo Rota in Burgi Sancti Dom-
nini iuriſpatronatus 9. Decembris 1622. coram
Merlino apud Viuianum deciſ. 18. num. 4. de iure
patronat. apud Coccinum Decanum deciſ. 24. nu.
7. & 8. & deciſ. 322. num. 2.* At ſententiæ hu-
85 ius fidem nullam præſtare potuit, cum de
illa neque ſcripto conſtet; neque ſubſcri-
pta appareat manu Iudicis Epiſcopi Com-
miſſarij Delegati à Sancta Sede; (vt in ſu-
perioribus diximus) *Afflict. dicta deciſ. 345.
num. 2. & 3.*

86 Non eſt itaque ſentẽtia. Nullum proinde
effectum producere poteſt, ad *text. in cap. 2.
vbi Gloſſ. verba aſſenſu de iis, quæ fiunt à maiori*
87 *parte capit.* effectus autem à cauſa eſt produ
cente. Non eſt enim cauſa. Neque proinde
88 effectus erit, argumento *text. in cap. cum ceſ-
ſante 60. de appellat. cap. magna deuotionis 7. in
finalib. verbis extrà de voto l. adigere 6. §. quam-
uis ff. de iure patronat.* Neque enim rogatus
fuit de ſententia hac vti Notarius actuarius
89 Hoc enim ipſe non dicit; ſe vti Notarium
actuarium rogatum fuiſſe; ſed vti Notariũ
Regium, vna cum Iudice ad conficiendum
inſtrumentum de his, quæ gerebantur co-
ram eo, quod perpenſum fuit apud *Afflict.
d. deciſ. 245. nu. 7. & 8. Franciſc. Turzan. in The-
ſaur. commun. opin. littera N. num 1. tom. 2. &
ibid. Ioann. Baptiſta Villalobos. num. 12. & 19.
Boer. deciſ. 75. num. 7. Eman. Suarez eodem loco,
num. 40. & 41.*

Non itaque iudiciarius hic actus fuit, ne-
que à Notario actuario factus, ſed à Nota-
rio Regio.

90 Habebit ergo locum lex Regis Ladislai.
Quia nimirum quod Notarius non dicit,
neque nos dicere oportet, argumento *text.
in l. diffidentis 5. C. de repud, & cap. 2. ne Sede
vacant. cum aliis notat.*

91 Notarius verò, cum perſona publica ſit,
publicè, non autem ſecreto rogari debet de
his, quæ conficere eum oporteat; vt omni-
bus illa manifeſta, atque propatula fiant, a-
lioquin de falſo puniri poterit. *Innocent. d.
cap. 1. num. 7. & Butrius num. 9. & Abbat. num.
6 de fide inſtrument. Beccius d. conſ. 6. num. 25.
& 26.*

Rogatus autem non fuit, vt Notarius
actuarius eſſet. Non ergo pro tali actus eius
92 æſtimari debebit. A volũtate quippe actus
ſpecificatur; atque nomen recipit. argumẽ-
to *text. in l. labeo 6. §. id Tubero, ff. de ſuppellecti-
li legata;* & argumento *can. dixi 4 & can. ma-
gna pietas 5. de pænit. diſt. 1. S. Thom. 1 2. qu. 20.
art. 1. & 2. Nauarr. de reddit. Eccleſiaſticis quæſt.
monit. 5. num. 1.*

Neque præterea rogatus fuit à partibus,
vt ſuper eorum obligatione, & conuentio-
ne hinc inde, inſtrumentum conficeret; ſed
dumtaxat aſſerit partes rogaſſe Dominum
Epiſcopum, vt ſuper concordia facienda,
vel pactis factis aſſenſum præſtaret: Audi il-
lum *fol. 1. in fin.* dicentem: *Quæ partes pro in-
fraſcripta cauſa venerunt; & vna earum dicente,
& altera acceptante coram nobis viua voce, &
vulgari, ac intelligibili eloquio, requiſierunt præ-
fatum Dominum Epiſcopum, vt Apoſtolicum
Commiſſarium, quod authoritatem, & decretum
imponeret, tranſactioni, & concordiæ, & pacto
factis, & firmatis, inter præfatum Dominum
Archimandritam, &c. Sereniſſimum Dominum
Prinipem prælibatum, &c.* & paulò poſt *fol. 2.*
ſequitur. *Poſtquam requiſitionem, præfatus Do-
minus Epiſcopus ſedens in ſuo Tribunali decre-
tum ſua ore proprio tulit. in hæc verba videlicet.*
Aſſerit igitur ex ſe requiſiſſe partes Domi-
num Epiſcopum. (Verum requiſitionem
ipſam vulgari, & intelligibili voce factam

Digitized by Google

per partes, non vtique interſerit.) Nullo itaque pacto de obligatione, vel concordia, vel pactis inter partes initis inſtrumentum conficere potuit.

93 Quia nimirum de hoc rogatus minime fuit, neque ab vtraque, neque ab vna ex partibus. Oportebat autem, vt à partibus ſuper hoc, vel ab altera ſaltim earum rogaretur; vt ſuper earum obligationibus hinc inde inſtrumentum conficere, atque rogare potuiſſet. ſecundum *Innocent. d. cap. 1. num. 7. & Butr. num. 8. & Abbat. nu. 4. de fide inſtrument.* ſequitur *Beccius d. conſ. 6. num. 25. & 26. Afflict. d. deciſ. 245. n. 7. & 8. Franciſ. Turzan. loco vbi ſupra num. 2. Emanuel Suarez ibid. num. 40.*

94 Notarius autem acta, & inſtrumenta, de quibus fuit rogatus edere debet, non alia. *Cyn. Bart. Bald. & alij in l. contractus C. de fide inſtrum. Card. Mantica deciſ. 62. num. 3.*

Nihil igitur probationis afferet inſtrumentum, cùm in nullo ei fides præſtari valeat, nihilque certi ſtatuat; quin quàm plurimis inuerisſimilitudinibus, ac veritati aduerſis omnia ſcateant, plenaq; ſint; vti huc vſque probatione oculari ex ipſo inſtrumento oſtendimus. Nihil propterea operabitur. Atq; ita ex his, Iudicio ſuppoſitis rectiùs ſentientis, emunctioriſq; naris, reſpondendum cenſuimus.

CAROLVS MARANTA I.V.D. Epiſcopus Iuuenacen.

SVMMARIVM.

1 *Bellum inde geritur, vt pax acquiratur.*

2 *Hetruſci Martis Templum ad campum, non intra Ciuitatis mœnia extruxere, & quare?*

3 *Pax non quæritur, vt bellum exerceatur, ſed bellum, vt pax acquiratur.*

4 *Arma quam ob cauſam in Armamentario reponantur?*

5 *Bellum vnde dictum eiuſque etymon.*

6 *Tranſactio non ſecus, atque res iudicata creditum lucidum reddit.*

Quia vtraque finit lites num. 7.

8 *Compenſatio ex re iudicata datur.*

Quia liquidum creditum facit.

Eodemque modo ex tranſactione num. 9.

10 *Fundamento ſublato corruit ædificium, & num. 95.*

11 *Inſtrumentum probatio probata habetur.*

Quod exauditur, ſi tale fuerit, vt fides ei haberi valeat.

Nam inſtrumentum non dicitur, niſi quando eſt perfectum num. 13.

Eique ſtatur, ſi verum, ſolēneque illud fuerit, num. 14.

Et pro hoc præſumitur in dubio, num. 15.

16 *Inſtrumentum a Notario vaſſallo in Regno, ſiue prò, ſiue contrà Baronem rogatum, non probat, obſiſtente ei Capitulo Regni Regis Ladislai, ſecundum veriorem ſententiam, reiecta illa Molſeſii, ac Nouarij, num. 38.*

17 *Conſtitutio, ſiue lex Regis Ladislai rogata fuit ad euitandas fraudes; illis igitur ceſſantibus, ceſſabit & lex, ſecundum Molſeſii, ac Nouarij ſententiam num. 37. quę reijcitur num. 38. ſicuti eius ratio num. 40. & 41. licet Nouarius ſibi ipſi contrarius fuerit num. 44. Declaratur num. 32.*

Inualidatque inſtrumenta, atque ſcripturas per Notarios vaſſallos facta, eaque nulla declarat num. 18.

Atque generaliter loquitur, vt generaliter ſit exaudienda num. 19.

Siue prò, ſiue contrà Barones inſtrumenta fiant, num. 38.

Et quomodocumque illos tangat, vel tangere poſſit num. 39.

Comprahendet proinde nedum inſtrumenta, verùm & teſtamenta, reiecta ſententia Fabij de Anna num. 20.

Et nedum actum fieri prohibet, verùm factum inualidat, num. 21.

Vt etiam ipſo iure, & ex ſe, inualidum intelligatur, præſertim cum cauſa perpetua ſit, num. 22.

Etiam ſi publicè, & bona fide fiat, num. 23.

Etiam cum interuentu Iudicis, num. 49. & 52.

24 *Bona fides eſſe non poteſt, vbi quis ſciens, volenſque peccat.*

Et actum ſibi interdictum ſciens facit n. 27. & num. 33.

25 *Peccans legem proruit, atque diſſoluit.*

Quia peccans à lege recedit.

25 *Peccatum quid?*

28 *Contraria ſe mutuo à ſubiecto contrudunt.*

29 *Bona fides ab inuincibili ignorantia procedit.*

30 *Peccatum abſque voluntate uon eſt.*

31 *Bona fides facere haud poteſt, vt actus ex ſe malus, & prohibitus, malus non ſit, ac reprobus.*

34 *Turpe eſt ignorare id, in quo quis verſatur.*

82 *Confirmatio nihil operatur deficiente confirmabili, ſiue materia in quam confirmatio veluti forma, inducitur.*
Neque eſt actus per ſe ſtans, nu. 83.
Sed veluti accidens, quod ſine ſubiecto eſſe non poteſt.

84 *Aſſenſus perquirit inſtrumentum præcedentis conceſſionis.*

85 *Confirmatio non producit actus ſubſtantiam,*
Sed ſupplet ſolemnitates.
Atque ſupponit confirmabile nu. 86.
Imitaturque naturam confirmati, num. 87.
Illudque conualidat, eique robur addit, illo in eodem ſtatu permanente.

88 *Obſeruantia negatiua, inualiditatem arguit inſtrumenti, vel quòd non extiterit.*

89 *Obſeruantia ſubſequuta præſumptionem facit præambulæ conceſſionis.*

90 *Contrariorum eadem eſt diſciplina:*
Quia ex vno cognito, notitiam concipimus alterius, n. 91.

92 *Solutiones factæ per tertium, abſque mandato principalis, in quaſi poſſeſſione non conſtituunt.*

93 *Debitum hæreditarium ad hæredes tranſfunditur.*

94 *Actiones hæreditariæ ab hærede, & contra hæredem incipiunt.*

96 *Lis pendens facit debitum illiquidum, vel ſaltem dubium, nihilque interim ſit innouandum, num.* 97. *neque locum habet compenſatio.*

98 *Compenſatio eſt exceptio altiorem exquirens indaginem.*

99 *Iudicium vbi ceptum, ibi finem videre debet.*

ARGVMENTVM.

Tranſactio firma reddit tranſigentium pacta, iuſque dat aduerſario firmum: vt iure ex illa compenſatio ſortiri valeat, quaſi liquida crediti ſcriptura. Pluraque, nec contemnenda ad intellectum capituli Regni Ladiſlai Regis, reiecta ſententia Molfeſii, atque Nouarii. Et num legis prohibitio actum faciat ipſo iure, & ex ſe nullũ? Et num bonafides dari poſſit in eo, qui ſciens, uolenſque cõtra legem facit? num uerò iudicis decretum firmum reddat, ac ualidum, quod erat alias nullum? Et quod nam liquidũ dicatur, ut compenſatio admitti ualeat de liquido ad liquidum? Quidue ualeat obſeruantia, uel ſubſequuta inobſeruantia? non inutiliter diſſeritur.

RESPONSIO LXXXV.

1 BEllum inde geritur, vt pax acquiratur. Auguſtinus ſcripſit ad Bonifacium *epiſtol.* 207. relatus *Canon. noli æſtimare* 3. §. *hoc ergo* 23.
quæſt. 1. Vndè perbellè *Vetruuius lib.* 2. *c.* 7.
2 dixit: veteres Hetruſcos, ædem Martis ad
campum, & extrà Vrbem, non vt aliorum
Deorum intra mœnia, conſecraſſe: quòd
Bellum neceſſitatis eſſe debeat: non vo-
3 luntatis. *Non enim pax quæritur* (Auguſtinus loquitur *d. Can noli æſtimare*) *vt bellum exerceatur, ſed bellum geritur, vt pax acquiratur.* Quam ob cauſam Ariſtoteles *7. Politicor. 9. Neceſſe eſſe* (ait) *arma domi neceſſariò poſita in armamentario ijs, qui Reipublicæ, præſunt; tùm propter eos, qui detrectant imperium; tùm propter exteros, qui iniuriam conantur inferre.* Non malè igitur quadrat Belli etymon, quod à belluis ductum volunt: ſiquidem belluarum, non hominum eſt inter ſe confligere, hoſtiliq; odio diſſidere: dixitque concinnè *Ouid.* 3. *de arte.*

Candida pax homines, trux decet ira feras.

Pacem ergo, vt acquiramus, Aduerſariorum intortis iaculis faciendum ſatis erit; inde optata ſuccedet pax.

Supponunt itaque Aduerſarii, vt ſuam firment aciem; ex publicis inſtrumentis tranſactionum inter bonæ memoriæ Hieronymum Principem Biſiniani, & Abbatem Sancti Adriani nomine Eccleſiæ factarum, eorum firmari creditum, illudque lucidum, atque clarum tranſactione reddi, non ſecus atque re iudicata. Ita quippe

Imperatores Diocletianus,& Maximianus
6 in *l.non minorem* 20.*C.de tranſactionib. Nō minorem* (inquiunt) *authoritatem tranſactionum, quàm rerum iudicatarum eſſe, recta ratione placuit. Siquidem non ita fidei congruit humana, quàm ea, quæ placuerunt cuſtodiri.* Rationem verò reddit *Gloſſ. ibid.*
7 in caſus figuratione; *Quia vtraque finit lites*, dicens.

8 Datur verò ex re iudicata compenſatio; quia illa liquidum facit; cum pro veritate habeatur, iuſque tribuat inconcuſſum, *l.res iudicata* 208.*vbi Gagnol. num. 2. ff. de regul. Iuris l.1. vbi Doctor. C. de condition. indebit.cap.cum inter* 13.*§.fin. de ſent. & re iudic.* Nimirum quia de liquido datur ad liquidum compenſatio ad *l. fin. vbi Doctor C.de compenſat. Gloſſ. in cap. cum Ioannes* 10.*verbo compenſare de fide inſtrum. §. bonæ fidei inſtitut. de actionib. Rota apud Coccinum Decanum decif.* 358. *num. 2. & decif.* 326.*num.3. & par.2.tom. 2. in recent. decif.* 524 *num.5. Rota Materaten. apud Marcum Anton. Thomati decif.16.num.26. Surd. de-*
9 *cif.184.num. 9.* Dabitur igitur pari modo ex tranſactione compenſatio. Per optimū
10 porrò argumentum; ſed fundamento corruit, vt extructum deſuper totum, & ipſum ſimili ruina cadat, ad *tex. in cap. cum Paulus* 26.*1.q.1.*

Hoc ipſum quippè in dubium vertitur, quod illi indubitatum adſtruunt. Neque enim quicquam firmum de tranſactionibus habetur. Pendent nempè illæ non à partium concordia, ſed ab ſola Epiſcopi aſſertione, quin non magis Notarij, aſſerentis, Epiſcopum dixiſſe ea omnia, quæ ſuo illo inſtrumento ipſe ex memória deſcripſit. At huic Notariò minimè fides habetur: & ob inueriſimilitudines, & ob cauſam, quòd obſiſtit illi Regis Ladislai diſpoſitio, vt in alijs noſtris ſcriptis latè deduximus.

Corruit igitur hoc ipſum tranſactionū præſumptarum fundamentum; decidit
11 proindè, & compenſationis obiectio. Quemadmodum, & quod aſſeritur: Inſtrumentum probationem probatam haberi ad *tex. in l.cenſus* 10.*ff.de probat. l.in donationibus* 31.*C.de donat. Bald. in l. Imperator. in* 1.*Colum. ff. de ſtatu hominum* facitque rem claram ad *tex. in l. cum precibus* 18. *C. de probat. Rota apud Card. Caualer. decif.71. num.1. & decif.* 182. *num.3. Rota in Mediolanen pecuniaria* 16. *Ianuarij* 1629.*coram Motmanno decif.234. num.2. par.5. nouiſſimarum diuerſor.*
12 Exauditur id porrò ſi inſtrumentum tale fuerit, vt fides ei haberi valeat, ad *tex. in cap. cum dilectus* 9.*vbi Gloſſ. verbo approbata de fide inſtrum. d.l. in donationibus* 31. *C.de donat.* Ex verbis Imperatoris ibidem, dicentis; *Ita tamen ſi ipſe donator, vel alius voluntate eius, ſecundum ſolitam obſeruationem, ſubſcripſit,* & *Gloſſ. ibid. verbo ſub notatione, & l.vice donatricis* 20. *C. eodem* ibi dum ſubnectit Imperator dicens: *Iurè facta donatio non habetur irrita*, vt ſecus planè ſit, ſi iure facta minimè fuerit, *d l.cum precibus* 18. *C. de probationib.* ibi. *Si vera ſunt, quæ indidiſti.* Neque
13 enim inſtrumentum dicitur, niſi quando eſt perfectum, vt loquitur *Rota apud Creſcentium decif.* 105. *alias 3. num.3. de fide inſtrum.*
14 & inſtrumento ſtatur, ſi verum, ſolemneque illud fuerit ad *text. in l.cum propria* 5.*vbi Gloſſ. verbo docenti, C. ſi quis alteri, vel ſibi.* Notat *Magonius decif. Florent.9. num. 20. & 21.*
15 quatenus probat pro inſtrumento ſolemni præſumi in dubio, ex *d l.cùm propria, & d. l.cùm precibus*, vt ſecus planè eſſe debeat, ſi neque ſolemne, neque firmum inſtrumentum ſit. poſt *Bart. in l.non putauit. §.non quæuis ff.de teſtament.militar.* ſequiturque *Afflict. decif.*183.*ſub num...* quo loci ad rem noſtram
” loquens ſequentibus dicit: *Similiter dicimus*
” *in inſtrumento, quod vigore ſtatuti debet man-*
” *dari executioni: intelligitur ſi eſt inſtrumentum*
” *validum, factum per Notarium, & habeat ne-*
” *ceſſaria requiſita ad inſtrumentum.* ita Afflict.

Non itaque probabit, neque præſumptionem vllam pro Aduerſariis faciet inſtrumentum hoc tranſactionum præſumptarū inter olim Dominum Principem Biſiniani, & Archimandritam Sancti Adriani. Quia profectò, præterquàm quòd pluribus euidentibus laborat defectibus, vt falſitatis ſuſpitionem, illamque violentam, haud abijciat, quod in alijs noſtris ſcriptis pluribus perpenſionibus palam facere curauimus: fuit tamen à Notario Vaſſallo rogatum.
16 Obſtat proinde ei, (ne fides habeatur,) lex municipalis per Capitulum Regni, *Ladiſlaus Dei gratia Rex*, incipiens. *Non ſine prudentis.*
17 Neque confugium facias, vt cuſpidem euites argumenti: & quod lex præfata Ladislai rogata fuit ad euitandas fraudes impreſſionis, atque vis, ſiue concuſſionis, quæ inferri poſſet Notarijs à Baronibus. Vt ceſſet proinde ſuſpitio incuſſionis, vel vis, atque impreſſionis vbicumque inſtrumentum fit palam, ac bona fide. Et quòd locum haud inueniat ſibi dicta Ladislai diſpoſitio, ſi inſtrumentum celebretur contra Baronem.
18 Quia nimium lex ipſa Ladislai Regis ſatis ampla eſt, quin imò confirmat, & innouat præcedentium anteceſſorum ſuorum Regū, qui in Regno fuere, diſpoſita; quibus prohibuere, Notarios creari non Demaniales. vnde nulla, & inualida declarat inſtrumenta omnia per Notarios Vaſſallos con-
19 fecta, quæ tangunt, & tangere poterunt Magnates, Comites, Barones, & Terrarum Dominos. Generaliter igitur lex loquitur

La-

Ladiſlai,vt generaliter quoque exaudiri de-
beat. *Can.ſi Romanorum* t.19.*diſt.cap.2.de trã-
ſlaſ.Epiſc.Nau.conſ.20. num.6. in fin. lib.5. de
ſentent.excomm.& conſ.6.num.5.lib.3. de ſtatu
Monachorum* ſequiturq; perpenſionem hanc
in his terminis cap.huius Regis Ladiſlai *Af-
flict. in conſtit. Regni in Terris Demanij de Iudi-
cib rub.77.tom.1.num.15. verſ.ſed contrarium,
& Carolus Tappia in iure Regni lib.3. tit.de fide
inſtrument.in annotationib.num.5.fol.*164. quo
loco ex hac generali perpenſione,quòd lex
20 hæc Ladiſlai generaliter loquatur; com-
præhendi dicit, ne dum inſtrumẽta, verùm
etiam (quin imò multo magis)teſtamenta:
reiecta ſententia Fabij de Anna in Additio
nibus ad Genitoris *ſingular.*244. Verba enim
illa diſpoſitiua, ac generalia Regis præfati:
(*Omnia,& ſingula inſtrumẽta,ſcripturas,& cõ-
tractus publicos ,fienda, fiendos, & fiendas, ex
nunc in antea per ipſos Notarios publicos ; non
Demaniales, quæ tangere , & tangi poterunt di-
ctos tantum Magnates,Comites,Barones,& Ter-
rarum Dominos eſſe inania,& inanes,ac nullos,
nullas, & nulla, nec vllam in iudicijs, vel extrà
obtinere deinceps roboris firmitatem.*) ſatis ex ſe
indicant:nullos contractus,nullaque inſtru-
menta,nullaſque ſcripturas à Notarijs Vaſ-
ſallis confecta firmitatem obtinere , quæ tan-
21 gant, & tangere poſſint Barones, Comites
Magnates,& Terrarum Dominos. Planè,
quia, ne dum hæc Ladiſlai lex prohibet
actum fieri; verum vlterius procedit,actum
contra legem ipſam factum , nullum, & in-
ualidum declarando. Vt (ipſo iure, & ex ſe
22 ipſo) inualidum,nullumque euadat,ad *tex.
in l.non dubium* 5. *C. de legeb* potiſſimum ve-
ro prohibitionis cauſa ſi perpetua fuerit,
ad *text.in Can.vides* 10.*vbi Gloſſ.verbo diſſolui
in fin.diſtinct.*10. ſequitur *Syluester verbo lex,*
§. 28. *num.* 18. *Pater Molina de iuſtit. & iur.
tom.1. diſput.88.in fin.verſ. ad confirmationem
dicendum,Rota apud Creſcent. deciſ.48.aliàs 18.
num.2.de præbend. & apud Cardin. Caualer.de-
ciſ.7.num.5.*
23 Nullamque admittat diſtinctionem,ſiue
publicè,ſiuè bona fide fiat Quæ enim bona
24 fides perpẽdi poterit in eo,qui publicè pec-
cat,& ſciens,volenſque contra legem facit?
ad *text. in cap.1. circa fin.de præſcript. in 6.* ex
verbis Bonifacij VIII.dicentis: *Vbi tamen eſt
ei ius commune contrarium,vel habetur præſum
25 ptio contra ipſum, bona fides non ſufficit.* Nam
qui peccat legem proruit , atque diſſoluit.
Contra legem quippè peccatum pugnat;
quia peccans à lege recedit,iuxta definitio-
nem peccati traditam à *Cardin. Toleto lib.3.
inſtruct.Sacerdot.cap.1.*Peccatum eſt receſſus
26 (dicente) à regula diuina voluntarius. Ne-
que aliud peccare eſt,quàm declinare à re-
ctitudine actus,quem debet habere, ſiuè ac-
cipiatur peccatum in naturalibus,ſiuè in ar-
tificialibus , ſiue in moralibus, vt docet *S.*
27 *Thom.1.part.quæſt.63.art.1.in corpore.* Nulla
igitur bona fides eſſe poterit in Notario,
qui actum à lege ſibi interdictum ſcienter
facit. argumento *text. in cap. fin. vbi Gloſſ. &
ſcribent de præſcript. regul. poſſeſſor. 1 de regul.
iur.in 6.*diximus *reſponſ.noſtra 26.num.9. par.*
1. In mala proinde fide actum facere vide-
tur,ex regula contrariorum,quorum eſt, ſe
28 mutuo contrudere in eodem ſubiecto, iu-
xta Philoſophorum doctrinam,& perpenſa
à noſtratibus in *l hæc verba,ille,aut ille* 124 *ff.
de verbor ſignificat.cap maiores 3.§.ſed adhuc in
fin.de Baptiſm.* diximus *ead. reſponſ. noſtra* 26.
*num.*12.*&* 13.*Vincent.Anna allegat.*62.*nu.*20.
29 Neque contrahentium bona fides,quæ ab
inuincibili ignorantia procedit , nos *d. reſ-
ponſ.26.num.6.* alios referentes, (alioquin
bòna fides haud erit,ſi ſciẽter quis Peccet.)
30 Abſque voluntate enim peccatum non da
tur,ex S Auguſtino *lib.3.de libero arbitr. cap.*
17.relato à *S.Tho.2.2. quæſt.108.art.4.*ad *text.
in l.fœdiſſimam* 20.ſecundum *Bald.*ſummariũ
dicentis:*Tolle voluntatem, & omnis actus erit
indifferẽs.C.ad l.Iuliam de adulter.Can.nemo te-
netur 10.15.q.1.*vbi *Ambroſ.lib.1. de Iacob, &
vita beata:Nemo tenetur ad culpam,*(inquit)*niſi
voluntate propria deflexerit . & can ſicut enim*
10.32.*quæſt.5.Royas de hæretic.pa.1.num.101.*)
neque (inquam) bona fides facere poterit,
nè lex locum habeat , vt actus aliàs per per
legem reiectus,atque reprobus.& ex genere
ſuo malus,(vt loquuntur Theologi)validus
afficiatur: (detecto potiſſimum errore,atq;
contra legem peccato)quod perpẽdit quo-
que *Rouitus* in hac noſtra materia loquens
capituli Regis Ladiſlai,*conſ.91.num.5.lib.1.*
ex *Afflict.d conſtitut.in Terris Demanij nu.*11.
23 Ratio quippe Ladiſlai Regis ea non con-
tẽnenda fuit, vt euitentur fraudes, quæ ad-
mitti poterunt per Notarios ſubiectos Ba-
ronibus.Quæ ſanè ratio ſemper in eſſe vide-
tur,quomodocumque contra legem ipſam
fiat . Quam ob cauſam ſemper abeſſe bona
fides videtur , ſi contra legem peccetur per
eos,contra quos lex ipſa ſancita fuit.Prohi-
bitio verò facta eſt Notarijs , qui ſcire legẽ
34 hanc debent. Alioquin turpe erit eis igno-
rare ius,in quo verſantur, & quod ad eorũ
ſpectat officium,iuxta Quinti Mutij reſpon-
ſum ad Seruium Sulpitium in *l. 2. §. ſeruius
cùm in cauſis.ff.de origine iuris.*
Bonam ergo fidem prætendere haud po-
terunt contra legem ſcienter peccantes.Po
tiſſimum verò cum lex prædicta Ladiſlai,
omnino inſtrumenta nulla , atque inualida
35 declaret,quę à Notarijs Vaſſallis rogata fue
rint. At ſufficit actum,atque inſtrumentum
nullum eſſe,atque inualidum,(ita per legẽ
declaratum ;) ne effectum producere va-
leat.
36 Fruſtra igitur tranſactionis effectus quæ-
ritur; cùm actus ipſe , ſuper quo tranſactio
fun-

Digitized by Google

fundamentum habet, in hilum abierit, atque corruptionem viderit, vt mutatum ſit compoſitum, amota fuerit cauſa, fundamẽtum diruerit, ad *tex. in d. can. cum paulus 26. 1. q. 1. c. cum ceſſante 60. de appellat. d. cap. magnæ denotationis 7. in finalibus verbis de voto l. adigere 6. §. quamuis de iure patron. l. 1. C. de donationib. quæ ſub modo.*

37 Parique modo diſijcitur, quod aſſumebãt; haud locum ſibi facere Ladislai Regis diſpoſitionem ſi contrà Baronem inſtrumentum roget Notarius, (quamuis Vaſſallus.) Fundant hanc legis reſtrictionem in ſententia *Molfeſij* ad Conſuetudines Neapolitanas *tom. 2. part. 10. de inſtrumentorum confectione quæſt. 12. num. 7.* quem ſequutus quoque fuit *Ioann. Maria Nouar. quæſt. forenſ. par. 1. quæſt. 156. num. 11. circa fin. verſ. ego talem,* qui ceſſare hoc caſu legis rationẽ de præſumpta fraude perpendunt, vt ceſſare quoque, & eius debeat diſpoſitio.

38 Præter quàm quòd enim huiuſmodi reſtrictio minimè admittitur ab alijs omnibus Doctoribus, qui primi fuere, atque peritiores in Regno, quàm vel Molfeſius, vel Nouarius. Ita *Afflict. in d. conſtitut. in locis Demanij rubr. 77. nu. 15.* qui rationem ſatis adæquatam profert; quòd nempe lex Ladislai Regis generaliter loquitur, ſiue pro Barone inſtrumentum roget Notarius Vaſſallus, ſiuè contrà eum; vt generaliter quoq; exaudienda ſit: atque ſatis ſuperque eſſe debeat poſſe Baronem Notario Vaſſallo imperare, in eumque iuriſdictionem exercere, (ſaltim potentia, & in actu primo,) quàmuis in exercitio, & in actu ſecundo nulla ſubſit cauſa, qua illam exerceat, eique actu, vel timorẽ,
39 vel vim inferat, incutiatque; poſſitque contractus, vel Baronis vtilitatem, neceſſitatemque reſpicere; atquè propterea eum tangat, vel tangere poſſit, vti verba ipſa cantant legis, ſiuè capituli præfati Regis Ladislai, ſupra per nos quoque allata: vndè, & actum, atque etiam potentiam perpendiſſe legiſlatorem Ladislaum, nemo (niſi cum ratione ipſe inſanire velit, vt Comicus dixit) negabit. Afflictum ſequuti fuere conſequenter *Vincent. de Franch. decіſ. 118.* Neapolitani Conſilij Præſes. *Regens Scipio Rouitus conſ. 90. nu. 11. & conſ. 91. num. 2. lib. 1.* & ante hos *Ioannes Antonius de Nigris* ad dictum Capitulum Regis Ladislai 1389. quod incipit: *Non ſine prudentis, &c.* iuxta ordinem per eum diſpoſitum *in additionib. num. 8. Marinus Frecia,* qui abſolute loquitur, ex ratione, quòd inſtrumenta talia nulla ſint, atque inualida. *tract. de præſentat. inſtrument. part. 2. n. 3. Vincent. Anna d. ſingul. 244.* & ita in ſimili reſpondit, votumque dedit Doctor Marta *voto 186. per totum,* atque præſertim, *n. 10.*

40 Neque ratio ipſa à Molfeſio relata, quam ſatis firmam pro ſua putat ſententia, ita potens eſt, vt non facili ruat negòtio. Nimirũ quòd non omni ceſſante cauſa, effectus ceſſat. exauditur quippè de cauſa finali, non ſanè impulſiua, ſiuè etiam ſine qua non, vt ſequitur, *Afflict. d. conſtit. in locis Demanij nu. 13.* ad *text. in cap. etſi Chriſtus 26. circa fin. vbi Gloſſ. verbo ceſſante, & verbo ceſſat de iuran. Euerard. in loco à ceſſante ratione num. 4.* diximus *reſponſ. 15. num. 10. & 11. part. 1.* At ſatis
41 apertè legentibus videri poteſt; hanc cauſam (fraudes euitandi) non finalem fuiſſe Regi Ladislao, ſed impulſiuam, ſiue ſecundariam; finalem verò, atque primariam, vt pacem, atque quietem ſibi ſubiectis Popu-
42 lis conſeruaret. Ex proœmio enim dicti ca-
43 pituli id euidentiſſimum fit, quod finalem cauſam indicat, ad *text. in l. fin. vbi Bart. ff. de hæredibus inſtituend. l. 1. ff. ad Macedonian.* diximus *reſponſ. noſtra 44. num. 22. par. 2.* Licet igitur cauſa ceſſet fraudis, (vt Molfeſius putat, eiuſque aſſecla Nouarius,) quòd actu fraus non admittatur, cùm inſtrumentum contra Baronem rogat Notarius Vaſſallus, non prò eo; haud tamen ratio ceſſat primaria quietis, & pacis totius Populi; quam perſpexit legis Conditor, & quam perſpicere
44 debet quiſque legem condens, (commune ſcilicet Populi bonum,) iuxta *S. Thom. 1. 2. quæſt. 96. art. 4. ad text. in cap. 1. de conſtitutionib.* quin neque fraudis ratio ipſa conquieſcit. Quid enim ſi Notarius animo exulcerato aduerſus Baronem, ei nocere tentet, inſtrumentum obligationis aduerſus eum confingendo? Non itaque ceſſabit ex hac quoq; parte fraudis cauſa, ac ratio; vt firma proindè eſſe debeat diſpoſitio, ex ratione pariter, quam perpendit Molfeſius, eamque per optimam putat Nouarius, vt Afflictum & de Franchis, alioſque antecedentes Patres (ad vnum Molfeſium) minimi duxerit, poſtpoſueritue. Licet ipſe antea cõtrarium, (ſibi parum conſtans) dixerit, *in praxi election. & variationis fori ſect. 1. quæſt. 53. num. 4.* ſeque ita conſuluiſſe aſſerat. Inde quippè eſt, quòd Ladislaus Rex in præfata diſpoſitione abſolutè vetuit Notarios Vaſſallos inſtrumenta conficere, quæ *tangere, & tangi poterunt dictos Magnates, Comites, Barones, & Terrarum Dominos,* illaque inania, & nulla eſſe declarat, neque vllam in iudicijs, vel extra obtinere roboris firmitatem edicit: Quia nimirum generaliter diſponere voluit, ſiue prò; ſiuè contra Barones inſtrumẽta eſſent, rogarenturue. Et ſicuti Vaſſallis proſpexit, ne pro Barone inſtrumenta contra eũ cõfingerentur; per æque, & Baroni proſpicere voluit, ne pari modo inſtrumẽta contra eum confingerentur. Vt ſicuti in vno non crederetur, ita neque in alio crederetur. Quòd irato nihil ſit credendum, vt Auguſtinus Steuchius loquitur *de donatione Conſtantini lib. 1. paulo poſt princ. tom. 3.* Nihilominus tamen ne-

neque contra Principem Biſiniani inſtru-
mentum ipſum tranſactionis, ſiue concor-
diæ eſt: (quatenus quidem firmum illud
aliàs eſſet;vti infirmum in aliis noſtris ſcri-
ptis pro hac re oſtendimus;) ſed & prò, &
45 contrà.Namque, & pro Principe eſt,& cō-
trà ipſum pariter: tranſactionis nempè in-
ſtrumentum proponitur. Inter duos verò,
vel plures tranſactio fit,ad *tex.in l.3.ff.de trā-
ſactionib.*Non igirur ex eo ſaltim,quod con-
trà Principem ſit, firmum illud habere de-
bemus; ex ea verò parte,qua prò eſt,& cō-
trà Eccleſiam,firmum,atque validum æſti-
mare.

46 Neque enim fieri poteſt, vt vnus idemq.
contractus,qui indiuiduus eſt, vnam, can-
demque rem continens, ex vna parte fir-
mus,ex altera æſtimetur infirmus,ad *tex. in
l.ſi duos.44.ff.de contrahend.emp & l.cnm eiuſ-
dem generis 34.de adilitio edictio.*argumento,
etiam *tex.in l.ſi quis aliā rē 46.ff. de ſolut. & l.
quod ſi vno pratio 16. ff. de in diem adiectione:
Rota apud Card. Manticam deciſ.13. num.8. &
apud Seraphinum deciſ.709. nu.3. & ſeq par.1.
diuerſorum,& apud Card.Canal.dec.612.n 23.*
Corruet ergo in omnibus, aut in omnibus
47 ſtabit. Vt eadem ſit ratio de parte,quæ de
toto eſt, cùm in indiuiduis vtile per inutile
vitietur,ad *tex.in l.1.§. itē quaritur ff. de aqua
quotid.& æſtiua,l.Pedius 7.§.1.ff. de recept. ar-
bitris*, & perpenſum fuit in Rota apud di-
ctum *Card. Caualerium d. deciſ. 612. num.24.
Rota apud Robuſterium par.2. diuerſ.deciſ.318.
num.8.Caſſaneus conſ.63.num.14.Doctor Mar-
ta voto 165.n.13.par.1. Vincent. Anna allegat.
9.num.7.8. & 9.*

Infirmū præterea ſuccedit, & aliud Ad-
uerſarium effugium. Inſtrumentum tran-
ſactionis, ſiue etiam inſtrumenta, (nam
duo eſſe ſupponunt) fuiſſe celebrata cum
48 decreto Epiſcopi Biſinianen. iudicis dele-
gati à S.Sede Apoſtolica: Remoueri proin-
de omnem ex aduerſo ſuſpitionem ex ipſa
iudicis præſentia,*l.vltima C.de pradijs mino-
rum Rota apud Cardin. Manticam deciſ.151.n.*
5.plenè *Picus ad ſtatutum Vrbis lib.1.cap.151.*
49 *Gloſſ.21.num.22.*Præter quàm quòd enim,
neque iudicis præſentia ſatctatectum in-
ſtrumentum reddit per Notarium Vaſſal-
lum,ſiue prò, ſiue contrà Baronem roga-
tum,obſiſtente eius firmitati, atque validi-
tati dicta Ladislai Regis Sanctione, qua in-
ſtrumenta omnia nulla, & inualida declarā-
tur; quinimo prohibet iudicibus omnibus,
diſtrictèque in mandatis dat: *Huiuſmodi in-
ſtrumenta, ſcripturas, & contractus publicos in
iudicijs,vel extrà iudicia,nō recipiant, audiant,
vel admittan:.Sed eos,& eas,& ea recipere,au-
dire,& acceptare penitus denegent, & recnſent,*
vt hoc vnum ſat eſſe debeat,ea firmitatem
non obtinere, nullaque declarari; quod
50 perpendit *Freccia d.par.2.num.3.*Cum ha-
beant legem ſcriptam; eam vtique reci-
pere,admittereque omninò eos oportebit,
51 neq.eā præterire;proruereq. Legē quippè
à ligando dictā vult, docetq.*S. Thomas 1.2.
q.90.art.1.in corpor.*eāq.iuſtā,honeſtā, poſſi-
bilē,atq.ſecundū naturā eſſe oporteat,ſecū-
dū Iſidorū *lib. 5. etymologiarū* relatum *can.
erit autem lex 2. diſt. 4.* diximuſque *reſponſ.
52 noſtra 40.num.15.& 16.par.2.*Non ergo per
eorum præſentiam inſtrumenta huiuſmo-
di firma facere potuerūt iudices,obſiſtente
illis lege pręfata iuſta,honeſta, poſſibili,at-
53 que ſecundum naturam,vt ſine graui pia-
culo tranſgredi illam minimè poſſint gen-
tium; quòd qui legi reſiſtit, Dei ordinatio-
ni reſiſtentiam facere videatur, ſecundum
Apoſtolum ad *Roman. 13. 2. can. qui reſiſtit
95.11.q.3.d.c.1.de conſtitutionib. S. Thomas 1.
2.q.96.ar.4.*diximus *reſponſ. noſtra 7. num.3.
& 4.par.1.& reſponſ.39.num.23.par.2.* Sitq.
lex veluti à numine deorum tracta ratio,
ſecundum Ciceronem *1.Philippic.*ad *tex.in
l.fin.§.quid enim prodeſt:*ibi Diuino quodam
motu,*C.de praſcript.longi temporis,*diximuſ-
que *reſponſ.noſtra 43.num.21.& reſponſ.42.n.
55.par.2.* vt dixerit proindè ex Græcis qui-
dam,*Lege omnia finut,& iudicantur.*& alter:
Leges ſequi patrias pulchrum eſt. & Spiritus
Sanctus Salomonis eloquio *prouerb.8.1. Per
me Reges regnant;*(docet)*& legum Conditores
iuſta decernunt. Per me Principes imperant, &
potentes decernunt iuſtitiam*. Non contem-
nendum ergo, quod Deo iubente, vel ſua-
dente,poſitum fuit. Quin, vt lux ſequenda
56 lex eſt: ita Spiritus Sanctus Sapientis eiuſ-
dem ore: *prouerb. 6. 23. Quia mandatum lu-
cerna eſt*(inquit) *& lex lux, & via vita incre-
patio diſciplina.* Si à Spiritu itaque Dei mo-
uentur Reges, cum iuſtas decernunt leges
in commune totius Reipublicæ commo-
dum: ſeruandæ illę, vtique erunt, neque ſi-
ne graui crimine proruendæ. Quin, vt Pin-
darus rectiſſimè dixit: *Legem omnium eſſe Do-
minam,eique,vt Deo parendum.* Hinc ſanè eſt,
quòd priſci illi etiam gentiles,qui leges pri-
mùm tulere;earum inuentionem non ſibi
ſed alicui Numini tribuerant; vt infererent
rudiorum animis: Leges, vt pulchrū Deo-
rum inuentum, ſic & vtillimum, à nemine
eſſe violandas; ſed toto pectore colendas,
tuendas, amandas.

Nihilominus tamen,quod de decreto di-
citur Iudicis,hoc ipſum in dubium reuoca-
tur, cum decretum manu iudicis delegati
ſubſcriptum non ſit; neque de eo aliter cō-
ſtet, quàm per aſſertionem Notarij Vaſſal-
li, etiam contra Principem Baronem, atq.
Magnatem, & Dominū, vt in idem reincidat
quæſtionis Cardo, an Notarij huius inſtru-
mento ſtandum ſit? Cùm contrà, Regis La-
dislai ſanctio ei obſiſtat; vt in alijs noſtris
57 ſcriptis pleniſſimè diſſeruimus. Et aſſum-
ptum

mites Barones,& Dominos Terrarũ; quod
ſi nihilominus illa rogauerint,inſtrumenta
ipſa nulla, & inualida declarat, atq. nullius
momenti. Præcipitque Iudicibus, nè illa in
iudicio, vel extra admittant, quod firmatũ
65 in ſimili fuit ad terminos *Pragmaticæ 1. de
Senatus Conſulto Macedoniano*, per Rotam
in *Brunduſina pecuniaria* 15. *Nouembris* 1613.
*coram Buratto par.2.tom.1.in recent.deciſ.*435.
& in eadem coram eodem 21. *Aprilis* 1614.
*par.1.tom.2.in eiſd. deciſ.*580. & ſequuta fuit
eadem Rota in *Neapolitana pecuniaria* 5. *Iu-
lij* 1632. coram Veroſpio, quam deciſionem
retulimus poſt noſtram reſponſ. 49. *par.* 2.
eſtque *reſponſ.*50. *num.*10. *in fin.* vbi Domi-
ni perpenderunt, dictam pragmaticam nõ
reddere obligationes filiorum familias pro
parentibus factas, nullas; ſed prohibere No-
tatijs huiuſmodi obligationes recipere. In
66 nihilo igitur reſpicit hæc lex perſonas Ec-
cleſiaſticas, nihilque eorum derogat liber-
tati: Neque enim vel directè, vel indirectè
illam vel tangit, vel violat, argumento *tex in
c.Clericis Laycos 3. de Immunit Eccleſ.lib* 6. ſe-
quiturque *Marta voto* 231.*n.*2.*p.*1. Sed quo-
ad perſonas Notariorum tantummodo, in-
habilitando illos, ne, (cùm Vaſſalli ſint,) in-
ſtrumenta huiuſmodi conficiant: et ſi con-
fecerint; ſint illa nulla, & inualida, nullam-
que fidem faciant. Neque porrò Epiſcopus
Notarium prædictum in Auctuarium Cu-
riæ delegit, (cum hoc neque appareat ex
ſcriptur a, neque Notarius ipſe aſſerat,) ſed
vti Notarium Regium cum Iudice Regio
ad contractus, vt inſtrumentum ipſum de
aſſertis per eum conficeret; quod etiã per-
pendimus in alijs datis ſcriptis. Remanent
itaque improbata omnia, quæ in hoc aſſe-
runtur inſtrumento, cum ei fides in iudi-
cio, vel extrà haberi minimè debeat.

66 Neque enim potuit Epiſcopus, quòad
perſonas Laycas legem diruere Ladislai, ne
que in hoc ei parere debuerant; neque po-
terant, ad *text. in cap.2. in fin. de conſtit. in* 6. &
dicta per Paulum Iure conſultum in *l. fin.
ff. de iuriſdict omn. iudic.* ex ratione, quæ dictis
textibus affertur: quia abſque iuriſdictione
inutiliter quiſque ius dicit. Non vtique po-
terit nunc Aduerſarius ſcriptura vti pro ſe,
quæ reproba eſt, ac nulla, & inualida; atque
ex ea compenſationem obijcere, ne ſol-
68 uat, quod debet. Compenſatio nempè
non niſi de liquido ad liquidum, non con-
trà de liquido datur ad illiquidum, *l. fin. vbi
ſcribent. C. de compenſat. Surd. deciſ.* 184. *num.*
6. *Rota apud Gard. Manticam deciſ.* 233. *num.*2.
*& in recentioribus part.2.tom.1.deciſ.*524.*n.*5.
& in Romana ſpolij de Cruciarijs 23. *Ianuarii*
1630. *coram Illuſtriſſimo Durano Epiſcopo Vr-
gellen. deciſ.*338.*num.*6.*part.*5.*diuerſorum nouiſ
ſimarum*, quæ eſt in impreſſis apud eundem
ſub tutulo *Romanæ fideicommiſſi de Cruciarijs*
69 *deciſ.*235.*num.*5. cum alijs ſupra per nos re-
latis. At liquidum dici haud poteſt, quod
dubium eſt. Non enim dicitur perfectè li-
quidum, quod per ſententiam declaratum
minime fuit, ſecundum *Bald. in l. item quia in
2. lect. num.* 1. *ad fin. verſ. nam non poteſt dici, ff.
de pact.* quem ſequuta fuit Rota apud *Card.*
70 *Manticam d. deciſ.* 225. *num.*9. Nam liquidum
eſſe dicitur, quod clare cõſtat. Clare autem
71 conſtare dicitur, quod ſine hæſitatione cu-
iuſquam apparet, § *nos igitur*, ibi omnia cla-
ra, & aperta, *in auth. de teſt. imperfectis colla.*8. *et
can. inferior.*4. *verſ.* hinc liquidò prouidetur,
& verſ. ſole clarius exhibuimus 21. *dict Card.
Zabarella conſ.*69. *num.*6. *paulò ante fin* Et de
quo per partis confeſſionem, vel rem iudi-
catam conſtat, ſecundum Rotam apud *Car
72 din. Caualer deciſ.*319. *num* 6. Quinimo con-
ſtare non dicitur, de quo adhuc dubium re-
manet, atque diſcuſſio ſupereſt, ſecundum
Rotam apud *Cantucium part.2. diuerſ. deciſ.*6.
*ſub num.*9.

Verùm dubium adhuc ſupereſt, an in-
ſtrumentum hoc per Notarium hunc roga-
tum, firmum ſit, obſiſtente ei Regis Ladiſ-
lai diſpoſitione in *d. capitulo Regni*, neque de
eo clare conſtat, cùm adhuc hæſitatio re-
maneat. Liquidum igitur haud dici poteſt
73 quicquid in illo continetur. Non ergo com
penſatio admitti poteſt de liquido, ad id,
quod illiquidum eſt, *d. l. fin. de compenſatio-
nib. C. cap. ad noſtram* 7. *de iureiurand. Afflict.
deciſ.*381. *num.*6. Neque aſſerta ceſſio quic-
quam operabitur. Nimirum quòd facta illa
fuerit lite pendente, atque de eredito præ-
tenſo, ac tertij, pariterque de credito con-
trouerſo, & illiquido, *ad text. in l.*2. *& l fin C.
de litigioſis*. Rota apud *Farinac. in poſthum to.*
1. *deciſ.*515. *num.*6. *& apud Card. Caualer. deciſ.*
339. *num.*3. Quam ob cauſam neque com-
penſatio fieri poterat de credito alieno, *l.
eius quod* 9. *C de compenſat. vbi Bald. Hierony-
mus Magon. deciſ Florent.*44. *num.*9. *D. Franci-
ſcus del Caſtillo deciſ.*109 *nu.*79. *lib.*2. Neque
præterea fundamentum faciant, quod in
inſtrumento hoc fuerit inſerta ſeries tranſa-
ctionis inter Principem, & Eccleſias initæ,
eaque decreto Iudicis delegati probata.

Tùm, quòd de decreto non conſtat, niſi
per aſſertionem Notarij, cui interdictum
erat per Ladislai Regis ſanctionem inſtru-
menta inter Magnates, Comites, Barones, &
Terrarum Dominos, tàm prò, quàm con-
trà, rogare, (vt ſupra dictum eſt,) vt non ſit
hoc nouam inſtantiam dare, ſed petere prin
cipium. Quocirca improbatum remanet
decretum. Tùm quod ſatis eluſorium aſ-
ſumptum redditur; fuiſſe totam ſeriem
prænarratæ concordiæ inſertam in hoc in-
75 ſtrumento: ſufficere proinde ad probandã
ipſam tranſactionem, ex *Pico ad ſtatutum Vr-
bis d. cap.*151. *gloſſ.*21. *num.*32. Id porrò exau-

76 ditur de decreto iurè,ritèque lato, atque
cum cauſæ cognitione,vt idem *Picus d.gloß.*
21.alij relatis limitat *num.33. & 35. cum ſeq.*
77 & quando tenor tranſationis (ipſum ſcili-
cet inſtrumentum tranſactionis) fuiſſet ad
verbum inſertum,atque per Iudicis decre-
tũ approbatum, quod plane nõ diffitemur,
ſi ita factum fuiſſet ; vti etiam deductũ fuit
in *Romana reſciſſionis contractus 26.Nouembris*
1618.coram Card. Caualerio *deciſ.482. num.4.*
78 ab aduerſarijs non benè expenſa . contine-
retque certum quid , atque determinatum
per partes ipſas,interque eas firmatum,non
verò nudam,abſolutamque Epiſcopi narra-
tionem : quod perpenſum fuit per Rotam
deciſ.36.num.11.part.2.diuerſorum,per aduer-
ſarios allata, at non bene expẽſa ad factum,
de quo controuerſia habetur , ſicuti quo-
que doctrina *Felini in cap. inter dilectos*
6.num.6.& 7.de fide inſtrumentorum,aliorum
79 que Doctorum ab ipſis allatorum,loquen
tium ſanè in caſu ſatis à noſtro diſsito:nem-
pè in Principe confirmante priuilegium:
Sufficis enim ſi ſubſtantia antecedentis pri-
uilegij narretur,vt non opus ſit antecedens
inſtrumentum producere , in mediumque
afferre,cum apertè dignoſcatur,Principem
ad concedendum non motum fuiſſe per
ſubreptionem,ſed ex animi libera volunta-
te,certaque ſcientia, quibus in terminis lo
80 quitur *deciſ.*præfata *Cantucii 36.part.2.diuer-*
ſorum docetque *gloſſ. in can.ſi Romanorum 1.*
verbo deſunt 19 diſt. Verum ſatis,ſuperque di-
uerſum eſt in hac noſtra facti ſpecie. Neque
enim ex decreto Epiſcopi (fac illud legiti-
mè interpoſitum fuiſſet ad confirmandam
præſumptam tranſactionem) obligatio ori-
tur Principis Hieronymi,ſed ex præcedenti
inſtrumento ſuper præſumpta tranſactione
inito, ſi illud initum verè inter partes fuit.
Hoc autem fundamentum deficit in hac
parte; non enim de obligatione prædicta,
vel præcedenti , quæ Epiſcopi decreto con-
firmata fuerit;vel ſubſequenti,poſt faculta-
tatem ab Epiſcopo factam contrahendi,vel
concordandi , vigore Breuis Apoſtolici,
quidquam firmum deducitur, niſi per nu-
dam Epiſcopi aſſertionem,quin magis No-
tarij aſſerentis Epiſcopum dixiſſe.At Nota-
rij huius dicto haud ſtatur , neque fides ei
habetur, obſiſtente ſibi prohibitione Regis
Ladiſlai,vt ſupra oſtenſum eſt.
81 Deberet enim aliunde apparere veram
fuiſſe Epiſcopi aſſertionem,ad *text.in l.ſi for*
te 8.ff de caſtrenſi peculio, ex ratione, quam
ibidem affert Vlpianus lib.45. ad edictum:
Veritatem enim ſpectauimus,(inquiens,)*an verè*
caſtrenſis notitia, vel affectio fuit,non quod quis
finxit,& deductum fuit in Rota apud *Robu*
ſterium deciſ.599.num.2.verſ non obſtat part.1.
diuerſorum,& deciſ.199.n.5. verſ.ex his,p.2. di-
uerſ.& deciſ.235.num.4.part.2.tom.1. in recen-
tioribus,& ſequuta fuit Rota *in Ferrarien.Ar*
chypresbyteratus 26.Iunij 1628.*coram Domino*
*Coccino Decano,deciſ.*197.*n.*50. 51. 52.*& ſeq.*
p.5.diuerſorũ nouiſſimarũ. Caret igitur funda-
82 mento præfatũ Epiſcopi decretũ.Non.n.rẽ
exiſtentẽ (obligationẽm.ſ.partiũ in eſſe de-
ductam confirmauit , ſac quidẽ cõfirmatio-
nem,atque decretum iure,rectèque proceſ
ſiſſe,) ſed aſſertionẽ ſuam nudam, atq; ſim-
plicem . Quid enim obligationis ineſſe hic
deducitur , niſi nuda Epiſcopi aſſertio ? At
nihil hęc operatur deficiente confirmabili,
ſiue fundamento, atque materia in quam
per confirmationem forma induceretur aſ-
83 ſenſus Apoſtolici . *Nam confirmatio non eſt*
actus per ſe ſtans;dicitur enim confirmatio,quaſi
cum alio firmatio , verba ſunt *Bald. in l. falſus*
19.num.3.verſ.factum vero falſi C.de furtis,&
ſeruo corrupto,eſt igitur veluti accidẽs,quod
ſine ſubiecto eſſe non poteſt,ad *text.in l.Au-*
relius Symphorus 29.§ teſtamento, ff.de liberat.
84 *legata*,& hanc *Baldi* doctrinam , in materia
aſſenſus alienationis feudi, quod perquira-
tur inſtrumẽtũ alienationis, quæ per Regiũ
aſſenſum conualidetur,ſequitur,*Ioa.Franc.*
de Ponte conſ.5. num.48. & 49.lib.1. & ante
eum *Afflict.deciſ.404. num.4. ſequiturque Ca-*
rolus Tappia deciſ.Sacri Conſil.3 num.74. Vin-
cent. Anna in repetit. conſtitut. Diua memoria,
85 *num.90. & 91.* Neque enim confirmatio
actus ſubſtantiam in eſſe producit, ſed ſup-
plet ſolemnitates requiſitas , vt perpendit
Rota in *Papien.Aquarum 4.Iunij 1612. coram*
Card.Caualer.deciſ.215.nu.2. ſupponit autem
86 confirmabile , ſicuti materia materiatum,
tot.tit.de confirmat.vtili,vel inutili. Imitaturq;
87 naturam confirmati , argumento *text. in l.*
omnium 10.C.de teſtament. ſequiturque *Bald.*
in l.ſi quis cum procuratorio,§. Iulianus num.1.
in fin. ff. de procurat. quem ſequitur *Gratian.*
forenſ diſceptat tom.5.cap.909.num.17. Rota
apud Card.Caualer deciſ.385.num.1. Illudque
conualidat , roburque eidem adijcit , rema-
nente tamen confirmabili in ſuo priori ſta-
tu,ad *text in d. l.Aurelius Symphorus, 29. §.te-*
ſtamento , ff. de liberatione legata Rota apud S.
mem.Greg XV.deciſ.167.nu.1.& deciſ.511.n.1.
& in Florentina ſubdecanatus 22.Maii 1628 co-
rã Durano Epiſcopo Vrgellen dec.175.n 8 p.5.
diuerſor. quæ eſt in impreſſis p ipſũ 147.*n.9.*
Neque deinceps dicant probari validita-
tem tranſactionis tàm ex precibus Sanctiſſi-
mo D.Papæ datis;quàm etiam ex obſeruan
tia ſubſequuta ſolutionum.Et plane de pre-
cibus Sanctiſſimo Domino Papæ per Prin-
cipem Hieronymum datis nihil probatur,
niſi ex aſſertione Epiſcopi aſſerentis , ſiue
magis Notarij proteſtantis Epiſcopum di-
xiſſe;vnde in idem reincidimus principium
eandemque difficultatis vertimus rotam;
obſtare Notario ad validum inſtrumen-
tum firmandum,Regis Ladislai ſanctionẽ,

& quod

& quod inſtrumentum per illum rogatum nullum, atque inualidum ſit, atque ità tàm in iudicio, quam extra æſtimari, vt nullam faciat fidem.

Solutiones verò, nullæ per dictum Principem Hieronymum Abbati tunc exiſtenti S. Adriani, neque ſucceſſoribus eiuſdem Abbatiæ factæ apparent, vt ex obſeruantia negatiua ſatis euidens inualiditas arguatur inſtrumenti præfati prætenſæ concordiæ, quæ ſanè ſi adfuiſſet, non vtique inobſeruatam Abbas præfatus S. Adriani tunc dimiſiſſet, ad *text. in l. ſi de interpretatione 36. ff de legib. Rota apud Card. Caualer. deciſ. 117. num. 6.*
89 *& deciſ. 289. num. 3.* Sicuti enim obſeruantia ſubſequuta præſumptionem facit præambulæ conceſſionis, quod perpendit Rota apud *Robuſterium d. deciſ. 598. num. 5. part. 1. diuerſ.* probatq; *tex. in c. cum dilectus 8. §. dictus verò procurator. de cōſuetud.* ex verbis Innocētij Tertij per rationē, quam ibi affert, dicēs: *Et obtentu huiuſmodi ſtatuti, ſic fuit retroactis temporibus obſeruatum.* ſequiturque *Bart. in l. in vſu, C. de aqueductu, lib. 10. Doctor. Marta voto 103. num. 5. part. 1.* Ita planè argumentari nobis licebit, inobſeruantiam ſolutionis proceſſiſſe, quod aſſertum inſtrumentum concordiæ nuſquam affuerit gentium, vt argumentata in ſimili confirmationis materia Rota fuit in *Conchen. iuriſdictionis 2. Aprilis 1593. coram Card. Mantica deciſ. 222. nu 3. & 4.* ex regula quoque contrariorum, quorum eadem eſt diſciplina, *ad text. in l. 1. ff. de his, qui ſunt ſui, vel alieni iuris,* ex ratione, quam Caius Iureconſultus ibidem refert,
91 dicens: *Nam ſi cognouerimus, quæ iſta perſonæ ſunt,* (alieni ſcilicet iuris,) *ſimul intelligemus, quæ ſui iuris ſunt. & gloſſ ibid. verbo ſimul intelgemus,* quòd *probato vno de contrarijs, vel iis, quæ ſe non compatiuntur, probatur, & reliquum.* ita *Gloſſ.* concinit quoque *gloſſ. in Clement. 1. verbo obſeruare in fin de ſentent excommunicat. Perez de Lara de cappellan. lib. 1. cap. 11. num. 14. & ſeq. Gonzalez ad 8. regul. cancellar. gloſſ. 43. num. 171. Menoch. lib. 6 præſumpt. 94. nu. 9. Vincent Anna allegat. 4. n. 6.*

92 Nihil igitur operabuntur ad firmitatem arguendam transactionis, ſolutiones factæ per adminiſtratores Patrimonij vacante Principatu præfato Biſiniani: quia nimirū ſolutiones, vt quaſi poſſeſſionem tribuant, veritatemq; firment exigendi, non ſatis eſt, ſi per tertium fiant, ni mandatum accedat expreſſum principalis, atque ſcientia eiuſdem, *Caputaquen. deciſ. 165. part. 3. Rota apud Sanctæ memor. Gregor. XV. deciſ. 175. num. 6. & deciſ. 312. num. 3. & deciſ. 313. & part. 4. diuerſ collecta per Farinac. deciſ. 681. num. 1. & ſeq.*

Soluitur denique, & vltimū obiectum, ad tollendam correſpectiuitatem promiſſionis per Principem Hieronymum; quòd loca fortaſſe obligata poſſideatur per Principē Tarſiæ. Quaſi Princeps præfatus Hieronymus non contēplatione territorij ſolutionē promiſerit, ſed ſimpliciter pro exoneratione conſciētiæ erga Eccleſias tranſigētes: & quia Eccleſiæ dimiſerunt campeſtria terrarum vbique exiſtentia in tenimentis, & locis eiuſdem Principis, renunciando priuilegijs à Regibus, & Imperatoribus conceſsis, & iuribus competentibus ſuper eiſdem tenimētis. Et quod debitum ſit hæreditarium, vt ad
93 quoſcunque hæredes tranſeat, & ſucceſſores. Cum regulariter actiones ab hærede, &
94 contrà hæredem incipiant, *§. poſt mortem, inſtitut. de inutilib. ſtipulation. l. 1. C. vt actiones ab hærede, & contrà hæred.*

Quia profecto in idem incidimus difficultatis ſcopulum, ſyrteſque nauis eaſdem offendit, principiumque petimus. Cum de his omnibus non aliam aduerſarij firmitatem habeant, quàm Epiſcopi aſſertionem per Notarium Gratianum in aſſerto inſtrumento regiſtratam, cui per legem Ladiſlai (vt pote vaſſallo Principis Hieronymi) interdictum fuerat inſtrumenta rogare inter Magnates, Comites, & Barones, ac Terrarum Dominos. Quinimò nulla, inualida, nulliuſque roboris, & firmitatis declarata, & quibus nulla fides præſtari deberet, quod perpendit (vt diximus) *Marinus Freccia d. part. 2. num. 2. de præſent. inſtrum.* Sublato pro-
95 inde fundamento decidit omne, quod ſupra illud extructum eſt, ad *text. in d. can. cum Paulus 26. p. 1. q. 1.*

Inanis igitur, atque futilis redditur quæſtio: An ex refutatione pro Principe Aloyſio Sanſeuerino Status Biſiniani, facta per Regiam Catholicam Maieſtatem, cum pacto, quòd ipſe Princeps teneatur ad omnia debita. hoc quoque debitum eidem annexum fuerit? Cum de aſſerto debito nullo conſtet modo, vt liquidum haud ſit creditum Abbatiæ S. Adriani, ac conſequenter
96 della Mattina. Et lis pendens in Regia Camera Summariæ, debitum, vel illiquidum faciat; vel, vt minimū nō certum; vel ſaltim dubium, ad *text. in auth. litigioſa 1. C. de litigioſis,* quæ eſt originaliter, *in auth. de litigioſis in princ. collat. 8.* cuius meminit *gloſſ. vnica in fin. cap. relatum 19. de off. deleg.* vt nullo pacto li-
97 quere de credito dicatur, nulloque iure de liquido ad illiquidum compenſatio locum habere valeat (vt diximus) probaturque
98 *toto tit. vt lite pendente nihil innouetur.* Præſertim cum compenſatio exceptio ſit requiens altiorem indaginē, vt Rota dixit apud Robuſterium *deciſ. 627 num. 9 part. 1. diuerſ.* Vt præſentis ſpeculationis haud ſit differere; quo pacto ad debita omnia Princeps Aloyſius teneatur? Ea præſertim ratione, nec
99 contemnenda, vt Marcellus *lib. 1. digeſtorum* loquitur, quod vbi ceptum eſt ſemel iudicium, & ibi finem accipere debet, in *l. vbi*

ceptum 30.ff.de iudic.ſtandum propterea in decιſis in prima deciſione pro ipſo Principe Aloyſio. Atque ita ex his, cenſura haud abiecta emunctioris naris, reſpondendum cenſuimus.

CAROLVS MARANTA V.I.D.

In Sacra Romana Rota iterum cauſa propoſita ponente R.P.D. Bichio pro Domino Principe Biſiniani deciſum fuit. Deciſionẽ hic non ſubnectimus, quia ad manus noſtras non dum peruenit, dum hęc prælo cuderentur.

SVMMARIVM.

1 *Gratia an concedentis morte expiret?*
Et quid illo ab officio ſuſpenſo?
Non expirare affirmatur, nu.2.
3 *Acceſſorium naturam ſequi congruit principalis.*
4 *Gratia ex quibus perfecta dicatur?*
5 *Litteræ dimiſſoriales morte, vel translatione non expirant concedentis.*
Ratio redditur, n.6.
7 *Suſpenſio minor eſt, quàm mors.*
Quia remanet adhuc actus primus, ſiue habitus, exercitio, atque actu ſecundo tantum impedito, n.8.
9 *Suſpenſio eſt retentio actus ſecundi, ſiue exercitij.*
10 *Suſpenſio quid?*
11 *Priuari quis poteſt officio, vel beneficio dupliciter.*
12 *Conditio nihil in eſſe ponit.*
Quia ſuſpendit actum ſecundum; ideſt exercitium.
13 *Conditione pendente nihil petere poteſt, cui ſub conditione debetur, quia aliàs ante tempus petere videretur.*
15 *Suſpenſio morti æquiperatur.*
Declara n.21.
15 *Eccleſia viduata dicitur, quæ Epiſcopum inutilem habet.*
Declara n.18.
16 *Moriuntur homines tripliciter.*
17 *Deportatus mortui loco habetur.*
18 *Mortuus habetur, qui operari non poteſt.*
Mortuus tamen haud eſt, naturaliter.
19 *Mulier virum inutilem habens vidua dicitur.*
Declara ibid.
20 *Vidua dicitur, cuius vir mortuus eſt.*
22 *Mors ciuilis non eundem parit effectum, quem mors naturalis.*
Sed in illis dumtaxat caſibus, qui ſunt iure expreſſi.
Et in odioſis, ſecus in fauorabilibus n.23.
24 *Diſpenſatio amotio eſt impedimenti.*
25 *Diſpenſatio quid?*
26 *Pirrus Corradus celebratur in ſua praxi diſpenſationum Apoſtolicarum.*
27 *Vinculis qui tenentur, ſi illis ſoluantur, liberi euadunt quocunque voluerint abire.*
28 *Locus Ioannis 21.18. perpenditur.*
Et 11.44.nu.29.
30 *Lex à ligando dicitur, quia obligat ad agendum.*

ARGVMENTVM.

Gratia Principis, vel Papæ, uel Prælati, an morte expiret concedẽtis? Et quando illa perfecta dicatur? Et quid in litteris dimiſſorialibus pro Ordinibus ſuſcipiẽdis, an illæ morte, uel etiam trãslatione expirent Epiſcopi cõcedentis? Et an ſuſpenſio morti æquiperetur? Diſpenſatio amotio dicitur impedimẽti, quo amoto diſpenſatus liber manet in eo, quo diſpenſatus eſt.

RESPONSIO LXXXVI.

Generalis Ordinis Prædicatorum Patri N. Vicario Generali Congregationis Sanitatis duas concecedit gratias: primã Sacræ Theologiæ lectionem in Conuentu eodem Sanitatis; & præterea, vt primum locum habeat immediatè poſt Magiſtros; (quo quidẽ fruebantur per prius, qui Vicariatus officio Generalis functi fuerant, poſt expletum officium;) verum fuit hæc facultas reuocata per vltimum Capitulum Generale Romæ coactum anno 1629. Sed Generalis, poteſtate ſua ſuprema, etiam cum conſenſu Capituli Generalis, cùm eodem Patre N. diſpenſatque ſuper vtraque gratia litteras patẽtes dat, ante quàm tamen dictus Pater N. ſuum

ſuum completet officium. Expleto tamen officio gaudere vult gratiis ſibi indultis. Moueτur tamen ei difficultas, quod Generali ob nonnullas cauſas, pendente informa-
1 tione ſit, interdicta adminiſtratio: an re adhuc integra, conceſſæ gratiæ executioni demandari valeant?

2 Affirmandum quoad vtramque gratiam nobis videtur. Probat id apertiſſimè *text. in cap. ſi ſuper gratia 9. de officio delegati in 6.* quo ſequentibus Bonifacius Octauus canonis illius conditor loquitur.

„ *Si ſuper gratia* (dicens) *ab Apoſtolica Sede*
„ *facta executores fuerint deputati, æquum eſſe*
„ *cenſemus, vt ſicut ipſa gratia (licet non dum ſit*
„ *in eius executione proceſſum) morte non perimi-*
„ *tur concedentis, ſic nec etiam re integra perima-*
„ *tur executoribus data poteſtas; quam veluti gra-*
3 „ *tiæ prædictæ acceſſoriam naturam ſequi congruit*
„ *principalis. Ne gratiã eandẽ, vel reddi quandoq;*
„ *omninò inutilem, vel ipſius effectum in tempus*
„ *longius (cum illius diſpendio, cui facta extitit)*
„ *differri contingat.* Sic Sũmus Pontifex. Idem-
„ que Summus Pontifex Bonifacius. *in cap. ſi*
„ *cui nulla 36. de præbend. lib. 6.* ſequentibus lo-
„ quens: *Huiuſmodi conceſſio, (quàm, cùm ſpe-*
„ *cialem gratiam contineat, decet eſſe menſuram)*
„ *non expirat, etiam re integra, per obitum conce-*
„ *dentis.* & ibid. *Gloſſ. verbo moriatur. extrauag:*
„ *inter cuncta 1. §. Vt autem de priuileg.* quo io-
„ co. Benedictus XI. ſequentibus rem ex-
„ primit. *Datam verò licentiam per Diœceſano-*
„ *rum mortem nolumus terminari.* & hanc ſententiam ſequuta fuit *Rota coram Rubeis anno 1578. deciſ. 47. par. 1. diuerſor. nu. 15.* & ſequuta fuerat prius *deciſ. 12. eodem tit. in nouiſ. & deciſ. 86. de reſcript. in antiquiſ. & apud Cardin. Manticam deciſ. 41. num. 5. Scipio de Rubeis in aphoriſmis Epiſcoporum verbo gratia. nu. 4. 5. & 6. Nauar. conſ. 2. nu. 1. lib. 2. de offic. delegati. & in can. placuit de pœnitent. diſt. 6. nu. 34. & num. 161. & 162. Sà in aphoriſmiſ. verbo gratia. nu. 1. & ſeq.* potiſſimum verò ſi exequutor cauſæ cognitionem adhibere non debeat, ſed merus ſit gratiæ exequutor, vt ibidem Rota perpẽdit *eod. nu. 5. apud eundem Card. Mantic.* Sicuti in facto hoc noſtro eſt, in quo nullam cauſæ cognitionem adhibere debẽt Patres Conuentus Sanitatis, ſed ipſam gratiam Generalis promptè exequi.

4 Multòque magis, quod gratia præfata quoad vtrumq; caput perfecta eſt, & quoad eius ſubſtantiã, quia gratia quoad ſubſtantiã ſtatim ac ſignata eſt, perfecta dicitur *cap. eam te. 7. vbi Card. nu. 7. Feliu. nu. 18. & Abb. num. 5. de reſcript. extra. Rota apud Card. Seraphin. deciſ. 351. nu. 9. & apud Duranum Epiſcopum Vrgellen. deciſ. 324. nu. 36. par. 2.* Et quoad probationem; quia literæ patentes iàm expeditæ fuerunt ab initio, quo gratia data fuit dum exercitium haberet Generalis. *Duran, cad. deciſ. 324. nu. 27. Hieronym. de Federicis reſolut. 60. num. 1. ad ſecundum volum. conſil. Farinac.*

5 Quemadmodum. Datis litteris dimiſſorialibus ad ordines ſuſcipiendos, licet interim re integra (perſiſtentibus adhuc ſcilicet in actu primo, illis non dum exequutis) vita excedat, qui illlas dedit, vel quia ad aliam Eccleſiam translatus fuit, firmæ tamen illæ
6 perſiſtunt. Quia nimirum gratia perpetua eſt, nec morte perimitur concedentis ad *tex. in l. falsò 2. C. de diuerſis reſcriptis. Ioãnes Azor. Inſtitut. moralium par. 2. lib. 3 cap. 49. q. 5. Sayr. de temporib. ordinan. lib. 1. deciſ. 52. Henriquez in ſum. lib. 10. cap. 27. §. 3. in fin. Pater Fornarius de Sacramento ordinis cap. 5. num. 4. verſ. nota quod conceſſa. Barboſ. de offic. Epiſcopi part. 2. allegat. 32. nu. 132. Scipio de Rubeis in aphoriſmis Epiſcopor. verbo dimiſſoriæ. nu. 2. & verbo Gratia nu. 4. 5. 6. & 7. Nauar. d. can. placuit. num. 34. in fin.* De duobus itaq; alterum aſſerendum erit, (vt dilẽmate hoc vtamur;) vel in quæſito ſtabimus: an gratia concedentis morte firma ſit? & pro nobis res erit, quia gratia, merè gratia, cum cauſæ cognitionem haud exquirat, concedentis morte non expirat, vt diximus: vel in alio: an ſuſpẽſo exercitio, eius, qui gratiam conceſsit, in irritũ illa vocetur ſuſpenſione ab officio? & cum gratia (vt aſſeruimus) perfecta fuerit, & per datam, & per expeditionem litterarum: omninò firmam illam perſiſtere annuendum erit.
7 Suſpenſio nempè minor eſt, quàm mors.
8 Quia profecto ſuſpenſio actum ſecundum in pendenti relinquit, manente ſemper actu primo. argumento *texus in cap. cum dilectus 8. §. quia nobis de conſuetud.* ex quo loco,
„ ex verbis Innocentij Tertij dicentis: *Quia*
„ *nobis conſtitit electionem ipſam à ſuſpenſis, &*
„ *de ſuſpenſo etiam celebratã &c.)* euidenter la-
9 tis deducitur, ſuſpenſionem, eſſe retentionem actus ſecundi, & exercitij facultatis: probat hoc apertiùs *text. in cap. poſtulaſtis 7. de clerico excommunicato, depoſito, vel interdicto* ex eiuſdem Innocentij Tertij verbis, dicen-
„ tis: *Illi vero quod ſcienter illa beneficia talibus*
„ *contulerunt, tandiù debent à beneficiorum col-*
„ *latione ſuſpendi, donec ſuper hoc veniam conſe-*
„ *qui mereantur.* Eſt itaque ſuſpenſio actus ſecundi, ideſt exercitij retentio.

10 Perſpicumque hoc amplius fit ex ipſa ſuſpenſionis finitione, quam probat *Cardin.*
„ *Tolet. Inſtruct. ſacerdot. lib. 1. cap. 42. num. 1.*
„ dicens: *ſuſpenſio eſt Eccleſiaſtica cenſura pri-*
„ *uans vſu Eccleſiaſtici officij, aut beneficij.* Vſu
11 priuat non ſubſtantia. Dupliciter nempè priuari quis poteſt officio, aut beneficio. Vno quidem modo, cum officio quis omninò priuatur, aut beneficio. Altero verò cum remanet officium, aut beneficium, quia adhuc titulum retinet, auferrur tamen ei exercitium beneficij, vel officij. Suſpẽſio

igitur

igitur priuat exercitio, & vſu beneficii, vel
officii. Quia nimirum remauente actu pri-
mo, ideſt habitu, & potentia, priuatur quis
actu ſecundo, & exercitio. ſecundum eun-
dem *Cardinalem Tolet. ibidem Gloß. in Cle-
ment. cupientis. 3. verbo ſuſpenſi de pænis.
Silueſter ſum verbo ſuſpenſio numero primo.*
Generalis igitur, licet per ſuſpenſionem
actum ſecundum amiſerit, atq; exercitium;
retinet tamen actum primum. Generalis
nempè adhuc eſt. Licet poſſit per ſenten-
tiam, etiam ab officio priuari. Sub conditio-
ne itaque manet. Conditio verò nihil in eſ-
ſe ponit: quia ſuſpendit actum ſecundum.
argumento ducto ex Iaboleni ſenſu in *l. pe-
cuniam 36 ſi certum petatur, & de rebus cre-
ditis*: de promiſſione ſub conditione facta lo-
quentis: an. ſ. conditione pendente petere
poſſim, quod promiſſum eſt? negatiuè ip-
„ ſe reſpondet, dicens: *Pendente autem cauſa*
„ *conditionis, idem petere non poſſum: quoniam*
„ *cum incertum ſit, an ex ea ſtipulatione de-*
„ *beri poſſit; ante tempus petere videor.* In ſuſpen-
ſo itaque manet cauſæ exitus Generalis, &
in incerto, poteſtq; fieri, vt liber exeat, & vt
priuetur etiam. Adhuc igitur in actu primo
Generalis eſt. Subſiſtit itaq; gratia per eum
facta; nihilq; obeſt quin exequi debeat.
14 Neque dicas ſuſpenſionem morti æqui-
perari; pro mortuo itaque habebitur Ge-
neralis iàm ſuſpenſus. argumento. *tex in cap.
inter corporalia 2. §. ſed neque illud de transla-*
15 *tione Epiſcopi*, quatenus probat Eccleſiam
viduatam dici, quæ Epiſcopum inutilem
habet. pro mortuo nempè reputatur, quod
operari minimè poteſt. Subueniat tibi quod
ſatis ad rem hanc aptè concinneque Vlpia-
nus *lib. 31 ad edictum in l. verùm 64. §. ſocietas,*
16 *qui eſt fin. ff. pro ſocio* docet, ſequentibus lo-
„ quens: *Intereunt homines maxima quidem, aut*
„ *media capitis diminutione, aut morte* Morti ita-
que, atq; interitioni Ciuilis æquatur mors.
confirmatur hoc ipſum ex Pauli dicto. *lib.
42. ad edictum in l. ſi necem. 4. §. ſi deportatus ff.
de bonis libertorum.* de patrono deportato lo-
17 quens, atque inferens: *Nec impedimento eſt*
(inquiens) *talis patronus,* (deportatus ſcili-
cet) *qui mortui loco habetur.* Aequatur igitur
mors ciuilis naturali.
18 Quia profectò, & ſi quaſi mortuus, qui
operari non poteſt, habeatur; mortuus
tamen haud eſt, adhuc enim viuit in actu
primo, & in potentia; quia operari poterit
amoto impedimento; firma potentia
ad operandum perſiſtente ſemper. Quem-
admodum apertiſsimè idemmet. *textus*
„ Innocentij Tertii hoc probat, dicens: *Illa*
„ *dicitur Eccleſia viduata, quæ licet Epiſcopum*
„ *habeat, inutilem tamen peribetur habere.* Sic
Innocentius. Licet enim quoad quædam
viduata Eccleſia dicatur Epiſcopum habēs
19 inutilem; habet tamē illum. Sicuti Mulier,
quæ virum inutilem habet, vidua dicitur,
quia caret ſolatio eius in aliquibus: Verè
20 tamē vidua dici haud poteſt. Vidua quippè
dicitur, cuius maritus eſt mortuus. *can. vi-
dua 16. 34. diſt.*
21 Non itaque verè mortuus habetur, qui
ab officio ſuſpenſus eſt. Adhuc enim viuit;
licet quo ad exercitium, cum operari non
poſsit, pro mortuo habeatur. Verùm hæc
nihil ad rem obiectio facta. Quando (eſtò
mortuus fuiſſet generalis) adhuc tamē gra-
tia eius, quæ perfecta fuit, exequi debeat;
cum illa morte non expiret concedĕntis, vt
initio dicebamus; ſuperuacanea proindè
obiiectio.
22 Neque prætetea eundem parit effectum
ſemper mors ciuilis, quem naturalis produ-
cere cōſueuit, ſed in illis dumtaxat caſibus,
in quibus eſt hoc iure expreſſum, vt mors
ciuilis naturali æquiperetur. optimè id do-
cet *Gloſſ.* notabilis *in cap. ſuſceptum 6. in fin.
verbo non morte de reſcript. in 6. Decianus conſ.
31. nu. 18. & melius conſ. 61. nu. 1. 2. & 10. vol.*
5. & ſequuta fuit Rota in *Baren fructuum 2.
Iunij 1610. coram Eminentiſſimo Card. Caua-
lerio deciſ 104. num. 9. Pariſ. de reſignat. benefic.
lib. 9. q. 32. nu. 3. cum ſequent.* deducit pluribus
eruditè vt ſolet *Annæus Robertus rerum iu-
dicatarum lib. 4 cap. 16. pro Fiſco*, non eundem
eſſe mortis ciuilis effectum, atque naturalis.
profert inter cætera ille ſatis Concinnum
text. Pauli Iure Conſulti *lib. 2. decretorum in*
„ *l. Statius Florus 48. §. Cornelio Fælici. ff. de Iure*
„ *Fiſci.* ſequentibus enim ille: *Cornelio Fælici*
„ *mater ſcripta hæres, rogata erat reſtituere hære-*
„ *ditatem poſt mortem ſuam. Cùm hæres ſcripta*
„ *condemnata eſſet & à Fiſco omnia bona mulie-*
„ *ris occuparentur, dicebat Fælix ſe ante pænā eſſe.*
„ *Hoc enim conſtitutum eſt. Sed ſi non dum dies*
„ *fideicōmiſſi veniſſet, quia poſſet prius ipſe mori,*
„ *vel etiam mater alias res acquirere, repulsus es*
„ *interim à petitione.* Sic Paulus. Non par igitur
effectus eſt mortis ciuilis, atque naturalis.
23 vt & ſi quidē in odioſis æquetur, ſecus verò
in fauorabilibus: vt ipſe ex *Boerio deciſ. 7. &*
354. pro Scio reſpondet.
24 Accedit his quoque, quod diſpenſatio
facta per Generalem ſuper Capitulo Gene-
rali anni 1629. amotio fuit impedimēti, quo
tenebatur dictus Pater Vicarius ne præcedē-
tia frueretur, ſicuti anteceſſores Vicarii, an-
te dictum Capitulum anno 1629. frueban-
tur. Amoto itaque impedimento, ſtatim ei
licuit ad locum illum ſubire, ſicut & alii an-
teceſſores ſubibant; neq; cauſæ cognitio in-
tercedere debet, neque exequutio alia. Iure
enim ſuo vtitur, ſicuti per prius vtebantur
25 alii Vicarii Generales ante annum 1629.
Hoc nempè diſpenſatio eſt impedimenti
amotio, ſiue vinculi relaxatio ab eo facta,
qui ius habet, & poteſtatem relaxandi. iuxta
fini-

finitionem, quam tradit *Gloſ. in can. requiritis, 5. §. niſi rigor. verbo vt pleriſque 1. quæſt. 7.* ſequitur *Abb. in cap. fraternitatis 2. de ſchiſmatic. num. 4. Angel. ſum. verbo diſpenſatio, Tabien. & Armilla ibid.* ſequiturque Dominus
26 Pirrus Corradus Canonicus Metropolitanę Eccleſię Neapolitanæ in ſatis vtili ſuo *tract.* ſiue *praxi diſpenſationum Apoſtolicarum lib. 1. cap. 1. num. 3.* Vir ſanè, in Romana Curia verſatus, inter abreuiatorum officia tenentes, vnus, optimiſque, ac ſuauibus moribus ſupra quàm dici, vel excogitari poteſt, prædictus.
27 Quemadmodum qui vinculis aſtringitur, ſi illis ſoluatur, liberum fit ei, vinculis
28 reſolutis, quocunque voluerit abire. Subueniat tibi locus *Ioannis 21. 18.* ſub infert enim Chriſtum Petro dicentem; *Amen di-*
„ *co tibi cum eſſes iunior cingebas te, et ambulabas*
„ *vbi volebas; cum autem ſenueris extendes manus*
„ *tuas, & alius te cinget, & ducet quo non vis.* Et
„ ſubnectit Sanctus Euangeliſta; *Hoc autem di-*
„ *xit, ſignificans qua morte clarificaturus eſſet Deum.* Non enim qui ligatus eſt pergere poteſt quò vult, qui a vinculis conſtrictus; at qui ſolutus vinculis, quò vult pergere poteſt, vt & *Dionyſius Carthuſianus in eundem locum* aduertit. iuxta illud eiuſdem Domini
29 de Lazaro quatriduano, & putente, ad Apoſtolos *Ioannis 11. 44.* ſoluite eum, & ſinite abire. Abit liber, qui ſolutus vinculis fuit. Retinebatur quidem hic Pater Vicarius poſt Capitulum anno 1629. factum Romæ, ne locum primum poſt Magiſtros appetere valeret, ſicuti per priùs factum fuerat; quia vinculo legis Capitularis aſtringebatur. Nã
30 lex ipſa ligamen eſt. A ligando quippe lex dicitur, quia obligat ad agendum, *S. Thom. 1. 2. quæſt. 90. art. 1. in reſponſ.* diximus *reſponſ. 40. num. 15. & 16. part. 2.* At facta ſolutione per Generalem per diſpenſationem ab eo interpoſitam ſui officij authoritate, ſoluto iam vinculo, redire ſtatim potuit ad primeuum ius; vt redijt. Nihil igitur impedimento ei erit, vel quod ſuſpenſus ab exercitio ſui officij ſit Generalis, vel quod etiam morte diem vidiſſet extremum. Cùm à die factæ diſpenſationis, indultæque gratię, expeditiſque litteris, firma illa fuerit, vt nihil nunc eidem in aduerſum obijci poſſit, nihilque, deſiderari amplius.

Atque ita ex his, emunctioris naris non abiecto iudicio, reſpondendum cenſuimus.

CAROLVS MARANTA I. V. D.
Epiſcopus Iuuenacen.

Permiſſum fuit Dicto Patri, vt ſua frueretur gratia.

SVMMARIVM.

1 *Communes res diſcordias excitant.*
2 *Diſcordia, ſicuti, & concordia in hominum voluntate ſita eſt.*
3 *Diſcordare quid?*
4 *Communitate rerum quoad dominia voluntatum eſſe diuerſitas ſolet.*
5 *Communiter quod poſſidetur, negligitur.*
6 *Diſcordiæ ex communitate oriuntur.*
7 *Finitimi qui inter ſe ſunt ſitu, patriaque ſæpe inter ſe ſe immortales diſcordias nutriunt.*
8 *Confuſio ne in rebus eſſet, ipſi creati mundi initio Deus omnipotens res omnes diuiſit, ſuoque loco coaptauit.*
Pace nihil vtiliſſimum. contrà, nihil turpiſſimum, ac pernicioſiſſimum, voluntatum diſiunctione.
9 *Pax ex diſtinctione rerum oritur.*
10 *Charitas vinculum eſt perfectionis.*
11 *Epiſcopus promouere ad ordines non poteſt alienæ diœceſis hominem ſine ſui Epiſcopi licentia.*
12 *Apoſtoli Sancti inter ſe ſe diuiſere loca, ad quæ ad prædicandum pergerent per vniuerſum orbem.*
13 *Anachoritarum, & Monachorum inſtituta vnde prodierunt?*
14 *Locus Canticorum 7. 1. Quid videbis in Sunamite, niſi choros caſtrorum expenditur, atque dilucidatur.*
15 *Dimicandum fortiter aduerſus infernales poteſtates, & quibus armis ſecundum Apoſtolum.*
16 *Deus omnipotens, vt confundat fortia, infirma mundi eligit.*
17 *Sancta Tereſia Bellatrix fortis, à Deo excitata, vt Dux eſſet virorum, & mulierum Diſcalciatorum reformatorum religionis Beatæ Mariæ de Monte Carmelo.*
18 *Carmelitæ reformati diſcalciati diffuſi ſunt per omnem terram, milites armati aduerſus infernales falangas.*
Generaliſſimam Beatam Mariam Virginẽ agnoſcunt; Generalem vero Sanctam Matrem Tereſiam.
Et ſonus eorum exijt in omnem terram, num. 19.
Ipſi vigiles qui cuſtodiunt Ciuitatem. Eccleſiam ſcilicet n. 20.
21 *Religionem Carmilitanorum diſcalciatorũ ſummo amore proſequuti fuere Summi Romani*

manti Pontifices, eique priuilegia indulſere.

32 *Carmelitæ Calceati, de obſeruantia dicti, nullo modo ſub pœnis, & cenſuris, ſe nominare poſſunt reformatos Sanctæ Tereſiæ, quod prohibuit Vrbanus Papa Octauus ſua conſtitutione, & n.*72.

*Neque etiam in eorum Eccleſia nomen Sanctæ Tereſiæ aſſumere debebunt. nu.*73.

23 *Diabolus Zizaniorum ſator, paciſque emulus.*

24 *Franciſcus Boncompagnus S.R.E.C. Archiepiſcopus Neapolitanus moritur.*

24 *Aſcanius Philamarinus S.R.E.Cardinalis de Aracœli Archiepiſcopus Neapolitanus.*

26 *Forma in reſcripto delegationis data, ſeruanda eſt, alioquin inutiliter agitur.*

27 *Ratio, qua mouit delegantem, & delegatum mouere debet.*

28 *Mandati fines diligenter ſeruandi.*

29 *Forma commiſſionis exacta diligentia ſeruari debet.*

30 *Poteſtas cum limitata eſt, excedens illam, ſine poteſtate agit, ac conſequenter vt priuata perſona.*

31 *Iuriſdictione ſine ius dicenti impune non paretur, declara nu.*50.

32 *Paria ſunt: mandatum non habere, vel illud non ſeruare, vel eius fines excedere.*

33 *Delegatus non ſua, ſed delegantis vtitur poteſtate.*

34 *Negatiua ſcripturæ ex eius probatur lectura.*

35 *Dare nemo poteſt. quod non habet.*

36 *Iudicium, vt rectum ſit, exquirit, vt omnes vocentur, qui in negotio intereſſe habent.*

Alioquin quicquid agitur, inutiliter agitur.

37 *Citationis defectus malignantis naturæ dicitur.*

*Auſert enim defenſionem, quæ à natura deſcendit num.*38.

38 *Epiſcopi loci Ordinarij iuriſdictio eſt, etiam quoad regulares, cum nouos conuentus in loco non exempto erigere volunt.*

*Siue Eccleſiæ Sancti nomen dare n.*45.

39 *Eccleſiarum inſtitutio, vel deſtitutio ad Epiſcopum ordinarium ſpectat.*

40 *Regularium noua loca ſine ordinarij licentia erigi non poſſunt, & niſi vocatis, & auditis alijs regularibus eiſdem in locis exiſtentibus. ex conſtitutione Clement.VIII. num.*41.

*Quæ conſtitutio fuit innouata, & ampliata per Sacram Congregationem annuente Sanctiſſimo Gregorio XV. n.*42.

43 *Extenſio facienda minime eſt de caſu ad caſum.*

*Limita ſi non extenſio, ſed interpretatio magis ſecundum eandem rationem fuerit, num.*48.

Vel ſi conſtitutio proceſſerit ad occurrendum fraudibus, & hominum malitijs.

*Fauore Eccleſiæ præſertim, n.*49.

44 *Lex, & conſtitutio abſolute, & generaliter loquens, abſolute, & generaliter intelligi debet.*

45 Conuentuum nouorum in erectione, comprehenditur quodque, & nomen Sanctorum, ſub quibus inuocantur. hoc ad ordinarium ſpectat n.47.

46 *Acceſſorium naturam ſequitur ſui principalis.*

47 *Epiſcopus habet fundatam intentionem ſuã quoad omnes, qui in ſua ſunt diœceſi.*

51 Temeritatis audacia pœna metu refrenanda.

52 *Contumax, qui voluntariè à iudicio recedit, nolens coram iudice litigare, citandus amplius non erit, neque proinde proceſſus nullus erit.*

53 *Contumax iurè excomunicationis funè ligatur.*

54 *Nomen habere non merentur, qui inſtitutum non ſequuntur; imò, & re, & nomine priuari, n.*59.

55 *Sancta Tereſia fundatrix Diſcalciatorum Carmilitanorum.*

56 *Nomen qui non habent, nec officium habent.*

*Nec nomen eſſe debet, vbi res deeſt num.*57.

*& qui nomine eximuntur, & fructu carere debent, n.*60.

58 *Epiſcopus ni liberalis fuerit, in vacuum Epiſcopi nomen habet.*

61 *Clerici ex Chriſti patrimonio alendi, quia eius in ſortem addicti.*

62 *Clerici vnde dicti?*

63 *Argumentandum à nomine.*

64 *Monachorum eſt, & modeſtiam, & patientiam oſtendere.*

65 *Argumentum ex vi nominis iure currit.*

66 *Nomini eſt deſeruiendum.*

67 *Effectus à cauſa dependet, ſine qua eſſe non poteſt.*

68 *Cauſa ceſſante, effectus quoque ceſſat.*

69 *Talem non eſſe, & haberi velle pro tali, non connectuntur.*

70 *Qua-*

70 Qualitas ſine ſubiecto eſſe non poteſt, niſi per diuinam potentiam.
Et primo res eſſe debet, quam de ea qualitates dentur, n. 71.
74 Antecedenti probibito, & conſequens ex illo probibitum videtur, & n. 76.
Quia conſequens eſſe non poteſt ſine neceſſario antecedente.
Quare conſequens qui vult, & neceſſarium ſibi antecedens velle videtur.
75 Matrimonio probibito, ſponſalia quoque probibita cenſentur.
77 Sancti ex canonizatione quid conſequantur?
78 Eccleſiæ nouæ in veterum præiudicium erigendæ non ſunt.
79 Diſcordiæ oriri non debent, vnde deuotio augeri debebat.
80 Principis eſt, nibil cum alterius præiudicio concedere.
81 Locupletari nemo debet cum alterius iactura.
Fauendum non adeo nouis Eccleſiis eſt, vt iã extructis præiudicium inferatur.
82 Facere quiſque non debet alteri, quod ſibi nõ vult fieri. eſt primus gradus ex tribus iuris naturali, nu. 83
84 Probibitum quod eſt, non vtique faciendũ. quod aſſiama Brocardium dicitur.
85 Diſcordia quanta mala paret.
86 Legem, quam vult quiſque rebus ſuis dicere poteſt, nõ tamen in tertij præiudiciũ, n. 87.
88 Text. in §. diſponat in auth. de nuptijs elucidatur.
89 Damnum facere quis nam dicatur?
90 Nemo ius, quod ipſe non babet, in alium trãsferre poteſt.
91 Conſtitutio de quo non loquitur. Neq. in illa comprebenſus videtur.
92 Cõſenſũ præſtare nõ videtur, qui errans aliquid facit, quia errãtis nullus eſt conſenſus.
93 Error voluntarium tollit.
94 Nemo ex ſua malitia, & dolo commodum baurire debet.
95 Damni cauſam dans, ipſe damnum feciſſe videtur.
97 Allegare inconueniens, argumentum non ſoluit. Accuſatus accuſantem accuſare non poteſt, non enim accuſationem ipſe tollit.
Scienti, & conſentienti non fit iniuria, neque dolus.
98 Conſequens videtur velle, qui antecedens neceſſarium vult.
99 Qui vnum dicit, ex quo aliud ſequitur, vtrũque velle videtur.
100 Factum requiritur, vt excommunicatio locum habeat.

ARGVMENTVM.

Comunionem diſcordias excitare. Sancta Tereſa à Ieſu inſtitutrix fuit, & fundatrix Diſcalciatorũ Reformatorum Sanctæ Mariæ de Carmelo. Atque de Fatribus Carmilitis Calciatis de obſeruãtia plura. Expenditurque Conſtitutio Vrbani Papæ Octaui (Romanus Pontifex) de hac re. Et num in pœnas dederint conſtitutionis præfatæ, Patres Calciati nomen aſſumendo in eorum Eccleſia Sanctæ Tereſiæ Delegatus delegationis ſibi factæ fines prætergredi non poteſt ni inutiliter agat. Regulares Ordinari iuriſdictioni num ſubijciantur Eccleſiam fundare volentes, ac nomen Sancti alicui Eccleſiæ dare? Et num id poſſint in aliorum præiudicium?

RESPONSIO LXXXVI.

1 COmmunes res, atque materias diſcordias excitare ſolere, docuit Papinianus, Magnus ille inter Iure Conſultos, *in l. cum pater 70. §. dulciſſimis fratribus meis, ff. de legat. 2.* & docuerat prius Philoſophorum Princeps Ariſtoteles *politicor. lib. 2. cap. 3.* ea plane ratione, quod diſcordia propriè, ſicuti, & concordia in hominum voluntate reſidere dicatur. Diſcordare enim ab aliquo, eſt recedere ab alterius voluntate; ſicuti, concordia, quæ Charitatis effectus eſt, vnio voluntatum: vt Sanctus loquitur Thomas *2. 2. quæſt. 37. art. 1. Petrus Gregorius Tholoſates ſytaxeon artis*

mirabilit commentariorum lib.3.cap.2.§.diſcor-
*dia;*Quia verò in rerum communitate quo-
ad dominia , voluntatum diuerſitas eſſe ſo-
5 let,quod naturale vitium ſit , negligi quod
comuniter poſſidetur, vt Imperator Theo-
doſius edixit in *l. 2. §. naturale C. quando,&*
6 *quibns quarta pars debeatur lib.*10. Hinc pro-
fectò diſcordiæ ex comunitate oriuntur, vt
dixerit , neque ab re *Gloſſ.in can. Illud quo-*
que primo,verbo contentionibus 71. diſt. Com-
7 munitatem matrem eſſe diſcordiæ. Vſuque
ſæpè venire conſueuit , vt qui ſitu finitimi
ſunt,ij inter ſe ſe immortales pœnè diſcor-
dias ſemper nutriant. Concinit Iuuenal.*ſa-*
*tyr.*15.dicens.

Inter finitimos vetns, atque antiqna ſimultas,
Immortale odinm,& nunquam ſanabile vul-
nus.

8 Ne eſſet proinde confuſio , quæ in ipſo
Caos aderat , ipſo initio creati mundi om-
„ nia ſuo loco diuiſit Deus:*Diniſit enim lucem*
„ *à tenebris . Appellauitqne lucem diem, & tene-*
„ *bras noctem .* Geneſis 1. 4. *Dixit quoque Deus*
„ *fiat firmamentum in medio aquarum, & dinidat*
„ *aqnas ab aquis,& fecit Deus firmamentum, di-*
„ *niſitque aquas,quæ erant ſub firmamento ab bis,*
„ *qnæ erant ſuper firmamentum.*ibid.*nnm.6.& 7*
& Ambroſius in hymno,quo Eccleſia feria
ſecunda ad veſperas vtitur,ſatis concinne ce
cinit,dicens,

„ *Immenſe cæli Conditor.*
„ *Qui mixta ne confunderent*
„ *Aquæ flnenta diuidens,*
„ *Cælum dediſti limitem.*
„ *Firmans locum cæleſtibus,*
„ *Simulque terræ riuulis:*
„ *Vt vnda flammas temperet.*
„ *Terræ ſolnm ne diſſipent.*

„ Quid nam in noſtra doctrina præſtantiſ-
„ ſimum eſt ? Pax.addam etiam vtiliſſimum.
„ Contrà,quid turpiſſimum, ac perniciosiſſi-
„ mum ? Voluntatum diſiunctio.Vt Magnus
ille Theologus Nanzianzi Epiſcopus lo-
quitur,*oratione 26.poſt initnm fol.mihi* 672.

9 Pacem igitur , vt ſeruarent inter ſe ſe fi-
10 deles,atque charitatem, quod eſt vinculũ
perfectionis,(vt Paulus *ad Coloſſens* 3.14. lo-
quitur,)non iniuria,quin Spiritu Sancto do-
cente,Patres in Concilio Sardicenſi coacti,
11 voluere,quin ſtatuere.*cap.*18.relato *can il-*
„ *lnd qnoque 71. diſt.* Vt nulli Epiſcopo liceat
„ alterius Ciuitatis Eccleſiaſticum hominem
„ ſolicitare,& in ſua diœceſi Clericum ordi-
„ nare.Rationem rediderunt Patres: Quia
„ ex his contentionibus ſolent naſci diſcor-
diæ. Et decreuit Sacroſancta Tridentina
Synodus , *ſeß. 14. cap.2. de reformat. &*
*ſeß.23. cap.*8. in eadem materia reformat.
cap.eos qui 2. & cap. cum nullus 3. de tempo-
ribus ordinand. in 6. Et ab ipſo naſcentis
12 Eccleſiæ principio,ne ipſa communio con
fuſionem , atque ſubſequenter , diſcordias
pareret;inter Apoſtolos ipſos factum eſt, vt
ſe diuiderent in omnes mundi partes,quiſ-
que in regionem ſuam,iuxta Domini præ-
ceptum *Marci* 16.15.dicentis:*Euntes in mnn-*
13 *dum vniuerſum prædicate Enangelium omni*
creatnræ. Vnde poſtmodum,& Anachorita-
rum,Monachorũq; inſtituta prodiere; atq;
primum à Sancto Antonio Abbate,Pacho
mio,Theodoro,Paphnutio,Baſilio, Hiero-
nymo,Auguſtino, Benedicto, alijſque,cœ-
nobiorum inhabitatio proceſſit . Indeque
ad alios mendicantes , vt puta Dominica-
nos,Franciſcanos, atque Carmeli cultores,
vnde Carmelitæ,idem inſtitutum in cœno-
bijs habitandi , Deoque ſeruiendi; dimana-
uit;vt eſſent,qui ſub diſtinctis ducibus, diu,
noctuque Ieſu Chriſto Domino , ac Deo
noſtro aduerſus principes tenebrarum mi-
litarent.Hinc dictum nempè eſt;*Canticor.7.*
14 1.Quid videbis in Sunamite niſi choros ca
ſtrorum ? quæ verba *Gloſſ. interlinearis* , ſe-
„ quentibus ad rem illuſtrat. *Id eſt,militia pa-*
„ *cis,qui laudes Creatoris canant, & acies inimici*
„ *repellant. In choris,voces canentinm , in caſtris*
„ *armatæ manus.*& Lyranus.Choros caſtrorũ,
15 *Ideſt ſocietates ad pugnam paratorum.*Hanc ob
cauſam,vt eſſent, qui forti animo aduerſus
Principes,ac poteſtates, mundi rectores te-
nebrarum harum , dimicarent , iuxta illud
Apoſtoli *ad Epheſios* 6.11. & 12. exortantis
„ nos ad dimicandum fortiter:*Induite vos*(di-
„ centis) *Armaturam Dei,vt poſſitis ſtare aduer-*
„ *ſus inſidias diaboli , quoniam non eſt nobis collu-*
„ *ctatio adnerſns carnem,& ſanguinem:ſed aduer-*
„ *ſus principes,& poteſtates,aduerſus mundi recto*
„ *res tenebrarum barum, contra ſpiritualia nequi-*
„ *tiæ in cæleſtibus.* Noſtris hiſce nouiſſimis tem
16 poribus Dominus Deus,vt confunderet for
„ tia ; *Non mnltos ſapientes ſecundum carnem,*
„ *non multos potentes:non mnltos nobiles ; ſed quæ*
„ *ſtulta mundi elegit Deus,vt confnndat ſapientes:*
„ *& infirma mundi elegit Dens,vt confnndat for-*
„ *tia; & ignobilia mnndi , & contentibilia elegit*
„ *Dens , & ea quæ non ſnnt ; vt ea quæ ſunt , de-*
„ *ſtruat : vt non glorietur omnis caro in conſpectu*
„ *eius.* Vt Apoſtolus docet 1. *ad Corinth.* 1.17.
17 & 18. ſed Mulierem virginem, atque vira-
ginem elegit Deus , Sanctam Matrem Te-
reſiam à Ieſù , quæ Chororum horum ca-
ſtrorum, & virorum, & mulierum Dux eſ-
ſet ; reformatorum diſcalciatorum Sacræ
Religionis Beatæ Virginis de Monte Car-
melo,qui aduerſus Diabòli phalangas diu,
noctuque ſtarent, gladios ex vtraque parte
acutos,ore, manibuſque proferentes : ore
quidem,& diuinarum laudum,atque verbi
Dei prædicatione:manibus verò per opera-
tionem virtutum, per opera pietatis, atque
ſtrictiſſimæ pœnitentiæ , aduerſus inimicos
Crucis Chiſti ſtarẽt. Diffuſi igitur ſub Duo-
18 ce tanta, Virgine Tereſia,in vniuerſam ter-
ram prodiere armati milites diſcalciati.Ge

ne-

neraliſſimam exercitus Virginem Mariam
de Monte Carmelo agnoſcentes; Ducem
vero Generalē Sanctā Matrem Tereſiam,à
Domino Ieſu Chriſto.Rege Regum,& Do
mino dominantium miſſi . *Iſaiæ* ore 18. 2.
præcipiente eis,ac dicente:*Ite Angeli veloces*
ad gentem conuulſam,& dilaceratam ad populū
terribilem,poſt quem non eſt alius, ad gentem
expectantem,& conculcatam, cuius diripuerunt
flumina terram eis. Vt in omnem terram exi-
ret ſonus eorum, & in fines orbis terræ ver-
ba eorum . iuxta Regij Citharedis Dauid
19 verba *pſalm.* 18.5. Exijt proinde in omnem
terram ſonus eorum, & in fines orbis terræ
verba eorum;atque vbique Conuentus,Mo
naſteria, Cœnobia virorum, & mulierum
extructa,vbique diſcalciatæ Virgines,diſcal
ciati iuuenes, & ſenes, ſtant induti loricam
„ iuſtitiæ, ſuccinti lumbos in veritate, & cal-
„ ciati (Sandalibus) pedes in præparationem
„ Euangelij pacis , in omnibus ſementes ſcu-
„ tum fidei , in quo poſſunt omnia tela ne-
„ quiſſimi ignea extinguere ; & galeam ſalu-
„ tis aſſumentes.& gladium ſpiritus (quod eſt
„ verbum Dei) per omnem orationem,& ob
„ ſecrationem orantes omni tempore in ſpi-
„ ritu; & in ipſo vigilantes in omni inſtantia,
„ & obſecratione pro omnibus ſanctis . (vt
verbis loquar Apoſtoli ad *Epheſios* 6. 14.)
diu noctuque dimicant,ipſi vigiles, qui cu-
20 ſtodiunt Ciuitatem.*Canticorum* 3.3.)Eccle-
ſiam ſcilicet. Propter hanc proinde cauſam
21 factum eſt, vt Summi Romani Pontifices
multa Religioni huic Patrum diſcalciato-
rum Carmelitanorum priuilegia indulſe-
22 rint. Ac potiſſimum Sanctiſſimus D.N.Vr-
banus Papa Octauus per Breue ſanctitatis
ſuæ ſub annulo Piſcatoris anno Incarnatio
nis Dominicæ 1632. Pontificatus vero ſui
anno decimo;vt omnē confuſionis anſam,
atque diſcordiarum materiam longe able-
garet. ſub excomunicationis pœna ipſo fa-
cto incurrēda, atque priuationis vocis acti-
uæ,& paſſiuę,atque officiorum,quę eorum
ſuperiores obtinerent, prohibuit omnino
Patribus calceatis eiuſdem Ordinis Carme-
litanorum de obſeruantia nuncupatis;ne ſe
vllo pacto reformatos Sanctæ Tereſiæ au-
deant nuncupare , neque nomen aſſumant
Sanctæ Tereſiæ ; ſua Conſtitutione prædi-
cta,quæ incipit Romanus Pontifex;exequu
tores faciens Archiepiſcopos, & Epiſcopos
locorum Ordinarios.
23 Verum zizaniorum ſator,paciſque emu-
lus , diabolus , & qui diſſentionis eſt auctor
1. *Ioann.* 3. *Matt.* 13. & loquitur Bonifacius
Papa *in extrauaganti ſuper Cathedram,* 2. §.*ſci-*
mus enim de ſepultur.inter comunes. nouiſſime
hiſce diebus ſuſcitauit quoſdam fratres ex
eodem Ordine Montis Carmeli , calceatos
tamen,qui ex Hiſpania ad hanc Neapolita-
nam Vrbem aduenere , & ab Eminentiſſi-
mo Ordinario Neapolitano locum obti-
nenuere in Eccleſia Sanctæ Mariæ Gratia-
rum in fundaco dicto delli Miraballi in pla
tea Sancti Bartholomæi.Cum vero in dicto
loco ob aeris inſalubritatem fratres infirma
rentur;à Sanctiſſimo D. N. Vrbano Papa
VIII. petierunt ad ſalubriorem aerem tran-
ferri,in monaſterio conſtructo,vel conſtruē-
do in platea nuncipata alle Mortelle , non
longe à Parochiali Eccleſiæ Sanctæ Annæ
Hiſpaniorum. Annuit proinde precibus Sā-
ctiſſimus , atque per Breue Sanctitatis ſuæ
ſub datum Romæ apud S. Petrum ſub an-
nulo Piſcatoris die 23.Ianuarij 1641.Ponti-
ficatus eius anno 18.Eminentiſſimo Domi-
no Cardinali Bōcompagno Archiepiſco-
„ po Neapolitato commiſit: *Quatenus conſti-*
„ *to tibi legitimè de præmiſſis, vocatiſque, qui fue-*
„ *rint ad id euocandi,eiſdem Priori , & fratribus,*
„ *quod ipſi è primo dicto Conuentu,ad alium Con-*
„ *uentum in prædicto loco de las Mortelas,iam for-*
„ *ſan extructum,ſeu exruendum ſe transferre libe-*
„ *re , & licitè poſſint , & valeant , licentiam*
„ *authoritate noſtra Apoſtolica arbitrio tuo conce-*
„ *das.*
Extructo proinde , formatoque proceſſu,
vocatiſque vocandis , die 14. menſis Otto-
bris 1641. Eminentiſſimus Dominus Fran-
ciſcus Tituli Sanctorum Quatuor Corona-
torum S.R.E.Presbyter Cardinalis Boncō-
pagnus Archiepiſcopus Neapolitanus à Sā-
cta Sede Delegatus ; ſequentibus præfatis
fratribus calceatis Ordinis Carmelitanorū
nationis Hiſponorum facultatem fecit ; di-
„ cens:*Propterea eiſdem Priori,& fratribus,quod*
„ *ipſi è primo dicto Conuentu ad alium Conuentū*
„ *in prædicto loco delle Mortelle , & platea della*
„ *ſceſa delli Gradoni,iam forſan extructum,ſeu ex*
„ *truendum cum Eccleſia ſub inuocatione Sanctæ*
„ *Tereſiæ,ſe tranferre liberè,& licite poſſint,& va*
„ *leant,authoritate Apoſtolica nobis commiſſa , &*
„ *qua in his fungimur,concedimus.cum eiſdem ta-*
„ *men conditionibus,vinculis,clauſulis,& reſerua-*
„ *tionibus appoſitis in priori licentia eiſdem Prio-*
„ *ri,& fratribus conceſſa .* Cum vero intra duos
menſes grauiſſimæ infirmitatis , qua dictus
Eminentiſſimus Dominus Cardinalis Ar-
24 chiepiſcopus detentus fuit,demum ſub die
9. Decembris eiuſdem anni 1641. vitæ ter-
minum feciſſet : atque Neapolitanæ Eccle-
ſiæ præfectus fuiſſet: Eminentiſſimus Aſca-
25 nius Philamarinus Cardinalis de Aracœli.
Prior Conuentus Sanctæ Tereſiæ Carmeli-
tarum Diſcalciatorum in Burgo Plagæ ex-
tructi, in eadem Curia Archiepiſcopali in-
ſtetit,mandari dictis Patribus Carmelitanis
Calceatis,quòd mutent nomen aſſumptum
Sanctæ Tereſiæ,ne præiudicium fiat ipſi Cō
uentui patrum Diſcalciatorum. Atque per
curiam demum vocatis patribus fuit proui-
„ ſum: *Quòd Patres Carmelitani nation is Hi-*
„ *ſpanorum,qui prius habitabant in Eccleſia San-*

1. fol.633. deciſ.39. num. 1. Flamin. Cartha-
rius Rota Genua deciſ.75.num. 3.

Verum, (dà, facultatem, etiam Titulum
Eccleſiæ nuncupandi; per Sanctiſsimum
Dominum Delegantem, factam fuiſſe Do-
mino Delegato:) adhuc nihilominus no-
minatio ipſa, ac Tituli datio nulla, atque
irrita erit; & quod non ſeruata fuit reſcri-
pti forma; & quod prætermiſſa iuris ſo-
lemnitas omnimodis requiſita. Breuis qui-
,, dem forma fuit; *Quatenus conſtito tibi de*
,, *præmiſſis, vocatiſq. qui fuerint ad id euocan-*
36 *di &c.* Iuris vero ſolemnitas eſt, imo Iudi-
cij eſsentia, vt omnes, qui intereſse habere
poſsunt in negotio ad iudicium per iudi-
cem vocentur, alioquin quicquid agit,
inutiliter agit, viribuſque caret. Paulus *lib.*
5. ſententiarum in l. de vno quoque 47. ff. de re
,, *iudicata*: Dicens: *De vnoquoque negotio*
,, *præſentibus omnibus, quos cauſa contingit,*
,, *iudicari oportet, aliter enim iudicatum tan-*
,, *tùm inter præſentes tenet. Clement. paſtora-*
lis 2. de ſent. & re iudic. l. 1. §. denunciari ff.
de ventre inſpiciendo. Ex vtraque igitur par-
te claudicauit hoc iudicium; & quia con-
tra Breuis formam; atque etiam quia ad
iuris præſcriptum ad iudicium vocati mi-
nime fuerunt Patres Diſcalciati in Con-
uentu Sanctæ Tereſiæ extra menia in
Plagæ ſuburbijs exiſtentes, qnorum de in-
tereſse agebatur in hac parte. Non ergo
tenet qnoad patres hos Diſcalciatos iudi-
catum. Vti nullum proinde in irritum
vocari debebit per Illuſtriſsimum Dele-
gatum in cauſa prætenſæ appellationis. Ita
37 porrò malignantis naturæ defectus Cita-
tionis eſt, vt à peritis inſanabilis iudicetur.
38 Aufert quippe defenſionem, quæ à natu-
ra animantibus omnibus indita eſt. *Cle-*
ment. ſæpè 2. §. Citationem vero. de verborum
ſignificat. Felin. in cap. quæ in Eccleſiarum.
7. num. 26. & 66. de conſtitut. Rota in recent.
par. 1. tom. 1. deciſ. 178. num. 2. & apud Card.
Caualer. deciſ. 35. num. 1. & deciſ. 53. num. 1.
& ſeq. & deciſ. 396. num. 1. & 6. Triuiſan.
deciſ. 68. num. 1. & ſeq. lib. 1. etiam ſi de bo-
no iure conſtaret agentis. *Rota d. dec. 179.*
num. 3. in recent. quæ eſt eadem apud *Ca-*
ualer. d. deciſ. 53.

38 Ad ſecundum vero ex quæſitis, dici-
mus: Ordinarij Neapolitani Iuriſdictionē
fuiſſe, cognoſcendi, an iure, vel ritè Patres
præfati Calceati nomen vſurparint in eo-
rum Eccleſia, Sanctæ Tereſiæ. Quia pro-
39 fectò Eccleſiarum Inſtitutio, & deſtitutio,
etiam quoad regulares, eſt de iure Ordi-
nario. Honorius Tertius ad Epiſcopum
Aſſiſiaten in *cap. conquærente 16. de offic.*
ordinar. Alexander quoque Tertius *in*
cap. authoritate 4. de priuileg. in 6. can. omnes
Baſilicæ. 10. 16. q. 7. expreſsiuſque Alexan-
der Quartus *in d. c. authoritate 4. de priui-*
leg. in 6. ſequentibus nempe ille diſponit:
,, *Quod oratoria, vel cappellas in locis non*
,, *exemptis, ſine diœceſanorum locorum ipſo-*
,, *rum licentia, exempti conſtruere non præ-*
ſumant. nihil itaque his dilucidius expe-
ctari poterit. *can. nemo Eccleſiam 9. de con-*
ſecrat. diſt. 1. Sacrum quoque Tridētinum
Concilium *ſeſſ. 24. cap. 3. in fin. de regularib.*
40 cum mandat noua regularium loca de
cetero non erigi, niſi Epiſcopi, in cuius diœ-
ceſi erigenda ſunt, licentia priùs obtenta,
quinimo Sanctiſsimus fœlicis memoriæ
Clemens VIII. ſua conſtitutione, quæ inci-
pit: *Quoniam ad inſtitutam*, edita anno Do-
mini 1603. Pontificatus ſui anno 12. omni-
no præcepit: Ordinarios facultatem regu-
laribus nouos erigendi conuentus dare
haud poſſe, niſi vocatis, & auditis aliorum
in eiſdem Ciuitatibus, & locis exiſtentium
Conuentuum Prioribus, ſeu procuratori-
bus. refert illam quoque. *Quaranta in*
ſum. Bullar. verbo Monaſteria, & conuentus
fol. mihi 331. & meminit de *Rubeis in apho-*
riſmis epiſcopor. verbo ædificium num. 4.
Quæ conſtitutio fuit innouata, & amplia-
42 ta etiam Viuæ vocis oraculo à Santiſſimo
D. Gregor. XV. per decretum Sacræ Con-
gregationis Sanctæ Romanæ Eccleſiæ
Cardinalium negotijs regularium præpoſi-
torum 17. Auguſti 1622. & demum per Cō-
ſtitutionem S. D. N. Vrbani Papæ Octaui.
anno *D*omini 1625. Pontificatus verò ſui
anno 3. quæ incipit: Cum ſæpè, in *Bullar. 4.*
par. fol. 313. cuius meminit etiam de *Rubeis*
verbo monaſterium num. 3. in fin. Nec non
dixerat etiam in decreto de celebratione
miſſarum anno 1626. §. *deinceps vero mo-*
naſteria. refert *Ioannes Antonius Nouarius*
in ſumma Bullarum fol. 612. & *Scipio de Ru-*
beis in aphoriſmis epiſcoporū d. verbo mona-
ſterium num. 1. & 3. & verbo ædificium nu. 3.
Gauantus in enchyridion Epiſcoporum verbo
Regularium virorum monaſterium num. 8.
& verbo Eccleſia num. 1. & 2. Barboſ. de of-
fic. & poteſtat. Epiſ par. 2. allegat. 26. num. 1.
& 3. Ricctus in praxi par. 1. reſolut. 490.

Neque dicant textus præfatos etiam Sa-
cri Concilij, atque dictorum Pontificum
Conſtitutiones de nouis Eccleſijs ædifican-
dis in locis non exemptis loqui, non vero
de titulo, ac Sācti nomine Eccleſijs impo-
43 nendo. Minimè proinde extenſionem fa-
ciendam de caſu ad caſum. argumento
tex. in l. 1. ibi: vſuras autem eius. *C. de con-*
ditione indebiti. tex. in cap. cum dilecta 4. vbi
Abb. in 5. notab. de confirmat. vtili, vel inuti-
li. l. ſtita ſtipulatus 126. §. Chriſogonus ff. de
verborum obligat. Gloſſ. in cap. conſtitutionem
3. verbo prorogamus vbi Frācus num. 6. de
regularib. vbi etiam Barboſ. num. 3. Caſſā-
dor. deciſ. 6. de iure patronat. num. 3. & 8. 9.
& 10. Farinac. in fragmentis par. 1. verbo
ex-

extenſio. diximus *reſponſ. noſtra* 25. *num.* 1. *par.* 2.

44 Cùm quidem, quòd textus præfati, atq. Pontificum Conſtitutiones abſolutè de nouis couentuum erectionibus loquuntur, vt abſolutè quoque exaudiri debeant, ac generaliter, ſicuti illæ generaliter diſponunt. *can. ſi Romanorum* 1. 19. *diſt. cap. ſolita* 6. §. *nos tamen de maior. & obedient. l.* 1. §. *generaliter ff. de legat. præſtand. Nauar. conſ.* 20. *num.* 6. *in fin. lib.* 5. *de ſent. excomunicat. & conſ.* 6. *num.* 1. *lib.* 3. *de ſtatu regular. Puteus dec.* 266. *in princ. lib.* 2. *Verallus deciſ.* 146. *alias* 1. *de legitimatione num.* 2. *part.* 2. diximus *reſponſ.* 26. *num.* 2. *part.* 2. In ere-
54 ctione verò nouorum conuentuum omnino includitur nominatio Sanctorum, ſub quorum inuocatione eriguntur illi, vt
46 tanquam acceſſorum naturam ſequi debeat ſui principalis. regula *acceſſorium* 52. *de regulis iuris in* 6. *l. cum principalis.* 139. *vbi Dd ff. de regul. iur. c. ſuper gratia* 9. *de officio delegat. in* 6. diximus *reſponſ.* noſtra 39. *num.* 15. *par.* 2. Sicuti ergo ad Ordinarium ſpectat, ſi nouorum fiat erectio conuentuum in loco non exempto ſuæ diœceſis: ita ad eundem ſpectabit, ſub quo Sancti nomine illi erigantur. ex ratione, quã affert in ſimili Innocentius Tertius in *d. cap. cum dilecta.* 4. *in fin. de confirmat. vtili, vel inutili.* dicens: „Cum conſter ipſum in „ſua diœceſi conſtitutum. Habent enim fundatam intentionem ſuam quoad iuriſdictionis exercitium Epiſcopi in omnes, qui in ſua diœceſi ſunt. *d. can. omnes Baſilicæ* 10. 16. *quæſt.* 7. *d. cap. conquærente* 16. *de offic. ordinar. extrà, cap. cum perſonæ* 7. *de priuileg. lib.* 6. *cap. cum non liceat* 12. *de præſcript. vbi Gloſſ. verbo ſua diœceſis cap. de Xenodochijs.* 3. *& cap. cum venerabilis* 7. *de religioſis domib. extrà Rota in Baren Iuriſdictionis* 15. *Febrarii* 1609. *coram Domino Coccino Decano deciſ.* 448. *num.* 1. *&* 2. *& in eadem Baren Iuriſdictionis* 20. *Maij* 1603. *coram Veroſpio Apud Marcheſan. deciſ.* 52. *num.* 1. *part.* 1. *fol.* 1069. diximus *reſponſ.* 8. *nu.* 1. *part.* 2. *& in noſtro apologetico* pro Eccleſia noſtra Iuuenacen. *num.* 95. Ita ergo in nouorum conuentum erectione ſua erit iuriſdictio; ſicuti, & in nomine Sancti, quo nuncupabuntur.

48 Tum quòd eadem omnino ratio eſt in erectione, atque in inuocatione nominis Sancti, ſub quo Eccleſia, vel cõuentus extruitur, ædificaturque: interprætatio itaq. magis ſecundum eandem rationem, quãm extenſio dicetur. *Aymon conſ.* 183. *num.* 3. *Rota in Maceraten hæreditatis* 3. *Aprilis* 1623. *coram* Card. *Caualer. dec.* 642. *num.* 4. Optimè *Abbas conſ.* 75. *primò eſt videndum. num.* 7. *&* 8. *verſ. nec eſt verum dicere part.* 1. quem ſequitur *Franciſ. Beccius conſ.* 62. *nu.* 17. *lib.* 1. vbi *num.* 8. Ampliat, ſi potiſsimum conſtitutio, vel ſtatutum proceſſerit ad occurrendum fraudibus, vel hominum malitijs; quia lata ſit interpretatio, etiam in odioſa materia; præſertim verò, cum id in Eccleſiæ fauorem cedat. *Syluest. in ſum. verbo excommunicatio.* 9. *num.* 39. §. 13. *eſt.* quem ſequitur *Cardin. Tolet. inſtruct. ſacerdotalis lib.* 1. *cap.* 38. *num.* 3. *verſ. vnde infertur.*

Iure proinde, nec ſanè iniuria Curia proceſſit Archiepiſcopalis ſuam proſequendo iuriſdictionem, præcipiendo præfatis Patribus Calceatis, quòd infra biduũ mutent nomen *S*anctæ Tereſiæ, & aliud aſſumant: & intra eundem terminum certiorent Curiam, ſub pœna interdicti, &c. Temerè ergo ipſi eiuſdem Curiæ manda-
50 ris iuſta pręcipienti non paruere. Siquippe ſine iuriſdictione ius dicenti non paretur impune *d. cap.* 2. *de conſtitut. in* 6. *l. fin. de iuriſdict. omn. iudic.* Impunis haud vtique ibit, qui iuſta, atque cum iuriſdictione præcipienti, non paret, quin imò ab eo cõtumaciter ſe exemptat. Cum ratione ergo, pœnæ cenſurarum metu à temeritatis audacia refrenantur, vt Clemens V. *clement. vn. de conſanguinit. & affinit.* loquitur.

Aperriſsimam verò eorum fuiſſe contumaciam ex eorum met cõfeſsione perſpicuum fit. Ipſi porrò in eorum libello coram Illuſtriſsimo Nuntio Delegato in cauſa prætenſæ appellationis *fol.* 48. littera B. dicunt, atque confitentur: „*Et in tanto „è vero non hauerlo conoſciuto per Giudice, „che quando furno intimati, non compariſſero.* Voluntariè proinde à Iudicis receſſere præſentia, nolentes coram illo litigare: Iurè ergo Curia proceſsit, etiam illis non amplius auditis; quòd mutent nomen, decernendo. neque proinde decretum nullũ fuiſſe dici poterit, vel ipſis inauditis latum. Quoniam decernit id apertiſsimis verbis Bonifacius Octaui *in cap. fin. de dolo, & contumac. lib.* 6. Quia fecerunt id voluntariè; quin non dixerim fraudulente, ac malitioſè. Feriuntur non ſanè iniuria, quin iuſtiſsime, iureque merito qui in iuſdicentem contumaces fuerunt, cenſurarum iaculo. Quælibet enim contumacia digna „eſt excommunicatione. *Gloſſ.* vti loquitur „*can. duo ſunt* 10. *verbo videbatur* 96. *diſt.*

Ad tertium autem propoſitorum dubiorum: Haud potuiſſe, nec licuiſſe Patribus præfatis Hiſpanis Calceatis nomen aſſumere S. Tareſiæ in eorum noua Eccleſia in præiudicium Patrum Diſcalciatorum. Reſpondendum cenſuimus.

54 Cùm nempè ipſi S. Tereſiæ inſtitutum
55 non teneant: (apertiſſimè illa Patres Diſcalciatos Carmelitas inſtituit, vt ex eius actis apparet.) Neque nomen eius tenere po-

poterunt. docet id non ſub modio, ſed ſu-
per candelabrum Damaſus Papa ad Epi-
ſcopos Africæ *epiſt.* 4. relatus *can. chorepi-*
*ſcopi.*5. *in finalibus verbis.*68.*diſt.*de chorepi-
56 ſcopis loquens, & dicens: *Si nomen non*
„ *habent, qualiter officium habebunt*: Non itaq;
nomen habere merentur, qui nec officium
habent. vt *Gloſſ.*ibidem ſatis argutè aduertit.
verbo nomen non habent. referens carmen
illud.

„ *Si re priueris, nec nomen habere mereris.*
Similis *Gloſſ. in can. quæ ipſis ſacerdotibus.*5.
38. *diſtin.* ſuper verbis illis Auguſtini: *Ex*
„ *quibus omnibus ſi vnum defuerit*; (inquientis)
„ *ſacerdotis nomen vix in eo conſtabit.* in verbo
„ *vix* ſequentibus loquens. *Quia vbi res deeſt,*
57 „ *nec nomen habebitur*, facit *tex. in can. fra-*
„ *trem noſtrum* 6. *in fin* 86. *diſt.* quo loco Gre-
gor. Papa de Epiſcopo loquens, qui libera-
58 lis non fuerit: *Quia ſi hæc non habet*, (di-
„ cens) *in vacuum Epiſcopi nomen tenet*. Qui
igitur Sanctæ Tereſiæ inſtitutum non ha-
bent; neque eius nomen tenere debebunt.
59 Imo & re, & nomine priuandi ſunt. vt
Gloſſ. ibidem verbo nomen loquitur. Non ab-
ſimilis *tex.* quem refert *Gloſſ. in d. can. quæ ipſis*
5. *in verbo vix.*38. *diſtin.* in *l. à nullo Iudice* 4.
C. de ferijs. quo loco Conſtantinus Impera-
tor ad Seuerum ſcribens: ferias ab Admi-
niſtratore Ciuitatis indictas, Imperiales fe-
rias dici abnuit; rationemque reddit ad
60 rem noſtram ſatis concinnam: *Ac per hoc*
„ (inquiens) *ſi nomine eximuntur, etiam &*
„ *fructu carebunt.* Fructu proinde nominis ca-
rebunt Patres Calceati, cum ab inſtituto
alieni ſint Sanctæ Tereſiæ. probat hanc con
ſequentiam Gloſella marginalis ad *dictam*
legem. verbo carebunt, ſequentibus loquens:
„ *Nota hic textum ad illud prouerbium: ſi re pri-*
„ *ueris*: de quo meminit *Gloſſ. in can. corepi-*
„ *ſcopi* 68. *diſt.* ſic Gloſſella. & retulimus non
longè ante. quo etiam argumento vtitur
Caſſanæus conſ. 11. *num.* 23. Non extra rem
itaque neque à longè (vt dici aſſolet) ar-
gumentati ſumus: fructu priuari nominis,
qui ab inſtitutu alieni ſunt. Non abſimili
modo argumentatus quoque videtur, neq;
inargumentoſè, non quiuis hominum, ſed
ſummus Legiſlator, & Pontifex Innocen-
tius Tertius ad Zamoren Epiſcopum ſcri-
bens in *cap. cùm ſecundum Apoſtolum* 16. *de*
præbend.

61 A nomine quippe Clericorum argumen
tatur ille, Clericos ex patrimonio Chri-
62 ſti alendos eſſe. Clerici enim à verbo κλῆρος
Cleros, quod ſortem, vel hæreditatem ſi-
gnificat, dicti ſunt. Ex hoc alendos eſſe
eos ex Chriſti patrimonio infert, dicens:
„ *Cum enim à Cleros, quod eſt ſors, vel hæreditas,*
„ *Clerici appellentur: quia in ſui ordinatione vel*
„ *aſſumuntur in hæreditatem domini, vel aſſequun*
„ *tur hæreditatem in ipſo: vt verè poſſint pſallere*
„ *cum Propheta: Dominus pars hæreditatis meæ:*
„ *dignum eſt, vt Eccleſiæ ſtipendijs ſubſtententur,*
„ *in qua, & per quam diuinis obſequijs aſcribun-*
tur. Sic Summus Pontifex Innocentius
Tertius. cuius tex. meminit Gloſella mar-
ginalis in *d. l. à nullo*. addens ad *Gloſſ. in ead.*
63 „ *l. in verbo fructu*, dicentem. *Et nota à no-*
„ *mine argumentandum*. Non itaque tenent
Sanctæ Tereſiæ inſtitutum, neque inter eius
reformatos agnoſcuntur Patres hi Calcea-
ti. ergo nec nomen tenere debebunt, nec
eiuſdem effectum.

Neq. igitur eorum Eccleſiam, & conuen-
tum nomine Sanctæ Tereſiæ inſignire de-
buerunt: vt neq; debent; vt præiudicium
inferant, nec leue Diſcalciatis Patribus à
Carmelo. qui & nomen, & inſtitutum te-
nent Sanctæ Matris Tereſiæ. Iure igitur fe-
cit Curia Archiepiſcopalis, quæ patribus
præfatis Calceatis in mandatis dedit ſub
pœna interdicti, vt Sanctæ Teræſiæ nomi-
ne depoſito, aliud aſſumant, quo eorum
64 Eccleſia nuncupetur. Teneant proinde
ipſi modeſtiam, & patientiam, quam & mo-
nachorum nomen expoſcit. vt Imperator
Leo A. Iuliano præfecto prætorio edicit
in *l. decernimus* 26. *in fin. C. de ſacroſanctis Ec-*
65 *cleſijs.* vt ex vi nominis argumentum iu-
re currat. *Gloſſ.* docet. *ibid. verbo nomen*. Ex
ipſo porrò nomine quid patribus ipſis Cal-
ceatis debeatur non ineliganter argumen-
tari poſſumus; ſicuti Imperatores Valen-
tinianus, & Valens Voluſiano præfecto
prætorio ſcribentes, argumentati fuere in
l. ſtudentibus 1. *in finalibus verbis C. de offic.*
„ *præfecti Vrbi.* dicentes: *Vt ſciat ex ipſo nomine,*
„ *quid Præfecto debeatur annona*. Ex quo loco
„ maximam elicit: *Quod nomini eſt deſeruien-*
dum. Ex qua tale nos eruimus argumētum.
Eſt nomini deſeruiendum. At nomen San-
ctæ Tereſiæ non tenent, nec tenere poſſunt
Patres hi Calceati, quia ex reformatis San-
ctæ Tereſiæ non ſunt. Ergo neque eorum
Eccleſia nomine inſigniri Sanctæ Tereſiæ
poterit. argumento *tex. in* §. *eſt & aliud inſti-*
tuit. de donat. vt nomen ſit rei conſequens. vt
argumentatur etiam *Octauianus Cacheran.*
conſ 47. *nu* 46. & 47.

67 Probatur ſequela; quia effectus à cauſa
dependet; vt vbi cauſa non fuerit, neque
effectus eſſe poſsit. At cauſa non eſt in Pa-
tribus calciatis, quia ex reformatis Sanctæ
Tereſiæ non ſunt; ergo neque effectus eſſe
poterit. Non itaque nomen tenere Sanctæ
Tereſiæ debebunt: neque partes Sanctæ Te
68 reſiæ in eorum Eccleſia nuncupari. Quia
ceſſante cauſa ceſſat effectus: *cap. cum ceſſante*
60. *de appellat. cap. & ſi Chriſtus* 26. *circa fin.*
vbi etiam *Glo. verbo ceſſat de iure iurando cap.*
magnæ deuotionis 7. *de voto, S. Thom.* 1. *part. qu.*
2. *art.* 3. *in corpore,* diximus reſponſ. *noſtra* 15.
num. 10. *part.* 1.

Vt

Vt quid enim ipſi nomine Sanctæ Tere-
ſiæ in eorum Eccleſia nuncupari volunt,
cùm tales (vt puta reformati Sanctæ Tere-
69 ſiæ)non ſint? Habeti enim velle pro tali,
& non eſſe talem, non vtique conueniunt.
ad text in *l.ſi maritus* 15. *§.legis Iuliæ vbi Bart.*
ff.ad legem Iuliam de adulter. Iaſon in l.ait præ-
tor.§ ſine autem in 1.*notab: ff de noui oper. nun-*
ciat.Caſſaneus conſ.65.num.32. Quia qualitas
70 ſine ſubiecto eſſe haud poteſt, niſi miraco-
loſè per diuinam potentiam,vt apud Philo-
ſophos receptum eſt; & apud noſtrates in *l.*
2. ff.de vſufructu Gloſ. in cap. ad diſſoluendum
13.verbo accuſari de deſponſatione impuberum
Beccius conſ.37.num.16.lib.1.& conſ.56. num.
56. eod. lib. Primum nempè quid ſit quæri-
tur,poſtea quale ſit; ſecundum *Gloſſ penul-*
timam in l.1.C.de bonorum poſſeſſ.ſecundum ta-
bul.vbi Bald.ſub num.1.& Caſtrens num.3.Ro-
ta apud S.memor.Gregor XV.deciſ.381. num.3.
4.& 5.Gratian.forenſ.diſceptat.part.5.cap.899.
num.12.

Deſinant proinde id eſſe appetere, quod
non ſunt.

72 Iure propterea quàm meritiſſimo factum
eſt, vt Sanctiſſimus Dominus Dominus N.
Vrbananus Papa Octauus hoc ipſum à lon-
ge exodoratus,dicta conſtitutione ſua, quæ
incipit *Romanus Pontifex*,apud Sanctum Pe-
trum die prima Decembris MDCXXXII.
Pontificatus verò ſui anno decimo, ad per-
petuam rei memoriam ex motu proprio,ac
ex certa ſcientia prohibuerit;*omnibus,& ſin-*
,, *gulis fratribus Carmelitis Calceatis de obſeruan*
,, *tia nuncupatis, ſub excommunicationis maioris*
,, *latæ ſententiæ,ac priuationis vocis actiuæ,& paſ*
,, *ſiuæ,& quoad illorum ſuperiores etiam ſuſpenſio-*
,, *nis ab officijs per eos obtentis ipſo facto incurren*
,, *dis pœnis*; vt habitum non mutent: *neque ſe*
,, *Carmelitas reformatos Sanctæ Tereſiæ,vel Bea-*
,, *tæ Tereſiæ nominent,vel ſubſcribant.* Præcipien
do etiam omnibus locorum Ordinarijs: vt
,, requiſiti, *Fratres Calceatos de obſeruantia hu-*
,, *iuſmodi ad præſentes litteras,omniaque, & ſingu-*
,, *gula in illis, vt ſupra contenta, & ordinata ple-*
,, *nè obſeruanda, & adimplenda ſub penis præ-*
,, *dictis cogant, & compellant: inuocato etiam ad*
,, *hoc ſi opus fuerit auxilio brachij ſecularis.* Cum
clauſulis ſic definiri,& iudicari,&c. & Abla
ta,&c.

Non itaque poterunt fratres præfati Cal-
ceati vllo modo, ſe fratres Sanctæ Tereſiæ,
vel Beatæ Tereſiæ nuncupare, neque ſub
ſcribere,abſque eo,quod in pœnas dent,at-
que cenſuras in dicta conſtitutione conten-
tas. Haud ergo nomen aſſumere in eorum
Eccleſia Sanctæ Tereſiæ poterunt. Quomo-
docunque nempe nomē hoc aſſumpſerint,
ſe patres, ſiue fratres Sanctæ Tereſiæ nun-
cupabunt. Dabunt proinde in pœnas,& cen
ſuras dicta Conſtitutione contentas. At hoc
vetitum eſt eis,ne ſe Fratres Sanctæ Tereſię
nominent. erit ergo, & ipſis prohibitum;ne
Eccleſiæ nomen dent Sanctæ Tereſiæ:cum
ſi hoc egerint,effici haud poſſit,quin ſe pa-
tres,ſiue fratres Sanctæ Tereſiæ nominent.
74 Propter illud ergo antecedens, erit, & hoc
conſequens prohibitum,argumento petito
ex *text.in l.oratio 16.ff.de ſponſalibus.* ibi enim
Vlpianus non ſine ratione petens: prohibi-
75 to inter perſonas aliquas matrimonio, an
quoque ſponſalia prohibita videantur? Af
firmat ipſe, quòd ſponſalia præambula ad
matrimonium ſint: notatque *Gloſ.* ibid. ver-
bo ſuppleatur dicens: *nota: ſi quid prohibetur,*
& id prohibetur, per quod peruenitur ad illud
*prohibitum.tex.*cum *Gloſ.final in cap. præterea*
5. de offic. delegat. l 2. ff. de iuriſd. omn. Iudic.
regula *cum quid 39 .de regul.iur.in 6.* ſequitur
Nauarr.in cap.nouit.de Iudic.notab.3. num.85.
in fin. Afflict.deciſ.294.num.1.& num.6.Vincen.
de Franch. deciſ.48. num.1. Rota apud Coccin.
Decanum deciſ.207.num.8.& deciſ.319.num.5.
& deciſ.375. num.9. Beccius conſ 92. num.12.
*lib.1.*idem *Nauarr. conſ.6. An quemadmodum*
num.1.lib.5.de raptoribus.

Prohibitum ergo cenſetur his patribus,
ne nomen eorum dent Eccleſiæ,Sanctæ Te
reſiæ;Cum ſi hoc egerint omnimodo ſub-
ſequatur,& quaſi neceſſario,vt ſe fratres no-
minēnt Sanctæ Tereſiæ. Sancta enim hæc
reformatorum Carmelitarum diſcalciato-
rum inſtitutrix fuit. ſi igitur Carmelitas ſe
nuncupabūt Sanctæ Tereſiæ; reformatos ſe
vtique eiuſdem conſequenter appellabūt.
Illa nempè (vt diximus) reformatorum ho
rum fuit Inſtitutrix. At hoc prohibitum eſt,
76 ergo,& illud vnde hoc neceſſario ſequitur
d regula cum quid 39.vbi Gloſſ. de.regul. iur.in
6. Bald.in l.quamuis, C.de fideicommiſſis Afflict.
d deciſ.294. num.6.Beccius d.conſ 92. num.12.
Quia profectò conſequens eſſe minimè po-
teſt, niſi neceſſarium ſibi præcedat antece-
cedens, ex *Ariſtotelis* præceptis. argumento
text.in l.apud antiquos 21. & ibi notatis, C. de
furtis.Rota apud Card.Manticam deciſ.67.num.
8. Conſequens proinde qui vult, & neceſſa-
rium ſibi antecedens velle videtur, vt per-
pendit quoque Rota. *in Hortana Sanctiſſimæ*
Trinitatis 15.Iunij 1577. corā Rubeo deciſ.230.
num.3. apud Pciſicum de Saluiano interdicto. &
in Tiburtina Caſtri Sābuci 15.Iunij 1577.coram
Sancta mem. Aldobrandino Clement.VII. deciſ.
241.num.3.apud eundem Pacificum.

Non dicant itaque Aduerſarij: eſt Sancta
Tereſia in Cathalogum relata Sanctorum
per Canonizationem: poteſt itaque quilibet
eidem altaria,& Eccleſias erigere; officium
diuinum de ea celebrare,eique publice pre
ces offerre,eum in cathalogum relata ſan-
ctorum ſit per Sāctam Romana Eccleſiam.
ad *text.in cap. vn.de reliquijs,& venerat.ſancto*
rum in 6.& cap.1.eodem extra vbi Abb. num.5.
Gambar.de authoritate legati part.2. num.233.
& ſeq.

Digitized by Google

& ſeq. tom. 13. part. 2. tract. fol. 170. S. Thomas qnodlibet 9. art. 16. ſiue vltimo Siluester. ſumm. verbo canonizatio n. 1. Molfeſius cõſ. 45. per tot. ad calcem p. 2. ad conſuet. Neapoli. Scipio de Rubeis in aphoriſmis Epiſcoporũ verbo canonizatio.

Hoc planè nos haud abnnimuis, verùm
78 dicimus non eſſe nouas Eccleſias ſanctorum in honorem eigendas in aliatum iam erectarum præiudicium: ne diſcordiæ oriãtur, vnde deuotio augerit debebat. argumẽto *text. in cap. qnaliter, & quando 17.* ibi: ne inde naſcantur iniuriæ, vnde iura naſcuntur *de accuſation. l. meminerint 6. C. vnde vi.* quod apertiſſimè proſpexiſſe Summos Romanos Pontifices in ſupra allatis eorum conſtitutionibus nemo eſt, qui non videat: dum voluerunt nouos Conuentus regularium erigi haud poſſe, ac conſequenter Eccleſias, niſi auditis alijs regularibus, qui in loco ſunt: ne ex his nouis erectionibus veteribus præiudicium infetatur. Principis verò ſit nihil cum alterius concedere præiudicio, *l. 2. §. merito, & § ſi quis à Principe ff. ne quid in loco publico. c. quamuis. 8. de reſcrip. in 6. c. ex tuarũ 5. de author. & vſu pally extra.* diximus *reſponſ. noſtra 43. n. 30. p. 2.* Et àbipſa natura æquũ
81 videatur; neminẽ cũ alterius nocumento fieri locupletiorẽ, vt Paulus *lib. 21. ad Sabinũ in l. nã hoc natura 14. ff. de cõditione indebiti:* edicit. regula *locupletari 48. de reg. iur. in 6. c. ſuã 9 in fin. de pœnis, l. iure ſuccurſum 7. in fin. ff. de iure dotium.* Neque ita fauor nouis impendendus Eccleſijs eſt, vt id in aliarum vergat præiudicium extructarum, vt poſt alios ſequitur, *Maſtrillus deciſ. Siciliæ 280. num. 21. part. 3.* quæ plane ratio, ita arriſit Doctiſsimis Patribus Sacræ Romanæ Rotæ Auditoribus in vna *Romana Palatii de Comitibus 16. Ianuarii 1612. coram Damaſceno deciſ. 372. p. 1. tom. 1. in in recent.* Vt denegarint Monaſterio Sanctæ Catherinæ Senenſis coactionem aduerſus illos Dominos de Comitibus ad vendum Palatium eorum pro ampliatione monaſterij neceſſariũ: ne præiudicium ſatis euidens dens dictis dominis fieret; & quod hoc præuidere potuerint, qui monaſterium nouiſsimè ædificauere. Haud igitur Patres hi, vt ſibi proſpiciant, lucrumque hauriant, alteri præiudicium, damnumque inferre debebũt. Non faciant proinde ipſi alijs, quod ſibi ipſis fieri non optarent. *Matth. 7. 12. diſtinct. 1. in princ. cap dilecti filii 13. de maiorit. & obed. toto tit. ff. quod qniſque iuris can. placuit. 12. in fin. 10 q. 1. Gloſſ. in l. iuſtitia 10. verbo lædere, ff. de iuſt. & iur. meus Maranta conſ. 56. num. 1. in fin.* Hic
82 nempe primus eſt gradus, ex tribus, iuris naturalis; Ne alteri facias, quod tibi non vis fieri. *Card. Belarminus tom. 2. controuerſ. de Clericis lib. 1. cap. 29. in princ.*

Nequedicant Sanctam Tereſiam fuiſſe Hiſpanam, ipſos quoque Hiſpanos, proſequuntur proinde affectu Sanctam eiuſdem nationis.

Optimum quidem, neque eſt, qui hoc illis, ne faciant, impedimẽto ſit. Verùm aliud eſt Sãctam proſequi, venerarique; quòd potiſſimum eiuſdem ſit nationis: aliud verò Eccleſiam ſub Sanctæ nomine excitare in in alterius damnum, quod omni iure prohibitum inuenitur.

Non ergo faciendum. Argumento text. cum ibi notatis in *cap. cum apud Sedem Apoſtolicam 23. vbi gloſſ. verbo non prohibetur de ſponſalib. cap. inter. corporalia 2. §. ſed neque, vbi Gloſſ. verbo non inuenitur, de translat. Epiſc. l. 1. de procuratorib. l. Sancimus 27. C. de teſtament. Caſſadorus deciſ. 1. de ſentent. & re iudicat. nn. 3.* quo loco aſſioma hoc brocardicum appellat. *Calderin. conſ. 2. de magiſtris num. 1. verſ. contrarium videtur. Grilenzonius conſ. 9. nu. 1. Beccius d. conſ. 92. num. 12. lib. 1. & conſ. 225. nu. 11. lib. 2. Rota apud Cardin. Manticam deciſ. 125. num. 2.*

Erroneum verò eſt, quòd eſſerunt; mortalem hanc vitam reliquiſſe Sanctam Matrem, cùm adhuc ſub Generali calceato viueret, vt ex eius actis apparet. Verùm nihil ad rem. Ipſa nempe inſtitutrix fuirdiſcalciatorum. Magis ergo hi ſuam habent, agnoſcuntque Matrem; quæ eos ſpirituali eduxit partu ad arctam reformatorum vitam: quàm quòd ſub eodem Generali mortua fuerit, velle illos qui ſanctæ Tereſiæ reformati minime ſunt, nouam Eccleſiam in præiudicium iam fundatæ extruere. Et nihilominus SS. D. Noſter Vrbanus Papa Octauus, his flocci pẽſis, patres calceatos de obſeruantia ſub excomunicationis pœnis ipſo facto incurrendis, atq; priuationis vocis actiuæ, & paſſiuæ, & ſuſpenſionis ab eorum officijs quoad ſuperiores, eadem ſua conſtitutione prohibuit; ne ſe fratres Sanctæ Tereſiæ nominent, vel ſubſcribant. Neque hoc ſanè ſine prudenti conſilio: nouerat nempe ipſe prudentiſſimus Pontifex comunionem (vt initio dicebamus) diſcordias generare, & ex
85 ea mala multa pullulare. Diſcordia porrò de ſe pacis eſt emula, mater litium, materia iurgiorum, vt *Gloſſ.* docet *in extrauaganti quorundam exigit. prima §. Quò circa verſ. ſic iudicant cuncta Ioannis 22. verbo diſcordia de verbornm ſignificat.*

Diſcordijs itaque occurrere voluit ſua illa conſtitutione Summus Pontifex Vrbanus. Pullularent vtique denuo, ſi præfatis Patribus calceatis, vt nomen aſſumerent Sanctæ Tereſiæ, in eorum Eccleſia, permitteretur. Quia omnino ſe Sanctæ Tereſiæ fratres nuncupare deberent. Ex hac ergo nominis comunione diſcordiæ non leues orirentur.

Eodemque modo corruit, quod aſſerunt: Piam illam Dominam, quæ domos ad Eccleſiam, atque Conuentum ædificandum patribus his dono dedit; voluiſſe, vt Eccle-

ſia nomine inſigniretur Sanctæ Tereſiæ;po
tuiſſe vtique illam legem, quam voluit re-
bus dicere ſuis. ad *text. in §. diſponat in auth.
de nupt. collat.4. l. 1. C. de Sacroſanctis Eccleſiis
l. in re mandata 21. C: mandati.*

87 Potuit enim illa legem dicere rebus qui-
dem ſuis; ſed non in tertij præiudicium, &
damnum. Diſponat enim (inquit ibi Impe-
rator) vnuſquiſque in ſuis, vt dignum eſt: &
ſit lex eius voluntas *d. §. diſponat.* Vt dignum
88 eſt, dixit: *Ideſt ſecundum leges, & bonos mores,
alias non valeret*: vt *Gloſſ.* ibidem *verbo, vt di-
gnum eſt*, loquitur, non igitur vt damnum
89 tertio faceret. Damnum verò infert, qui id
facit, quod facere ius non habet, *l. nemo dam-
num 194. vbi Gloſſ. & Cagnol. ff. de regul. iur. l.
ſcientiam 46. § qui cum aliter, ff. ad legem Aqui-
liam.*

Ius verò nullum erat præfata Dominæ
Patribus præfatis nomen dare Sanctæ Te-
90 reſiæ in tertij damnum. Non ergo in illos
ius, quod non habebat transferre potuit. per
apertam regulam ab Vlpiano traditam in *l.
nemo plus iuris. 55. ff. de regul. iur.* Nemo plus
„ iuris (*dicente*) ad alium transferre poteſt,
„ quam ipſe haberet. *l. traditio. 20. ff. de acquirē-
do rerum dominio. l. ſi vniuerſa 15. C. de legat.
Maranta d. conſ. 56. num. 7. Rota apud Cardinal.
Manticam deciſ. 78. num. 6. in fin. & apud Card.
Canaler. deciſ. 212. n. 3.*

Prohibitio autem patribus facta fuit per
cōſtitutionē præfatam Vrbani; ne ſe fratres
nominēt S. Tereſię, vel ſubſcribant. Ipſi pro-
inde in pœnas dabunt, & cenſuras eadem
91 conſtitutione inflictas, non præfata Domi-
na; de qua conſtitutio non loquitur, ad *text.
in l. ſi ſeruum 70. § prætor ait. ff. de acquir. hæredi
tat.* ibi: non dixit Prætor. *l. item apud Labeonē
15. §. ait prætor. verſ. hoc edictum, ff. de iniurijs,
Sanchez de matrimon. tom. 2. lib. 6. diſputat. 36.
num. 2.*

Neque pia illa Domina, quæ domos do-
no fratribus dedit, legem illam, vt Eccleſia
ſub inuocatione extrueretur Sanctæ Tere-
ſiæ; rebus ſuis dedit, vt Patribus Diſcalciatis
in ſuburbio Plagæ exiſtentibus præiudiciū
faceret; neque vt Summi Pontificis conſtitu
tioni obluctaretur: ſed id dixit; quod igno-
raret; & præiudicium fieri Patribus Diſcal-
ciatis; & eius diſpoſitionem legi contraire
Summi Romani Pontificis Vrbani Octaui.
92 Per errorem igitur hoc fecit. Citrà ergo
conſenſum; ſi enim ſciuiſſet, non vtique diſ-
poſuiſſet. Errantis verò nullus eſt conſenſus.
*l. ſi quis per errorem 15. ff. de iuriſdit. omn. iudic.
can. 1. 29. quæſt. 1. Abb. in cap. ſi cautio num. 2. de
de fide inſtrument. Rota apud Illuſtriſſimum Du-
ranum Epiſcopum Vrgellen. deciſ. 50. num. 19.
39 parti. 1.* Quin error voluntarium tollit; quia
errantis voluntas nulla eſt. *l. non idcirco 9. ff.
de iuris, & facti ignorant. l. nihil conſenſui 117.
§. nihil conſenſui, ff. de regulis iur.*

Patres igitur ipſi Calceati in culpa fuere,
qui conſtitutionem Vrbanam nouerant, &
pœnas in ea contentas, quod piam prædi-
ctam Dominam non admonuere. Reſupini
itaque in hoc ipſi fuere, ne id facerent. In
94 dolo ergo fuere. Nullum proinde ex hoc
patrocinium, commodumque haurire de-
bebunt: Quia fraudem dolumque patroci-
nari æquitatis eis ratio haud patitur: vt In-
nocentius Tertius *in cap. Sedes Apoſtolica 15.
in fin. & cap. ex tenore 16. in fin. extrà de reſcript.*
loquitur. *cap. officij 14. de teſtament. cap. audiui-
mus 3. in fin. vbi Gloſſ. de colluſ. detegend. cap. ad-
uerſus 7. §. cæterum de immunit. Eccleſ. l. ne ex
dolo 13. ff. de naturalib. liber. Aymon. conſ. 100.
num. 11.* diximus *reſponſ. noſtra 9. nu. 70. par. 2.*
Decidit propterea omne totum, quod aſſe-
runt: nomen Eccleſiæ præfatam Dominam
95 dediſſe; non ipſos. Ipſi namque in cauſa fue
re, vt illa tale nomen eligeret; ipſis vtique
imputari debebit, *cap. fin. de iniurijs, & damno
dato, Gloſſ. in cap. presbyterum 7. verbo aliam de
homicidio, & cap. de cætero 11. vbi Gloſſ. verbo
cauſam dediſſe eod. l. qui occidit. 30. §. nam ſi die
ventoſo, vbi Gloſ. verbo feciſſe, ff. ad legem Aqui-
liam Beccius conſ. 233. num. 6. lib. 2.*

Neque porrò ſufficiens cauſa hæc eſt, vt à
pęnis cōſtitutionis Vrbanæ ipſi excuſentur.
96 quia conſtitutio præfata contra eos ſemper
loquitur, atque firma habetur. ad *text. in l.
Arriani. 5. C. de hæretic. Abb. in cap. 2. ſub nu. 2.
de conſtitu.*

Neque dicant eſſe hic Neapoli alias Ec-
cleſias ſub eadem inuocatione Sanctorum,
ac etiam Sanctiſſimæ, & Indiuiduæ Trini-
tatis.

Quid enim ſi illi, ad quos ſpectabat, reſu-
97 pini eſſe voluerunt? Allegare verò incon-
ueniens, argumentum non eſt ſoluere. ar-
gumento *text. in l. is, qui reus 5. ff. de publicis
Iudicijs*, quatenus probat; accuſatum haud
poſſe accuſantem ipſe accuſare. Non enim
tollit ipſe per accuſationem actoris, obie-
ctum ſibi crimen. Scienti autem, & conſen-
tienti non fit iniuria neque dolus, *regula
ſcienti 27. de regul. iur. in 6. l. 1. ff. de actionib. em-
pti, & venditi.*

Ex his itaq; dictis ad quartam ex propoſi-
tis difficultatē, affirmandū omnino videtur:
dare ſiue dediſſe, patres præfatos Calceatos
in pęnas, & cēſuras cōſtitutione Vrbana con
tentas. Cū nēpè ipſi in eorū Eccleſia nomen
aſſumpſerint S. Tereſię; neq; illa alios, quā refor
matos Diſcalciatos inſtituerit fundaueritq;
nominādo ſe vtiq; fratres Carmelitas S. Te-
reſię neceſſaria conſequutione (vt diximus)
ſe reformatos S. Tereſię nuncupabut, atque
ſubſcribent. Contra conſtitutionem igitur
Sanctiſſimi Vrbani facient. In pœnas ergo,
& cenſuras dicta conſtitutione contentas
dant, dabuntque. Neque porrò fieri poteſt,
ne (comprehenſiuè ſaltim) ſe reformatos
Car-

Carmelitas Sânctæ Tereſiæ nuncupent, &
ſubſcribant, cùm illa non alios, quàm refor-
98 matos Carmelitas inſtituerit. Non enim
conſequens velle poſſe videntur, quin com-
prehenſiuè, neceſſarium antecedens velint.
99 Quiſquis enim vnum dicit, ex quo alterum
ſequitur; vtrumque vtique dicit, ac velle vi-
detur. ſecundum *Bald. in l. data opera nu. 34. C. qui accuſare non poſſunt*, quem ſequitur *Rota apud Card. Seraphin. deciſ. 447. nu. 2.*
110 At nominant ſe fratres Sanctæ Tereſiæ:
reformatos ſe vtique eius nominant. In pę-
nas ergo, & cenſuras dicta conſtitutione
vrbana contentas dant, quæ nominantibus
ſe Sanctæ Tereſiæ reformatos, impoſita eſt.
argumento tex. *in can. ſi quis ſuadente 17. q. 4.*
quatenus probat: ad incurrendum in cen-
ſuras illo reſeruatas canone, facto opus eſſe.
Faciunt. Incidunt ergo.

Atque ità ex his, quæ emunctioris natis indicio lubentes ſubijcimus, reſpondendum cenſuimus.

CAROLVS MARANTA I.V.D.
Epiſcopus Iuuenacen.

SVMMARIVM.

1 *Voluntates hominum defunctorum aſſequi perdifficillimum.*

2 *Mens ex verbis habetur.*

Verbis proindè inſeruiendum erit teſtatorum.

Quia teſtatoris animum non videmus. nu. 3.

3 *Deus ſolus ſcrutator eſt cordium.*

4 *Voluntas teſtatoris verbis expreſſa lex eſt.*

5 *Legatum pro locandis matrimonio puellis, non debetur eis, quæ viuente adhuc teſtatore, viris matrimonio iunctæ ſunt.*

Verùm contrarium adſtruitur per Authorem.

Vel niſi contrarium ex mente, ac voluntate appareat teſtatoris nu. 64.

6 *Conditionem impleri nuptiarum ſatis eſt, licet tempus non impleatur ad conſequendum legatum pro puellis maritandis relictum.*

7 *Conditionum tria tempora ex Martiano Iureconſulto.*

8 *Legatum pro puellis maritandis, infinitum tempus habere dicitur.*

Et ſufficit quandocumque impleri.

Siue viuente teſtatore, ſiue poſt eius ſuprema funera. nu. 14.

Quia conſequitur teſtator effectum ſuum. nu. 15.

9 *Prouerbium nullum dicere, ex S. Ioanne 16. 29. elucidatur.*

10 *Subtilitate nimia, Teſtatorum iudicia defraudanda haud ſunt. & nu. 57.*

11 *Conditio caſualis impleri poteſt, etiam viuente adhuc teſtatore.*

12 *Legatum pro matrimonio locandis puellis, propter Deum fieri dicitur.*

Et pium æſtimatur. 13.

13 *Dotare puellas pauperes admodum pia cauſa eſtimatur.*

16 *Pietatis opera viuens exhibens præuenit ſibi faces in tenebris.*

Ad incognita profecturo. nu. 36.

17 *Locus Eccleſiaſtes XI. I. Mitte panem tuum ſuper tranſeuntes aquas, quia poſt multa tempora inuenies illum. elucidatur.*

18 *Pietas ad omnia valet.*

19 *Opera pia in charitate facta proficiunt non minimi operanti. & quoad meritum, & quoad ſatisfactionem.*

Etiam ſi mortuis exhibeantur. nu. 20.

Acceptiùs tamen opus eſt, quod viuis impenditur. nu. 21.

22 *Diſpoſiturus ad pia, curet, vt in gratia diſponat, vt proſit ſibi ad vitam æternam.*

Vel ſaltim ratificet diſpoſita dum eſt in gratia. nu. 23.

Alioquin ſibi non proderunt de condigno.

24 *Opera bona in peccato facta, ad vitam non proſunt æternam.*

25 *Opera pietatis viuentibus à viuentibus impenſa proſunt operanti. Quia orant recipientes, vt in æterna tabernacula recipiatur.*

Et facit ſibi amicos de mammona iniquitatis.

26 *Locus Lucæ 16. 9. Facite vobis amicos de mammona iniquitatis. elucidatur.*

27 *S. Thomas Aquinas extollitur.*

Qui Martyr dici poterit, quod veneno interfectus fuerit per Carolum Primum de Angio Regem Neapolitanum, propter veritatem ad Concilium Lugdunenſe vocatus. nu. 28.

28 *Gregorius Decimus Concilium Lugduni indixit ad Græcos confundendos.*

Ad illum Diuum Thomam Aquinatem accerſiuit.

29 *Sanctus Thomas Aquinas in Monaſterio Foſſæ Nouæ propè Pipernum vita terminum dedit anno quinquageſimo in initio. num. 31.*

Inter Sanctos relatus fuit anno 1423. per Ioannem Vigeſimum ſecũdum Auinione. nu. 30.

32 Sanctus Ioannes Baptiſta propter veritatem capite minutus fuit.
33 Locus Matth.5. 10. Beati, qui perſecutionem patiuntur propter iuſtitiam. Elucidatur ex S.Ioanne Chryſoſtomo.
34 Martyrem facit cauſa, non martyrium.
35 Latronem in Cruce cum Chriſto affixum, martyrem appellat Sanctus Auguſtinus, non quia paſſus, ſed quia Chriſtum confeſſus fuit.
Martyr, ideſt confitens dicitur.
37 Operibus pietatis inſtandum, dum viuimus, atque dum dies eſt.
Locus Eccleſiaſtes 9. 10. elucidatur.
38 Locus Pauli ad Galatas 6. 10. enucleatur.
39 Dos ſi viuo teſtatore puella ſoluatur, magis ère eſt ſpirituali teſtatoris.
Quia per opus illud meretur.
Magiſq; animæ proficit teſtatoris, vt miſericordiam conſequatur. nu.45.
40 Locus Eccleſiaſtes. 11. 3. Si ceciderit lignum ad auſtrum, aut ad Aquilonem, in quocunque loco ceciderit ibi erit. elucidatur.
41 Eleemoſynis, atque miſericordiæ operibus, magnā nobis conquirimus diuinæ pietatis gratiam.
Nam eleemoſynis peccata extinguimus. n.42.
43 Miſericordiam qui hic indigentibus non impartitur, in futuro ſeculo pietatis fructum non inueniet. ex Iſidoro.
44 Diues Epulo in Inferno guttam aquæ non obtinuit, qui in hac vita micas panis Lazaro negauit.
Eleemoſyna indigentibus elargita omnipotentis manus retinet ne caſtiget. Illuſtratur exemplo Zenonis Imperatoris.
46 Arbitrari hoc debet vir bonus in pijs relictis quod magis animæ proficit teſtatoris.
47 Dotis legatum ſi purum, non conditionale fuerit, ad hæredes tranſmittitur.
Quamuis antequam nuptijs tradatur puella vitæ terminum faciat.
Quia nuptiarum tempus ſolutioni addictum videtur, non conditioni. num.48.
Potiſſimū verò ſi purum debere eſſe legatum coniecturis, ex verbis erutis teſtamenti, habeamus. nu.49.
Vel ſi conditio non ſubſtantiæ, ſed executioni legati adiecta fuit. nu.50.
51 Legatum pro dote puellæ, vel cum ipſa nupſerit, conditionale videtur, quia effectus nuptiarum in illo perpenditur.
Secus verò ſi ſimpliciter nuptiæ perpenſa fuere, vt ſufficiat illas interceſſiſſe, ſiue antè, ſiue poſt mortem teſtatoris. nu.52.
53 Legatum puellis relictum tam natis, quam naſcituris: Illis iam natis purum intelligitur, vt ſufficiat illas natas fuiſſe.
Quamuis ſolutio in tempus matrimonij dilata fuerit. nu.54. & nu.56.
55 Mens teſtatoris ex præcedentibus ab eo dictis, ac ſequentibus habetur.
56 Omne qui dicit nihil excludit.
57 Verbum (Natis, & naſcituris) exauditur tàm de natis tempore conditi teſtamenti, quàm de naſcituris poſt illud.
58 Teſtatoris lex, & voluntas, eiuſq; vt exeat iudicium, finemq; videat, modis omnibus contedendum.
Quia publicè expedit ſuprema hominum iudicia exitum habere. 59.
60 Verbum (Naſcituras) futurum tempus reſpicit; ſicuti (natas) præteritum, atque perfectum.
Differunt proinde. nu.63.
61 Futurum, præteritum cōprehendere aptum non eſt.
62 Poſthumæ nomen in eam, quæ iam nata eſt, minime cadit.
65 Verba teſtatoris cauillis ſubuertenda haud ſunt.
66 Teſtatoris contrà legem faciens, peccato ſe inficit.

ARGVMENTVM.

Legatum pro matrimonio locandis puellis relictum, ſi quæ viuente adhuc teſtatore viro iuncta fuerit, an legatum conſeſequatur? Et an purum, vel conditionale legatum dicatur, quod in nuptiarum tempus ſolutio adiecta fuerit? Quid verò de legato puellis tā natis, quàm naſcituris relicto, an maritatis vitalem attrahente auram teſtatore debeatur? Quantum uerò proſit in gratia teſtamētum rogare, vel ſaltim in gratia illud

**lud confirmare. atq; per miſe-
ricordiæ opera lumen præmit-
tere, priuſquam ex hac diſce-
damus vita. piè diſſeritur.**

RESPONSIO LXXXVII.

1 VOluntates hominum, poſtquam illi
fatis conceſſere, aſſequi, per diffi-
cillimum viſum eſt ſemper ſapiē-
tibus argumento. *tex. in l. Apbrica-
nus 40. alias apud Iulianum. §. fin ff. de legat.* 1.
quatenus habet voluntatem Principum vi-
rorum rem difficilē æſtimari. Voluntatem
igitur, vt interpretemur eorum, qui ex hac
vita diſceſſere, cum amplius nobiſcum eſſe
non poſſint, neq; nos alloqui, eorum ver-
2 bis, ex quibus, mens habetur, (ad *tex. in l. La-
beo 7. §. id Tubero ff. de ſuppellect. legat.*) inſerui-
re nos oportebit, neq; (ne lactum quidem
vnguem, vt dici ſolet) ab illis aberrare. Ita
planè Marcellus *lib ſingular. reſponſorum in l.
non aliter 67. ff de legat. 3. ad tex. in l. 1. §. ſi quis*
,, *nauem circa fin.* ibi: In re igitur dubia meliùs
,, verbis edicti ſeruire *ff. de exercitor. actione*, di-
ximus *reſponſ. noſtra 27. nu. 14. part. 1.* Ratio-
nem refert *Neuizanus conſ. 31. num. 1.* Quia
3 teſtantis animum non videmus, (dicens) ſo-
luſq; Deus ſerutator eſt cordium. *can. eru-
beſcant. 11. 32. diſt. cap. tua nos 34 in fin. de ſi-
mon.* diximus, *reſpon. 1. num. 27. part. 1.* Verbis
itaque inſeruiendum nobis erit in hac ſu-
prema teſtatoris huiuſce voluntate inter
prætanda, ne ab ea longè aberrare nos con-
4 tingat. Eſt enim illa lex omnibus, qui ex
eius bonis commodum carpere tentant. *§.
diſponat in auth. de nuptijs collat. 4.*

Simeō ergo de Ferrante Ciuitatis Cauæ
in ſupremis ſuis elogijs vniuerſalē ſibi hæ-
redem dixit Pium Montem Sanctæ Mariæ
de Victoria intus Venerabilem Parochia-
lem Eccleſiam Sancti Nicholai à Pucciato
Ciuitatis eiuſdem. Mandauitque, vt ex om-
nibus reſiduis introitibus, & fructibus hære-
ditatis in matrimonio locandis puellis, vel
etiam Religioni addicendis, nonnullorum
tibi ſanguine iunctorum, in perpetuum hę-
redis cura eſſet, certa dote eis deſcripta. In
ter alia verò ſequentibus diſpoſuit: *Et ad*
,, *ogni vna delle figliuole nate, e che naſceranno*
,, *della linea maſcolina in infinitum dal Signor
Ceſare Salſano, ſe diano cento docati.*

Nonnullæ ex his puellis ex linea dicti
Cæſaris viris locatæ fuere, poſt quidem te-
ſtamentum dicti Simeonis, verùm ante quā
vitæ ille terminum daret vltimum. Poſt ſu-
prema huius funera inter Montis præfati
Gubernatores. & puellas has lis non modi-
ca orta eſt: poſſent ne, quæ viris locatæ iam
fuerāt, vitali dum aura perfruebatur teſtator,
legatum conſequi centum, illis demanda-
5 tum? Negantibus Gubernatoribus: quòd
pro locandis coniugio viris legatum puellis
factum, ſi illæ, ante quam concederet fatis
diſpones, copulatæ viris fuerint, minimè eis
debeatur. Et quod cauſa, propter quam le-
gatum ſcriptum eſt, ceſſat; & quod, quæ iam
coniugio copulata fuit, coniungi iterum
non poſſit. ex *Bald. in l. fin. nu. 11. C. de ſentent.
quæ ſine certa quantit. Paulus de Caſtro. conſil.
148. proponitur in facto. num. 1. par. 2. Bald. No-
uellus de dote part. 5. num. 12. in fin par. 5. tract.
Palatios Ruuios in cap. per veſtras de donat. inter
virum, & vxorem notab. 3. §. 12. num. 6. in fin.
Pater Thomas Sanchez de matrimonio tom. 2.
lib. 7. diſp. 91. num. 64. Ludouicus Caſanate conſ.
35. nu. 1. & ſeq.* diximus *reſponſ. noſtra 6. nu. 1.
part. 1.* quo loco alios quoque retulimus
*Ceuallos communium contrà communes q. 139.
nu. 6. Melchior Phœbus deciſ. Luſitan. 11. num. 8.
in 3. caſu. & n. 9. in 4. caſu. & numeris ſeq. par. 1.*
At nos affirmatiuam ſequendo; deberi le-
gatum, quamuis matrimonio iunctis hiſce
puellis, reſpondendum è veritate magis cen
ſemus.

6 Quia profectò ſatis ſuperq; eſt: conditio-
nem impleri nuptiarum, quamuis nō tem-
pus impleatur, poſt ſuprema teſtantis fune-
ra, quod per ipſum exactum minimè fuit.
firmum id apertiſſimè facit Vlpianus *lib. 23.
ad Sabinum. in l. hæc conditio 10. ff. de condit. &
& demonſtrationib.* ſequentibus loquens: *Hac*
,, *conditio, Filia mea cum nupſerit, talis eſt, vt*
,, *qui teſtatus eſt, impleri ſolummodò conditionem*
,, *voluerit, non etiam ſatis exigi, quando. Et ideo,*
,, *& ſi viuo teſtatore nupſerit poſt teſtamentum*
,, *factum: impleta conditio videtur: præſertim cum*
,, *conditio hæc talis ſit, vt ſemel impleri debeat.* Ita
7 Vlpianus. Huic accedit nec incomine ſen-
tentiæ Martianus *lib. 2. fideicommiſſorum in l.
conditionum 90 ff. eod. de condit. & demonſtrat.*
quo loco, tria conditionum tempora di-
ſtinguens, quædam quæ ad id tempus, quo
teſtatur viuat; quædam ad tempus, quod
poſt mortem eius futurum eſt; quædam ad
alterutrum pertineant: cùm tempus vel cer-
tum, vel infinitum comprehendatur. Si hoc
,, ſpectetur: vt puta: *Si filio meo nupſerit: vel*
,, *viuente, vel mortuo teſtatore impleri poſſit.* (in-
,, quit.) *Et prima quidem, ac tertia* (ſubnectēs)
,, *ex relatis conditionibus infinitum tempus ha-*
,, *bent. Quandocunque enim nupſerit, impletur*
8 *conditio.* Sic Martianus. Quia igitur infinitū
tempus conditio illa habet pro puellis ma-
trimonio locandis; non certum ac deter-
minatum; quandocunque implebitur per
nuptias ſubſequutas, ſiue in humanis agen-
te, ſiue defuncto teſtatore, (poſt quidem
rogatum elogium) legatum debebitur. Ita
enim conditio impleta habebitur, quando-
cunque ante mortem, vel poſt mortem, vt
Gloſſ.

mirabilis commentariorum lib.3.cap.2.§.diſcor-
*dia;*Quia verò in rerum communitate quo-
ad dominia, voluntatum diuerſitas eſſe ſo-
5 let,quod naturale vitium ſit, negligi quod
comuniter poſſidetur, vt Imperator Theo-
doſius edixit in *l. 2. §. naturale C. quando,&*
6 *quibus quarta pars debeatur lib.* 10. Hinc pro-
fectò diſcordiæ ex comunitate oriuntur, vt
dixerit, neque ab re *Gloſſ.in can. Illud quo-*
que primo,verbo contentionibus 71. *diſt.* Com-
7 munitatem matrem eſſe diſcordiæ. Vſuque
ſæpè venite conſueuit, vt qui ſitu finitimi
ſunt,ij inter ſe ſe immortales pœnè diſcor-
dias ſemper nutriant. Concinit Iuuenal.*ſa-*
*tyr.*15.dicens.

Inter finitimos vetus, atque antiqua ſimultas,
Immortale odium,& nunquam ſanabile vul-
nus.

8 Ne eſſet proinde confuſio, quæ in ipſo
Caos aderat, ipſo initio creati mundi om-
„ nia ſuo loco diuiſit Deus:*Diuiſit enim lucem*
„ *à tenebris. Appellauitque lucem diem, & tene-*
„ *bras noctem.* Geneſis 1. 4. *Dixit quoque Deus*
„ *fiat firmamentum in medio aquarum, & diuidat*
„ *aquas ab aquis,& fecit Deus firmamentum, di*
„ *uiſitque aquas, quæ erant ſub firmamento ab his,*
„ *quæ erant ſuper firmamentum.*ibid.*num.6.&* 7
& Ambroſius in hymno, quo Eccleſia feria
ſecunda ad veſperas vtitur, ſatis concinne ce
cinit;dicens,

„ *Immenſe cæli Conditor.*
„ *Qui mixta ne confunderent*
„ *Aquæ fluenta diuidens,*
„ *Cælum dediſti limitem.*
„ *Firmans locum cæleſtibus,*
„ *Simulque terræ riuulis:*
„ *Vt vnda flammas temperet.*
„ *Terræ ſolum ne diſſipent.*

„ Quid nam in noſtra doctrina præſtantiſ-
„ ſimum eſt? Pax.addam etiam vtiliſſimum.
„ Contrà,quid turpiſſimum, ac pernicioſiſſi-
„ mum? Voluntatum diſiunctio. Vt Magnus
ille Theologus Nanzianzi Epiſcopus lo-
quitur,*oratione 26.poſt initum fol.mihi* 672.

9 Pacem igitur, vt ſeruarent inter ſe ſe fi-
10 deles,atque charitatem, quod eſt vinculũ
perfectionis,(vt Paulus *ad Coloſſens* 3.14. lo-
quitur,)non iniuria,quin Spiritu Sancto do-
cente,Patres in Concilio Sardicenſi coacti,
11 voluere,quin ſtatuere.*cap.*18.relato *can il-*
„ *lud quoque* 71. *diſt.* Vt nulli Epiſcopo liceat
„ alterius Ciuitatis Eccleſiaſticum hominem
„ ſolicitare,& in ſua diœceſi Clericum ordi-
„ nare. Rationem rediderunt Patres: Quia
„ ex his contentionibus ſolent naſci diſcor-
diæ. Et decreuit Sacroſancta Tridentina
Synodus, *ſeſſ.* 14. *cap.* 2. *de reformat. &*
*ſeſſ.*23. *cap.*8. in eadem materia reformat.
cap.eos qui 2. & cap. cum nullus 3. de tempo-
ribus ordinand. in 6. Et ab ipſo naſcentis
12 Eccleſiæ principio, ne ipſa communio con
fuſionem, atque ſubſequenter, diſcordias
pareret;inter Apoſtolos ipſos factum eſt, vt
ſe diuiderent in omnes mundi partes, quiſ-
que in regionem ſuam, iuxta Domini præ-
ceptum *Marci* 16.15.dicentis:*Euntes in mun-*
13 *dum vniuerſum prædicate Euangelium omni*
creaturæ. Vnde poſtmodum,& Anachorita-
rum,Monachorũq; inſtituta prodiere; atq;
primum à Sancto Antonio Abbate,Pacho
mio,Theodoro,Paphnutio,Baſilio, Hiero-
nymo,Auguſtino, Benedicto, alijſque,cœ-
nobiorum inhabitatio proceſſit. Indeque
ad alios mendicantes, vt puta Dominica-
nos,Franciſcanos, atque Carmeli cultores,
vnde Carmelitæ,idem inſtitutum in cœno-
bijs habitandi, Deoque ſeruiendi; dimana-
uit;vt eſſent,qui ſub diſtinctis ducibus, diu,
noctuque Ieſu Chriſto Domino, ac Deo
noſtro aduerſus principes tenebrarum mi-
litarent.Hinc dictum nempè eſt;*Canticor.*7.
14 1.Quid videbis in Sunamite niſi choros ca
ſtrorum? quæ verba *Gloſſ. interlinearis*, ſe-
„ quentibus ad rem illuſtrat. *Id eſt,militia pa-*
„ *cis,qui laudes Creatoris canant, & acies inimici*
„ *repellant. In choris,voces canentium, in caſtris*
„ *armatæ manus.*& Lyranus.Choros caſtrorũ,
15 *Id eſt ſocietates ad pugnam paratorum.*Hanc ob
cauſam,vt eſſent, qui forti animo aduerſus
Principes,ac poteſtates, mundi rectores te-
nebrarum harum, dimicarent, iuxta illud
Apoſtoli *ad Epheſios* 6.11. *&* 12. exortantis
„ nos ad dimicandum fortiter:*Induite vos*(di-
„ centis) *Armaturam Dei,vt poſſitis ſtare aduer-*
„ *ſus inſidias diaboli, quoniam non eſt nobis collu-*
„ *ctatio aduerſus carnem,& ſanguinem:ſed aduer-*
„ *ſus principes,& poteſtates,aduerſus mundi recto*
„ *res tenebrarum harum, contra ſpiritualia nequi-*
„ *tiæ in cæleſtibus.* Noſtris hiſce nouiſſimis tem
16 poribus Dominus Deus,vt confunderet for
„ tia; *Non multos ſapientes ſecundum carnem,*
„ *non multos potentes:non multos nobiles; ſed quæ*
„ *ſtulta mundi elegit Deus,vt confundat ſapientes:*
„ *& infirma mundi elegit Deus,vt confundat for-*
„ *tia; & ignobilia mundi, & contentibilia elegit*
„ *Deus, & ea quæ non ſunt; vt ea quæ ſunt, de-*
„ *ſtruat: vt non glorietur omnis caro in conſpectu*
„ *eius.* Vt Apoſtolus docet 1. *ad Corinth.* 1. 17.
17 *&* 18. ſed Mulierem virginem, atque vira-
ginem elegit Deus, Sanctam Matrem Te-
reſiam à Ieſù, quæ Chororum horum ca-
ſtrorum, & virorum, & mulierum Dux eſ-
ſet; reformatorum diſcalciatorum Sacræ
Religionis Beatæ Virginis de Monte Car-
melo,qui aduerſus Diaboli phalangas diu,
noctuque ſtarent, gladios ex vtraque parte
acutos,ore, manibuſque proferentes: ore
quidem,& diuinarum laudum,atque verbi
Dei prædicatione:manibus verò per opera-
tionem virtutum, per opera pietatis, atque
ſtrictiſſimæ pœnitentiæ, aduerſus inimicos
Crucis Chriſti ſtarẽt. Diffuſi igitur ſub Duo-
18 ce tanta,Virgine Tereſia,in vniuerſam ter-
ram prodiere armati milites diſcalciati.Ge
ne-

Digitized by Google

neraliſſimam exercitus Virginem Mariam
de Monte Carmelo agnoſcentes; Ducem
vero Generalē Sanctā Matrem Tereſiam,à
Domino Ieſu Chriſto,Rege Regum,& Do
mino dominantium miſſi. Iſaiæ ore 18. 2.
præcipiente eis,ac dicente:*Ite Angeli veloces*
ad gentem conuulſam,& dilaceratam ad populū
terribilem,poſt quem non eſt alius, ad gentem
expectantem, & conculcatam, cuius diripuerunt
flumina terram eis. Vt in omnem terram exi-
ret ſonus eorum, & in fines orbis terræ ver-
ba eorum. iuxta Regij Citharedis Dauid
19 verba *pſalm.* 18.5. Exijt proinde in omnem
terram ſonus eorum, & in fines orbis terræ
verba eorum;atque vbique Conuentus,Mo
naſteria, Cœnobia virorum, & mulierum
extructa,vbique diſcalciatæ Virgines,diſcal
ciati iuuenes, & ſenes, ſtant induti loricam
„ iuſtitiæ, ſuccinti lumbos in veritate, & cal-
„ ciati (Sandalibus) pedes in præparationem
„ Euangelij pacis, in omnibus ſementes ſcu-
„ tum fidei, in quo poſſunt omnia tela ne-
„ quiſſimi ignea extinguere; & galeam ſalu-
„ tis aſſumentes.& gladium ſpiritus (quod eſt
„ verbum Dei) per omnem orationem,& ob
„ ſecrationem orantes omni tempore in ſpi-
„ ritu; & in ipſo vigilantes in omni inſtantia,
„ & obſecratione pro omnibus ſanctis. (vt
verbis loquar Apoſtoli ad *Ephesios* 6. 14.)
diu noctuque dimicant,ipſi vigiles, qui cu-
20 ſtodiunt Ciuitatem.*Canticorum* 3.3.) Eccle-
ſiam ſcilicet. Propter hanc proinde cauſam
21 factum eſt, vt Summi Romani Pontifices
multa Religioni huic Patrum diſcalciato-
rum Carmelitanorum priuilegia indulſe-
22 rint. Ac potiſſimum Sanctiſſimus D.N.Vr-
banus Papa Octauus per Breue ſanctitatis
ſuæ ſub annulo Piſcatoris anno Incarnatio
nis Dominicæ 1632. Pontificatus vero ſui
anno decimo;vt omnē confuſionis anſam,
atque diſcordiarum materiam longe able-
garet. ſub excomunicationis pœna ipſo fa-
cto incurrēda, atque priuationis vocis acti-
uæ,& paſſiuę,atque officiorum,quę eorum
ſuperiores obtinerent, prohibuit omnino
Patribus calceatis eiuſdem Ordinis Carme-
litanorum de obſeruantia nuncupatis;ne ſe
vllo pacto reformatos Sanctæ Tereſiæ au-
deant nuncupare, neque nomen aſſumant
Sanctæ Tereſiæ; ſua Conſtitutione prædi-
cta,quæ incipit Romanus Pontifex;exequu
tores faciens Archiepiſcopos, & Epiſcopos
locorum Ordinarios.
23 Verum zizaniorum ſator,paciſque emu-
lus, diabolus, & qui diſſentionis eſt auctor
1. *Ioann.* 3. *Matt.* 13. & loquitur Bonifacius
Papa *in extrauaganti ſuper Cathedram,* 2. §.*ſci-*
mus enim de ſepultur. inter comunes. nouiſſime
hiſce diebus ſuſcitauit quoſdam fratres ex
eodem Ordine Montis Carmeli, calceatos
tamen,qui ex Hiſpania ad hanc Neapolita-
nam Vrbem aduenere, & ab Eminentiſſi-
mo Ordinario Neapolitano locum obti-
nenuere in Eccleſia Sanctæ Mariæ Gratia-
rum in fundaco dicto delli Miraballi in pla
tea Sancti Bartholomæi.Cum vero in dicto
loco ob aeris inſalubritatem fratres infirma
rentur;à Sanctiſſimo D. N. Vrbano Papa
VIII. petierunt ad ſalubriorem aerem tran-
ferri,in monaſterio conſtructo,vel conſtruē
do in platea nuncipata alle Mortelle, non
longe à Parochiali Eccleſiæ Sanctæ Annæ
Hiſpaniorum.Annuit proinde precibus Sā-
ctiſſimus, atque per Breue Sanctitatis ſuæ
ſub datum Romæ apud S. Petrum ſub an-
nulo Piſcatoris die 23.Ianuarij 1641.Ponti-
ficatus eius anno 18.Eminentiſſimo Domi-
no Cardinali Bōcompagno Archiepiſco-
„ po Neapolitato commiſit: *Quatenus conſti-*
„ *to tibi legitimè de præmiſſis, vocatiſque, qui fue-*
„ *rint ad id euocandi,eiſdem Priori, & fratribus,*
„ *quod ipſi è primo dicto Conuentu,ad alium Con-*
„ *uentum in prædicto loco de las Mortelas,iam for-*
„ *ſan extructum,ſeu extruendum ſe transferre libe-*
„ *re, & licitè poſſint, & valeant, licentiam*
„ *authoritate noſtra Apoſtolica arbitrio tuo conce-*
„ *das.*
Extructo proinde, formatoque proceſſu,
vocatiſque vocandis, die 14. menſis Otto-
bris 1641. Eminentiſſimus Dominus Fran-
ciſcus Tituli Sanctorum Quatuor Corona-
torum S.R.E. Presbyter Cardinalis Boncō-
pagnus Archiepiſcopus Neapolitanus à Sā-
cta Sede Delegatus; ſequentibus præfatis
fratribus calceatis Ordinis Carmelitanorū
nationis Hiſponorum facultatem fecit; di-
„ cens:*Propterea eiſdem Priori,& fratribus,quod*
„ *ipſi è primo dicto Conuentu ad alium Conuentū*
„ *in prædicto loco delle Mortelle, & platea della*
„ *ſceſa delli Gradoni,iam forſan extructum,ſeu ex*
„ *truendum cum Eccleſia ſub inuocatione Sanctæ*
„ *Tereſiæ,ſe tranferre liberè,& licite poſſint,& va*
„ *leant,authoritate Apoſtolica nobis commiſſa, &*
„ *qua in his fungimur,concedimus.cum eiſdem ta-*
„ *men conditionibus,vinculis,clauſulis,& reſerua-*
„ *tionibus appoſitis in priori licentia eiſdem Prio-*
„ *ri,& fratribus conceſſa.* Cum vero intra duos
menſes grauiſſimæ infirmitatis, qua dictus
Eminentiſſimus Dominus Cardinalis Ar-
24 chiepiſcopus detentus fuit,demum ſub die
9. Decembris eiuſdem anni 1641. vitæ ter-
minum feciſſet: atque Neapolitanæ Eccle-
ſiæ præfectus fuiſſet: Eminentiſſimus Aſca-
25 nius Philamarinus Cardinalis de Aracœli.
Prior Conuentus Sanctæ Tereſiæ Carmeli-
tarum Diſcalciatorum in Burgo Plagæ ex-
tructi, in eadem Curia Archiepiſcopali in-
ſtetit,mandari dictis Patribus Carmelitanis
Calceatis,quòd mutent nomen aſſumptum
Sanctæ Tereſiæ,ne præiudicium fiat ipſi Cō
uentui patrum Diſcalciatorum. Atque per
curiam demum vocatis patribus fuit proui-
„ ſum: *Quòd Patres Carmelitani nationis Hi-*
„ *ſpanorum,qui prius habitabant in Eccleſia San-*

1. fol.633. deciſ.39. num. 1. Flamin. Carthariut Rota Genua deciſ.75.num. 3.

Verum, (dà, facultatem, etiam Titulum
Eccleſiæ nuncupandi; per Sanctiſsimum
Dominum Delegantem, factam fuiſſe Do-
mino Delegato:) adhuc nihilominus no-
minatio ipſa, ac Tituli datio nulla, atque
irrita erit; & quod non ſeruata fuit reſcri-
pti forma; & quod prætermiſſa iuris ſo-
lemnitas omnimodis requiſita. Breuis qui-
,, dem forma fuit; *Quatenus conſtito tibi de*
,, *præmiſſis, vocatiſq. qui fuerint ad id euocan-*
36 *di &c.* Iuris vero ſolemnitas eſt, imo Iudi-
cij eſsentia, vt omnes, qui intereſse habere
poſsunt in negotio ad iudicium per iudi-
cem vocentur, alioquin quicquid agit,
inutiliter agit, viribuſque caret. Paulus *lib.*
5. ſententiarum in l. de vno quoque 47. ff. de re
,, *iudicata*: Dicens: *De vnoquoque negotio*
,, *præſentibus omnibus, quos cauſa contingit,*
,, *iudicari oportet, aliter enim iudicatum tan-*
,, *tùm inter præſentes tenet. Clement. paſtora-*
lis 2. de ſent. & re iudic. l. 1. §. denunciari ff.
de ventre inſpiciendo. Ex vtraque igitur par-
te claudicauit hoc iudicium; & quia con-
tra Breuis formam; atque etiam quia ad
iuris præſcriptum ad iudicium vocati mi-
nime fuerunt Patres Diſcalciati in Con-
uentu Sanctæ Tereſiæ extra menia in
Plagæ ſuburbijs exiſtentes, quorum de in-
tereſse agebatur in hac parte. Non ergo
tenet quoad patres hos Diſcalciatos iudi-
catum. Vti nullum proinde in irritum
vocari debebit per Illuſtriſsimum Dele-
gatum in cauſa prætenſæ appellationis. Ita
37 porrò malignantis naturæ defectus Cita-
tionis eſt, vt à peritis inſanabilis iudicetur.
38 Aufert quippe defenſionem, quæ à natu-
ra animantibus omnibus indita eſt. *Cle-*
ment. ſæpè 2. §. Citationem vero. de verborum
ſignificat. Felin. in cap. quæ in Eccleſiarum.
7. num. 26. & 66. de conſtitut. Rota in recent.
par. 1. tom. 1. deciſ. 178. num. 2. & apud Card.
Caualer. deciſ. 35. num. 1. & deciſ. 53. num. 1.
& ſeq. & deciſ. 396. num. 1. & 6. Triuiſan.
deciſ. 68. num. 1. & ſeq. lib. 1. etiam ſi de bo-
no iure conſtaret agentis. *Rota d. dec. 179.*
num. 3. in recent. quæ eſt eadem apud *Ca-*
ualer. d. deciſ. 53.
38 Ad ſecundum vero ex quæſitis, dici-
mus: Ordinarij Neapolitani Iuriſdictionē
fuiſſe, cognoſcendi, an iure, vel ritè Patres
præfati Calceati nomen vſurparint in eo-
rum Eccleſia, Sanctæ Terreſiæ. Quia pro-
39 fectò Eccleſiarum Inſtitutio, & deſtitutio,
etiam quoad regulares, eſt de iure Ordi-
nario. Honorius Tertius ad Epiſcopum
Aſſiſiaten in *cap. conquærente 16. de offic.*
ordinar. Alexander quoque Tertius *in*
cap. authoritate 4. de priuileg. in 6. can. omnis
Baſilica. 10. 16. q. 7. expreſsiuſque Alexan-
der Quartus *in d. c. authoritate 4. de priui-*
leg. in 6. ſequentibus nempe ille diſponit:
,, *Quod oratoria, vel cappellas in locis non*
,, *exemptis, ſine diœceſanorum locorum ipſo-*
,, *rum licentia, exempti conſtruere non præ-*
ſumant. nihil itaque his dilucidius expe-
ctari poterit. *can. nemo Eccleſiam 9. de con-*
ſecrat. diſt. 1. Sacrum quoque Tridentinum
Concilium *ſeſſ. 24. cap. 3. in fin. de regularib.*
40 cum mandat noua regularium loca de
cetero non erigi, niſi Epiſcopi, in cuius diœ-
ceſi erigenda ſunt, licentia priùs obtenta,
quinimo Sanctiſsimus fœlicis memoriæ
Clemens VIII. ſua conſtitutione, quæ inci-
pit: *Quoniam ad inſtitutam*, edita anno Do-
mini 1603. Pontificatus ſui anno 12. omni-
no præcepit: Ordinarios facultatem regu-
laribus nouos erigendi conuentus dare
haud poſſe, niſi vocatis, & auditis aliorum
in eiſdem Ciuitatibus, & locis exiſtentium
Conuentuum Prioribus, ſeu procuratori-
bus. refert illam quoque. *Quaranta in*
ſum. Bullar. verbo Monaſteria, & conuentus
fol. mihi 331. & meminit de *Rubeis in apho-*
riſmis epiſcopor. verbo ædificium num. 4.
Quæ conſtitutio fuit innouata, & amplia-
42 ta etiam Viuæ vocis oraculo à Sanctiſſimo
D. Gregor. XV. per decretum Sacræ Con-
gregationis Sanctæ Romanæ Eccleſiæ
Cardinalium negotijs regularium præpoſi-
torum 17. Auguſti 1622. & demum per Cō-
ſtitutionem S. D. N. Vrbani Papæ Octaui.
anno Domini 1625. Pontificatus verò ſui
anno 3. quæ incipit: Cum ſæpè, in *Bullar. 4.*
par. fol. 313. cuius meminit etiam de *Rubeis*
verbo monaſterium num. 3. in fin. Nec non
dixerat etiam in decreto de celebratione
miſſarum anno 1626. *§. deinceps vero mo-*
naſteria. refert *Ioannes Antonius Nouarius*
in ſumma Bullarum fol. 612. & *Scipio de Ru-*
beis in aphoriſmis epiſcoporū d. verbo mona-
ſterium num. 1. & 3. & verbo ædificium nu. 3.
Gauantus in enchyridion Epiſcoporum verbo
Regularium virorum monaſterium num. 8.
& verbo Eccleſia num. 1. & 2. Barboſ. de of-
fic. & poteſtat. Epiſ par. 2. allegat. 26. num. 1.
& 3. Ricctus in praxi par. 1. reſolut. 490.

Neque dicant textus præfatos etiam Sa-
cri Concilij, atque dictorum Pontificum
Conſtitutiones de nouis Eccleſijs ædifican-
dis in locis non exemptis loqui, non vero
de titulo, ac Sācti nomine Eccleſijs impo-
43 nendo. Minimè proinde extenſionem fa-
ciendam de caſu ad caſum. argumento
tex. in l. 1. ibi: vſuras autem eius. *C. de con-*
ditione indebiti. tex. in cap. cum dilecta 4. vbi
Abb. in 5. notab. de confirmat. vtili, vel inuti-
li. l. ſi ita ſtipulatus 126. §. Chriſogonus ff. de
verborum obligat. Gloſſ. in cap. conſtitutionem
3. verbo prorogamus vbi Frācus num. 6. de
regularib. vbi etiam Barboſ. num. 3. Caſſā-
dor. deciſ. 6. de iure patronat. num. 3. & 8. 9.
& 10. Farinac. in fragmentis par. 1. verbo
ex-

poterunt. docet id non ſub modio, ſed ſu-
per candelabrum Damaſus Papa ad Epi-
ſcopos Afriæ *epiſt.* 4. relatus *can. chorepi-
ſcopi.* 5. *in finalibus verbis.* 68. *diſt.* de chorepi-
56 ſcopis loquens, & dicens: *Si nomen non*
,, *habent, qualiter officium habebunt*: Non itaq;
nomen habere merentur, qui nec officium
habent. vt *Gloſſ.* ibidem ſatis argutè aduertit.
verbo nomen non habent. referens carmen
illud.

,, *Si re priueris, nec nomen habere mereris.*
Similis *Gloſſ. in can. quæ ipſis ſacerdotibus.* 5.
38. *diſtin.* ſuper verbis illis Auguſtini: *Ex*
,, *quibus omnibus ſi vnum deſuerit*; (inquientis)
,, *ſacerdotis nomen vix in eo conſtabit.* in verbo
,, *vix* ſequentibus loquens. *Quia vbi res deeſt,*
57 ,, *nec nomen habebitur*, facit *tex. in can. fra-*
,, *trem noſtrum* 6. *in fin* 86. *diſt.* quo loco Gre-
gor. Papa de Epiſcopo loquens, qui libera-
58 lis non fuerit: *Quia ſi hæc non habet*, (di-
,, cens) *in vacuum Epiſcopi nomen tenet*. Qui
igitur Sanctæ Tereſiæ inſtitutum non ha-
bent; neque eius nomen tenere debebunt.
59 Imo & re, & nomine priuandi ſunt. vt
Gloſſ. ibidem verbo nomen loquitur. Non ab-
ſimilis *tex.* quem refert *Gloß. in d. can. quæ ipſis*
5. *in verbo vix.* 38. *diſtin.* in *l. à nullo Iudice* 4.
C. de ferijs. quo loco Conſtantinus Impera-
tor ad Seuerum ſcribens: ferias ab Admi-
niſtratore Ciuitatis indictas, Imperiales fe-
rias dici abnuit; rationemque reddit ad
60 rem noſtram ſatis concinnam: *Ac per hoc*
,, (inquiens) *ſi nomine eximuntur, etiam &*
,, *fructu carebunt.* Fructu proinde nominis ca-
rebunt Patres Calceati, cum ab inſtituto
alieni ſint Sanctæ Tereſiæ. probat hanc con
ſequentiam Gloſella marginalis ad *dictam
legem. verbo carebunt*, ſequentibus loquens:
,, *Nota hic textum ad illud prouerbium: ſi re pri-*
,, *ueris*: de quo meminit *Gloſſ. in can. corepi-*
,, *ſcopi* 68. *diſt.* ſic Gloſſella. & retulimus non
longè ante. quo etiam argumento vtitur
Caſſanæus conſ. 11. *num.* 23. Non extra rem
itaque neque à longè (vt dici aſſolet) ar-
gumentati ſumus: fructu priuari nominis,
qui ab inſtitutu alieni ſunt. Non abſimili
modo argumentatus quoque videtur, neq;
inargumentosè, non quiuis hominum, ſed
ſummus Legislator, & Pontifex Innocen-
tius Tertius ad Zamoren Epiſcopum ſcri-
bens in *cap. cùm ſecundum Apoſtolum* 16. *de
præbend.*

61 A nomine quippe Clericorum argumen
tatur ille, Clericos ex patrimonio Chri-
62 ſti alendos eſſe. Clerici enim à verbo κλῆρος
Cleros, quod ſortem, vel hæreditatem ſi-
gnificat, dicti ſunt. Ex hoc alendos eſſe
eos ex Chriſti patrimonio infert, dicens:
,, *Cum enim à Cleros, quod eſt ſors, vel hæreditas,*
,, *Clerici appellentur: quia in ſui ordinatione vel*
,, *aſſumuntur in hæreditatem domini, vel aſſequun*
,, *tur hæreditatem in ipſo: vt verè poſſint pſallere*
,, *cum Propheta: Dominus pars hæreditatis meæ:*
,, *dignum eſt, vt Eccleſiæ ſtipendijs ſubſtententur,*
,, *in qua, & per quam diuinis obſequijs aſcribun-
tur.* Sic Summus Pontifex Innocentius
Tertius. cuius tex. meminit Gloſella mar-
ginalis in *d. l. à nullo*. addens ad *Gloſſ. in ead.*
63 ,, *l. in verbo fructu*, dicentem. *Et nota à no-*
,, *mine argumentandum*. Non itaque tenent
Sanctæ Tereſiæ inſtitutum, neque inter eius
reformatos agnoſcuntur Patres hi Calcea-
ti. ergo nec nomen tenere debebunt, nec
eiuſdem effectum.

Neq. igitur eorum Eccleſiam, & conuen-
tum nomine Sanctæ Tereſiæ inſignire de-
buerunt: vt neq; debent; vt præiudicium
inferant, nec leue Diſcalciatis Patribus à
Carmelo. qui & nomen, & inſtitutum te-
nent Sanctæ Matris Tereſiæ. Iure igitur fe-
cit Curia Archiepiſcopalis, quæ patribus
præfatis Calceatis in mandatis dedit ſub
pœna interdicti, vt Sanctæ Teræſiæ nomi-
ne depoſito, aliud aſſumant, quo eorum
64 Eccleſia nuncupetur. Teneant proinde
ipſi modeſtiam, & patientiam, quam & mo-
nachorum nomen expoſcit. vt Imperator
Leo A. Iuliano præfecto prætorio edicit
in *l. decernimus* 26. *in fin. C. de ſacroſanctis Ec-*
65 *cleſijs.* vt ex vi nominis argumentum iu-
re currat. *Gloß.* docet. *ibid. verbo nomen*. Ex
ipſo porrò nomine quid patribus ipſis Cal-
ceatis debeatur non ineliganter argumen-
tari poſſumus; ſicuti Imperatores Valen-
tinianus, & Valens Voluſiano præfecto
prætorio ſcribentes, argumentati fuere in
l. ſtudentibus 1. *in finalibus verbis C. de offic.*
,, *præfecti Vrbi.* dicentes: *Vt ſciat ex ipſo nomine,*
,, *quid Præfecto debeatur annonæ*. Ex quo loco
,, maximam elicit: *Quod nomini eſt deſeruien-
dum.* Ex qua tale nos eruimus argumētum.
Eſt nomini deſeruiendum. At nomen San-
ctæ Tereſiæ non tenent, nec tenere poſſunt
Patres hi Calceati, quia ex reformatis San-
ctæ Tereſiæ non ſunt. Ergo neque eorum
Eccleſia nomine inſigniri Sanctæ Tereſiæ
poterit. argumento *tex. in §. eſt & aliud inſti-
tuit. de donat.* vt nomen ſit rei conſequens. vt
argumentatur etiam *Octauianus Cacheran-
conſ* 47. *nu.* 46. & 47.

67 Probatur ſequela; quia effectus à cauſa
dependet; vt vbi cauſa non fuerit, neque
effectus eſſe poſsit. At cauſa non eſt in Pa-
tribus calciatis, quia ex reformatis Sanctæ
Tereſiæ non ſunt; ergo neque effectus eſſe
poterit. Non itaque nomen tenere Sanctæ
Tereſiæ debebunt: neque partes Sanctæ Te
68 reſiæ in eorum Eccleſia nuncupari. Quia
ceſſante cauſa ceſſat effectus: *cap. cum ceſſante*
60. *de appellat.* & *cap. & ſi Chriſtus* 26. *circa fin.*
vbi etiam *Glo. verbo ceßat de iure iurando cap.
magnæ deuotionis* 7. *de voto*, *S. Thom.* 1. *part. qu.*
2. *art.* 3. *in corpore*, diximus *reſponſ. noſtra* 15.
num. 10. *part.* 1.

Vt

Vt quid enim ipſi nomine Sanctæ Tere-
ſiæ in eorum Eccleſia nuncupari volunt,
cùm tales (vt puta reformati Sanctæ Tere-
69 ſiæ)non ſint? Haberi enim velle pro tali,
& non eſſe talem, non vtique conueniunt.
ad *text in l.ſi maritus* 15. *§.legis Iuliæ vbi Bart. ff.ad legem Iuliam de adulter. Iaſon in l.ait prætor.§ ſine autem in 1.notab: ff de noui oper. nunciat. Caſſanæus conſ.65.num.32.* Quia qualitas
70 ſine ſubiecto eſſe haud poteſt, niſi miraco-
losè per diuinam potentiam,vt apud Philo-
ſophos receptum eſt; & apud noſtrates in *l.
2. ff.de vſufructu Gloſs. in cap. ad diſſoluendum
13.verbo accuſari de deſponſatione impuberum
Beccius conſ.37.num.16.lib.1.& conſ.56. num.
56. eod. lib.* Primum nempè quid ſit quæri-
tur,poſtea quale ſit; ſecundum *Gloſſ penul-
timam in l.2.C.de bonorum poſſeſſ.ſecundum ta-
bul.vbi Bald.ſub num.1.& Caſtrens num.3.Ro-
ta apud S.memor.Gregor XV.deciſ.381. num.3.
4.& 5.Gratian.forenſ.diſceptat.part.5.cap.899.
num.12.*

Deſinant proinde id eſſe appetere, quod
non ſunt.

72 Iure propterea quàm meritiſſimo factum
eſt, vt Sanctiſſimus Dominus Dominus N.
Vrbananus Papa Octauus hoc ipſum à lon-
ge exodoratus,dicta conſtitutione ſua, quæ
incipit *Romanus Pontifex*,apud Sanctum Pe-
trum die prima Decembris MDCXXXII.
Pontificatus verò ſui anno decimo, ad per-
petuam rei memoriam ex motu proprio,ac
ex certa ſcientia prohibuerit;*omnibus,& ſin-*
„ *gulis fratribus Carmelitis Calceatis de obſeruan*
„ *tia nuncupatis, ſub excommunicationis maioris*
„ *latæ ſententiæ,ac priuationis vocis actiuæ,& paſ*
„ *ſiuæ,& quoad illorum ſuperiores etiam ſuſpenſio-*
„ *nis ab officijs per eos obtentis ipſo facto incurren*
„ *dis pœnis*; vt habitum non mutent: *neque ſe*
„ *Carmelitas reformatos Sanctæ Tereſiæ,vel Bea-*
„ *tæ Tereſiæ nominent.vel ſubſcribant*. Præcipien
do etiam omnibus locorum Ordinarijs i vt
„ requiſiti, *Fratres Calceatos de obſernantia hu-*
„ *iuſmodi ad præſentes litteras,omniaque, & ſingu-*
„ *gula in illis, vt ſupra contenta, & ordinata ple-*
„ *nè obſeruanda, & adimplenda ſub penis præ-*
„ *dictis cogant, & compellant: inuocato etiam ad*
„ *hoc ſi opus fuerit auxilio brachij ſecularis.* Cum
clauſulis ſic definiri,& iudicari,&c. & Abla
ta,&c.

Non itaque poterunt fratres præfati Cal-
ceati vllo modo, ſe fratres Sanctæ Tereſiæ,
vel Beatæ Tereſiæ nuncupare, neque ſub
ſcribere,abſque eo,quod in pœnas dent,at-
que cenſuras in dicta conſtitutione conten-
tas. Haud ergo nomen aſſumere in eorum
Eccleſia Sanctæ Tereſiæ poterunt. Quomo-
docunque nempe nomẽ hoc aſſumpſerint,
ſe patres, ſiue fratres Sanctæ Tereſiæ nun-
cupabunt. Dabunt proinde in pœnas,& cen
ſuras dicta Conſtitutione contentas. At hoc
vetitum eſt eis,ne ſe Fratres Sanctæ Tereſiæ
nominent. erit ergo, & ipſis prohibitum;ne
Eccleſiæ nomen dent Sanctæ Tereſiæ:cum
ſi hoc egerint,effici haud poſſit,quin ſe pa-
tres,ſiue fratres Sanctæ Tereſiæ nominent.
74 Propter illud ergo antecedens, erit, & hoc
conſequens prohibitum,argumento petito
ex *text.in l.oratio 16.ff.de ſponſalibus*.ibi enim
Vlpianus non ſine ratione petens: prohibi-
75 bito inter perſonas aliquas matrimonio, an
quoque ſponſalia prohibita videantur? Af
firmat ipſe, quod ſponſalia præambula ad
matrimonium ſint: notatque *Gloſſ.*ibid. ver-
bo ſuppleatur dicens: *nota:ſi quid probibetur,
& id probibetur, per quod peruenitur ad illud
prohibitum.tex.*cum *Gloſſ.final in cap. præterea
5. de offic. delegat. l 2. ff. de iuriſd. omn. Iudic.*
regula *cum quid 39.de regul.iur.in* 6.ſequitur
*Nauarr.in cap.nouit.de Iudic.notab.3. num.85.
in fin. Afflict.deciſ.294.num.1.& num.6.Vincen.
de Franch. deciſ.48. num.1. Rota apud Coccin.
Decanum deciſ.207.num.8.& deciſ.319.num.5.
& deciſ.375. num.9. Beccius conſ 92. num.12.
lib.1.*idem *Nauarr. conſ.6. An quemadmodum
num.1.lib.5.de raptoribus.*

Prohibitum ergo cenſetur his patribus,
ne nomen eorum dent Eccleſiæ,Sanctæ Te
reſiæ;Cum ſi hoc egerint omnimodo ſub-
ſequatur,& quaſi neceſſario,vt ſe fratres no-
minènt Sanctæ Tereſiæ. Sancta enim hæc
reformatorum Carmelitarum diſcalciato-
rum inſtitrutrix fuit. ſi igitur Carmelitas ſe
nuncupabũt Sanctæ Tereſiæ;reformatos ſe
vtique eiuſdem conſequenter appellabũt.
Illa nempè (vt diximus) reformatorum ho
rum fuit Inſtitutrix. At hoc prohibitum eſt,
76 ergo,& illud vnde hoc neceſſario ſequitur
*d.regula cum quid 39.vbi Gloſſ. de regul. iur.in
6.Bald.in l.quamuis, C.de fideicommiſſis Afflict.
d deciſ.294. num.6.Beccius d.conſ 92. num.12.*
Quia profectò conſequens eſſe minimè po-
teſt, niſi neceſſarium ſibi præcedat antece-
cedens, ex *Ariſtotelis* præceptis. argumento
*text.in l.apud antiquos 21. & ibi notatis, C. de
furtis.Rota apud Card.Manticam deciſ.67.num.*
8.Conſequens proinde qui vult, & neceſſa-
rium ſibi antecedens velle videtur, vt per-
pendit quoque Rota. *in Hortana Sanctiſſimæ
Trinitatis 15.Iunij 1577. corã Rubeo deciſ.230.
num.3. apud Pacificum de Saluiano interdicto. &
in Tiburtina Caſtri Sãbuci 15.Iunij 1577.coram
Sancta mem. Aldobrandino Clement.VII. deciſ.
241.num.3.apud eundem Pacificum.*

Non dicant itaque Aduerſarij:eſt Sancta
Tereſia in Cathalogum relata Sanctorum
per Canonizationem:poteſt itaque quilibet
eidem altaria,& Eccleſias erigere; officium
diuinum de ea celebrare,eique publice pre-
ces offerre,cum in cathalogum relata ſan-
ctorum ſit per Sãctam Romana Eccleſiam.
ad *text.in cap. vn.de reliquijs,& venerat.ſancto
rum in 6.& cap.1.eodem extra vbi Abb.num.5.
Gambar.de authoritate legati part.2. num.233.
& ſeq.*

Digitized by Google

& ſeq. tom. 13. part. 2. tract. fol. 170. S. Thomas quodlibet 9. art. 16. ſiue vltimo Silueſter. ſumm. verbo canonizatio n. 1. Molfeſius cõſ. 45. per tot. ad calcem p. 2. ad conſuet. Neapoli. Scipio de Rubeis in aphoriſmis Epiſcoporũ verbo canonizatio.

Hoc planè nos haud abnuimus, verùm
78 dicimus non eſſe nouas Eccleſias ſanctorum in honorem erigendas in aliarum iam erectarum præiudicium: ne diſcordiæ oriãtur, vnde deuotio augeri debebat. argumẽto *text. in cap. qualiter, & quando* 17. ibi: ne inde naſcantur iniuriæ, vnde iura naſcuntur *de accuſation. l. meminerint* 6. *C. vnde vi.* quod apertiſſimè proſpexiſſe Summos Romanos Pontifices in ſupra allatis eorum conſtitutionibus nemo eſt, qui non videat: dum voluerunt nouos Conuentus regularium erigi haud poſſe, ac conſequenter Eccleſias, niſi auditis alijs regularibus, qui in loco ſunt: ne ex his nouis erectionibus veteribus præiudicium inferatur. Principis verò ſit nihil cum alterius concedere præiudicio, *l. 2. §. merito, & § ſi quis à Principe ff. ne quid in loco publico. c. quamuis. 8. de reſcrip. in 6. c. ex tuarũ 5. de author. & vſu pallij extra.* diximus *reſponſ. noſtra 43. n. 30. p. 2.* Et ãbipſa natura æquũ
81 videatur; neminẽ cũ alterius nocumento fieri locupletiorẽ, vt Paulus *lib. 21. ad Sabinũ in l. nã hoc natura 14. ff. de cõditione indebiti:* edicit. regula *locupletari 48. de reg. iur. in 6. e. ſuã 9 in fin. de pœnis, l. iure ſuccurſum 7. in fin. ff. de iure dotium.* Neque ita fauor nouis impendendus Eccleſijs eſt, vt id in aliarum vergat pręiudicium extructarum, vt poſt alios ſequitur, *Maſtrillus deciſ. Siciliæ 180. num. 21. part. 3.* quæ plane ratio, ita arriſit Doctiſsimis Patribus Sacræ Romanæ Rotæ Auditoribus in vna *Romana Palatij de Comitibus 16. Ianuarij 1612. coram Damaſceno deciſ. 372. p. 1. num. 1. in in recent.* Vt denegarint Monaſterio Sanctæ Cathetinæ Senenſis coactionem aduerſus illos Dominos de Comitibus ad vendum Palatium eorum pro ampliatione monaſterij neceſſariũ: ne præiudicium ſatis euidens dens dictis dominis fieret; & quod hoc prævidere potuerint, qui monaſterium nouiſsimè ædificauere. Haud igitur Patres hi, vt ſibi proſpiciant, lucrumque hauriant, alteri pręiudicium, damnumque inferre debebũt. Non faciant proinde ipſi alijs, quod ſibi ipſis fieri non optarent, *Matth. 7. & 2. diſtinct. 1. in princ. cap dilecti filij 13. de maiorit. & obed. toto tit. ff. qu od quiſque iuris can. placuit. 12. in fin. 13 q. 1. Gloſſ. in l. iuſtitia 10. verbo lædere. ff. de iuſt. & iur. meus Maranta conſ. 56. num. 1. in fin.* Hic
82 nempe primus eſt gradus, ex tribus, iuris naturalis; Ne alteri facias, quod tibi non vis fieri. *Card. Belarminus tom. 2. controuerſ. de Clericis lib. 1. cap. 29. in princ.*

Nequè dicant Sanctam Tereſiam fuiſſe Hiſpanam, ipſos quoque Hiſpanos, proſequuntur proinde affectu Sanctam eiuſdem nationis.

Optimum quidem, neque eſt, qui hoc illis, ne faciant, impedimẽto ſit. Verùm aliud eſt Sãctam proſequi, venerarique; quòd potiſſimum eiuſdem ſit nationis: aliud verò Eccleſiam ſub Sanctę nomine excitare in alterius damnum, quod omni iure prohibitum inuenitur.

Non ergo faciendum. Argumento text. cum ibi notatis in *cap. cum apud Sedem Apoſtolicam 23. vbi gloſſ. verbo non prohibetur de ſponſalib. cap. inter. corporalia 2. §. ſed neque, vbi Gloſſ. verbo non inuenitur, de translat. Epiſc. l. 1. de procuratorib. l. Sancimus 27. C. de teſtament. Caſſadorus deciſ. 1. de ſentent. & re iudicat. nu. 3.* quo loco axioma hoc brocardicum appellat. *Calderin. conſ. 2. de magiſtris num. 1. verſ. contrarium videtur. Grilenzonius conſ. 9. nũ. 1. Beccius d. conſ. 92. num. 12. lib. 1. & conſ. 225. nu. 11. lib. 2. Rota apud Cardin. Manticam deciſ. 125. num. 2.*

Erroneum verò eſt, quòd efferunt; mortalem hanc vitam reliquiſſe Sanctam Matrem, cùm adhuc ſub Generali calceato viueret, vt ex eius actis apparet. Verùm nihil ad rem. Ipſa nempe inſtitutrix fuit diſcalciatorum. Magis ergo hi ſuam habent, agnoſcuntque Matrem; quæ eos ſpirituali eduxit partu ad arctam reformatorum vitam: quàm quòd ſub eodem Generali mortua fuerit, velle illos qui ſanctæ Tereſiæ reformati minime ſunt, nouam Eccleſiam in præiudicium iam fundatę extruere. Et nihilominus SS. D. Noſter Vrbanus Papa Octauus, his flocci pẽſis, patres calceatos ex obſeruantia ſub excommunicationis pœnis ipſo facto incurrendis, atq; priuationis vocis actiuæ, & paſſiuæ, & ſuſpenſionis ab eorum officijs quoad ſuperiores, eadem ſua conſtitutione prohibuit; ne ſe fratres Sanctæ Tereſię nominent, vel ſubſcribant. Neque hoc ſanè ſine prudenti conſilio: nouerat nempe ipſe prudentiſſimus Pontifex comunionem (vt initio dicebamus) diſcordias generare, & ex
85 ea mala multa pullulare. Diſcordia porrò de ſe pacis eſt æmula, mater litium, materia iurgiorum, vt *Gloſſ.* docet *in extrauaganti quorundam exigit. prima §. Quò circa verſ. ſic iudicant cuncta Ioannis 22. verbo diſcordia de verborum ſignificat.*

Diſcordijs itaque occurrere voluit ſua illa conſtitutione Summus Pontifex Vrbanus. Pullularent vtique denuo, ſi præfatis Patribus calceatis, vt nomen aſſumerent Sanctæ Tereſiæ, in eorum Eccleſia, permitteretur. Quia omnino ſe Sanctæ Tereſiæ fratres nuncupare deberent. Ex hac ergo nominis comunione diſcordiæ non leues otirentur.

Eodemque modo corruit, quod aſſerunt: Piam illam Dominam, quæ domos ad Eccleſiam, atque Conuentum ædificandum patribus his dono dedit; voluiſſe, vt Eccle-

Digitized by Google

ſia nomine inſigniretur Sanctæ Tereſiæ;po
tuiſſe vtique illam legem, quam voluit re-
bus dicere ſuis. ad *text. in §. diſpouat in auth.
de uupt. collat.4. l.1. C.de Sacroſanctis Eccleſiis
l.in re mandata 21.C.mandati.*
87 Potuit enim illa legem dicere rebus qui-
dem ſuis; ſed non in terrij præiudicium, &
damnum. Diſponat enim (iuquit ibi Impe-
rator) vnuſquiſque in ſuis, vt dignum eſt:&
ſit lex eius voluntas *d.§.diſpouat.* Vt dignum
88 eſt, dixit: *Ideſt ſecuudum leges, & bouos mores,
alias non valeret*: vt *Gloß.* ibidem *verbo, vt di-
gnum eſt*, loquitur, non igitur vt damnum
89 tertio faceret. Damnum verò infert, qui id
facit, quod facere ius non habet, *l.nemo dam-
num 194.vbi Gloſſ.& Cagnol. ff. de regul.iur.l.
ſcientiam 46.§ quicum aliter, ff.ad legem Aqui-
liam.*
Ius verò nullum erat præfata Dominæ
Pattibus præfatis nomen dare Sanctæ Te-
90 reſiæ in tertij damnum. Non ergo in illos
ius, quod non habebar transferre potuit. per
apertam regulam ab Vlpiano traditam in *l.
nemo plus iuris. 55.ff.de regul. iur.* Nemo plus
„ iuris (*dicente*) ad alium transferre poteſt,
„ quam ipſe haberet. *l.traditio. 20.ff.de acquirē-
do rerum dominio. l ſi vniuerſæ 15. C. de legat.
Marauta d couſ.56.uum.7. Rota apud Cardiual.
Manticam decis.78.num.6.in fiu.& apud Card.
Caualer.deciſ.212.n.3.*
Prohibitio autem patribus facta fuit per
cōſtitutionē præfatam Vrbani; ne ſe fratres
nominēt S. Tereſię, vel ſubſcribant. Ipſi pro-
inde in pœnas dabunt, & cenſuras eadem
91 conſtitutione inflictas, non præfata Domi-
na; de qua conſtitutio non loquitur, ad *text.
in l.ſi ſeruum 70.§.prætor ait.ff.de acquir.hæredi
tat.* ibi: non dixit Prætor. *l.item apud Labeonē
15.§. ait prætor. verſ. hoc edictum, ff.de iniurijs,
Sanchez de matrimon tom.2. lib.6. diſputat. 36.
num. 2.*
Neque pia illa Domina, quæ domos do-
no fratribus dedit, legem illam, vt Eccleſia
ſub inuocatione extrueretur Sanctæ Tere-
ſiæ; rebus ſuis dedit, vt Patribus Diſcalciatis
in ſuburbio Plagæ exiſtentibus præiudiciū
faceret; neque vt Summi Pontificis conſtitu
tioni obluctaretur: ſed id dixit; quod igno-
raret; & præiudicium fieri Patribus Diſcal-
ciatis; & eius diſpoſitionem legi contraire
Summi Romani Pontificis Vrbani Octaui.
92 Per errorem igitur hoc fecit. Citrà ergo
conſenſum; ſi enim ſciuiſſet, non vtique diſ-
poſuiſſet. Errantis verò nullus eſt conſenſus.
*l.ſi quis per errorem 15 ff.de iuriſdit.omn. iudic.
can.1.29.quæſt.1.Abb.iu cap.ſi cautio num.2.de
de fide inſtrumcut. Rota apud Illuſtriſſimum Du-
ranum Epiſcopum Vrgellen. deciſ.50. num.19.
39 part.1.* Quin error voluntarium tollit; quia
errantis voluntas nulla eſt. *l. non idcirco 9.ff.
de iuris, & facti ignoraut. l. nihil conſenſui 117.
§.nihil conſenſui, ff.de regulis iur.*

Patres igitur ipſi Calceati in culpa fuere,
qui conſtitutionem Vrbanam nouerant, &
pœnas in ea contentas, quod piam prædi-
ctam Dominam non admonuere. Reſupini
itaque in hoc ipſi fuere, ne id facerent. In
94 dolo ergo fuere. Nullum proinde ex hoc
patrocinium, commodumque haurire de-
bebunt: Quia fraudem dolumque patroci-
nari æquitatis eis ratio haud patitur: vt In-
nocentius Tertius *iu cap.Sedes Apoſtolica 15.
in fin.& cap.ex tenore 16.in fin.extrà de reſcript.*
loquitur. *cap.officij 14.de teſtament.cap.audiui-
mus 3.iu fin.vbi Gloſſ.de colluſ.detegend.cap.ad-
uerſus 7.§.cæterum de immunit. Eccleſ. l. ne ex
dolo 13.ff.de naturalib. liber. Aymon. conſ.100.
num.11.* diximus *reſponſ.noſtra 9.nu.70. par.2.*
Decidit propterea omne totum, quod aſſe-
runt: nomen Eccleſiæ præfatam Dominam
95 dediſſe; non ipſos. Ipſi namque in cauſa fue
re, vt illa tale nomen eligeret; ipſis vtique
imputari debebit, *cap fiu.de iniurijs, & damuo
dato, Gloſſ.iu cap. presbyterum 7. verbo aliam de
homicidio, & cap.de cætero 11. vbi Gloſſ. verbo
cauſam dediſſe cod. l.qui occidit.30. §. nam ſi die
veutoſo, vbi Gloſ.verbo feciſſe, ff.ad legem Aqui-
liam Beccius conſ 233.num.6.lib.2.*
Neque porrò ſufficiens cauſa hæc eſt, vt à
pęnis cōſtitutionis Vrbanæ ipſi excuſentur.
96 quia conſtitutio præfata contra eos ſemper
loquitur, atque firma habetur. ad *text. in l.
Arriani. 5.C.de hæretic. Abb.in cap.2.ſub nu.2.
de conſtitu.*
Neque dicant eſſe hic Neapoli alias Ec-
cleſias ſub eadem inuocatione Sanctorum,
ac etiam Sanctiſſimæ, & Indiuiduæ Trini-
tatis.
Quid enim ſi illi, ad quos ſpectabat, reſu-
97 pini eſſe voluerunt? Allegare verò incon-
ueniens, argumentum non eſt ſoluere. ar-
gumento *text. in l. is, qui reus 5.ff.de publicis
Iudicijs*, quatenus probat; accuſatum haud
poſſe accuſantem ipſe accuſare. Non enim
tollit ipſe per accuſationem actoris, obie-
ctum ſibi crimen. Scienti autem, & conſen-
tienti non fit iniuria neque dolus, *regula
ſcienti 27.de regul.iur.in 6.l.1.ff.de actionib.em-
pti, & venditi.*
Ex his itaq; dictis ad quartam ex propoſi-
tis difficultatē, affirmandū omnino videtur:
dare ſiue dediſſe, patres præfatos Calceatos
in pęnas, & cēſuras cōſtitutione Vrbana con
tentas. Cū nēpè ipſi in eorū Eccleſia nomen
aſſumpſerint S. Tereſię; neq; illa alios, quā refor
matos Diſcalciatos inſtituerit fundaueritq;
nominādo ſe vtiq; fratres Carmelitas S. Te-
reſię neceſſaria conſequutione (vt diximus)
ſe reformatos S. Tereſię nuncupabut, atque
ſubſcribent. Contra conſtitutionem igitur
Sanctiſſimi Vrbaui facient. In pœnas ergo,
& cenſuras dicta conſtitutione contentas
dant, dabuntque. Neque porrò fieri poteſt,
ne (comprehenſiuè ſaltim) ſe reformatos
Car-

Digitized by Google

Carmelitas Sanctæ Tereſiæ nuncupent, & ſubſcribant, cùm illa non alios, quàm refor-
98 matos Carmelitas inſtituerit. Non enim conſequens velle poſſe videntur, quin comprehenſiuè, neceſſarium antecedens velint.
99 Quiſquis enim vnum dicit, ex quo alterum ſequitur; vtrumque vtique dicit, ac velle videtur. ſecundum *Bald. in l. data opera nu. 34. C. qui accuſare non poſſunt*, quem ſequitur *Rota apud Card. Seraphin. deciſ. 447. nu. 2.*
110 At nominant ſe fratres Sanctæ Tereſiæ: reformatos ſe vtique eius nominant. In pœnas ergo, & cenſuras dicta conſtitutione vrbana contentas dant, quæ nominantibus ſe Sanctæ Tereſiæ reformatos, impoſita eſt. argumento tex. *in can. ſi quis ſuadente 17. q. 4.* quatenus probat: ad incurrendum in cenſuras illo reſeruatas canone, facto opus eſſe. Faciunt. Incidunt ergo.

Atque ità ex his, quæ emunctioris naris iudicio lubentes ſubijcimus, reſpondendum cenſuimus.

CAROLVS MARANTA I.V.D.
Epiſcopus Iuuenacen.

SVMMARIVM.

1 *Voluntates hominum defunctorum aſſequi perdifficillimum.*
2 *Mens ex verbis habetur.*
Verbis proindè inſeruiendum erit teſtatorum.
Quia teſtatoris animum non videmus. nu. 3.
3 *Deus ſolus ſcrutator eſt cordium.*
4 *Voluntas teſtatoris verbis expreſſa lex eſt.*
5 *Legatum pro locandis matrimonio puellis, non debetur eis, quæ viuente adhuc teſtatore, viris matrimonio iunctæ ſunt.*
Verùm contrarium adſtruitur per Authorem.
Vel niſi contrarium ex mente, ac voluntate appareat teſtatoris nu. 64.
6 *Conditionem impleri nuptiarum ſatis eſt, licet tempus non impleatur ad conſequendum legatum pro puellis maritandis relictum.*
7 *Conditionum tria tempora ex Martiano Iureconſulto.*
8 *Legatum pro puellis maritandis, infinitum tempus habere dicitur.*
Et ſufficit quandocumque impleri.
Siue viuente teſtatore, ſiue poſt eius ſuprema funera. nu. 14.
Quia conſequitur teſtator effectum ſuum. nu. 15.
9 *Prouerbium nullum dicere, ex S. Ioanne 16. 29. elucidatur.*
10 *Subtilitate nimia, Teſtatorum iudicia defraudanda haud ſunt. & nu. 57.*
11 *Conditio caſualis impleri poteſt, etiam viuente adhuc teſtatore.*
12 *Legatum pro matrimonio locandis puellis, propter Deum fieri dicitur.*
Et pium æſtimatur. 13.
13 *Dotare puellas pauperes admodum pia cauſa æſtimatur.*
16 *Pietatis opera viuens exhibens præuenit ſibi faces in tenebris.*
Ad incognita profecturo. nu. 36.
17 *Locus Eccleſiaſtes XI. I. Mitte panem tuum ſuper tranſeuntes aquas, quia poſt multa tempora inuenies illum. elucidatur.*
18 *Pietas ad omnia valet.*
19 *Opera pia in charitate facta proficiunt non minimi operanti. & quoad meritum, & quoad ſatisfactionem.*
Etiam ſi mortuis exhibeantur. nu. 20.
Acceptiùs tamen opus eſt, quod viuis impenditur. nu. 21.
22 *Diſpoſiturus ad pia, curet, vt in gratia diſponat, vt proſit ſibi ad vitam æternam.*
Vel ſaltim ratificet diſpoſita dum eſt in gratia. nu. 23.
Alioquin ſibi non proderunt de condigno.
24 *Opera bona in peccato facta, ad vitam non proſunt æternam.*
25 *Opera pietatis viuentibus à viuentibus impenſa proſunt operanti. Quia orant recipientes, vt in æterna tabernacula recipiatur.*
Et facit ſibi amicos de mammona iniquitatis.
26 *Locus Lucæ 16. 9. Facite vobis amicos de mammona iniquitatis. elucidatur.*
27 *S. Thomas Aquinas extollitur.*
Qui Martyr dici poterit, quod veneno interfectus fuerit per Carolum Primum de Angio Regem Neapolitanum, propter veritatem ad Concilium Lugdunenſe vocatus. nu. 28.
28 *Gregorius Decimus Concilium Lugduni indixit ad Græcos confundendos.*
Ad illum Diuum Thomam Aquinatem accerſiuit.
29 *Sanctus Thomas Aquinas in Monaſterio Foſſa Noua propè Pipernum vitæ terminum dedit anno quinquageſimo in initio. num. 31.*
Inter Sanctos relatus fuit anno 1423. per Ioannem Vigeſimum ſecũdum Auinione. nu. 30.

32 *Sanctus Ioannes Baptiſta propter veritatem capite minutus fuit.*

33 *Locus Matth. 5. 10. Beati, qui perſecutionem patiuntur propter iuſtitiam. Elucidatur ex S. Ioanne Chryſoſtomo.*

34 *Martyrem facit cauſa, non martyrium.*

35 *Latronem in Cruce cum Chriſto affixum, martyrem appellat Sanctus Auguſtinus, non quia paſſus, ſed quia Chriſtum confeſſus fuit.*

Martyr, ideſt confitens dicitur.

37 *Operibus pietatis inſtandum, dum viuimus, atque dum dies eſt.*

Locus Eccleſiaſtes 9. 10. elucidatur.

38 *Locus Pauli ad Galatas 6. 10. enucleatur.*

39 *Dos ſi viuo teſtatore puella ſoluatur, magis è re eſt ſpirituali teſtatoris.*

Quia per opus illud meretur.

Magiſq; anima proficit teſtatoris, vt miſericordiam conſequatur. nu. 45.

40 *Locus Eccleſiaſtes. 11. 3. Si ceciderit lignum ad auſtrum, aut ad Aquilonem, in quocunque loco ceciderit ibi erit. elucidatur.*

41 *Eleemoſynis, atque miſericordiæ operibus, magnã nobis conquirimus diuinæ pietatis gratiam.*

Nam eleemoſynis peccata extinguimus. n. 42.

43 *Miſericordiam qui hic indigentibus non impartitur, in futuro ſeculo pietatis fructum non inuenit. ex Iſidoro.*

44 *Diues Epulo in Inferno guttam aquæ non obtinuit, qui in hac vita micas panis Lazaro negauit.*

Eleemoſyna indigentibus elargita omnipotentis manus retinet ne caſtiget. Illuſtratur exemplo Zenonis Imperatoris.

46 *Arbitrari hoc debet vir bonus in pijs relictis quod magis anima proficit teſtatoris.*

47 *Dotis legatum ſi purum non conditionale fuerit, ad hæredes tranſmittitur.*

Quamuis antequam nuptijs tradatur puella vitæ terminum faciat.

Quia nuptiarum tempus ſolutioni addictum videtur, non conditioni. num. 48.

Potiſſimũ verò ſi purum debere eſſe legatum coniecturis, ex verbis erutis teſtamenti, habeamus. nu. 49.

Vel ſi conditio non ſubſtantiæ, ſed executioni legati adiecta fuit. nu. 50.

51 *Legatum pro dote puellæ, vel cum ipſa nupſerit, conditionale videtur, quia effectus nuptiarum in illo perpenditur.*

Secus verò ſi ſimpliciter nuptiæ perpenſa fuere, vt ſufficiat illas interceſſiſſe, ſiue antè, ſiue poſt mortem teſtatoris. nu. 52.

53 *Legatum puellis relictum tam natis, quam naſcituris: Illis iam natis purum intelligitur, vt ſufficiat illas natas fuiſſe.*

Quamuis ſolutio in tempus matrimonij dilata fuerit. nu. 54. & nu. 56.

55 *Mens teſtatoris ex præcedentibus ab eo dictis, ac ſequentibus habetur.*

56 *Omne qui dicit nihil excludit.*

57 *Verbum (Natis, & naſcituris) exauditur tàm de natis tempore conditi teſtamenti, quàm de naſcituris poſt illud.*

58 *Teſtatoris lex, & voluntas, eiuſq; vt exeat iudicium, finemq; videat, modis omnibus contẽdendum.*

Quia publicè expedit ſuprema hominum iudicia exitum habere. 59.

60 *Verbum (Naſcituras) futurum tempus reſpicit; ſicuti (natas) præteritum, atque perfectum.*

Differunt proinde. nu. 63.

61 *Futurum, præteritum cõprehendere aptum non eſt.*

62 *Poſthumæ nomen in eam, quæ iam nata eſt, minime cadit.*

65 *Verba teſtatoris cauillis ſubuertenda haud ſunt.*

66 *Teſtatoris contrà legem faciens, peccato ſe inficit.*

ARGVMENTVM.

Legatum pro matrimonio locandis puellis relictum, ſi quæ viuente adhuc teſtatore viro iuncta fuerit, an legatum conſequatur? Et an purum, vel conditionale legatum dicatur, quod in nuptiarum tempus ſolutio adiecta fuerit? Quid verò de legato puellis tã natis, quàm naſcituris relicto, an maritatis vitalem attrahente auram teſtatore debeatur? Quantum uerò proſit in gratia teſtamẽtum rogare, vel ſaltim in gratia illud

lud confirmare. atq; per miſe-
ricordiæ opera lumen præmit-
tere, priuſquam ex hac diſce-
damus vita. piè diſſeritur.

RESPONSIO LXXXVII.

1 VOluntates hominum, poſtquam illi
fatis conceſſere, aſſequi, per diffi-
cillimum viſum eſt ſemper ſapiẽ-
tibus argumento. *tex. in l. Aphrica-
nus 40. alias apud Iulianum. §. fin ff. de legat. 1.*
quatenus habet voluntatem Principum vi-
rorum rem difficilẽ æſtimari. Voluntatem
igitur, vt interpretemur eorum, qui ex hac
vita diſceſſere, cum amplius nobiſcum eſſe
non poſſint, neq; nos alloqui, eorum ver-
2 bis, ex quibus, mens habetur, (ad *tex. in l. La-
beo 7. §. id Tubero ff. de ſuppellect. legat.*) inſerui-
re nos oportebit, neq; (ne lactum quidem
vnguem, vt dici ſolet) ab illis aberrare. Ita
planè Marcellus *lib ſingular. reſponſorum in l.
non aliter 67. ff de legat. 3. ad tex. in l. 1. §. ſi quis*
,, *nauem circa fin.* ibi: In re igitur dubia meliùs
,, verbis edicti ſeruire *ff de exercitor. actione*, di-
ximus *reſponſ. noſtra 27. nu. 14. part. 1.* Ratio-
nem refert *Neuizanus conſ. 31. num. 1.* Quia
3 teſtantis animum non videmus, (dicens) ſo-
luſq; Deus ſcrutator eſt cordium. *cau. eru-
beſcant. 11. 32. diſt. cap. tua nos 34 in fin. de ſi-
mon.* diximus, *reſpon. 1. num. 27. part. 1.* Verbis
itaque inſeruiendum nobis erit in hac ſu-
prema teſtatoris huiuſce voluntate inter
prætanda, ne ab ea longè aberrare nos con-
4 tingat. Eſt enim illa lex omnibus, qui ex
eius bonis commodum carpere tentant. *§.
diſponat in auth. de nuptijs collat. 4.*

Simeõ ergo de Ferrante Ciuitatis Cauæ
in ſupremis ſuis elogijs vniuerſalẽ ſibi hæ-
redem dixit Pium Montem Sanctæ Mariæ
de Victoria intus Venerabilem Parochia-
lem Eccleſiam Sancti Nicholai à Pucciato
Ciuitatis eiuſdem. Mandauitque, vt ex om-
nibus reſiduis introitibus, & fructibus hære-
ditatis in matrimonio locandis puellis, vel
etiam Religioni addicendis, nonnullorum
tibi ſanguine iunctorum, in perpetuum he-
redis cura eſſet, certa dote eis deſcripta. In-
ter alia verò ſequentibus diſpoſuit: *Et ad*
,, *ogni vna delle figliuole nate, e che naſceranno*
,, *della linea maſcolina in infinitum dal Signor
Ceſare Salſano, ſe diano cento docati.*

Nonnullæ ex his puellis ex linea dicti
Cæſaris viris locatæ fuere, poſt quidem te-
ſtamentum dicti Simeonis, verùm ante quã
vitæ ille terminum daret vltimum. Poſt ſu-
prema huius funera inter Montis præfati
Gubernatores, & puellas has lis non modi-
ca orta eſt: poſſent ne, quæ viris locatæ iam
fuerãt, vitali dum aura perfruebatur teſtator,
legatum conſequi centum, illis demanda-
5 tum? Negantibus Gubernatoribus: quòd
pro locandis coniugio viris legatum puellis
factum, ſi illæ, ante quam concederet fatis
diſpones, copulatæ viris fuerint, minimè eis
debeatur. Et quod cauſa, propter quam le-
gatum ſcriptum eſt, ceſſat; & quod, quæ iam
coniugio copulata fuit, coniungi iterum
non poſſit. ex *Bald. in l. fin. nu. 11. C. de ſentent.
quæ ſine certa quantit. Paulus de Caſtro. conſil.*
148. *proponitur in facto. num. 1. par. 2. Bald. No-
uellus de dote part. 5. num. 12. in fin par. 5. tract.
Palatios Ruuios in cap. per veſtras de donat. inter
virum, & vxorem notab. 3. §. 12. num. 6. in fin.
Pater Thomas Sanchez de matrimonio tom. 2.
lib. 7. diſp. 91. num. 64. Ludouicus Caſauate conſ.
35. nu. 1. & ſeq.* diximus *reſponſ. noſtra 6. nu. 1.
part. 1.* quo loco alios quoque retulimus
*Ceuallos communium contrà communes q. 139.
nu. 6. Melchior Phæbus deciſ. Luſitan. 11. num. 8.
in 3. caſu. & n. 9. in 4. caſu. & numeris ſeq. par. 1*
At nos affirmatiuam ſequendo; deberi le-
gatum, quamuis matrimonio iunctis hiſce
puellis, reſpondendum è veritate magis cen
ſemus.

6 Quia profectò ſatis ſuperq; eſt: conditio-
nem impleri nuptiarum, quamuis nõ tem-
pus impleatur, poſt ſuprema teſtantis fune-
ra, quod per ipſum exactum minimè fuit.
firmum id apertiſſimè facit Vlpianus *lib. 23.
ad Sabinum. in l. hæc conditio 10. ff. de condit. &
& demonſtrationib.* ſequentibus loquens: *Hac*
,, *conditio, Filia mea cum nupſerit, talis eſt, vt*
,, *qui teſtatus eſt, impleri ſolummodò conditionem*
,, *voluerit, non etiam ſatis exigi, quando. Et ideo,*
,, *& ſi viuo teſtatore nupſerit poſt teſtamentum*
,, *factum: impleta conditio videtur: præſertim cum*
,, *conditio hæc talis ſit, vt ſemel impleri debeat.* Ita
7 Vlpianus. Huic accedit nec incomine ſen-
tentiæ Martianus *lib. 2. fideicommiſſorum in l.
conditionum 90 ff. eod. de condit. & demonſtrat.*
quo loco, tria conditionum tempora di-
ſtinguens, quædam quæ ad id tempus, quo
teſtatur viuat; quædam ad tempus, quod
poſt mortem eius futurum eſt; quædam ad
alterutrum pertineant: cùm tempus vel cer-
tum, vel infinitum comprehendatur. Si hoc
,, ſpectetur: vt puta: *Si filio meo nupſerit: vel*
,, *viuente, vel mortuo teſtatore impleri poſſit.* (in-
,, quir.) *Et prima quidem, ac tertia* (ſubnectẽs)
,, *ex relatis conditionibus infinitum tempus ha-*
,, *bent. Quandocunque enim nupſerit, impletur*
8 *conditio.* Sic Martianus. Quia igitur infinitũ
tempus conditio illa habet pro puellis ma-
trimonio locandis; non certum ac deter-
minatum; quandocunque implebitur per
nuptias ſubſequutas, ſiue in humanis agen-
te, ſiue defuncto teſtatore, (poſt quidem
rogatum elogium) legatum debebitur. Ita
enim conditio impleta habebitur, quando-
cunque ante mortem, vel poſt mortem, vt
Gloſſ.

Gloſſ. ibidē verbo *Infinitum*, ſubnectit. Quia
tempus infinitum eſt, non certum. (dica-
mus nos.)
9 Ad amuſſim, apertiſſimiſque verbis, vt
prouerbium nullum dicat, (iuxta Apoſto-
lorum ad Chriſtum Dominum noſtrum
,, verba, Ioannis. 16. 29. *Ecce nunc palàm*
,, *loqueris*, (dicentium) *& prouerbium nullum*
dicis; quia apertè illis verbis loquutus fue-
rat.) Imperator eddicit Iuſtinianus, in *l. ſi*
,, *quis hæredem. 7. C. de inſtitutionib. & ſubſtitut.*
,, ſequentibus loquens: *Si quis hæredem ſcri-*
,, *pſerit ſub tali conditione. Si ille Conſul factus*
fuerit, vel Prætor: vel ita filiam ſuam inſtituerit
,, *hæredem: Si nupta fuerit: Viuo autem teſtato-*
,, *re, vel ille Conſul præceſſerit, vel Prætor fuerit*
,, *factus; vel filia eius nupta fuerit: vel adhuc vi-*
,, *uo teſtatore Conſolatum quidem, vel Præturam*
,, *illi depoſuerint, filia autem eius diuerterit: Om-*
,, *ni veterum dubitatione exploſa, ſancimus, quan-*
,, *documque impleta fuerit conditio, ſiue viuo eo,*
,, *ſiue mortis tempore, ſiue poſt mortem, conditio-*
,, *nem videri eſſe completam. Quod & in legatis,*
,, *& fideicommiſſis, & libertatibus obtinendum*
10 ,, *cenſemus: ne dùm nimia vtimur circa huiuſ-*
,, *modi ſenſus ſubtilitate, iudicia teſtātium defrau-*
,, *dentur.* his Imperator. Rationem dictorum
11 reddit *Gloſſ. ibidem verbo completam* ſequen-
tibus & ipſa Imperatoris ſēſum lucidiorem
,, reddens: *Hic dic, quod ſi conditio eſt caſualis,*
,, *etiam ante mortem poteſt impleri. & etiam igno*
,, *rante eo, cui proficit eam impleri. Si autem non*
,, *eſt caſualis; ſi quidem eſt in dando, tunc mortuo*
,, *demum teſtatore impletur, & à ſciente. Si autē in*
,, *facto, ſi quidem tale eſt, quod facile fieri poteſt,*
,, *vt aſcendere Capitolium, tunc idem ſicut in dan-*
,, *do dixi: Si verò non facile, vt ſi Titius erit Cō-*
,, *ſul, vel nupſerit illi; tunc etiam viuo teſtatore,*
,, *vt dixi in caſuali, etiam ab ignorante.* his *Gloſ.*
quam diſtinctionem approbat poſt alios,
quos refert, idem *Caſanate d conſ. 35. nu. 7. &*
8. alios referens, parique modo *Ceuallos. d q.*
139. nu. 7. & ſeq. Antonius Gomezzius variar. re-
ſolut. lib. 1. cap. 12. de legatis. nu 61. Natta conſ.
485. num. 1. & ſeq. Illuſtriſſimus ille Præſul
Aſtoricenſis Eccleſiæ Epiſcopus *Franciſcus*
Sarmiento ſelectarum Iuris interpretationum
lib. 2. cap. 1. nu. 10. & dixit in ipſis noſtris ter-
minis *Paulus de Caſtro d. conſ.* 148. pluribus
hanc confirmans ſententiam. *Melchior Phæ-*
bus d. deciſ. 11. nu. 4. in primo caſu. Eminentiſſi-
mus Card. Mantica *de coniectur. vltimar. vo-*
lunt. lib. 10. tit. 5. nu. 16. & ſeq.
12 Lucidioremq. rem hanc fecerimus, ſi per-
pendamus; teſtatorē cum pro matrimonio
puellis iungendis bona ſua diſtribui manda
uit, ad Deum reſpectum potiſſimè habuiſſe.
13 Eſt enim puellarum dotatio pia admo-
dum cauſa. *Palatios Ruuios d. notab. 3. §. 12.*
num. 6. Perez de Lara de cappellan. lib. 1. cap. 21.
nu. 10. diximus *reſponſ. 3. n. 28. 29. & 30. par. 1.*
14 Ita autem pro Deo legata puellæ dos vide-
tur eſſe, ſi viuente adhuc diſponente (poſt
tamen confectas tabulas) illa matrimonio
viro locetur, ſicuti ſi poſt funera. Ad puellæ
enim commodum ille diſpoſuit, vt data do-
te locari poſſet. Nihil igitur erit, ſiue ante,
ſiue poſt ſuprema ſua funera illa viro iun-
gatur; modo tamē copuletur, & illa ad Deū
præces fundat pro eo, qui dotem parauit,
15 quam non habebat. Conſequitur proinde
effectum ſuum, quem optauerat teſtator, ſi-
ue eius ante ſuprema funera illa viro iun-
gatur, ſiue poſt: quin multo maiore cum fœ-
16 nore, quia ante. præuenit nempè ſibi faces
in tenebris. argumento *tex. in cap. inter opera*
20. de ſponſalib. Percipe Spiritus ſancti verba
17 per Salomonem *Eccleſiaſtes 11. 1. Mitte*
,, (dicentis) *panem tuū ſuper tranſeuntes aquas,*
,, *quia poſt multa tempora inuenies illum.* Quæ
,, verba *Gloſſ. interlinearis* ſequentibus inter-
,, pretatur. *Mitte, vel abſconde eleemoſynam in*
,, *ſinu pauperis; quia in die Iudicij, cum multo fœ-*
,, *nore reddetur tibi, ſicut ſemen in irrigua terra.*
,, ita illa. Et Lyranus *ibidem*. Mitte panem
,, tuum &c. *Largiendo cibū, & potum indigenti-*
,, *bus, & maximè peregrinis tranſeuntibus, qui di-*
,, *cuntur hic aqua (aquæ) eo modo loquendi, quo*
,, *dicitur Apocalypſis* 17. Aquæ multæ populi
,, multi. *Et aqua tranſeuntes, quia peregrini*
,, *tranſeunt ad terram ſuam, ſicut aqua ad mare.*
,, Quia poſt multa tempora inuenies illum;
,, *Recipiendo inde mercedem non ſolùm in futuro;*
18 ,, *ſed etiam aliquando in præſenti.* Quia *pietas*
,, *ad omnia valet, promiſſionem habens vitæ, quæ*
,, *nunc eſt, & futuræ. prima ad Timoth. 4.* Sic
Lyranus.
19 Admodum enim proficiunt diſponen-
ti pia opera in charitate gratum faciente fa-
cta, dum in humanis adhuc agit; & quoad
meritum, & quoad ſatisfactionem: quoad
meritum quidem quatenus ſunt bona, atq.
ex diuina motione procedunt: quoad ſatiſ-
factionem verò, quatenus ſunt pœnalia, &
per illa quis pænam patitur. *Sanct. Thom. 1.*
2. q. 114. art. 6. can. animæ defunctorum 12.
præſertim *in fin. verſ. vbi & illud 13. q. 2.*
quo ſequentibus Gregorius Papa 2. argu-
20 mentum hoc exagerat: *Vbi & illud ſalu-*
,, *briter diſcitur, quanta poſſit eſſe remuneratio*
,, *pro eleemoſynis, quas viuentibus, & ſentienti-*
,, *bus exhibemus: ſi neq. hoc apud Deum perit,*
,, *quod exanimis hominum membris officii, di-*
,, *ligentiaque perſoluitur*; ex quo *tex. verbo exa*
nimis. argumentum elicit *gloſſ.* ad rem no-
,, ſtram ſatis aptè, dicens: *Et eſt hic argumen-*
21 *tum, quod magis meretur homo impendendo*
,, *aliquid viuis, quàm mortuis. tex.* quoque *in*
can. 1. 26. q. 7. Martinus *Nauar. Azpiqueta*
de iubileo, & indulgent. notab. 13. n. 3. 4. & 5.
Cardin. Tolet. inſtructionis ſacerdotalis. lib.
6. cap. 21. verſ. ſit ſecundum fundamentum.
Quamob cauſam optimum tribuit conſiliū
22 idem *Nauar. in man. cap. 26. num. 36. circa*
fin.

ſtn. cuicunque de rebus ſuis ad pia diſpoſi-
„ turo, vt cùm probabiliùs exiſtimat ſe in ſta-
„ tu gratiæ, (qui, vt plurimum videtur eſſe poſt
„ confeſſionem, & communionem) teſtamentum
„ antea factum, cum omnibus in eo contentis ra-
„ tificet, & offerat Deo ad gratias eius. ad remiſ-
„ ſionem peccatorum promerendam iuxta men-
23 tem omnium. Sic Nauar. Nam debet teſta-
„ tor (vt idem ipſe Nauar. eod. n. 36. in princ.
„ dicit) operam dare, vt in ſtatu gratiæ teſta-
„ mentum faciat; quia id faciens in ſtatu peccati
„ mortalis, nullam gratiam, nec gloriam mere-
„ tur iubendo ſuffragia, vel alia pro ſua anima
„ fieri; quamuis poſtea in ſtatum gratiæ redeat,
24 & in eo moriatur: ſicut nec ad illum effectum
„ alia opera in peccato mortali facta proſunt.
„ Sic ille. can. nihil enim prodeſt. 23. de conſe-
crat. diſt. 5. gloſſ. in cap. quod quidam 5. verbo
non ſit vera. de pænit. & remiſſ. S. Thom. 3. par.
q. 89. art. 3. & 4. idem Nauar. de iubileo no-
tab. 19. n. 9.

Satis igitur è re erit diſponentis ad pia; vt
puella, etiam relictam conſeqaatur dotem,
quæ viuente adhuc, atque in humanis agẽ-
te illo, matrimonio coniuncta eſt viro ſub
ſpe illam conſequendi tandem, quàm ſi
poſt ſuprema eius funera matrimonio iun-
25 gatur. Quia orabit interim illa Deum præ
ponentem pro illo, & vt tandem ſoluta è
corporis ergaſtulo anima, recipiat illam in
æterna tabernacula; cum in humanis agens
adhuc amicos ſibi fecerit de mammona
iniquitatis, iuxtà Domini, & Dei, ac Salua-
26 toris noſtri Ieſu Chriſti conſilium apud
„ Lucam 16. 9. Et ego vobis dico (aientis) facite
„ vobis amicos de mammona iniquitatis, vt cum
„ defeceritis, recipiant vos in æterna tabernacu-
27 la. Quem locum ſequentibus interpreta-
tur, & illuſtrat, fulgentiſſimũ illud orbis
totius, ac Neapolitanæ Vrbis lumen Tho-
mas Aquinas Doctor Angelicus. d. art. 6. q.
„ 114. 1. 2. ad 3. Ad tertiũ dicẽdũ, quod pauperes
„ eleemoſynas recipientes, dicũtur recipere alios
„ in æterna tabernacula, vel impetrãdo eis veniã
„ orando; vel merendo per alia bona, ex cõgruo;
„ vel etiam materialiter loquendo, quia per ipſa
„ opera miſericordiæ, quæ in pauperes exercet,
„ meretur recipi in æterna tabernacula. Sic S.
28 Thomas Confeſſor egregius, & Doctor,
quin Martyrem dixerim? Cùm nempè
Gregorius X. Põtifex Maximus anno 1272.
ad Græcorum errores confundendos, eoſq.
ad veram, & catholicam fidem, Romanæq.
Eccleſiæ obedientiam reuocandos Conci-
lium Lugduni celebrandũ indixiſſet; Tho-
mam Aquinatem tunc Neapoli degentem
in Conuentu S. Dominici, ob inſignem, ac
ſingularem eius, ac pænè diuinam doctri-
nam ad Concilinm præfatum euocauit, qui
(vt Romeni Pontificis iuſſa compleret) ſta-
tim ſe Romam verſus itineri dat. Regna-
bat tunc Neapoli Carolus Primus Angoi-
nus, impijſſimus Rex, atque ſceleribus ple-
nus. Thomæ virtutis, ac ſanctitatis, inſigniq.
eius doctrinæ non ignarus, veritus ne in
Concilio peſſimos mores, ac depratos, & ad
tyrandidem inclinantes, redargueret; atque
Romanum Pontificem ad inſurgẽdum ad-
uerſus eum moneret; cuidam Phiſicho, ſuo
familiari mandat, vt eũ in via veneno per-
dat, quod & factum eſt. Per Campaneam
enim tranſiens paulum ex ſtomaco langue-
29 re cepit, cibum nauſeans; atque ad Mona-
ſterium Foſſæ nouæ Ordinis Ciſſetſientiũ
duobus millibus paſſibus à Piperno diſtãs,
perueniens, ita graui morbo correptus fuit,
vt in eo diem viderit vltimũ, (quin primũ,
dixerim non complendũ amplius, æternæ
vitæ.) Ita pro veritate Sanctus Doctor ve-
neno petitus mortem obiuit. Rem hanc
narrat Ioannes Villanus, illius temporis ve-
ridicus Hiſtoricus, quẽ ſequutus fuit Chry-
ſtophorus Landinus in commentarijs ad
Dantem Pœtam. de Purgatorio Cantico
vigeſimo in illa eiuſdem carmina

„ Carlo venne in Italia, e per ammenda
„ Vittima fè di Corradiuo, e poi
„ Ripinſe al Ciel Tomaſo per emenda.

Qui acriter impietatis dictum Carolum
Regem redarguit, quod lumen Eccleſiæ
veneno extinguere tentauit, cum è medio
tolllens, veritus ne in barbaram, ac ſcele-
ſtiſsimam vitam eius in Concilio inſurge-
ret. Sequutus eſt etiam eos Thomas Coſto
in Apologia Hiſtorica Regni Neapolitani
lib. 2. de Carlo Primo Angioino loquens
fol. mihi 46. & 47. Sanctus quoque Antoni-
nus Archiepiſcopus Florentinus in ſumma
30 hiſtoriali par. 3. tit. 20. cap. 5. §. 8. de canoni-
zatione agens S. Doctoris, quæ facta fuit an-
nò à nato Domino MCCCCCXXIII. Menſe
Iulij Auinione, ſedente in Sede Apoſtoli-
ca Ioanne XXII. ſequentibus & ipſe teſta-
„ tur. eodem anno in fine Iulij, Papa Ioannes de
„ Conſilio Cardinalium, & aſſenſu omnium Præ-
„ latorum, qui erant in Curia tunc Auione mo-
„ rante: præmiſſa diligenti examinatione, de vi-
„ ta, & doctrina, & miraculis eius, Beatum Tho-
„ mam de Aquino, qui fuerat in vita Sacræ
„ Theologiæ profeſſor, Ordinis Prædicatorum,
„ cum conſueta ſolemnitate Sanctorum Cathala-
„ go aſcripſit. Eius Feſtum 7. Martij celebran-
„ dum mandauit, qua die migrauerat ex hac lu-
„ ce apud Monaſterium Foſſæ nouæ in Cam-
„ pania, ad quod Monaſterium declinauerat
„ infirmatus in via, qua de Neapoli pergebat
„ Lugdunum ad Concilium generale, ad quod
„ euocatus fuerat à Gregorio X. propter eminen-
31 tẽ ſcientiã eius anno Domini MCCLXXIV.
„ Vita verò eius anno quinquageſimo incoante.
„ Cuius & doctrina approbata fuit ab Eccleſia,
„ & meritò quia ſtilus breuis grata facundia,
„ celſa, clara, firma ſententia. De libris, quos
„ edidit habetur ſupra tit. præcedenti. Et à qui-
„ bus.

,, *buſdam dictum fuit, et in Chronica referunt:*
,, *veneno ſibi propinato in cibo eum fuiſſe extin-*
,, *ctum à quodam familiari Regis Caroli, vt ei*
,, *complaceret: quia de familia erat ipſe Tho-*
,, *mas Comitum Aquinatorum, qui fuerant ſibi*
,, *rebelles; timens ne forte ſi ad Cardinalatum*
,, *aſſumeretur, eſſet ei contrarius. hoc tamen non*
,, *clarè habetur.* huc vſque Sanctus Archiepi-
ſcopus Antonius.

Pro veritate itaque cùm occubuerit San-
ctus hic Doctor veneno petitus: nō iniuria
32 Martyrē appellauerimus. Nō ne pro veri-
tate capite minutus occubuit Sanctus Do-
mini Præcurſor Ioannes Baptiſta, cuius in-
ter natos mulierum non ſurrexit maior.
,, *Matthæi* 11. Dicebat enim Ioannes Herodi:
,, Non licet tibi habere vxorem fratris tui.
Marci 6.18. Faciunt rem hanc planè perſpi-
cuam verba aurei illius oris Sancti Ioannis
Chryſoſtomi, ſuper verba illa Saluatoris
33 noſtri. *Matth.* 5. 10. Beati qui perſecutionē
,, patiuntur propter iuſtitiam, quoniam ip-
,, ſorum eſt regnum cælorum. quæ refert
etiem Sanctus hic noſter Angelicus Do-
ctor in Catena aurea in Euangelica in
Matth. ſequentibus nempè ille: *Non enim*
,, *dixit: Beati qui perſecutionem patiuntur; ne*
,, *putes illum ſolum beatum, qui perſecutionem*
,, *patitur propter idola colenda. Ideo ab hæreti-*
,, *cis perſecutionem patiens propter veritatem*
,, *non relinquendam, beatus eſt, quia propter iu-*
,, *ſtitiam patitur. Sed & ſi quis ex potenti-*
,, *bus, qui Chriſtiani videntur, forſitan pro-*
,, *pter ſua peccata correctus à te, fuerit te per-*
,, *cutus, beatus es cum Ioanne Baptiſta. Si*
,, *enim verum eſt, quod Prophetæ Martyres ſūt;*
,, *ſinè dubio, qui propter cauſam Dei aliquid pa-*
,, *titur, & ſi à ſuis patitur, mercedem martyrii*
,, *habet. Et ideo non poſuit Scriptura perſonas*
34 *perſequentium; ſed ſolam cauſam perſecutio-*
,, *nis, vt non aſpicias, qui te perſequitur, ſed pro*
pter quid? Ita S. Chryſoſtomus; ad *tex. in can.*
baptiſmi vicem 34. *vbi Gloſſ. verbo Crucifixus*
de Conſecrat. diſt. 4. quo loco Auguſtinus
35 contra Donatiſtas *lib.* 4. *cap.* 22. Latronem
in cruce cum Chriſto pendentem marty-
rem fuiſſe dicit, non quia paſſus, cùm ob
facinora cruci datus fuerit; ſed quia Chri-
ſtum confeſſus fuit. Martyr enim interpre-
tatur confitens ſecundùm *Gloſſ. ibid.* Cauſa
igitur non pœna Martyrem facit. & dixi-
mus in *noſtro Apologetico*, pro Eccleſia no-
ſtra Iuuenacen *n.* 128. Non igitur, (facta no-
bis occaſione) dimittendam putauimus hu
ius tanti Sancti, atq. Eccleſiæ Doctoris, me-
moriā hāc. Verū reuertatur (obſecro) noſtra
oratio ad locum, vnde digreſsi fuimus. ſatis
36 nempè è re eſt eius, qui ad pia diſponit, dū
adhuc ipſe ſuperſtes eſt, ſi pia erogētur ope-
ra. Proſunt enim vt lucem ei faciant ad in-
cognita profecturo. Audiat quiſque quid
Spiritus eloquatur Sanctus ſapientis lingua
,, *Eccleſiaſtes.* 9.10. *Quodcunque facere poteſt*
,, *manus tua,* (inquiens) *inſtanter operare:*
,, *quia nec opus, nec ratio, nec ſapientia, nec*
,, *ſcientia erunt apud inferos, quo tu properas.* ad
,, hunc locum. *Gloſſ. interlinearis* ſuper verbū
,, illud inſtanter operare: *Dum dies eſt, dum*
,, *tempus habes;* addit. Et ſuper illis: Quo tu
,, *Iob. Homo fugit velut vmbra, & nunquam in*
,, *eodem ſtatu permanet.* Et Lyranus in eundē
locum: quodcumque poteſt manus tua in-
,, ſtanter operare. *id eſt,* (inquit) *quantum po-*
38 *tes operibus meritorijs inſta.* Dum in huma
nis igitur manemus operandum nobis eſt:
iuxta illam Pauli conſequentiā ad *Galatas*
,, 16.10. *Ergo* (dicentis) *dum tempus habemus*
,, *operemur bonum ad omnes.* quæ verba expli-
cans Dionyſius Cartuſianus ſequentibus
commentum agit: *id eſt quandiù durat hæc*
,, *vita præſens, omnibus quantum poſſibile eſt,*
,, *benè faciamus* (*ſicut generalis exigit charitas*)
,, *corporalia, ſeù ſpiritualia bona noſtra eis cōmu*
39 *nicando.* Sic iſte. Satius itaq. atq. è re magis
eſt teſtatoris, vt ei quoq. dos ſoluatur, quæ
matrimonio locata fuit, dum ipſe viuens, &
inter homines agens, adhuc mereri per bo-
na opera poterat, veluti & demereri per
40 peccatum; quàm quod poſt mortem, dum
iacta iam eſt alea: Et *Si ceciderit lignum ad*
,, *auſtrum, aut ad aquilonem, in quocunque loco*
,, *ceciderit, ibi erit* vt Spiritus loquitur ſanctus
,, *Eccleſiaſtes.* 11. 3. vbi *Gloſſ. interlinearis*: Si
ceciderit lignum, *Homo:* ad auſtrum, *in calore*
charitatis Spiritus ſancti. aut ad aquilonem; *in*
frigore infidelitatis. In quocunque loco ceci-
,, derit. *Moriendo.* ibi erit. Quia *locum, quem tibi*
,, *hic præparaueris, in futuro habebis.* vt Lyranus
ibidem commentum agit.
41 At per bona opera, ac miſericordiæ, præ-
ſertim in indigentes, magnam nobis acqui-
rimus diuinæ pietatis gratiam, vt per elee-
moſynā peccata omnia extinguamus. Au-
di S. Iſidorum de ſummo bono *lib.* 3. *cap.* 64.
ſequentibus rem hanc manifeſtantem. *In*
42 ,, *tantum eleemoſynarū opera peccata extingūt,*
,, *atque in tantum in regnum ſeculi futuri profi-*
,, *ciunt, vt etiam Iudex cæleſtis in futuro iudicio*
,, *veniens, in dextera conſiſtentibus dicat: Eſuriui,*
,, *& dediſtis mihi manducare: Sitiui, & dediſtis*
,, *mihi bibere: hoſpes eram, & collegiſtis me: nudus*
,, *eram, & cooperuiſtis me. Quibus etiam benè*
,, *promittit, dicens: Venite benedicti Patris mei per-*
,, *cipite paratum vobis regnum. His autem, quos*
,, *nulla præcedentia eleemoſynarum facta ſequun-*
,, *tur, æterni Iudicis voce ſic dicitur: Eſuriui, & nō*
,, *dediſtis mihi manducare: ſitiui, & non dediſtis*
,, *mihi bibere. Quibus iuſtè dicitur: Diſcedite à me*
,, *maledicti in ignem æternum, qui paratus eſt dia-*
43 ,, *bolo, & angelis eius. Qui hic miſericordiā non*
,, *impartit, illic pietatis fructum nō inuenit: exem-*
,, *plo ardentis diuitis, qui in inferno, ad tenuiſſima*
,, *petenda compulſus eſt, qui hic tenuiſſima negare*
44 ,, *ſtuduit. Quid tribui ſubtilius, quid diſtrictius*

,, *petere*

petere poterit? Guttam aquæ ardens petijt, qui micas panis negauit. Serò diues oculos aperuit, quando Lazarum pauperem requieſcentem vidit, quem iacentem ante ianuas videre deſpexit. Sic Sanctus Iſidorus. Proficit certè eleemoſyna indigenti facta dum viuimus, vt miſericordiam dum morimur ab iuſtiſſimo Iudice impetremus. Quin adeo potens eſt eleemoſyna piè indigentibus elargita, vt Omnipotentis manus quoque retineat, ne operantem, ob admiſſum aliquod ſcelus dignis caſtigationibus flagellet. Percipe quæ ſatis ad rem Sophronius in prato ſpirituali *cap.* 175. piè narrat; ſequentibus dicens: *Narrauit nobis quidam Patrum de Zenone Imperatore, dicens: quod mulierem quandam in filia ipſius iniurioſè tractauerit. Hæc autem vacabat in templo Dominæ noſtræ Dei Genetricis orans eam, & deprecans, & cum lacbrymis dicens: Vindica me de Zenone Imperatore. Cùm ergo multis diebus hoc faceret, apparuit Sancta Dei Genitrix, dicens: Crede mihi mulier, vltionem tuam ſæpè facere volui, ſed manus eius prohibet me. Erat enim valdè miſericors, & eleemoſynas facien.* his Sophronius.

45 Ne igitur impedimento ſint Montis huius Adminiſtri pio huic teſtatori, ne miſericordiam, ac pietatem, ex relicta pauperibus puellis dote, vt viris honeſtè collocari valerent, conſequatur; quod ex illis aliquæ matrimonium inire, dùm adhuc nobiſcũ, homo cũ hominibus, ageret Teſtator: quòd altius illi proficit ſi conſequantur relictam dotẽ, quod viueret adhuc ille, quàm ſi poſt ſuprema eius funera, viris locentur.

Hoc porrò arbitrari magis debebunt, tãquam boni viri. ad *text in l. fideicommiſſa* 11. 5. *ſi fideicommiſſum relictum. verſ quanquam autem fideicommiſſum. vbi gloſſ. verbo arbitrium ff. de legat.* 3. Quod in animæ commodum vergat teſtatoris. *ad tex. in l. non ſine* 5. *C. de bonis, quæ liberis. & l. non nunquam* 8. *circa fin. ff. de collatione bonorum* argumento. *text in cap. cum tibi.* 13. *de teſtament. Syluestr in ſum. verbo teſtamentum* 2. *nu* 7. *verſ. tertium ſi teſtator dedic* diximus *reſponſ. noſtra* 11. *num.* 37. & 38. *par. prima.*

47 Accedit his etiam, quòd non ſanè conditionale, ſed purum legatum hoc dotis pro puellis hiſce Cæſaris Salſani videtur, vt ne dum illis debeatur, poſt quam lucem hanc aſpexere, & natæ fuere; verùm & illud ad ſuos tranſmittant poſtquam in hanc mundi orbitam introiere, ex vtero egreſſæ materno; quamuis, priuſquam nuptijs locarentur, vſuram amiſerint pręſentis vitæ. Fit hoc firmiſſimum ex his, quæ Imperatores Seuerus, & Antoninus, in *l. ſi Potionilla* 3. *C. quando dies legati, vel fideicommiſſi cedat.* diſpoſuere: *Si Potionilla* (inquiunt) *ad eam ætatem peruenerit, cui legatum, vel fideicomiſſum relictum erat: petitionẽ ad hæredes tranſmiſit: licet antè deceſſerit, quàm conſequeretur legatum, vel fideicommiſſum.* Sic Imperatores legis Conditores. Quia non ſub conditione, ſed petitio dumtaxat in tempus legitimæ ætatis dilata videtur. Fuit itaque purum legatum. Perſpicaciuſque id aperitur ex his, quæ Alexander Imperator. A. Maximo in *l. ex his verbis* 5. *C. eod.* edicit. *Ex his verbis* (inquiens) *Do, lego Æliæ Seuerinæ filiæ meæ, & ſecundæ decem, quæ legata accipere debebunt, cùm ad legitimum ſtatum peruenerint; non conditio fideicommiſſo, vel legato inſerta, ſed petitio in tempus legitimæ ætatis dilata videtur. Et ideo ſi Ælia Seuerina filia teſtatoris, cui legatum relictum eſt, die legati cedente, vita functa eſt: ad hæredem ſuum actionem tranſmiſit: ſcilicet, vt eo tempore ſolutio fiat, quo Seuerina ſi rebus humanis ſubtracta non fuiſſet, vigeſimum quintum annum ætatis impleſſet. Nõ ceptum enim annum, ſed impletum (ſi de emolumento fideicommiſſi tractetur) expectandum eſſe, prudentibus placuit.* Ita Imperator. Nihil itaq; dilucidius expectari potuit. Nec alienum ab hoc eodem ſenſu ſe præbuerat antea Papinianus, *lib.* 9. *reſponſorum in l. Firmio Heliodoro* 26. *§. cùm ab hæredibus, ff. quando dies legati cedat.* Qui ſequentibus rem hanc ipſam aperuit: *Cum ab hæredibus alumno centum dari voluiſſet teſtator, eamq; pecuniam ad alium transferri, vt in annum vigeſimum quintum trientes vſuras eius ſummæ percipere alumnus, ac poſt eam ætatem ſortem ipſam intra vigeſimum quintum annum eo defuncto, tranſmiſſum ad hæredem patri fideicommiſſum reſpõdi. Nam certam ætatem ſorti ſoluendæ præſtitutam videri: Non purè fideicommiſſo relicto conditionem inſertam.* Sic Papinianus. Nullam ergo conditionem legato centum dixit Simeon teſtator Cæſaris Salzani filiabus ſoluendo; ſed purè illud eis ſolui præcepit ſiue natis, ſiue naſcituris in infinitum. Nullam proinde nec tergiuerſationem illis facient Montis huius Adminiſtri, quod aliquæ earum ſupræma præuenerunt teſtatoris funera, ſeq; coniugio

48 viris adiunxere. Neque enim ſub conditione matrimonij tempus præfinitum fuit, ſed ſolutioni additum, vt illo tempore fieret. vt verbis loquamur Imperatoris in *d. l. ex his verbis*. Huic ſententiæ adſtipulatur, (aducta explota) *Ceuallos d. quæſt.* 138. *num.* 5 *& ſeq.* eamque communem dicit ex *Imol. in l. Titio centum, §. Titio genero. n.* 10. *ff. de condit. & demonſtrat. Baldus Nouellus de dote part.* 6. *priuileg* 70. *nu.* 2. *verſ. tertius caſus. tom.* 9. *tract. Couarruuias in cap officii num.* 9. & 10. *de teſtament. Paulus Pariſius conſ.* 25 *num.* 58. 60. 61. & 62. *lib.* 2. *Ludouic. Caſanatæ d. conſ.* 35. *à num.* 8. *cum ſeq. atque per tot.* Qui pluribus rationibus hanc tuetur ſententiam, plures referens, qui eam ſequantur, Doctores *à num.* 15. *cum ſeq. Fernandus Vaſquez Menchacen de ſucceſſionum progreſſu lib.* 3. *§.* 29. *num.* 22. *verſ. contrarium,*

vt ſit purum. Spino in ſpeculo teſtamentorum,
Gloſſ. 14.*num.* 39. & 152. *Melchior. Phœbus d.*
deciſ. 11 *num.*2.& *ſeq.*& *num.*4. *ac ſeq. per.tot.*
*Mantica d lib.*10.*tit.*5.*num.* 12. Neque ab hac
eadem ſententia abhorrere viſus eſt idem
*Pater Thomas Sanchez d.diſput.*91.*num.*65.op-
timè *Menoch.conſ.*60. *num.*37. à ſententia re-
cedens *Bart.*potiſſimum ſi purum,non con
49 ditionale, debere eſſe legatum ex conije-
cturis eruatur, quas verba ipſa ſubminiſtrēt
teſtatoris, & *num.*38. *lib.*1. ſequutus etiam
*Crauettam conſ.*101.*num.*1. *Rota apud S.mem.*
*Gregor.XV.deciſ.*301.*num.*15.potiſſimum ve-
50 rò ſi conditio aliqua non ſubſtantię legati,
ſed executioni illius adiecta fuiſſet, vt per-
penſum fuit in *Romana donationis* 26. *Maii*
1603.*coram eundem S.memor.Ludouiſium Gre*
gor.XV.deciſ 107.*num.*3.& 8. Rota apud Car
*din.Caualer.deciſ.*112.*num.*1.Satis verò diuer
51 ſum eſt, legatum rogari pro dote puellæ,
vel cum ipſa nupſerit,in quo factum nup-
tiarum ſequutarum perpēditur,atque con-
ſequenter effectus eius ſubſequutus per eſſe
ctmas nuptias, quæ cauſam finalem legati
effectui tribuant;quod perpendit *Pariſ. cōſ.*
110.*per tot. lib.*4. & ſequuta fuit Rota apud
*Cardin.Seraphin. deciſ.*959. & *apud S. memor.*
*Gregor.XV. deciſ.*495. *num.*14. *vbi Beltramin.*
52 *num.*16. Aliud verò nuptiarum effectum
ſequutum quidem fuiſſe, verùm in huma-
nis agente adhuc teſtatore,quod perpendit
optime *Paulus de Caſtro d.conſ.*148.ipſe idem
Caſtrenſ.in l.filia legatorum in fin.C.de legat. &
*ibid.Bald.num.*1.& *in l.Lucius,ff.de legat* 2.*Ca-*
*ſanate d conſ.*35.*à num.*8 *cum ſeq. ad finem vſq.*
alijque per eum relati, atque *Ceuallos d. qu.*
148 *num.*6. facitque Rotæ *deciſ. apud S.me-*
*mor.Gregor.XV.deciſ.*428.*num.*3.& *ſeq.Surdus*
*conſ.*393.*num.*52.*lib.*3.

53 Nos verò in hac facti ſpecie in caſu ſatis
diuerſo ab his omnibus quæſtionem inſti-
tuimus:Cùm teſtator filiabus omnibus,tàm
natis, quàm naſcituris ex linea Maſculina
Domini Cæſaris Salſani in infinitum,vnicui
que earum centum ſolui imperait. Sufficie
bat enim eas,vel natas fuiſſe,lucemque hāc
aſpexiſſe, cum teſtamentum condidit Si-
meon, vel poſt modum naſci: nullamque
in hac re conditionem perpendi poſſe, niſi
tantummodo,vel naſci, vel natam fuiſſe, vt
poſtquam lucis huius mundi vſuram acce-
54 perint,legatum ſit purum; differatur verò
ſolutio dumtaxat in tempus matrimonij,
iuxta diſpoſita in *d.l.ex his verbis* 5.C.*quando*
*dies legati cedat.*Omnibus enim natis,& quæ
poſtmodum naſcentur legatum debebitur.
ad Vlpiani ſenſum in *l.qui filiabus* 17.*§.ſi quis*
*ita legauerit,ff. delegat.*1.legatum quippe cen
„ tum ita relictum : *Si qua filia mihi genita erit,*
„ *ei hæres meus centum dato: pluribus natis,vi-*
„ *detur ſingulis tantundem legaſſe.* Eſt ergo purè
legatum relictum. Sequiturque hunc ſen-
ſum *Imola conſ.*113. *num.*2. mox infra refe-
rendus. Perſpicuumque fit, etiam hanc mē-
tem fuiſſe teſtatoris, atque hunc illum ſen-
55 ſum habuiſſe, ex his, quæ ſubſequenter di-
xit, ex quibus, ſicuti ex præcedentibus di-
centis mens habetur,ad *text.in l ſi quis ex ar-*
gentariis 6.*§ ſi initium,vbi Bald. ff.de edendo.l.*
ſi ſeruus plurium 53.*§ fin de legat* 1.*l.Auia* 76.
ff.de condit.& *demonſtrat.Gloſſ.in cap.eam te* 7.
*verbo fidem Chriſti.de reſcript.*diximus *reſponſ.*
40.*num.*69.*par.*1.Subiunxit nempe Simeon
teſtator ſequentibus verbis. *Però ſempre vo-*
„ *glio,che ſiano preferite le più proſſime, e parenti*
„ *di me teſtatore in queſto legato;e che prima ſe ri-*
„ *tronarà maritata,e fatto li ſponſagli prima, ſia*
„ *preferita.*

56 Tempus itaque matrimonij, vel ſponſa-
liorum ſolutioni iniunxit,non conditioni;
eamque præferri voluit, quæ primò viro
matrimonio iugata fuiſſet. Non excluden-
tur ergo puellæ, filiæ, ſiue deſcendentes à
Cæſare Salſano, quòd earum aliquę viuen-
te adhuc teſtatore,(ſed confectis tabulis)iu-
gum ſubiere matrimonij;quin multo magis
in concurſu præferuntur, quia primò mari-
tatæ fuere,& hanc interpretationem mari-
tatæ fuere. & hanc interpretationem ad
amuſſim in caſu noſtro ſequitur *Ioannes de*
*Imola d.conſ.*113.*in cauſa quæ vertitur,*& *ver-*
*ſa eſt.*præſertim *num* 9. *verſ nam videtur quod*
teſtator quem ſequitur *Natta d.conſ.*485. *nu.*
1.& 2.vtrumque *Ceſanate d.conſ.*35.*num.*15.
verſ.idem notabiliter. Omnes porrò ad lega-
tum admiſit, & natas, & quæ naſcerentur,
illamque præferri ex eis voluit,quæ primo
56 marito data fuit. Nullam itaque earum ex-
cluſit,qui omnes dixit,ad *text.in cap.ſolitæ* 6
§.nos autem,vbi etiam Gloſſ.in fin.de maiorit.&
obed.l.Iulianus 65.*ff.delegat.*3.diximus *reſpon.*
51.*num.*59.& *reſponſ.*35.*num.*18.*part.*1. Non
itaque excluſit illam,quæ matrimonio iun-
cta fuit,cum in humanis adhuc ipſe teſtator
57 agebat. Verba profectò illa natas, de natis
vtique tempore,quo tabulas dedit,exaudiri
debent,alioquin non natæ,ſed naſcituræ di
cerentur: actum enim perfectum deno-
tant, atque extantium per natiuitatem eo
tempore,quo teſtamentum dabat. Sicuti,&
naſcituras,intellectum percipit,de naſcitu-
ris poſt perfectas tabulas, niſi ſenſum omnē
teſtatoris peruertere voluerimus, atque te-
ſtantium iudicia, ſenſus ſubtilitate defrau-
dare, quod vetitum perſpeximus per Iuſti-
nianum Imperatorē in allata ſuperius eius
conſtitutione *in l.ſi quis hæredem* 7.*C de inſti-*
tutionib. & *ſubſtitutionibus in fin.* Neque ab
hoc ſenſu longe abit *Imol d.conſ.*113. *num.*1.
58 & *ſeq.* Quin modis omnibus contendun-
dum,vt teſtatoris lex, atque voluntas,eiuſ-
que iudicium exeat,firmumque ſit.*l.*1 *C de*
Sacroſanct.Eccleſ.§.diſponat in authent.de nup-
*tijs collat.*4.*can.vltima,voluntas* 4.13. *quæſt.*2.
l.vel

Digitized by Google

l.vel negare 5. ff.quemadmodum teſtamenta ape-
59 *riantur.* Publicè enim expedit (vt Paulus ibi
loquitur) ſuprema hominum iudicia exi-
tum habere. Retulimuſque alios congeren-
tes, *reſponſ.32.num.29. part.1.* Sicuti nempe
60 verbum naſcituras futurum reſpicit, ita pla
nè natas præteritum, atque iam perfectum per
natiuitatem tempus, *ex text. in l.1.§.1.ff. quod*
quiſque iuris, quatenus Vlpianus ſequenti-
„ bus loquitur: *Nam verbum ſtatuit, rem perfe-*
„ *ctam ſignificat; & conſumatam iniuriam, non ce-*
61 *ptam.* Neque futurum præteritum tempus
compræhendere aptum eſt. argumento *tex.*
in *l nomen filiarum 164. in princ. ff. de verborum*
ſignicat. quatenus probat ibi Vlpianus: *no-*
62 *men poſthumæ non cadere in eam, quæ iam in re-*
bus humanis eſt. Quia (dicamus nos) poſthu-
63 ma non adhuc eſt, mox tamen futura. Dif-
ferentia proinde non incongruè eruitur in-
ter natam, quæ in rebus humanis eſt, & na-
ſcituram, quæ futura eſt. Sequitur *Oldrad.*
conſ.110. ſub num. 2. verſ. ita autem eſt. quem
ſequuta fuit Rota apud *S. memor. Gregor. XV*
deciſ.338. num. 5. vbi Belſtramin. num. 15. Hon-
dedeus conſ.63. num 62. lib.1. Menochius conſ.
97. num. 68. lib. 1. optimè *Berous conſ.53. num.*
21. lib.1. Admiſit propterea Simeon teſta-
tor deſcendentes omnes puellas ex Cæſare
Salſano, tàm natas, quã naſcituras in infini-
tum, vt centum vnaquæque earum conſe-
queretur, illaque præferretur, quæ primo
matrimonij iugum ſubiiſſet. Non itaque
excluſit illas, quæ, quo inter homines ipſe
verſabatur tempore, viris coniunctæ fuere.
Decidit proinde Adminiſtratorum in initio
aſſumptum; legatum pro maritandis
relictum puellis, haud deberi illis, quæ ma-
ritatæ iam ſunt. Quia nimirum ceſſat in illis
finalis cauſa relicti, quæ fuit, vt maritis ho-
neſtæ locarentur, nequæ honoris aleam in-
64 nuptæ ſubirent. Quia profecto faceret ſi-
bi inſtantia locum, quando non aliter de
mente appareret diſponentis, quæ certas vo-
vocauit puellas, ſiue natas, ſiue naſcituras,
eaſque, atque earum vnamquanque centũ
habere voluit, eaque præferretur, quæ prima
65 viro iugata fuiſſet. Neque porrò cauillus in
apertiſſimis teſtatoris verbis perquirendus
fuerit ad illius mentem, ſenſumque ſubuer-
tendum ad text. *in l.3. C. de liberis præteritis*,
ſequiturque *Sanchez d. diſputat 91. num.65.*
Tiraquell. ceſſante cauſa limit. 18. in fin. Ceuallos
d. quæſt. 138. num. 4. 5. & 6. plene *Caſanate d.*
conſ. 35. per tot. à num. 8. cum ſeq. Aliique ſu-
pra relati.

Soluent ergo, neque iniuria Montis Ad-
miniſtri centum his puellis à Cæſare deſcẽ-
dentibus, nihili ducta oppoſitione, quòd cũ
vitalem adhuc auram teſtator attraheret, vi
ris matrimonio traditæ fuere: Cùm voluiſ-
ſe hoc teſtatorem luce pomeridiana clarius
66 perſpiciant. Ne contra eius legem non iurè
faciant, ac peccent, vt probauimus plene *re-*
ſponſ. 7. num. 4. & 5. part. 1. Neuizan. conſ. 21.
num. 19.

Atque ita ex his, cenſoris haud abiecta
lima, reſpondendum cenſuimus.

CAROLVS MARANTA V.I.D. Epiſcopus Iuuenacen.

SVMMARIVM.

1 *Vanitati ſubiecta ſunt cuncta, quæ ſub ſole ſiunt.*
Quia nihil ſub ſole firmum, n. 2.
Et Vana, & inutilia ſunt omnia hominum negotia, ex Gregorio Nanzianzeno, nu. 3.
4 *Voluptatibus implicari huius ſeculi, vanitas, & afflictio ſpiritus.*
5 *Vanitas, pro mendacio apud Hebræos accipitur.*
Locus. Deutoronomij 5, 11. Non vſurpabis nomen Domini Dei tui fruſtrà. elucidatur.
6 *Vanitas vniuerſa, quæ in mundo ſunt.*
7 *Voluptates omnes huius mundi nihil poſt ſe relinquunt. Veluti q i in aqua ſcribunt.*
8 *Locus pſalmi 11. 2. Vana loquuti ſunt vnuſquiſque ad proximum ſuum. Elucidatur.*
9 *Corde, & corde loqui; quid?*
10 *Diuitiæ collectæ in damnum Domini ſui, vanum, atque infirmitas peſſima.*
Locus Ecclesiaſtes 5.11. expenditur.
Diuitijs multa mala ſubeſſe ſolent, num. 11. & ſunt veluti meretriculæ: fluctibuſque maris ſimiles.
11 *Humanæ res omnes mutationi ſubiectæ.*
12 *Ius ex facto oritur.*
13 *Anima rationalis forma eſt ſubſtantialis hominis.*
14 *Voluntas duplex.*
15 *Ideæ in mente artificis, artificium perfectum non ſunt, ſed exemplum artificij perficiendi.*
16 *Idearum ſpecies tres, duæ imperfectæ, vna perfecta, quæ etiam Modellum vocatur.*
17 *Idea, latinè, formam ſignificat, & quomodo? ex S. Thoma.*
18 *Similitudo domus præexiſtit in mente ædificatoris.*
Nam Ideæ ſunt rerum exemplaria ex Platone.
19 *Aedificium perfectum non dicitur ex ſola Idea, & modello, ſed vt perficiatur opus eſt.*
20 *Faciendi voluntas factum non eſt.*

Neque velle facere pro facto æſtimatur.

21 Fugitiuus quis nam dicatur?

22 Opus, & conſilium differunt.

23 Voluntas faciendi, & factum ipſum differunt.

Neque voluntas faciendi pro facto reputatur num. 24.

25 Verba enunciatiua, non vtique ſunt diſpoſitiua.

Vnde imperfectam indicant voluntatem; perficiendam tamen per actum alterius volũtatis, num. 26.

27 Velle aſcendere arborem, & aſcendere, differunt.

Sicuti velle eligere, & eligere, n. 28.

29 Verba, quem voluero, & quem volam, differunt.

30 Pœnitentiæ locus eſt in actu imperfecto, ſecus verò in actu perfecto.

31 Voluntas duplex: in potentia, & in actu.

32 Conſenſus alterius vbi exquiritur, voluntas vnius imperfecta dicitur, ac veluti pars compoſiti.

33 Compoſitum dicitur ex materia, & forma, ſed materia in potentia eſt, forma in actu.

34 Homo componitur ex anima, & corpore, ex hoc vti materia, ex illa, vti forma ſubſtantiali.

35 Entis partes ſunt potentia, & actus.

36 Pars compoſitum nõ eſt. Sed ex vtraque parte conſurgit.

37 Pactum non vnius voluntate, ſed duorum, vt minimùm, perficitur.

38 Pactio quid? ex Vlpiano.

39 In contractibus alter alteri obligatur.

40 Rei ſuę moderandæ cuilibet manet arbitriũ.

41 Voluntatem mutare licet re integra, & abſque alterius præiudicio.

42 Creditor qui conſenſum dederat, vt venderetur res pignori data, voluntatem mutare poterit re integra. Venditione ſcilicet nõ ſequuta.

Ratio redditur. n. 43.

44 Sponſalia contrahens ſub conditione alterius conſenſus, poteſt interim à ſponſalibus recedere.

45 Voluntas inefficax, & conſenſus alterius non accedens, recedendi à diſpoſitis locum faciunt. Et firma perſiſtit reuocatio nu. 55.

46 Cõtractus, vt perfectus dicatur, quatuor perquiruntur cauſæ; materialis, formalis, efficiens, & finalis.

Et quæ iſtæ ſint? elucidatur, nu. 48.

Et his intercedentibus contractus perfectus dicitur, non contrà, num. 49.

47 Perfectum quod nam dicitur?

50 Licet cuilibet in ſuo, quod vult facere.

51 Sua cuique committere iuſtum.

52 Libertatem auferre faciendi in ſuo quod libet, iniuſtum.

53 Iuſtitia cuique quod ſuum eſt tribuit.

54 Iniuſtium eſt quicquid à Iuſtitia deflectit.

Atque proinde peccatum.

56 Promittens ædificare Cappellam, vel incipiens, poterit per Epiſcopum cogi ad perficiendum, actione in factum.

Sicuti, & ad dotandum conſtructam, nu. 57.

Quod ſi è viuis exceſſerit, eius quoque heredes.

Declara id, vt num. 58.

59 Verba ſuo defraudari effectu haud debent.

60 Promiſſio ſimplex, ſicuti & iurata pariter coram Deo obligat. Exaudi ſi abſoluta voluntas fuerit, n. 61.

62 Promiſſio, quæ ſubſequenter accedit ad aliud, acceſſoria videtur, atque ſecundum principalis naturam regulatur.

63 Principali deſtructo acceſſorium quoque corruit.

64 Subſtantia deſtructa, accidentia quoque deſtruuntur.

65 Dos pro matrimonio promiſſa, obligationem haud parit, matrimonio non ſecuto.

Pro oneribus enim matrimonij ſupportandis datur, n. 66.

67 Dos ſine matrimonio eſſe non poteſt.

68 Ex eo; quod non eſt, fieri aliquid natura minime poteſt, & quod non eſt, perire nec poteſt, num. 69.

70 Canonicis non exiſtentibus priuilegia non dantur.

71 Qualitates non dantur rei non exiſtentis.

72 Non entis nulla ſunt qualitates.

73 Fundamento ſublato ædificium corruit, & num. 95.

Fundamenti enim defectus, & ordinem, & rei eſſentiam deficere facit, n. 74.

75 Nullum quod eſt, nullum producere poteſt effectum.

Vnde nec confirmari poterit quod nullum eſt, num. 76.

77 Nihil fit ex nihilo.

niſi per diuinam potentiam, n. 100.

Vnde neque alicuius generis ſpecies eſſe poterit, num. 78.

79 Sacrificia offerri debent in loco per teſtatorem

rem deſignato, neque mutari poterit, (niſi cauſa iuſta ſubſiſtat) ſine piacolo.

80 Clauſulæ (& non aliter, nec alio modo) præciſam naturam habent.

Et conditionem operantur, n. 81.

Atque formam indicunt.

Vt deficiat diſponentis voluntas, ſi aliter fiat, num. 82.

Multoque magis mutata interim voluntate, num. 83.

84 Voluntate inefficaci nulli ius quæritur.

Neque Deo.

Neque hominibus.

85 Voluntas deliberata, atque explicita eſſe debet, vt Deo quis obligetur.

86 Conditio nihil in eſſe, & actu ponit, ſed interim in pura potentia manet.

87 Species componitur ex potentia, & actu.

88 Ex falſo non niſi falſum ſequitur.

Et ex errore error.

89 Errantis conſenſus nullus eſt.

90 Error voluntarium omnino tollit.

Quia errantis voluntas nulla eſt.

Quæ ſane regula nullam admittit reſtrictionem, nu. 91.

92 Conſenſus per errorem præſtitus nihil operatur.

93 Iuriſpatronatus fundatio abſque Ordinarij conſenſu non fit.

Siue præcedat, ſiue ſequatur, n. 94.

96 Pugnantia ſimul ſubſiſtere haud poſſunt.

97 Contraria duo in eodem ſubiecto ſimul eſſe non poſſunt, neque de eo dici.

Quia eorum eſt mutuo ſe explodere, n. 98.

90 Mutatum quod eſt, ſtare non poteſt.

Vt contrà, quod non mutatur, ſtare haud prohibetur.

Omniaque, quę mutantur non ſtant, & quæ ſub tempore ſunt, omnia mutationi obnoxia perſeuerant.

100 Voluntas mutata, voluntas non eſt.

101 Creare, eſt aliquid ex nihilo facere.

102 Voluntate mutata diſpoſitum reſcinditur.

103 Diſpoſitio, ſiue teſtamentum ex voluntatis defectu, etiam ad pia reſcinditur.

Secus vero ſolemnitatum.

104 Epiſcopus exequtor eſt piarum voluntatum omnium, etiam tanquam Sedis Apoſtolicæ delegatus.

Intra annum præſertim, n. 105.

Ad Epiſcopum ſpectat voluntates exequi pias num. 106.

107 Patroni ſi negligentes fuerint in præſentando intra quadrimeſtre ad Epiſcopum collatio deuoluitur.

Quod quadrimeſtre, à die currit notitiæ.

108 Beneficij prouiſio per Epiſcopum fieri non poteſt parte non citata, quæ intereſſe ad illud habet.

109 Vocatus primo loco magis dilectus cenſetur.

110 Negligentiæ qui coarguì debet, in iudicium vocari oportet, atque interpellari, n. 112.

111 Epiſcopo non eſt ius per ſe exequi pias defunctorum voluntates, niſi negligentibus hæredibus, vel executoribus.

113 Citationis defectus eſt inſanabilis, quia iuſtam tollit defenſionem.

Etiam quod de bono iure partis conſtet, n. 115.

115 Defenſio à iure deſcendit naturæ.

116 Citatio vt fiat eius, qui in iudicium petitur, à iure deſcendit diuino.

Vt neque à Principe tolli poſſit, n. 117.

Omiſſa inſanabilem parit defectum.

118 Collatio quid?

119 Beneficium non adhuc fundatum, beneficiū non dicitur; poteſt tamen dici in potentia, fundandum, non in actu.

Et qui nihil habet, nihil dare poteſt.

120 Nihil, & nullum, ſiue inutile vna penduntur trutina.

121 Sententia lata ex vi falſi ſuppoſiti nulla eſt: ſicuti lata parte non citata, n. 22.

123 Sententia, quæ nulla eſt, in iudicatum non tranſit, vt neque reuocatione egeat, n. 124.

Sicuti etiam ſi notorię iniuſta fuerit, n. 125.

126 Actiones defuncti, ſiue actiue, ſiue paſſiue in hæredes tranſeunt. Eiſque bonorum vendicatio competit.

127 Iniuſtæ partis factum iudicantis poteſtas coerceri debet.

128 Pater Alfonſus de Leone celebratur.

129 Franciſcus Antonius Bonaiutus matutina Cathedra Iuris Ciuilis Neapoli moderator fuit.

130 Nihil ſub ſole nouum.

ARGVMENTVM.

Pœnitentiæ locus, an ſit re integra, vt diſcedere cuique liceat, ab eo, quod primò dixerat? Quęue voluntas perfecta, & quę imperfecta

fecta dicatur? Et aliud ne ſit vel le facere, aliud verò facere, vel Ideam præſtituere faciendi? In contractu quę requirantur, vt perfectus dicatur? Et num cogi quis poſſit facere, uel extruere Cappellam, quam conſtruendã deſtinauerat? Sacrificia in loco deſtinato facienda, neque ille mutandus. Quæ ex falſo procedunt aſſumpto, corruunt, neque ſubſiſtunt. Ius conferendi beneficia de iure patronatus ad Epiſcopum deuolui ob patronorum negligentiam in præſentando, quomodo exaudiatur? Neque procedere poſſe iuriſpatronatus fundationem ſine conſenſu Epiſcopi, uel antè, uel cõſequenter. Latè neque inutiliter, quin argumentosè diſſeritur.

RESPONSIO LXXXVIII.

1 QVæ ſub Sole fiunt cuncta, vanita-
ti ſubiecta ſunt. Vt dixerit nec
ab re Sapiens; (*Eccleſiaſtes .1.*)
*Vanitas vanitatum, & omnia vanitas. Quid habet amplius homo de
vniuerſo labore ſuo, quo laborat ſub ſole.* Quic-
2 quid enim operatur homo vanitati ſubie-
ctum eſt, cum nihil ſub ſole firmum.
3 *Vana enim, & inutilia ſunt omnia ea hominũ
negotia, & ſtudia, quæ in humanis rebus ſuſcipiũtur. Nemo enim eſt, qui vtilitatem vllam cum
ijs coniunctã eſſe, dicere poſſit, quæ homines humi
reptantes, & corporibus, & animis perficere con
contendunt, rebus caducis, & temporarijs addi-
cti; ſupra ſydera autem generoſo animæ oculo nè
tantintillum quidem aſpicere volentes.* vt Ma-
gnus Theologus ille Nanzianzi Epiſcopus
oratione 53. initio loquitur. ſitque perſpicuũ
ab his, quæ expertus, idem Sapiens ſubne-
4 ctit. (*Eccleſiaſt. 2 10. & 11.*) *Omnia, quæ deſide-
rauerunt oculi mei non negaui eis,* (dicens) *nec
prohibui cor meum, quin omni voluptate frueretur, & oblectaret ſe in his, quæ præparaueram; &
hanc ratus ſum partẽ meam, ſi vterer labore meo,
Cumque me conuertiſſem ad vniuerſa opera, quæ
fecerant manus meæ, & ad labores in quibus fruſtrà ſudaueram, vidi in omnibus vanitatem, &
afflictionem animi, & nihil permanere ſub ſole.*
5 Vanitas apud Hebræos pro mendacio vſurpatur, vt ita *Deutor. 5. 11. Non vſurpabis nomen
Domini Dei tui fruſtra. quia non erit impunitus
qui ſuper re vana nomen eius aſſumpſerit.* Fru-
ſtra, id eſt in vanum; *Auguſtinus Steuchius*
Chyſami Epiſcopus ibidem explicat. Vanè
id eſt mendaciter. Vanum enim pro men-
dacio accipi ipſe idem ex Hebræo docet.
6 Vniuerſa igitur vanitas, quę in mũdo, ſunt.
Quia ſub ſpecie delectabilium, incautos
7 nos decipiũt, & iisipſis capiamur. *Vt enim qui
in aqua ſcribunt, ſcriptionem quidem per manũ
operantur, litterarum notas in liquido elemento
fingentes; verùm nulla nota in figura remanet;
eodem modo voluptuarium omne ſtudium, &
actio in ijs, quæ fiunt, extinguitur. Simul enim atque actio finem habuit, voluptas quoque deleta
eſt, nec quicquam poſtea reſeruatur.* Ita Elias
Cretenſis in notis ad orationem 10. Nan-
zianzeni in funere Cæſarij fratris *fol.* mihi
383. Vanè, itaque, ac mendaciter omnia,
quæ in mundo habentur, nos ſeducunt, va-
8 nèque nobis loquũtur. vt idem ipſe Augu-
ſtinus Stheuchius in *pſalm. 11.* Saluum me
fac Domine *verſ. 2.* proſequitur *Vana loquuti ſunt vnuſquiſque ad proximum ſuum.* Vana,
hoc eſt mendacium. Quia peruerſi homi-
nes vana; mendacia, (videlicet) loquuntur,
9 ad proximum ſuum, dum in corde, & cor-
de loquuti ſunt. *Duobus cordibus loquuntur.
Duplex enim animus, duplex mẽs eis; duo corda,
duæ mentes; nunc placida, poſt inimica, atrox.
Duobus cordibus, duobus animis loquuntur.* Sic
ille. Quia mẽdacia dicũt, cordeque peruer-
ſo incautos decipiunt. Quid autem tam va-
num, ac conſequenter mendacium eſſe po-
10 teſt, quàm diuitiæ collectæ in damnum
Domini ſui? Sic Sapiẽs: (*Eccleſiaſtes 5. 12.*) *Eſt
alia infirmitas peſſima,* (dicens) *quam vidi ſub
Sole: diuitiæ conſeruatæ in malum Domini ſui.
Pereũt enim in afflictione peſſima, generauit filiũ,
qui in sũma egeſtate erit. Sicut egreſſus eſt nudus
de vtero matris ſuæ ſic reuertetur, & nihil auferet ſecũ de labore ſuo. Miſerabilis prorſus infirmitas: quemadmodum venit ſic reuertetur. Quid
ergo prodeſt ei quod laborauit in ventum?* Ita
Sapiens, quin Spiritus per eum Sanctus. An
non infirmitas peſſima hæc eſt, conſeruaſ-
ſe diuitas in malum ſuum? *Quia raptores,
& cupidi inſidiantur ſibi, & pereunt propter diuitias ſuas. Quia aliquando iugulantur, & ſic filij eorum, quibus cuſtodiebant, diuitiis illis priuantur.* Vt Lyranus ibid. explicat.

Ad amuſsim hoc ipſum facto, quod in controuerſiam nunc agitur, ſedet. Anno 1606. 13. Februarij, V.I.D. Paulus Ruſſus Terræ Militelli Vallis Nothi Syracuſanæ diœceſis, intendens Oratorium, ſiue Cap- pel-

pellam erigere intus Eccleſiam venerabilis Monaſterij Monialium ſub inuocatione S. Ioannis Baptiſtæ Ordinis S. Benedicti in dicta Terra, eamque dotare, atque iuſpatronatus erigere, aſsignata dote vnciarum viginti quatuor ſuper viridario eiuſdem, facta quoque nominatione nonnullorum Clericorum, qui ſucceſsiuo ordine ad dictum Benifacium inſtituerentur, adiecto onere in ſingulos dies ſacrafaciendi, incruentūq. offerendi ſacrificium in altari Cappellæ prædictæ per eum denuo erigendæ: vellæq. etiam in eadem ſepulchrum fodere, quo ipſe quoque poſt ſupremum diei ſui terminum, alijque deſcendentes ab eo, condetentur; adijectis non nullis alijs pactis, & cōditionisbus, dictamque ſuam voluntatem coram Notario publico expoſuit, qui nar-
11 ratorum ſcripturarum confecit. Vt verò funtres humanæ omnes mutationi ſubiectæ.

„ *Diſſidet ambiguis ſemper mens obuia votis.*
„ *Nec voluiſſe homini ſatis eſt, optata recuſāt.*

vt Auſonius *egloga de vita humana* dixit, cecinitque. Sequenti die 14. Februarij anni eiuſdem 1606. coram eodem Notario pœnitentia ductus Doctor Paulus, omnem ſeriē prænarratæ donationis, erectioniſque Cappellæ in præfata Eccleſia Monialium, & iuris patronatus erigendi reuocat, atque Crucis etiam ſigno ducto cancellat, & vt non factam, ſcripturam prædictam vult, atque exprimit, & in margine ſcripturæ prætenſæ donationis prædictæ alcribi facit. Euolutis non nullis menſibus, ſeptimo menſe, Clericus Ioannes Baptiſta Cicaglia ſecundo nominatus à dicto Paulo poſt mortem Clerici Petri Ruſsi, Epiſcopum Syracuſanum adit, falsòque narrat, ob negligentiam dicti Clerici Petri dictum Iuspatronatus per dictum Paulum erectum, vacare, ſibiq. proinde ſecundo loco vocato, deberi; ac ſibi conferri inſtetit. Annuit falſis præcibus Epiſcopus, dictoque Cicaglię beneficium confert; Bullas conficit, atque in poſſeſsionem induci facit; dictumque Paulum omnibus bonis conſequenter expoliat, vt coegerit illum longeuum annorum, (octuageſimo quinto pœnè ætatis anno exacto) in afflictione peſsima perire, eiuſq. filios in ſumma ægeſtate eſſe. Sic diuitiæ huius in malū domini ſui fuere. Vt enim Tibullus *lib.* 1. loquitur.

„ *Sæpè ſolent auro multa ſubeſſe mala.*

Sunt nempè veluti meretriculæ quædam diuitiæ, quæ amatores ſuos deludunt. Audi (quæſo) Nanianzenum illum Theologum Magnum, *Iambico* 3. *ad ſeculum.* paulò poſt princ.

„ *cenſus at contrà ſolet*
„ *Mentes auaras ludere, atque illis modò*
„ *Fauere, nunc his rurſus (infide ſequens*
„ *Meretricis aſtus, quæ procos fallax ſuos,*
„ *Hunc hoc, & illum diſpari ludit modo)*
„ *His nunc, & illis innctus, hos illos fuga*
„ *Linquens, ſequenſq., neminem at ſuetū citrà.*
„ *Nam firmitatis nihil habent opes, maris*
„ *Similes profectò fluctibus, motu lent*
„ *Quos ferri in altum cernimus, labi cito.*

Ipſi nunc Pauli filij amiſſa patris bona, quin direpta, furtoque abſtracta, re habere tentantes iudicū in magna Siciliæ Monarchia agitare pertentant. Petunt proinde: firmane fuerit Pauli reuocatio die ſequenti dictæ prætenſæ donationis, & iuris patronatus factæ? Et num collatio per Illuſtriſſimū Syracuſanum Epiſcopum Ioanni Baptiſtæ Cicagliæ facta, iure teneat? Num verò geſtorum omnium reuocationi ius ſit ipſis Agentibus filiis, & hæredibns dicti Doctoris Pauli?

Ad primum igitur ex præpoſitis quæſitis. Vt rem hanc exoluamus, oſtendamuſq. licuiſſe Paulo priorem illam voluntatem extruendi nouam Cappellam, & altare in præfata Monialium Eccleſia S. Ioannis Baptiſtæ, atque, in illa ſepulchrum fodiendi, (re integra) mutare; (vt mutauit,) mutationemque iam ſubſequutam, firmam, ſtabilemque fuiſſe. ſupponendum vtique, neque
12 futiliter in facto erit, (ex quo ius habetur. *l. ſi ex plagis* 53. §. *in Cliuo capitolino ff. ad leg. Aquiliam l. vt reſponſum congruum* 15. *C. de tranſactionib.* retulimus *reſponſ. noſtra* 2. *n.* 1. *p.* 2.) Paulum in præſumpto inſtrumento prætenſæ erectionis, neque feciſſe, neque erexiſſe; verùm voluntatem ſuam dumtaxat coram Notario declaraſſe: (velle facere, & erigere, atque ſepulturam in erigeńda Cappella fodere) in qua ſuum humari vellet cadauer, poſtquam fatis conceſsiſſet, atque anima (facto a corpore diuor-
13 tio) compoſitum diſſoluiſſet humanum, recedente forma ſubſtantiali ab informando materia, quod eſt corpus. *Clement. vn.* §. *porrò doctrinas de ſumma Trinit. & fide Catholica.* Sequentibus quippè ipſe: ſiue Notarius

„ eius referens verba: *Deliberauit corpus ſuū*
„ *ſepelire, & ſepeliri facere in dicta Eccleſia, &*
„ *in pede imaginis dicti S. Ioannis Baptiſta, &*
„ *ibidem ædificare, & ædificari facere ſepultu-*
„ *ram, & ſepulturas, in qua, & in quibus liberè*
„ *poſſit, & valeat ipſe de Ruſſo, eius filii, & here-*
„ *des, & ſucceſſores ſui ſepellire, & ſepelliri fa-*
„ *cere ſi, & mortuos ſuos ad ſuam, & eorum li-*
„ *beram voluntatem; & denuò conſtruere, &*
„ *conſtrui facere nouum altare, & arcum Cap-*
„ *pellæ in dicto altari, & appouere nouam imagi-*
„ *nem Sancti Ioannis Baptiſtæ, vel imaginem Bap-*
„ *tiſmatis Domini Noſtri Ieſu Chriſti ad ſuam, &*
„ *eorum expenſas. Volens itaque d. de Ruſſo, in di-*
„ *cto Altari, & Cappella pro comodo, & vtilitate*
„ *dicti Monaſterij, dictarumque Monialium cele-*
„ *brari facere in perpetuum ſingulo die, abſque die-*
rum

Digitized by Google

,, *rum rermiſſione infraſcriptas miſſas , &c. ae*
,, *fundare , & ordinare infraſcriptum beneficium,*
,, *& oratorium,et infraſcri ptorum beneficiatorum*
,, *pro celebratione dictarum miſſarum ſemper , &*
,, *omni futuro tempore celebrandarum in dicto Al-*
,, *tari,& Cappella cum pranijs legibus, pactis,con-*
,, *uentionibus,oneribus,& conditionibus infraſcrip-*
,, *tis,& nou aliter,nec alio modo*; Sic ille. Volun-
tas itaq; faciendi fuit,non verò factum; atq;
actus primus,& in potentia faciendi,non ve
ro actus ſecundus , neque exercitium facti.
14 Duplex itaque in hac re voluntas diſtin-
guitur vna quidem perfecta , quæ per opus
exterius in facto conſiſtit;imperfecta altera,
quæ & ſi velit,nihil tamen efficaciter opera-
tur, neque in opus per exercitium exit , ſed
in ipſo voluntatis actu adhuc in efficaciter
manet. *S.Thom. 1. 2.quæſt.16.art.4.in reſponſ.*
& quæſt.20.art.etiam 4.vbi Caietan. ad ſecundũ
*dubium.*magiſque velleitas, quàm delibera
ta voluntas dicitur.ſequitur *Nauarr. in can.*
magna pietas in Gloſſ.num.14.de pœnitent.diſt.1.
Fuit igitur Idea quædam in mente, ani-
moque Pauli eorum, quæ in exercitiũ facti
15 deducere poſtmodũ volebat ; ſicut ideæ in
mente artificis , artificium perfectum non
ſunt,ſed exemplum quoddam artificij con-
ficiendi,atque prothotipon, cuius ad exem
plar artificium illud ad perfectum tandem
perducere tentat.*Petrus Gregorius Tholoſates,*
doctiſſimus ille vir , *ſyntaxeon artis mirabilis*
in lib.2.commentar.cap.19.col.2.fol.mihi 225.in
minori impreſſione Coloniæ,quo loco tres
16 enumerat viſibiliũ idearum ſpecies, quarũ
duas imperfectas, vnã perfectam nuncupat,
quę ex ligno cõſtruitur,quæ à Græcis ſceno
graphya,vel ſciographia, à noſtris modellũ
eleuatum vocatur, quaſi modus futuri ædi-
ficij,vel artificij erectus,quemadmodum,&
in mente erectus eſt artificis,vt ad illius ima
ginem aſpicientes artificium ad perfectum
ducatur,
17 Idea enim Græcè, Latinè formam ſigni-
ficat . Eſt porrò idea, forma, ſiue exemplar
eius,quod faciendum eſt . Quia nimirum
agens non ageret propter formam, niſi in
quantum ſimilitudo formæ eſt in ipſo.Sicut
18 ſimilitudo domus præexiſtit in mente ædi-
ficatoris.vt *S.* docet.*Thomas par.1.q.15.art 1.*
& Gaiet.ibid.Pater Antonius Ruuins lib.2.phyſi
corum tract.6.quæſt.2. & Andræas Cretenſis
in orationem 33.Nanzianzeni *num 31.verbo*
*Platonis ideas.*ſequẽtibus dicens;*Plato Ideas,*
,, *hoc eſt , rerum , quæ ſiunt exemplaria, docuit ex*
,, *dictis Moſis Exod. 25. & 26. & ſcribit Iuſtinus*
,, *Martyr.in Paræneſi ad gentes.Euſebius cap.*11.
,, *lib.*11 *de præparat. Euangelica , & plerique alij*
,, *Eccleſiaſtici ſcriptores.*ſic ille.
19 Sicuti verò perfectum ædificium , vel ar
tificium ex ſolo modello,Idea, atque atque
prothotipo non dicitur ; ſed vt perficiatur,
ideæ ad ſimilitudinem,opus eſt ; ita planè
erectio Cappellæ per Paulum, ſiue benefi-
cij,facta haud fuit , per vnam ipſam volun-
tatis ſuæ expreſſionem (velle facere, velle
20 erigere.)Neque profecto faciendi voluntas
factum,eſt,neque illa ita ſimpliciter expreſ-
ſa,(velle facere)pro facto æſtimatur:Ita ap-
poſitè Triphoninus *lib.1. diſput in l fugitiuus.*
225.*ff.de verbor. & rerum ſignificat* expreſſiſ-
21 ſimis verbis dicens , *Fugitiuus eſt non is , qui*
,, *fugiendi à domino conſilium ſuſcepit , licet id ſe*
,, *facturum iactauerit , ſed qui ipſum factum fugæ,*
,, *vitium mentis, deduxerit: nam & furem adulte-*
,, *rum,aleatorem quamquã aliqua ſignificatione ex*
,, *animi propoſitione cuiuſque ſola quis dicere poſſit*
,, *etiam nunc , qui nunquam alienam rem inuito*
,, *Domino ſubtraxerit;nunquam alienam matrem-*
,, *familias corruperit ſi modo eius mentis ſit ,vt oc-*
,, *caſione data id commiſſurus ſit : tamen oportere*
,, *hæc eadem crimina aſſumpto actu intelligi ; &*
,, *ideo fugitiuum quoque,& errorem non ſecundum*
,, *propoſitionem ſolam, ſed cum aliquo actu intelli-*
,, *gi conſtat.*his Triphoninus. Non ex ſola er-
go animi propoſitione ,(etiam verbis ex-
preſſa,) factum habetur; ſed actu opus erit.
Nec ab eo longè recedit Paulus *lib. 59. ad*
22 ,,*edictũ in l.ſæpe 53.§.item dubitatum eſt.ff.eod.*
,, *Item dubitatum eſt , (inquit) illa verba , ope,*
,, *conſilio, quemadmodum accipienda ſunt : vtrum*
,, *ex ſententia coniungentium , an ſeparantium ?*
,, *Sed verius eſt, (quod & Labeo ait) ſeparatim*
,, *accipienda ; quia aliud factum eſt eius , qui ope;*
,, *aliud eius, qui conſilio furtum facit . Sic enim*
,, *alij condici poteſt, alij non poteſt . Et ſanè, poſt*
,, *Veterum authoritatem eò peruentum eſt,ut nemo*
,, *ope uideatur feciſſe , niſi & conſilium malignum*
,, *habuerit: nec conſilium habuiſſe nocendi, niſi &*
,, *factum ſecutum fuerit.* ita Paulus.
23 Certũ eſt itaq; voluntatẽ faciendi ab ipſo
diſſidere facto;aliudq.eſſe,velle facere:aliud
24 actu facere,vel feciſſe. Neque id porro no-
uum eſt; voluntatem faciendi , pro facto
haud reputari.probat id, atq; luculentiſſimum
quampluribus exemplis reddit,Doctiſſimus
ille ab Alzpicqueta *Martinus Nauar d. can.*
magna pietas in Gloſſ.nu.5. & ſeq.de pœnit. diſt.
1.Et planè ſi rectè verba perpẽdantur præ-
fati Pauli , illa vtique manifeſtè omnibus
palàm facient , non deliberaſſe tunc Pau-
lum efficaci volũtate, vt fieret erectio Cap-
pellæ,atque beneficij fundatio, ſepulturæq;
25 effeſſio ; ſed verba fuiſſe enunciatiua : Di-
ſpoſuit : *ædificare , & ædificari facere* :) non
diſpoſitiua; perficienda verò per actum al-
terius voluntatis, per ædificationem , vide-
licet Cappellæ,beneficij erectionem , atque
ſepulchri effuſionem .
26 Fuit proindè voluntas præfata Pauli im-
perfecta , perficienda verò per actum alte-
rius voluntatis . non propterea diſpoſitiua.
Enunciauit enim tantummodò,quod men-
te agitabat,modellum,ſiue ideam cõſtruen-
di,ædificandi, erigendi Cappellam,& bene-
ficium

ficium; non autem ædificatio; neque con-
ſtructio, ſiuè erectio, vel ſepulchri effuſio. Eſt
hæc apertiſsima Doctrina *Baldi in authen. & qui iurat. num. 17. C. de bonis authoritat. Iudicis poſſidend.* quem ſequuta fuit Rota in *Romana legati* 16. *Ianuarij* 1626. *coram Illuſtriſſimo Domino Durano Epiſcopo Vrgellen. deciſ. 17. nu.* 11. deduxitque pluribus *Menoch. de arbitrar. Iudicum caſu* 496 *num. 3. & 18. & ſeq.* fauetq. optimè *Gloſſ. in l in vendentis* 13. in *Gloſſ.* 1. *circa fin. C. de contrahenda empt.* dicens: *Nam ſi*
27 „ *dico volo aſcendere arborem, nō ſequitur quod*
„ *aſcendam.* ſimilis *Gloſſ.* in *l ſerui electione* 5. *ver-*
„ *bo poſſumus circa fin.* ibi: (quia dixit eligo, nō
28 volo eligere) *ff. de legat.* 1. allegat *text.* ſatis ad rem aptum in *l. ſi quis ſtipulatus ſit* 112. *ff. de verbor. obligat.* quo loco Pōponius *lib.* 15. *ad Quintum Mutium*: differentiam non ni-
29 nimam ſtatuit inter verba (*quem voluero, & quem volam*:) vt primo caſu facta ſemel
30 electione, cum voluntas, & electio perfecta fuerit, pœnitentiæ locus non ſit: at non ita ſecundo; nam cum imperfectus adhuc ſit actus; (*quem volam*;) donec iudicium dictet, mutandi poteſtatem habebit. In futurum verba protraxit Paulus (velle facere, ædificare Cappellam, fundare beneficium, fodereq; ſepulchrū.) mutandi proindè poteſtatem habuit quandocunque. Imperfecta quippè eius voluntas fuit. tex. eſt ſa is apertus in *l. 2 C. quando liceat ab empt. diſcedere. vbi Gloſſ verb. perfectam. Afflict deciſ.* 280. *nu.* 6. quem ſequitur *Iacobus Nouellus de Iure prothomiſios. §. 3. nu. 162. & ſeq. to. 17. tract. fol. 34. col* 3. Fit hoc ipſum ſatis perſpicuum ex ſubſequenti ſpeculatione.

31 Fuit porro voluntas hæc Pauli imperfecta, atque in potentia dumtaxat, nō in actu, perficienda verò per conſenſū monialium; atque per illum in actum deducenda. neq; enim ipſe, vel Cappellam extruere potuiſſet, neque beneficium in illa fundare, neq; ſepulchrum effodere, monialibus non annuentibus, quarum erat Eccleſia. Conſenſus verò Monialium in hac Pauli volunta-
32 te, non vtique acceſsit; neque etiam interpellatæ Moniales fuere, vt annuerent. Fuit igitur imperfecta voluntas Pauli, & veluti pars compoſiti, (conſtructionis Cappellæ, fundationis beneficij, atque ſepulchri effuſſionis.) non ergo compoſitum: non Cappella, non beneficium, non ſepulchri effoſ-
33 ſio. In nullum perfectum compoſitum, (ex materia, formaq; perficiendum,) deducta voluntas conſtruendi, erigendi, fundandi, ſepulchrique offodiendi. pars igitur fuit compoſiti voluntas illa Pauli, non cōpoſitum ipſum, quod ex duabus partibus, materia, quæ in potentia eſt; & forma, quæ
34 actus eſt, conſurgit: Veluti homo, compoſitum ex anima, (forma ſcilicet ſubſtantiali) & corpore, (materia videlicet ſuſceptiua formæ) (animæ ſcilicet rationalis) conſurgens. *d. clem. vnica §. porrò doctrinam. de Sum. Trinit. & fide catholica.* homo haud dicitur, ſi partes ipſæ componentes vna non componantur, ſed diuiſæ adhuc permaneāt. *can. Moyſes.* 9 12. *q.* 2. Innocent. Tertius in *c. in quadā* 8. *§. ſed aduerſus huiuſmodi. de celebrat.*
„ *Miſſar.* Nam ad eſſe hominis (dicens) duo
„ principaliter exiguntur, videlicet corpus, &
„ anima, ex quorum coniunctione verus ho-
„ mo ſubſiſtit. Et S. Athanaſius in ſymbolo: *Nam ſicut anima rationalis, & caro vnus eſt homo* (inquit.) Nihil igitur perfecti voluntas illa Pauli habuit. fuit itaque informis. Non ergo erectio beneficij, non Cappellæ conſtructio, nec fundatio, non deniq; ſepulchri
35 effoſsio. Quia nimirum partes entis, potentia ſunt, & actus. *Petrus Gregorius ſyntaxeon art. mirabilis lib. 4. commentariorum cap. 34. in*
36 *initio. & eodem lib cap. 14. col. 2.* pars autem compoſitum non eſt, ſed ex vtraq; conſurgit. argumento. *tex in l. multum intereſt 6. C. ſi quis alteri, vel ſibi.* quatenus habet: duo requiri, vt vxori, vel ſibi vir acquirat, quod comparauerit, & quod nomine ipſius emerit; & quod eidem poſſeſsionem acquiſierit: vt vno deficiente, ſe res aliter habeat. *Petr. Gregor. d. cap 34. col 1. circa med.*

37 Adſtruitur id efficacius; quòd non vnius tantum voluntate pactum perficitur; ſed duorum, vt minimùm. Iuxtà Vlpiani pa-
38 ctionis definitionem *lib. 4 in l. 1. ff. de pactis.*
„ Eſt autem pactio (dicentis) duorum, plu-
„ riumue in idem placitus, & cōſenſus. Duorum, pluriumue, (dixit.) non igitur vnius tantummodò, pactionis contractus eſt. Intercedat enim opus eſt, qui promittat, & cui promittatur.

39 Quia profectò in contractibus alter alteri obligatur. *§. Item in his Inſtitutionib. de obligationib. ex conſenſu.* & Caius in *l. conſenſu.* 2. *in fin. ff. de actionib. & obligationib.* In Eccleſia Sancti Ioannis Baptiſtæ Monialium. Paulus Cappellam conſtruere, beneficium fundare, ſepulchrumque fodere intendebat; perquirebatur proindè Monialium conſenſus. Hic neque expoſtolatus, neque præſtititus fuit. Nulla igitur interceſsit pactio, nullus contractus; nuda tantummodo Pauli volūtas expoſita fuit: velle facere, velle ædificare Cappellam, fundare beneficium, fodere ſepulchrum. Nulli igitur ſe obligauit. Paulus ex ſola ſua voluntate imperfecta faciēdi, vel velle facere, velle extruere Cappellam, fundare Beneficium, ſepulchrumq; fodere. Nulli proindè Ius ex illa voluntate quæſitum fuit. In ſua igitur poteſtate erat, quæ declarauerat, retractare.

40 Cuilibet quippè rei ſuæ moderandæ liberum manet arbitrium. *l. in re mandata* 21.

41 *C.mandati.* Neque incongruum videtur re
integra,ſine alterius detrimẽto, cui ius nul-
lum quæſitum fuerat, voluntatem mutare.
Manifeſtat id apertiſsimè ſua diſpoſitione
„ Bonifacius 8.in *cap. licet is 7. de procuratorib.*
„ *lib.6.Licet is*(inquit)*qui procurator conſtituitur*
„ *ab abſente,dixerit,præſentatum ſibi ſuſcipere nol*
„ *le mandatum ; hoc tamen nequaquam obſtante,*
„ *quandiù conſtituens in eadem perſtiterit volun-*
„ *tate,ipſum acceptare poterit, quandocunque pla-*
cebit.Sic Summus Pontifex.Licuit huic,qui
procurator conſtitutus fuerat, & manda-
tum acceptare renuerat, re integra mutare
voluntatem. Licuit propterea & Paulo re
integra ſuam per pœnitentiam voluntatem
mutare.*tex.in cap. cũ layci 10.vbi Gloſſ. verb.*
pœnitentia. & ibidem Abb.de Iure patronatus.
Deduciturq; id ex Martiano per quam op-
timè in *l. ſicut 8. §. ſi voluntate ff. quibus modis*
42 *pignus,uel hypoteca ſoluatur.* quo ex tex.aper-
tiſsimè habetur,licere re integra (non vti-
que ſequuta venditione) à voluntate, con-
ſenſuq; diſcedere creditori, qui vt fundus
venderetur,aſſenſum præſtiterat:Rationẽq;
reddit ſatis ad rem noſtram aptam Martia-
„ nus *in fin.Nam ſi non uenierit,* (inquiens)*non*
„ *eſt ſatis,ad repellendum creditorem, quòd uoluit*
43 *uenire.* Quia (dicamus nos) inefficax volun
tas illa fuit, neque conſequuta effectum;
licuit proindè ei Interim datum conſenſum
(re integra) retrahere; quia voluit vende-
re,non vendidit. Licuit ergo,& Paulo,inte-
rim inefficacem ſuam voluntatem (velle
facere,velle erigere &c.) re adhuc integra,
non dato conſenſu per Moniales,reuocare,
illamq; caſſam, atque irritam reddere:quia
voluit facere, extruere, ædificare, fundare,
ſepulchrum fodere, ſed non fecit, non ex-
truxit, non fundauit, neque ædificauit, nec
fodit ſepulchrum.

44 Quemadmodum, qui ſub conditione,
alterius conſenſus,(parentis ſcilicet) ſpon-
ſalia contraxit; cùm conditionaliter con-
traxiſſe videatur, non efficaci voluntate,
neque de præſenti; licet vtique eidem à cõ-
ſenſu diſcedere. *cap. ſuper eo 5. de conditionib.*
appoſit. ubi Abb. aliq. Rota in Romana dotis 4.
Decẽbris 1592. *coram Card. Mantica deciſ.*201.
*nu.*3. & 4.ſequitur Rota *apud S.Memor.Gre-*
*gor.XV.deciſ.*410.*nu.*3.& 4.& *ibid.Beltramin.*
*Addens nu.*8. *Verallus deciſ* 287. *num.* 1.*part.*2.
*Thomas Sanchez de matrimon. tom.*2.*lib.*8. *di-*
*ſput.*32.*nu.*2.

45 Inefficax enim voluntas, & Monialium
conſenſus,nec petitus,neque datus,nullum
reddidit quicquid fortaſſe geſtum fuit per
Paulum; vt pœnitentiæ locus ſuperfuerit
ſemper, donec volũtas illa perfecta fuiſſet.
vt paulò ante diximus. ſequiturque. *Gerius*
*Spinius.conſ.*14.*nu.*58.& *ſeq.* & *nu.*69.& 70.

46 Contractus quippè, vt perfectus dicatur,
47 (nam perfectum dicitur,quod ex omnibus
ſuis neceſſariis conſtat partibus, & cui nihil,
ſupereſt addendum. Caius Iure Conſultus
*in l.*1.*ff.de origine Iuris. in princ.can. ſi omnia* 7.
6.*q.*1.*Lucas de Penna in l.*1.*nu.*8.*C.de agentib.in*
*rebus lib.*12.) quatuor. cõcurrere ſimul cau-
48 ſæ debent, materialis nempè formalis, effi-
ciens,& finalis.Et materialis quidem cauſa,
conſenſus dicitur ſingulorũ,inter quos cõ-
tractus perficitur.Idẽ Caius in *d.l.conſenſu* 2.
ff.de actionib.&obligationib.& inſtitutionib.de o-
bligationib.ex cõſenſu §.1.Formalis verò cau-
ſa,ipſemet cõſẽſus eſt, vt verbis exprimitur,
atque mutuò connectitur, vt contrahentiũ
obligationem pariat. Efficiens cauſa ſunt
contrahentes ipſi, qui obligationem per
conſenſum ineunt,contractũque efficiunt.
Finalis denique cauſa eſt ipſa obligatio; in
hoc enim coeunt per contractum partes,vt
inuicem obligentur Paulus *lib.* 2. *Inſtitutio-*
num,in l obligationum ſubſtantia 3.ff.de actioni-
49 *bus, & obligat.* His igitur concurrentibus
vnà cauſis, contractus vltrò citroque obli-
gatorius dicitur, ne reſcindi valeat, vtro-
rumque non accedente conſenſu, *l.ſicut.*5.
*C.de actionib & obligationib. Afflict d.dec.*180.
*num.*4.*ſeq.Nouellus d.tract.de iure prothomiſios*
§.3.*num.*160.At ſecus ſi non coierint, quòd
imperfectus,quòd vim nullam, actionem,
obligationemque producendi habeat. Op-
time omnium *Decianus conſ* 64. *num.*12. &
13. *lib.*3. Non vnà in hac Pauli voluntate,
in hoc contractu.(ſac contractus fuerit)coi-
uere hæ quatuor cauſæ: Non vtique perfe-
cta fuit. Inefficax igitur. In irritum propte-
rea vocari potuit. Nihil proinde ſupereſt,
quo aduerſus factam ſequenti die reuoca-
tionem, annullationem, cancellationemq;
50 inſurgamus. An non licuit ei,quod voluit,
facere? Alioquin oculus tuus nequam erit,
cum ille bonus fuerit, neminique ipſe iniu-
riam fecerit,ſuis legem dicens rebus:iuxta
Euangelicum illud *Matth.*20.13. *Amice non*
„ *facio tibi iniuriam: non ne ex denario conueniſti*
„ *mecum? Tolle quod tuum eſt.& vade: volo au-*
„ *tem,& hic nouiſſimo dare ſicut,& tibi. Aut non*
„ *licet mihi quod volo, facere? An oculus tuus*
„ *nequam eſt,quia ego bonus ſum?* Sic Dominus,
51 & Magiſter noſter Ieſus Filius Dei nos do-
cuit.Si enim iuſtum eſt,ſua cuique commit
tere, vt illa ex ſuo moderetur arbitratu; vt
Archadius,Honoriuſque Imperatores arbi-
trati fuere,in *l.nemo exterus* 8.*C.de Iudæis*.ſe-
quitur *Gloß. in cap. abolendæ* 13. *in Gloß.*1. *in*
52 *princ.de ſepulturis.* Iniuſtum vtique erit,ne-
que ferendum,eandem liberam naturæ fa-
cultatem adimere, importabilique ſuppri-
mere velle onere, ne ſua quiſque ſuo ex
53 arbitratu dirigat: quod iuſtitiæ obluctatur,
quæ cuique,quod ſuum eſt tribuit,ac nemi-
ni facit iniuriam, *l. iuſtitia* 10. *ff. de iuſtit.* &
iur.§.*ideoque lex in prohemio decretal.* Iniuſtũ
54 proinde erit quicquid ab hoc deflexerit tra

mite

mite recto; vt nocumentum inferat alteri; quod peccatum eſt, S. Thom. 2. 2. quæſt. 59. art. 4. Quia iniquum eſt, ingenuis hominibus non eſſe liberam rerum ſuarum alienationem. Caius vt loquitur in l. 2. ff ſi à paren-
55 te quit manumiſſus fuerit. Firma ergo facta perſiſtit imperfectæ voluntatis reuocatio; re præſertim integra: ex traditis per Rocchum de iure patronat. verbo ipſe, vel à quo. quæſt. 19. num. 36. ſequutaque fuit Rota in Interamnen iuris patronatus. 3. Iulij 1634. coram Illuſtriſſimo Domino Durano Epiſcopo Vrgellen. deciſ. 463. num. 7. part. 2. diximuſque ſuperius.
56 Neque inſtabis; actione in factum cogi per Epiſcopum poſſe, vel qui cepit, vel qui promiſit ædificare Eccleſiam, vel Cappelpelam, ſiue altare. ex cap. 1. & cap. qualiter 3. de pact. can. iuramenti 12. 22. qu. 5. vt perficiat.
57 Veluti etiam ad dotandum iam fundatam, cap. cum ſicut 8. vbi Gloſſ. & Doctor. de conſecrat. Eccleſiæ; vel altar. cap. ad audientiam 3. de Eccl. ædificand. quòd ſi è viuis exceſſerit, eius quoque hæredes, §. ſi quis autem voluerit in authent. de Eccleſiaſticis titulis collat. 9. Abb. conſ. 89. ex themate propoſito num. 8. & 9. par. 2. Paulus de Cittadin. de iure patronat. part. 3. in 1. cauſa quæſt. 3. num. 4. cum ſeq. & quæſt. 18. Ioan. Azor. Inſtitut. moral. part. 2. lib. 9. cap. 3. quæſt. 7. Caluaccan. deciſ. 63. num. 67. & 68. part. 1. Rota apud Card. Seraphin. deciſ. 847.
58 Facit id planè ſibi locum, ſi abſoluta voluntas, atque ædificandi promiſſio fuerit; ne verba ſuo defraudentur effectu. vt Grego-
59 gorius Summus Pontifex loquitur, d. cap. Qualiter. 3. de pactis. Studioſè agendum eſt (inquiens) vt ea, quæ promittuntur, opere compleantur, Sic ille. (quæ promittuntur,) cum effectu ſcilicet, ſecundum Gloſſ. ibid. Siue iuramento
60 firmentur, ſiue ſimplici promiſſione. Quia
„ Dominus inter iuramentum, & loquelam noſtrã,
„ nullam vult eſſe diſtantiam, vt loquitur, text. d.
61 can. iuramenti 12 22. quæſt. 5. Secus tamen erit ſi non abſoluta volũtas faciendi fuerit, neq; promiſſio, magis autem velleitas, & ineffi cax voluntas (velle facere), vt ſupra animaduertimus, & adnotat, Gloſſ. fin. in fin d. can. iuramenti. can. quicunque Epiſcopi ſuffragio. 66. vbi etiam Gloſſ. verbo promiſerint. 12. quæſt. 2. & ibid. Card. à Turrecremata.

Neque vergebis iterum: abſolutam Pauli fuiſſe promiſſionem. Dotem quippe vigintiquatuor vnciarum annis ſingulis ſuper eius viridario, expreſsè promiſit, atque Cappellanos in beneficio præſentandos elegit, ac nominauit, onuſque eis, in ſingulos dies offerendi, adiunxit. fuit igitur abſoluta voluntas. Subducimus porrò nos ab onere,
62 ne vrgeat. Dotis nempè promiſſio, atque Cappellanorum ad beneficium, Cappellãque erigendam electio, ac onus incruentum in ſingulos dies offerendi ſacrificium, conſequenter ad erectionem acceſſit, non antecedenter; vt non facta erectione, ac con
63 ſequenter principali ſubmoto, facili, nulloque negotio acceſſorium quoque diruat. regula acceſſorium 42. de regul. iur. in 6. cap. inter dilectos filios 6. §. cum igitur de fide inſtrumẽ. quo loco Innocent. Tertius ſimili vtitur ar-
„ gumento dicens: Si principale non tenuit, nec
„ acceſſorium, quod ex eo, vel ob id dignoſcitur eſſe
64 ſecutum. Veluti deſtructa ſubſtantia, accidentia, quæ ſine ſubiecto, ac ſubſtantia, eſſe non poſſunt, deſtruuntur. vt poſt Philoſophos, ſequitur Paulus lib. 5. ad Sabinum in l. ſi ſeruũ 4 §. 1. ff. de action. empti. Petrus Gregorius Tholoſat. ſyntaxeon artis mirabilis. in arte. lib. 2. cap. 14. aſſiomate 1. cap. ad audientiam 5. in fin. de Eccleſ. ædificand. Gloſſ. in cap. ad diſſoluendum 13. verbo legitimè accuſari, de deſponſatione impuber.
65 Quemadmodum pro matrimonio promiſſa dos obligationem haud parit, ſi matrimonium non ſequatur l. item quia 4. §. 1. ff. de pact. vbi notanter Gloſſ. verbo male petitur.
66 Pro oneribus enim matrimonij ſupportandis illa datur, l. pro oneribus 20. C. de iure dotiũ. Rota Maceraten apud Marcum Antonium Thomati, nunc Epiſcopum Bitetten, deciſ. 84. nu. 12. & 13 Rota apud Card. Manticam deciſ. 151
67 nu. 1. 3. & 4. & deciſ. 321. n. 2. Neque dos ſine matrimonio eſſe poteſt. Vbicunque igitur matrimonij nomen non eſt, nec dos: Vlpianus, vt loquitur. in l. dotis appellatio. 3. ff. de iure dot. dos enim quid connexum eſt matrimonio, vt ſeparato matrimonio dos eſſe minime poſſit. cap. de prudentia. 3. de donationib. inter virum, & vxor. Palatios Ruuios in cap. per veſtras de donation inter virum, & vxor. notab. 3. §. 2. num. 1. Rota apud Card. Manticam deciſ. 166. n. 1.
68 Ex eo porrò, quod non eſt, fieri, oririue aliquid natura minimè poteſt, ſecundum
69 Ariſtot. 1. phiſicor. cap. 4. Veluti, quod non eſt, perire haud poteſt, & quod perit, quod eſt perit. Vlpianus in l. 1. §. vſque adeo ff. quem-
70 admodum vſusfructus amittatur, neque dantur priuilegia. Canonicis non exiſtentibus d. cap. ad audientiam 5. de Eccleſ. ædificandis. Nec
71 qualitates dantur rei non exiſtentis; iuxta noſtrorum aſſioma: Non entis nullæ ſunt qua-
72 litates. apud Aphicanum in l. eius qui in prouincia 41. ff. de rebus credit. & ſi certum petatur, & d. l. ſi ſeruũ 4. §. 1. ff. de actionib. empti. l. 2. ff. de vſufruct. facit non in concinnè text. in l. verùm 64. § fin. ff. pro ſocio. ex verbis Vlpiani di-
„ centis: Neque enim eius rei, quæ iam nulla ſit,
„ quiſquam ſocius eſt. Et Philo Hebręus lib. quod
„ mundus ſit incorrupt. Ex non exiſtente impoſſibi-
„ le eſt (inquit) quicquã fieri: & ens prorſus interi-
„ re impoſſibile eſt; ſequitur Petrus Gregor. ſyntaxeon artis mirabilis lib. 4. commentariorum cap. 14. Nauarr. conſ. 21. Quidam de anno 67. emit num. 6. in fin. lib. 3. de empt. & vendit. & conſ. 13. Primiceriatus Eccleſiæ ſub num. 1. eod.

Digitized by Google

lib.3.de rebus Eccleſiæ alienand. Rota apud Car-
din. Manticam deciſ.163. num.3. in fin. Ioſeph.
Ludouic.deciſ. Peruſiæ 17. num.10.& 12. Rota
Maceraten apud Mascum Anton. Thomati de-
ciſ.16.num.14.& 15.Rota apud Card. Caualer.
deciſ.196.ſub.num.5.Gratian.forenſ.part.5.cap.
899.num.11.& 12.Rota apud S memor.Gregorij
XV.deciſ.381.num.3.& 5. Ad præſuppoſitam
igitur erectionem faciendam,beneficijque
fundationem, atque ſepulchri effoſſionem;
(quod primarium fundamentum,atque ori
go erectionis faciendæ fuit,)dos,atque Cap
73 pellanorum nominatio acceſſit.Non facta
itaque erectione, neque acceſſoria ad illam
locum vllum ſibi inuenient, quin omnia
corruunt atque deſtruuntur. can. cum Paulus
26. 1. quæſt.1. Gloſſ. in cap.vn. in Gloſſ magna
poſt principium de litis conteſtat.cap.1.de rebus
Eccleſ.non alienand.lib 6.l.egi tecum.26. in fin.
princ.ff.de exception.rei iudicat.Gonzalez ad re-
gul.8 Cancellar.Gloſſ.31.num.30.& 31.Bald.in
cap.1.§.Marchio num 8. de his qui feudum dare
poſſunt in vſibus feudorum,apertiſſimis dicens
74 verbis: quod vbi eſt defectus fundamenti, non
ſolùm deficit ordo rei,ſed eſſe,& ſubſtãtia rei. At
ne dum ſanè erectio facta Cappellæ non
fuit,neque beneficij fundatio, ſepulchrique
effoſſio Verum,& mutata die ſequenti vo-
luntas;ipſaque ſcriptura voluntatis expreſſę
(velle facere,erigere,fundare,fodere) caſſa,
atque irrita dicta, & omnimodo cancellata.
Non igitur amplius dos, non Cappellano-
rum nominatio,non beneficij fundatio;om
nibus ſjs fundamenti ruina, dilapſis,dirutis,
effluxis,in nihilum ruina præcipiti ductis. Ad
nullum ergo eorum cogi amplius Paulus
potuit,re integra,voluntate mutata,cancel-
75 lata.Quid igitur,eius, quod non eſt,&: nul-
lum,effectus perquiritur? l.4.§.condemnatũ,
ff.de re iudicata, l.quod dictum 33. ff.de pactis,l.
adeo quidem 7.§.cum quis ex aliena, ff.de acqui-
rendo rerum dominio.d.cap.ad diſſoluendum.13.
de deſponſat impuber. Gloſſ. in cap. cum noſtris.
6.verbo de facto de conceſſione præbendæ. Con-
76 firmabile proinde haud erit,quod nullum
eſt,atque inualidũ, & in nihilum re verſum:
Surdus conſ.37. num. 9. alios referens, lib.
1. Rota Maceraten apud Thomati deciſ. 17.
77 num. 30. Quid enim confirmes nihil, ex
quo nihil fit? ſecundùm Ariſtot. 7. meta-
phiſ.cap.7. Petrus Gregor. Tholoſat.ſyntaxeon,
artis mirabilis in commentar.lib.2.cap.17.in fin.
78 can. Daibertum 23.p quæſt.7. Vnde alicuius
generis ſpecies eſſe non poteſt, S.Thom. 2.2.
quæſt.94.art.1.in 3 argumento. Sanchez de ma-
trimon.tom.1.lib.3.diſput. 2.n.5.

Neque ſacrificiorum oblatio firma
79 eſſe potuit erigendo voluntate mutata;
quæ non alibi quam in erigendo al-
tari, atque Cappella erant facienda. Mutari
equidem ſine piaculo,(cauſa id non exigẽ-
te,quæ iuſta ſit,)haud poteſt locus ad oran-
dum,miſſaſque faciendum, per fundatorẽ,
ſiue teſtatorem deſignatus, præſcriptus,ſta-
ſtatus.Ex Iaboleno in l.quæ conditio 39. §.cũ
ita ff.de condit. & demonſtrat.cap.nos quidem 3.
vbi Imol.num 22.de teſtament. extrà Clement.
quia contingit.2.de religioſis domib.Gloſſ.& Do
ctor.in cap. ſi pater, 1. verbo pauperes de teſta-
ment. in 6. Abb. conſ.96 ad claram deciſionem
col.3.ad tertium dubium part.2.Cappella Tholo-
loſana.vbi etiam Aufrer deciſ.1 8.Nauar.man.
cap.25.num.134.& de oration.& horis canonic.
cap.5.num.23.& 11.& 12.& conſ.13.num.2.
lib.3.de celebrat.miſſarum,& conſ.8.nu 10. eod.
lib 3 de teſtamen.Henriquez in ſumm.lib.9.cap.
17.§.4. verſ. nec eſt voluntas Melchior Phœbus
deciſ.Luſitan. 100.num 6. cum ſequ.part.1.Rota
apud Card. Seraphin.deciſ.1149 num.8.& ſequ.
& apud Card.Caualer.deciſ.494.num.3.& ſeq.
Ricius praxi part.1. reſolut.338. num.3. Frater
Paulus Fraxinella de obligat.Sacerdotum ſect.4
concluſ 4.§.9.10.& 11 ac ſequ. Scipio de Rubeis
in aphoriſmis Epiſcopalib.verbo Miſſa num.16.
Barboſ.de offic Epiſcopi part 2.allegat.24. num.
32 & in collectan.ad d.cap.nos quidem,3.num.5.
de teſtament.

Firmioremque hanc reddunt perpenſio-
nem, quod non aliter, nec alio modo,om-
nia illa, quæ in ſuæ voluntatis expreſſione
Paulus narrauerat, fieri demandabat; per
negatiuas illas clauſulas, (& non aliter, nec
80 alio modo) quæ præciſę naturæ ſunt, vt re-
primant dicta,atque diſpoſita, ne aliter fiãt,
quàm dicta,diſpoſitaque fuere, ad Gloſſ 1.in
in l.ſi quidem 9.C.de exceptionib. & ibid Bald.
num.3.ad text. in l non aliter 67 in princ. ff.de
legat.3.Alexand.conſ.3.viſo inſtrumento conceſ-
ſionis num.4 lib.1.Tiraquell de retract. conuen-
tionali,§.4.Gloſſ. num.14 Pariſ.conſ. 19.num.
15.& 16.vol 2.Tiber Decian.conſ.72.num 35.
vol.2.Cæſar.Bartius deciſ.Bononien.25.num.69
Cænedus ſingul 65. num.3. Card Tuſcus tom.1.
a littera C.concluſion.311. num.1. & ſequ. Natta
81 conſ.372.num.5. & 6 Quinimo conditionẽ
operantur, formamque indicunt omnimo-
dis ſeruandam, ne aliter, quàm dictum eſt,
fiat. Barboſa de clauſulis clauſ 81. num.2. cum
ſeq.& num 8.Rota part.2.tom.1.in recentioribu.
deciſ.16.num.2.& part.1.tom.2 deciſ.619.nu.2.
Mart.de clauſul.part.1.clauſ. 6.num.5.& num.
7.& 8.Tiraquell.d.Glo.7.§.4.n.14.Bartius deciſ.
79.num.45.Natta d conſ.372.n.45.
82 Deficiatque diſponentis voluntas, ſi ali-
ter, quàm diſpoſitum eſt,quicquam ſequa-
tur,Alexan.d.conſ.3.num.5.in fin.verſ. & licet
quandoque quem ſequuta fuit Rota in Auxi-
mana Societatis 3.Maij 1595.coram Iuſto apud
Marcheſan part.1.deciſ.24.num.3.fol.748. De-
cianus conſ.1.num.32. lib.3. Barboſ.d.clauſ.81.
num.7.& 14. Gratian. Forenſ. part.3.cap.532.
num.21.& 25.
83 Multoque fortius id aſſerendum ſit,cùm
iam (vt diximus) Paulus voluntatem illam
ſuam

ſuam caſſauerit, cancellauerit, nullamque
eſſe voluerit, atque in irritum vocauerit.
*Authent multo magis, C. de Sacroſanct. Eccleſ.
cap. quemadmodum 25. §. alioquin verſic nam ſi
poſt cotractum de iure iurando. cap. cum in cun
ctis, 7. in princ. de elect.*
84 Firma proinde perſiſtit voluntatis eius mu
tatio. Cùm, quod nuſquam illa perfecta fuit
(, vt inſuperibus diximus) nō ſimpliciter vo-
luntas, quin magis velleitas: Tùm, quòd nul
li per eàm ius quæſitum fuit. Non ſanè Deo;
85 quia illa deliberata faciendi voluntas mi-
nime fuit gentium, ſed velleitas faciendi,
erigendi, conſtruendi, ſepulchrum effodien
di. Promiſſio verò exigebatur explicita, atq;
deliberata faciendi, vt Deo ſe obligatione
obſtrinxiſſet ſecundum *S. Tho. 2. 2. quæſt. 88.
art. 1.* Non hominibus, quia nihil cuiquam
eorum promiſſum, nil abſolutè datum, nil
conceſſum. Non Monialibus, quæ neque
in contractu fuere, neque quicquam eis pro
miſſum, neque interpellatæ vnquam fuere.
Non Cappellanis, quia illi in conſequentiā
nominati fuere, quatenus erectio fieret, &
non aliter, nec alio modo. Nullum igitur ius
illis interim quæſitum, erectione non facta.
Conditionaliter enim nominati fuere, vnus
poſt alium; quatenus erectio fieret, atque
beneficium fundaretur; (vt in ſuperioribus
non obſcurè perpendentes demonſtraui-
86 mus.) Conditio verò nihil interim in actum
deducit; ſed in pura potentia rem conſtituit,
atque in ſuſpenſo, donec conditio ipſa exie-
rit & in actū deducatur. Ex potētia quippe,
87 & actu ſpecies componitur, vt Philoſophi
dicunt *Petrus Gregor. lib. 4. commentariorum
ſyntaxeon artis mirabilis cap. 37.* Vt ita habea-
tur, quod ſub conditione geſtum; dictum-
que, atque actum fuit; ac ſi actum, geſtum,
dictumque minime fuiſſet, conditione pen-
dente adhuc. diximus *reſponſ. noſtra 32. num.
36 part. prima & reſponſ. 40. num. 41. ead part.*
Mutare proinde libuit Paulo ſuam liberā
voluntatem, per quam nulli ius quæſitum
fuerat; vt in ſuperioribus oſtendimus.

Mutatione itaque voluntatis Pauli firmā
perſiſtente, (vt firmam fuiſſe non cecutien-
tibus, nec lippis oculis oſtendimus;) ſeque-
tur conſequenter, perperam Illuſtriſſimū
Epiſcopum Syracuſanum egiſſe, cùm be-
neficium Ioanni Baptiſtæ Cicagliæ contu-
lit. Suppoſuit enim ipſe duo falſa. Primum
quidē, Beneficij fundationem, erectionem-
que iam perfectam fuiſſe, diuque ante præ-
ceſsiſſe. ſequentibus enim ipſe ſuis in Bul-
» lis: *Cùm itaque per V. I. D. Paulum Ruſſo di-*
» *cta Terra fuerit de nouo conſtructam, & fun-*
» *datum quodam iuspatronatus intus Eccleſiam*
» *Monaſterii Sancti Ioannis Baptiſtæ pro cele-*
» *branda Miſſa vna ſingulo die.*

Secundam verò; ob negligentiam D. Pe
tri de Ruſſo primò nominati per dictum
Paulum, quòd intra legitima tempora à
iure ſtatuta minime ſibi priuilegium expe-
diri curauerit; Beneficij collationem ad ip-
ſum illa vice deuolutam fuiſſe: ita ipſemet
» ſubnectit: *In quo quidem iurepatronatus fue*
» *rit electus, & nominatus in Oratorem, Benefi-*
» *ciatum, & Cappellanum D. Petrus Ruſſo, &*
» *poſt eius mortem tu præfacte de Cicaglia, pro*
» *ut patet virtute fundationis, & nominationis*
» *prædicta factę in actis Notarii Antonii Balba*
» *die 13. Februarii 1656. Et quoniam dictus de*
» *Ruſſo primò electus non curauit infra tempus*
» *ſtatutum expediri facere priuilegium, ſtante*
» *eius negligentia, ideo eius collatio ad nos ple-*
» *no iure pro hac vice tantum ſpectat, & perti-*
net. Falſa itaque hæc duo fuere aſſumpta,
atque per errorem dicta, & ſuppoſita, atque
expreſſa. Ex falſo verò non niſi falſum ſe-
quitur, & ex errore error. Paulus Iurecon-
ſultus in *l. ex diuerſo 36. §. 1. ff. de rei vendi-
cat.* præterquam quod aſſioma Phyloſo-
phorum tritiſsimum ſit. Falſa ergò, & per
errorem, & citrà proinde Epiſcopi conſen-
89 ſenſum Cicagliæ collatio facta fuit. Errā-
tis quippè conſenſus nullus omninò eſt. *l.
Si quis per errorem 15. ff. de iuriſd. omnium
iudicum. can. 1. 29. q. 1. Abb in cap. ſi cautio n.
2. de fide inſtrument. Rota apud Illuſtr Du-
ranum Epiſcopum Vrgellen. deciſ. 50. n. 19.*
90 *part. 1.* Error etenim voluntarium omni-
nò tollit; quia errantis voluntas nulla eſt;
neque enim ſi ſciuiſſet, (neque errasset) fe-
ciſſet. *l. non idcirco 9. ff. de iuris, & facti
ignor. it. l. nihil conſenſui 127. §. nihil conſenſui*
91 *ff de regulis iuris.* quam regulam nullam
admittere limitationem, nullamque com-
preſſionem percipere, dixit Rota *apud s. me-
mor Gregor. XV. deciſ. 179. num. 5. & apud
Cencium de cenſibus deciſ. 271. nu. 10. par. 1.*
92 Quinimò nihil omnino conſenſus per er-
rorem præſtitus operatur. *Caſtrenſ. conſ. 432.
Cum ſtatutum num. 1. ad fin. lib. 1. Rota apud
Duranum d. deciſ. 50. num. 20.* Non igitur te-
nuit, quod per errorem, atque falſa ſuppoſi-
tione ſuppoſita, geſtum per Illuſtriſs. Syra-
cuſanum Epiſcopum fuit. Ergo non firmū.
Nullum proinde. Nihil igitur. Ex nihili ve-
rò, eſse nihil poteſt. vt in ſuperioribus dixi-
mus;

Et planè, falſa quod fuerit aſſertio. Bene-
ficium fundatum per Paulum fuiſſe; id ſo-
le deductum fuit clariùs in ſuperiori di-
ſcurſu; quin magis, & reuocata illa Pauli vo
93 luntas, faciendi, fundandique fuit. neque
præterea fundatio dici potuiſſet, aſſenſu nō
accedente Epiſcopi loci Ordinarii. *can. ne-
mo Eccleſiam 8. ſiuè 9. & can. nullus presbyter
14. de conſecrat. diſt. 1. cap. ſuggeſtum. 20. &
cap. nobis. 25. de iure patronat. can. pia mentis
& can. Frigentius 27. 16, q. 7. Felin. in cap.
parte de reſcript. Rota par. 1. diuerſor. dec.
223. num. 3. Nauar. conſ. 8. Prouincia Tarra-*

conen

conen.num.7.lib.3.de iure patronat.Claudius
Tutius quæſt.1.de iure patronat.num.13.& q.8
nu.7.Ricius in praxi part.1.reſolut.123. num.2.
Alexander.Raudenſis.variarum reſolut. cap.19.
nu.39.Rota apud Card.Caualer.deciſ.265.nu.5.
94 Etiam conſequenter,quatenus non acceſ-
ſiſſet antecedenter.*cap.cura paſtoralis* 11.ibi:
aut diœceſani Epiſcopi habuerit poſtea
conſenſum,&*Gloſ.ibid,verbo conſenſum,gloſ.*
in cap. nullus laycus 17. verbo conferat de iure
patronat.d.cap.ſugeſtum 20.in fin. ibi: aut eius
aſſenſus fuerit poſtea ſubſequutus, *vbi etiã*
*Gloſſ eod.tit.*Rota *deciſ. vlt. de iure patronat.in*
antiquis;Claudius Tutius d quæſt.8. num.7. Ri-
cius in praxi part.1.reſolut.627.num.6.Viuianus
in praxi iuris patronatus.part. prim.lib.4.cap.1.
num 36.& ſequent.Rota in recent.par.1.tom.2.
deciſ.680. num.1. & apud Coccinum Decanum
deciſ.453.num.6.& 7.Bellamera deciſ.695.con-
feſſio Præ...ti num.3.in fin.Pariſ.de reſignat.bene-
fic.lib.8.quæſt.3. num 90. & num.105. & 138.
& quæſt.10 num 6. cum ſeq. Rota apud Cardin.
Manticam deciſ 86. nu 7. Falſum igitur fuit;
beneficium fundatum per Paulum fuiſſe
& quod dè fundatione non apparet,quin
multo magis voluntatem mutatam fuiſſe,
atque caſſam , nullamque dictam ; & quod
quatenus fundatio adfuiſſet, deficiebat Or-
dinarij aſſenſus,qui neque ex poſt facto ac-
ceſſerat , & ſine quo fundatio firma haud
eſſe poterat,vt paulò ante diximus.
95 Deficiente itaque fundamento, & quod
ſupra ædificatum eſt,corruat,opus eſt *d.can.*
cum Paulus 26.prima q.1.

Adſtruitur ; & ſecundum; falſum vtique
fuiſſe aſſumptum ; ad Epiſcopum deuolutã
fuiſſe collationem illa vice , quòd D. Pe-
trus , primo loco per Paulum nominatus,
negligens fuerit , neque expediri curauerit
Priuilegium ſuper erectione Iuriſpatrona-
tus. Præter quam quod enim hoc ipſum
apertiſſimè pugnat cum priori aſſertione.
Si quippè negligens fuit D. Petrus expedi
tionem curare priuilegij fundationis : non
vtique fundatum adhuc erat beneficium
non igitur verum ; beneficium fundatum
96 fuiſſe . Pugnantia proindè loquutus fuit
Dominus Epiſcopus in ipſa vna Bulla col-
lationis pro Cieaglia . Non itaque ſubſiſtet.
ita per quam optimè Celſus *lib. 17. digeſto-*
rum in l.vbi pugnantia 149. vbi Decius , alijque
*ff.de regul.iuris.*Sic enim Celſus: *Vbi pugnan-*
» *tia inter ſe in teſtamento inuenirentur: neutrum*
*ratum eſt.*Sic ille:*cap.inter dilectos 6 §.cæterum*
memorati. de fide inſtrument. Iacob. Berretta
conſ.116.nu.2.Rota apud Cardin. Manticam de-
ciſ.225.num.9. Perez de Lara de anniuerſar. &
*Cappellan.lib.2.cap.7.nu 25.*neque enim duo
97 contraria,ſiue etiam contradictoria de eo-
dem ſubiecto,eodem,vnoque tempore dici
poſſunt, (vtputa eſt, & non eſt.friget, calet;
eſt nigrum,eſt album, vel non eſt nigrum.)

98 Contrariorum quippè eſt,mutuo ſe ab eo-
dem contrudere ſubiecto.*l.hac verba ille,aut*
*ille 124. ff. de verborum ſignificat.*diximus *re-*
ſponſ.26.nu.12.part.1.Triuiſan.deciſ 23.num.2.
lib.2. Petrus Gregor. Tholoſates ſyntaxeon artis
mirabilis lib.3.cap.3.aſſiomat.3. Non igitur ſi-
mul admitti poterunt vno eodemq; tem-
pore.

Petrus autem quod non inſteterit expe-
diri priuilegium fundationis , id ex eo pro-
ceſſit , quòd optimè nouerat Paulum vo-
luntatem mutaſſe , ſcripturamque cancel-
laſſe. Fruſtra proindè erigi beneficium in-
ſtetiſſet,tentaſſet,proclamaſſet,mutata,atq;
caſſata, cancellataq; Pauli voluntate, ſine
qua fundatio procedere minimè poterat.
99 Quid enim ſtare permittas quod mutatum
eſt? Iuxtà Iuſtiniani Cæſaris dictum *in l.2.*
» *circa fin.§.ſed quia diuina C.de veteri Iure enu-*
» *cleando.*ibi:*Humani verò Iuris conditio ſemper*
» *in infinitum decurrit,& nihil eſt in ea,quod per-*
» *petuò ſtare poſſit.*Lucretius *lib.3. de rer.natur.*
» *Et quaſi longinquo fluere omnia cernimus æuo.*

Non enim ſtant , quæ mutantur, atque
continuo motus fluxu perfluunt ; ſicuti
quæ ſub tempore ſunt , omnia mutatio-
ni obnoxia ſunt , nihilque in eis ſtabile
dixitque Creuſa apud Euripidem in *Ione*
» *actu 3. Talia ſunt mortalia, vt nihil in eodem*
» *ſenſu maneat.* ſequitur. *Petrus* Gregor. *lib.4.*
» *commentarior. in ſyntaxeon artis mirabirabilis*
cap. 32. fol. 585. Quemadmodum contrà,
quod non mutatur : cur ſtare prohibeatur?
Imperator Iuſtinianus A. Iuliano Præfecto
Prætorij,vt edicit,in *l Sancimus. 27. C. de te-*
ſtament.& l præcipimus 32.in fin C.de appellat.
§ fin.in authent.de adminiſtrantib. officia collat.
3.cap.conſtitutio.41. in fin.de elect.lib.6. Gon-
zalez ad regulam 8.*Gloſſ.14.nu.37.*
100 Mutata quippè voluntas , voluntas non
eſt.Quod autem non eſt,nihil eſt: ex nihilo
verò nihil fit, niſi per Diuinã potentiã, qui
» ex nihilo omnia fecit. *Geneſis* 1. *In principio*
» *creauit Deus cœlum, & terram.* Creare autem
101 eſt aliquid ex nihili facere. vt *Gloſ.ibid.*in-
quit, ſequiturq. *Sanctus Thomas. prima par,*
q.45.art.1.& 2. & 2.2.q.94. art.1.in 3. argum

Non potuit itaque fundari beneficium
inſtare Petrus,mutata iam voluntate Pauli,
illaque caſſata ; atq; ad ſuum nihil reuerſa.
102 Reſcinditur nempè,quod diſpoſitum
fuerat , voluntate mutata. *d.l. Sancimus.27.*
C.de teſtament. Vlpianus *in l.3.§.fin. & l.4.ff.*
de adimendis legatis.cap.cum Marthæ.6. §.cæte-
rum ſicut ſuperius,de celebrat.miſſarum.
103 Neque enim de ſolemnitatum defectu
hic agebatur, ſed voluntaris, quæ neque ab
initio perfecta fuit , (vt diximus in ſuperio-
ribus :) ſed mutata quoque poſtmodum
fuit, atq; caſſata ; vt nihil ſuper eſſe poſſit,
quod firmum diſpoſitum reddat,voluntate
deficiente,atque caſſata. argumento. *tex.in*
cap.

Digitized by Google

cap. relatum 11. *de teſtament.* diximuſque *reſponſione noſtra.* 19. *num.* 13. *part.* 1. alios referentes.

Verùm (fac firmam Pauli voluntatem fuiſſe, atque beneficium fundari debuiſſe;) ad Petrum haud tamen ſpectabat curare, vt erigeretur: adhuc enim vitali perfruebatur aura Paulus; ille vtique in iudicium interpellari debebat apud Epiſcopum, piam vt ſuam exequeretur voluntatem inter vi-
104 uos rogatam. Exequutor eſt quippè Epiſcopus demandatus piarum diſpoſitionum omnium, etiam tanquā Sanctæ Sedis Apoſtolicæ Delegatus, ex ſacroſanctæ Tridentinæ Synodus decreto. *ſeſſ.* 22. *cap.* 8. *de reformat. & ſeſſ.* 25. *in decreto de purgatorio in fin. cap. nos quidem* 3. *cap. ſi haredes.* 6. *& cap. Ioannes* 19. *de teſtament. Clemet. quia contingit.* 2. *de religioſ. domibus* diximus *reſponſ.* 2. *num* 19. & *reſponſ.* 3. *nu.* 43. *& reſponſ.* 24. *num.* 8. *part.* 1. Intra annum præſertim, poſt Tribunalis
105 Fabricæ Sancti Petri erectionem, vt Sacram Congregationem Eminentiſſimorum Patrum Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium, eidem Tribunali præfectorum
106 declaraſſe retulimus. dicta *reſponſ* 2. *nu.* 20. *&* 21. Ad Epiſcopum ergo Pauli voluntatem exequi ſpectabat, quatenus illa quidem firma fuiſſet. Nulla itaque Petri negligentia argui potuit, quod non curauerit exequi, quod eius non erat, magis autem
" Epiſcopi. *Sic enim* (Gregorius Nonus loqui-
" tur. *in d. cap. nos quidem.* 3. *in fin. de teſtament.*)
" *Secundum piiſſimas leges; dilatas defunctorum*
" *pias voluntates, Epiſcopali decens eſt ſtudio ad-*
107 *impleri*. Ipſius ergo Epiſcopi erat curare, vt Pauli adimpleretur voluntas: ſed id non poterat, quia nimirum reuocata à Paulo voluntas fuerat, atque deleta, cancellataq;. Inane igitur eſt aſſumptum ob Petri negligentiam deuolutam beneficij collationem fuiſſe ad Epiſcopum.

Neque porro id firmum eſt; ſed tunc demum ad Epiſcopum collatio deuoluitur vacantis beneficij de Iurepatronatus laicorum; ſi intra quatuor menſium ſpatium, poſt vacationis notitiam, inſtituendum aliū clericum, coram Epiſcopo præſentare neglexerint patroni. *cap.* 1. §. *verum de Iurepatronat. in* 6. *cap. licet magiſter* 3. *de ſupplenda negligentia Prælatorum. vbi Gloſſ. verbo à notitia. cap. quia diuerſitatem* 5. *in fin. de conceſſione præbend. extrà. Rota apud Cardin. Cavaler deciſ.* 489. *num.* 1. *&* 2. *cap.* 2. §. *cum verò de conceſſion. præbend. cap. quoniam* 3. *& cap cum propter.* 27. *de Iurepatronat. Marius Antoninus Maceraten. variar. reſolut. lib.* 1. *reſolut.* 29. *num.* 20. *Garſias de benefic. part.* 5. *cap.* 9. *nu.* 210. *& par.* 10. *cap.* 2. *nu* 34. 35. *&* 37. vbi refert Rotæ deciſionem in vna Firmana altaris 8. Decembris 1594. coràm Blanchetto. & aliam in vna Signina Iuriſpatronatus 12. Iunij 1596. coram Orano, & ſequitur *num.* 39. *& ſeq.*

108 Neque præterea poterat Dominus Syracuſanus Epiſcopus Petro non citato, eoq; nec audito, conferre Cicagliæ beneficium, (eſto beneficium fuiſſet.) apertiſsimè Bo-
" nifacius VIII. *in cap. licet Epiſcopus* 28. *de*
" *præbend. in* 6. Rationem quoq; reddens ibi-
" dem in fin. dicens: *Cùm tibi forſan ius poſſit competere retinendi.*

Dixiſſet vtique cauſas D. Petrus, quare priuilegium expediri non curaſſet, ſi citatus, atq; in iudiciū interpellatus fuiſſet; quòd receſſerat Paulus à ſua illa inſufficienti, atque inefficaci voluntate, quin magis illam reuocauerat, atque cancellauerat, & pro non factam voluerat. Reſtitiſſet vtiq; Dominus Epiſcopus ſi hæc ipſa audiuiſſet, neque Cicagliæ, ita perperam annuiſſet, parte ex aduerſo non citata: non Paulo, qui tunc in humanis adhuc agebat, & qui compelli debuiſſet, vt beneficium fundaret, Cappellāq; extrueret, iuxtà nobis in præcedentibus factam obiectionem: cui reſponſione fecimus congruenter ſatis: non D. Petro, qui intereſſe formatum habebat per vocationem
109 Pauli, & primo loco nominationem; vnde magis dilectus habebatur. ſecundū *Bald. in l. penult. nu.* 3. *in* 3. *oppoſitione. C. de verbor. ſignificat.* diximus *reſponſione noſtra* 12. *n.* 18. *par.* 1.
110 & propter cuius præſumptam negligentiam in iudicium Cicaglia acceſſerat: propter quam cauſam vocari in iudicium omnimodis debebat, vt negligentiæ coargui iurè potuiſſet. argumento. *tex in cap. nos quidem* 3. *& cap. tua nobis* 17. *& cap. Ioannes* 19. *de*
111 *teſtament.* Quibus apertiſſimè habetur: nō antè ius eſſe Epiſcopo ex ſe pias decedentiū voluntates exequendi, niſi poſt annum, ac data hæredum, & executorum negligentia, coargui proinde ſocordia debet exequi debentium. Atque ita per æquè ius ipſum Imperatorum in *l. nulli* 28. *C. de Epiſcop. & Cleri.* diximuſque *reſponſ.* 32. *num.* 22. *part.* 1. *& reſponſ.* 41. *num.* 51. *&* 52. *ead. part.*

Neque id planè ſub pallio, ſed vocatis iis, quorum ob negligētiam ſubit quis locum.
112 Interpellatio quippe omnimodis perquiritur, cùm ad alterius coarguendam negligentiam quis accedit, ſecundum *Archidiaconum can. propter Eccleſiaſticas num.* 4. *diſt.* 18. quem ſequitur *Innocent. in cap. extirpandæ* 30 *num.* 2. *de præbend. Gratian. forenſ. part.* 2. *cap.* 316. *num.* 20. diximus *reſponſ.* 40. *num.* 47. *part.* 1.

113 Citationis vero defectus inſanabilis æſtimatur. Tollit enim iuſtam defenſionē, quæ
114 à natura animantibus omnibus inſita eſt, *can. ius naturale.* 7. *prim. diſt l. vt vim* 4 *ff. de iuſtit. & iur. cap.* 3. §. *ſi vero de ſentent. excommunicat. extrà, l* 1. § *item cum ex edicto ff quæ ſententiæ ſine appellat. reſcinduntur, Gloſſ. in clement. ſæpe* 2. *verbo defenſiones. de verbor. ſignificat.*

etiam

Digitized by Google

115 etiam quòd conſtet de bono iure patris.
*Rota apud Cardin.Caualer.deciſ.53.num.2.*quæ
eſt etiam in impreſſis apud *Farinac.in recent.
part.1.tom.1.deciſ.179.n.2.*
116 Quin à iure deſcendit Diuino: Adam
117 vbi es? *Geneſis 3.9.*Vt tolli neque per Prin
cipem poſſit. Omiſſa proinde inſanabilem
patit defectum, *Felin. in cap.quæ in Eccleſia-
rum 7.num.26.& 66.de conſtitut.Triniſanus de-
ciſ.68.num.1. Rota Maceraten apud Marcum
Antonium Thomati deciſ.16. num.8. Rota apud
eundem Card.Canaler.deciſ.35.num.1. & d.de-
ciſ.53.num.1.& ſeq.& deciſ.396.num.1.& 6.*di
ximus *reſponſ. noſtra prima num. 46. & ſequ.
part.2.*

Fuit proinde,vt collatio, ita, & ſententia
nulla. Collatio quidem,quia contulit Epi-
118 ſcopus Beneficium,quod non erat.Colla-
tio verò eſt donatio, conceſſio, ſeu aſſigna-
tio beneficij vacantis, facta ab habente po-
teſtatem. Secundum definirionem, quam
poſt alios tradit *Graſias de benefic par.4.cap.1.
num 3.*& à qua poſt *Abb in cap.authoritate.4.
num.9. de inſtitut.* neque recedere videtur,
Gonzalez ad regulam 8.Cancellar.Gloß.16.nn.8
Beneficium vero illud, quod contuliſſe ſe
aſſeruit Cicagliæ Dominus Syracuſanus Epi
ſcopus,Beneficium haud erat; quia erectũ,
fundatumque non adhuc fuerat.Quam ob
119 cauſam neque actu,neque in potentia be-
neficium erat. Non actu, quia non adhuc
fundatum:non in potentia,ſiue aptitudine,
quia neque fundandum, mutata iam Pauli
voluntate,illaque ceſſata,atque cancellata.
iuxta notata *in cap.maiores 3.§.cæterum ex vi
litteræ de baptiſmo,& eius effectu,*ex verbis In-
nocentij Tertij,ibi: *Sicut, & alia multa verba
ſecundum communem vſum loquendi non ad actũ,
ſed ad aptitudinem referuntur.* Nihil igitur Ci-
cagliæ contulit Epiſcopus; Quia nihil ha-
buit,vt nihil dare potuerit, iuxta verba Vr-
bani II. *in d.can.Daibertum 23.p. quæſt.7.* Be-
neficio non exiſtente,neque ahuc fundato,
neque fundando. Nulla ergo collatio fuit.
120 Vna porrò,atque,æqua pendũtur trutina
nihil,& nullum,ſiue inutile, *cap inter corpo-
ralia 2. § ſed neque illud, vbi etiam Gloſſ verbo
inutilem de translat.Epiſcop.l.1. §.quod ſi nemo,
ff.quod cuiuſque vniuerſitat.nomine Nauarr. cõ-
mentar.4.de regularib. num.24. verſ.vndecimo,
quòd illa cira med.*
121 Sententia verò:cùm quod ex falſo pro-
ceſſit ſuppoſito,(Beneficium,ſcilicet funda
tum fuiſſe, atque D. Petrum negligentem
in procurãda priuilegij expeditione fuiſſe)
nulla proinde fuit. *text. in l.2.C.quando pro-
uocare non eſt neceſſe, l.1.& 2.C. ſi ex falſis in-
ſtrumentis, cap.licet 9. cum ibi notat. de probat.
cap.cũm venerabilis, 6. de except. gloſſ. final.in
cap plerumque 4.de donat. inter virum, & vxo-
rem Abb.conſ.10.lib.1.in fin. Afflict.deciſ.13.nu.
28.verſ.niſi probetur,*quod per *falſa inſtrumen.
Rota apud Card.Caualer deciſ.280. n 3.*
122 Tum,quòd lata parte ex aduerſo non
citata,(vt ſupra oſtendimus,)quamuis Prin
cipis ſententia eſſet. *Clement. paſtoralis 2. de
ſent.& re iudic.& d Clement.ſæpe 2 § ſententiã,
vbi gloſſ.verbo ad id de verbor.ſignificat. dicta l.
1.§. Item cum ex edicto, ff.quæ ſententiæ ſine ap-
pellat.reſcinduntur.Triniſanus deciſ.6. nu 8.lib.
1.Græneus ad Cameram Imper tom.3 in proem.
concluſ.1.num.21.Rota apud Illuſtriſſimum Du
ranum Epiſcopum Vrgellen. deciſ. 8. num. 1.
part.1.*
123 Sententia verò,quæ nulla eſt, in iudica-
tum nunquam tranſit.*d.l.1.in fin.C.ſi ex falſis
inſtrumentis:Felin.in cap.ſuper litteris,num.15
de reſcript.Rota part.1.diuerſ.deciſ.644.nu.2 &
deciſ.366.nu.11.poſt ſecundum volum.Conſ.Fa-
rinac.& deciſ.297.num.5.eod. vol.2.& apud
Coccinum Decanum deciſ.234.nu.7.* Vt neque
reuocatione egeat. *Rota apud Card.Caualer.
deciſ.69.num.3.& deciſ 270.nu.5.* Idem quip-
pe iudicium eſt, nullam eſſe ſententiam,at-
que inualidam,ac non eſſe. *Gratian.Forenſ.
part.5.cap.850.n.14.*
125 Tùm etiam,quia notoriè in iuſta. In iu-
dicatum proinde,neque tranſire potuit. *l.ſi
expreſſim. 19.ff.de appellationib. l.2. C.quando
prouocare non eſt neceſſe,Rota apud Card. Man-
ticam deciſ.7.nu.5.& in Burgi Sancti Domnini
iuriſpatronatus 9.Decembris 1622.coram Mer-
lino deciſ.18.num.7.apud Viuianum in praxi iu-
ris patronat.*

Iurè propterea,nec ſanè illiberaliter age-
re nunc poſſunt filij, Paulique hæredes ad
reuocandum ea omnia, quæ perperam Illu-
ſtriſſimus Dominus Syracuſanus Epiſcopus
atque non ſine aperta malitia Cicagliæ, e-
127 git. In hæredes nempè, & contra hære-
des iura,actioneſque omnes,ſiue actiuę,ſiue
paſſiuæ defuncti tranſeunt.*§.poſt mortem in
ſtitut.de inutilibus ſtipulationib.l.1.C.vt actiones
ab hærede,& contra hæredem.* Atque hæredi
rei competit vẽdicatio bonorum omnium
hæreditatis,*l ſi ſorori ſuæ 14.C. de iure delibe-
rand.*diximus *reſponſ.21.nu.2.3.& 4.p.2.*

Faciunt proinde non iniuriâ nunc Pauli
hæredes ad vindicationem agendo bono-
127 rum extincti parentis: & vt in ciuile factũ
Cicagliæ Maeſtas coerceat iudicantis,iuxta
Vlpiani præceptum *in l. medicus 3. ff. de va-
rijs,& extraordinar,cognitionib.*

Atque ita ex his Ariſtarchi ſupercilijs
non excuſſis,reſpondendum cenſuimus.

CAROLVS MARANTA I.V.D.
Epiſcopus Iuuenacen.

In hac eadem cauſa (ante quam à nobis
partes conſilium petiuiſſent) conſulendo
reſpondit Admodum R.P.D. Alfonſus de
128 Leone V.I.D.& Sacræ Theologiæ mora-
lis profeſſor ex Clericis Regularibus; qui
quan-

quantæ authoritatis,& doctrinæ ſit,eius pa-
lam faciunt ſcripta prælo preſſa olim in
129 ephebis quond. Franciſci Antonij Bona-
iuti,qui Cathedram obtinebat matutinam,
noſter condiſcipulus. Eius proinde in hac
re datum Conſilium ſubnectere, per quam
iucundum,neque ab vtilitate alienum exi-
ſtimauimus. tuum enim in cõmodum in-
ſudamus omnes amice Lector. Per quam
libenter itaque paratis vtere. Eueniet pro-
130 fecto hoc ipſum aliis, *Nihil ſub ſole nouum*
„ *cum ſit;nec valet quiſquam dicere: Ecce hoc re-*
„ *cens eſt,iam enim præceſſit in ſeculis,quæ fuerunt*
„ *ante nos.Non eſt priorum memoria.ſed nec eorũ*
„ *quidem, quæ poſtea futura ſunt, erit recordatio*
„ *apud eos,qui futuri ſunt in nouiſſimo.* Vt ſapiẽs
Eccleſiaſtes 1. 10. & 11. Loquitur. Ac facile
inuentis cum aliorum commodo addes.

SVMMARIVM.

1 *Actus talis præſumitur, qualis à parte nominatur.*

2 *Authoritas ordinarij requiritur ad inſtitutionem Cappellaniæ.*

3 *Epiſcopus non poteſt Cappellaniam ſimplicem in beneficium conuertere, reluctante fundatore.*

Neque poteſt ſe in illa intromittere, niſi ad agnoſcendum ſi adimpleatur voluntas fundatoris.nu.4.

Illo tamen defuncto.

5 *Cappellania ſimplex impetrari non poteſt, vt beneficium.*

Alioquin gratia ſubreptitia erit.

6 *Cappellania ſimplex, dum remanet in ſua temporalitate reuocari, poteſt per fundatorem.*

Præſertim re integra.

7 *Hoſpitale conſtructum abſque Epiſcopi conſenſu, atque propterea prophanum, poteſt ex voluntate conſtructoris deſtrui.*

8 *Cappellaniæ ſimplicis fundator,conditionem apponere poteſt, vt non ſeruatis conditionibus appoſitis, ſit irrita fundatio talis, tamen conditio apponi non poteſt in Cappellania collatiua.*

9 *Præſentatio tribuit ius præſentato ad rem, non in re.*

Et ſupponit Iuſpatronatus iam erectum. nu. 10.

11 *Conditionis legitimum implementum ſemper præcedere debet, & ſuum diſpoſitum præuenire.*

12 *Relictum perſonis cum commemoratione loci, intelligitur relictum contemplatione loci.*

13 *Miſſæ relictæ, vt in certa Cappella fiant, alibi celebrari non poſſunt.*

14 *Patronus quis dici non poteſt ante erectionẽ, ſaltim inceptam, ex ſola fundatione.*

Præſertim ſi fundationi non acceſſit conſenſus Epiſcopi.

15 *Iuſpatronatus ante Epiſcopi conſenſum non datur.*

16 *Iuſpatronatus non eſt, ſola fundatio, ſeu inſtrumentum fundationis.*

Neque eſt Ius ſpirituale,neque ſpiritualitati annexum.

Sed vt Epiſcopi conſenſus accedat neceſſe eſt.

17 *Præſentatio coràm Ordinario fieri debet, vt præſentato Ius quæratur.*

18 *Conſenſus Epiſcopi in Iurepatronatus, præcedat neceſſe eſt, vt ius tribuat præſentato.*

Licet quidem quoad fundationem ſufficiat ſi ſequatur.& nu.24.

Alioquin præſentatio nulla erit.

19 *Beneficium de Iurepatronatus ante Epiſcopi conſenſum non datur.*

Poteſt tamen eſſe Cappellania prophana.

20 *Cappellania ab Epiſcopo conferri non poteſt, niſi in eius erectione eiuſdem accedat conſenſus, vt ſpirituale Ius ſit.*

Sed neque à Papa.

21 *Patronus quis non dicitur beneficij Iuriſpatronatus,ante Epiſcopi conſenſum.*

Sed Dominus, ſiuè benefactor, ſeù benemeritus.

22 *Cappellaniam prophanam obtinens Sacerdos, non dicitur propriè Capellanus, ſed ſtipendiarius.*

23 *Fine conceſſo, & media ad illum tendentia conceſſa videntur.*

25 *Actus nullus, & imperfectas, reuocabilis eſt.*

26 *Iuſpatronatus iam fundatum cum Epiſcopi conſenſu, reuocari amplius non poteſt.*

Secus verò ſi Epiſcopi conſenſus non acceſſerit.

Nam poterit vſque ad mortẽ reuocare ſuam voluntatem,qui fundare ſtatuerat.nu.27.

28 *Actus non poteſt dici perfectus quando aliquid ſupereſt agendum.*

29 *Fundans Iuſpatronatus pro certis perſonis cum conſenſu Epiſcopi, non poterit poſtea donare alijs perſonis.*

30 *Conſtruens Eccleſiam, vel Monaſterium, etiam ſine conſenſu Epiſcopi, non poterit illud poſtea deſtruere.*

31 *Promittens fundare Eccleſiam, vel beneficium, poterit cogi ad fundandum.*

Declara, ſi voluntas promittentis fuit perfecta.

32 *Inſtitui per Epiſcopum non poteſt, niſi qui præſentatus fuerit per patronum.*

Alioquin inſtitutio nulla eſt.

33 *Actus ſi non valet, vt agitur, valeat vt valere poteſt.*

34 *Pollicitatio perfecta per ſtipulationem, & donationem inter viuos reuocari non poteſt.*

Intellige directè, ſecus indirectè

35 *Sepultura electio reuocari poteſt.*

36 *Donatio facta piæ cauſa, ante acceptationē reuocari non pote.*

Præſertim ſi acceſſit Iuramentum.

Et per Notarium ſtipulantem fuerit acceptata nomine piæ cauſa.

Quod intellige quando donatio eſt absolutè facta, non ex cauſa alias reuocabili.

37 *Acceptatio Notarij pro pia cauſa ſufficit.*

Exaudi in lucratiuis, non in onerosis.

38 *Iuspatronatus eſt ſeruitus quædam.*

39 *Conſenſus Epiſcopi in fundatione Iurispatronatus expreſſus requiritur.*

Præſertim in Monaſterio Monialium. n.40.

41 *Iuspatronatus quando iuſtificatur, citari debet is, de cuius intereſſe agitur.*

42 *Intruſus dicitur, qui licet habet inſtitutionem ab Ordinario, non tamen illam habet Iuris ordine ſeruato.*

Vnde tanquam malæ fidei poſſeſſor tenetur non ſolum ad fructus perceptos, & percipiendos, ſed & qui percipi potuerunt. nu.43.

ARGVMENTVM.

Eiuſdem Argumenti.

RESPONSIO LXXXIX.

VI. D. Paulus Ruſſus habens in Eccleſia Monialium Sancti Ioannis Baptiſtæ Terræ Militelli Vallis Nothi in Sicilia vxorem, genitorē, ſororem ſepultas, & duas filias moniales adhuc ibi viuentes, conſtituit ibimet ſepulturam eligere pro ſe, & ſuis filijs, & deſcendētibus, & proindè die 13. Februarii 4. Indict. 1606, medio inſtrumento publico, narrans hanc voluntatem ſuā, non ſolū declarat, in dicta Eccleſia monialium ad hunc finem ſepulturæ, vt ſuprà, velle ibi conſtruere altare cum ſepultura, ſed etiam vlterius progrediendo, nominat aliquos Cappellanos, qui haberent celebrare in dicto altari conſtruendo, illi quoque redditus ſufficientes aſsignando, pro quibus hypothecauit ſua bona, dictum contractum iuramento vallando. Die autem ſequenti 14. eiuſdem menſis iuſtis cauſis ſuam mentem mouentibus per eumdem Notarium, qui ſupradictum contractum ſtipulauit, non ſolum illum reuocauit, & caſſauit, ſed etiam curauit, vt ſuper inducerentur lineæ per modum crucis Sancti Andreæ in ſingulis folijs dicti contractus. Rebus ſic ſtantibus poſt aliquos menſes viuente adhuc fundatore vnus ex Cappellanis nominatis producendo coràm Epiſcopo copiam primi contractus abſque aliqua mentione reuocationis, & caſſationis, ac aſſerendo altare iam conſtrum, vt excipitur ex verbis inſtitutionis factæ ab Epiſcopo, ibi *conſtructum, & fundatum*, ac Cappellanum primo vocatum, & nominatum non curaſſe ex negligentia, ſibi expediri facere inſtitutionem intrà tempus á iure ſtatutum, petijt ſtatim ex iure deuoluto ſibi concedi inſtitutionem ad Cappellaniam, ſtante præfata nominatione ſuæ perſonæ facta in dicto contractu, quam inſtitutionem obtinuit, & exindè poſt aliquos annos ſibi fecit adiudicare bona in dicto contractu promiſſa pro dote ipſius Cappellaniæ. Quæritur modo, an dicta inſtitutio facta ab Epiſcopo ſit valida, nec ne?

Et dato, & non conceſſo, dictam cappellaniam inſtitutam in dicto contractu eſſe cappellaniam collatiuam, & ſic beneficium Eccleſiaſticum, nam in dicto cōtractu non ſolum illam appellat dictus Paulus capellaniam, ſed etiam iuſpatronatus, & benefi-
1 cium; actus enim talis præſumitur qualis à parte nominatur. *Bart. in l. cum quid num. 11. ff. ſi cert. pet. cum alijs allegatis per Cephal. conſ. 603. nu. 11. & ſeq. lib. 4.* Nam ſi eſſet non collatiua, ſed prophana, pro vt iure prætendi poſſet, quod in caſu noſtro iudicanda ſit talis capellania, ex quo licet fundator hypothecauerit bona aliqua ſua pro illius ca-
2 pellaniæ ſtipendio, non requiſiuit authoritatem ordinarij, prout requiritur ad inſtitutionem capellaniæ collatiuæ, & in ſimili habetur per Rotam in Dertuſenſi relata in meo *tract. de offic. capellani q. 5. num. 161.* imò nulla fecit de Epiſcopo mentionem, neque illa bona iuſſit à ſuis hæredibus amoueri, & poſt alios notat *Perez in tract. de anniuerſ. & cappellan. lib. 2. cap. 1. nu. 3.* vbi benè *nu. 23. & ſeq.* declarat, nihil referre, ſi fundator appellet alio nomine dictam capellaniam; nam quando conſtat de voluntate loquentis receditur à proprietate vocabuli, cum actus agentium non operentur vltra eorum intentionem, & verba debent deſeruire menti, & non è contrà mens debet deſeruire

verbis

verbis, de qua re *Nauar.cōſ.7.de prabend.* vbi
de vocante talem capellaniam beneficium,
& ſic quod ex hoc capite Epiſcopus non
poteſt illam conferre, nec illam conuerte-
3 re in beneficium reluctante ipſo fundato-
re, vt poſt *Rot.notant Garz.part.1.cap.2.num.*
108. & Moneta de commut. vltim. voluntatum
c.16.ſub n. 180. & per conſequens eius colla-
tio fuerit inualida, cum nequeat Epiſcopus
ſe intromittere in capellania non collati-
4 ua, niſi ad cognoſcendum, ſi adimpleatur
voluntas fundatoris, quando ipſe iam eſt
defunctus, vt per eundem *Perez ſupracit.nu.*
23. vbi in ſpecie ait, perperam facere ordi-
narios, ſi eam vt capellaniam conferant; ſi-
5 cut neq; poſſe impetrari tanquam benefi-
ciū. probat latè *Valēz.conſ.188.p.2.* & ſi aliter
fuerit impetrata gratia eſt ſubreptitia, nec
conſideranda. *Rota apud Monetam loco ſupra-*
citato cap. 10. ſub num. 479. & patet ex deciſ.
Melphit. legati pij 24. Ianuarij 1616. coràm
Dunozetto. relata in *meo tract. de off. capell.*
q.5.nu. 171. & licet DD, ſupracit. non tractēt
hunc articulum in puncto, vtrum funda-
tor dictæ capellaniæ non collatiuæ poſsit il-
6 lam reuocare, tamen ex eo, quod vocant
dictū fundatorē benefactorē, & dominū, &
dicta bona remanere, in ſua tēporalitate, ſup
ponere vidētur, ꝙ poſſit illā reuocare ma-
ximè re integra, vt in caſu noſtro. Itē etiam
7 quia loquendo de hoſpitali cōſtructo abſq;
conſenſu Epiſcopi, & ſic prophano, prout
eſt talis capellania, docet poſſe dictum do-
minum illud deſtruere per *Selu. in tract. de*
benefic prima par.q.6.ſub nu. 10. & in puncto,
quod inſtitutor talis capellaniæ nō collatiuę
8 poſſit apponere conditionem, quod nō ſer-
uatis conditionibus, ſit irrita dicta fundatio,
& inſtitutio, dixi *ſupra c tract. de off.cap.qu.5.*
num.317. & ſeq. quibus ibi citatis, accedit
Moneta cit.cap.10.num.477. Ergo ſignum eſt
quod illa poteſt reuocari, nam vt poſt *Rotā,*
docet *Monet. ibid.n.praecedenti* dicta conditio
nō poteſt apponi in cappellania collatiua.

Reſpondeo dictam inſtitutionem factam
ab Epiſcopo fuiſſe, & fore nullam, & inuali-
dam hoc ſolido, & firmiſſimo fundamento.
nempè quia per dictum inſtrumentum nul
lum ius ſit acquiſitum capellanis in eo no-
minatis, ſi ergo nullum ius illis acquiſitum,
igitur potuit ipſe fūdator reuocare dictam
nominationem, & inſtrumētū, & poſt reuo-
cationē non potuit ipſe cappellanus petere
dictam inſtitutionem, & per conſequens,
nec ab Epiſcopo validè illa poterat conce-
di. Probabo in primis fundamentum, ex cu-
ius probatione remanebunt quoque illa-
tiones prædictæ ſatis probatæ.

Quod per dictum inſtrumentum nullum
ius ſit acquiſitum ipſis capellanis, patet, nā
dicti capellani nominati in dicto inſtrumen
to in tantum poſſunt habere ius, in quan
tum dicta nominatio haberet vim præſen-
9 tationis. Præſentatio enim eſt illa, quæ tri-
buit ius præſentato ad rem, non in rem, vt
per Rotam in Compoſtellana Parochialis
20. Februarij 1630. coram Merlino relata in
meo *tract.de offic.cappellan.quæſt.4.praxis num.*
112. quibus ibi allegatis accedunt *Ciarl. in*
ſuis controuerſ.cap.1.num.13. & Marius Anto-
ninus lib.1. var.reſolut.9.nu.1. ſed dicta nomi-
natio non poteſt aliquo modo habere vim
10 præſentationis, quia præſentatio ſupponit
ius patro. iam perfectū, ideo dicitur fructus
ipſius *cap.conſultationibus vbi DD. de iure pa-*
tr.Broerius dec.15.n.14. Marius Anto.lib.1.var.
reſol.87.ad fin & ſape Rota Romana, & in caſu
noſtro nullo modo erat perfectum dictum
ius patr. Primo ex eo, quod debebat præce-
dere conſtructio capellæ, in qua miſſæ erant
celebrandæ iuxtà conditione appoſitam à
dicto teſtatore in dicto inſtrumento: legiti-
mum .n. cōditionis implementum ſemper
11 debet præcedere, & ſuum diſpoſitum præ-
uenire. *Bald.in l. ab eo num. 1. C. de fideicom.*
ꝙ procedit maximè in caſu noſtro, in quo
talis aſſignatio redditu ū, ſeu inſtitutio iuris
patr. non fuit facta ſimpliciter pro celebra-
tione miſſarū, quo caſu cenſetur facta con-
templatione Capellanorum, vt eſt caſus *Ric*
ci part.4.deciſ.210.num.2. & Steph.Grat.cap.33
num.5.ſuarum diſcept. for. ſed contemplatio-
ne loci, ſeu capellę, & ſepulturę ibi conſtruē-
darum, vt patet ex verbis prohemialibus
inſtrumenti, ex quibus elicitur cauſa finalis
dictæ inſtitutionis, vnde cum capellani ſint
vocati intuitu capellæ, & ſepulturæ ibi
conſtruendarum, debuiſſet ſeruari ordo, vt
prius fabricaretur capella, & poſtea inſtitue
rētur capellani. argumento notatorum *per*
Rotam in nouiſſ diuerſ.deciſ.136.num.13. & in
12 ſpecie quod relictum perſonis cum cōme-
moratione lòci intelligatur relictum con-
templatione loci, dixit *Dilectus de arte teſtan-*
di tit.5, cautela 2.nu.3. refert, & ſequitur *Ioan-*
nes Baptiſta Thor.in ſumm. priuil. piæ cauſæ pri-
uil.160.ad finem, & in puncto quod relictum,
vt in certa capella, ad quam teſtator deuo-
tionem habeat, miſſa celebrari debeat, non
13 poſſit alibi celebrari, notat poſt alios *Steph.*
Grat.ſup.cap.73.n.40. & ſic fuit reſolutum in
Rota Romana coram *Seraph.* vt aliis citatis
habetur *per Marchinum in tract. de ord. tr.1.*
part.2.cap.24.num.2. vbi, & ſi tractet, quando
licitè fieri hoc poſſit cum conſenſu Epiſco-
pi, & patroni, tamen. vt videre eſt *ibi num.* 5.
præſuponit fundatorē eſſe mortuum, quia
nemo eſt, qui audeat dicere, Epiſcopum hoc
poſſe facere ipſo fundatore viuente, qui po-
teſt declarare mentē ſuā, ſicut in caſu noſtro
dictus Paulus declarauit hanc non eſſe ſuā
voluntatem appellando à dicta inſtitutione;
14 à qua quòd liceat appellare, dixit *Rota in no-*
uiſſ.diuerſ.deciſ.197.num.3. & in puncto quod

Digitized by Google

ex ſola fundatione ante conſtructionē ſaltē
ceptām non poſſit quis dici patronus, poſt
alios habetur per *Garz.part.5.de benef.cap 9.d
num.44.* Quod maxime eſt verum, quando
ipſi fundationi non acceſſit conſenſus Epi-
ſcopi, vt poſt *Lamb. & alios notat Sanchez
lib.2 opuſc.moral.cap.3 dub.48.num.8.*& ſic de
clarat *Ricc.deciſ.73. part.3.* quando dicit,
quod constructio capellæ non ſit neceſ-
ſaria ad acquirendum ius patr.nam præſup-
ponit fundationi, vel dotationi acceſſiſſe
conſenſum Epiſcopi,& quod ius patr.acqui
ſitū fuit in capella iam constructa, vt patet
ex eius diſcurſu,& fauet *Rota in nouiſſ.p.1.de-
ciſ.222.*

Secundò ex quo fundationi non acceſſe-
rat conſenſus Epiſcopi, nam ante dictum
15 conſenſum, neque datur ius patr. nec ali-
quis poteſt dici patronus,vt ſit clarū ex defi-
nitione iur.patr. & deducit *Sebaſt. Medic. in
tractat.de definit.defin.56.n.2.tom.18.tract.* vn-
de *Marius Antoninus lib.1.reſolut.87. num.8.*
dicit, quod ad ius patr. attenditur tempus
præſtiti conſenſus ab Epiſcopo, quæ omnia
claré ſignificant ius patronatus non eſſe per
fectum, niſi accedente dicto conſenſu Or-
dinarij,& clarius *Gugliel.Redoan.tract. de ſim.
mentali part.1.cap.28.tom.15.tract.part.2.*benè
declarat,quod fundatio ſola,ſeù inſtrumen
16 tum fundationis iuris patr.non ſit ius ſpiri-
tuale,ſeu ſpiritualitati annexū,quādo nō ac-
cedit conſenſus Epiſcopi; dat exemplum de
literis Apoſtolicis,vt quis de beneficio pro
uideatur,quæ literę,vt ſubdit dictus author,
non tribuunt ius in re, vel ad rem, ſed tan-
tum faciunt quoddam ius præparatorium
ad beneficium, quod eſt ſpirituale, obti-
nendum,& *num.2.* concludit, quod adhoc
vt acquiratur,& reſeruetur ius patr.fundan-
ti,dotanti,aut conſtruenti, eſt neceſſe,quod
accedat conſenſus Epiſcopi,& aliter factum
non tenere,quia cum aliquid certis,forma,
qualitate,& conditione fieri requiritur, eis
non ſeruatis, non debet tenere, & valere,
neq;ritè factum cenſeri,quia paria ſunt non
fieri, & fieri pro vt nō decet.hactenus *Redoa
nus.* Confirmatur ex eo,quod poſt. *Abb. &
Gomes dicit Ciarlinus in ſuis controuerſ.fori Ec-
cleſiaſtici cap.1.ſubnum.*14. quod ſcilicet ad
17 hoc,vt ius quæratur præſentato per præſen-
tationem, debet fieri præſentatio coram
Ordinario. At hæc nominatio non ſolum
non fuit facta coram Ordinario, ſed in in-
ſtrumento, cui non acceſſit conſenſus Or-
dinarij, ergo non poterat per eam aliquod
ius ſpeciale quæri ipſis nominatis in dicto
inſtrumento,quod eſt ita verum,vt & ſi cō-
ſenſus Epiſcopi ſufficiat, ſi poſtea accedat
fundationi iuris patr.vt ille conſtituatur,ta-
men ad hoc,vt tribuat ius præſentato,neceſ-
18 ſe eſt,vt præcedat ipſam præſentationem,
ita *Lancellott.Gall.in tract.de ſtat.verb.viginti,
quæſt.4.ad finem tom.2.tract.*qui expreſſe ſub-
dit,quod alias nullius effectus erit pręſenta-
tio,& teſtatur de communi opinione poſt,
*Calder.conſ.56.& Roccum de Curte in tract. de
iure patr.verb.pro eo.quæſt.2. in fin.* Ratio eſt,
19 quia ante dictum conſenſum non datur
beneficium Eccleſiaſticum, ſed capellania
prophana, vt præter cit. à me *in tract.de off.
cap.quæſt.3. num.36. & quæſt.5. num.178.* ha-
betur *per Ricc.part.3.deciſ.90.nu.3.*& Sine eo
q̄ ſit beneficiū Eccleſiaſticum nō datur ius
patr.q̄ eſt ius ſpirituale, ſeu ſpiritualitati an-
nexum,nam capellania prophana tunc ſpi-
ritualziatur, vt ait *Perez ſuprac.cap.1. nu.34.*
quando accedit cōſenſus Epiſcopi,qui ideò
ibidem *num.39.* ſubdit,vt refero *ſup.num.79.
ad finem*, quòd ante conſenſum præfatum,
dicta capellania non ſolum non poſſit con-
ferri ab Epiſcopo,ſed neque à Papa.Quę om
21 nia confirmantur ex eo,quòd ante dictum
conſenſum neque dicitur quis propriè pa-
21 tronus,ſed dominus *Selua de benef.p.1.cap.6
num.10.* ſeu, vt alij vocant benefactor, ſeu
benemeritus;& Sacerdos nō dicitur propriè
22 capellanus,ſed ſtipendiarius *Perez cit.cap.1.
num.35.*

Nec refert,ſi dicatur quod Epiſcopus in-
ſtituēdo dictum capellanum in dicta capel-
la.cenſeatur prius conſenſum præbuiſſe di-
ctæ fundationi,ex regula illa,quia concesso
23 fine aliquo,cenſeantur conceſſa media ten
dentia ad dictum finem *cap.quoniam de ſent.
excomm.*quia dato, & non conceſſo hoc aſ-
ſumptū ſubſiſtere in iure,pręterquam quod
hoc eſt verum, quando patronus non con-
tradiceret (& in caſu noſtro fundator ex-
preſſe contradixit) *Selu. cit. quæſt.6. num.20.*
vbi quod id dictū,ſufficere cōſu Epiſcopi,ſi
24 accedat poſt fundationem iuris patr.habeat
locū in iure patr.inſtituto in vltima volūta-
te,non autem inter viuos;maxime, quando
effectus non differatur poſt mortem, vt in
caſu noſtro,& hanc opinionem dicit magis
ęquā,ac maioribus authoritatibus roboratā,
& habetur per *Garz. p.1.de benef.cap.2. num.
111. & Monetam in cap.10. num.*481. adhuc
tamen in caſu noſtro nullo modo poteſt il-
lud vendicare ſibi locum.cum iam quando
fuit facta inſtitutio ab Epiſcopo, dictum in-
ſtrumentum fundationis fuerat iam reuo-
catum ab ipſo fundatore,& per conſequens
reuocata præſentatio facta in eo de dictis
capellanis;quo caſu conſenſus Epiſcopi non
poteſt aliquid operari ex defectu funda-
menti ipſius conſenſus, quod eſt funda-
tio, conſtructio, vel dotatio, & vbi ruit
fundamentum, corruunt fundata. vulg. iuri-
bus.

Quod autem fundator ante conſenſum
præſtitum ab Epiſcopo inſtrumento funda-
tionis iuris patr.poſſit reuocare dictam fun
dationem ſic nullam, vel ſaltem imperfe-

ctam

ctam abſque conſenſu Epiſcopi DD.viden-
tur ſupponere, certo cum doceant actum
25 nullum,ac imperfectum eſſe reuocabilem,
vt de actu nullo habetur per *Sperellum dec.
74.n.32.& deciſ.91.nu.26.*ac de actu imperfe-
cto *Seraphin.deciſ.* & ideò loquen-
do in terminis noſtris, tantum dubitant, v-
trum id etiam poſſit ipſe fundator poſtquã
Epiſcopus conſenſum præſtitit, vt eſt videre
per *Lambert.loc.loc.relat.per Monet.de commu.
vltim.volunt.cap.10.num.225.& ſeq.* Vbi ha-
betis limitationes, & per *Rotam apud Veral-
lum deciſ.290.lib.1.* Qui authores cum ea ra-
tione concludant, fundatorem non poſſe
reuocare dictam fundationem factam cum
conſenſu Epiſcopi,quia dictum ius patr.hoc
caſu fuit in ſe perfectum; tacitè concedunt,
26 quod vbi non præceſſit adhuc conſenſus
Epiſcopi,non ſit ius patr. perfectum,& poſ-
ſit reuocari,ita expreſsè *Gratianus tom. 1. di-
ſcept for.cap.177.*vbi& ſi conclud[illegible]non po-
tuiſſe fundatorem reuocare facultatem no-
minandi Rectorem in quadam Eccleſia cõ-
ceſſa Fratribus Sancti Franciſci in inſtru-
mento fundationis iuris patr.poſtquam fuit
dictum ius patron. perſectum per conſen-
ſum Epiſcopi, ſubdit tamen *ad finem num. 4.*
hæc verba,*Secus eſſet ſi non interueniſſet con-
ſenſus Diocæſani*, clarius *Moneta loco ſuprac.
cap.11.num.197.*vbi poſt *Lambert.*docet,teſta
torem,qui mandauit creari beneficium, &
conſtituit aliquem tertium patronum,ſi ad
id non interuenerit conſenſus Ordinarij,
27 poſſe vſque ad mortem reuocare ſuam vo
luntatem: optima quidem ratione, nam
28 actus non poteſt dici perfectus, quando ali-
quid ſupereſt agendum, *Menoch. conſ.33.nu.
12.lib.2.* & quando plura requiruntur,actus
perficitur ex vltimo requiſito,*Surd.deciſ.82.
num.15.*

Neque obſtat quod ſupradicti authores
non loquantur de reuocatione totius,vt ita
dixerim fundationis iuriſpatron. ſed tãtum
alicuius qualitatis, vt eſt videre apud eos, &
late egi *in meo tract.de off.cap.quæſt.4. praxi 3.
à num.17.verſ bis ſic declaratis*,quibus ibi alle-
gatis accedunt *Monet. loc.ſuprac.c.13. à nu.
197.& Rot.in Ferrarien.die lunæ 30. Aprilis
1635.corã Dunozetto,* vbi quod is,qui funda
29 uit ius patr.pro certis perſonis cum con-
ſenſu Epiſcopi, non poſſit illud poſtea do-
nare alijs perſonis. latè *Garz. p.5. de benef. c.
9.à num.58.* Quod etiam confirmari poteſt,
30 quia non ſolum conſtruens Eccleſiam,
vel monaſterium,etiam abſque licentia Epi
ſcopi,non poteſt illud poſtea deſtruere, vt
per DD. quos citat *Genuens in ſuis practica-
bilibus q.344.& Lauretus de Franchis in ſuis
controuerſ.inter Epiſcopos,& Regulares,cum
de conſtitutionibus Greg.XV. & Vrb.VIII.
circa erectionem nouorum monaſteriorũ mihi
31 fol.115.*Sed etiam promittens tantum fun-
dare Eccleſiam, vel beneficium compelli
poteſt ad fundandum, idque non modo,
quando incepit opus,quo caſu etiam de iu
re ciuili pollicitatio inducit actionem, ſed
etiam ante opus inceptum, nam hoc caſu
pollicitatio de iure canonico producit
actionem, vt quis cogatur ad illud facien-
dum etiam antequam inceperit, vt late per
Monet.loc.vltim. ſupracit. n.127.

Quia ad argumentũ reſpondetur;primò,
DD.citatos ſupponere iuspatronatus perfe-
ctum ratione conſtructionis à fundatore
requiri, & conſenſus Epiſcopi de iure ne-
ceſſarius,& ideo loquuntur de reuocatione
qualitatis alicuius duntaxat, & non totius
iurispatronatus. at in caſu noſtro, vt dixi,
dictum iuspatronatus ex defectu vtriuſque
conditionis eſt inperfectum, & ideò potuit
in totum reuocari. Reſpondetur ſecundò
ex eo inferri ad ſummum, quod præfatus
fundator non potuit reuocare dictum iuſ-
patronatus, non autẽ quòd dicta reuocatio
non ſit ſufficiens pro reuocatione nomina-
tionis, ſeù præſentationis factæ de ipſis Cap
pellanis, vt patet in caſibus, in quibus lo-
quuntur Doctores, quòd ſat eſt pro ſubſi-
ſtentia noſtri fundamenti, nempè per di-
ctum inſtrumentum reuocatum nullum
ius habuiſſe Cappellanum ibi nominatum
ad petendam inſtitutionem, & per conſe-
quens malè fuiſſe inſtitutum ab Epiſcopo,
32 qui non poteſt inſtituere,niſi præſentatum
à patrono,& quòd aliàs inſtitutio ſit nulla,
vt poſt alios dixi *ſuprac.q.3.de off.capell.qui-
bus ibi allegatis accedit Marius Antonin.
lib.1. reſol.29. n.3.* Actus enim ſi non valet,
vt agitur,valet vt valere poteſt. *Rot. deciſ.3.
nu.2.de confeſſis in Antiquioribus Biſegnetti.*

Reſpondetur tertio, ex qua reſponſione
reſoluitur etiam confirmatio ſupra allata;
doctrinam procedere,vbi dicta pollicitatio,
ſeù promiſſio, vel inſtitutio iuriſpatr. ſim-
pliciter fuiſſet facta,non autem quando fuit
facta contemplatione ſepulturæ ibi electæ à
fundante,vt in caſu noſtro, quo caſu ex eo,
quòd electio ſepulturæ ſit reuocabilis, ipſa
promiſſio quoque, & pollicitatio licèt per-
fecta per ſtipulationem, & donationem in-
34 ter viuos, etſi directè non poſſit reuocari,
poterit tamen reuocari indirectè, per reuo-
cationem electionis ſepulturæ, cuius natu-
ram aſſumpſit ipſa pollicitatio, & donatio,
ita poſt *Bart.in l fin.de ſolut. & Ruynũ conſ.
61. incip. caſus, de quo quæritur vol.2. Ge-
nuenſ.in ſuis practicabilibus eccleſ. q. 448. &
ſequitur Ioannes Baptiſta de Thono in ſum-
ma priuil.pia cauſa priuil.213.*quæ eſt doctri-
na valdè punctualis pro caſu noſtro, in quo
dicta promiſſio fuit facta per donationem
inter viuos contemplatione ſepulturæ ibi
electæ,vt dixi,& ideò quia poſtea cum nol-
let amplius in ea Eccleſia ſepeliri ſuum ca-
dauer,

dauer, & iam per teſtamentum conditum
ſub anno 1612. elegit alteram ſepulturam,
& iuſsit ſepeliri in Eccleſia matrice dictæ
Terræ Militelli, reuocare potuit dictã pro-
miſsionem, ſeu dotationem prout reuoca-
35 re poterat ſepulturã prædictam, iuxtà tex.
*in cap. 1. de ſepultur. in 6. & notat poſt alios
Epiſcopus Carol. Marant. p. 2. ſuar. reſp. reſp.*
14. & ſic debent intelligi DD. quando dicũt
donationem factam piæ cauſæ ante acce-
36 ptationem non poſſe reuocari, maximè
vbi acceſsit iuramentum, & fuit acceptata
à Notario nomine piæ cauſæ. vt per *Molfeſ.
p. 2. ſua ſumma tract. 12. cap. 17. num. 41.* eſt
enim vera, quando donatio eſt abſoluta, nõ
autem quãdo eſt facta cõtẽplatione alterius
rei reuocabilis à fundatore, vt eſt electio ſe-
pulturæ iuxtà ſupradicta, fauet poſt *Sanch.*
37 *Moneta 1. c. 4. n. 239.* vbi ſupra, ꝙ acceptatio
Notarij pro cauſa pia ſufficiat, vbi ſumus in
lucratiuis, non autem in oneroſis, & reſpec-
tiuis, hęc autem donatio reſpectu Monaſte-
rij Monialium eſt reſpectiua, quia Monaſte
rium non ſolum debebat concedere licen-
tiam fabricandi Cappellam, & ſepulturam,
& poſt dictam licentiam à præfato Paulo de
bebat fabricari ibi Cappella, & ſepultura, &
ſepeliri in ea, ſed etiã oneroſa, cum iuſpatr.
38 ſit ſeruitus quædam, vt ait *gloſſ. in cap. pia
mentis 16. q. 7. cum aliis allegatis per me cit.
tract. de off. cap. q. 3. n.* 100.

Præterquam quòd dicta doctrina de ac-
ceptatione Notarij procedit in donatione,
& reſpectu Cappellanorum; dummodo fa-
bricaretur altare, ac Cappella, & ſepultura,
in qua ipſe fundator debet ſepelliri, non autẽ
in dotatione ad effectũ acquirendi iuſpatr.
quo caſu ad hoc, vt ſit perfectum, & tribuat
ius, non ſufficit acceptatio Notarij, quæ ſup-
plet acceptationem eius, cuius fauore facta
eſt promiſsio, ſed eſt neſſarius cõſenſus Epi-
ſcopi, qui non ſuppletur per acceptationem
39 Notarij, ſed requiritur ſpecificè. *Rota in
nouiſſ. p. 1. deciſ. 223. n. 3.* & aliàs, vt dixi nun-
quã eſt beneficium Eccleſiaſticum, & quis
non eſt patronus, & præter ibi allegatos ha-
betur per *Felin in cap. ex parte n. 2. de reſcri-
ptis,* maximè cùm ſimus in materia acqui-
rendi iuſpatr. ac conſtituendi cappellaniam
40 in Eccleſia Monialium ſubiecta Epiſcopo,
quo caſu eſt ad hoc neceſſarius expreſſus
conſenſus Epiſcopi, vt per *Portell. q. 2. ſuarũ
reſponſionum moral. caſu* 17. ideoque ante
conſenſum præfatum potuit reuocari; ſi po
tuit reuocari, & etiam fuit reuocatũ, ſequi-
tur quod dictus cappellanus dum petiit in-
ſtitutionem, nulla facta mentione dictæ re-
uocationis, qua facta mentione, vel ipſe or-
dinarius non conceſsiſſet dictam inſtitutio-
nem, vel ſaltem citaſſet ad videndum de-
clarari, vtrum dicta reuocatio eſſet valida,
nec ne prout fieri debet, quando aduerſa-
rius eſt certus, dicta inſtitutio fuit ſubrepti-
tiè obtenta; maximè quia hoc caſu neque
fuerunt affixa edicta, quæ neceſſariò requi-
runtur ante inſtitutionem faciendam de
beneficio iuriſpatr. quæ (dato & nõ cõceſſo,
quòd dictum iuſpatr. ſubſiſtat.) non ſolum
reddunt inſtitutionem nullam, vt loquen-
do de primo caſu citationis. habetur per
*Lambert. in tract. de iu. patr. lib. 2. p. 2. q. 6. prin
cipali art. 10. & 11. & 13. n. 6.* quando enim
41 iuſtificatur iuſpatr. debet citari is, de cuius
intereſſe agitur *Seraph. deciſ. 1395. n. 2. verſ.
vel fuit citatus,* & loquendo de ſecundo ca-
ſu edictorũ, reſpondetur per *Rot. ſæpè apud
Ricc. p. 1. praxis deciſ.* 160. eſtque de hoc tex.
apertus in *cap. fin. de elect. in 6.* Sed etiam
Cappellanum præfatum inſtitutũ reddunt
intruſum; talis eſt iſte, qui licèt habeat dictã
43 ſtitutionem ab Ordinario illam non ha-
bet iuriſdictione ſeruata, vt poſt *Rebuffum
& alios habet Sanchez lib. 2. opuſcul. moral. c.
2. dub. 21. n. 5. Marius Antoninus lib. 1. var.
reſol.* 11. & per conſequens cùm eius poſ-
ſeſsio ſit improba, & vitioſa, debet om-
ninò ab eo auferri, & tamquam nullum ius
habens in dictis bonis tenetur ad fructus
perceptos, vt poſt *Pariſ. & Rotam dixi in ſu-
prad. meo tract. de off. cap. q. 4. praxis nu. 197.
alias 297. & ſeq.* quibus ibi allegatis addo
Rotam in nouis lib. 2. deciſ. 1170. num. 1. vbi
quòd intruſus tamquam malæ fidei poſſeſ-
ſor tenetur non ſolum ad fructos perce-
ptos, & percipiendos, ſed etiam ad eos qui
percipi potuerunt:

Et hæc, &c:

D. Alphonſus de Leone Clericus Re-
gularis V. I. D. & Theologiæ mora-
lis profeſſor.

*Ego D. Marcellus Megalius Clericus Re-
gular. S. Theol. & V. I. profeſſor. de ſub-
ſcriptione requiſitus libenter me ſubſcri-
bo, & ſententiam prædictam approbo.*

*Ego Iulius Caponus S. Theol. & V. I. D. ac
Lector publicus in Neapol. Gimnaſio idẽ
ſentio.*

Satis ſuperque, aptè, perſpicaciq. iudicio
perpenſa ſunt omnia in hac facti ſpecie per
Adm. Reu. ſariſque doctum Patrem D. Al-
phonſum de Leone, vt nihil ſupereſſe aliud
videatur. Libentiſſime igitur in eius pedi-
bus imus ſententiam, eique ſubſcribimus.
Hoc vnũ addentes, quo rem integram fuiſ
ſe conijcimus, vt reuocationi locus ſuper-
fuiſſe donanti non obſcurè videatur; quod
donatio præfata per V. I. D. Paulum Ruſ-
ſum facta pro erigendo beneficio, non actus
perfectus fuit, ſed ex poſt facto perficiendus
per erectionem capellæ in Eccleſia Monia-
lium Sancti Ioannis Baptiſtæ, atque conſe-
quenter conditionalis. Conditione, itaque
pendente, neque intercedente conſenſu
Monialium, vt erectio fieri poſſet, donatio
ipſa

ipſa in ſuſpenſo fuit; ità, ac ſi non facta fuiſſet, diximus *reſponſ. noſtra 32. num. 36. part. 1. & reſpon. 40. num. 41. ead. part.* Licuit proinde donanti per pœnitentiam, factam reuocare donationem; quòd integra adhuc res eſſet, neque de alterius ageretur præiudicio; non Dei, cui acquiſitum nihil erat adhuc per donationem conditionalem, non impleta adhuc conditione; non hominum vocatorum ad beneficium, quibus ius erat poſt erectionem, non antè; licuit igitur pœnitere. *Gloſſ. notab. in cap. cum layci 10. verbo pœnitentia, vbi etiam Abb. de iure patronatus Rota apud S. memor. Gregor. XV. deciſ. 410. num. 3. & 4. vbi etiã Beltraminus addens num. 8.* In eandem igitur non ab re imus tanti Patris ſententiam, quo cum vna lectoris Franciſci Antonij Bonaiuti adoloſcentes Auditores fuimus.

CAROLVS MARANTA I. V. D.
Epiſcopus Iuuenacen. Sacti Officij Sanctiſſimæ Inquiſitionis in hoc Regno
Ordinarius Conſultor.

SVMMARIVM.

1 *Inſtrumento à Notario vaſſallo celebrato fides non adhibetur ex conſtitutione Regis Ladislai.*
Siuè pro, ſiuè contrà Baronem celebratum fuerit num. 2.
Reiecta Molfeſii ſententia n. 3.
4 *Tranſactionis ſubſtantiale eſt iura minuere, & augere vtriuſque partis tranſigentis.*
5 *Conſtitutio Regis Ladislai locum habet etiam in inſtrumentis à Barone celebratis cum Eccleſia.*
Neque in hoc vel fauor, vel Eccleſiæ præiudicium verſatur.
Quia poteſt contrahere cum alio Notario nõ vaſſallo.
Et Conſtitutio Notarij perſonam inhabilitat. num. 6.
Vnde tenet lex in hoc contra perſonam ſubiectam lata. Non tamen habet locum in decreto iudicis. n. 10.
Neque in obligationibus, quæ fiunt penes acta iudialia. num. 12.
Neque partium in poteſtate eſt eidem conſtitutioni contrauenire. n. 17.
7 *Princeps laycus non poteſt ſtatuere ſuper iuramento, neque directè, neque indirectè.*
Sed circa probationem, quoad perſonam Notarij.
8 *Allegãti, onus incumbit probandi, quod allegat.*
9 *Confirmatio non mutat ſubſtantiam confirmati circa factum, ſed ſolum iuris ſupplet defectum.*
11 *Decretum iudicis ſupplet nullitates contractus ex ſui carentia reſultantes.*
Non verò inhabilitatem Notarij.
Vel nullitates aliundè prouenientes.
13 *Acta iudicij debent confici per Notarium cauſæ deputatum ad ſcribendum acta.*
14 *Actuarius non rogatur, ſed eligitur, & deputatur à iudice.*
15 *Inſtrumentum caret calore iudicij.*
E differt ab actis iudicij.
16 *Confeſsio voluntaria, & quæ emanauit à Procuratore, poteſt quandocũq. reuocari.*
Etiam non docto de errore.
18 *Curatores, & Adminiſtratores præiudicare haud poſſunt iuribus principalis.*
Etiam ſoluenda.
19 *Onera realia ſequuntur poſſeſſores bonorum, & inter eos diuiduntur.*
tranſeuntque pro rata bonorum in ceſſionarium. num. 20. & 21.
21 *Obliagtio ſoluendi debita in bonis ceſſis intelligitur pro reſiduo bonorum ceſſorum.*

ARGVMENTVM.

Ad materiam conſtitotionis Regis Ladislai in Regno Neapolitano. Quod inſtrumentis celebratis per Notarios vaſſallos nulla præbetur fides, ſiuè prò, ſiuè contrà Baronem celebrata fuerint. Decretum Iudicis licèt ſuppleat nullitates contractus ex ſui carentia, non ſupplet tamen inhabilitatẽ Notarij. Acta iudicii debent confici per Notarium à Iudice deputatũ. Onera realia poſſeſſores ſequuntur bonorum.

RESPONSIO LXXXX.

OB non probationem crediti, eiuſque correſpectiuitatem ad loca ceſſa Principi Tarſiæ, vel ſaltem turbiditatẽ Rota ſub die 30. Aprilis 1640 cen-

cenſuit reiiciendam exceptionem compen-
ſationis oppoſitam ab Eminentiſs. D. Car-
dinali Brancaccio aduerſus D. Aloyſium
de S. Seuerino Principem Biſignani credito-
rem ex cauſa Penſionum decurſarum.

Quam tamen, repropoſita cauſa ſub die
27. Maij 1641. reſponſum fuit admittendã,
quia creditum D. Cardinalis videbatur pro-
bari ex publicis Inſtrumentis, quorum fidẽ
non abrogabat Conſtitutio Ladislai ex plu
ribus rationibus in deciſione deductis. Præ-
fata verò correſpectiuitas videbatur tolli ex
lectura inſtrumenti celebrati contemplã-
tione non alicuius corporis particularis, ſed
etiam bonorum à moderno Principe Biſi-
gnani poſſeſſorum, vnde etiam crediti iur-
biditas euacuabatur.

Verùm hodie propoſito dubio, An ſtan-
dum eſſet in primo, vel ſecundo loco deci-
ſis? Domini recedendo à ſecunda deciſione
primam confirmarunt, cuius fundamenta
ſubſiſtunt, non obſtan. ex aduerſo deductis.

1 Inſtrumentis enim ad probandum credi
tum Cardinalis productis, quia fuerunt ro-
gata à Notarijs vaſſallis Principis Biſignani,
cum quo celebrabantur, nulla poteſt adhi-
beri fides, ſic diſponente Conſtitutione Re-
gis Ladislai, quæ euitari non poteſt, ex eo,
2 quod inſtrumenta concepta ſint contra ip-
ſum Baronem, iuxtà Molteſij, & aliorum in
ſecunda deciſione allegatorum opinionẽ,
3 cuius contrariam, præter *Afflict. Vinc. de An-
na, & Ricc. allegatos in prima deciſione*, tenet
*Rom. conſ. 91. num. 2. lib. 1. Camill. de Ratta in
tract. feud. part. 10. dilucid. 51. num. 6. & 7. Mutà
in cap. Regni Siciliæ tom. 5. cap. 264. ſub num. 2.
Donat. Anton de Marinis reſol. quotid. cap. 280.
lib. 2. Nouar. ſibimet contrarius in tract. de elect.
& variat ſor ſect. 2. in præfat. ſub num. 10. Antil.
de Botta in addit. ad Conſt. Ladislai, Io. Anton de
Nigis de Ciuitate Campaniæ ad c. Regni in gloſ.
num. 7. ante fin & num. ſeq. Galter. in prax. In-
ſtrument. verb. in publica forma nu. 19. Carleual.
de Iudic. & for. compet. lib. 1. tit. 2. diſpu. 2. quæſt.
6. ſect. 7. ſub num. 557. Gait. de cred. part. 3. tit. 1.
num. 322. 326. & ſeq. Flau. Amendola in Addit.
ad Franch. deciſ. 118.*

Quia inſtrumenta de quibus agitur, ne-
dum cantant contra Principem Biſiniani,
ſed etiam continent remiſſiones, & renun-
ciationes ad eius fauorem factas ab Eccle-
ſijs S. Adrani, & S. Mariæ de Martina per viã
4 tranſactionis inter illas, & dictum Principẽ
celebratæ, cui ſubſtantiale eſt non alterius
tantum, ſed vtriuſque tranſigentis iura mi-
nuere, & augere, *l. trãſactio nullo dato, C. de trã-
ſact. Iaſ. in l. fin num. 2. C. eodem. Roland. conſ. 28.
num. 3. lib. 4. Alba. conſ. 89. num. 3. verſ. præterea,
Menoch. conſ. 872. num. 14. Rota deciſ. 447. num.
3. p. 2. recent.*

5 Prout nec dubitari poteſt, quin dicta con
ſtitutio Ladislai locum habeat etiam in in-
ſtrumentis à Barone celebratis cum Eccle-
ſia, quia in hoc non verſatur aliquis Eccle-
ſiæ fauor, vel præiudiciũ, cũ poſſit contra he-
re per alios Notarios Baroni nõ ſubditos, &
conſtitutio perſonam Notarij laici, laicali
6 que authoritate creati inhabilitando ad cõ-
ficienda inſtrumenta pro, vel contra Baro-
nem, cui ſubeſt, talibuſque inſtrumentis fi-
dem adimendo, diſponit de perſona ſubdita
Regi, & de probatione ex eiuſdẽ perſonæ fa-
cto reſultãte, quæ cũ ſit iuris poſitiui ſubijci-
tur iuriſdictioni Legiſlatoris, vt in puncto ſi-
milis ſtatuti benè *Corn. conſ. 64. nu. 7. lib. 3.* quẽ
ſequitur *Carpan. ad Statut. Mediola. in prælud.
n. 570. Rum. conſ. 55. ſub nu. 9. lib. 5.* & in proxi-
mis terminis *Feder. de Sen. conſ. 83. ſub n. 4. Ri-
min. Sen. cõſ. 499. n. 4. Natt. cõſ. 380. n. 4. verſ. ſta-
tuto Ciuitatis, Surd. conſ. 2. nu. 40. Laderch. conſ.
103. n. 1. verſ. eſt lex municipalis, cũ alijs alleg. per
Carol. de Graſſ. de effect. Cleric. effect. 2. ſub n. 331.*

7 Ob eandemque rationem parùm refert,
quod inſtrumenta ſint munita duplici iura-
mento, ſuper quo Princeps laicus directè,
vel indirectè ſtatuere non poteſt, quia Con-
ſtitutio non tangit iuramentũ, ſed perſonã
Notarij ſibi ſubditam, & probationem in-
ſtrumenti ab eo confecti, per quod propte-
rea non probatur, quod iuramentum fuerit
præſtitum, *Caſtrenſ. conſ. 61. num. 2. lib. 2. Ro-
land. conſ. 43. num. 2. in fin. & num. 3. lib. 3. Gio-
uag. conſ. 84. num. 32. & 33. lib. 1. Barboſ. in l. 1.
num. 75. verſ. quod ſi lex ciuilis, ff. ſolut. matrim.
Sanch. ſuper Decal. lib. 3. cap. 12. num. 10. Rot. de-
ciſ. 227. num. 25. part. 7. recent. vltra alios allega-
tos in prima deciſ. § 2. quia in fin.*

Quod verò inſtrumenta celebrata fue-
rint pro exoneratione conſcientiæ bona fi-
de, & cum decreto Iudicis, non apparet, niſi
ex ipſiſmet inſtrumentis, quæ vt dicebatur,
non merentur fidem, & ſic quomodocum-
que prædicta deducantur ad euitandã, ſinè
cõprehenſionẽ caſus noſtri in Cõſtitutione
Ladislai, ſiue ipſius Cõſtitutionis diſpoſitio-
nẽ ex ceſſatione cauſæ finalis à Ladislao cõ-
tẽplatæ, ſẽper verũ eſt dicere, quod nõ probãtur
8 allegatæ qualitates, quarum tamẽ probandi
onus incumbit alleganti iuxtà *Theor. Franc.
in cap. 1. in 1. notab. de præſcript. in 6.* quem ſe-
tur *Aym. conſ. 226. num. 8. Garz. de benef. part. 6.
cap. 1. num. 591. Rota coram Sanct. memor. Greg.
XV. deciſ. 278. num. 1.* Præter quod in inſtru-
mentis non legitur, quòd Princeps promi-
ſerit pro exoneratione conſcientiæ; imò ibi
dicitur Principem tranſigere ad euitandum
iurgia, & controuerſias, ſed ſolum hoc legi-
tur in Breui Apoſtolico confirmationis trã-
ſactionis, quod in hac parte cum diſcordet
inſtrumentis cenſetur erroneum, nec venit
attendum, quia confirmatio non mutat ſub
9 ſtantiam confirmati circa factum, ſed ſolum
ſupplet Iuris defectum, *Sameu. in Compend.
vtriuſque ſignat. num. 71. Rot. deciſ. 458. in fin.*

lib.

Digitized by Google

lib. 3. part. 3. diuerſ. deciſ. 219. num. 3. part. 7. re-
cent. & in Romana ſcutorum 4000. 26. Nouem-
bris 1618. coram bo. me. Coccino.
10 Non obſtat, quod rogitus decreti Iudicis
cadat ſub Conſtitutione ex traditis per *Vin-*
cent. de Franch. deciſ. 118. Adden ad Vinc. de An
na ſing. 224. Gait. de cred cap. 3. tit. 1. num. 342.
& ex decreto, eo quod continet integrum
tenorem tranſactionis, probetur ipſa tran-
11 ſactio. Quia conſtitutio inhabilitat Nota-
rium ſimpliciter, & decretum Iudicis ſup-
plet quidem nullitatem contractus ex ſui
carentia reſultātem, non tamen inhabilita-
tem Notarij, & nullitates aliunde proue-
nientes, vt benè diſtinguit *Angel. Aret. conſ.*
51. num. 33. ac tribus ſeqq poſt Bart. in l. cum
propter in fin. ff. legat. præſtand. ideoque *Vin-*
cent. de Franch. & alij mox ex aduerſo allega-
ti, non dicunt Conſtitutionem Ladislai nō
12 procedere in inſtrumentis vallatis decreto
Iudicis, ſed in obligationibus, quæ fiunt pe-
nes acta iudicialia, quia fomentum recipiūt
à colore iudicij. Quales non ſunt tranſactio-
nes, de quibus agitur, eſto, quod inſtumen-
ta confecta fuiſſent coram Iudice, eoque
mandante. *Surd. conſ 281. num. 46. Ruin. conſ.*
13 *68. num. 4 lib. 5.* Quia ad hunc effectum vl-
trò requirebatur, quod ea confeciſſet Nota
rius cauſæ ad ſcribendum acta deputatus.
Decius in l. ſi apud quem num. 7. & ibi Add. litt.
D. C. de edend. Alb. ibidem nu. 3. Bald. l. in præci-
pimus nu. 1. C. de appell. Aſin. in prax. §. 14 cap.
8. num. 1. Alexan conſ 120. num 4 verſ. quia acta
lib. 7. Carol de Graſſ. de except. in prælud num 3.
ex Doctor. Afflict. deciſ. 135. num. 5. verſ. Notar.
actorum.

In caſu autē noſtro Inſtrumēta cōfecit nō
Cancellarius, ſeu actuarius Epiſcopi, à quo
Decretum emanauit, ſed Notarius particu-
laris, citra nomen actuarij, vt conſtat, tùm
quia illud non expreſſit, tùm etiam quia
nullibi reperitur deputatus ad ſcribendum
acta; imò in inſtrumento dicitur Notarium
fuiſſe à Iudice rogatum, vt de decreto con-
ficeret publicum inſtrumentum, cum tamē
14 actuarius non ſoleat rogari, ſed eligi, ac de-
putati à Iudice, *cap. ſtatutum, §. Notarium de*
reſcript. in 6. vbi Gemin. in 2. notab. Bero. in cap.
quoniam contra nu 46. de probat. Aſin. in prax.
§. 14. cap. 8. num. 2. & cap. 20. num. 2. Bald. conſ.
137. num. 1. lib. 3. & accedit, quod Iudex ſi-
mul rogauit Iudicem ad contractus, vnde
magis dignoſcitur, quod non verſamur in
actis iudiciarijs, ſed in contractus, ſeu acto-
15 rum inſtrumento, quod caret calore iudi-
cij, & valdè differt ab actis, *Alber. in l ſi frau-*
dem, §. neque inſtrumenta num. 1. ff. de iur fiſc.
quem ſequitur *Aſin. de execut. §. 1. cap. 3. num.*
1. & 2. & facit deciſ. 113. num. 1. part. 6. recent.

Rurſus non obſtat, quod trāſactio videa-
tur probata ex confeſſione antiqui Princi-
pis Biſignani emiſſa in precibus pro obti-
nendo Breui Apoſtolico porrectis, quia ibi
nulla fit mentio alicuius particularis obli-
gationis Principis, & cum ea confeſſio fue-
16 rit voluntaria, & emanauerit à Procurato-
re, poteſt quandocumque reuocari, etiam
non docto de errore, *Caputaq. deciſ. 198. part.*
1. Rot. deciſ. 2. de confeſſ. deciſ. 9. de procur. in
nou. deciſ. 613. num 9. part. 1. diuerſ. deciſ. 198.
num. 3. part. 2. rec.
17 Tandem non releuat allegata obſeruan-
tia tranſactionis, quia non fuit in poteſtate
Principis Biſignani cōſtitutioni Ladislai ob
publicam vtilitatem editæ directè, vel indi-
rectè contrauenire, vt in puncto *Afflict. in*
Conſtit. Reg. lib. 1. rubr. 77. ſub num. 15. infra
med. verſ ne poſſit, & obſeruātia nō eſt proxi-
ma tranſactioni, ſed dantur ſolùm actus fe-
rè poſt centum annos ab eo tempore ema-
18 nati, quique originem duxerūt à Curatore,
& Adminiſtratoribus Principis, cui nequa-
quam præiudicare potuerunt, *l. fin. C. de ac-*
quir. poſſeſſ. Lother. de re benef. lib. 1. quæſt. 38.
num 134. & ſeqq. & fuit dictum in *Theanen.*
beneficij 1621. coram bo. me. Vbaldo ſeniore, & in
Ceſanaten bonorum 10. Decembris 1622. coram
eodem, impreſſ. apud modern. de manut deciſ. 170
num. 10.

Vel in omnem euentum nemo negaue-
rit ex prædictis remanere ſatis turbidam
obligationem Principis Biſignani erga Ec-
cleſias hodie poſſeſſas à D. Cardinali, ſeù ip-
ſius authore, eo magis quia huiuſmodi obli-
gatio, quatenus correſpectiua eſſet ad om-
nia bona Principis, vt dicitur in ſecunda de-
ciſione, egeret liquidatione, & minuenda
eſſet pro rata eorundem bonorum Princi-
pi Tarſiæ, & alijs perſonis ante tranſactionē
initam cum moderno Principe Biſignani
de anno 1622. venditorum à Sereniſſimo
Rege Catholico, antiqui Principis Biſigna-
ni ex teſtamento Iuliæ Vrſinæ mediati ſuc-
ceſſoris, quia onera realia ſequuntur poſſeſ
19 ſores bonorum, & inter eos diuidūtur, *Alb.*
conſ. 730. nu. 23. Bertaz. conſ. crim. 328. num. 5.
Rouit. conſ. 9. num. 8 lib. 2. Coſta de Portion. rat.
quæſt. 5. num. 5. Capic. deciſ. 198. num. 1. 4. & 5.
Vincent. de Franch. deciſ. 1. n. 24.

Quamuis in ceſſione ſucceſſiuè facta mo
derno Principi Biſignani Rex Catholicus
illi iniunxerit onus ſoluendi debita anti-
qui Principis, quia eum idem Rex prius ali-
qua ex bonis cenſualibus ceſſiſſet Principi
20 Tarſiæ, alijſque perſonis, in quas propterea
proportionabiliter rata debitorum realium
paſsiuè tranſiuerat, iuxta *text. in l ſi certarum,*
§. Iulianus ff. de milit. teſtam. obligatio dein-
21 de iniuncta moderno Principi Biſignani in
telligenda eſt de reſiduo debitorum in hæ-
reditate de tempore ei factæ ceſsionis exi-
ſtentium, & de quibus conſtet per veras, &
legitimas probationes, *Alexan. in l. qui Romæ,*
§. Augerius num. 3. ff. de verb. oblig. & ibidem

Soccin.num.6.Iaſ.num.2.& 3. Pariſ.conſ.121. num.10.lib.4.Ciriac.controu.85. num.19. Surd. decif.118.num.8.

Meritò igitur ex his, & alijs in prima deciſione deductis creditum D. Cardinalis non eſſe compenſabile, aut retardare executionem petitam à D.Principe creditore certo,& liquido ex cauſapenſionum, reſponſum fuit vtraque parte informante, &c.

Dũ terminus iã inſtaret deuenit tãdẽ ad manus noſtras hęc S,Romanę Rotæ deciſio corã R.D.P.Bicho.Veneris.13. Iunij 1642. in cauſa Excellentiſs.D.Principis Biſiniani, pro quò antecedẽtes illas duas reſpõſiones dederamus;operæ proinde me prætium facturum exiſtimaui,cum hic illam Romæ ex Typographia Reuerendæ Camerę.Apoſtolicæ tipis cuſſam,ſubijciendam, imprimendamque curauerim. Erit enim tibi quam maximè commodo Amice Lector,pro quo libentiſſimo inſudamus animo,

APOLOGETICVS.

SEV

DEFENSORIVS TRACTATVS
Pro Eccleſia Iuuenacen.

Contra,& aduerſus Archipresbyterum,Capitulum,& Clerum Collegiatæ Eccleſiæ S. Michaelis Archangeli Terræ Terlitij Iuuenacen Diœceſis.

Per

CAROLVM MARANTAM; V. I. D.
Comitem Palatinum, Dei, & Apoſtolicæ Sedis gratia, eiuſdem Eccleſiæ Epiſcopum,Regium Conſiliarium;ac Sancti Officij SS.Generalis,& vniuerſalis Inquiſitionis de Vrbe contra hæreticam prauitatem in hoc Neapolitano Regno Sanctiſſimi D.N.Vrbani Papæ VIII.mandato Ordinarium Conſultorem.

QVO ADVERSARIORVM RETVNDVNTVR IACVLA; ac de validitate agitur cenſurarum contra eoſdem relaxatarum, ex quo Sanctæ Viſitationi ſe oppoſuere. Atque de iuribus dictæ Iuuenacen Eccleſiæ in dicta Terra Terlitij latè diſſeritur. Ad ornatum etiam Decretorum Sacræ Congregationis de Diaconis,& Clericis Saluaticis in Regno Neapolitano. Sacræq; Congregationis Deciſio pro Epiſcopo demum lata refertur.

Opus omnibus in foro verſantibus apprimè vtile,quin neceſſarium,nec iniucundum.



Primum Anno 1639. Nunc vero iterum prælo cuſus.
NEAPOLI, Typis Camilli Caualli. MDCXLIII.

Superiorum permiſſu.
Expenſis Petri Agnelli Porrini Bibliopolæ Neapolitani.

Digitized by Google

S. PHILIPPO NERIO FLORENTINO,
Congregationis Oratorij, Vrbi, Orbiq; Fundatori.

Eccleſiæ Iuuenacen, Capituli, Cleriue, noſtriq. protectori, parentiq optimo.
De hac cauſa Benemerito.

Qui apud Beatisſimam Mariam ſemper Virginem, Iuuenacenſis Eccleſiæ Titularem, Tutelaremq. parentem Benigniſsiſsimam, ſua interceſsione, precibuſque cauſæ patronus fuit.

CAROLVS MARANTA V. I. D.
eiuſdem Eccleſiæ Epiſcopus, quamuis immeritus, omniumque minimus, Cliens humillimus, deditiſsimuſq.

Dicat, ſacrat, donoq. nuncupat.

SVMMARIVM.

1 *Defenſionis deſcriptio, num.1. & vnde illa originem trahat, n.2.*

3 *Naturalia immutabiliter perſeuerant, vt nullo iure comprimi valeant, n.176.*

4 *Diuina enim prouidentia ſunt indita, n.4.*

5 *Deo omnia ſubiecta ſunt, nu.5.*

6 *Vniuerſorum ipſe Dominus, omniumque moderator, n.6.*

7 *Deo nullus dicere poteſt, cur ita facis? nu.7.*

8 *Naturalia quæ ſunt nulli ius eſt violandi, num.8.*

9 *Inferior violare haud iura poteſt ſuperiorum.*

10 *Defenſio lex quædam tacita eſt, vt nullo illa conuelli iure poſſit, n.11.*

Neque principali reſcripto, & n.12.

13 *Naturalia abolere Princeps minimè poteſt.*

14 *Dei quæ ſunt, diſſipandi nulli facultas eſt, verùm cuſtodiendi.*

15 *Sacerdotis eſt, quæ diuina ſunt tueri, quod Nabuthæ exemplo confirmatur.*

16 *Prælati Eccleſiarum Nabuthæ imitatores ſunt, qui vineam ſuam cruore defendit.*

17 *S. Thomas Cantuarienſis, vt Eccleſiæ ſuæ iura tueretur, ſacrum caput impio ferro præcidendum tradere haud dubitauit.*

18 *S. Bellinus Epiſcopus Patauinus à Thoma Capiuaccio, quod, & decimas non ſoluētem excommunicatione ligauerat, immaniter interemptus fuit.*

19 *S. Carolus Borromeus S.R.E. Card. Archiepiſcopus Mediolanen, quanta ſubſtinuit, vt ſuæ ſeruaret iura Eccleſiæ, qui etiam plumbeo globulo petitus fuit, verùm diuina prouidentia ſeruatus.*

20 *Sanctorum Epiſcoporum grandis numerus eſt, qui paſſi ſunt, vt eorum tuerentur iura Eccleſiarum.*

21 *Deus author eſt vtriuſque teſtamenti, tàm veteris, quàm noui.*

22 *Locus Salomonis affertur Prouer.26. nu.4.*
Ne reſpondeas ſtulto iuxta ſtultitiam ſuam.
Reſpondeas ſtulto iuxta ſtultitiam ſuam.
Et elucidatur, n.24.

24 *Sacram Scripturam non iuxta noſtrum ſenſum, ſed ſecundum quem tenet, & tenuit Sancta Mater Eccleſia interpretari nos decet.*

25 *Locus examinatur Eccleſiaſtes.3. Tempus tacendi, tempus loquendi.*

26 *Rationem reddemus Domino, nedum pro otioſo verbo, ſed & pro pernicioſo ſilentio, quod S. Ambroſij dicto confirmatur.*

27 *Locus expenditur Pſal.140. num.3. Pone Domine cuſtodiam ori meo, & oſtium circumſtantiæ labijs meis.*

28 *Tacendum, & loquendum ſtatuto tempore.*

29 *Iuſti proprium eſt tacere, non obmuteſcere. quod illuſtratur.*

30 *Homo ſolus debet tacendi, loquendique alternare vices.*

Hoc docent nos Cicadæ, quod æſtate canant, hieme taceant.

31 *Anna Samuelis mater opportuno tempore, & tacuit, & loquuta fuit, ſuam vt illibatam conſeruaret famam.*

32 *Chriſti omnis actio noſtra eſt inſtructio.*

33 *Chriſtus Dominus noſter ſicut agnu, coram tondente ſe obmutuit.*

34 *Chriſtus Dominus noſter quare ei, qui alapam dedit, reſpondit; locus expenditur accuratè ex Patribus.*

35 *Locus, ſi quis te percuſſerit in vnam maxillam, præbe ei, & alteram, expenditur, & germanus intellectus affertur.*

36 *Iuſtitia in concilijs, & iudicijs ſeruanda.*

37 *Paulus Apoſtolus pro ſe rationem reddens reſpondit, nè infirmis ex ſua taciturnitate ſcandalum generaretur.*

38 *Garruli ollas, & dolia imitantur, quæ quò magis vacua, & inania, eò magis ſunt reſonantia.*

39 *Linguoſis natura hoc inſitum, vt non ſolum multa, ſed etiam mala loquantur.*

Vnde luſciniæ ſimiles, de qua pennis exuta, vox es, dicitur, præterea nihil. 40.

41 *Mineruam ex Iouis cerebro prodiiſſe finxerunt Poetæ, atque ſcientiarum Dea nuncupatur.*

42 *Cornix, quod loquax à Mineruæ miniſterio excluſa; aſcita verò noctua, quòd interdiù tacere nouit.*

43 *Catonis Vticenſis factum, dictumque cum puer adhuc eſſet.*

44 *Garruli cupreſſis ſimiles.*

45 *Tacens aſſentienti ſimilis habetur.*

46 *Taciturnitas operatur, vt pro veritate habeatur, quod contra tacentem dicitur.*

Quia approbare tacens videtur, quod dicitur. num.47.

48 *Error, cui non reſiſtitur, approbatur.*

Præſertim in Prælato, cui ex officio incumbit. num.49.

50 *Paſtor non increpando delinquentes, eos*

tacen-

tacendo occidit.

51 *Locus Pauli Act.20 relatus can. Epheſiis.43 diſt. expenditur ſecundum Sanctum Gregorium.*

52 *Paſtore illo nihil miſeriùs, qui luporum laudibus gloriatur.*

Quia paſtor placere lupis non debet.

53 *Doctor publicus, multoque magis Epiſcopus veritatem publicè docere tenetur.*

54 *Prudentia cum in omnibus, tùm maximè in ſilentio.*

55 *Docti ſolùm loqui debent ſecundum Pythagoram.*

56 *Tacendi, & loquendi tempora ſeruari debēt Throphraſti dictum circa hoc, 57.*

58 *Veritas cùm vrget, vt manifeſtetur, pernicioſum ſilentium tunc eſt.*

59 *Veritas in ſummo bonorum, ac vitæ diſcrimine profitenda.*

60 *Veritàs nè occulatur publicè intereſt, vt neque pietatis, neque humilitatis cauſa ſit à vero recedendum, 61.*

Vtiliuſque ſit ſcandalum naſci, quàm nè veritas relinquatur, 62.

63 *Falſi reus ita habetur, qui veritatem occultat, ſicuti, & qui mendacium profert.*

64 *Terminos antiquos, quos poſuerunt patres noſtri, tranſgredi minime decet.*

65 *Angelicorum ſpirituum nullus legem ſibi diuinitus præfixam tranſcendere audet.*

66 *Statuta, quæ fuere ab initio, ſi mutentur, ludibrium eſt.*

67 *Actori non licet, quod reo licitum nō exiſtit.*

68 *In iudiis non eſt acceptio perſonarum habenda.*

Declaratur regula ex S. Antonino, quòd ad conuenientiam dicatur. 69.

70 *Iuſtitia in æqualitate conſiſtit rei ad rem, ſicuti iniuſtitia in inæqualitate.*

71 *Iuſtitia eſt cuique tribuere quod ſuum eſt. Iniuſtitiæ verò auferre.*

72 *Reſtitutionis principium ab iniuſtia procedit.*

73 *Iniuſtitia omnis rei notabilis peccatum eſt, & ex genere mortale.*

74 *Iniuſtitiam omnem Dominus auerſatur.*

75 *Iudicium ex tribus conſtat, iudice, actore, et reo.*

76 *Stateram ne tranſgrediaris. adagium.*

77 *Modus in rebus optimus. vnius ex ſeptem ſapientibus dictum.*

78 *Trutina, vel lanx adhibetur ad omnia ponderanda.*

Confirmatur ex ſacris litteris, n.79.

80 *Locus Pſalm.61. Veruntamen vani filii hominum, mendaces filii hominum in ſtateris, perpendatur.*

81 *Iniuſtitia nihil miſerius Vrbi.*

82 *Ambitioſus, & auarus nihil iuſtum ſapit, nec cupit.*

83 *Iniuſtitia vitium animi, quo homines amplius quàm par eſt, ſibi ſumunt, dixit Ariſtoteles.*

84 *Naturæ principium, vt quod non tibi vis, alteri ne feceris.*

85 *Iuſtitia conſtans, & perpetua voluntas (definitur, ſiuè deſcribitur) ius ſuum cuique tribuendi.*

Quod immutabiliter partes ſuas quoad omnes ſeruet iuſtitia. 86.

87 *Iuſtitiæ Icones apud Antiquos, eiusque explicatio.*

88 *Contrariorum eſt mutuò ſe à ſubiecto ſubtrahere, cum vnum in alterùm agat.*

Cōtraria enim inuicem sūt corruptibilia. 89.

90 *Actus repugnantes in eodem ſubiecto, neque per diuinam potentiam eodem tempore, eodemque reſpectu poſſunt conſtitui.*

Quod repugnantiam implicet in obiecto, & affertur locus D. Hieronymi in can. ſi Paulus, 11. §. cum omnia. 32. quæſt. 5. atque dilucidatur. 91.

92 *Factum infectum fieri non poteſt, neque per diuinam potentiam.*

93 *Cenſuras vti nullas, vt quis timere non poſſit, duo copulatiuè perquiruntur.*

94 *Terra Terlitii eſt de Diœceſi Iuuenacen, & intra fines eius Diœceſis.*

95 *Epiſcopus habet fundatam intētionem ſuam in iuriſdictione quoad omnes, qui in ſua ſunt ditione, & Diœceſi, vt manutenendus ſit in illa.*

96 *Epiſcopus Iuuenacen quod viſitet, aliaque faciat in Terra Terlitii tanquam Sedis Apoſtolicæ Delegatus, id eſt ob litem pendentem, oritur autem ex ordinaria iuriſdictione.*

Sacræ Rotæ decreta referuntur.

Atque Sacræ Congregationis etiam decreta per litteras datas. 97.

98 *Archipresbyter Terlitien fuit excommunicatus per Epiſcopum Iuuenacen, eo quod ad eum viſitantem recipiendum vna cum Clero accedere noluiſſet; ſed reſipiſcens, palinodiamque canens fuit abſolutus ab eo.*

99 *Sua cuique placent.*

100 *Suum cuique pulchrum. Adagium.*

Quod facit amor ſui, quem Græci Philantian appellant.

In quem Bartholomei Annuli elegans Epigrāma aſſertur. 101.

Aliudque Alciati.

102 *Amor cæcus ſui, qui Philautia dicitur, maximum eſt animi malum.*

Ex hoc oritur, vt vitia etiam placeant dilecti, 103.

104 *Archiyresbyter Terræ Terlitij eſt ſubiectus iuriſditioni Epiſcopi Iuuenacen, & vt Ordinarius, & etiam vt Sanctæ Sedis Apoſtolicæ eſt Delegatus.*

105 *Eccleſia Apoſtolica Romana omnium Eccleſiarum mater eſt, & magiſtra.*

Et omnium Eccleſiarum caput, 106.

Et ſuper omnes alias ordinariæ iuriſdictionis obtinet poteſtatem. 107.

108 *Pontifex Romanus Romanæ Eccleſiæ eſt ſponſus, & omnium Epiſcoporum Epiſcopus, atque Ordinariorum Ordinarius.*

Chriſti Domini Vicarius, quo cum vnum tribunal efficit 109.

110 *Delegatus delegantis vices obtinet, & exequitur, & maior quocumque Ordinario eſt.*

111 *Delegati factum dicitur factum Delegantis, vnde factum à Delegato Papæ, ab ipſo Papa factum dicitur.*

112 *Delegati à Papa, qui poteſtatem diffugit, ipſius vtique Papæ poteſtatem diffugere videtur.*

Vnde Acephalus dicitur, ideſt ſine capite. 113

114 *Capite ſine nemo eſſe debet.*

115 *Membrum, quod ſub capite nō eſt, corporis membrum haud agnoſcitur.*

116 *Membra à capite dignoſcuntur, quod iſtud principale, illa verò acceſſoria dicantur.*

117 *Capite ſubmoto, membra diſperguntur omnia, neque amplius compoſiti nomen perdurat.*

118 *Membrum, quod ſub capite nō eſt, in vnius compagine corporis haud agnoſcitur.*

Nec viuere poteſt.

119 *Eccleſia corpus eſt Chriſti myſticum, cuius caput viſibile eſt Papa, inuiſibile Chriſtus.*

120 *Heretici, & Schiſmatici in vno corpore miſtico Chriſti minimè inueniuntur.*

121 *Membra à capite regulam, & normam accipiunt.*

122 *Hæreſes, & ſchiſmata ab inobedientia ortum traxerunt, ſecundum S. Ciprianum.*

123 *Ignorantia affectata haud prodeſt ſcienti, aut ſcire debenti.*

124 *Ignorare id, in quo quis verſatur, turpe.*

Vnde nec viuere putantur, ignorantes.

125 *Ignorantia facti proprij minimè datur.*

Anacleti II. declaratio Terlitium eſſe in, & de diœceſi Iuuenacen. Atque Angeli Archiepiſcopi Baren. & Raynaldi Archiepiſcopi eiuſdem.

126 *Altaris Miniſtri incruentum ſacrificium offerentes; ſine peccati conſcientia eſſe debent; vnde Apoſtoli 1. ad Corinth. 11. illud aſſertur, & expenditur: probet autem ſe ipſum homo.*

127 *Epiſcopi Apoſtolorum locum ſubeunt.*

Vnde propterea perſecutiones pati debent, ſicuti Apoſtolis conteſtatus fuit Chriſtus Dominus.

128 *Locus expenditur Matth. 5. Beati qui perſecutionem patiuntur propter iuſtitiam.*

129 *Ceremoniæ cur tantæ adhibebātur in conſecratione Pontificum veteris Teſtamenti & ad inſtructionem patientiæ in aduerſis ex Martino Becano.*

130 *Peccatum ipſum peccatorem accuſat, & manifeſtū facit. vbi locus aſſertur Geneſ. 4. non nè ſi benè egeris, &c.*

131 *Apothegma Vulpis ſatis per bellum in ſtatuarij effigiem.*

132 *Impreſſa in quendam, qui quamuis corpore procer, & quaſi gigans eſſet, ſenſu tamen carebat.*

133 *Cupreſſus quamuis procer inter arbores, tamen infœcunda eſt. In eos, qui quamuis aſpectu pulchri, virtute tamen nudi.*

134 *Adagium, Cipariſſi fructus.*

135 *Mulieres aduerſus fucatas, Nanzianzeni perpulchrum, atque ſcitum adagium.*

In quos locus aſſertur S. Apoſtoli Iudæ.

136 *Deum quiſque eum ſibi facit, quod maximè colit.*

Locus aſſertur Apoſtoli Pauli ad Philip. 3.

137 *Locus Pſalm. 7. incidit in foueam, quam fecit, expenditur.*

138 *Mus piſcem guſtans, Adagium, emblemate Alciati dilucidatur.*

139 *Felis, & Picæ factum, quod epigrammate manifeſtatur.*

In eos, qui eodem inſtrumento, quo alijs malū machinantur, ipſi feriuntur, & pereunt.

140 *Probatio nulla maior, oris confeſſione proprij.*

141 *Actus in ſcriptis permanens dicitur, nō tranſiens.*

142 Con-

Digitized by Google

142 *Confeſſio propria dimanat & in habentes caſam à confitente.*

Quamuis eſſet falſa confeſſio,143.

Si tamen illa iuri,naturæq. conueniat,n.144

145 *Confeſſio teſtium probationibus, omnique alio probationum generi antefertur.*

Sequi igitur illam tenetur iudex, 146.

147 *Confeſſio per ſcripturam, etiam parte abſẽte,probat.*

148 *Scriptura ſemper loquitur.*

149 *Faciens per alium,per ſe facere videtur.*

150 *Scripturam præſentans ſciuiſſe, & voluiſſe ſe,quæ in illa continentur,manifeſtat,atque eam approbare.*

Potiſſimum ſi proteſtatione non præmiſſa præſentetur,151.

152 *Impedire quinam dicantur, & quis impeditus?154.*

153 *Res ab effectu æſtimari debet.*

154 *Impedientes Sanctum officium,eiuſque Inquiſitores quinam dicantur?*

155 *Iudex ſiuè Ordinarius,ſiuè Delegatus compeſcere pœnis poteſt, qui eius impedimentũ afferrunt iuriſdictionis exercitio,& num. 163.*

156 *Delegatus poteſt punire eos,qui ſuam impediunt iuriſdictionem, alioquin eluſoria iuriſdictio redderetur,157.*

158 *Inobedientia graue ſemper delictum,& deterrimi exempli æſtimata fuit,ſicuti,et cõtumacia.*

Imò tantò grauior,quantò ex re minori conſurgit.159.

Præſertim ſi ex contemptu proficiſcatur,160.

Eſt proinde cenſuris coercenda.161.

162 *Iuriſdictio labitur vbi mandata contemnũtur.*

164 *Iuſtitiæ lumen iniquis non oritur.*

165 *Excommunicatus,alijſque nodatus cẽſuris, ſi interim ſe diuinis ingerat, irregularitatem incurrit à ſolo Summo Pontifice diſpenſabilem.*

166 *Citatio legitimè facta videtur, ſi culpa citandi factum ſit;ne ad eius perueniret notitiam,ita etiam excommunicatio.*

Eique imputari debet,qui in cauſa fuit,nè citaretur.

167 *Excomunicationem latam ad excomunicati notitiam perueniſſe,etiam per famam, vt ſuum operetur effectum,ſufficit.*

168 *Ignorantia tunc excuſat, cum eſt probabilis,ſecus ſi ſupina, vel craſſa.*

169 *Delegato fides haud habetur, niſi de ſua doceat delegatione.*

170 *Epiſcopus Iuuenacen non eſt ſimplex Delegatus quoad viſitationem,& Pontificalia, aliaque in Terra Terlitij,ſed Ordinarius.*

171 *Epiſcopus fundatam intentionem ſuam habet quoad iuriſdictionẽ in omnes,qui intra terminos ſuæ exiſtunt Diœceſis.*

172 *Terlitij Terra intra fines eſt Iuuenacen Diœceſis,& 177.*

173 *Archipresbyter Terlitien ad Synodum Epiſcopi Iuuenacen accedere tenetur.Et litteræ referuntur Sacræ Congreg.*

174 *Terlitij Terra,& Archipresbyter, & Clerus in aliquibus tantum exẽpti ſunt à iuriſdictione Epiſcopi Iuuenacen, non verò à viſitatione,correptione, collatione ordinũ, alijſque.*

175 *Exemptio, ſubiectionem antecedentem ſemper ſupponit.*

176 *Exemptio,cum ſit priuatio, ſupponit habitum.*

178 *Eccleſia exempta,eſt tamen de Diœceſi.*

Et qualibet Eccleſia præſumitur eſſe in aliqua diœceſi.

Et ſeparatio fieri non poteſt niſi per Papam.

189 *Sẽntentia refertur,quæ anno 1577.à Sacra Romana Rota, ponente Eminentiſſ.Cardinali Lancellotto tunc Rotæ Auditore pro Epiſcopo Iuuenacen contra Archipræsbyterum, & Clerum, ac Capitulum Terræ Terlitij lata fuit.*

180 *Delegatio quod Epiſcopus Iuuenacen viſitet tanquam Sedis Apoſtolicæ Delegatus Terram Terlitij, non eſt ſimplex delegatio,ſed occaſionata,vt in actu primo, & in cauſa competat tanquam Ordinario.*

181 *Actus denominatur à cauſa originaria,prima,& cauſante.*

182 *Effectus à cauſa prima denominatur.*

183 *Cauſæ ab origine negotium penſandum.*

184 *Exemptio non aufert quin quis potentialiter ſubiectionem ſecum ferat.*

185 *Cauſa primaria attendi magis debet,quàm ſecundaria,quòd illa vehementius influit.*

186 *Cauſa efficiens, & materialis effectum præcedit.*

187 *Cauſa ſibi ſimilem producit effectum.*

188 *Cauſatum ſuæ cauſæ naturam ſequitur,eique correſpondet.*

189 *Naturale eſt ex ſimilibus ſimilia procreari.*

190 *Effectus à ſua producente cauſa degenerare minimè poteſt.*

Cauſatum non poteſt eſſe maioris efficaciæ, vel

vel potentiâ,quàm ſit cauſa, 190.
191 *Cauſa effectum præcedere debet, à quâ effectus terminatur.*
192 *Cauſa determinat, atq; in actum producit, propter quam quidquam ſit.*
193 *Clauſula (citra præiudicium) præſeruat iura partium,eaque intacta relinquit.*
Siuè in poſſeſſorio,ſiuè in petitorio.
*Atque etiam quodcumque ius, etiam minimum intactum relinquit,*194.
195 *Actus dari non poteſt niſi potentia ad illum, & diſpoſitio præcedat.*
196 *Actus irritus eſt,vbi potentia ad illum deeſt.*
197 *Sententia in iudicatum tranſit excurſis fatalibus,vt nullus ſuperſit prorogationi locus.*
198 *Epiſcopus fundatam intentionē habet quoad iuriſdictionem in omnibus locis,qui de ſua ſunt Diœceſi.*
Vt ex hac ſola iuris aſſiſtentia mandatum de manutenendo eidem ſit dandum. 199.
200 *Inmemorabilis locum non habet aduerſus viſitationem , ex decretis Sacr. Concil. Trident.*
201 *Delegatus,qui aliàs, vt Ordinarius procedendi ius habet, licet, vt Delegatus procedat,vt Ordinarius tamen facere dicitur.*
202 *Locus Pſalm.* 63. *Scrutati ſunt iniquitates, defecerunt ſcrutantes ſcrutationes.*
203 *Moderatio reſtitutionis ſpecies eſt.*
204 *Moderari eſt temperare modos in factis,ac dictis.*
Expenditur text. in l. cum ratio. 7. *ff. de bonis damnat.*
205 *Moderatio inhibitionis per Rotam quid efficit?*
206 *Doctori turpe eſt ignorare ius , in quo verſatur.*
207 *Approbati à parte,ab eadem reprobari minimè poterunt.*
208 *Conſuetudo optima eſt legum interpres.*
Igitur ſeruanda.
209 *Conſuetudinem contra approbatam quod geſtum eſt,caſſari debet.*
210 *Legem contra ſe pati quis iuſtè debet,quam pro ſe attulit.*
211 *Iniuſtè quod quis fecit,iuſtè ſuſtinere contra ſe debet.*
212 *Breuia neque Rota neque ſignatura dat,ſed ſolus Papa , vel Tribunal Sacræ Pœnitentiariæ.*
213 *Moderatio aſſertur Sacræ Rotæ inhibitionis Rotalis pro Epiſcopo Iuuenacen.*
*Ratio quoque aſſertur,vnde mota fuit ad moderandum,*n.214.
215 *Dictio (etiam) expenditur,etiam tanquam Sedis Apoſtolicæ Delegati.*
Locus aſſertur Sacri Concil. Trident. cap. 8. *ſeſſ.*21.*n.*216.
217 *Verba Sacri Trident.Concil.Spiritu ſancto præſidente , ac dictante , ipſoque magiſtro ſcripta fuere.*
218 *Eccleſia Sancta Romana omnium Eccleſiarum mater eſt,& magiſtra.*
219 *Dictio (etiam) non ſemper implicatiuè accipitur,ſed pro videlicet accipitur , & reſtringit dictum.*
*Præſertim ſi per modum cauſæ finalis,aut cōditionis proferatur,*220.
*Vel interpretatiuè quandoque ſtat.*221.
Reſtricta potiſſimum per ſubſequentia verba. num.222.
223 *Verba ſequentia comprimunt præcedentia, quamuis laxa.*
224 *Verba generalia coarctantur ſecundum naturam actus,& ſubiectam materiam.*
225 *Actus etiam vnicus ſufficit in iuriſdictionalibus, ſtante præſertim ſcientia , & patientia aduerſariorum in actibus poſſeſſionis.*
*Vt inducat etiam quaſi poſſeſſionem quoad omnes alios actus ſimiles ſub eadem comprehenſos ſpecie,*226.
227 *Poſſeſſio prædeceſſoris, etiam per vnicum actum,prodeſt ſucceſſori Prælato.*
228 *Subſcribens,omnia , quæ in ſcriptura continentur,approbare per ſubſcriptionem , eaque ad oculum repræſentare videtur.*
229 *Amor etiam centoculos Argum ſefellit.*
230 *Iudicio eodem quiſq; iudicabitur, quo alios iudicauit.*
231 *Excommunicatus Sathanæ traditur.*
232 *Bonarum mentium eſt ibi timere culpam, vbi culpa minimè reperitur, quod dictum elucidatur.*
233 *Conſcientiam contra erroneam facere,peccatum eſt.*
234.*Cenſurarum in materia ſatiùs eſt timere.*
235 *Deus non irridetur.*
*Ipſe enim ſecretorum cognitor , & ſcrutator eſt,neque decipitur,*136.
237 *Deo omnia nuda,& aperta ſunt,nihilque abſconditum.*
*Omniaque poteſt , & nulla eum latet cogitatio,*num.238.

239 *Concupiſcentia carnis ſequenda haud ſunt.*

240 *Deus vindex aduerſus peccatores, etſi patiens redditor.*

Locus Eccleſiaſtici elucidatur, 239.

241 *Patientia Dei abuti nihil ſtolidius, nihil periculoſius.*

242 *Proſperis in rebus timendum peccatori.*

243 *Vita hominis alea ludo ſimilis, ſecundum Socratem.*

244 *Mala etiam non quærentibus obtingunt, bona vix accidunt, etiam quærentibus, Adagium.*

225 *Vita hominis incertos habet exitus.*

246 *Horrendum eſt incidere in manus Dei viuentis illuſtratur, & n. 367.*

247 *Vſurpare quid importet?*

248 *Iure ſuo qui vtitur, vſurpare haud dicitur, quia nemini iniuriam facit.*

249 *Argumentum de maiori ad minus procedit.*

250 *Actus ſequentes præcedentem declarant vovoluntatem.*

251 *Epiſcopus Iuuenacen, quòd iuriſdictionem obtineat in terra Terlitij, ex aduerſariorũ met patet ſupplicibus libellis ad Sacram Congregationem datis.*

252 *Terlitium Terra eſt: iniuſtè igitur Ciuitatem nunc appellant aduerſarij.*

253 *Animus in præcordiorum abſtruſis contectus ab extrinſecis patet, & carpitur.*

254 *Animus verbis, & factis proditur, quinimò ipſo aſpectu, & vultu. 255.*

256 *Animi ianua vultus, & frons.*

257 *Verba ad aperiendum animi paſſiones à natura data ſunt homini.*

258 *Viſitatio Ordinarijs competit, vt ab eis ſubiectorũ vanis ſubterfugiis auocari haud poſſit, ex Sacr. Trid. Concil. decretis.*

Actum enim eſſet de Sacr. Trident. Concil. decretis, ſi locum ſibi inueniret huiusmodi adinuentio. nu. 259.

260 *Fraus, doluſque nemini lucro eſſe debet.*

261 *Stultus melioris haud eſſe debet conditionis per ſuam ſtultitiam, quàm ſapiens.*

262 *Nocere qui aliis exiſtimauit, ſuam vt ſentiat iacturam, iuſtum eſt, & ſanctum.*

263 *Venena non dantur, niſi melle circumlita.*

264 *Vitia non decipiunt niſi ſub ſpecie, vmbraque virtutum.*

265 *Iniuſtitia nulla capitalior eorum, qui cum maximè fallunt, id agunt, vt boni videantur.*

266 *Appellatio ſub conditione facta, eatenus ſubſiſtit: quatenus conditio purificetur.*

267 *Conditio nihil omninò in eſſe ponit.*

268 *Conditionalis diſpoſitio effectum minimè ſortitur, niſi verè extiterit conditio.*

269 *Appellatio, neque ſuſpitionis appellatio, admittitur aduerſus viſitationem.*

Potiſſimum ſi in poſſeſſione viſitandi ſit viſitator.

270 *Læſo magis, quàm lædenti promptas ſe leges offerunt.*

271 *Citatio non eſt opus præcedat, cum Prælatu, contra de facto attentantes, ac iura lædentes Eccleſiarum procedit, vim vi repellendo.*

Ac præſertim contra ſe opponentes Sanctæ Viſitationi, ſi Prælatus in poſſeſſione eſt viſitandi.

Quæ ſententia communior eſt, & in praxi recepta, nu. 274.

Quicquid aliàs dicat Couarruias.

Quia non vt iudex, ſed facit vt pars ſe ipſum defendendo, quod iuris eſt naturalis. 272.

273 *Vim vi repellere iura permittunt omnia.*

275 *Diſpoſitio cap. dilecto filio. 6. de ſentent. excomm. in 6. defenditur.*

Quæ in principio naturali fundatur.

377 *Remedium vulnerata cauſa quærere, ridiculum.*

Principijs itaque morbi obſtandum.

278 *Inuaſorem occidere vim vi repellendo omni iure permiſſum.*

279 *Naturale animantibus omnibus eſt, ſe tueri, & aduerſa propellere.*

280 *Inculpatæ tutelæ vnum eſt ex alijs requiſitis, vt in continenti propulſio fiat iniuriæ, non poſt interuallum.*

281 *Opponit ſe fruſtra, qui oppoſitioni in cauſa fuit, ipſamque præbuit.*

282 *Defenſio offenſionis eſt propulſio, non incuſſio, atque actus magis negatiuus, quàm poſitiuus.*

Correſpectiuitatemque quodammodo inter ſe offenſio, atque defenſio habent, in hoc, vt mutuò ſe propellant, vt in vno dictum, in altero diſpoſitum videatur.

283 *Excommunicatos Terlitien, & Archipræſbyterum Auditor Cameræ ſub conditione abſoluit, dummodo ſe paratos exhiberent recipere Epiſcopum Viſitatorem, & edictum ad valuas Eccleſiæ affigi paterentur.*

Neque tamen parere voluerunt.

284 *Animus (aliàs omnibus imperuius, ſoli Deo cognitus) ex ſequentibus qualis in præcedentibus fuerit, aperitur.*

285 Be-

285 *Beneficium ex ſua fraude nemo conſequi debet, quod indignum æſtimatur.*

286 *Fraudem in ſuum retorqueri authorem, dignum, ſanctumque eſt.*

287 *Pœnam in ſuum redire authorem iuſtum.*

Quod ex Poetis, ſacriſque litteris adſtruitur.

288 *Herodiadis filia, quæ ſaltando caput à Sanctiſſimo Præcurſore abſtulit, ſaltando & ipſa caput amiſit.*

189 *Diaconi Siluatici priuilegio Canonis minimè gaudent, vt Sacra Congregatio declarauit.*

290 *Teſtium duorum, vel trium dictum, firmũ æſtimatur.*

291 *Fraudem facere videtur, qui id facit, quod facere non debuit, vel quod debuit, neglexit.*

292 *Inſolita fraudi ſuſpitionem faciunt.*

293 *Excuſatio non petita, accuſatio eſt manifeſta.*

294 *Diaconi, ſiuè* Clerici *Siluatici Canonis priuilegio non fruuntur, quia Clerici haud ſunt.*

Neque ex decreto Sacræ Congregationis habitũ, & tonſuram deſerre tenentur, 295.

296 *Clerici coniugati habitum deſerre tenentur, & tonſuram.*

206 *Clerici Siluatici perpetuo Eccleſiæ ſeruitio aſcripti, & deputati, atque in habitu incedentes clericali, & tonſura, gaudere Canonis priuilegio tuetur Author.*

298 *Conuerſi Religionum, quamuis layci, neque profeſſi, dummodo habitum mutauerint, canonis priuilegio perfruuntur.*

299 *Sacrilegium quoad violentam manuum iniectionem quiſnam committere dicatur?*

300 *Conuerſi inter Eccleſiaſticas perſonas agnoſcuntur.*

301 *Couerſi, etiam ſecularium Eccleſiarum, nedum regularium, eodem perfruuntur priuilegio.*

302 *Chriſtianorum duo ſunt genera; ſecundum Hieronymum.*

303 *Seruientes Eccleſiæ ſeruitio deputati, Eccleſiæ perfruuntur priuilegio.*

304 *Conuerſos ſecularium Eccleſiarum percutiens, in ſententiam incidit canonis.*

305 *Rotæ Romanæ deciſio 2. de probat. in antiquioribus, expenditur.*

306 *Clericum æſtimatione tantùm percutiens, qui non verè clericus ſit, in ſententiam canonis non incidit.*

306 *Obiectus in criminalibus luce clariores eſſe debent.*

308 *Diaconi Siluatici* Eccleſiaſticæ *ſunt perſonæ.*

309 *Pœnitentes, Templarij, & Hoſpitalarij priuilegio gaudent fori, canoniſque.*

310 *Text. in can. quiſquis inuentus, 17. §. ſacrilegium, 17. q. 4. expenditur.*

311 *Omne qui dicit, nihil omninò excludit.*

312 *Decretum Sacræ Congregationis de Diaconis Siluaticis expenditur.*

314 *Legis diſpoſitio quod non dicit, neque nos dicere debemus.*

313 *Caſus à diſpoſitione peculiari obmiſſus ſub diſpoſitione permanet iuris communis.*

315 *Dubio in facto quoad decretum de Diaconis Siluaticis, ad* Sacram *Congregationem recurrendum.*

316 *Declarare eius eſt, cuius eſt condere legem.*

317 *Eccleſiæ ſeruitio perpetuò addicti, vt canonis fruantur priuilegio, duo copulatiuè habere debebunt.*

13 *Habitus ſola delatio, neque clericum, neque monachum facit, ſed regularis profeſſio.*

318 *Clericum percutiens, qui ſine habitu, tonſuraue incedebat, in canonis haud incidit ſententiam, ſi ignorabat eſſe clericum.*

320 *Text in cap. 6 clericos, 15. de ſent. excomm. in 6. expenditur.*

321 Clericum *iniuſtè carcerans Prælatus, in canonem incidit, Si quis ſuadente.*

322 *Percutiens laycum familiarem intuitu Clerici ad impediendum Clericum ne ſuo vtatur iure, in excommunicationem incidit canonis.*

323 *Dei viuentis iudicium neque viuentes, neque mortui effugiemus.*

324 *Excommunicatio medicinalis eſt, non mortalis.*

325 *Exempli quæ ſunt mali, grauiter pœna plectenda, quamuis abſque dolo fiant.*

Probatur ex ſacris litteris, exemplo filiorum Heli, n. 326.

327 *Exempla, maiorum præſertim, aliorum peruadunt animos.*

328 *Exemplum præbens malum, occidere dicitur, quos exemplo prouocat.*

329 *Exempla magis mouent, quàm verba.*

330 *Exemplis rem meliùs, & oculata intelligimus fide.*

331 *Scandalum per quem venit, væh eſt homini illi, & quomodo id exauditur.*

Væh autem damnationem ſecum trahit æternam. 332.

333 *Damnatio æterna quid ſit?*
Pluribus illuſtratur.

334 *Locus Luc.*16.*Cum eſſet in tormentis, perpenditur.*

335 *Ignis gehennæ ab Iſidoro deſcribitur.*

336 *Inferni pœnæ quàm inexcogitabiles, & graues.*

337 *Infernus quis locus, ab Hugone deſcribitur.*
Eſt locus omnium malorum aggregatione refertus.
*A Virgilio deſcribitur,*338.
*Et à Lucretio.*339.*meliùſque ex ſacris litteris.*

340 *Locus Pſal.* 10. *Pluet ſuper illos laqueos, &c illuſtratur.*

341 *Celeiæ Comitis vita, & ſepulchri Epithaphium.*

342 *Locus Lucæ* 16. *Et ſepultus eſt in inferno, perpenditur.*

343 *Peccans in eo, quod peccat, ignorans eſt.*

344 *Ignorantia errorum cunctorum mater.*
Maximèq; Sacerdotibus vitanda.

345 *Epiſcopos poſuit Spiritus ſanctus regere Eccleſiam Dei.*

346 *Epiſcopi ſunt verè Principes, & Paſtores, non Vicarij Summi Pontificis.*
Summi ſunt Sacerdotes, & Apoſtolorum Vicarij. 347. *Imò ipſius Dei, & Chriſti Vicarij.*
*In locum ſucceſſerunt Apoſtolorum.*348.
Sanctiſſimi dicuntur, Chriſti legati exiſtunt, & columnæ comprobantur Eccleſiæ 350.

349 *Romana Eccleſia quare Apoſtolica appellatur?*

350 *Epiſcopi Angeli appellantur ex Sacris Scripturis.*

351 *Angelus, nuncius interpretatur.*

352 *Supremus ordinis inferioris cum infimo ordinis Superioris præcipuam habet conueniẽtiam, vt nomen tranſeat vnius ad aliud ex S. Dionyſ. Areopagita.*

353 *Angelus eſt nomen cæleſtium ſpirituum infimi chori, ſeù ordinis.*

354 *Locus Apoſtoli* 1. *ad Chorinth.* 11. *mulier velamen habeat ſupra caput propter Angelos, expenditur.*

355 *Locus Apocalypſis.*19. *quo Angelus prohibuit Ioannem Euangeliſtam adorare cum volentem, perpenditur cum Riberà.*

356 *Epiſcopalis dignitas nè vileſcat, Summi Romani Pontificis eſt curare.*

357 *Epiſcopi quaſi ſignum ad ſagittam poſiti. ſunt.*

358 *Chriſtus Dominus Epiſcopi nomen nec dedignatur.*

359 *Epiſcopus ſuperintendens interpretatur, & ſpeculator.n.*371.

360 *Epiſcopis qui iniuriam infert, Chriſtum iniuria afficit.*
*Miniſtri enim Chriſti ſunt.*361.

366 *Epiſcopi patres ſunt, & paſtores, atque proinde Regibus, alijſque ſecularibus Principibus ſuperiores.*
*Tantòque ſunt illis digniores, quantò anima præfertur corpori.*367.

368 *Epiſcopalis dignitas (ſerenitatis) nomine decoratur à Clemente V.*
Quare Epiſcopi ſereniſſimi nuncupantur.

369 *Epiſcopi Ducibus, Marchionibus, Comitibus, de Regibus pares redduntur.*

370 *Epiſcopalis dignitas, dignitatum culmen nuncupatur.*

371 *Papa Epiſcopi nomine inſignitur, et ſumma ratione, cui omnis cura omnium demandata eſt.*

373 *Epiſcopus nedum Illuſtris, verùm Illuſtriſſimus dicitur.*

374 *Locus Zacchariæ* 2. *Qui vos tangit, tangit pupillam oculi mei, elucidatur.*
S. Bernardi ſententia de Epiſcopis, quòd iudicandi non ſint.

375 *Cauſa deciſio à Sacra Congregatione affertur.*

DEfenſuri nos ipſos, noſtramque Ec-
cleſiam ab ijs calumnijs, quæ ſuo ma
nifeſto aduerſus nos cumularũt Ad-
uerſarij; inde principium, caputque
faciemus: vnde defenſio ipſa eſt, atque ori-
ginem trahit. A natura ſcilicet ipſa defen-
1 ſionis. Eſt namque defenſio lex naturæ, cun-
ctis mortalibus communis; Summi Dei vo-
luntate, gentiumque conſenſu comproba-
ta, vnà cum mundo orta, & deſitura; cui ne-
que ciuiles, neque Pontificiæ leges, homi-
2 num placito nixæ, & chartis exaratæ dero-
gare poſſunt. Non eſt enim hæc ab homi-
nibus facta lex, ſed ab ipſa natura in omniũ
hominum pectoribus, atque animis inſcul-
pta, inſcripta, infixa. vt aureis deſcribit ver-
3 bis *Franciſc. Guicciard. hiſtor. lib.* 10. Naturalia
verò immutabilia perſeuerant, vt neque ci-
uili, neque municipali determinatione cõ-
primi valeant, § *ſed naturalia inſtit ut. de iure*
naturali gent. & ciuil. S. Thom. 1.2. *quæſt.* 97. *art.*
4 1. Illa enim diuina ſunt prouidentia indita.
5 Deo autem Omnipotenti omnia ſubiecta

7 ſũt

6 ſũt. Vniuerſorum ipſe Dominus, omnium-
7 que moderator. *Machab.*14.35. Et quiſnam
eſt, qui dicere ei valeat: cur ita facis? *Iob.* 9.
12. *& diximus nos reſp. noſtra* 51. *num.* 41. *p.* 2.
8 Nulli ergo, quæ à natura ipſa comparata
ſunt, violandi ius, faſque erit. Quòd Superio-
rum iura infirma reddere, non ſit poteſtas
inferioribus vlla collata, ad *text. in l. minor*
9 *autem magiſtratus,* 19 *ff. de minorib. optimè Ioa.*
Bapt. Valenz. conſ. 6. *n.* 20. *&* 21. *tom.* 1.
10 A natura itaque indita, atque connata
nobis defenſio, cùm ſit quaſi lex quædam
11 tacita, iuxtà Pauli dictum in *l. cùm ratio.* 7. *in*
princ. ff. de bon. damnat. vt nullo conuelli iure
illa poſſit *Clement ſæpè,* 2. *§. non ſic tamen de*
verb. ſignific notabilis *text in l.* 1 *§. cum arietes,*
ff. ſi quadrup. pauper fecisse dicatur. l. 1. *§. vim vi,*
ff. de vi, & vi armat. l. ſcientiã. 46. *§ qui eũ aliter,*
12 *ff. ad leg. Aquil.* Neque etiam principali re-
13 ſcripto; Quòd naturalia abolere Princeps
minimè valeat. *Boer. deciſ.* 147. *num.* 5. *Camill.*
Borrell. in ſumma omnium deciſ. tom. 2. *tit.* 15.
num. 3. *&* 4.
14 Licebit vtique nobis laceſſitis, nec iniu-
riâ, nos, noſtræque Eccleſiæ iura tueri, vt
carpendi nos nulli ius manet. Neque enim
nobis facultas vlla data eſt, ea, quæ Dei ſunt
diſpergendi, ſed cuſtodiendi. ad *tex. in cap. ea*
qua 3. *de offic. Archid. Gloß. in cap. ex litteris,* 5.
verb obligata. de pignor. Nauarr. conſ. 4. *num.* 3.
lib. 3. *de cenſibus*. Quòd Sacerdotis igitur eſt
15 faciemus. Audi Sanctũ Ambroſium ad Mar-
cellinam ſororem *epiſt.* 33. in *can. conuenior.*
20. *§. nabutæ,* 23. *quæſt.* 8. ſequentibus, ſatis ad
rem Spiritu ſancto plenum, loquentem.
„ *Nabutha ſanctum virum poßeßorem vineæ ſuæ*
„ *ſcimus interpellatum petitione Regia, vt vineam*
„ *ſuam daret, vbi Rex ſuccisis vitibus holus vile*
„ *ſereret, eumque reſpondiſſe: Abſit, vt ego patrum*
„ *meorum tradam hæreditatem. Regem contriſta-*
„ *tum eſſe, quod ſibi eſſet alienum ius relatione iu-*
„ *ſta negatum: ſed muliebri conſilio deceptum,*
„ *morte in agrum veniſſe. Sanctus enim Nabutha*
„ *vites ſuas, vel proprio cruore defendit. Si ille vi-*
„ *neam non tradidit ſuam: nos trademus Eccleſiam*
„ *Chriſti? Quid igitur à me reſponſum eſt contu-*
„ *maciter? dixi enim conuentus. Abſit à me, vt tra-*
„ *dam Chriſti hæreditatem. Non tradidit Nabutha*
„ *ſuam, & ego tradam Chriſti hæreditatem?* hu-
cuſque Ambroſius. Ex quibus *Gloſſ. in*
cap. clericis laycos, 3. *verb. æternam. de immunit.*
16 *Eccleſ. in* 6. faciant (inquit) Prælati Eccleſia-
rũ, quòd ſint imitatores Nabuthæ, qui vneã
ſuam cruore defendit. 3. *Reg.* 21.
17 Sic gloria Sacerdotum Sanctus Pontifex
Thomas Canthuarienſis Archiepiſcopus,
vt Eccleſiæ ſuæ iura tueretur, aduerſus im-
pij Regis iuſſa contendens, haud dubitauit
impio ferro ſacrum caput præſcindendum
offerre. *apud Laurentium Surium tom.* 6. *die* 29
Decembris. de vitis Sanctorum.
18 Sic Sanctus Bellinus Epiſcopus Patauinus anno 1149. die 6. Nouembris ob agrorum decimas, quas Eccleſiæ ſuæ debebat impius, at diues, ſed auarus, ac nobilis Thomas Capiuaccius, nec ſoluebat; cum iuſtè à Bellino conuictus, & iudicatus fuiſſet, atq; à fidelium cœtu reiectus, immaniter interemptus à Thoma fuit. At biennio poſt miraculis clarus ab Eugenio Quarto Sanctorũ catalogo Martyrũ relatus fuit, vt apud *Adonem. Epiſcopum Treuiren. in eius Martyrologio. dicta die* 20. *Nouembris* annotatum inueni.

Sic ſexcenti, ſic milie alij Sancti Sacerdo-
19 tes. Sic Pontificum corona, & Purpuratorũm Collegij lucidiſſimum lumẽ Carolus ille Borromeus Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalis Mediolanenſis Eccleſiæ Archiepiſcopus, quas non patienter ſubſtulit perſecutiones; quos non exantlauit labores: quas non pertulit peregrinationes, vigilias, inſomnia, caumenia (in terra ſcilicet cubationes, vt Sanctus Hieronymus loquitur) vt ſuæ tueretur iura Eccleſię, atque collapſam viuendi normam in melius reformaret? Plumbea etiam petitus glande è tormento excuſſa bellico, vt ni diuina illum ſeruaſſet bonitas, iam illum profudiſſet.

20. Deficiet me potius tempus, atque dies, & hora: non mihi ſi linguæ centum, oraque centum eſſent, omnium percurrere poſſem Sanctorum Præſulum, qui vt ſuæ tuerentur Eccleſiæ iura, trucidati ſunt, ſecti ſunt, in occiſione gladij mortui ſunt, vt verbis vtar Apoſtoli, *ad Hebr.* 11. 37.

Quid memorem infandas cædes? quid facta tyranni
Effera? (verba mutuatus Virgilij)
Mortua quin etiam iungebat corpora viuis.
Componens manibuſque manus, atq; oribus ora,
Tormenti genus, & ſanie, taboque fluentes.
Complexu in miſero longa ſic morte necaba.

Iure igitur, nec ſanè iniquè nos facere exiſtimamus, poſtquam ad noſtras deuenere manus ſcripta quædam, quæ nomine D. Leonardi de Alexandro Vicarij Generalis Archipræsbyteri Terlitiẽ, D. Ioſephi Gaſparini Cantoris, & D. Cæſaris Caputi, à Capitulo Terrę Terlitij deputatorum circumferuntur, vernacula quidem lingua (vt omnibus, & ſapientibus, & inſipientibus, ipſiſq; etiam ſcribentibus, peruia eſſent) quæ manifeſtum appellãt; quibus ſatis perbellè, ac ſcitè admodum diluiſſe ſe putant cenſuras excommunicationis quoad Archipræſbyterum, alioſque Præsbiteros; & interdicti, quoad Capitulum, & Clerum dictæ Terræ, & Collegiatæ Sancti Michaelis Archangeli per Epiſcopum Iuuenacẽ relaxatas; vt proinde ſe à dictis cenſuris non abſtinendum putarint,) ſi dictis ſcriptis congruum dederimus reſponſum, atque quàm perperam fecerint, omnibus palam, atque in apertum deduxerimus. Ne de nobis ſcandalum ſimplices hauriant putantes, iniuſtè nos, ac ſine

ra-

ratione proceſſiſſe, animi extimulatos paſ-
ſione,ſi aduerſarijs fidem adhibuerint. Reſ-
pondendum igitur illis non iniuria exiſti-
mauimus,ixtà illud Salomonis,quin magis
Spiritus Sancti per Salomonem, *Prou.* 26. 4.
21 Vtriuſque enim teſtamenti, tàm veteris,
quàm noui,vnus Deus eſt Author, vt Tri-
dentina Sacroſancta Synodus loquitur, *ſeſſ.*
4.in decreto de Canonicis ſcript.) *Ne reſpondeas*
22 *ſtulto* (inquiennis) *iuxta ſtultitiam ſuam, ne*
*efficiaris ei ſimilis.*Sequiturque. *Reſponde ſtulto*
iuxta ſtulto iuxta ſtultitiam ſuam,ne ſibi ſapiens
eſſe videatur.
23 Et quia non ſecundum proprium ſen-
ſum,nec noſtræ prudentiæ innixi Sacram
Scripturam interpretari nos decet,ſed ſecū-
dùm eum ſenſum, quem tenet, & tenuit
Sancta Mater Eccleſia, cuius eſt iudicare
de vero ſenſu, & interpretatione Scriptura-
rum ſanctarum (iuxta quod eadem Sacro-
ſancta Tridentina Synodus loquitur *dict.ſeſſ.*
4. *in decreto de editione, & vſu ſacrorum libro-*
rum: afferemus nos interpretationem San-
cti,ac Doctiſſimi Patris Dionyſij Carthuſia
ni,ſequentibus nempè ipſe *dict.cap.*26.*artic.*
26.verba ſuperius allata interpretatur.
„ 21 *Ne reſpondeas ſtulto,*ideſt homini vitioſo,
„ *iuxta ſtultitiam ſuam.* ideſt quatenus ipſe in-
„ ſipienter,& iniurioſè loquatur, aut quærat;
„ non tamen inſipienter, & vitioſè reſpon-
„ deas:ne efficiaris ei ſimilis, quia hoc eſſet
„ vinci à malo, & verbis contendere; imò
„ agendum eſt, quod loquitur Paulus 2. *Co-*
„ *rint.*11. libenter ſuffertis inſipientes, cum
„ ſitis ipſi ſapientes. Sequitur. *Reſponde ſtulto*
„ *iuxta ſtultitiam ſuam, ne ſibi ſapiens eſſe videa-*
„ *tur.* iſtud videtur præfatæ doctrinæ contra-
„ rium;ſed non eſt,quoniam ſenſus eſt.
„ *Reſponde ſtulto iuxta ſtultitiam ſuam*, ideſt
„ iuxta exigentiam,atque demeritum ſui ſtul
„ ti ſermonis da ei aptam reſponſionem;
„ vel eius verba ironicè repetendo, vel ſuam
„ inſipientiam ei declarando,aut eum incre-
„ patoriè, & reprobatiuè interrogando, ſeù
„ verba iuſti rigoris, & debitæ inuentionis
„ enunciando,ne putet ſe ſapiētem; ſed ſuam
„ aduertat impietatem,imperitiam, aut erro-
„ rem; Quemadmodum Martyres ſancti fre-
„ quenter reſponderunt Tyrannis; imò, &
„ præclariſſimæ Virgines;vt Agata,Cecilia,
„ Lucia. Interdum etenim licet, & expedit
„ clauo clauum retundere, dum impij, ſeù
„ improbi homines aliter informari, aut re-
„ primi nequeunt. Vnde & Chriſtus à Pha-
„ riſeis *Mar.* 15. interrogatus: Cur diſcipuli
„ tui tranſgrediuntur traditionem ſeniorū?
„ Reſpondit: quare & vos tranſgredimini
„ præceptum Dei propter traditionem ve-
„ ſtram? hucuſquè Dionyſ. Carthuſ. Quem
„ etiam locum breuius *S. Hieron. in cap.* 1.
„ *Ezech.* quod contraria, ac pugnantia inui-
„ cem viderentur (Reſponde, & ne reſpon-
„ deas) Vtrunque (inquiens) pro tempo-
„ rum,& perſonarum diuerſitate concordat;
„ dum,& ſtultus contemnitur, quia non re-
„ cipit ſapientiam; & ſtulta ſuperbia,alia de-
„ cutitur ſtultitia. Aut etiam contractiùs, vt
Pater Franciſc. Mendoza è Societate Ieſu in
*1.cap.lib.1.Reg. cap.*15. *num.* 2. *in fin.* docet.
Reſponde edocendo, ne reſpondeas imitā-
do,vt ille ſtultus eſſe deſinat, & tu non fias.
Hac igitur viciſſitudine opus eſt, vt debita
prudentia teneatur. Sic ille.
25 Adſtruitquè validiùs illud eiuſdem Spi-
ritusſancti per *Eccleſiaſten.* 3. Tempus ta-
cendi,& tempus ridendi. Neque enim nos
ſemper mutos eſſe oportet: ſed loqui cum
neceſſitas id exigit, & vt veritas manifeſte-
26 tur. Reddituros nempè rationem nos
agnoſcimus, nedum pro otioſo verbo,ſed
& pro otio ſo,quin magis pernicioſo, ſilen-
tio. Quod Sancti Epiſcopi, & Doctoris Ec-
cleſiæ Ambroſij doctrina confirmamus.
Ille *in* 1.*lib.offic.c.*3.poſtquam multa de ſilē-
„ tij laudibus inculcauit. *Quid igitur* (inquit)
„ *mutos nos eſſe oportet? Minimè. Eſt enim tem-*
„ *pus tacendi, & tempus loquendi. Denique ſi pro*
„ *otioſo verbo reddemus rationem: videamus ne*
„ *reddamus pro otioſo ſilentio.* Sic Ambroſ. Et
quidem ſi taceremus, neque quàm perni-
cioſè per præfatos aſſerta, dictaque fuerint,
in palam deduceremus, & ipſi in erronea
doctrina perſiſterent; nos in noſtro officio
deficeremus,& nobis, noſtræq; curæ ſubie-
cti veram doctrinam non perciperent. Lo-
27 quendum itaque putamus. Vt enim Reg-
gius Pſaltes *pſal.*140.*num.*3. Dominum præ-
catur: *Pone Domine* (inquit) *cuſtodiam ori meo,*
oſtium circunſtantiæ labijs meis. Cuſtodiam
(dixit) non murum, vt os noſtrum cuſto-
diamus, ei rationem tanquam clauem ad-
hibentes,non vt perpetuò claudatur, ſed vt
conuenienti tempore reſeretur,vt expendit
D. Ioann. Chryſoſt. ibid. & S. Gregor. Papa
Paſtoralium 3.*part.admonit.*15. Non (inquit)
„ poni ori ſuo parietem,ſed oſtium petit;vn-
„ de,& nobis cautè diſcendum eſt, quatenus
os diſcretè, & cōgruo tempore vox aperiat,
& rurſus congruo taciturnitas claudat.
Et S. Dionyſ. Carthuſ. *Pone Domine cuſto-*
„ *diam ori meo.* Ideſt,da mihi gratiam cuſto-
„ diendi os meum,ne eloquar, vel taceam
„ inordinatè, ſed dum tempus eſt loquendi,
„ prudenter,atque vtiliter loquar; dum verò
„ tempus tacendi affuerit, moderatè, ac lau-
„ dabiliter taceam. Pone quoque *& oſtium cir*
„ *cunſtantiæ*; ideſt clauſuram diſcretam labijs
„ meis, videlicet, vt tunc, ibi, & taliter verba
„ mea ad loquendum aperiam, & ad tacen-
„ dum recludam,quando,quo loco, & quali-
„ ter oportet,aut expedit, vt ſim in vtroque
„ diſcretus,& fructuoſus. Hoc eſt quod ab *Ec-*
„ *cleſiaſtico* 22. inducitur. *Quis dabit ori meo cu-*
ſto-

Digitized by Google

,, *ſtodiam, & ſuper labia mea ſignaculum certum,*
,, *vt non cadam ab ipſis,& lingua mea me perdat.*
,, Hæc Carthuſ.
28 Determinato itaque tempore tacendum,
& neceſſariò eſt quoque loquendum. Quē-
admodum Chriſtus Dominus noſter ſilen-
tium impoſuit Saducæis, qui dicunt non
eſſe reſurrectionem mortuorum. *Matth.* 22.
34. tacitos vtique illos reddidit, non mutos,
29 vt loquendi viciſſitudinem haberent. Pro-
prium enim eſt iuſti (vt Origenes expendit
tract. 23. *in Matth. ſub initium)* tacere, non ob-
muteſcere, & obſeruat (ſed benè, & aptè ad
rem) dictum fuiſſe à Chriſto Domino, non
homini, ſed mari, ac diabolo obmuteſcere.
Marc. 4. *num.* 39. *& Luc.* 3. *num.* 35. Quia ſolus
homo debet tacendi, & loquendi vices al-
ternare, iuxtà illud *Eccleſiaſtici* 20. *num.* 7. *Ho-*
30 *mo Sapiens tacebit vſque ad tempus*, vt enim
benè S. Gregorius loco paulò ante citato
loquitur: Lingua diſcretè frenanda eſt, nō
inſalubriter obliganda. Docent hoc nos nō
ineptè Cicadæ, vt ad illas nos ire oporteat,
vt admoneant nos; quemadmodum Salo-
mon, Sapiens ille Rex, *Prouerbior.* 6. 6.) nos
,, docet, dicens: *Vade ad formicam, ò piger, &*
,, *conſidera vias eius, & diſce ſapientiam: quæ cum*
,, *non habeat ducem, nec præceptorem, nec Princi-*
,, *pem, parat in æſtate cibum ſibi; & congregat in*
,, *meſſe, quod comedat.* Sic Salomon, quin Spiri-
tus ſanctus per eum. Cicadæ (inquam) nos
admonēt, tempus eſſe tacēdi, atque tempus
loquendi, quòd illæ æſtate, Sole ardente, lo-
quantur, & canant; frigeſcente vero tempo-
re hieme, taceant. Sic luſit perbelle Iulius
Cæſar Capacius *Apologe* 92. Dum Paſtores
Cicadam alloquentes facit; dicens:

,, *Onde adiuien che la Cicala al Sole*
,, *Eſtiuo canta, e ne la fredda brina*
,, *Tace? dicean tra lor rozzi Paſtori;*
,, *Sapete onde adiuien? (ella riſpoſe)*
,, *Che impari ogn'vno di tacere à tempo,*
,, *E di parlar quando il richiede il tempo.*

31 Quemadmodum nec ineptè, verum ad
rem ſatis aptè 1. *Reg.* 1. *num.* 15. Samuelis ma-
ter Anna licet patienter Phenennæ eius
æmulæ improperia ſuſtinuerit tacendo: nō
tamen ſilentium ſeruauit cum ab Heli Sa-
,, cerdote improperaretur. *Vſquequoque ebria*
,, *eris,* (dicente) *digere paulisper vinum, quo ma-*
,, *des. Nequaquam* (reſpondit) *Domine mi: nam*
,, *mulier infelix nimis ego ſum; vinum, & omne,*
,, *quod inebriare poteſt, non bibi, ſed effudi animam*
,, *meam in conſpectu Domini.* Vt ſuam illibatam
conſeruaret famam, atque Apoſtolicam
illam legem impleret, qua iubet, vt proui-
deamus bona non tantum coram Domino,
ſed coram hominibus, vt Sanctus Ioa. Chry-
ſoſt. loquitur *hom. de fide Annæ*, & aduertit P.
Didacus Baeza è Societate Ieſu *comment.*
moral. in Euangel. lib. 16. *tom.* 4. *cap.* 16. §. 1.
32 Sic Chriſtus Dominus, ac Redemptor
noſter, cuius omnis actio (vt Aug. loquitur)
33 noſtra eſt inſtructio. facit *text. in can. Deus*
Omnipotens, 30. ibi, ſed vt nobis exemplum
daret. 2. *q.* 1. *& cap. ſignificaſti.* 4. *extrà de elect.*
Quamuis ſicut agnus coram tondente ſe ob
mutuerit, ſecundum *Iſa.* vaticinium. 52. *nu.*
7. cùm tamen coram Caipha Summo Sa-
cerdote de Diſcipulis, & de eius doctrina
interrogatus: mitiſſimus agnus reſpondiſſet:
34 *Ego palam loquutus ſum mundo: ego ſemper do-*
,, *cui in Synagoga, & in Templo, quo omnes Iudæi*
,, *conueniunt, & in occulto loquutus ſum nihil.*
,, *Quid me interrogas? Interroga eos, qui audie-*
,, *runt, quid loquutus ſum ipſis. Ecce hi ſciunt quæ*
,, *dixerim ego. Hæc cum dixiſſet, vnus aſſiſtentes*
,, *miniſtrorum dedit alapam Ieſu, dicens: Sic reſpon*
,, *des Pontifici? Reſpondit ei Ieſus: Si malè loqu-*
,, *tus ſum teſtimonium perhibe de malo: ſi autem*
,, *benè, quid me cædis? Ioan.* 18. *num.* 20. *& ſequ.*
Infandum ſanè facinus. Horreſcat proinde,
& contremiſcat terra de Chriſti patientia,
vt ait Chryſoſt. hoc loco; quo etiam *P. Seba-*
ſtian. Barrad. tom. 4. *comment. in Euangelicam*
hiſtoriam, lib. 6. *cap.* 19. ſequentibus loquitur.
Interrogat *Auguſ. tract.* 13. *in Ioan.* Cur non
35 fecit Dominus, quod præcepit; ſi quis te
,, percuſſerit in vnam maxillam, præbe ei, &
,, alteram? Reſpondetur: Chriſtum, quod do-
,, cuit ſatis, ſuperque exemplo confirmaſſe,
,, cùm diuinum vultum paulò poſt mille
,, alapis, ſummo ſilentio obtulit. Nunc autem
,, reſpondere voluit, nè fateri videretur cri-
,, men obiectum irreuerentiæ aduerſus Pon-
,, tificem, cui magnus honor debetur. Sic
,, Paulus *Act.* 23. Neſciebā, (inquit) quia Prin-
,, ceps eſt Sacerdotum. Documentum verò
,, allatum: Præbe illi alteram, ſeruandum eſt
,, ſemper, præparatione animi: ſeruandum
,, quoque extrinſecus, ſi circunſtantiæ non
,, indicent aliud melius eſſe. Ad hæc voluit
,, Dominus ſemel in principio reſpondere, &
,, arguere eum, à quo iniuſtè percutiebatur,
,, vt cæteros omnes admoneret, ſeruandam
,, in Concilijs, & Iudicijs iuſtitiam. *Si malè* (in-
36 ,, quit) *loquutus ſum, teſtimonium peribe de*
,, *malo, ſi autem benè, quid me cædis?* Quaſi di-
,, ceret: Malè facta ſunt punienda in iudicio,
,, ſi teſtimonijs veris prius cōfirmērur: quod
,, autem benè geſtum eſt, puniendum non
,, eſt. Hæc Barradius.
Et Chryſoſtomus apud *S. Thom. in Catena*
,, *in hunc locum.* Quid igitur conſequens erat
,, (inquit) niſi aut redarguere, aut acceptare,
,, quod dictum eſt: ſed hoc non fit. Ea enim,
,, quæ fiebant non erant iudicium, ſed ſeditio,
,, & tyrannis.
S. Dionyſius Carthuſ. in hunc eundem
,, locum. *Hæc cum dixiſſet Ieſus, vnus aſſiſtens*
,, *miniſtrorum Pontificis,* volens placere Domi-
,, no ſuo (inquit) *dedit alapam Ieſu dicens: Sic*
,, *reſpondes Pontifici?* id eſt, quomodo audes
,, tàm præſumptuosè, & reprehenſiuè reſpō-
dere

Digitized by Google

dere tanto Patti,ac Principi,non prçmittē-
do verba reuetentiæ? Videtur huic facino-
roſiſſimo ſeruo,quòd Chriſtus nimis auda-
dacter reſpondiſſet Sūmo Sacerdoti,eumq;
de imperita interrogatione reprehendiſſet.
Reſpondit Ieſus, *Si malè loquutus ſum*, ideſt
falsè,& indiſcretè.Quandoque enim aliquis
loquitur malè,nec loquens malum,aut fal-
ſum,ſed verum,& bonum;quia quod verū,
& bonum eſt non loquitur cum debitis cir-
cumſtantijs actus virtutum. *Teſtimonium pe-
rbibe de malo*. ideſt oſtende in quo malè dixi:
Si autem benè.ideſt prudenter,& iuſtè reſpō-
di, *Quid me cædis?* Quaſi temerarium, cùm
pœna infligatur pro culpa. Ex hoc pa-
tet,quia quod alibi docet Saluator: Si quis
te percuſſerit in vnam maxillam, præbe ei,
& alteram; intelligendum ſit ſecundum
animi præparationem,quando videlicet ex
pedit,vel oportet ad Dei honorem, vel pro-
ximorum ædificationem, vel aliam piam
cauſam, non ſecundum operis exhibitio-
nem,niſi pro tempore,loco, & cauſa. Hæc
Carthuſ.

Et *Michael de Palatios in eundem locum Io.*
Nihil erat (inquit) in Chriſti reſponſione
culpandum, ſed ſummæ venerationis fuit
veritas reſpoſionis.At verò qualis erat Pon-
tifex corruptiſſimus,talis erat ſuus miniſter
impudentiſſimus Siquidem omnibus dela-
tis ad Iudicem facultas eſt loquendi pro ſe
ipſis,quæ pertinent ad ſuam defenſionem,
Ideò ſeruandi ſunt illæſi,quando pro ſe ip-
ſis loquuntur.Chriſtus autem veriſſimè lo-
quutus fuerat, nullam iniuriam irrogarat
vel iudici, vel miniſtris. Neque expoſtulat,
cum Pontifice,quòd contra iuris prçſcripta
captus fuerat,& ligatus;ſed quòd ius,& ratio
proclamabat, hoc expoſuit coram Pontifi-
ce.Diabolus autem,qui Pontificem inflam-
mabat cōtra Chriſtum,& miniſtros itidem
incitabat contra eundem, volens experiri
Chriſti ſummam patientiam, miniſtrum
animauit contra Chriſtum,vt ipſum alapa
percuteret. At verò Chriſtus non pro hoc
incanduit in miniſtrum impudentiſſimum,
qui vel ſaltem debuiſſet Dominum Ieſum
venerari,quia ipſum cum alijs deiectum in
terra, leuauit ſui verbi occulta operatione,
& cum miniſtro ſuo habenti abſciſſam auri-
culam,eandem reſtituit. Verùm rectè dixit
Dominus:hæc eſt hora, & poteſtas tenebra-
rum, *& paulò poſt*. Chriſtus autem non ob-
uertit percuſſus alapa, faciem, vt in altera
parte faciei etiam feriatur, vt videtur præ
cepiſſe faciendum, *Matth.* 5. *& Luc.*6. vt nos
doceret intelligentiam illius ſui mandati
non eſſe ad litteram ſumendam;vt quando
quiſpiam noſtram dexteram feriat, maxil-
lam obuertamus illi ſiniſtram:At ſenſus eſt
mandati.vt ſimus patientes iniuriarum,& ſi
opus facto fuerit, ad gloriam Dei omnem
oſtendere patientiam,eam oſtendamus. *His
Palatios.*

37 Et Paulus Apoſtolus pro ſe reſpondit,
rationem reddens apud Regem Agrippam
Act. 16. *& ad Philipp.* 1. Reſpondit tamen in-
terdum ne infirmis ex ſua taciturnitate ge-
neraretur ſcandalum, vt Chriſtus Dominus
inquit apud *Ioa.Geßen.ſiuè Gerſonem de imit.
Chriſti lib.* 3. *cap.* 36. *num.* 2.

Reſpondere ergo nos debuimus dictorū
obiectis,ne fateri videremur incuſſa crimi-
na, & lapſus doctrinæ, quibus ab incurſis
cenſuris ſe excuſare tentauerunt.At operæ
38 pretium feciſſent,ſi ipſi tacuiſſent, neque
odioſa garrulitate aures offendiſſent audiē-
tium,ollas, & dolia imitari, quæ quò magis
vacua,& inania,eò magis reſonantia. Et ſa-
39 nè natura hoc linguoſis inſitum, vt non
multa ſolùm loquantur,ſed etiam mala. De
40 quibus non malè dicetur,quòd quidam de
41 luſcinia capta,& pennis exuta, edixit: *Vox
es,prætera nihil.* Hinc ſanè eſt quòd ex mi-
42 niſterio Mineruæ, quam ex cerebro Iouis
prodijſſe finxere Poetæ,& ſcientiarum Deā
appellant, excluſa Cornix, quæ loquax eſt;
Noctua verò aſcita,quæ interdiù tacere no
uit. Noctua(inquit Boccaccius)ideò Miner-
uæ eſt attributa, pulſa Cornice, vt oſtenda-
tur ſapientem præmeditatione in obſcuris
ſepoſita noſcere; vti noctua videt in tene-
bris,& garrulitate atque loquacitate repul-
ſa,vt opere agat, loca,tempuſque reſpicere.
43 Hinc quoque Cato (Vticenſis dictus) cū
ei etiam tunc puero, vitio daretur,taciturni-
tas (nec enim cū pueris exercebatur,nec à
quoquam audiri volebat) ait: *Carpant taci-
turnitatem, modo vitam probent*. Et addidit:
*Tùm demum obrumpam hoc meum ſilentium,
cum ea loqui potero, quæ ſunt indigna ſilentio*, vt
eſt apud Commentatores ad Emblemata
44 doctiſſimi,eruditiſſimique Andreæ Alciati
Emblem. 19. Vnde garrulos Cupreſſis ſimi-
les voluerunt humanarum litterarum Ma-
giſtri,quòd in medio herbarum florētium,
ipſæ infœcundæ exiſtant. de quibus Alcia-
tus *Embl.* 199. dixit.

*Pulchra coma eſt,pulchro digeſtaque ordine.
frondes,*
Sed fructus nullos,hæc coma pulchra gerit.

Verùm ne noſtro ſilentio conſentire his,
quæ ab ijs dicta fuere videamur,vnde ſcan-
dalum imperitis ingeneretur,reſpondendū
45 putauimus Aſſentienti nempè ſimilis ta-
cens habetur, *reg.qui tacet.*43. *de regul.iur.in*
6. qui etſi vtique non fatetur,ſed tamen ve-
rum eſt, eum non negare, vt Paulus loqui-
tur Iureconſultus *in l. qui tacet.* 165. *ff de re-
gul.iur.vbi etiam Dec. & Cagnol. & d.regula is,
qui tacet.*44. *de regul. iur. in* 6. quam rem ex-
plicat latè *Ioan. Azor. inſtit.mor.par.*1.*lib.*1.*to-
to,cap.*4. *&* 5. *Barboſ. axiom.* 217. Operatur ſi
quidem taciturnitas, vt pro veritate habea-
tur

Digitized by Google

tur id quod contra tacentem dicitur,vt per-
pendit *Rota in Romana Caſalis Capicottæ* 14.
Decemb.1620. *apud Card. Caualer. deciſ*. 552.
ſub num.3.verſ.concurrebat taciturnitas. Quia
47 nimirum per taciturnitatem approbaſſe
videtur,quod dictum fuit,iuxtà *Gloß.in cap.
cum olim.32.verb. protinus contradixit de offic.
deleg*.quam ſequuta fuit *Rota in Romana pe-
cuniaria.8.Nouembr*.1627. *coram Coccino De-
cano deciſ*.103.*num*.22.*part*.5.*diuerſ.num*.6. vt
enim Innocentius Papa loquitur *in can. er-*
48 *ror*.3.83.*diſt*. Error,cui non reſiſtitur,appro-
„ batur; & veritas cum minimè defenſatur,
„ opprimitur. Negligere quippè,cùm poſſis,
„ peruerſos,nihil eſt aliud,quàm fouere. Nec
„ caret ſcrupulo ſocietatis occultæ,qui mani-
49 feſto facinori deſinit obuiare. Quod ſanè de
Prælato exauditur,cui ex officio id incũbit,
vt *Glo.verbo cũ poſſis ibid. aduertit,& ſequitur
Io.Azor.lib.1.c.4.in fin.p.1. Quid.n. prodeſt illi*
(vt Pius Papa ſequenti *can*.4.*ead.diſt*.inquit)
*ſuo errore non pollui, qui conſenſum præſtat er-
ranti*? Et vt Gregor. Magnus (*can.ſeq*.5. *ead.*
50 *diſt*.) fatur. *Conſentire videtur erranti, qui ad
reſecanda,quæ corrigi debent,non occurrit. Quia
cum increpare delinquentes noluerit, eos procul-
dubio tacendo Paſtor occidit*, vt idem Gregor.
Venatio Epiſcopo ſcribit,relatus *can. Ephe-
ſiis* 4.*diſt*.43.ſequentibus etiam loquẽs:Ephe
51 ſijs Paulus dicit:Mundæ ſunt manus meæ à
ſanguine omnium veſtrum.Non enim ſub-
terfugi quominus annunciarem omne cõ-
ſilium Dei vobis. *Act*.20.*Mundus ergo*(ſic in-
fert Gregor.) *à ſanguine eorum non eſſet,ſi eis
Dei conſilium annũciare noluiſſet*.quibus,haud
abre videtur,verba annectere S. Ioan.Chri-
ſoſtomi in eum locum *Act* 20.*hom*.44.Non
enim ſubterfugi, vt annunciem vobis (in-
quit)omnem voluntatem Dei.*Igitur qui non
dicit*, (inferens) *reus eſt ſanguinis,hoc eſt cædis.
Nihil hoc terribilius oſtendit quòd, & illi,ſi non
faciant,rei ſunt ſanguinis. Et videtur quidem
rationem reddere,illos autem terret*. Hæc Chry-
ſoſtom. In noſtrum itaque caput referetur,
ſi tacuerimus, neque omne Dei conſilium
noſtris annunciauerimus ſubiectis,vt ab er-
rore reuocentur; nè luporum infernalium
dentibus nobis cõmiſſas rationabiles Chri-
ſti oues exponamus. Quippè nihil illo Pa-
52 ſtore miſerius, (Anacletus effatur Papa cũ-
ctis fidelibus ſcribens *can.nihil illo.6.diſt*.33.)
qui gloriatur luporum laudibus, quibus ſi
placere voluerit, atq; ab his amari elegerit,
erit hinc ouibus magna pernicies. Nullus
igitur Paſtor placere lupis,& gregibus ouiũ
poteſt. Hæc Anacletus.

54 Nimirum quia tenetur Doctor publicus,
ſiuè Concionator,multoque magis Epiſco-
pus,qui vtroque fungitur munere, publicè
veritatem docere,licet ſanè fructus alicuius
priuati minimè ſperetur, quin magis ſcan-
dalum. Quoniam ea doctrina ad boſum
ordinatur publicum,vt propter priuatum
malum omittenda minimè ſit: ſecus verò
ſi timeretur puſillorum in tota Republica
ſcandalum, namque erit in aliud tempus
differenda doctrina, vt alijs ſuo more rela-
tis ſequitur *P.Thom. Sanch. de matrim. tom*.1.
lib.2.*diſput*.38.*nu*.16.*& Barboſ.in d.cap.Ephe-
ſiis* 43.*diſt*. Multò igitur magis, & nos ſanam
doctrinam, Eccleſiæ iura tuentes, in palàm
proferre tenemur,ne tacentes ſcandalis pu-
ſillorum locum aperiamus.iuxtà illud Am
broſ.*ſer*.83. Ego interdum (inquientis) par-
„ cens vobis,tacere vellem,ſed malo vos con-
„ tumaciæ cauſas reddere,quàm negligentię
„ ſubſtinere iudicium.

Vt enim ex Græcis quidam dixit:
54 *Cum in omnibus prudentia, tum maximè in ſi-
lentio*. Et Pallas in Epigrammate relato à
Thoma Moro dixit.

Rebus in humanis magna eſt doctrina tacere,
Teſtis erit ſapiens hic mihi Pythagoras.
55 *Nempè loqui doctos reliquos docet ille tacere.*
Magnum hoc ad requiem pharmacon inuenies.

Atque vt *Ouid. 2.de Arte* inquit:

Eximia eſt virtus præſtare ſilentia rebus:
At contrà grauis eſt culpa, tacenda loqui.

56 Tacenda loqui dixit. Quia profectò *om-
nia tempus habent,& ſuis ſpatijs tranſeunt vni-
uerſa ſub cælo*,vt Salomon. *Eccleſiaſt*.3.*num*.1.
dixit;& inter cætera tempus tacendi,& tem
pus loquendi enumerat. *num*.7. Etenim Sa-
cramentum Regis abſcondere bonum eſt;
opera autem Dei reuelare, & confiteri,ho-
norificum eſt,vt S. Angelus Raphael Tobiæ
dixit *cap*.12.*nu*.7.Et Angelus educens Apo-
ſtolos è publica cuſtodia, in qua poſuerunt
eos Iudæi,qui erant ex hæreſi Saduceorum
Act.5.*num*.17.*& ſeq. Ite*,(dixit) *& ſtantes lo-
quimini in templo plebei omnia verba vitæ hu-
ius*. Vnde Theophraſtus iuuenem in conui-
57 uio tacentem animaduertens, dixit: *Si im-
peritus taces,peritus es;ſin verò peritus, imperi-
tè taces*; vt referunt Ant. & Max. Monachi
ſerm.de taciturn.

58 Cùm etenim veritas vrget, vt manifeſte-
tur,perniciosè tunc ſileretur. Quando veri-
59 tatem in ſummo bonorum ſimul, ac vitæ
diſcrimine profitendam dixerit Themiſto-
cles.Et tùm maximè,cùm multorum ſalus
inde eminet. vt ex Aeliano *lib*.3. *var. hiſtor*.
refert Plutarch. *& nos diximus reſp.noſtra* 51
num.18. *part*.2.Publicè nempè intereſt, nè
60 veritas occultetur, vt Bonifacius loquitur
Octauus *Extrauag.debet*. 1. §. *propoſito itaque
de off.ord inter comun*.vt neque pietatis,neque
91 humilitatis ſeruandæ cauſa,ſit à vero rece-
dendum, ſecundum Auguſt. *in can. primum
eſt*.8.22.*quæſt*.2.*& can.ſeq.ead. cauſa, & quæſt.
& S.Thom*.2.2.*q*.110.*art*.3. quem ſequitur
Nauar.tom.2.oper.de orat.& hor.can.miſcell.25
ſub num.15.*circa fin.ver.Per quæ omnia videtur
dicendum*. Vtiliùs igitur ſcandalum naſci

62 permittitur, quàm nè veritas relinquatur,
vt venerabilis Beda loquitur relatus à *reg.*
qui ſcandalizaueri.3.de reg.iur.extrà.
63 Ita verò falſi reus habetur,qui veritatem
occultat, ſicuti qui mendacium profert;
quia,& ille prodeſſe non vult, & iſte nocere
deſiderat,vt *Augu.*loquitur *relatus cap. 1. in*
fin.de crim.falſi.& idem *Aug.*relatus.*can.quiſ-*
quis 78.11.quæſt.2.& cap.cum dilecti.19.§.quod
ſi excuſationes.de accuſ. Did.Couarr. lib.1.var.
reſol.cap.2.num.3. verſ. cæterum ad exemplum.
Proditor nempe dicitur eſſe Veritatis, ne-
dum qui mendacium profert, ſed & qui nõ
liberè veritatem pronunciat. plura profert
Gigans de reſident.Epiſcop.in præfat.num.5.

Ad diluenda itaque intorta ſpicula co-
minus accedamus.

Cum primis autem, vt ex hoc vnò,quàm
auidè|ad iura diruenda Eccleſię Iuuenacen,
eaque indebitè tendant occupanda, digno-
ſcant omnes;perpendendum quod in aſſer-
tione D. Leonardus de Alexandro |aſſertus
Vicarius Archipresbyteri,(nullius Dięceſis)
illam aſſerit. At meminiſſe debuerat|, nè
vel imperitiæ,vel malitiæ coarguererur;an-
no 1606. etiam in contumaciam Epiſcopi
Iuuenacen tunc temporis,die 1.mẽſis Mar-
tij Pontificatus Sanctiſſ.tunc D.Dom.Pauli
diuina prouidentia Papæ V. anno eius pri-
mo.inſtantibus Archipræsbytero,Capitulo,
& Canonicis Terræ Terlitij per D. Franci-
ſcum Pegnam Sacræ Rotæ Auditorem,litis
ob pendentiam, & ad conſeruandum iura
ambarum partium, decretum fuiſſe, quod
Epiſcopus Iuuenacen in omnibus litteris,
& prouiſionibus,& monitorijs,ac mandatis,
& præceptis,tàm gratiam, quàm iuſtitiam
concernentibus,tàm Clericos,quàm laycos
d.Terræ;debeat apponere de Terra Terli-
tij nullius,ſiuè Iuenacen.

Et decretum prædictùm ſub die 4. Ianu.
anni 1607.Terlij in Conuentu S.Mariæ del
la Noua fuit notificatum per Illuſtri, & Re-
uerendiſs. P. D. D. Gregorio Santacru-
cio Epiſcopo Dragonen,& Coadiutori Epi
ſcopatus Iuuenacen cum futura ſucceſſio-
ne,qui ſe obtulit pararum illud obſeruare.

Vnde vigore decreti præfati prædeceſſo-
res omnes Archipræsbyteri, in litteris teſti-
monialibus ad ipſum eundem Epiſcopum
Iuuenacẽ datis pro Clericis ad ordines pro-
mouendis.Nullius nunquam meminere:vt
ex litteris teſtimonialibus in noſtro ſeruatis
Archiuio,ſatis manifeſtè apparet: quòd cer-
to ſcirent Terram prędictã Iuuenacen eſſe
dięceſis:Quare igitur terminos,quos poſue-
re patres noſtri trãſgreditur nouiſſimus Ar-
chipræsbyter? At Spiritus ſanctus per os lo-
quitur ſapiẽtiſſimi Regis Salomonis:*Ne trã*
ſgrediaris terminos antiquos,(præcipiens) *quos*
*poſuerunt patres tui.Proue.22.n.28.*vbi *Dionyſ.*
„ *Cæth.*exponit, *ideſt bona, & confinia aliorum*
„ *non inuadas,nec cupidè quæras, ſed eſto conten-*
„ *tus hæreditatis patrum tuorum,*ſubdens:*non de-*
„ *bemus tranſgredi regulas,& præcepta,inſtitutio*
„ *nes,& documenta à patribus noſtris nobis præfi-*
„ *xa,ac derelicta;nec intromittere de his, quæ ſta-*
„ *tum, gradum,vires, & authoritatem noſtram*
„ *tranſcendunt.Quemadmodum de Angelica Hie-*
„ *rarchia Diuinus, & Magnus Donyſius Areopa-*
65 „ *gita aſſerit:Quod nullus Angelicorum Spiri-*
„ *tuum legem ſibi diuinitùs præfixam audet tran-*
„ *ſcendere.*

Et *Deuter.19.num.14.*ſcriptum reperitur:
Non aſſumes, & transferes terminos proximi
*tui, quos finxerunt patres in poſſeſſione tua.*eſt
text.in c.1.in fin.de ſepult.extrà. can.ridiculũ, 5.
12.diſt.facit tex.in l.in rebus 2. ff. de conſt.Prin.
Ludibrium enim eſſet (*Gloſſ. inquit in cap.*
66 *quanto.16.in verb.indulgemus,circa fin.de cen-*
ſib.extrà) ſi quod ſtatutum fuit ab initio,mo
mento quolibet mutaretur.allegat *text. in l.*
vlt.§.vbi autem puellis,C.de bon quæ lib.S.Tho.
1.2.q.97.art.1.

At inſtabunt: loqui decretum de Epiſco-
po,nè in omnibus inſcribere debeat Iuue-
nacen Dioeceſis, ſed Terlitien nullius, ſeù
Iuuenacen,vt non ſit trahendum ad Archi
præsbyterum.

Verùm,ſi cicutire noluerint,atque aper-
tis oculi non videre,vt accidat eis quod per
Iſaiam Prophetam *c.6. nu.10.*dicitur:*Audite*
audientes, & nolite intelligere, & videte viſio-
nem,& nolite cognoſcere;Excæca cor populi hu-
ius,& aures eius aggraua,nè videant oculis ſuis,
& auribus ſuis audiant, & corde ſuo intelligant.
quod Dominus noſter Ieſus Chriſtus Ma-
giſter noſter *Matt.13.nu.10.*ipſe per ſe vſur-
pare dignitas eſt (vetus cum nouo conne-
ctens teſtamentum, illud adimplens,hoc de
nuò tradens) *Auditu audietis* (inquiens) *&*
non intelligetis,& videntes videbitis,& non vi-
debitis,incraſſatum eſt enim cor populi huius, &
aurbus grauiter audierunt, & aures ſuas clauſe-
runt,ne qnando videant oculis,et audiant,& cor-
de intelligant. in mentem reuocabunt iuris
reg.32. de regul. iur. in 6. Non licet actori,
67 quòd reo licitum non exiſtit. concordat
regulæ,*l.non debet actor.42.ff.de regul.iur.*quæ
eſt Vlpiani. Ratioque in promptu adeſt,
68 quia in iudicijs non eſt acceptio perſona-
rum habenda, *reg in iudicijs.12. de reg.iur.in*
*6.*vt paritas ſeruetur,inquit S.Antonin.*to.1.*
ſum.tit.20.de reg.iur.d.reg. non licet actori. vbi
69 infert,regulã ex vtraq;parte locũ habere,&
ad cõuertentiã dici:*Quia idẽ iuris*(inquiens)
contrà.ſcilicet, quod non licet reo,quod non licet
actori. Alioquin non vtique iuſtiria, quæ in
70 æqualitate conſiſtit rei ad rem;ſed iniuſti-
tia eſſet,quæ contrà, in inæqualitatem pro-
pendet.iuxta *S.Thom.2.2.quæſt.62.art.1.2.&*
& 3.& Ariſt.*Eth.lib.5.cap.3.*Quod iniuſtum
eſt,(inquientem) id contrà proportionem
eſt.Exiſtit ergo hic plus,& minus;qui enim
alte-

Digitized by Google

alterum violat, boni plus adipiſcitur, qui
violatur minus. Iuſtitiæ verò eſt cuique
71 quod ſuum eſt tribuere, *l. inſtitia.* 10. *ff. de*
iuſt.& iur.§.1.inſtit.eod.cap.ex ore.17.in princ.
*de priuil.S.Thom.2.2.quæſt.58. art.11.*Iniuſti-
72 tiæ autem auferre; vnde reſtitutionis prin-
73 cipium oritur. At verò iniuſtitia omnis rei
notabilis peccatum eſt, ex genere mortale,
S.Thom.2.2.quæſt.59.art.4.Naua.man.cap.25.
num.5.in fin.& de orat.& hor.can.cap.22.mi-
ſcel.43.num.77.verſ.nam vt peccatum, & dixi-
mus reſp.noſtra.2.num.66.& reſponſ.40.nu.11.
74 *& 12.part.2.* At Dominus auerſatur omnẽ
iniuſtitiam, vt *Deutor.25.num.16.* Moſes lo-
quitur.

Hoc autem apertè inſinuat Decretum ip-
ſum Sacræ Rotæ (inferens) *Et in hunc modũ*
conſeruabitur ius vtriuſque partis, & nemini in-
feretur præiudicium, & damnum, & ius illaſum
vtriuſque remanebit. Vtriuſq; dicit, non vnius.
75 Ex tribus enim conſtat iudicium, iudice,
actore, & reo, *text.in cap. forus.10.de verb.ſi-*
gnific.& rub.ff.C.& extrà de iudic.Maranta in
in Specul.1. part.in princ. nu.1. ſic nempè de-
86 cebat fieri, iuxta vetus Adagium. *Stateram*
ne tranſgrediaris hoc eſt, vt Commentantes
exponunt, ne quid facias præter ius, & æquũ
& dixit vnus ex ſeptem Græciæ Sapientibus
apud Alciatum *embl.187.*

Optimus in rebus modus eſt (Cleobolus, vt inquit)
Hoc trutina examen, ſiuè libella.

Ad deſignandum (*modum eſſe optimum in*
78 *rebus*) trutina, vel lanx adhibetur; ea enim
quæque ponderantur. hinc Perſius *Saty-*
ra 1.

Examen improbum in illa
Caſtiges trutina.

Et Hæſiodus:

Menſuram ſerua, modus in re eſt optimus omni.

79 Atque ex ſacris litteris Dominus Moyſi
Leuit.19.n.35. præcepit dicens: *Nolite facere*
iniquũ aliquid in iudicio: in pondere, & menſura.
Statera iuſta, et æqua ſint pondera. iuſtus modius,
æquuſque ſextarius: Ego Dominus Deus veſter.
80 Hinc ſanè eſt, quòd per Regium Prophetã
Dauid, de filijs hominum loquentem *pſal.*
61.*num.9.&* 19. dicitur, *Veruntamen vani filij*
hominum (eorum, qui ſine charitate, & gra-
tia viuunt (vt *Dionyſ.Carth.* enucleat) qui in
rebus creatis ſibi finem conſtituunt, adhæ-
,, rentes creaturis magis, quàm Creatori, *Men*
,, *daces* (ſequitur Dauid) *filij hominum in ſtate-*
,, *ris.* Quia iniuſta pondera habent, vel men-
,, daciter iudicant, præferentes mala, ac falſa
,, bonis, ac veris, vt decipiant ipſi de vanitate
,, in id ipſum, ideſt ſe inuicem fallant in re-
,, bus vanis, temporalibus, & caducis. ſecun-
dum eiuſdem Carthuſ. expoſitionem. Ani-
maduertatur verò, quòd ſi ipſi fraudantes,
& fraus, quam faciunt, ſimul appendantur,
ſimul euaneſcent, vt fraus, & faudulenti
homines eodem pondere ſint, vtrumque
vanitas, iuxtà illud 4. *Reg.17* Ambulauerũt
poſt vanitatem, & vani facti ſunt; ſecundum
Agellij interpretationam in eundem locũ.
81 Vnde Verinus Poeta de iniuſtitiæ dam-
nis dicebat:

Nihil iniuſtitia miſera eſt infeſtius Vrbi;
Funditus hæc muros vertit, & ipſa domos.

Et Euripides Græcus in Heracleone.

Equidem hanc ſententiam iam olim approbaui.
Quod vir iuſtus natus ſit in proximi commodum.
Contrà, cuius animus inclinatus eſt in lucrum;
Et Amicis inutilis eſt, & difficilis in commercijs.

82 Idem Eripides in Ixione iniuſtum deſcri-
bens, ſic fatur.

Quiſquis ambitioſum, & auarum ingenium ha-
bet,
Nihil ille iuſtum ſapit, neque cupit.
Difficiliſque eſt amicis, & toti Ciuitati.

83 Qua de re Ariſt. vt refert Stobæus *ſerm.8.*
dicebat: Iniuſtitiam eſſe vitium animi, quo
amplius, quàm par eſt, homines ſibi ſu-
munt.

Iuſto igitur contenti ſint ipſi Aduerſarij,
& vt optant, auentque Epiſcopum Iuuena-
cen deſcribere nullius, ſiuè Iuuenacen, ſic
ipſi faciant, vt nouiſſimi Archipræsbyteri
prædeceſſores fecerunt, ſicuti Dom. Diony-
ſius Laccheus Archipræsbyter Terlitien.
ſemper ſeruauit, qui nihil omnino in ſuis
litteris aſcripſit, niſi nomen proprium, &
dignitatem Archipræsbyteri. Perpendantq.
quod *Procop de bello Vandal.lib.1* dicit: Vim
,, adeferre, & alienis paſci, turpe ſemper, ac
,, probroſum videtur, quod iniuſtum in ipſo
,, inſit.
84 Naturæ verò principium eſt: vt quod ti-
bi non vis fieri, alteri ne feceris, *text. in cap.*
dilecti filij.13.de maiorit.& obed.vbi Glo.verb.
nolles, verſus refert ſequentes:

Quod tibi vis fieri, mihi fac, quod non, mihi noli.
Sic potes in terris viuere iure Poli.
Gloſſ.in d.l.inſtitia.10. verb lædere, ff de iuſt.&
iur.diſt.1.in princ.text.in can.placuit.12 in fin.
10.*quæſt.1.*meus *Maranta conſ.56.n.1.in fin.*

85 Non abre eſt igitur, quod iuſtitiam no-
ſtrates, Conſtantem, atque perpetuam vo-
luntatem dixere, ius ſuum cuique tribuen-
di, vt Vlpianus loquitur *in l.d.inſtitia* 10.*ff.de*
iuſt.& iur.& §.1.*in princ.inſt.* quod immuta-
biliter partes ſuas ad omnes ſeruet, quod, &
86 Virgilius loquitur *Aen.4.* de viro iuſto.

Mens immota manet, lacbryma voluuntur inanes.

& vt alter etiam dixit:

Inſtitia in ſe virtutes continet omnes.

87 Atque perbellè ſatis Antiqui iuſtitiæ Ico-
nem ſequentibus exprimebant, velato, ſeù
toruis oculis virginem, ſurdaque aure, quã
refer in dialogis. Iacobus Pontanus Poeta,
Neapolilanæ Vrbis ſplendor. *Poetic. inſtit.*
lib.3. ſequentibus loquens.

Quæ Dea? Inſtitia. Et quid toruo lumine? flecti

Cccc 2 *Ne-*

Neſcia ſum,& lachrymis,& pretio,& precibus.
Cur gladium tua dextera gerit,cur læua bilancem?
Ponderat hæc cauſas,percutie illa reos.
Quid rari aſſiſtunt? Quod copia rara bonorum eſt.
Quæ comes aſſidua eſt? Candida ſimplicitas.
Aurium aperta tibi cur altera,& altera clauſa eſt?
Hæc ſurda illuſtis,panditur illa bonis.
Paupere cur ſemper cultu? iuſtiſſimus eſſe
Quicupit,exiguas ſemper habebit opes.

& refert etiam non vulgaris eruditionis vir *Franciſ.de Petr.feſtiu.lect.lib.1.cap.1.nu.6.* Atque Doctiſſimus noſter Andreas Alciatus oratione quadam in laudem Iuris ciui-
„ lis hæc ait:*Chryſippus iuſtitiæ imaginem ita ex-*
„ *preſſit: vt puellari virginis forma aſpectu vehe*
„ *menti,luminibus oculorum acerrimis conſpicere-*
„ *tur. Quod videlicet iudicem incorrupto eſſe iu-*
„ *dicib.ſanctum,ſeuerum contra improbos inexora-*
„ *bilem,vi,ac maeſtate æquitatis,veritatiſque ter-*
„ *rificum eſſe oporteat.*& licet quandoque Iudicum vitio iuſtitia, verumque laboret, ſed tandem eluctatur, & quamquam præmatur,non opprimitur tamẽ, vt quidam apud eundem Alciatum *embl.28.*dixerunt. Dixeratque Heſiodus *lib.1.Georg.*

Iuſtitia (inquiens) *emergit ſemper, iniuriam tandem prodiens.*

Subſequuntur præterea pergentes ſuo modo Aduerſarij in ſuo eorum Manifeſto, ſic loquentes:

Eſſendoci peruenuto à notitia, che il moderno Veſcouo di Giouenazzo Carlo Maranta habbia affiſſo ceduloni continenti ſcomunica contro Mõſignore Illuſtriſſ.e Reuerendiſſ.Grimaldo de Moneaco noſtro Ordinario,del detto Cantore Gaſparrino, D.Gio.Matteo de Grauina, D.Gio.Marco, D.Gio.Cola di Sandalo, & D.Angelo di Lucia, & altri Sacerdoti di detta Collegiata Maggiore Chieſa,& ancora interdetto il Capitolo, e tutto il Clero di detta Chieſa;habbiamo voluto per ſodiſfare all'obligo impoſtoci dal noſtro Illuſtr.Prelato,come anco dal Capitolo,& Clero,e per togliere il ſcandalo, che poteua naſcere negli ignoranti; per vedere la poca ſtima, che ſi fa delle cenſure publicate,come per queſta publichiamo;che il moderno Veſcouo di Giouenazo non hà potuto, ne può procedere,ne contro Monſignore Illuſtriſſimo noſtro Ordinario, ne contro li ſopradetti Sacerdoti.

Non contro il detto Illuſtriß Ordinario, già che lui reſta eſſente dalla di lui giuriſdittione, etiandio quando veniße come ſpecialmente Delegato dalla Santa Sede Apoſtolica alla viſita di detta Chieſa di Terlizi, già che non hà altro titolo di eſſercitio di giuriſdittione, ſe non come Delegato,con ſpeciale delegatione della Santa Sede Apoſtolica,& queſto appare con Breue ſpedito da Pegna Auditore di Rota ſotto li 13.di Aprile 1612.nel Pontificato della felice Memoria di Papa Paolo V ſi che ogni preteſto di ſcomunica contra il detto Mouſign. Illuſtriß. è nullo per difetto di giuriſdittione; nè in queſto ſi può allegare ignoranza,perche in chi lo deue ſapere,come lui, è colpeuole.

Cùm itaque ipſi,vt mandatis ſatisfaciant eorum Archipræsbyteri (neq;enim nomen aliud ſortitur, neque dignitatem, vt aliam præoccupare minimè debeat) & vt ſcandalo (vt ipſi dicunt) occurant ignorantium (niſi magis doctiorum, indoctiorumque ſcandalum foueant,augeantue) *per vedere la poco ſtima che ſi fà delle cenſure publicate*, cum ad ipſorum notitiam perueniſſet per modernum Epiſcopum Iuuenacen cenſuris ipſos nodatos fuſſe, publicare ſtatuerint cenſuras latas non tenere. Vtique confitentur earum notitiam; vt contrarium amplius aſſerere haud valeant, quod cenſuris contemptis ſe ſe diuinis ingerere auſi fuerint.Satis nempè contraria,& aduerſantia ſibi ſunt, noſſe, notitiamque habere, &
88 non noſſe,ignorantiamque prætexere.Contrariorum autem lex eſt (vt Philoſophorũ commune eſt aſſioma)mutuò ſe à ſubiecto ſubtrahere,cum ſimul eſſe non poſſint,vno in alterum agente,ſeque mutuò derrudentribus, cum contraria ad inuicem ſint corruptibilia,5.*Phyſ* & apud noſtrates eſt *text.in l.1.C.de furt.vbi plenè Glo.fin.text.in l.hæc verba,ille,aut ille.124.ff.de verb.ſignif.text. in cap. maiores.3.§.ſed adhuc. in fin.de baptiſm. argum. tex.in can.reſuſcitatus.35.de pœn.diſt.1. tex.in l. vbi repugnantia.149.ff.de regul. iur. Barboſ.aſſiom.54.nu.3.& nos ipſi reſp.noſtra.26.num.12. & 13.part.1.* Vt neque per diuinam poten-
90 tiam poſſit actus repugnans in eodem ſubiecto,eodemmet tempore,eodemque reſpectu cõſtitui,quod nõ hoc ſit potẽtiam in Deo aſtruere,ſed defectum in eo ponere,vt *Det.in d.l.vbi repugnantia.149.num.3.de regul. iur.*aduertit.Quod nimirum repugnantiam
91 implicet in obiecto,iuxtà illud D.Hieronymi ad Euſtoch.*tom.1.epiſt.22.col.4. in minor. impreſſ.Romæ*,relatum *can.ſi Paulus Apoſtolus 11.§.cum omnia.32.quæſt.5.*aientis:*Cum omnia*
„ *poſſit Deus, ſuſcitare virginem non poteſt*
92 *poſt ruinam.* Quia Deus non poteſt facere, quin corrupta minimè fuerit:Quia factum non poteſt,non eſſe factum,vt *Gloſſ. ibid.loquitur,S.Thom.1.part.quæſt,25.art.4.& par.3. quodlib.5. q.2. art.3. & nos pleniùs reſp. noſtra 21.num.36.& 37.p.1.*

Quod autem ipſi putarint per eorum Manifeſtum (vt ipſi appellant) occurriſſe ſcandalo ignorantium (*per vedere la poco ſtima, che ſi fà delle cenſure publicate*) Per rationes, quas ipſi referunt, quas nos ſingulas diluemus;id ſanè erroneum eſt.Duo quippè co-
39 pulatiuè perquiruntur, vt qui excommunicatus nulliter eſt, poſſit publicatas non timere cenſuras: Et quod notoriè conſtet de nullitate ſententiæ, & quod ceſſet ſcandalum,

dalum, vt *Sayr.* refert *in Theſauro caſuum conſcientiæ.de cenſur.lib.1.cap.15.num.43.Couarr. in cap.alma mater.1.part.§.7.num.7. verſ.cæterum vbi ſententia, Guttier. can qq.lib.1. cap.4. num.37.& 38.Nauarr.in cap.cum contingat.de reſcript.remed.2.num.3.& 4.& num.13.tom.3. oper.& in Man.cap.27.num.3.in fin.Campanil. in diuerſ.iur.can.rub.11.cap.15. num.44. verſ. confutatis igitur.Illuſtr Riccinll.* meritiſs. Epiſcopus Vmbriaticen, nunc verò Caſertanus, & Sanctiſſ. Inquiſitionis Miniſter, Dominus meus, *de iure perſonarum extra gremiū, lib.4.cap.1.num.21.Cardin.Tolet.lib.1. cap.10. num 7.impreſ Romana nouiſſ.anni 1636. P.Reginal.in praxi fori pœnit.tom.1.lib.9. cap 6.ſect. 4.num.104.*

Rationes autem, quas afferunt nullitatis, ſunt: quia exiſtimant (non autem rectè) Archipræsbyterum exemptum eſſe à iuriſdictione Epiſcopi Iuuenacē. ni fortaſsis, quòd Illuſtriſſ. nuncupetur: At nos non de titulis ſed de Archipresbytero Terlitien loquimur, qui ſanè ſubiectus eſt iuriſdictioni Epiſcopi Iuenàcen, ſicuti, & cæteri omnes de Clero. Eſt etenim de Diœceſi Iuuenacen
94 Terra Terlitij, & intra fines Diœceſis Iuue-
95 nacen; vt fundatam proinde ſuam intentionem habeat Epiſcopus, quoad iuriſdictionem, quoad omnes, qui in ſua ſunt ditione, & Diœceſi: vt manutenendus in illa ſit, quia iuris in ea aſſiſtentiam obtinet, etiā priuatiuè quòad alios. *cap.conquærente.16. de offic.ordin.extrà.cap.cum Epiſcopus.7. eod.tit.in 6.cap cum perſonæ.7.de priuil.in 6. Rota part.1. diuerſ.deciſ 186.nu.1.* in hac ipſa Iuuenacen, iuriſdict. *coram Lancellotto 1575.& deciſ. 736. num.3 & apud Cardin Seraph.deciſ.448. num. 2.apud Card. Caualer. deciſ.306. & deciſ. 506. n.4. Rota p.4.diuerſ. per Farinac. collecta. deciſ. 568.Mareſcot.var.reſol.lib.1.c.11.n.2.3.& ſeq. Ludouic.Poſt. tract. de mandato de manutenend. obſeru.45.num 6.& 7.* vbi pluries aliàs in Rota deciſum refert, recenſendo deciſiones ad calcem tractatus, & nos ipſi *reſp.noſtra 8.nu. 1.2.& 3.part.2.* etiam aduerſus priuilegium per aliud obiectum, niſi apertè de eo doceatur, *Mareſcott.d.cap.11.num.5.nos ipſi num. 4.d.reſponſ.8.*

96 Quod autem viſitet, cæteraque faciat Epiſcopus Iuuenacen in Terra Terlitij tanquam Sanctæ Sedis Apoſtolicæ Delegatus, id non ſanè eſt, quòd Ordinarius non ſit, neq; ordinariam iuriſdictionem obtineat; ſed lite pendente. Poſt ſententiam enim per Sacram Romanam Rotam pro Epiſcopo Iuuenacen latam, introducta cauſa per appellationem in eadem Sacra Rota, viſum fuit Dominis (moderādo inhibitionem alias ſimpliciter extorctam pro parte Archipræſbyteri, Capituli, & Cleri dictæ Terræ) decernere, vt interim viſitet, aliaque faciat Epiſcopus Iuuenacen tanquam Sedis Apoſtolicæ Delegatus, citrà tamen præiudicium iurium ambarum partium, vt conſtat ex moderatione per D Io. Bapt[illegible] de Rubeis S. Rotæ Auditorem Cau[illegible]onentem anno 1584. die Lunæ nona [illegible], quam ipſimet Archipræsbyter, & Canonici, & Clerus dictæ Terræ Terlitij, poſt litteras Paſtorales à nobis directas, quibus certiores eos faciebamus de noſtra intentione viſitandi dictam Terram, etiam vti Sanctæ Sedis Apoſtolicæ Delegati, inhærentes ſententijs, & decretis Sacræ Rotæ, & citra præiudicium iuriū nobis, noſtræque Eccleſiæ competentium, diemque certam dabamus, qua ipſi ad nos recipiendum iuxtà conſuetudinem per anteceſſores Archipræsbyteros, & Capitulum, & Clerum dictæ Terræ ſe præpararent, per Monitorium Illuſtriſſ. A.C. intimare fecerunt. Quæ moderatio fuit etiam renouata, & mandatum de manutenendo Epiſcopum Iuuenacen, traditum, vt tanquam S. Sedis Apoſtolicæ Delegatus, & viſitet, & alia exerceat citra præiudicium iurium ambarum partium ſub die 19. Decemb. anni 1601. Pōtificatus fœlicis memoriæ Clementis Papæ VIII. anno 10. per Franciſcum Peniam S. Rotæ tunc Audirorem; & impoſitum Archipræsbytero, Capitulo, & Clero Terræ prædictæ Terlitij ſub duorum milliū duc. auri locis pijs applicandorum, & in iuris ſubſidium excommunicationis, ne dictum Epiſcopū Iuuenacen impedirent; *Vos* (ideſt dictum Archipræsbyterum, Capitulum, & Clerum, dicens) *veſtramque Eccleſiam viſitare, & intra Pontificalia ibi exercere valeat iuxta ordinem aliàs à Rota datum, tanquam Sedis Apoſtolicæ Delegatus.* vt inferius etiam perpendemus.

Ecce Rota de Archipræsbytero loquitur neque illum à viſitatione eximit, alijſque quæ in viſitatione accidunt, iuxta ſacrorum canonum, ſacrique Tridentini Concilij decreta.

97 Et ſi hæc exigua videtur Aduerſarijs, adijciamus (amabo te) etiam, & Sacræ Congregationis mandata. Illa nempè anno 1592. datis litteris per Illuſtriſs. tunc S. R. E. Cardinalem Alexandrinum Sacræ Congregationis Præfectum ad Archipræsbyterum Terlitien. ſequentibus imperat.

Al Ren. Sign. Arciprete di Terzo.

„ *Ren. Signore. Queſti miei Signori Illuſtriſſ.*
„ *no ſanno vedere con che ragione non vogliate,*
„ *che Monſignor Veſcouo di Gionenazzo viſiti le*
„ *Chieſe di coteſta voſtra iuriſditione eſſendo*
„ *chiara contro di voi la diſpoſitione del Sacro*
„ *Concilio di Trento, & la determinatione della*
„ *Rota per la ſentenza, che vi è ſtata moſtrata, la*
„ *quale non ſi può dire, che non ſuffraghi al Veſcouo*
„ *moderno per eſſere ottennta in nome dell'anteceſ-*
„ *ſore; poiche è oppoſitione indegna di perſona intel-*
ligente,

Digitized by Google

" *ligente,pari voſtro. Et acciò habbiate in queſto da*
" *quietarui con l'honeſto,le SS. loro Illuſtriſſ. han-*
" *no voluto,che io vi dica , che non vogliate fare al*
" *Veſcouo difficoltà, ricorrendo ſi vi ſentirete gra-*
" *uato nella viſita,che v'aſſicuro ſarete inteſo,e ſpe-*
" *dito come ſarà conueniente. Non mancate per*
" *tanto all'obligo dell'officio voſtro , & il Signore*
" *vi guardi. Di Roma li 29. di Luglio 1592.*

Al piacer voſtro

Il Cardinale Aleſſandrino
Giouenazzo all'Arciprete di Terlizo.

Apertè namque loquuntur Eminentiſ-
ſimi Domini S. R. E. Cardinales Sacr. Con-
gregat. negotijs Epiſcoporum deputati, vt
nullum ſit per aduerſarios ſubterfugium
quærendum : & quidem ſi rectè ipſi memi-
niſſe voluerint, nec affectare ignorantiam,
memoria recolent, anno 1607. in S. Viſita-
tione per Reuer. tunc Dom. D. Gregorium
98 Sancta Crucium Epiſcopum Dragonen.,
Coadiutorem Epiſcopatus Iuuenacen, cum
futura ſucceſsione, viſitando Terram Terli-
tij Iuuenacen, ſeù nullius Diœceſis, ex quò
R. D. Dionyſius Laccheus Archipræsbyter
dictæ Terræ Terlitij noluiſſet accedere cũ
Capitulo & Clero ad proceſſionem (vt te-
nebatur) ad recipiendum dictum D. Epi-
ſcopum; cumque ante fores eſſet Eccleſiæ,
ad eum acceſſiſſe dictum Archipræsbyte-
rum, eiuſque ad pedes humiliatum confeſ-
ſum fuiſſe, erraſſe in non parendo eius mã-
datis, dixiſſeque vulgari ſermone; *Perdoni*
V. S. Reuerediſſ. e rimiri all'età , & all'infermità
mia, che mi hà impedito di non potere venire à
riceuere V. S. Reuerendiſſ. perſonalmente , come
altre volte ſono andato a riceuere Monſig. Reue.
Viperano Veſcouo di Giouenazzo, & confeſſo ha-
uere fatto vn'aſinità in non hauere obedito alli
mandati di V. S. molto Illur. e Reuer. & ne li cer-
co perdono, e la prego mi conceda il beneficio del-
l'aſſolutione, e li prometto d'obedirla, e ſeruirla.
Sic Archipræsbyter. Et ita per dictum Dom.
Epiſcopum fuit ei abſolutionis impenſum
beneficium. Vt ex actis S. Viſitationis præ-
dictę conſtat, de quo fuit etiam publicè No-
tarius rogatus. Non eſt ergo exemptus à iu-
riſdictione Epiſcopi Iuuenacen, etiam vti
S. Sedis Apoſtolicæ Delegati, Archipræsby-
ter Terlitien. At (vt etiam diximus) de Ar-
chipræsbytero res nunc agitur, non de titu-
99 lis. *Sic ſua cuique placent*, vt Alciatus loqui-
tur *embl.* 118. vnde adagium: *Suum cuique pul-*
100 *chrum*, vt ait Cicero; & ſic res ſe habet, te
tua delectant, me mea. & Virgilianum illud
Egl. 2.

Trahit ſua quemque voluptas.

At facit hoc

. . . . . . *Cæcus amor ſui,*
Attollens vacua plus nimio gloria verticem.

vt Horatius 1. *Carm. Ode* 18. ſatis perbellè dixit
quē Græci φιλαυτίαν philautian appellant in
101 quam Bartholomeus Anuli eleganti Epi-
grammate comminiſcitur, inquiens:

Narciſſus liquidis formam ſpeculatus in vndis,
Contemnens alios, arſit amore ſui:
Tabuit, & ſenſim venienti in membra ſtupore,
Ipſe ſui, factus flos Hyacintus, amans.
Hinc fugite (ò iuuenes) fons iſte Philantia, ſe ipſum
Stultus vbi, cum ſe non benè norit, amat.

Et Alciatus *embl.* 69. ſic ipſe luſit:

Quod nimium tua forma tibi Narciſſe placebat,
In florem, & noti eſt verſa ſtuporis olus.
Ingenij eſt marcor, cladeſque philautia, doctoc
Quæ peſſum plures datque, deditq; viros.
Qui veterũ obiecta methodo, noua dogmata quęrũt.
Nihilque ſuas præter trahere phantaſias.

102 Quòd ſanè vitium, philautiam (ſui cęcũ
amorem) maximum quoddam malum
(*Plato lib. 5. de legib.* appellat) innatum in
meliore hominis parte, nempè animo; &
eò quidem deterius, ac præſentiùs; quod li-
cet eo plerique morbo correpti ſint, non
tamen vnquam de remedio quærendo, aut
parti malè affectę applicando, cogitant, vt
103 tandem ſani poſſint euadere. Vnde ex
hoc euenit, vt quàm frequẽtiſſimè placido
feramus animo quòd ipſi nequi, & vitia tàm
impensè placeãt nobis, velut vt Flaccus ait;

. . . . . *amatorem amica*
Turpia decipiunt cæcum vitia, aut etiã ipſa hæc
Delectant, veluti Balbinum polypus Agnæ.

Nimirum, quia vt Theocrito placet, ad Po-
liphemen loquens.

. . . . *Haud rarò Poliphæme.*
Quæ minimè ſunt pulchra, ea pulchra videntur
amori.

*M*os eſt enim ſponſis amantibus, ſuam cui-
que ſponſam certatim attollere. vnde ho-
diè vulgo ſcitè dicunt: *Nullum reperiri de-*
formem amaſium, propterea quòd amanti,
vel non pulchra, pulcherrima videatur.
Hinc illud Plautinum in Sticho.

Suus Rex Reginæ placet, ſua cuiq; ſponſa ſponſo.

& vt ait Varro. *omnes videmur nobis eſſe bel-*
li, feſtiui, & ſaperde.

Vt autem aliquid vltra addamus, oſten-
damuſque quàm longè abſunt à vero ad-
uerſarij noſtri, qui ſibi ſatis ſcioli videntur;
audiant quid ab ipſiſmet, vel eorũ ſaltẽ præ-
deceſſoribus geſtũ fuerit anno 1610. aduer-
ſus eorũ Archipręsbyterũ: ſic .n. ſupplici da-
to libello Reueren. tũc D. Gregoriũ Sancta
Crucium Epiſcopũ Iuuenacen cõpellant.
" *Molto Illuſtre, e Reuerendiſſ. Monſig. no-*
" *ſtro oſſeruandiſſ. Le ſottoſcritte dignità, Sa-*
" *cerdoti, & Sudiaconi, coſi nomine proprio, co-*
" *me capitulariter, eſpongono à V. S. molto Illu-*
" *ſtre, e Reueren. come è più d'vn'anno, che non*
" *ſono ſtati viſitati, per rimediare alli ſcanda-*
" *li, che giornalmente ſoccedono nel Clero, &*
" *Terra predetta di Terlizi. Dimandiamo, &*
la

,, la ſupplicamo, che ſi degni di venire à viſitare
,, detta Terra, e remediare à tale biſogno; &
,, tanto più che il Reuer. Arciprete di detta
,, Terra và inculcando l'immunità, e priuilegii
,, di detto capitolo, priuandolo de fatto dell'elet-
,, tione del Reu. Vicario pro tempore, quale è di
,, eſſo Capitolo, e fando elettione à ſua poſta, e
,, priuando il Vicario preſente ſanza cauſa. Pe-
,, rò li ſupplicano l'acceleratione di detta viſi-
,, ta, & ordinare à detto Arciprete, che non fac-
,, cia altro Vicario ſenza elettione di eſſo Capi-
,, tolo, ò almeno, che ſopraſeda inſino alla venu-
,, ta, & altra prouiſione di V.S. Reuer. che oltre
,, è giuſto, l'haueranno da lei à gratia, quam
,, Deus, &c.

Il Primicerio Damiano.
Il Cantore Paparella.
Il Cantore D. Aleſſandro.
D. Ceſare Monaco.
D. Lonardo Romanella.
Subdiacono Franceſco Terrono.

Expediatur edictum citatorium viſita-
,, *tionis incohandæ die 1. Auguſti primi ventu-*
,, *ri. Reuer. Archipræsbyter Terlitien circa ele-*
,, *ctionem noui Vicarii vſque ad aduentum no-*
,, *ſtrum nihil innouet, imò innouata ad priſtinũ*
,, *reducat. Circa verò electionem Vicarii Terli*
,, *tien faciendam per dictum Reu. Capitulum*
,, *Terlitien, & de aliis expoſitis capiatur infor-*
,, *matio, qua capta prouidebitur, vt iuris. inti-*
,, *metur.*

D. Gregorius Epiſcopus. *Loco † ſigilli.*
,, *Prouiſum per dictum Admod. Illuſtr. &*
,, *Reu. Dom. Iuuenacen Epiſcopum. Iuuenatii.*
,, *die 1610.*

D. Nicholaus Angelus de Angelis Apo-
ſtolicus Notarius Actuarius.

Neque enim illi ſupplices præces Epi-
ſcopo Iuuenacen dediſſent, ſi Archipræſ-
byterum ab eius iuriſdictione exemptum
nouiſſent.

Vanum igitur, ac futile aduerſariorum
aſſumptum, inde nullam cenſurarum ful-
minationem aduerſus Archipræsbyterum,
exiſtimantium, quòd exemptum eum pu-
tent à iuriſdictione Epiſcopi Iuuenacen,
etiã tanquam Sedis Apoſtolicæ Delegati.
104 Eſt namque ille eidem Epiſcopo ſubie-
ctus, eiuſque iuriſdictioni ſuppoſitus, & vt
Ordinarius eſt, multòque magis vt Sanctæ
Sedis Apoſtolicæ Delegatus.

Vt Ordinario, quia is fundatam ſemper
intentionẽ ſuam habet quoad iuriſdictio-
nis exercitium quoad omnes, qui intra eius
Diœceſis fines ſunt (vt in ſuperioribus di-
ximus) & in facto oſtendimus. Vt Delegato
105 à S. Sede Apoſtolica; Quoniam ipſa om-
nium Eccleſiarum mater eſt, & magiſtra.
cap. fin. de foro compet. c. 2. ad fin. de Summa
Trinit. & fide cath. Sac. Trid. Concil. ſeſſ. 7.
can. 3. de Baptiſmo. & ſeſſ. 14. c. 3. circa fin. de
Sacram. extrema vnct. & ſeſſ. 22. cap. 8. de ſa-
crific. miſſ. & ſeſſ. 25. in dec. [illegible] *ri-*
bor. Omniumque Eccleſiarum caput eſt.
106 *can. non licet. 1. in fin. 12. diſt. l. inter claras.*
107 *C. de Sum. Trinit. & fide cath.* Et ſic di-
ſponente Domino, ſuper omnes alias ordi-
nariæ poteſtatis obtinet principatũ à Deo,
vniuerſorum Chriſti fidelium Magiſtra. vt
Benedictus XII. loquitur in *Extrauag. San-*
cta Romana. 3. in princ. de elect. inter comunes.
108 Summuſque Romanus Pontifex, qui il-
lius eſt ſponſus *cap. quoniam. 4. de immunit.*
Eccleſ. in 6. omnium eſt Epiſcoporum Epi-
ſcopus, atque Ordinariorum Ordinarius,
totumque mundum pro Diœceſi recogno-
ſcit. *vt Rota inquit apud Put. dec. 48. num. 6.*
& 7. lib. 3. & apud S. Memor. Gregor. XV. dec.
221. num. 8. nos reſp. noſtra. 10. num. 74. p. t.
& reſp. 25. n. 88. & reſp. 26. num. 18. ead. par.
109 Vt puta Chriſti Domini Vicarius, quo cũ
vnum efficit Tribunal. *cap. fin. de translat. Epi*
ſcop. Quique non puri hominis, ſed veri Dei
vices gerit in terris, *vt text. loquitur in cap.*
quanto. 3. eod. tit. vt à Papa factum, à Deo fa-
ctum cenſeatur. *Nauar. in cap. nouit. de iud. no-*
tab. 3 num. 12. Anaſt. Germon. de ſacror. immu-
nit. lib. 3. cap. 15. nu. 73. diximus noſtra *reſponſ.*
25. num. 48.
110 Delegatus verò delegantis vices obti-
net, & exequitur, vt ſit propterea quocum-
que Ordinario maior, *cap. cum in iure peritus,*
33. ibi: authoritate qua fungor, *&c. paſtoralis.*
28. §. quia vero de offic. deleg cap. paſtoralis. 11.
§. fin. de offic. ordin. can. valdè neceſſarum, 1. ibi:
noſtra per eum, cui præcipimus, repræſente-
tur authoritas, *94. diſtinct. Hieron. de Freder.*
reſolut. crimin. reſolut. 32. num. 4. 5. & 6. poſt 2.
volum. conſ. Farin. ſubditque *num. 7.* inoleuiſ-
ſe praxim, vt in mandatis ſubdatur clauſula
111 *(noſtris huiuſmodi, imò veriùs Apoſtolicis fir-*
miter obedire mandatis) vt factum Delegati,
dicatur factum delegantis, & factum à De-
legato à Papa, ab ipſomet Papa factum cen-
ſeatur, vt dixit *Rota in Auerſana fructum* 18.
Iunij 1607. *coram Damaſceno, deciſ.* 155. *num. 3.*
in fin. vol. 1. poſthumar. per Farinac.
112 Authoritatem itaque cum diffugiat De-
legati à S. Sede Archipræsbyter; videat, per-
pendatque, ne ipſius S. Sedis, & Summi Pon
tificis eius ſponſi, ac ipſiuſmet Dei, cuius vi-
ces in terris gerit, authoritatem, ac iuriſdi-
ctionem quoque diffugiat, atque propterea
113 Acephalus, ſine ſcilicet capite, inueniatur,
iuxtà text. cum Gloſſ. in can. nulla ratione. 8. 93.
114 *diſt.* nemo verò ſine capite eſſe debet, *text.*
in d. can. nulla ratione Gloſ. in cap. cum nobis 14.
verb. centum annorum. de præſcript. d. can. non li-
cet, 1. in princ. 12. diſt. Andr. de Iſern. in prælud.
feud. num. 36. Quod enim membrum ſub
115 capite non eſt, corporis haud membrum
agnoſcitur; quia profectò caput membrum
ſequi oportet, à quo influentiam recogno-
ſcit, *can. non liceat à capit. 1. 12. diſt.* Nec decet,

vt

vt membra à capite diſcrepent,aut aliter ge-
rant.vt Victor Papà loquitur *can. celebrita-
tem,21.de conſecrat.diſt.3.cap.cum non liceat.12
de præſcript.Rota apud S.memor.Gregor.XV.de-
ciſ.284. num.3.* Et quemadmodum à capite
116 membra dignoſcuntur,quod illud princi-
pale ſit,iſta verò acceſſoria ad totum corpus
compingendum, compaginandumque ſe-
cundum Paulum Iureconſultum *in l. cum
in diuerſis.44.ff.de relig.& ſumpt. funer.* ex ca-
pite nempè, & membris vnum conficitur
corpus.*Feder.de Sen.conſ.151. in princ.& nu.
1.& 3.verſ.item conſtat.* vt ſubmoto capite,
117 membra diſpergantur omnia,neque am-
plius compoſiti nomen ſortiantur, *d. l cum
in diuerſis.*iuxtà illud etiam *Zacchar.13.nu.7.*
percutiam paſtorem, & diſpergentur oues
gregis;quod de ſe ipſo dictum ipſemet Chri
ſtus Dominus, & Seruator noſter nos do-
cuit *Matt.26.num.31.*dicens; *Omnes vos ſcan-
dalum patiemini in hac nocte: ſcriptum eſt enim;
Percutiam paſtorem, & diſpergentur oues gre-
gis.*

118 Ità ſanè,quod ſub capite membrum nõ
eſt, in vnius cõpagine corporis haud agno-
ſcitur,vt mortuum magis dicatur:quia mẽ-
brum à corpore præciſum viuere non po-
teſt,ſicut neque ramus arboris viridis eſſe,vt
Chriſoſtomus *homil. 46. in 23.cap. Matth.*in-
quit,*& Augu.ſerm.181.de temp.cumque refert
P.Martinus Becanus opuſc. tom.5. opuſc. 6. de
Eccleſia Chriſti q,1.concl.3.num.22.*In vno ve-
rò Chriſti corpore miſtico (quod eſt Eccle-
111 ſia.1.*ad Corint.12. num.27. ad Epheſ.1.num.
23.& cap.4.num.12.& ſeq.*cuius caput viſibi-
le eſt Summus Pontifex (inuiſibile verò
Chriſtus, vt idem Apoſtolus ad *Eph.4.15.&
16.num* inquit:*Qui eſt caput Chriſtus, ex quo
totum corpus compactum, & connexum.* ideſt
Eccleſia,vt *Dionyſ.Carth.ibid.& alij Commen
tantes.)* qui non inueniuntur;ſunt hæretici,
& ſchiſmatici,quia iã per hæreſim,& ſchiſ-
ma à corpore,atque conſequenter à capite,
120 à quo mẽbra regulam, ac normam acci-
piunt,receſſere,vt illud minimè agnoſcant,
neque eidem ſubdantur. *iuxtà Gloß. 1. in d.
cap.cum non liceat.12. de præſcript. Gratian.di-
ſcept.forenſ.par.5.cap.845.n.48.&* 49.Appoſi-
teque propterea ad rem S.Cyprian.*lib.1.epi-
122 ſtol. 3. Non aliunde hæreſes, atque ſchiſma-
„ ta nata ſunt* (inquit) *in Eccleſia, quam quod
„ Sacerdoti Dei non obtemperatur.* Ideò malum
„ eſt ab Eccleſiæ vnitate, & à Sedis Apoſtoli-
„ cæ obedientia reſilire,& contra canonũ ſta-
„ tuta prorũpere. Vt Paſcalis Papa ad Panor-
mitanum Archiepiſcopum ſcribens loqui-
tur *in cap.ſignificaſti 4 de elect.*& dixit Abbas
Palladius apud Sophronium in Prato ſpiri-
„ tuali, *cap.74. Credite mihi filioli* (aiens) *nihil
„ aliud ſchiſmata, & hæreſes introduxit in S. Ec-
„ cleſiam,niſi quod non Deum,& nos inuicem val
„ dè diligimus.*

123 Neque ignorantiæ in hoc clypeum (ad
excuſandas excuſationes in peccatis, iuxtà
Regij Prophetæ Dauid.verba *Pſal.140.n.4.)*
obtundere poterit. Et quòd ſciebat. Et quòd
ſcire tenebatur. Cùm enim ſit ipſe Archi-
præsbyter,ſacræque Theologiæ Magiſter;
ſcire vtique tenebatur, vt tenetur, quæ ad
ſuum ſpectant officium:ne alioquin turpe
ſit ei id ignorare, in quo verſatur. iuxtà
124 Quinti Mutij reſponſum ad Seruium Sul-
pitium apud Pomponium in lib. ſingulari
Enchiridij *in l.2.§.Seruius cùm in cauſis, ff. de
orig.iur.* Turpe (inquiendo) eſſe Patricio,&
nobili,& cauſas oranti,ius,in quo verſaretur,
ignorare.ſequitur *Gloſſ.1.in can.qui de menſa.
10.37.diſt.*Vnde Menander apud Stobeum;
Nec viuere putabat ignorantem hominem,
dicens:

*Cæcum mihi videtur id eſſe,quod non cognoſcit;
Nec viuunt hi,qui,vt expedit,non intelligunt.*

Quod verò ſciebat id apertè patet. Nam
ad Illuſtriſs. A.C. recurſum habuit ſatis an-
tè,quàm per nos Paſtorales litteræ (ſiuè
edictum) de viſitatione ineunda in dicta
Terra Terlitij, darentur, vt viſitationem
iniremus iuxà moderationem inhibitionis
per Sacram Rotam anno 1584. factam;quę
ſanè litteræ fuerunt ſub die 4.Iunij, curren-
tis anni 1638.monitorium verò Illuſtriſſ. A.
C. ſub die 21. Maij eiuſdem anni, quod ex-
preſſo nomine D. Honorati Grimaldi Ar-
chipræsbyteri Ordinarij,& Cleri,& Capitu-
li Terliticen impetratum fuit.

125 Facti verò proprij ignorantia minimè
datur,quin magis omninò diſplicet,& into
lerabilis habetur,iuxtà *Gloſſ. in cap.qui duas,
25.verb.eligere,de elect.lib.6.*

Nullo igitur pacto pro eo ſuffragium
feret affectatum aſſumptum, diluendi ex-
communicationis ſententiam,quòd exem-
ptus ſit à iuriſdictione Epiſcopi Iuuenacen,
etſi vti S. Sedis Apoſtolicæ Delegatus pro-
cedat.Cùm,& vti Ordinario,& vti Delega-
to ſit ei ipſe ſubiectus. Quòd inferius aper-
tiùs oſtendemus. Neque enim Apoſtolicæ
Sedis delegatio Ordinariam amouet iuriſ-
dictionem,proruitque, quæ originaria eſt,
non aſcititia,& lite pendẽte dumtaxa actus
ſecundus eius ſuſpenſus, non vtique ſub
motus,vt inferius patebit.

Et planè,ꝙ ſit de Diœceſi,atq;in diœceſi,
& territorio Iuuenacẽ Terra hæc Terlitij id
apertiſſimè palã omnibus,fit,quin non cęcis
& lippis; ex Bulla Anacleti II. Anno 1130.
Quam hic ad verbum annectere operæ nos
facturos pretiũ æſtimauimus. Vt manifeſtiſ-
ſime omnibos appareat,notumque fiat,quã
erroneè ſupra dicta omnia, atque inferius,
quoque notanda, animi extimulati vlcere,
dixerint (quin non effutierint) Aduerſarij
noſtri. Sequẽtibus igitur Anacletus Secun-
dus.

Ana-

Digitized by Google

Anacletus Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei ven. Fratri noſtro Vrſo Iuuenacenſi Epiſcopo, eiuſque ſucceſſoribus canonicè promouendis in perpetuum. Ex Apoſtolicæ Sedis officio nobis iniuncto compellimur Fratribus noſtris Epiſcopis, & Eccleſijs à Deo ſibi commiſſis tuitionis, & protectionis noſtræ manum extendere, & ſuam omnibus largiente Domino iuſtitiam conſeruare. Qua propter Cariſſime Frater Vrſe, Epiſcope tuis rationabilibus clemẽter poſtulationibus annuentes Iuuenacenſem Beatæ Mariæ ſemper Virginis Eccleſiam, cui Deo Auctore præſidere videris Beati Petri patrocinio, & præſentis ſcripti pagina duximus roborandam. Quæcunque igitur bona & poſſeſſiones præfata Eccleſia in præſentiarum iuſtè, & legitimè poſſidet, firma tibi, tuiſq; ſucceſſoribus, & illibata permaneat, in quibus hæc proprijs nominibus exprimuntur: In Ciuitate Iuuenacenſi Monaſterium Sanctæ Mariæ; Eccleſiam Saluatoris extra Ciuitatem; Eccleſiam Sancti Leonis; Eccleſiam Sancti Syluestri; Eccleſiam Sanctæ Eugeniæ. Eccleſiam Sanctorum Martyrum Ioannis, & Pauli, cum pertinentijs earum. Apud Caſtrum Terlitium Eccleſiam Sancti Angeli, Eccleſiam Sanctæ Mariæ, Eccleſiam Sancti Nicolai; Eccleſiam Sanctę Luciæ; Eccleſiam Sancti Iuliani cum pertinentijs earum. Caſale Vraſſanum cum Eccleſijs ſuis. Caſale Sancti Leutij, & Eccleſias ſuas. Caſale Circitanum cum Eccleſiis ſuis. Quæcunque præterea in futurum largiente Deo iuſtis modis potetis adipiſci firma tibi, tuiſque ſucceſſoribus, & integra conſetuentur. Decernimus ergo, vt nulli omnino hominum liceat eandem Eccleſiam temere perturbare, aut eius poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuete, ſeu temerarijs vexationibus fatigare; ſed omnia integra conſeruentur, tàm tibi, quàm Clericorum, & pauperum vſibus omnimodis profutura. Si qua igitur in poſterum Eccleſiaſtica, ſecularisue perſona hanc noſtræ conſtitutionis paginam ſciens contrà eam temere venire tentauerit, ſecundo, tertioue commonita, ſi non ſatisfactone congrua emendauerit, poteſtatis, & honoris ſui careat dignitate, reamque ſe diuino iudicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & à Sacratiſſimo corpore, & ſanguine Dei, & Domini Noſtri Ieſu Chriſti Redemptoris aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictæ vltioni ſubiaceat. Cunctis autem eidem Eccleſiæ iuſtitiam conſeruantibus ſit pax Domini Noſtri Ieſu Chriſti, quatenus & ſic fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum Iudicem præmia æternæ pacis inueniant.

† Locus ſigni, in quo extant infraſcripta verba videlicet: Dominus fortitudo plebis ſuæ. In circulo. Intus verò Sanctus Petrus, S. Paulus. Anacletus PP. II.

Ego Anacletus Catholicus Eccleſiæ Epiſcopus.

† Locus alterius ſigni.

Datum Beneuenti per manum Saxonis Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Præsbyteri Cardinalis, & Cancellarij. Incarnationis Dominicæ anno 1130. Indict. octauæ Pontificatus autem Domini Anacleti II. Pp. anno 1.

Similem declarationem fecit quoque Archiepiſcopus Baren. in eum qui ſequitur modum.

Angelus Dei Gratia Barenſis, quæ, & Canuſina eſt, ſedis Archiepiſcopus, Dilecto Fratri, & venerabili Vrſo Iuuenacino Epiſcopo, & eius ſucceſſoribus in perpetuum. Omnipotentis Dei benignitas, ad hoc Barenſis Eccleſię moderamen nobis contulit, vt perſonis reuerẽdis honores debitos cõferamus, & noſtri Archiepiſcopatus Eccleſijs matrib. antiquas, & dignitates, & poſſeſſiones, cõſeruemus, & cõferamus. Et quia Iuuenacina, cui Deo aucthore præſides, Eccleſia nullo Metropolitanæ Eccleſiæ priuilegio prædeceſſorum tuorum negligentia munita dignoſcitur: intelligibili prouidentia Eccleſiam prænominatam cum Parochialibus Eccleſijs, & iuſtis ſuis omnibus poſſeſſionibus noſtri decreti pagina confirmari, commuri poſtulaſti: tuę itaque Fraternitatis petitioni legitimæ effectum non denegantes, abſque præiudicio alicuius Eccleſiæ, præſẽtis aucthoritatis decreto, tàm tibi, quã ſucceſſoribus tuis totam Iuuenatij Epiſcopatus Parochiã ſemper tenendum, & poſſidendum concedimus, & confirmamus videlicet Iuuenatium, & Terlitium, cum omnibus Monaſterijs ſeruorum Dei, & puellarum, quæ in eorum pertinentijs, ſeu intra ea ſita ſunta ſunt. Vraſſanum duas Eccleſias S. Leutij. Alteram, quæ dicitur in Cauallaro. Alteram in deſerto. Guaraſſarum. Numinũ; Ferulatium, Balenam, Suberitum, Mappaſanum; Circitanum. Caſam Maximam. Mazaricum. Sanctam Eugeniam. Sanctum Quiria cum de Venialibus: Sayda; Salice, Saulanũ. Cilianum. Valarizanum. Arucce. Sanctum Demetrium. Sanctam Mariam in Lama. Primianum, Punzillum. Villam. Lacum. Meridianum. Paternum. Villulam. Speculã. Curſinianum. Sanctam Agaten. Sanctum Nicholaum de Lapiditio. Sanctum Petrũ de Caſellis. Sanctum Coſmam de Portu. & Sanctum Saluatorem. Quæcumque etiam ſæpe dicta Eccleſia Iuuenacina ad præſens, ſeu in poſterum conceſſione Pontificum; liberalitate Principum, oblatione fidelium, poterit adipiſci, tibi, tuiſque ſucceſſoribus ſemper illibata permanere decernimus. Sed & ſi quando Concilium prouinciale iuxta,

Dddd quod

quod Canones præcipiunt,celebrauerimus primam poſt nos in conſeſſu Fratrum cathedram adeptus habere concedimus.Sanè ſi quis in futurum (quod abſit) contra huius noſtræ aucthoritatis ſcriptionem facere tentauerit: ſecundò, tertiouè commonitus, niſi reſipuerit,à Chriſti, & Eccleſiæ corpore alienus fiat:conſeruantib᾽.autē pax à Deo, & miſericordia præſentibus,& futuris ſeculis conſeruetur.Actum Anno Incarnationis Dominicæ MCXXXI. Menſe Martij Inditione nona.Pōtificatus noſtri anno primo. Scriptum à Donato Subdiacono noſtro.

Angelus Dei gratia Baren, & Canuſinus Archiepiſcopus,&c.

Eadem quoque declaratio facta fuit per alium Archiepiſcopum Baren.in eam,quæ ſequitur formam.

Raynaldus Dei gratia Barenſis,& Canuſinus Archiepiſcopus venerabili Fratri Berto Iuuenacen Epiſcopo,èiuſque ſucceſſoribus canonicè ſubſtituendis in perpetuū. Cum Barenſis Eccleſiæ regimen Domino diſponente,quanquam immeritè ſuſceperimus,ea nos oportet diligentia vigilare, & ſuſcepti officij ſtudio inſudare, quatenus,& Eccleſia nobis Domino volente commiſſa operis exequutione clareſcat,& quæ à prædeceſſoribus noſtris iuſtè,ac canonice facta ſunt,præcipuè, quæ ad dilatandum pontificalis gloriæ dignitatem ſpectare videntur, aucthoritatis noſtræ robore debeant Domino præduce communiri. Huius itaque rei conſideratione venerabilis in Chriſto, Frater Epiſcope,prouocati,& ſpeciali,quam ad tuam perſonam habemus,affectione inducti tuis iuſtis poſtulationibus clementer, & benignè annuimus; & ad exemplar Sanctæ recordationis prædeceſſoris noſtri Mat thæi Baren Archiepiſcopi præfatam Iuuenacenſem Eccleſiam,cui Deo aucthore preeſſe dignoſceris, ſub Barenſis Eccleſiæ, & noſtra protectione ſuſcipimus,& de gratuita voluntate totius Capituli noſtri,præſentis ſcripti priuilegio communimus,ſtatuentes,vt quaſcunque poſſeſſiones,quæcunque bona eadem Eccleſia, conceſſione Pontificum, largitione Regum , vel Principum, oblatione fidelium,ſeu alijs iuſtis modis poſſidet,aut infuturum poterit adipiſci ,tibi,& ſucceſſoribus tuis firma ſemper,& illibata permaneant. In quibus hæc proprijs duximus exprimenda vocabulis.Iuenatium.Ter litium,Circulum.Vraſſanum.Sanctum Leutium in Cauallaro, Sanctum Leutium in Deſerto.Guaraſſanum,Numinum, Ferulatium. Balenam. Suberitum. Spleluntam. Mappaſanum, Circitanum . Caſam Maximam. Mazaritum.Sanctam Eugeniam.Sanctum Ciriacum de vinculis. Saydam Sellaictæ. Saulanum, Cilianum. Valenzanum aruarite. Sanctum Demetrium. Sanctam Mariam in Lama. Priminianum , Puzillum. Villam,Lacum Meridianum . Paternum, Villulam Padule.Speciam. Curſianum.Sāctam Agaten. Sanctum Nicholaum de Lapidzo.Sanctum Petrum de Caſellis.Sanctū Coſmam de Portu.Et Sāctum Saluatorem. Ad hæc omnes fundus , & Caſalia vnà cum domibus,oliuis,& vineis;ſeruis, & ancillis, maſſis,& maſſaritijs. Molendinis, portubus, montibus,planiciebus,& pratis, ſimul cum plebibus,ſiue etiam omnibus titulis,vel cappellis ſuis.Et cum omnibus Monaſterijs virorum,ſeu fæminarum, Græcis, ac Latinis, intus Ciuitatem,vel deforis, & cum vniuerſis ordinibus Eccleſiaſticis. Nec non,& Parochia tua,& quicquid honoris,poſſeſſionis, ſiue dignitatis tu,& eadem Eccleſia iuſtè,& rationabiliter poſſideris, tibi, & ſucceſſoribus tuis præſenti priuilegio cōfirmamus.Et quia Eccleſiam tuam ſpeciali priuilegio decorari concedimus,tibi , & ſucceſſoribus quotieſcunque pro Conuentu , vel Concilio celebrando,aut ſolemnitatibus pro quibus ad Barenſis Eccleſiam de iure venire debetis à nobis , vel ſuccceſſoribus noſtris, Tu,vel ſucceſſores tui fueritis vocati primā à nobis,ſedem,dexteram videlicet, habeatis decernimus. Ergo vt nulli omnino hominum liceat præfatam Eccleſiā temerè perturbare,aut eius poſſeſſiones auferre,vel ablatas retinere, minuere, ſeu quibuslibet vexationibus fatigare ; ſed illibata omnia , & integra conſeruentur; eorum,pro quorum gubernatione , & ſubſtentatione conceſſa ſunt in vſibus omnimodis pro futura,(ſalua Eccleſiæ Barens aucthoritate.)Si quæ igitur infuturū Eccleſiaſtica,ſeu ſecularis perſona hāc paginā noſtræ conſtitutionis ſciēs contra eam temerè venire tentauerit, ſecundò, tertiouè commonita , niſi præſumptionem ſuam digna ſatisfactione correxerit,poteſtatis, honoriſque ſui dignitate careat , reamq; ſe Diuino Iudicio exiſtere de perpetrata iniquitate,cognoſcat:& à Sacratiſſimo Corpore,& Sanguine Dei, & Domini Redemptoris Noſtri Ieſu Chriſti aliena fiat ; atque in extremo examine diſtrictæ vltioni ſubiaceat . Cunctis autem eidem Eccleſiæ ſua iura ſeruantibus ſit pax Domini Noſtri Ieſu Chriſti,quatenus , & hic fructū bonæ actionis perciat,& apud diſtrictum Iudicem præmia æternæ pacis inueniat . Amen. Amen.

Ego Raynaldus Dei gratia Barenſis Archiepiſcopus,& Canuſinus , &c.

† Locus ſigilli Plumbei. Datum Bario per manum Petri Camerarij , & Secretarij Domini Barenſis Archiepiſcopi VIII.Kalend. Decembtis Inditione ſexta . Incarnationis Dominicæ anno MCLXXII. *Pontificatus* vero

vero Domini Raynaldi Baren, & Canoſini
Archiepiſcopi anno ſecundo.
Sic iſti de Iuuenacen diœceſi loquuntur.
Videant igitur Aduerſarij noſtri, quàm be-
ne ipſi loquantur, à iuriſditione ſe ſubducẽ-
tes Epiſcopi Iuuenacen eorum Ordinarij.
Sequũtur proinde Manifeſti verba in ſecũ-
„ do capite. *Nõ cõtro i Preti, e nominati Sacerdoti,*
„ *& Preti ſotto il preteſto, che hauendo mandato*
„ *editto per la viſita, come procedente da lui come*
„ *Delegato dalla Santa Sede Apoſtolica, nel quale*
„ *faceua mentione inherẽdo alli decreti della Sacra*
„ *Rota Romana con pena diſcommunica ex nunc,*
„ *pro vt ex tunc incorrenda contro i rebelli, & ina-*
„ *bedienti; & aſſerendo tali eſſere ſtati li ſopradetti*
„ *Monſig. Illuſtriſſ. & altri ſudetti Preti dichiara-*
„ *ti però ſcommunicati. Et di più eſſere incorſi nel*
„ *Can. Si quis ſuadente diabolo per hauer maltrat-*
„ *tato il ſuo Curſore Gio. Lonardo Dragone clerico*
„ *Seluaggio aſſerto, & in cap. ſi clericos. 15. de ſent.*
„ *excomm. in 6. per hauere impedito la ſanta viſi-*
„ *ta, tutte aſſertioni falſe cũ reuerentia, & dottrine*
„ *che nõ fanno al caſo noſtro. Aſſertiue falſe, perche*
„ *dalla lettura dell'editto, del quale ſen'è fatto atto*
„ *publico, cõ cõſignare l'originale in atto d'appella-*
„ *tione, nel titolo nõ pone altro di Mõſig. di Giove-*
„ *nazo. Nel corpo nõ inſeriſce il B. ne ſpecialmẽte*
„ *di tale delegatione, che deue de iure caminare con-*
„ *forme vuole la comune opione di tutti li Dottori;*
„ *La cõſuetudine, la quale eſt optima legum inter-*
„ *pres, & è ſtato oſſeruato da ſuoi predeceſſori Vi-*
„ *perano Santacroce, & Maſio di B. M. Prelati no-*
„ *biliſſimi, dottiſſimi, & d'eſſemplare integrità di*
„ *vita. Etſi bene nomina in corpore editti, di paſſag-*
„ *gio la delegatione, con quelle parole, etiam vti*
„ *Delegatus; Queſto li compete ancora come Ordi-*
„ *nario, & differiſce aſſai dalla delegatione, che ſpe-*
„ *cialmente ſi richiede per la viſita della noſtra*
„ *Chieſa, conforme i decreti della ſacra Rota, &*
„ *antica conſuetudine, & le dottrine. Et acciò ſi ve-*
„ *da che in queſto non procede da Paſtore, ma d'ap-*
„ *paſſionato, per volere confondere, & vſurparſi*
„ *queſta giuriſdittione, s'oſſerua che nella ſcommu-*
„ *nica ſi firma Carolus Epiſcopus Iuuenacen De-*
„ *legatus Apoſtolicus. Et nell'editto della viſita nel*
„ *titolo pone, Carolus Maranta V. I. D. Comes*
„ *Palatinus, Dei, & Apoſtolica Sedis gratia Epi-*
„ *ſcopus Iuuenacen, Regius Conſiliarius. Et nella*
„ *ſottoſcrittione firma, Carolus Epiſcopus Iuuena-*
„ *cen, &c. ſenza far mentione di delegatione, come*
„ *il tutto appare dalle ſcritture. Stante dunque*
„ *queſto diffetto di giuriſdittione, & ſtante i decre-*
„ *ti della ſacra Rota, che non poſſa venire ſe non*
„ *come Delegato Apoſtolico, & che in ciò non in-*
„ *noui coſa alcuna, come coſta per il decreto fatto*
„ *nell'anno 1584. ſotto li 9. di Luglio, & alli de-*
„ *creti ſuſſequenti roborati vltimamente col man-*
„ *dato de obſeruando di Monſig. Illuſtriſſ. & Re-*
„ *uerendiſſ. della Camera ſpedito il 1. di Maggio*
„ *1638. & à lui intimato per atto publico ſotto li*
„ *6. del preſente meſe di Giugno con la legitima*
„ *appellatione in caſo che voleſſe venire come Or-*
„ *dinario. Certo è che il moderno Veſcouo di Gio-*
„ *uenazo ſenza li ſopradetti requiſiti non hà, ne può*
„ *hauere iuriſdittione alcuna con il detto Capitolo,*
„ *& così ogni ſentenza prolata è nulla, & inuali-*
„ *da, & come tale non ligat, & non può ſortire ef-*
„ *fetto alcuno de iure per le raggioni di ſopra alle-*
„ *gate. Ma ſi dourà attendere quello, che verrà or-*
„ *dinato dalla Santa Sede Apoſtolica, doue s'è pri-*
„ *ma appellato, & detto di nullità, & hauuto ri-*
„ *corſo, e di nuouo s'appella, e dice de nullità etiam*
„ *dalla comminata ſcommunica in detto editto, co-*
„ *me appare per ſcritture, & proteſte in dorſo di*
„ *quelle originalmente preſentate, & rogate per*
„ *mano di Notare Carlo Ciancia Purchio ſotto li*
„ *6. del preſente meſe di Giugno 1638. Et s'auer-*
„ *tiſce d'auantaggio che ancorche dica nell'editto*
„ *della viſita Sac. Roman. Rotæ ſententiæ, atq; decre-*
„ *tis inhærentes, in ogni modo queſto lo dice in pa-*
„ *role, già che la maggior parte delle coſe che pone*
„ *nel ſuo editto della viſita da farſi ſono tutte con-*
„ *trarie alli decreti della Sacra Rota, come ne ſtan-*
„ *no preſentati più, & diuerſi Breui per atto publi-*
„ *co à ſuoi predeceſſori relicta copia. &c.*
In hac itaque ſecunda parte, in qua neq;
quoad alios Sacerdotes excommunicatio-
nis ſententiam vim habere, aſſerunt, atque
propterea licuiſſe illis, cenſuris contemptis
ſe diuinis ingerere, atque tremendum, in-
126 cruentumque Altaris ſacrificium, ſe ipſis
non probatis prius, iuxtà Apoſtoli Pauli
conſilium, quinimò præceptum 1. *ad Cor. 11.*
num. 28. Probet autem ſe ipſum homo (inquien-
tis) *& ſic de pane illo edat, & de calice bibat.*
quod de conſcientiæ ſcrutinio, vt ſine pec-
cato vllo offeratur, exponũt Patres omnes,
& præſertim Sacr. Trident. Concil. *ſeſſ. 13. de*
de Sacram. Euchar. cap. 7. Alioquin *qui mandu-*
cat, & bibit indignè, iudicium ſibi manducat, &
bibit, (condemnationem (ſcilicet) ſecundũ
S. Thom. 3. part quæſt. 80. art. 4. ſed contra) non
diiudicans corpus Domini) Altiſſimo Deo of-
ferre, ad irritandum magis contra ſe diuinã
iuſtitiam, quàm ad miſericordiam implo-
randam (quod ſanè dolendum eſt) plura
ſatis, & inutiliter effundunt, quin maledicta
cumulant. Sed conſolatur nos Chriſtus Do-
minus noſter Apoſtolis loquens (& conſe-
127 quenter nobis Epiſcopis, qui Apoſtolorũ
locum ſubiuimus *can. in nouo. 2. §. ipſis quoq;*
de cedentibus, 21. diſt. can quorum vices. 63. diſt.
quorum Vicarij nuncupamur *cap. vnic. §. per*
frontis. de ſac. vnct. diximus reſp. noſtra 25. num.
38. & 39 part. 1. (& nos etiam infra) conte-
ſtans ipſis, quæ ventura eis erant, dicens: *Si*
me perſequuti ſunt, & vos perſequentur. Ioann.
15. num. 20. & cap. 16. num. 1. Hæc loquutus ſum
vobis, vt non ſcandalizemini. Abſque Sinagogis
facient vos: ſed venit hora, vt omnis, qui interfi-
cit vos arbitretur ſe obſequium præſtare Deo. Sic
„ illud *Matth. 24. num 9. Tunc tradent vos in tri-*
„ *bulationem, & occident vos, & eritis odio omni-*
„ *bus hominibus propter nomen meum,* & etiam

Matth. 10. 24. & 25. *Non eſt diſcipulus ſuper magiſtrum, nec ſeruus ſuper dominum ſuum: ſufficit diſcipulo, vt ſit ſicut magiſter eius, & ſeruo ſicut dominus eius. Si patrem familias Beelzebub vocauerunt, quantò magis domeſticos eius? Ne ergo timueritis eos.* Conſolationem accipite à me (*Theophilat. in eundem locum inquit*) Si enim me Principem dæmoniorum vocauerunt, quid graue eſt, ſi vos familiares meos conuitijs taxent? Domeſticos vocauit; ſuam erga illos declarans familiaritatẽ. Sed confidite, veritas non occultabitur, ſed tempus reuelabit, & veſtram virtutem, & & contrariorum malitiam. Nihil enim eſt occultum, quod non ſciatur, licet igitur nunc traducant, tamen poſtea vos etiam claros reddent.

128 At Beati, qui perſecutionem patiuntur propter iuſtitiam, quoniam ipſorum eſt regnum Cœlorum; vt Dominus noſter Ieſus Chriſtus fidelibus ſuis conteſtatus fuit *Matth. 5. num.* 10. Propter iuſtitiam (*Dionyſ. Carthuſ. inquit*) hoc eſt propter veritatem doctrinæ, propter veritatem vitæ, vel propter fidem, bonam conuerſationem, vel æquitatis, & iuris defenſionem, & hoc ex amore Dei, ad eius honorem, & gloriam. Veritas & æquitas pariunt odium. Qui igitur propter nullam aduerſitatem, & perſecutionẽ relinquit viam iuſtitiæ, ille beatus eſt, dicens cum *S. Iob. 37. Donec deficiam, non recedam ab innocentia mea; & iuſtificationem, quã cæpi, non deſeram.* Hæc Carthuſ. Nec relinquenda aurea verè verba Chriſoſt. in Matt. quæ affert etiam S. Thom. in aur. Cat. in Euang. dicentis. *Non autem dixit Beati, qui perſecutionem patiuntur, ne putes illum ſolum beatum, qui perſecutionem patitur propter idola colenda: ideò ab hæreticis perſecutionem patiens propter veritatem non relinquendam beatus eſt, quia propter iuſtitiam patitur. Sed etſi, quis ex potentibus, qui Chriſtiani videntur, forſitan propter ſua peccata correptus à te, fuerit te perſequutus, beatus es cum Ioanne Baptiſta. Si enim verum eſt, quod Prophetæ Martyres ſunt, qui à ſuis occiſi ſunt; ſine dubio qui propter cauſam Dei aliquid patitur, etſi à ſuis patitur, mercedem martyrij habet, & ideò non poſuit Scriptura perſonas perſequentium, ſed ſolam cauſam perſecutionis; vt non aſpicias quis te perſequitur, ſed propter quid?* Sic Chriſoſt. verè aureum os. apud Thom. Aquinat. & Eman. Sà in Euangelia: propter iuſtitiam ex eod. Chriſoſt. propter virtutem, defenſionem aliorum, & pietatem, & qui propter cauſam Dei aliquid patitur, mercedẽ martyrij habet: Theophilattus verò Archiepiſcopus Bulgariæ. *Non ſolum Martyres* (loquitur) *ſed, & multi perſecutionem patiuntur, quia iuuant iniuria afflictos, & in ſumma omnis virtus. Fures autem, & homicidiæ, tametſi etiam ipſi perſecutionem patiuntur, non ſunt tamen beati.* Hæc Theophilat. Eodem modo, & S. Auguſtinus *lib. 1. de ſerm. Domini cap. 9. to. 4 oper.* in verbis prædictis. *Non enim iſta perpeti* (inquit) *fructuoſum eſt; ſed iſta pro Chriſti nomine non ſolùm æquo animo, ſed etiam cum exultatione tolerare. Nam multi hæretici, nomine Chriſtiano animas decipientes, multa talia patiuntur; ſed ideo excluduntur ab iſta mercede, quia non dictum eſt tantum: Beati qui perſecutionem patiuntur; ſed additum eſt propter iuſtitiam.*

129 Et conuincit nec abre quod perpendit Martinus Becanus *tom. 5. opuſc. 2. de voc. miniſtror. noui, & vet. teſtam. aſſert.* 15. rationem reddens quare in conſecratione Pontificis teſtamenti tot adhibeantur ceremoniæ? *Vt in aduerſitatibus* (inquiens) *& periculis, quæ ſæpè occurrunt in tali officio, poſſent ſe ipſos ſolari, & erigere. Nam ſicut illi, qui præſunt alijs in rebus temporalibus ſæpè vel à ſuis ſubditis, vel ab hoſtibus affliguntur: ſic multò magis contingit illis, qui in cura animarum principatum tenent.*

139 Et multa quoque dicunt, quæ vel ipſos accuſãt (hæc eſt nempè peccati natura, iuxtà illud Domini ad Cain. *Geneſ. 7. nu. 7. Nonne ſi benè egeris recipies; ſin autem male, ſtatim in foribus peccatum aderit?* vt ex ſe ipſo ſe prodat, quemadmodum id, quod præ foribus, & ante ianuam ſtat, manifeſtè aſpicitur, vt *Carthuſ. ibid.* loquitur, & facit Ouidianum illud.

In facie ſcribitur ſecreta mentis voluntas.

eorum imperitiam oſtendunt, vt iure, nec planè inique Vulpinum illud Apothegma eis ſedeat: à Faerno relatum, atque etiam à
131 *Iulio Cæſare Capacio de impreſſ. lib. 3. fol. mihi* 5. Statuarij namque cuiuſdam officinam ingreſſa Vulpes, capitis humani ſimulachrũ cum offendiſſet, id illa in manibus ſumpſit, & artem quidem, & vltus effictũ laudauit elegantiam; ſed nihil eſſe duxit, quia cerebro careret.

O quàm inſigne caput, ſpecie quàm (dixit) honeſtum,
Sed rationis inops, caſſoq; informe cerebro.

quod dictum ſic Italica vertit lingua idem Capacius in Apologis, *dicer.* 2.

Ditemi voi e qual bel capo è quello,
Ch'è coſi vago, e che non hà ceruello?

132 Sicuti in quendam, qui ſtatura quidem ſatis procera erat, & quaſi gigans, at ſenſu pœnè carebat: ſignum, ſiuè impreſſa (ſecundum ſententiam P. Franciſci Guerrerij è Societate Ieſu, humanarum litterarum doctiſſimi, vt refert idem Iulius Cæſar Capacius *de impreſſ. lib. 1. cap. 7.*) talis exijt. Arbor ſcilicet Cupreſſi, aſcripta ſibi anima, ſiuè dicterio: *Sed cerebrum non habet.* licet nempè
133 Cupreſſus inter arbores, nec proceritate, nec pulchritudine inferior habeatur, eſt tamen infœcunda:

Nam nullos fructus hæc pulchra coma gerit:

vt in ſuperioribus diximus. Vnde perbellè idem Capac. *lib. 3. fol.* 4. ſequentibus luſit:

L'ir-

„ *L'irſuta chioma tra l'herbette eſtolle*
„ *Il funebro Cipreſſo;*
„ *Ma, o che faccia ombra al colle,*
„ *O che nel pian ſia meſſo,*
„ *Mai frutto non produce,*
„ *Ne all'ombra alcun paſtor mai riconduce.*
„ *Sembra il Cipreſſo inutile, il loquace*
„ *Vinto dal ſolo eſſempio di chi tace.*

134 Hinc Adagium (*Cypreſſi fructus*) & apud Græcos (*Intus Hecuba foris Helena*) vel vt S. Gregor. Naziaz. cognomento Theolo-
135 gus, aduerſus mulieres fucatas dixit:
In eburnea vagina plumbeus gladius.
de viris, mulieribuſque pulchrè comatis, cæterum nullius frugis; de quibus audi (quæſo te) Sanctum Apoſtolum Iudam, affabrè eos quaſi pennicillo delineantem. Sic enim epiſtola ſua canonica: *Similiter & hi* (inquiens) *carnem quidem maculant, do-*
„ *minationem autem ſpernunt, maieſtatem au-*
„ *tem blaſphemant: quæcunque autem natura-*
„ *liter tanquam muta animalia nôrunt, in his*
„ *corrumpuntur. Væ illis, quia in via Cain*
„ *abierunt, & errore Balaam mercede effuſi*
„ *ſunt, & in contradictione Core perierunt. Hi*
„ *ſunt in epulis ſuis maculæ, conuiuantes ſine*
„ *timore, ſemet ipſos paſcentes, nubes ſine aqua,*
„ *quæ à ventis circumferuntur, arbores autum-*
„ *nales, infructuoſæ, bis mortuæ, fluctus feri ma-*
„ *ris deſpumantes ſuas confuſiones, ſydera er-*
„ *rantia, quibus procella tenebrarum ſeruata*
„ *eſt in æternum.* & paulò poſt: *Hi ſunt mur-*
„ *muratores, querulosi, ſecundum deſideria ſua*
„ *ambulantes, & os eorum loquitur ſuperba,*
„ *mirantes perſonas quæſtus cauſa.* Ita Sanctus
„ Apoſtolus. Et Apoſtolus Paulus *ad Philip.*
„ *3. 18. Multi enim ita ambulant, quos ſæpè di-*
„ *cebam vobis (nunc autem & flens dico) ini-*
„ *micos Crucis Christi, quorum finis interitus,*
„ *quorum Deus venter eſt, & gloria in confu-*
„ *ſionem eorum, qui terrena ſapiunt.*

136 Namque quod quis maximè colit, hoc Deus eius aſſeritur (*vt Dionyſ. Carthuſ. & Cornel. à Lapide eod. loco*) dicunt. Vnde confuſibilis eſt eorum gloria coram diuino iudicio. iuxtà illud *Oſeæ Prophetæ 4.* Gloriam eorum in ignominiam commutabo. *vt Carthuſ.* inquit.

137 Quæ igitur ipſos accuſant ſunt, quòd lacum aperientes, & effodientes, inciderūt in foueam, quam foderunt; iuxtà dictum Reg. Pſaltes *Pſal 7. n. 16.* Quia ſtudiis, arti-
„ bus, & conſiliis, & operibus ſuis impius pe-
„ rit; & in perditionem, quam aliis ſtruxit,
„ incidit, vt *Genebrar. in eundem locum obſer-*
„ *uat.* Vniuſcuiuſq. enim iniquitas (*vt Car-*
„ *thuſ. ibid.* loquitur) in proprium redundat
„ authorem & ipſi primò, atque præcipuè no
„ cet: imò dum alium decipere cupit, ipſe à
„ dæmone fallitur. Et dum alii parat malū
„ pœnę, ſeu temporalia damna, ipſe incidit
„ malum culpæ, ac pœnas æternas. Hinc il-
„ lud adagium ſatis aptum ad rem noſtram;

138 *Mus piſcem guſtans.*
Dum enim ille oſtream hiante ore deglutire tentat, miſer carcere detentus perit. Quod perbellè ex *Antiphili lib. 1. Epigram. Græcor.* ſequentibus eruditiſs. Alcia. expreſſit *Embl 95.*
„ *Regnatorq. penus, menſæq. arroſor herilis*
„ *Oſtrea mus ſummis vidit hiulca labris,*
„ *Queis teneram apponens barbam, falſa oſſa*
momordit.
„ *Aſt ea clauſerunt tacta repente domum;*
„ *Deprenſum, & tetro tenuerunt carcere furē,*
„ *Semet in obſcurum, qui dederat tumulum.*

139 Et luſit ſatis feſtiuè Petronius Arbiter Epigrammate de Fele, & Pica, quam cùm abſorbuiſſet Catus, murem deuorare putans, miſerrimè ſtrangulatus periit. & refert *Iul. Capac. de impreſſ. lib. 3. fol. mihi. 36.* inquiens:
Mordaces morſu ſolitus conſumere mures,
Inuiſum & domibus perdere dente genus,
Catus, in obſcuro cepit pro Sorice Picam;
Multiloquumque vorax ſorbuit ore caput.
Pœna tamen præſens prædonem plectit edacem:
Nam claudunt rabidam cornea labra gulā.
Faucibus obſeſſis vitalis ſemita ceſſit.
Et fatur æſcali vulnere captor obit.
Non habes exemplū volucris vindicta peremīt?
Hoſtem Pica ſuum mortua diſcruciat.
iti eos, qui eodemmet inſtrumēto, quo aliis malum machinantur, ipſi feriuntur, & pereunt.

Cùm enim ipſi ſe promptos ad recipiendam viſitationem, & viſitantem Epiſcopū proteſtentur; modo vt Apoſtolicæ Sedis Delegatus accedere velit; factis tamen contrarium oſtendentes, cùm omnes armati ad reluctandum Epiſcopo eſſent, ne viſitaret, etiam tanquam Sedis Apoſtolicæ Delegatus; aſſerentes modernum Epiſcopum, vt Ordinarium velle viſitare, non vt Delegatum: coguntur tamen etiam inuiti (ſic eos Dei iuſto iudicio perurgente) confiteri in his eorum ſcriptis: aſſeruiſſe in ſuo edicto Epiſcopum velle etiā tanquam Sedis Apoſtolicæ Delegatum viſitare, inhærendo ſententiæ, & decretis Sac. Romanæ Rotæ. Atque apertè etiam ſpontè fatentur: originales litteras paſtorales, ſiuè edictum apud ſe retinuiſſe, & poſtea per ſe ipſos exibuiſſe coram eodem Epiſcopo. Sic enim ipſi (etiā non volentes) loquuntur: *Aſſertiuè falſe; perche dalla lettura dell'editto, del quale ſe n'è fatto atto publico, con conſignare l'originale in atto d'appellatione.*

140 Nulla autem verior, atque conſtantior probatio dicitur, quàm proprii confeſſio
141 nis, & per ſe ipſos in ſcriptis redacta, vt actus eſſet permanens, non tranſiens, iuxtà Pauli reſponſum *in l. Publia Meuia. 26. §. Titius Sempronius ff. depoſiti. l. cùm te. 5. C. de*
tran-

tranſact. l. cum precum. 9. C. de liber cauſa cap.
per tuas. 10. de prob. Rota diuerſ. par. 5. deciſ.
348. num. 7.
142 Vt in habentes ab eis cauſam etiam de-
riuetur, vt dictum fuit *in Romana deuolu-*
tionis domus, 4. Iun. 1610. coram Card. Cauſ-
ler. dec. 105. num. 4. Quamuis aliàs eſſet con-
143 feſsio falſa, confitenti tamen nocet, cum
ab eius pependerit poteſtate, ac voluntate
confiteri. *ad text. in l. fin. ff. quod falſo tutore*
144 *authore geſtum fuerit.* potiſſimum verò ſi
iuri, natureque facta congruat confeſſio.
l. confeſſionibus. 14. ff. de interrog. act. Aymon.
conſ. 93. num. 1. Anton. Fab. in ſuo Cod. lib. 4.
tit. 14. de prob. defin. 45. num. 4. in alleg. fol. mi-
hi. 313.

Quid adhuc igitur egemus teſtibus? Ec-
ce nunc audiſtis eorum confeſſionem, vt
verbis vtamur illius contra Dominum no-
ſtrum Ieſum Chriſtum (*Matth. 26. n. 65.*)
qui corã tondente ſe obmutuit. *Iſai. 53. n. 7.*
145 Quæ ſanè confeſsio, & teſtium depoſi-
tionibus, omnique alio probationum gene-
ri antefertur, iuxtà tradita per *Bald. conſ. 192*
col. 2. vol. 2. Soc. conſ. 24. nu. 8. vol. 3. plenè per
Surd. conſ. 60. n. 1. vol. 1. & ſequuta fuit Rota
apud S. Memor. Gregor. XV. dec. 434. nu. 14.
Vt ſequi proinde illam teneatur iudex,
146 neque poſſit nullitati eam ſupponere, vt
inquit *Surd. d. conſ. 60. n. 1.*

Nullo itaque pacto diffugere poterunt,
quin conuingantur, cum id ſponte confi-
147 teantur ſua, etiam per ſcripturam, quæ
parte quoque abſente probat. *l. deſiderium*
tuum. 7. C. depoſiti. vbi Bald. Salic. & alii. Ga-
briel. commun. opin. lib. 1. tit. de confeſſ. cõcluſ.
148 *1. num. 69.* quia nimirum ſcriptura ſem-
per loquitur. *Surd. d. conſ. 60. num. 16.* alios
cumulans.

Vt abijcere haud valeant, edicti, ſiue lit-
terarum Paſtoralium ſanctam viſitationẽ
edicentium, vel non notitiam, vel illas è
Curſoris manibus excerptas, non apud ſe
ipſos retinuiſſe, atque conſequenter ſanctæ
viſitationi minimè attuliſſe impedimentũ,
proindeque in cenſuras non incidiſſe eiſdẽ
in litteris, ſiuè edicto (ipſo facto aduerſus
contradictores, & rebelles) rectè, iureuè in-
flictas. Cùm nempè ipſi litteras præfatas co
ram Epiſcopo, etiam per Notarium publi-
cum produxerint, atq; in actum prædictũ,
eorum nomine, ac mandato geſtum, con-
ſenſum præſtiterint, vnde per ſe ipſos præ-
149 ſentaſſe videtur. *reg. qui facit. 72. de regul.*
iur. in 6. qui facit per alium (inquiens) eſt
perinde, ac ſi faciat per ſe ipſum. *l. quod iuſ-*
ſu 141. ff. de regul. iur. Gloſſ. in cap. ſciant cun-
cti. 12. verb. alias de elect. lib. 6. l. ita autem. 5.
§. geſſiſſe ff. de adminiſtr. tut. geſsiſſe enim vi-
tur (*Vulpianus ibi loquitur*) qui per alium
geſſit. *cap. mulieres. 6. §. fin. in fin. vbi gloſſ.*
verb. authoritate. de ſent. excommun. extrà.

150 Nouiſſe vtique, quæ in illis contineban-
tur, manifeſto iuris indicio præſumuntur,
atque propterea approbaſſe omnia, quæ in
illis erant, eaque confiteri. *cap. cum olim 19.*
in fin. vbi gloſſ. verbo oſtendebat. de cenſib.
cap. cum venerabilis. 6. de exception. vbi DD.
d. l. cum precum. 9. C. de liberali cauſa. & in
l. 1. §. editiones. ff. de edendo. Ioſeph Ludouic.
dec. Peruſ. 19. n. 3. Rota apud Coccin. dec. 450.
n. 2. apud S. Memor. Gregor XV. dec. 238. n. 5.
vbi pluribus Beltramin. addens n. 15. & apud
Duranum dec. 1. num. 4.
151 Potiſſimum verò cum proteſtati haud
fuerint, eam producere cum proteſtatione
in parte, & partibus, &c. vt poſt *Specul. in*
tit. de inſtr. edit. §. videndum. verſ. quod ſi
produco, & alios. aduertit *Ioſeph Ludouic. d.*
dec. Peruſ. 19. n. 26.

Cùmque impedimento fuerint, nè litte-
ræ præfatę, ſiuè edictum affigeretur, atque
Curſorem Curiæ etiam carceribus detruſũ,
retinuerint per diem, & noctem, & ſequen-
ti die, neque etiam ſolum, & liberum remi-
ſerint, ſed aſſociatum; vndè, vt ſuo funge-
retur officio prohibuere, ac conſequenter
ne viſitatio ſancta ſuum conſequeretur ef-
fectum; in cenſuras vtique dediſſe in eodẽ
edicto, eiſdemque litteris contentas, neque
ipſi inficias ibunt Aduerſarij, ſapere ſi vo-
luerint.
152 Impedire nempè ij dicuntur, qui in cau-
ſa ſunt, nè id fiat, quod effici debebat, ſiuè
directè id efficiant (ſicuti hi noſtri fecere
aduerſarij) ſiuè indirectè. *argum. text. in c. 1.*
de offic iudic. deleg. extrà. argum. etiã regul. nõ
præſtat 52. de regul. iur. in 6. à contrario tũ
153 exauditæ. Nã ſicut nõ præſtat impedimẽ-
tũ, quod de iure ſortitur effectum; cùm res
ab effectu æſtimari debeat. *ad tex. cap. cum*
dilectus, 2. de ordin. cognit. extrà Rota dec. 33.
n. 14. de præbend. in antiqu. ita planè impe-
dimentum præſtare videtur, qui prohibet
quem facere, quòd iure facere debet. Quẽ-
admodum impeditus dicitur qui pedes,
manuſque ita intricatos, atque alligatos ha
bet vt progredi, ne operari poſsit. vt poſt
Condanum lib. 9. cap. 9. nu. 8. ſequitur *lexi-*
con nouum iuridicum. verbo impeditus. iuxta
etiam Ouidium illud *2. Paſtor.*

Dicta placent, frenis impediuntur equi.
Et Cicero 1. de Finib. Cumq. nihil impedit,
quominus id, quod maximè placet, facere poſ-
ſimus,
154 Veluti etiam impedientes ſanctum offi-
cium, eiuſque inquiſitores dicuntur, qui
vel directè, vel etiam indirectè id efficiunt,
nè ij ſuum exequantur officium, & ſe obii-
ciunt, non ſolum factis, verum etiam ver-
bis, miniſque, vt poſt *Bernar. Comenſ. in lu-*
cerna inquiſit. verb. impedientes. verſ. ſecundo.
Locatum in opere iudiciali. eod. verb. Reper-
tor. inquiſitor. verb. impediens. Pegna in Di-
rect.

Digitized by Google

rect.ad Eymeric. part.2. quaſt.54. comment.79. ſequitur *Farin.de hæreſi quaſt.182.§.5.amplia.11.num.84.*& fuit perpenſum in Rota (ſatis ad rem) *in vna Toletana habitus 10.Iunij 1626 coram Pirouano part.5. diuerſ. deciſ.18. num.4.5.& 6.*vbi tentum fuit impedimentum datum fuiſſe nè acta tranſportarentur, per eũ, qui originale occulit, nè compulſarentur per iudicem compulſorem.

155 Potuerunt igitur ipſi, Archipræsbyter, alijque cooperatores per Epiſcopum Iuuenacen, etiam ſi ſimplex Delegatus S. Sedis fuiſſet, cenſuris ob eorum compeſci contumaciam, qua ſuæ impedimentum iuriſdictionis afferebant exercitio ad *text.*apertum *vbi etiam Scribent.in d. cap.1. de offic. iudic. de legat.* vbi Alexander III. ſequentibus loqui-
„ tur: *Si eos* (inquiens) *manifeſtè cognoueris iu-*
„ *ſtitiam impedire, diſtrictione Eccleſiaſtica poteris*
„ *coercere.* Quia iudex (*gloſſ.ibid, verb. impedire* (loquitur) oñia poteſt, quæ ad ipsã iuriſdictionẽ pertinent, & ſine quib. cauſa expediri
156 non poteſt, hæc *Gloſſ.* Et Delegatus poteſt punire eos, qui impediunt ſuã iuriſdictionẽ, vt loquitur *Repertor.inquiſit.d.verb impediẽs §.2.ex Ioan.Andr.in addit.ad Specul. tit.de iud. delegato.§.2.verſ.quid ergo, Locatus vbi ſupra d.verb.impedientes. Gloß.fin. in cap.ſignificaſti.7.de offic.delegat.*

157 Cæteroquin eluſoria redderetur iuriſdictio ſi pœnis coercere impedientes haud iudex valeret, vt idem *Locatus ibid.* ait. At graue ſemper delictum, & deterrimi exem-
158 pli, inobedientia, & contumacia viſa Patribus fuit. Quæ tantò grauior æſtimatur,
159 quantò ex re minori, contumacia, conſurgit, vt *Gloß.*inquit.*can.duo ſunt.10. verb. videbatur. 96.diſt. Abb. in cap.1. num.10. & Ripa ibid.nu.29.de iudic. Couarr in cap. Alma mater. part.1.§.9.num.3.de ſent. excommun. in 6.* Po-
160 tiſſimum verò ſi ex contemptu proficiſca
161 tur, alioſque exemplo ad contemnendum extimulet, ideòq; cenſuris coercenda. Spre-
162 tis enim mandatis, actum omninò de iuriſdictione eſt, & regimine Eccleſiaſtico, vt loquitur *Rota in vna Corduben. dimidiæ portionis 1, Iulij.1630.coram Merlino.dec.404. n.7. & 9.p.5 diuerſ.*

163 Cuilibet autem iudici libera manet facultas in eos animaduertendi, qui ſuæ impedimento ſunt iuriſdictioni, eamque perturbant. *cap.1. de pœnis.in 6.* qui ſanè *text.*ad rem noſtram loquitur de Epiſcopo viſitante: nam eos, qui nuncijs ſuis, quos pro illa mittit, iniuriari præſumunt, ſi hac occaſione ſua impediatur iuriſdictio, propria poteſt eos authoritate punire, vt Innocentius IV. illius Canonis Author.ibid.loquitur. *text.in l.1.ff ſi quis ius dicent. non obtemperau.* facit *text.in cap.dilecto.6.vbi Ioan.Andr. Gemin. & Franch.de ſentent excomm.in 6.*plenè *Menoch. de arb.iudic.caſu 438.per to t.centur.5. Farinac. in prax.crimin.par.4.de crim.læſæ Maieſt.quaſt.114.num.61.*in Delegato loquens. *Ioan. Maria Bellett.Epiſcop.Hieracen diſquiſ.clerical.p.1 tit.de fauor.cler.reali.§.5.nu.23.24.& 25. Barboſ.d.cap.1.de offic.Deleg.n.2.*

Animaduertant itaque ipſi Aduerſarij, apertiſque oculis, videant quàm grauiter errauerint à via veritatis, & quod iuſtitiæ lumẽ
164 non luxit illis, nec Sol intelligẽtiæ eſt ortus eis, iuxtà dictũ Regis ſapiẽtiſſimi Salomonis, quin Spiritus S. per os eius, eos inducens loquẽtes, qui in inferno propter peccata ſunt, *Sapien.5.n.6.* Cũ inde nullas relaxatas cenſuras (ſanam doctrinam non ſuſtinentes, ſed ad ſua deſideria coacervãtes ſibi magiſtros prurientes auribus, & à veritate quidem auditum auertentes. Secundum quod Doctor loquitur Gentium Paulus Apoſtolus. *2. ad Timot.4.num.3.& 4.*) exiſtimare voluerunt, quod iuriſdictionem nullam obtinuerit Epiſcopus Iuuenacen, neque in Archipræsbyterum, neque in illos. Quando hoc vnum ſuffecerit, quòd eius iuriſdictioni, etiam tanquam Sedis Apoſtolicæ Delegati obluctauere, atque in crimen proinde dedere, inque
165 maiorem foueam incidere, cum cenſuris etiam contemptis, ſe diuinis ingerere perperam auſi fuere; vnde in irregularitatem dedere, à ſolo Summo Romano Pontifice diſpenſabilem. *can. ſi quis Epiſcopus.6. vbi Gloß.& can.ſeq.11.quaſt.3.cap. illud.5. de cleric.excommun.miniſtrante.Gloſſ.in cap.cleric.3. & in cap Apoſtolicæ.9.verb.indulgemus.eod.tit. Couar.in cap. Alma mater.par.1.relect.§.7. nu.7 verſ.bis etiam probatur, de ſent.excommun.in 6. Tolet.inſtruct.Sacerd.lib.1.cap.72.n.2. Barboſ. d.can.ſi quis Epiſcopus, 11.q.3.*

Nec ſuffragatur eis, quòd cedulones in Terra Terlitij affixi non fuerũt. Cùm, quòd
166 id accidit eorum, nedum culpa, verùm peruicacia, qui armis fores Terræ, quinimò ſuburbia, (caſtrorũ more) cuſtodierunt, etiã aduentates aduenas detinentes, perquirentes, & carcerantes, nè cedulones deferrent. vnde ipſis imputari debebit. *argum. text.in c inter monaſteriũ 20.in fin.* ibi, alioquin eam obijcientibus imputet. *de ſent. & re iudic. ad regulam damnum.86.de regul iur.in 6.Clement. vnic.in final.verb.* ibi: imputet quidem ſibi, *&c de conceſſ.præben. text. in cap. vnic. §.quod etiam, & §.& ideò nos.vt Eccleſiaſtica benefic.& text.in cap.Romana, 1. §. contrahentes, de foro comp.in 6.*illis verbis, *niſi fortè malitiosè ſe ipſos occultent, ne citatio perueniat ad eoſdem.*
167 Tùm quod ſat fuit ad eorum notitiam perueniniſſe; quod manifeſtè patet, cùm cedulonum copiam habuerint, vnde ſe præſenti manifeſto purgare tentauere. At ſufficiebat, vel famam ad eos, de cenſuris fulminatis, pertingiſſe. iuxtà *text. in d. cap. illud. 5.* ibi: præſertim cum ei non niſi per famam, de ſententia contra eum promulgata conſtaret.

ſtaret.*de cler.excnmmun.miſtrant.*& ignoran-
168 tia,tunc ſanè excuſat, cùm eſt probabilis,
ſecus verò ſi ſupina,ſiuè craſſa,aut erronea,
vel affectata, vt *text.loquitur in d.cap.Apoſto-
licæ.9.vbi Gloſſ.eod.tit.de cler.excommun.mini-
ſtrant.Card.Tolet.lib.1.cap.72.ſnb num.2.in 2.
notab.cap.2.de temporibus ordina.in 6.vbi Glōſ.
verbo affectata,l.lata culpæ 223.ff.de verborum
ſignificat.l.quod uerna 32.ff.de poſit.Rota in Ro-
mana pecuniaria 23. Iannarij 1589. coram Pe-
nia apud Marcheſau. part.1.fol 636. decif.40.
ſnb num.1.apud Card.Canaler.deciſ.176.num.5
& 6.& deciſ.198.n.3.& 4.*

Quæ autem eorum palam aperiunt impe
ritiam,ſunt: Primò, quòd putant excomu-
nicationis ſententiam fuiſſe nullam,ex quo
Epiſcopus Iuuenacen, *nel titolo non pone al-*
„ *tro, che Veſcouo di Giouenazo, nel corpo non in-*
„ *riſce il Breue ſpecialmente di tale delegattone,*
„ *che deue de iure caminare,conforme vnole la cō-*
„ *mune opinione di tutti li Dottori , e la conſuetu-*
„ *dine,la quale eſt optima legum intetpres,& èſta-*
„ *to oſſeruato da ſui predeceſſori:Viperano, Santa-*
„ *croce,e Maſio di B. M. Prelati nobiliſſimi,e dot-*
„ *tiſſimi,& d'eſſemplar vita.* Verùm quanta te-
neantur deceptione, ſequentibus oſtende-
mus.

169 Nam,& ſiquidem Delegato.haud fides
habetur,niſi de mandato Apoſtolico fide
doceat oculata , vt Bonifacius Octauus lo-
quitur *in Extranag. ininnctæ nobis. 1. de elect,
inter commun. cap. cum in inre peritus. 31. vbi
Gloß.& Scriben.de offic.deleg.Canoniſtæ in cap.
Romana.1. §.contrahentes de foro compet. in 6.
Rota in Conimbr. Decanatus. 1593.coram Se-
raphino deciſ.95.num.2.vbi Contolin.addens lit.
B.poſt 1.vol.conſil.Farinac.plenè idem Farinac.
in fragm.criminal.part.1.lit.D. verb.Delegato,
num.99.& ſeq. vbi ampliat. & limitat. Rota in
Legionen iuriſdictionis.5. Decemb.1607. coram
Cardin.Lancellotto apud Marcheſan. tom.1.fol.
1218.num.2.Rota apud Dnrauum,dec.6.n.2.*

Si tamen à deceptione immunes fieri vo-
luerint Aduerſarij, ſatis apertè perpendent
doctrinam prædictam,& ſi planè in ſe veram
noſtro huic facto minimè adaptari.

170 Nimirum,quòd Epiſcopus Iuuenacen
non Delegatus.ſimplex Apoſtolicus , ſed
Ordinarius dictæ Terræ Terlitij , cùm illa
intra fines ſit Iuuènacen Diœceſis,vnde fun-
datam intentionem ſuam habet communi
171 iure quoad viſitationem,iuxtà *text.in cap.
eum Epiſcopus 7.de off.ordin.in 6.& dictnm fuit
in hac eadem cauſa Iuuenacen iuriſdictionis.29.
Aprilis 1575.coram Card.Lancellotto part.1.di-
uer. deciſ.186. num.1. & in Salamantina iuris
viſitandi.14.Iaunar.1583.eadem part.1. dinerſ.
deciſ.376.num.3.ſuperiur allatis*. Et facto etiā
172 patet ſequentibus ex litteris Sacr. Congr.
ad Archipræsbyterum Terlitien datis anno
1503.ſic enim ſe illæ habent.

Molto Rener.Sign.Poiche come ſapete,coteſta
„ *voſtra Chieſa, & iuriſdittione è dentro i conſini*
„ *della Dioceſe di Giouenazo , e ceſſante la ſua eſ-*
„ *ſentione verria ad eſſere ſottopoſta al Veſcouo,*
„ *volendo ſua Signoria far hoggi il ſuo Sinodo Dio-*
„ *ceſano,ſarà conueniente,che vi ci trouiate confor-*
„ *me l'ordine,e diſpoſitione del Sacro Conſil.Trid.*
„ *nel cap.2.de reform.ſeſſ.24.non maneate per tan-*
„ *to ſi non hauete coſa rilenante in contrario , nel*
„ *qual caſo auiſate,e N.S.vi guarde di Roma li 14*
„ *di Lnglio 1593.Al piacer voſtro.*

Il Card.Aleſſandrino.

*Giouenazo all'Arciprete di Terlizo à tergo verò.
Al molto Ren.Sign.l'Arciprete di Terlizo.*

Manifeſtiſſimèque patet ex ſuperius re-
latis Bullis Anacleti II.& Angeli Archiepi-
ſcopi Baren. nec non Raynaldi , eiuſdem
Sedis Archiepiſcopi.

174 Et licet Archipræsbyter, & Capitulum,
Clerusuè dictæ Terræ Terlitij exemptionē
prætenderint ab omnimoda iuriſdictione,
& ſubiectione Epiſcopi Iuuenacen,vti dictę
Terræ Ordinarij vigore exemptionis per
antiquos quoſdam . Epiſcopos Iuuena-
cen relatæ in Bulla Latini Vrſini Cardi-
nalis Legati , quę exemit illos à quibuſ-
dam tantummodo , non tamen à viſita-
tione,correptione,neque à collatione ordi-
num, & alijs, vt in eadem deciſione in hac
cauſa facta *d. deciſ. 186. part.1. diuerſ. coram
Lancellotto* apertè legentibus fit palam.

175 Exemptio enim ſubiectionem antece-
dētem ſemper ſupponit,qua ſine exemptio
non datur.*ad text.cum ibi not. in cap. cnm non
liceat. 12.de præſcript. Oldrad.conſ.254.in prin-
cip.* Quia nimirum exemptio,cùm ſit priua-
176 tio,ſupponit habitum,atque in neceſſariū
antecedens in Diœceſi locum exemptum
eſſe, vt dixit *Rota in Volaterrana.iuriſdictionis
14.Ianuarij 1581.coram Brano deciſ.207.num.
3.part. 2. diuerſ. & ſequuta fuit Rota in Si-
pontina iuriſdictionis.24.Maij 1612.coram Da-
maſceno, part.1. tom.2.in recent.deciſ.491.ſnb
nu.1.& 4.Rota in Trenir. decimarum.17.* Maij
*1628.coram Dunozetto.deciſ.64.col. fin. in ma-
nuſcript.* Vt quid nempè eximis eum , qui
ſubiectus non erat? & à quo?

177 Supponit itaque etiam neceſſario dictā
Terram Terlitij eſſe intra fines Diœceſis
Iuuenacen,atque proinde ſubiectam,*vt Ro-
ta in dicta Treneren decimarnm coram dicto Du
nozetto* perpēdit, *& in dicta Sipontina iuriſdi-
ctionis.* nam Eccleſia exempta non ex hoc
tamen deſinit eſſe de Diœceſi *cap. cnm Epi-
ſcopus.7.de offic.ord.in 6.Rota in Calagnritana,
ſeu nullius iuriſdictinnis 5.Maij 1608.coram At
trebaten.part.1. tom.1. in recent. deciſ.156. nu.
6.in fin.*& dixit etiam Rota *in Marſicen iuriſ-
dictionis 20. Nonembris 1621. coram Buratto
deciſ. 578. nnm.14.* Quin quælibet Eccleſia
præ-

Digitized by Google

præſumitur eſſe in aliqua Diœceſi, niſi probetur habere territorium ſeparatum, *cap. omnes Baſilicæ. 16. quæſt. 7 cap. cum perſonæ 7. de priuileg. in 6.* Separatio vero fieri haud poteſt, niſi per Papam, *cap. eum contingat 14. de foro compet. vbi Anton. n. 11. Abb. nu. 18. & Bellamer. num. 15. & per Buratt d. deciſ. 578. num. 1. & 2.*

178 Nihilominus tamen anno 1577. per Sacr. Rot. Roman. ponente Eminentiſs. Card. Lãcellotto tunc Rotę Auditore fuit ſententia
179 pro Epiſcopo Iuuenacen lata, cuius quidẽ tenor talis eſt.

Chriſti nomine inuocato pro Tribunali, ſeden-
„ *tes, & ſolum Deum præ oculis habentes. Per hanc*
„ *noſtram diffinitiuam ſententiam, quam de Do-*
„ *minorum Coadiutorum noſtrorum conſilio pari-*
„ *ter, & aſſenſu fuerimus in his ſcriptis pronuncia-*
„ *mus, decernimus, & declaramus. In cauſa, &*
„ *cauſis coram nobis in loco B. M. R. D. Hierony-*
„ *mi Nouati, olim Sacri Palatii Apoſtolici cauſa-*
„ *rum Auditoris inter R. P. D. Epiſcopum Iuuena-*
„ *cen ex vna, ac D. Archipræsbyterum, Clericos, &*
„ *Capitulum Eccleſiæ maioris S. Michaelis Ar-*
„ *changeli Terræ Terlitij, ac Clerum dictæ Terræ*
„ *Iuuenacen Diœceſis aduerſariorios, de, & ſuper*
„ *ſubtractione à correctione iuriſdictione, ſuperio-*
„ *ritate, & viſitatione, rebuſque alijs apud acta*
„ *cauſæ, & cauſarum huiuſmodi latiùs deductis, &*
„ *illorum occaſione in prima verſa fuerunt, &*
„ *vertuntur inſtantia partibus ex altera: Dictos*
„ *Archipræsbyterum, Clericos, Capitulum dictæ*
„ *Eccleſiæ, nec non Clerum dictæ Terræ fuiſſe, &*
„ *eſſe iure ordinario in omnibus, & per omnia ſub-*
„ *ditos, & ſubiectos R. D. Sebaſtiano Barnabæ, mo-*
„ *derno, & pro tempore exiſtenti Epiſcopo Iuuena-*
„ *cen, & eidem Eccleſiæ Iuuenacen: Præfatumque*
„ *D. Sebaſtianum, & pro tempore Epiſcopum*
„ *Iuuenacen, & eius Eccleſiam Iuuenacen poſſe, &*
„ *debere liberè exercere viſitationem in dictos Ar-*
„ *chipræsbyterum, Clericos, & Capitulum dictæ*
„ *Eccleſie maioris S. Michaelis Archangeli, ac*
„ *Clerum dictæ Terræ Terlitij, ac omnimodam iu-*
„ *riſdictionem, & poteſtatem, quam quilibet Epiſco-*
„ *pus in Prælatos inferiores, ac ſubditos, ac in ſua*
„ *Diœceſi de iure exercere, & facere poteſt; præter*
„ *quam quoad capicula, & facultates in litteris B.*
„ *mem. Cardinalis Latini Legati in actis productis*
„ *contentas, & ſpecificatas. Declarantes tamen fa-*
„ *cultatem conceſſam D. Archipræsbytero per di-*
„ *ctas litteras Cardinalis Latini circa correptio-*
„ *nem, non comprehendere ipſam viſitationem, &*
„ *quæ ipſius occaſione fieri ſolet, intelligi debere:*
„ *Dictumque Archipræsbyterum, Clericos, & Ca-*
„ *pitulum dictæ maioris Eccleſiæ Terlitien ab oc-*
„ *cupatione, intruſione, perturbatione iuriſdictio*
„ *nis, ac omnium, & ſingulorum præmiſſorum,*
„ *præterquam in dictis exceptuatis capitibus, tol-*
„ *lenda, & amouenda fore, prout tollimus, & amo*
„ *uemus. Eundemque Dom. D. Sebaſtianum, &*
„ *pro tempore Epiſcopum Iuuenacen, & eius Ec-*
„ *cleſiam Iuuenacen in, & ad corporalem, realem,*
„ *& actualem poſſeſſionem, & exercitium iuriſdi-*
„ *ctionis, ac omnium, & ſingulorum ſupradictorum*
„ *poſſeſſionem, actualem iuriſdictionem, & eius*
„ *exercitii iuxtà præmiſſa ponendum inducen-*
„ *dum, & reintegrandum fore, ac ponimus: mole-*
„ *ſtationes, vexationes inquietationes, & impedi-*
„ *menta per omnes, & ſingulos ſupradictos eidem*
„ *Sebaſtiano Epiſcopo, eiuſque anteceſſoribus, ac*
„ *dictæ eius Eccleſiæ Iuuenacen præmiſſorum oc-*
„ *caſione quomodolibet factas, & præſtitas, ac fa-*
„ *cta, & præſtita, fuiſſe, & eſſe, & temerarias illi-*
„ *citas, iniquas, & iniuſtas; temerariaque, illicita,*
„ *iniqua, & iniuſta, illaſque, & illa ſupradictis*
„ *Aduerſarijs minimè facere licuiſſe, nec licere de*
„ *iure: ac de, & ſuper illis omnibus, & ſingulis præ-*
„ *miſſis eiſdem Aduerſarijs perpetuum ſilentium*
„ *imponendum fore, & in ponimus: dictoſque Ar-*
„ *chipræsbyterum, Clericos, & Capitulum aduer-*
„ *ſarios in expenſis in huiuſmodi cauſa coram no-*
„ *bis legitimè pro parte dicti Epiſcopi Iuuenacen.*
„ *eiuſque Eccleſiæ factis condemnandos fore, &*
„ *condemnamus: quarum taxationem nobis in po-*
„ *ſterum reſeruamus.*

„ Ita pronunciaui ego Scipio Lancellottus
„ Rotæ Auditor. Lata die Lunæ 28. Ianuar. MDLXXVII.

Quamuis verò à ſuprarecitata ſententia appellatum fuerit, & cauſa commiſſa in eadem Rota, per quam inhibitiones in forma ſimpliciter emanarunt, tamen inſtante Epiſcopo Iuuenacen, inhibitiones anno 1584. moderatæ fueræ, & iniunctũ, ꝙ Epiſcopus Iuuenacen interim pendente lite, citra præiudiciũ iurium ambarum partium, viſitet, aliaq; faciat, tanquam Sedis Apoſtolicæ Delegatus.

180 Non eſt itaque hæc ſimplex delegatio, neque gratis per Rotam facta (vt perperam aduerſarij putant) ſed occaſionata, lite pendente, ex quo Epiſcopus Iuuenacen ordinariam iuriſdictionem habet in dicta Terra Terlitij, quæ de eius Diœceſi eſt, intra cuius fines exiſtit. Vt in actu quidẽ primo, & originaliter, atq; in cauſa viſitatio Epiſcopo Iuuenacen, ac iuriſdictio vti Ordinario cõpetat; in actu verò ſecũdo, & in exercitio (ꝑ mode-
181 rationẽ Rotæ) tãquã Sedis Apoſtolicę Delegato. A cauſa igitur originaria, & cauſan-
182 te, ac prima actus denominandus erit. Veluti à cauſa prima denominatur effectus, ſecũdũ Philoſophũ 5. *Metaphyſ.* & ſecundũ no-
183 ſtrates, ex origine cauſæ negotium pẽſandum erit, *l. id quod. 34. ff. de donat. l. tutor datus. 70.* ibi: non titulus actionis, ſed debiti cauſa inſpicienda, *ff. de fideiuſſor. l. filiusfam. 3. C. ad Maced. Aymon. conſ. 131. num. 15. & conſ. 144.*

*num.2.Cardin.Mantic.de coniect.vltim.volunt.
lib.6.tit.3.num.23. Menoch. de præſumpt. lib.3.
præſumpt. 29. num.48. Mar. Giurba deciſ. 14.
num.13.*nos ipſi *reſponſ.noſtra 9.num.54. part.
1. Rota in Bononien. ſucceſſionis.19. Nouembr.
1627.coram Durano, deciſ.111. num.20. in im-
preſſis pe ripſum.*

Inde enim proceſſit, quòd Sacra Rota
moderando inhibitionem decreuit; quòd
lite pendente, citra præiudicium iurium
ambarum partium, Epiſcopus Iuuenacen
viſitet, aliaque faciat, tanquam Sedis
Apoſtolicæ Delegatus; quia ad eum iam ſpe
ctabat viſitare, aliaque facere vti Ordinariũ.
185 (Nè ſi illi interim lite per appellationem
adhuc pendente, abſolutè iuriſdiſdictio
permitteretur, præiudicium fortaſsè parti
ex aduerſo ingeneraretur per latam ſenten-
tiam pro Epiſcopi Iuuenacen iuriſdictione,
temperando rigorem (vt neutri iniuriam
inferret) exiſtimauit Sacra Rota (nihil vtri-
que auferendo) permittere Epiſcopo viſita-
tionem tanquam Sedis Apoſtolicæ Dele-
gato. Alioquin Epiſcopo graue damnum
intuliſſet, qui pro ſe ſententiam iam habe-
bat, neque in alio dicti Terræ Terlitij, fun-
damẽtum iaciebant, quàm in pretenſa exẽ-
ptione, quæ quoad quædam tantum erat,
184 non totalis, & exemptio non aufert quin
potentialiter ſubiectionem ſecum ferat, vt
dictum in ſuperioribus fuit) Hæc igitur cau
ſa attendenda magis, magiſque erit, vt pri-
maria, quæ vehementiùs influit, quàm ſecũ-
daria, vt S.Thom. loquitur *1.part. quæſt.31.
art.4.in corp.* Eſt nempè hæc viſitatio, & hic
actus ſecundus viſitationis (tanquam Sedis
Apoſtolicæ Delegatus) effectus actus primi,
qui dependet ab ordinaria iuriſdictione,
quam in radice obtinet Epiſcopus Iuuena-
186 cen. Habebitur ergo hæc, tanquam cauſa
efficiens, & materialis, quæ effectum præce-
dit *ex Ariſt. 2. Phyſ. & S. Thom. ibid. ſequitur
Nauar.de orat. & hor. can. miſcell.25.num.22.*
Quare æſtimabitur effectus hic viſitationis
in actu ſecundo, & exercitio (tanquam Se-
dis Apoſtolicæ Delegatus) ſimilis cauſæ
producenti, quæ eſt iuriſdictio ordinaria.
Cauſa nempè ſimilem producit ſibi effectũ,
187 *argum.text.cum Gloſſ.in l. quod ſi nolit.31. §.
qui mancipia, ff.de edilit. edict.Cagnol.in l.impe-
rium, ff.de iuriſdict.omn.iud.n.35.*
188 Vt cauſatum, quod vtique effectus cau-
ſæ eſt, ſuæ cauſæ naturam ſequatur *can. præ-
cipiatus.25.1.q.1.l.ſi C.de natur.lib.Menoch.lib.
1.præſum.39.n.12.nos reſp.23.n.17.p.1.* eique
correſpondeat iuxtà *Ariſtotelis* doctrinam
189 *de gener.& corrupt.* quòd naturale ſit ex ſi-
milibus ſimilia procreari. Et illud Chriſti
Domini noſtri. *Matth.7.n.16. Nunquid colli-
gunt de ſpinis vuas, aut de tribulis ficus?* Neq;
enim poteſt effectus à ſua degenerare cau-
190 ſa producente, vt neque maior potentia,
& efficacia poſſit eſſe in cauſato, quàm in
ipſa cauſa producente ſit, & in eum illa in-
fluat, ſecundum *Bald.in l.1.num.3.ff.de Sena-
tor text.in cap.1.§.hoc autem notandum, qui feu-
dum dare poſſunt in vſib. feudor. argum. text. in
regul.nemo poteſt plus iuris, 79.de regul.iur.in 6
& cap.licet ex quadam.47.de teſtib. extrà. Hie-
ronym.Grat.conſil.101. nu.26.vol.2. Nauar.in
man.in 9.prælud. n.9. verſ. quia in cauſato, & in
tract. de eleemoſyna ad text. in can. quieſcamus.
42.diſt.n.43.*
191 A cauſa ergo (quæ effectum præcedere
debet. *argum.text.in l.moribus 2.§.prius autem
ff.de vulg.& pupil.* quatenus Vlpianus deter-
minat, quòd prius ſibi quis debet hæredem
ſcribere, deinde filio ſubſtituere. *S.Tho. 1. 2.
q.1.art.1.in 1.argu.*) effectus delegationis hu-
iuſce determinabitur. Quia profectò per
eam, non per aliud factum eſt, vt Rota Epi-
ſcopo Iuuenacen, (moderando inhibitio-
nem) viſitationem, aliaque interim lite pen
dente, permiſerit. Cauſa porrò eſt, quæ de-
292 terminat id, atque in actum producit, pro
pter quam quidquam fit. *ad tex.in.l.Seio ami-
co.10.vbi Bart.in ſum.ff.de annuis legat. text.in
l.ictus fuſtium.82.ff.de his qui notantur infamia.
Bald.in l.1.num.2.C.de delegat.* nos *reſp. 5. nu.
102.part.1.*

Hinc eſt nempè, quòd ipſa Sacra Rota
moderando inhibitionem, & decernendo,
vt interim lite pendente, Epiſcopus Iuuena
cen viſitaret, aliaque facere tanquam Se-
dis Apoſtolicę Delegatus, addidit clauſulam
(*citra præiudicium iurium, & c.*) vt intacta ſer-
uaret iura partium, & oſtenderet cauſam,
vnde actus hic ſecundus viſitationis (*tan-
quam Sedis Apoſtolicæ Delegatus*) originem
trahebat ſuam, ab actu ſcilicet primo ordi-
nariæ iuriſdictionis, quam in Terra Terlitij
(vt puta de ſua Diœceſi) obtinet Epiſcopus
Iuuenacen. Præſeruare namque voluit iura
193 partium atque ipſius Epiſcopi, ſuæque Ec
cleſiæ, & intacta illa relinquere, ſiuè in poſ-
ſeſſorio, ſiuè in petitorio, vt poſt *S.mem.Gre-
gor.XV.dec.332.* plenè deducit *Beltram. addẽs
n.4.& 6.* Atque etiam minimum quodcum
194 que ius firmum, illibatumquem relinque-
re, ſecundùm *Rotam apud D. meum Coccinũ
Decanum dec.500.ſub n.2.* Neque etenim Sa-
cra Rota actum viſitandi, aliaque exercen-
di in dicta Terra Terlitij, Epiſcopo Iuuena-
cen concederet ſine præiudicio iurium am-
barum partium, niſi potentia, & diſpoſitio
195 præcederet hæc exercendi iure ordinario.
Nuſquam enim actus dari poteſt, niſi
potentia ad illum antecedat, & diſpoſi-
tio. ſecundum *Ariſtot.lib.1.de Cæl. cap.fin. &
ſequitur Petr.Gregor.Tholoſan.Comment ſyn ta-
xis artis mirabilis lib. 1. cap.4 in princ. tom.1.*
196 Nam potentia vbi deeſt, ibi actus eſt irri-
tus, vt poſt *Bald.in l fin. col. fin. C.de fideicom.
ſequitur Proauus meus Rober.Maranta conſ 31*

ſub

„ *ſub num.2.* Cæteroquin omninò inanis, &
„ ſuperuacanea clauſula redderetur prædi-
cta,ciuſque effectus,ni vti Ordinario viſita-
tio ipſa Epiſcopo competeret Iuuenacen.

Non eſt ergo auocabile ab Epiſcopo Iu-
uenacen hoc viſitandi ius (etiam tanquam
Sedis Apoſtolicæ Delegato) donec lis ipſa
completa fuerit, & pro omnimoda iuriſdi-
ctione pro aduerſarijs ſententia prolata.
Quod ſanè pœnè impoſsibile æſtimatur, cũ
197 ſententia ſit pro Epiſcopo Iuuenacen,
quæ in iudicatum tranſiuit,excurſis iam fa
talibus à quinquaginta, & amplius annis,
vt nullus alius prorogationi illorum locus
ſuperſit. *Clemen.ſi appellationem.6.de appel-
lat.Rota in Romana retractus domus.7. Fe
bruarii* 1590.*coram Cardin.Mantica dec.92.*
198 *n.3. & 4.* Cùm alioquin Epiſcopus fun-
datam de iure intentionem ſuam obtineat
quoad viſitationem, & omnes alios actus
iuriſdictionis in locis omnibus, qui de ſua
ſunt Diœceſi. *tex.in cap.Epiſcopus.7.de offic.
Ordin.in 6. Rota in dicta Iuuenacen iuriſdi-
ctionis.coram Lancellotto dec.186.n.1.p.1. di-
uerſ.& dec.736.n.3.& 744.ead.par.1.& dec.
713.in Veronen.exemptionis. 27. Maii 1594.
Card.Pamphilio.p.4.diuerſ*

199 Ex hac igitut ſola iutis aſsiſtentia(etiam
non aliter probata quaſi poſſeſsione) dari
Epiſcopo debet manutentio,& mandatum
de manutenendo. *text. in cap cum perſona.
7.de priuileg.lib.6.vt Rota inquit in d.dec.Ve
ronen. exemptionis.* vbi teſtatur ita ſæpè per
Rotam determinatum fuiſſe. & dictum
fuit *in Bononien.S.Petronii.28.Aprilis.*1595.
*coram Card.Mantica decif.322.num.2.& in
Theatina iuriſdictionis.14.Martii1625.corã
Vbaldo. & in Marſicana iuriſdictionis.* 18.
Maii 1607.*coram Manzanedo* hęc *dec.* 306.
*num.1,*illa *dec.* 197. *num.1.& ſeq. poſt tract.
Ludouici Poſtii de mandato de manutenendo
& ipſe in eod.tract.obſeru.45.n.6. & 7.* & di-
ctùm fuit in dicta Sipontina iuriſdictionis.
*coram Damaſceno.p.1.tom.2. in recent. deciſ.
491.num.2.*

209 Accedente potiſsimùm diſpoſitione
Sacri Trid.Concil.*ſeſſ.7.cap.8.& ſeſſ.21.c.8.
& ſeſſ.24. cap.3.& 9.de reform.*per quã dero
gatũ eſt,etiã immemorabili quoad viſitatio-
nẽ,& ſequuta fuit Rota *in Salamantina iuris
viſitandi* 28.*Februar.*1583.*p.1. diuerſ. d.dec.
744.n.1.d.dec.736.n.5.ead.part.in ead. cauſa.*

Nihil itaque contra ordinariam Epiſco-
pi Iuuenacen iuriſdictionem viſitandi, &
cætera faciendi,operatur moderatio prædi
cta, quòd interim tànquam Sedis Apoſto-
licæ Delegatus viſitet, citra præiudicium,
201 &c. Quia profectò Delegatus,qui aliàs vt
Ordinarius procedendi ius habet, licet vt
Sedis Apoſtolicæ Delegatus procedat, ta-
men vt Ordinarius facere dicitur. *text. in c.
licet in corrigendis.12.vbi Abb.nu.3. de offic.
ord.cap.cum aliquibus.4.de reſcript.in 6.Rota
Marchia apud Gratian. dec.44. nu.4. Triuiſ.
dec.1.lib.1.num.8. & ſequ. Zerola in praxi
& Epiſc.p.2. verb. viſitatio.* §.3.

Hinc igitur ſatis euidenti ratione, ac fa-
cili refellitur negotio ſcitum aduerſariorũ
aſſumptum, nullum fuiſſe edictum viſita-
tionis, ac conſequenter nullas cenſuras,
quod non inſeruit tenorem Breuis iuriſdi-
ctionem tribuentis in ipſo edicto: ſic nem-
pè ipſi philoſophantur (*nel corpo non inſeri-
ſce il Breue ſpetialmente di tal delegatione,che
deue de iure eaminare conforme vuole la co-
mune opinione di tutti li Dottori.*) Verùm
defecerunt; ſcrutati ſunt enim iniquitates,
202 & defecerũt ſcrutantes ſcrutinio.vt Reg.
„ Pſaltes loquitur *Pſalm.63.n.7.* veſtigauerũt
„ .ſ. iniquas nocendi vias, excogitarũt varias
„ rationes nocẽdi,& modos. At *defecerũt*:Cõ-
„ ſumpti ſunt in ſuis illis cum vehementibus
„ ſcrutiniis,& conſilijs, & ea nequieruut per-
„ perficere.irriti abierunt. vt Genebrard. in
eundem locum inquit.

203 Neque enim delegatio fuit illa (à Rota
facta)ſed moderatio inhibitionis, vt ſuprà
dictum eſt. Reſtitutum namque fuit Epi-
ſcopõ Iuuenacen iuriſdictionis exercitium
viſitandi,aliaque exercendi, quod per ſim-
plicem inhibitionem ei retentum, & impe-
204 ditum fuerat. Moderari enim eſt tempe-
rare modos in factis,ac dictis,& ex eo,quod
aliàs dictum,factumque fuerat, moderatio-
ne aliquid detrahere, vt optimè docet nos
text.in l.cum ratio.7.ff.de bon. damnat. Quia
enim eod. titulo damnatorum bona Fiſco
addicebantur, & tali generali lege etiam
naturali rationi,quę lex tacita quædam eſt,
detrahebatur,cùm damnatus liberos relin-
quebat, qui, ablatis bonis per Fiſcum, in
ſumma egeſtate deuoluebantur; viſum eſt
ſapientibus,iuriſque peritis moderatione in
hoc vti, vt & liberorum ratio haberetur,
ijque portiones conceſſas haberent, & re-
liqua pars bonorum, quæ ad liberos natu-
rę iure non pertinebat, Fiſco eſſet vindican
da. hanc eandem perpenſionem noſtram,
verbi moderari, ſequitur *Lexicon iuridicũ
nouum.verb.moderationes. Gloſſ. in cap. fin.
verbo moderationis verbum de verbor.ſignifi-
cat.*dicens: verbum hoc importare redu-
ctionem grauaminis ad æqualitatem. Mo-
205 derando igitur inhibitionem generalem
Rota,per prius relaxatam hoc; Epiſcopo de-
dit,quod ſuum erat;placuit tamen addere,
vt interim lite pendente. (*tanquam Sedis
Apoſtolica Delegatus viſitaret, citra tamen
præiudicium, &c.*) Non fuit itaque noua
conceſſio,neque delegatio;ſed id,quod de
bebatur,reſtituit,& ſiquidem ſtrictè, vt tan-
quam Sedis Apoſtolicæ Delegatus viſita-
ret,qui abſolutè vt Ordinarius viſitare de-
bebat, ne interim præiudicium aliquod

Digitized by Google

partibus ex aduerſo fieret. Alioquin inanis
eſſet moderatio, & ſuperuacanea. Quid
enim ex relaxata inhibitione decerperet
commodi per moderationem Epiſcopus?
Decipiuntur ergo aduerſarij, & errant
neſcientes ſcripturas (vt Chriſtus Domi-
nus noſter Saduceis *Matth. 29. 22.* reſpon-
dit) cùm ſubſtinere volunt, eſſe nouam hãc
delegationem Rotæ, vt oportuerit eius to-
tum inſerere tenorem in litteris paſtorali-
bus indictionis ſanctæ viſitationis. Et cùm
ſe iure peritos aſſerant; turpè eſt ignorare
206 ius, in quo verſantur. iuxtà *tex. in d.l.2.*
§. Seruius cum in cauſis. ff. de origin. iur. ſu-
prà etiam per nos allatus.
Fuit ſiquidem moderationis decretum
ab inhibitione ſimpliciter relaxata, non
autẽ gratioſa delegationis deſtinatio. Quã
ob cauſam ſufficit ab initio fuiſſe illis ad
notitiam deductum decretum ab anno
1584. Vigore cuius decreti ſemper Epiſco-
pi prædeceſſores Iuuenacen continuatis, ac
ſucceſſiuis temporibus in viſitando, & in
Pontificalibus miniſtrandis, atque in aliis
etiam iuriſdictionis exercitijs ſemper per-
ſeuerantes fuere, etiam dum Sedes plena
non fuit, vt patebit inferius, quoad faculta-
tem concedendi Teſtimoniales pro ordi-
nibus ſuſcipiendis, atque pro Sacramento
confirmationis, vt non poſſint nunc igno-
rantiam allegare Aduerſarij. Quam quidẽ
neque prætendere poſſunt, cùm ipſi ad Il-
luſt. A.C. recurſum habuerint, antequam
modernus Epiſcopus edictum pro viſita-
tione decerneret; & monitorium ab eo
obtinuere cum inſerto tenore dicti decreti
Rotalis, moderationis inhibitionis, & illud
Epiſcopo præfato intimari fecerunt. Gratis
igitur aſſerunt, quòd ſit delegatio viſitatio-
nis, cùm ipſimet in monitorio prædicto
decretum appellent (pro vt decretum verè
eſt) & quod oportebat delegationis totum
tenorem, & Breue in edicto inſerere. Atq.
quod ita ſeruauerint prædeceſſores Epiſco
pi nobiliſſimi, atque doctiſſimi. Verum nos
acta omnia prædeceſſorum noſtrorum in
Archiuio Epiſcopalis Curiæ exiſtentia per-
uoluimus, & tamen edicta omnia indi-
ctionis S. viſitationis ſimpliciter ab eis fa-
cta inuenimus in dicta Terra Terlitii, & à
doctiſſimo ſacræ Paginæ Magiſtro Ioan-
ne Antonio Viperano, & à D. Gregorio
Santacrucio, & à Iulio Maſio noſtris præ-
deceſſoribus, nobiliſſimis, & doctiſſimis, vt
207 ipſi eos appellant, quos proinde repro-
bare haud poſſunt. *argum. tex. in cap. frater-*
nitatis. 4. de haretic. Gloſſ. in cap. 2. verb. Flo-
rentino Monaſterio. de Sum. Trinit. & fide
cathol. can. Sancta Romana Eccleſia. 3. §. item
Ruffinus. 15. diſtinct. ex quibus apparet, ſem-
per decreuiſſe ſe viſitare velle tanquam S.
Sedis Apoſtolicæ Delegatos, & ita admiſ-
ſos fuiſſe à prædeceſſoribus Archipræsbyte-
ris, & Capitulo, & Clero dictæ Terræ Ter-
litii poſt moderationem præfatam inhibi-
tionis, vt retorquendũ ſit contra eos pro-
pterea eorum argumentum, ſuomet ipſo-
rum vt perimantur gladio.
208 Eſt conſuetudo optima legum inte-
pres, vt Paulus loquitur Iureconſultus *in*
l. ſi de interpretatione. 36. ff. de legib. cap. cum
dilectus. 8. de conſuetud. extra. Sanch. de ma-
trim. lib. 1. diſp. 25. num. 16. Vti lex ergo ſer-
uanda. Caſſari igitur debebit quod contra
conſuetudinem approbatam (ac proinde
legem) minus canonicè attentatum fuit,
209 vt Innocentius loquitur III. *in d. cap. cum*
dilectus. Irritari ergo debet, quod approba-
tam contra conſuetudinem à prædeceſſo-
ribus Epiſcopis Iuuenacen, vigore decreti
moderationis Rotalis, à moderno Archi-
præsbytero, & Capitulo, & Clero Terræ
Terliti en contrà modernum Epiſcopum
Iuuenacen factum eſt. Iure itaque, ac ratio-
ne, mucrone percuſſi fuere Eccleſiaſtico,
quòd contra ſanctam viſitationem, & cõ-
ſuetudinem approbatam à prædeceſſori-
bus (vt ſuis eorum verbis loquantur) con-
tra ius, faſque obniti, atque obluctari vo-
luere.
210 Pati ea propter iure contra ſe ipſos de-
bere legem, quam pro ſe ipſi afferebant.
Profectò quia, quòd quiſque ius in alterũ
ſtatuit, ipſe debet vti eo, vt Innocentius II.
fatur *in cap. cum omnes. 6. de conſtitut canon.*
neque quorumlibet. 10. vbi Gloſſ. verb. in ſcri-
pturis. 9. diſt. vt ità quòd iniuſtè fecerunt.
211 iuſtè ſubſtineant. *vt tex. loquitur in auth.*
de ſanctiſſ. Epiſcop. collat. 9. cap. 11. §. omnibus
autem Epiſcopis. in fin.
Ridiculum autem eſt, quod aſſerunt, de-
legationem hanc fuiſſe factam per Breue
Apoſtolicum Rotæ. Eſt quidem inſtrumẽ-
212 tum decreti, non Breue. Neque ſanè Ro-
ta (veluti, neque ſignatura Sanctiſſimi) dat
Breuia, ſed ſolus Papa, vel Tribunal Sacræ
Pænitentiariæ Papæ. Breue autem dicitur
diploma, ſeù reſcriptum à Papa, ſeù Pœni-
tentiario magno emanatum, quod cera ru-
bra, annuloque Piſcatoris ſigillatum, & ſi-
gno Secretarij ſubſcriptum eſt, ſecundùm
Rebuff. in praxi beneficiali. tit. de Breui Apo-
ſtolico. num. 15. & ſeq fol. mihi. 392. in impreſſ.
Rom. anno 1595.
Quam ob cauſam ſubſequenter ex his
reijcitur, retunditurque nec porrò iniuria,
quod ipſi ijdem Aduerſarii retorquentes
ſcripturas, afferunt; dicentes: (*E ſi bene no-*
„ *mina in corpore edicti di paſſaggio la delega-*
„ *tione con quelle parole, etiam vti Delegatus,*
„ *che ſpecialmente ſi richiede per la viſita della*
„ *noſtra Chieſa ſecondo i decreti della ſacra Ro*
„ *ta, e l'anticha conſuetudine, e le dottrine.* Nã
expreſsis verbis nos proteſtati fuimus velle
viſi-

viſitare etiam tanquam S.Sedis Apoſtolicæ Delegatos, inhærentes ſententiæ,& decretis Sacræ Rotæ,atque decretis Sac.Trid. Concil.,citrà tamen præiudicium omnium, & quorumcumque iurium nobis, noſtræque Eccleſiæ quomodolibet competentium.

Non igitur per tranſennam,ſed appoſitè inhærentes decretis,& ſententiæ Sacræ Rotę, viſitationem indiximus. Sic nempè moderationis verba decreti Sacræ Rotæ anno
213 1584.ponente R.P.D.Io. Baptiſta de Rubeis Rotæ Decano, ſe habent:

Idcircò authoritate Apoſtalica nobis commiſſa,& qua fungimur in hac parte, omnem, & quamcumque inhibitionem hactenus pro parte R.D.D.Archipraesbyteri, Canonicorũ, & Capituli Terra Terlitii ex aduerſa principalitũ, quoad capita viſitationis, & ſacrorũ ordinum collationis,hoc modo videlicet; quod dictus R.P.D. Lucianus de Rubeis Epiſcopus Iuuenacen poſſit,& valeat tanquam Delegatus à Sede Apoſtolica in Terra Terlitii, & eius diſtrictu viſitare, & ſacros ordines mediantibus litteris R. Archipraesbyteri euſdẽ Terra Terlitii,conferre,& concedere: ſine tamen praiudicio quorumcumq.iurium vtriuſque partis more ſolito, & conſueto moderandam, & reducendam duximus. Hæc moderatio.

Et iterum anno M.D.C.I. per R.D.Franciſcum Pegnam Rotæ auditorem anno X. Pontificatus Sanctiſſ.Clementis Papæ octaui ſequentibus etiam decretum fuit.

Nos tunc Franciſcus Auditor, & iudex præfatus facto verbo in Rota, & de illius ordine,& mandato, attendentcſque poſtulationem huiuſmodi fore iuſtam, & conſonam rationi, comparente in iudicio coram nobis prouido viro Domino Vermigliolo,de Vermigliolis V.I.D. in Romana Curia Cauſarum, & dicti Reu.D. Epiſcopi Iuuenacen principalis, procuratore petente, & inſtante, nouum mandatum eidem Reuer. D. Epiſcopo Iuuenacen principali de viſitando Eccleſiam, & Clerũ, & Canonicos Terra Terlitii Iuuenacen Diœceſis,& de conferendo ordines ſacros mediantibus litteris dimiſſoriis R.D.Archipraesbyteri dicta Terra, cateraque alia Pontificalia exercendi, tanquam Sedis Apoſtolica Delegato, & iuxtà ordinem aliàs à Rota datum, concedendum fore,& eſſe duximus,& conceſſimus nõ obſtante dicta inhibitione, ſeù ſuperſeſſoria nuper per nos data, & quibuſcunque aliis impedimentis in contrarium facientibus, & hoc ſine praiudicio iurium ambarum partium. Idcircò authoritate Apoſtolica nobis commiſſa,& qua fungimur in hac parte vobis R.D.D. Archipraesbytero,Capitulo,& Canonis Eccleſia Terra Terlitii ſub duorum millium ducatorum auri locis piis applicandorum, & iniuris ſubſidium excomunicationis penis,committimus,& mandamus, vt viſis præſentibus,non impediatis, nec impediri faciatis,nec quilibet veſtrum impediri permittat, quominus dictus R.Dom.Epiſcopus Iuuenacen ſuo tempore Vos, veſtramque Eccleſiã viſitare,& iura Pontificalia ibi exercere poſſit iuxtà ordinem aliàs à Rota datum, tanquam Sedis Apoſtolica Delegatus, quod ſi ſecus factum fuerit, nos ad incurſus pœnarum, & alia grauiora procedemus iuſtitia mediante, contrariis non obſtantibus,&c. Hæc Sacra Rota.

Quod decretum fuit publicatum in Terra Terlitij etiam per affixionem, Præſule Io. Antonio Viperano Epiſcopo Iuuenacen,die 6.Maij 1602. Sat igitur fuit, nos in litteris noſtris, quibus viſitationem ſignificabamus,denunciaſſe velle viſitare, etiam tanquam Sedis Apoſtolicæ Delegati, inhærentes ſententiæ, & decretis Sacræ Rotę, & citrà præiudicium iurium.

Neque enim prædicta verba pertranſennam dicta, ſcriptaque fuere (*e di paſſaggio*) vt aduerſarij volunt. neque illis indigebamus, vt vteremur, ſi vt Ordinarius duntaxat viſitationem inire volebamus. Vt quid enim adijcere opus erat (*citrà praiudicium iurium quomodolibet nobis, & noſtra Eccleſia competentium*) ſi vt Ordinarius viſitare intendebamus? Et ſi ſanè(vt in ſuperioribus
214 diximus) inde Sacra Rota inhibitionem moderata fuit, vt viſitaremus tanquam Sedis Apoſtolicæ Delegati, interim lite pendente; quia nobis, & prædeceſſoribus noſtris (vt Epiſcopis Iuuenacen.) viſitatio, & omnia alia in dicta Terra Terletii intra cõfines Diœceſis Iuuenacen exiſtente, competiere,& competebant,prout competunt. Inde nempè iuſtum, ac omni rationi conſonum putauerunt,ſimpliciter inhibitionem prædicto modo moderari, Sacrę Romanæ Rotæ Auditores. Alioquin fruſtra verba præfata adijeciſſent in moderatione facta ſimplicis inhibitionis. Neque vrgere debẽt
216 ex dictione illa (*etiam tanquam Sedis Apoſtolica Delegatus*) quòd denotet, velle nos viſitare,etiam vti Ordinarium. Eodem quippè modò & Sacrum Concilium de Epiſcopo,qui omninò,vt Sãctæ Sedis Apoſtolicæ Delegatus, viſitare poteſt, loquitur *cap.8.ſeſſ.*21.vbi de locis etiam exemptis, & Ordinarij iuriſdictioni non ſubiectis,verba faciens:vt ab Epiſcopis, etiam tanquam Sedis Apoſtolicæ Delegatis,viſitentur (ex eo dumtaxat quòd in eorum Diœceſi loca ſint)diſponit. Et tamen certum eſt,illos ex dictione prædicta (*etiam*) ut Ordinarios minimè viſitare, ſed vt Delegatos Sanctæ Sedis Apoſtolicæ. Et in fine dicti capitis idem repetit; *quòd ſi Superiores regulares admoniti ab Epiſcopo, eorum monaſteria, & regulares intra ſex menſes eos non viſitauerint,vel correxerint, tunc iidem Epiſcopi,etiã*

vt

ontinentur ſcriptura , acceptare per-
ſcriptionem videtur , eaque omnia in
ſcriptione quaſi ad oculum repreſenta-
emptor.48. §.Lucius, vbi Bart.ff.de pact.l.ſi
ſtipulatus fuero.126.§.Chryſogonus.vbi An-
gel.num.2.ff.de verb.oblig.Simon de Pretis conſ.
93.num.46.Rota apud Verall.deciſ.363. num.7.
part.2.Aluar.Valaſc.conſult.57.num.8. Hiero-
nym.de Freder.reſol. crimin.23. num.27.poſt 2.
*vol.*Conſil.*Farinac.Rota in Bononien.fideiuſſio-*
nis,14.Ianuarij,1611.coram Cauaier.deciſ.133.
num.3.Rota in Peruſina laudi.13. Martij 1628.
coram Durano deciſ.155.num.4 & 6.part.5.di-
uerſ. quæ eſt in impreſſ. pœnes ipſum *deciſ.*
336.& apud eundem Duran.deciſ.6.nu.9.& in
Meliuitana.Prioratus Nauarræ.14.Iunij 1628.
coram Cardin.Virili.dec.186. num.1. & 2. ead.
*par.5,diuerſ.*potiſſimùm ſi ſcriptura ſubſcri-
bentis ſigillo roborata fuerit,*vt ibid. num.2.*
& in Tullen.reformationis.18.Iunii 1629.corā
Dunozetto,deciſ.302.num.6.ead.part.5. diuerſ.

Non eſt itaque quòd doleant , conquæ-
ranturque,quòd vt Ordinarius viſitare vo-
luerimus,cùm id apertè dixerimus in cor-
pore litterarum velle nos viſitare tanquam
Sedis Apoſtolicæ Delegatum,quòd ſanè ſuf
ficit.Quemadmodum,& notario, qui nobis
Illuſtr.A.C.monitorium notificauit per pu
blicum actum reſpondimus . Et quidem ſi
ipſi aduerſarij,ita ſe ſciros appellant,vt Ar-
gi oculos habere profitcantur , vt neuos
etiam minimos in nobis rimētur,cùr quæ-
ſo eſt,vt hoc ipſum non viderint,nec pene-
trarint? Niſi quod fortaſsè noluerint; phi-
lautia illos ad id cogente,vt in ſuperioribus
diximus.Quadratque proinde illis Ouidia-
num illud lib.3.amor.

229 *Centum fronte oculos,centum ceruice gerebat*
Argos,& hos vnus ſæpè fefellit amor.

Meminerintque proinde quid Chriſtus Do
230 minus & Saluator noſter nos omnes piè
„ docuerit;*Matth.7.Nolite iudicare* (inquiens)
„ *vt non iudicemini; in quo enim iudicio iudicaue-*
„ *ritis,iudicabimini; & in qua menſura menſi fue-*
„ *ritis,remetietur vobis. Quid autem vides feſtu-*
„ *cam in oculo fratris tui , & trabem in oculo tuo*
„ *non vides? Aut quomodo dicis fratri tuo: fine*
„ *eijciam feſtucam de oculo tuo, & ecce trabes eſt*
„ *in oculo tuo? Hyppocrita eijce primumum tra-*
„ *bem de oculo tuo, et tunc videbis eiicere feſtucam*
„ *de oculo fratris tui.*hæc Chriſtus.Et fortè Do-
mino gloriæ Chriſto magiſtro omnium
contradixerint? Abſit.

Falluntur igitur cùm putant ſine iuriſdi-
ctione Epiſcopum proceſſiſſe Iuuenacen,
cùm illos vim vi repellendo, excommuni-
cationis tarthareo fune connexit , Sathanæ
231 illos in interitum carnis tràdens,vt ſpiritu
ſalui fierent . Secundum Apoſtolum *1. ad*
*Corinth.5.num.5.*Atque propterea licuiſſe il-
lis,cenſuris contemptis, diuinis ſe ingerere;
cùm debuerint diligentiùs omnia rimari;
neque craſſa minerua (vt proloquium ſe
fert) in re graui, & in qua de animæ agitur
232 ſalute,procedere. Quia bonarum mentiū
eſt,ibi timere culpam,vbi culpa minimè re-
peritur, vt Innocentiùs III. loquitur *in cap.*
2.de obſeruat.ieiun. iuxtà illud Auguſt.relati
*can.ad eius verò.3.in fin.5.diſt.*Bonarum quip
pè mentium eſt (inquiens) ibi etiam cul-
pas ſuas agnoſcere, vbi culpa non eſt. & di-
xit Clemens V.*in Clement. exiui 1.§.horum*
autem pijs, ac iuſtis.de verb. ſignificat. Verùm,
quia plerumque (inquiens) vbi culpa non
233 eſt,eam timere ſolent conſcientiæ timo-
ratæ. Non quòd ſanè debeat quis credere,
eſſe peccatum,quod peccatum non eſt: fa-
ceret enim contra conſcientiam erroneam,
& conſequenter peccaret. *cap. per tuas. 35.*
de ſimon. Gloſſ. in can. ſi quis dixerit , 54. verb.
abominabilis 11. quæſt. 3. ſed quòd trepidare
ſaltem debeat ob timorem culpæ incurſæ,
vbi ratio trepidandi iuſta eſt.iuxtà vnam ex
expoſitionibus per *Nauarr.*allatis *in cap. cum*
contingat de reſcript.remed.2.num.19.ſecundùm
Maior.in 4.diſt.17.quæſt.2. col.4. Potiſſimum
234 verò vbi de materia agitur cenſurarum,
ſecundum *Farinac.part.3.praxis de reo confeſ-*
ſo.quæſt.35.limit.5.num.45.cum alijs ab eo rela-
tis, ſequiturque *Barboſ. in collect. ad dictum*
cap.2.de obſeru.ieiun. num.4. Et ipſi benè no-
runt quæ in conſcientia eorum abdita ſunt;
& ſi verè reſtitere ſanctæ Viſitationi . Sed
Deus non irridetur , vt S.Apoſtolus Paulus
inquit ad *Galat.6.n.7.*

Norunt nempè ipſi,qui armis muniti(ex
quo ſenſere nos ad viſitandum accedere
velle) cuſtodiuere Terram eorum, nè nos
accederemus,habentes exploratores,qui di-
ligenter perquirerent omnes ad eorum ter-
ram aduentantes , nè ſcripturam aliquam
deferrent denunciantem noſtrum aduen-
tum ad viſitandum.

236 Si igitur nos decipiunt, nunquid Deum
ſecretorum animi cognitorem, cordiumq;
ſcrutatorem fallent? *text.in cap. tua nos,35.in*
*final.verbis de ſimon.*Abſit.Ipſi enim nihil eſt
237 abſcōditum, ſed ei omnia manifeſta ſunt,
antequam fiant, *can. Deus omnipotens,20.2.q.*
*1.*Omnia autem nuda,& aperta ſunt oculis
eius,ad quē nobis ſermo, Apoſtolus inquit
Paulus *ad Hebr.4.num.13.*Quique conſcien-
tiarum factor, & ſecretorum eſt cognitor,
cap.ſignificaſti 4. de electi. & omnia poteſt,
& nulla eum latet cogitatio: vt *Iob.42.nu.2.*
238 dixit.Et qui abſconditorum eſt cognitor,
nouitque omnia antequam fiat. vt Suſanna
loquuta fuit apud *Daniel.13. num.42.* Deus
nihil eorum , quæ intra hominem ſunt ab
ſconſa,non ſpeculatur, vt S. loquitur Hila-
rius in *Matth.cap.23.*quoniam omnia videt
oculus illius *Eccleſiaſt.23.n.17.*

239 Aduertant proinde quid Spiritus elo-
quatur ſanctus, *Eccleſiaſt.5. Nè ſequaris in for-*

titu-

Digitized by Google

,, *titudine tua concupiſcentiam cordis tui;&* *nè di-*
,, *xeris : Quomodo potuit? aut quis me ſubijciet*
240 *propter facta mea? Deus enim vindicans vin-*
,, *dicabit. Nè dixeris: Peccaui, & quid mihi accidit*
,, *triſte? Altiſſimus enim eſt patiens. Redditor.*
,, Ad quæ verba audiant S. Dionyſium Car-
,, thuſ. *Deus enim vindicans vindicabit:* ideſt, Da-
,, to quòd à nullo homine puniaris in hac vi-
,, ta, vltionem tamen diuinæ iuſtitiæ nequa-
,, quam euades; cuius iudicium incomparabi-
,, liter eſt horrendum. Ideò Eleazarus 2. *Mac-*
,, *cab.6.* ait. Nam etſi in præſenti tempore ſup
,, plicijs hominum eripiar; ſed manus Omni-
,, potentis, neque viuus, neque defunctus effu
,, giam. Hinc ſcriptum eſt *Iob.24.* Deus inul-
,, tum abire non patitur. Sequitur: *Nè dixeris:*
,, *Peccatui, & quid accidit mihi triſte?* ideſt im-
,, punè feci, quod volui, nec pro culpa paſſus
,, ſum pœnam, *Altiſſimus enim eſt patiens reddi-*
,, *tor,* ideſt pœnam differt, non aufert, iuxtà,
,, quod dici ſolet; Quod differtur, non aufer-
,, tur. Nam, vt dictum eſt *Sap.* 11. Ipſe diſſi-
,, mulat peccata hominum propter pœniten
,, tiam: ſed quos diutius tolerat, hos ſuo tem-
,, pore induratos actiùs punit, & terribiliùs
,, damnat. De quo ait *Pſal.* 7. Deus iudex iu-
,, ſtus, fortis, & patiens. Niſi conuerſi fueritis,
,, gladium ſuum vibrabit. Nihil ergo ſtoli-
241 diùs, nihil periculoſius, quàm longanimi-
,, tate, & patientia Dei abuti. Sic Carthuſ. Et ſi
,, S. Doctoris admonitionem refugerint, quod
non ſapiat eis; audiant, vel ſaltem Gentilem
Poetam *Ouid.4.de Ponto* ſic dicentem:

242 *Tu quoq; fac timeas, & quæ tibi læta videntur*
Dum loqueris, fieri triſtia poſſe puta.

243 Aleæ namque ludo (*vt Socrates ait*) ſi-
milis eſt vita, & quidquid euenit, veluti
quandam teſſeram deponere oportet. Non
enim denuò iacere licet, neque teſſeram
aliter ponere. Cui ſimile eſt illud *Terent. in*
Adelphis.

Sic in vita eſt hominum, quaſi cum ludas teſſeris:
Si illud, quod eſt maximè opus, iactu non cadit,
Illud, quod cecidit forte, id arte vt corrigas.

244 Meminerint vulgati illius apud Græcos
Mala, vel etiam non quærentibus obtingunt, bona
vix accidunt, etiam quærentibus, & Adagij
etiam illius: *Mala vel inuocata veniunt.* Et
Plautus *in Moſtellaria.*

. . . *vnum hoc ſcito, nimio celerius*
Venire, quod moleſtum eſt, quàm id, quod cupidè
petas.

Et illud veteris Mimi:

Nulla eſt adeò bona fortuna, de qua non poſſis
quæri, &c.
Neſcis quid optes, aut fugias, ita ludit dies.

245 Atquè Virgilianum illud 1. *Georgic.*

Neſcis quid veſper ſerus vehat, vnde ſerenas
Ventus agat nubes. . . . .

Quod confirmat *Ouid. 4. de Ponto eleg. 2.*
dicens:

Omnia ſunt hominum tenui pendentia filo,
Et ſubito caſu quæ valuere ruunt.

Et eleg.3.

Ludit in humanis diuina potentia rebus;
Et certam præſens vix habet ora fidem.

246 At horrendum eſt incidere in manus
Dei viuentis, vt Apoſt. Paul. *ad Hæbr.* 10. nu.
31. inquit. Dei, viuentis dixit, vt ex Theo-
philatto ſequitur *Cornel. à Lapide.* Quia im-
mortalis, & æternus in perpetuũ viuet, & vi-
,, get, vt nunquam ipſius oculos, memoriam
,, aut manus effugere poſſis. Sic ille. *Et Dionyſ.*
,, *Carthuſ.* Horrendum eſt incidere in manus:
,, ideſt in iudiciariam poteſtatem, & iuſtum
,, rigorem Dei viuentis, præſertim poſt vitam
,, præſentem. Tamen in in hac vita melius eſt
,, incidere in manus Dei, quàm hominum.
,, Propter quod Daniel ait: Melius eſt mihi
,, incidere in manus Domini (multæ enim
,, ſunt miſerationes eius) quàm in manus ho-
,, minum. Melius itaque nobis eſt in hac vitâ
à ſuperioribus noſtris, ac à fratribus incre-
,, pari, & corrigi, quàm in futuro à Deo re-
,, dargui. *Hæc Carthuſ.*

Videant itaque ipſi, quàm benè proceſſe-
rint, cùm aſſeruerint animi paſſione nos du
ctos fuiſſe (*per volere confondere, & vſurparſi*
queſta iuriſdittione) Qui enim iure vtimur
noſtro, quomodo, & confundere, & vſurpa-
247 re iuriſdictionẽ voluimus? Vſurpare enim
iureconſultis (*vt ex Alciato lexicon nouum iu-*
ridicum. verb. vſurpare. dixit) præter ius vti
eſt. At qui nos iure noſtro vſi ſumus, non
248 itaque vſurpaſſe, in hoc ſenſu dici poteri-
mus. Neque enimi iniuriam cuique facit;
ſuo qui iure vtitur, *l. fluminum.24. §.fin.ff.de*
damn.infect.text.in cap.niſi ſpecialis 3. vbi Abb.
num.8.de author.& vſu pall.l.3.§.quod ait Præ-
tor.ff.de incend.ruin.naufrag.& latiùs nos *reſp.*
noſtra.26.num.18.19.& ſeq. part.2. An non
Euangelicum illud percipis? *Amice non fa*
tibi iniuriam: Tolle quod tuum eſt, & vade. Mat
th.20.13.& 14.

Ad oſtendendam verò hanc per eos præ-
ſumptam noſtri animi paſſionem, illo vtun-
tur argumento, quòd in edicto, ſiuè noſtris
litteris indictionis viſitationis ſubſcripſeri-
mus, *Carolus Epiſcopus Iuenacen*, & in fulmi-
nationis cenſurarum cedulone adijeceri-
mus, *Delegatus Apoſtolicus.*

Hoc autem ita fecimus, quia in litteris
iam aſſerebamus velle nos viſitare (*etiam*
tanquam Sedis Apoſtolicæ Delegatum, inhæren-
tes ſententiæ, & decretis Sacr. Rotæ:) qua de cau-
ſa ſufficiebat ſimplex noſtra ſubſcriptio, vt
omnia in ſcriptura contenta approbaſſe
videremur, vt in ſuperioribus diximus. Hic
verò in cedulone, quia nihil tale dicebã-
mus, voluimus in ſubſcriptione adijcere,
Delegatus Apoſtolicus, vt magis ipſis aduerſa-
rijs ſatisfaceremus, omnemque præcidere-
mus anſam calumniandi. Si enim hoc mo-
249 do procedentes, nihilominus nulliter nos

pro-

proceſſiſſe dicere voluerunt;quantò magis
facturi fuiſſent, ſi non expreſſiſſemus Dele-
gatus Apoſtolicus? *Argum.sext.in anth.mul-
tò magis,C.de Sacroſ.Eccleſ & Clem.1.in princ.
de reliqu.& venerat.Sanct. §.quia verò ita com-
peruntur cap 15.verſ. non enim debet, in auth.
vt matri, & auia.collat.*8. Voluimus nempè
per actum hunc ſecundum,magis, magiſq;
elucidare primum, quòd nos tanquã S.Se-
dis Delegati iuxtà ſententiam, & decreta
Sacr.Rot & citra præiudicium iurium no-
ſtrorum,ad ſanctam viſitationem procede-
250 re intendebamus. Quoniam ſequentes
actus præcedentem aperiunt voluntatem,
*l ſed Iulianus.9 §.proinde, ff ad Maced.*ibi: in-
telligendumque eſſe ab initio ſic accepiſſe.
præſumptione iuris,& de iure, vt *Gloß. ibid.*
adijcit. *Alciat.de præſumpt.reg.2.præſumpt.24.
num.1.Gratian decis.Rota Marchia.43.num.15.
Rota apud ſanct.memor. Gregor. XV. deciſ 156.
num 4.& deciſ.169. num.6.& apud Coccinum,
deciſ.245.num.3.*

Quare in Aduorſarios ita argumentum
retorquemus.Subſequentes actus in mani-
feſtationem antecedentium facti videntur.
At qui nos,tàm in ſubſequentibus,quàm in
præcedentibus aſſeruimus velle procedere
ad viſitationem tanquam Sedis Apoſtolicæ
Delegati.Erroneè ergo nos carpunt,& con-
fuſionis, atque vſurpationis iuriſdictionis
notant.

Potiſſimum cum in actu publico, quan-
do nobis decretum Sacr. Rotæ de anno
1584.per monitorium A. C. intimare fece-
runt,apertè proteſtati fuimus velle viſitare
tanquam Sedis Apoſtolicæ Delegatum, &
citra præiudicium iurium,&c.

Ipſi itaque Aduerſarij ſunt, qui confun-
dere, & vſurpare noſtræ Eccleſiæ iuriſdi-
ctionem voluerunt, & volunt. Iudicet igi-
tur Dominus inter me, & eos,vt verbis vtar
S.Saræ *Geneſ.16.num.5.*

251 Ad conuingendum autem eos magis,
magiſque,ac perfidię coarguendos; audiant
(quæſo) quid pro noſtra iuriſdictione ipſi
anno 1634.apud Sac.Congreg.expoſuerint,
atque ſic perſpicient quinam vſurpare iu-
riſdictionem tentarit,& tentet,eamque cõ-
fundere.ſequentibus ipſi.

Eminentiſſ.e Reuerendiſſ.Sig.

*Il Clero,e Popolo di Terlizi,Prouincia Baren
,, tiene il ſuo Prelato per Ordinario, quale con li
,, Pontificali miniſtra tutta la giuriſdittione,& ſo-
,, lo era ſolito conferire gl'Ordini, e la Creſima il
,, Veſcouo di Giouenazo, la cui Sede vacando per
,, molti anni; in detta Città nuncupata di Terlizi,
,, vi è molto biſogno di Sacramenti, però ſi ſuppli-
,, ca con quelle medeſime conditioni.che s'andaua à
,, Giouenazo, direttamente ſenza altra licenza, ſi
,, poſſa andare per riceuere detti Ordini, e Sacra-
,, mento della Creſima in Molfetta,ouero iui chia-
,, mare detto Veſcouo, qualę ſtà diſtante ſolo due
,, miglia da Giouenazo,e quattro da Terlizi.che lo
,, riceuerà à gratia dall'Eminent. Voſtre Reuer.
,, Quas Deus,&c.*

*Sacra Congregatio Cardinalium negotijs Epi-
,, ſcoporum præpoſita attentis narratis, & citra
,, præiudicium competentium Eccleſiæ Iuuenacen,
,, cenſuit licere Oratori Epiſcopum Melphitten
,, ante dictum accerſere, qui ſuis ſubditis, durante
,, Sede vacante ipſius Eccleſiæ Iuuenacen, Chriſ-
,, matis Sacramentum adminiſtret; necnon poſſe
,, eundem Oratorem litteras teſtimoniales eiſdem
,, ſubditis, qui ad ordines promoueri cupiunt ante
,, dicto Epiſcopo,directas concedere;eoſque poſſe ab
,, eodem Epiſcopo ad Ordines prædictos legitimè
,, promoueri ſi in eis concurrant qualitates, & cæ-
,, tera à Sacris Canonibus, & Concilij Tridentini
,, decretis,ac decreto Sacr. Congregationis requiſi-
,, ta. Dummodo tamen, tàm præſens decretum,quã
,, litteræ teſtimoniales concedendæ,regiſtrẽtur prius
,, in Curia Epiſcopali Iuuenacen. Romæ die 10.No
,, uemb. 1634.
,, M.Cardinalis Ginettus.*

A.Torniellus.

252 Animaduertas (amabo) quod Terlitiũ
eſt Terra,& ita ſemper aſſertum, etiam per
per eoſdem fuit,nunc autem Ciuitatem fe-
cerunt,vt ex vngue leonem internoſcas, &
Virg.*Aen.*11.

. . . *& crimine ab vno
Diſce omnes.* . . . .

252 Atque animum, qui ex extrinſecis pate-
fit,in abſtruſis præcordiorum contectum,
carpas.verbis porro,& factis animus in aper
254 tum deducitur *ſecundum Bald.in l ſed & re-
probari.in princ.ff de excuſ.tutor.text. in l.Pau-
lus reſpondit,5.ff.rem ratam haberi Gloſſ.in cap.
tenor litterarum 10.verb.ſubarraſſe. circa fin.de
ſent.& re iud.*iuxtà quoque illud *Matth. 26.
n.73.*mulieris,ſiuæ ancillæ ad Petrũ: *nam &
loquela tua manifeſtum te facit.Rota in Aretina
confidẽtia,corã Litta 1595.dec.101.n.10.poſt 1.
vol.cõſil.Farin.apud Cocc.dec.43.n.6.apud S.M.
Greg.XV.dec.136.n.4 vbi Beltram.n.31.S.Tho.
2.2.q.93.ar.1.in corp.*dicens,ꝙ ſicut ſignifica-
tur aliquid verbo,ita ſignificatur aliquid fa
cto Hæc ille. Quinimò ipſo aſpectu,ac vul-
255 tu, ꝙ intrinſecus latet in præcordijs pate-
fit ſæpiſſimè cor.iuxtà Ouidianum illud:

In facie legitur ſecreta mentis voluntas.

vt animaduertit *Polib.lib.9.*dicens: *Silere au-
,, tem non tantum lingua oportet, ſed multò magis
,, mente. Multi enim ſermone tantum cælantes,ipſo
,, aſpectu,& vultu reuelarunt ſua ſecreta. Quia
256 vultus,& frons animi ianua ſunt, quæ ſignifi-
cant voluntatem abditam.atque retruſam.*

Et Seneca *in Thieſt.act.3.*

. . *multa,ſed trepidus ſolet
Detegere vultus;magna nolentem quoque
Conſilia produnt.* . . .

Idemque in *Her Oet.*

. . . . *licet ipſa neges* (inquit)
Vultus loquitur quodcunque negas.
Et Tull. *ad attic. lib.* 14.
„ *Non enim ſolum ex oratione* (loquitur) *ſed*
„ *ex vultu, & oculis, & fronte meum erga te*
„ *amorem perſpicere potuiſti:*
Vt exclamet *Ouid.* 2. *Metamor.*
„ *Heù quā difficile eſt crimen nō prodere vultu*
Facilius igitur factu erit, ex verbis, quæ ad
267 aperiendum animi paſsiones homini da
ta ſunt à natura, ſecundum *Ariſt.* 1. *Peri-
herm. & text. in l. Labeo.* 6. §. *ad Tubero. ff. de
ſuppellect. leg.* quid aduerſarij noſtri in illis
prætenderint introſpicere, & an ipſi occu-
pare voluerint, præſertim poſt tot annos,
quibus Paſtore Eccleſia hæc orbata fuit.

Hinc deducitur quoque euidenter eo-
rum animus, nam cùm dicant ſe appellaſſe,
quatenus voluiſſemus vti Ordinarius viſi-
tare, & non tanquam Delegatus, iuxtà de-
creta Sac. Rotæ Et tamen apertè proteſtati
fuimus, velle viſitare tanquam Delegatū,
inhærentes decretis Sac. Rotæ, & citra præ-
iudicium iurium nobis, & noſtræ Eccleſiæ
competentium; & nihilominus in eadem
ſententia, & pertinacia perſtiterunt, & per-
ſiſtunt (*dura ceruice, & incircumciſis cordi-
bus, & auribus, vos ſemper Spiritui Sancto
reſiſtitis*, vt verbis loquamur S. Prothomarty
ris Stephani *act* 8. *n.* 51.) armata manu eorū
terram cuſtodientes, parati etiam armis re-
ſiſtere, ne ad viſitandum accederemus. An-
ſam hinc arriperent, vt dicerent: Eſt inimi
cus nobis Epiſcopus Iuuenacen, commit-
tatur alijs viſitatio. Quod fieri minimè po-
258 teſt, ex Sacroſ. Trid. Synod. decretis ſuprà
per nos allatis *d. cap.* 8. *ſeſſ.* 7. & *cap.* 8. *ſeſſ.* 21.
& *ſeſſ.* 24. *cap.* 9. & *ex text.* aperto, *in cap. ſu-
per eo* 12. *de appellat.* Inde igitur (factis ani-
mum aperientibus) reſiſtere voluerunt, vt
valerent (arrepta occaſione quòd nos, no-
ſtramque Eccleſiam mucrone tueremur
Eccleſiæ) dicere: Non viſitet Epiſcopus Iu-
259 uenacen; quia infenſus nobis eſt. Sed actū
eſſet de decretis Sac. Trid. Concil. ſi hæc eo-
rum excogitata adinuentio locum ſibi in-
ueniret vllo pacto. Quotuſquiſque enim il-
le eſſet, qui non inimicitiam cum Ordina-
riis, ſimultatemque ordiretur, vt illorum
diffugeret iuriſdictionem per viſitationē?
Et haurirent ex eorum malitia commodū
ſubiecti, eſſetque eis lucro fraus. id autem
rationis, iuriſque minimè patitur dictamen.
l. ne ex dolo. 15. *cum legibus antecedentibus
ff. de dolo malo. cap. officij.* 14. *in fin. de teſtam.*
261 Melioriſque conditionis per ſuam
malitiam eſſet ſtultus, quàm ſapiens, & in-
ualor, eo qui iuſtè graditur. ſecundum *text.*
Bonifacij VIII. *in cap. cum qui* 18. *de præb. in*
6. ſequitur *Nauar. in conſ.* 10. *n.* 8. *circa med.*
262 *lib.* 1. *de elect.* Quin contrà qui alij nocen-
dum eſſe exiſtimauit; ipſe ſuam ſentiat ia-
cturam (ſecundum verba Imperatoris Iu-
ſtiniani *in l. ſi legatarius.* 25. *C. de legat.*) om-
ninò ſanctum, iuſtumque videtur. Hinc er-
go illæ eorū lachrumæ, vt Terentiano vta
mur verbo; quibus iniuſtè excomunicatio-
nis gladio ſe percuſſos acclamant, & poſt
appellationem interpoſitam; vt nullas cen-
263 ſuras dicant. Et quidem venena non dan
264 tur, niſi circumlita; & vitia non decipiūt,
niſi ſub ſpecie, vmbraque virtutis. vt Am-
broſ. inquit *lib. de virgin.*
Et dixit ille:
Impia ſub dulci melle venena latent.
265 Totius autem in iuſtitiæ (*vt Cicero* loqui
tur *lib. de offic.*) nulla eſt capitalior, quàm
eorum, qui cū maximè fallunt, id agunt,
vt boni videantur.

At meminerint illius Catulli dicti:
*Nec facta impia fallacium hominum cælicolis
placent.*
Et illius Ouid. 1. *de arte.*
*Tuta frequēſq. via eſt per amici fallere nomen:
Tuta, frequenſq. licet ſit via, crimen habet.*
266 Verùm duplici iure hoc eorum appel-
lationis retunditur ſpiculum. Et quod ſub
conditione interiecta (quatenus vti Ordi-
narius viſitare vellemus) Cùmq. nos aper-
te reſponderimus, velle tanquā Sedis Apo-
ſtolicæ Delegatum, & citra præiudicium
iurium viſitare, decidit appellationis præſi-
dium, quod eatenus ſubſiſtit quatenus ap-
poſita purificetur conditio, alioquin inter-
poſita minimè videtur. Quia nihil omni-
no in eſſe ponit. *l. ſi quis ſub conditione.* 7. *ff.
de condit. inſtit. l.* 1. *ff. de donat. l. itaque.* 39. *ff.
ſi cert. petat. §. ſub conditione. & §. conditionis.
inſtit. de verb. oblig.* neque effectum ſortitur
268 aliquem conditionalis diſpoſitio, ni ve-
rè conditio extiterit. *l. cedere diem.* 213. *ff.
de verb. ſignif. nos ipſi reſp. noſtra.* 21. *n.* 40.
& 41. *par.* 2.
269 Et quòd nulla admittatur iure appel-
latio, neque ſuſpitionis, vel recuſationis al-
legatio aduerſus ſanctam viſitationem. *ad
tex. in d. cap. ſuper eo.* 12. *de appellat.* potiſſi-
mum verò ſi in poſſeſſione ſit viſitandi ipſe
viſitator. plenè, & in praxi *Genuenſ.* Montis
Marani Epiſcopus. *cap.* 18. *impreſſ. Rom. anni*
1609. quam iiſdem verbis ſequutus fuit
Ric. Epiſcop. Vici Equen dec. 241. *p.* 2. optimè
etiam omnium *Anton Ricciul.* Epiſcop. Vm-
briaticen S. Inquiſit. Miniſt. in hoc regno
de iure perſon lib. 4. *cap.* 61. *n.* 8. 9. & 11.

Proſequuntur propter ea, nullitates con-
fingetes cenſurarum, quòd eas illis mini-
mè antea citatis, nec vocatis, relaxauerimus.

Verum enimuerò, vel non perpenderūt
(quòd intellectus defectus eſt) vel perpen-
dere noluerunt (quod voluntatis eſt pec-
catum) Quod nos, vim vi repellendo pro-
ceſſerimus, noſtra, noſtræque Eccleſiæ iura
tuentes, quæ illi peruertere moliebantur.

Vt

Vt quid enim,ipſis ius nocendi fuit, nobis
autem nos defendendi non item? At læſo
270 magis ſuccurſum iura volunt, quam læ-
denti.ſecundùm Paul. Iurecconſul. *in l.in eo*
*quod plus.*111.§.*mulieribus. ff. de regul. iur.*
Accedit Caius quoque Iurecconſult. *in reg.*
*l.fauorabiliores.*168.*ff.de reg.iur.& reg.iuris*
*Pontificii.*11.*cum ſunt partium. eod. tit.in 6.*
271 Cùm autem vim vi repellendo, bona,
vel iura tuendo Eccleſiæ, Prælatus proce-
dit, contrà de facto attentantes, ac læden-
tes Eccleſias, ac potiſsimùm aduerſus eos,
qui viſitationem interuertere conãtur ad-
uerſus Prælatum,qui in poſſeſsione eſt viſi-
tandi,nullo etiam citato,iurè,iuſtèque pro
cedit.Quia non vti iudex, ſed facit vt pars,
ſe ipſum defendendo; quod iuris naturalis
273 eſt. (*Cumque omnes leges, omniaque iura*
vim vi repellere, cunctiſque ſe defendere per-
mittant, vt in his noſtris terminis Innocen-
tius Quartus in Concil. Lugdunenſi *in cap.*
*dilecto filio.*9.*vbi Scribent.de ſent.excom.lib.*
6.loquitur.*& Felin.in cap.*1.*n.*9.*de iudic.&*
*in cap.ſacro num.*9.*de ſent.excomun.Prouus*
meus Robert. Maranta in ſpecul.p 4.*in* 11.
*diſt.iudi.iudicium ſaeculare, vel Eccleſiaſtic*ũ
*n.*18.*notab.*26.*Lap.alleg.*83.*num.*3.*Couar. in*
*cap.alma mater.p.*1.§.9.*n.*6.*verſ.hinc deniq.*
examinari poteſt.de ſentẽt.excom.in 6. *Greg.*
Sayr.in Theſaur.caſuum conſcient.de cenſ.lib.
1.*cap.*12.*num.*20.*Brognin. Caualcan.dec.Fi-*
*uiz.p.*1.*dec.*28.*nu.*38. *& ſeq. Ant. Ricciul. de*
*iure perſ. lib.*4. *cap.*61. vbi latè proſequitur
*n.*2.*& per tot.ac num.*18.*Barboſ.in collect.ad*
*d.tex.cap.dilecto.n.*5.6.7.*&* 8. & ita in praxi
ſeruari dixit optimè Epiſcopus Montis Ma-
rani *d.cap.*18*in praxi Epiſcop.impreſſ. Rom.*
anno 1609.*Capic. dec.*124.*n.*11. *Doctor Ma-*
*ranta de iuriſd.p.*3.*c.*1.*n.*2. *Ric.* qui *Genuenſ.*
deduxit *d.cap.*18.*in praxi p.*2 *dec.*241. *& p.*
3.*in praxi reſol.*497. *n.*1.2.*&* 3.
274 Quæ ſanè ſententia, & communior, &
in praxi recepta magis eſt, quicquid aliàs
Couar. d. § 9. *num.* 6. *verſ. hinc deducitur*,
dicat,vel vnicam ſaltim deſiderando cita-
tionem;quem ſequitur *Sayr.d.cap.*12.*n.*20.
*in fin.*Cæteroquin inanis omninò, & cluſo-
ria dicti *cap. dilecto.* in Concil. Lugdunen.
habita diſpoſitio euaderet,quæ porro prin-
cipij naturalis nititur fundamento. Quòd
omnes leges, omniaque iura vim vi repel-
lere, cunctiſque ſe defendere permittant.
can.ius naturale. 7. *ibi*: violentiæ per vim
276 repulſio. *diſt.* 1. Quæ autem naturalia
ſunt,immutabilia perſeuerant. §.*ſed & na-*
turalia. inſtit. de iur. nat. gent. & ciuil. S.
*Thom.*1.2.*q.*97.*art.*1. & queadmodũ iudicis
eſt partes citare,ita partiũ ſe tueri,ac defen-
277 dere;nè ſi aliàs fiat illud accidat:& dũ Ro
conſulitur, Seguntum expugnari cõtingat,
& inani poſtmodũ labore vulnerata cauſa
remedium quæratur. Melius eſt enim oc-
currere in tempore, quàm poſt exitium
vindicare,vt Imperator loquitur *in l. vnic.*
C. quando liceat vnicuique ſine iudice ſe vin-
dicare. vnde rectè Poeta admonuit dicens:
Principiis obſta, ſerò medicina paratur,
Cum mala perlongas conualuere moras.
Ex Senec.Trag.8.
Capienda rebus in malis præceps via eſt.
278 Quam ob cauſam licitum cuique ſit,
vim vi repellendo inuaſorem iniquum oc-
cidere;nedum naturali,ſed & diuino,ciuili,
279 atque canonico iure; quia naturale eſt in
omnibus animantibus, vt ſe ipſa tueantur,
atque aduerſa,& contraria repellãt, vt poſt
alios ſequitur *Io.Azor. inſtit.mor. p.*3. *lib.*2.
*cap.*1.*q.*1. *& ſeq.* Ad requiſita verò incul-
280 patę tutelæ defenſionis, illud vnum eſt;
vt in continenti(in ipſo congreſſu)defenſio
atque iniuriæ propulſio fiat,non autẽ poſt
interuallum.eſt *tex.in cap.ſi verò.*3.ibi: in-
continenti, *de ſent. excom. extrà. S. Thom.*
communiter receptus 2.2. *q.* 64. *art.* 7. *vbi*
*Caiet.& alii.Azor d.cap.*1.*q.*2. *plenè Farin.*
*p.*5.*de homic.q.*125.*p.*1.*nu* 3.*cum ſeq. S. Ant.*
3.*p.ſum.tit.*4.*cap.*3.*Couar. in Clem.ſi furio-*
*ſus.de homic.p.*3.*relect.*§.*vn.n.*1.*& ſeq. Na-*
*uar. in Man.cap.*15. *nu.*3. *Leſſ. de iuſtit. &*
*iur.lib.*2.*cap.*9.*dub.*8.*nu.*45. *& ſeq. Molina*
*eod.tract.de iuſt.tract.*3.*tom.*4.*diſput.*2. *Bar-*
*boſ.d.cap.dilecto.n.*4.*de ſent. excom. in* 6,
281 At fruſtra, incaſſumque ſe obijcit, qui
oppoſitioni cauſam ipſe dedit. *cap.vn.* §.
quid etiam ibi: tamen cauſam præſtitiſti
mandato, *& inferius*: te maximè cauſam,
& occaſionẽ præſtante. *vt eccleſiaſt.beneſic.*
*l.*1.§.*ſi omnes. ff.de ventre inſpiciendo.Crauet.*
*cõſ.*83.*n.*2.*Rota in Romana retractus domus.*
3.*Iul.*1589.*corã Card. Mancica.dec.*78.*n.*4.
Ipſi verò fuerunt aduerſarij, qui cauſam
dedere,Curſorem Curiæ carcerando,ac re-
pellendo nè edicta ſanctæ viſitationis affi-
gerentur.Facilè nempè factu erat,ſi ipſi gra
uamen prætendebant(per dictionem,*etiam,*
tanquam Sancta Sedis Delegatus) id nobis
exponere. Aperuiſſemus namque ſenſum
noſtrum(ſicuti diximus) inhærentes ſenten
tiæ,& decretis Sac.Rot.Rom.& citra præ-
iudicium,&c.veluti,etiã, quando per actũ
publicum nobis monitorium Illuſt. A.C.
notificare fecerunt,apertè proteſtati fuimus
velle viſitare tanquam Sedis Apoſtolicæ
Delegatum inhærentes ſententiæ,& decre-
tis Sacrę Rom. Rotę; & citra præiudicium
iurium nobis.noſtræque Eccleſiæ quomo-
dolibet competentium,& nihilominus ne-
que ſic acquieſcere voluerunt. Si licuit igi
tur ipſis de facto offendere; cur nobis de
282 facto nos defendere non licuit? Cum de-
fenſio offenſionis ſit propulſio, non incuſ-
ſio,effectuſque magis negatiuus, quam po-
ſitiuus: correſpectiuitatemque quodammo
do inter ſe habent defenſio ad offenſionẽ;

Digitized by Google

in hoc ſcilicèt,vt vnum alterum propellat,
neque detur vnum, niſi alterum ponatur;
vt diſpoſitum proinde in vno, in altero
quoq. dictũ videatur.*l.fin.C.de in d.viduit.*
tollen. vt quid .n. ſe defendit offenſione nõ
petitur? Quinimò,quod magis eorũ animũ
adſtruit.cum recurſum habuiſſent ad dictũ
283 Illuſ. A.C. à cenſuris à nobis, vim vi re-
pellendo,relaxatis,illeque eos abſoluendos
putaſſet, citra tamen præiudicium iurium
ambarum partium; Dummodo tamen ſe ſe
paratos exibeant dictum Reu.D. Epiſcopũ
ad ſanctam viſitationem dictæ Collegiatæ
Eccleſiæ recipere, ac edictũ ad valuas eiuſ-
dem Eccleſiæ affigi patiantur, iuxta formã
decreti Rotalis.Atque ab Illuſtr.D.Epiſco-
po Andrien(& si ſanè nulliter)abſolutionẽ
obtinuiſſent;neque tamen parere voluere:
284 vnde ex ſequentibus qualis & in præce-
dentibus eorum fuerit animus, qui alio-
quin in pręcordijs abſtruſus permanet,om-
nibuſque imperuius, ſolique Deo ſecreto-
rum ſcrutatori peruestigabilis) manifeſtè
aperitur.*ad text.in l.ſed Iulianus.9.§. proin-
de.* ibi : intelligendumque eſſe ab initio sic
accepiſſe.*ff.ad Macedon. vbi Gloſſ. verb. in-
telligendum.*præſumptione iuris (addit) &
de iure.facit etiam *text.in l. ſi ſeruus plurib.*
53.§ *fin.*ibi:quæ præcedunt,& quæ ſequun
tur.*ff de leg.*1. §. *Pauonum inſtitut. de rer.
diuiſ. Aymon. conſ.*143.*n.*9.*& conſ.*319.*n.*11.
Rota apud S.Memor.Greg.XV.dec. 169.*n.*6.
*Farinac.de delict.q.*20.*n.*35.noſ ipſi *reſp.no-
ſtra* 3.*n.*65.*p.*1.

Abundantiuſque pateſcit; quòd affecta-
uere ſe excommunicari, vt anſam hinc ſu-
merent dicendi inimicum Epiſcopum Iu-
uenacen, vt peterent alteri committi Epi-
ſcopo viſitationem, quod putauere illum
ſimpliciter, ac gratis tanquam Sedis Apo-
ſtolicæ Delegatum,& viſitare, & alia exer-
cere in dicta Terra.Nemo verò ſua ex frau-
de beneficium conſequi debet: eſſet ſanè
ſatis indignum. ſi fraus, & dolus, quæ in
præiudicium noſtri iuris patrare nixi ſunt,
in eorum non redundarent incommodũ,
& iacturam.vt Alex. loquitur III. *in cap.au-*
286 *diuimus* 3.*in fin. de colluſ.deteg. vbi gloſſ.
fin.in fin.*Quin magis, fraudem in ſuum re-
torqueri authorem, dignum planè, ſan-
ctumque exiſtimatur.ex *text.in d.l. penult.
C.de legat.*

Neque enim lex eſt iuſtior vlla.
Quàm necis artificem arte perire ſua.
Vt iuxtà Ouidianum illud:
287 *Diſcant in authorem pœnam redire ſuum.*
Eueniunt enim malo mala. Vt in Prouerbijs
eſt.
Et vt quiſque ſementem fecerit, ita & metet.
Quia nimirum, vt Heſiodorus inquit:
Ipſum ſe lædit, alium qui lædere quærit.
Et Claudianus:
Quàm benè diſpoſitũ terris, vt dignus iniqui
Conſilij fructus primis auctoribus inſtet.
Eodemq. modo Cicero. 2. *Tuſcul.* inquit,
ex quodam Poeta: *Qui alteri exitium parat,
eum ſcire oportet,ſibi paratam peſtem,vt par
ticipet parem.* & conſentiunt ipſæ ſacræ lit-
„ teræ.*Sap.*11.*num.*17.*Per quæ peccat quis,per*
„ *hæc, & torquetur.* Vt pœna correſpondeat
„ culpæ (vt inquit Diuus Dionyſ. Carth.) ſi-
„ cuti ſodomitæ,qui per ardorem, & fœtorẽ
„ ſceleratiſſimæ immunditiæ peccauerunt,
„ per ardorem intenſiſſimum, & fœtorem
„ teterrimum ignis ſulfurei ſunt puniti. Sic
288 ille. quemadmodum ex ſacris hiſtorijs
*Nicephorus lib.*1.*cap.*10. refert de Herodia-
dis filia,quæ cum D.Ioannis caput petijſſet
ab Herode ſaltationis præmium (vt legitur
*Marc.*6.)ea ipſa pęna punita fuit. Nam cùm
ei aliquando eſſet traijciendus fluuius, qui
tempore brumali glacie constrictus,conge-
latuſque erat;mox rupta glacie, capite te-
nus demerſa eſt, & inferioribus corporis
partibus ſaltare cœpit in vndis. ita vt caput
à trunco non ferro,ſed cruſtis glaciei, reſe-
ctum ſit;in memoriam eorum,quę fecerat.
ita quoque *Cardin.Baron.Annal.tom.*1.*an-
no* 33.*fol.mihi.*133.*in fin impreſſ.Rom.*

Et facit perbellè,ac lepidè ſatis emblema
illud Alciati 172.*ſiuè* 173.de Coruo,& Scor
pio ſic dicentis.

Raptabat volucres captum pede Coruus in auras
Scorpion, audaci præmia parta gula.
Aſt ille infuſo ſenſim per membra veneno,
Raptorem in ſtygias compulit vltor aquas.
O riſu res digna: aliis qui fata parabat,
Ipſe perit, proprijs ſuccubuitque dolis.
quod ab Archia epigrammatum Gręcorũ
lib.1.accepit ab alijs ita in latinum verſum:
Quondam conſpicuo ſe coruus in æthere vibrans,
Scorpion intuitus qui volutabat humo eſt,
Quem dum correptum tenuit percuſſit inermem
Raptoris Corui cuſpis acuta pedem.
Atq. neci dedit hunc.In quemquã qui facit, ecce
Illi tantundem debita facta luet.
& ſic ſæpè accidit (vt *Ouid.* 2. *de remed.* lo-
quitur.
Parua necat morſu ſpacioſum vipera taurum:
A cane non magno ſæpe tenetur aper.
Et Lucretius *lib.*5.
Circumretit enim vis,atque iniuria quæque
Atq.vnde exorta eſt,ad eum plerumq. reuertit.

Sed nouiſſima contendamus.Pergunt il-
li, noſque notant quod dixerimus incur-
riſſe illos in *can.ſi quis ſuadente.* ob violen-
tas manus,malaque tractamenta in perſonã
Io.Leonardi Dragoni Curſoris noſtræ Cu-
riæ, & quod illum carceribus detruſere;
Quòd non legerimus S. Congreg. decretũ
ſub S.mem.Greg.XV. Pontificatu ſub datũ
289 Kal.Iunij 1623. quo Clericos Siluaticos
priuilegio Canonis non gaudere declarat.

At cum primis negant, malè ſe erga di-
ctum

ctum Curſorem habuiſſe; idque conſtare
aſſerunt ex depoſitione ipſiuſmet Curſoris,
qui quidem omnia, in ſua apud nos depo-
ſitione, apertè narrauit, quód ipſi ſcripſere
& ſignum Crucis exprimere fecerunt; ne-
ſcit veró quæ ipſi ſcripſere, & in hoc duo
290 ſunt alij conteſtes, vt in ore duorum, vel
trium teſtium ſtet omne verbum. iuxtà Do-
mini dictum. *Mat.* 18. *nu.* 16. & præceperat
prius *Deutor.* 19 *num.* 15. *text. in cap. cùm eſ-
ſes.* 10. *de teſtam. & cap. licet vniuerſis.* 23. *de
teſtib S Thom.* 2. 2. *q.* 70. *art.* 10.
Ipſe veró Curſor ſcribere neſcit. Et ta-
men quid opus erat, quod dicti Curſoris
depoſitionem perquirerent, niſi ad excu-
ſandas excuſationes in peccatis: & quod fe-
cerant, occultare per emendicatam depoſi-
tionem, tentarent? Fraudem autem facere
videtur, qui id facit, quòd facere nõ debuit,
vel qui quod facere debuit, negligit. *l.* 1. *&
292 2. ff. quæ in fraud. credit.* Quemadmodum
inſolita, fraudi ſuſpitionem faciunt *ad text.
in cap. quàm graue.* 6. *de crim. falſi* facit *Rota
apud Creſcent. dec.* 3. *n.* 6. *de conſt.*
Et vulgare dicterium eſt: *Excuſationam nõ
petitam, eſſe accuſationem manifeſtam.*
Deinde non ideò illos excomunicatio-
nis gladio percuſſimus, quòd Curſorem,
vel carcerauerint, vel in eum violenias ma
nus iniicerint; ſed quia reſtiterunt affixtoni
edictorum, & Paſtoralium litterarum, qui-
bus ſanctam viſitationem eis intimabamus
impedientes nos iure vti noſtro per ſanctã
viſitationem, noſtramque proſequi iuriſdi-
ctionem. Vnde vim vi repellendo excomu-
nicationis gladio, noſtra iura, noſtræque
Eccleſiæ tutari coacti fuimus. Cáuſam ve-
rò attulimus, quia prohibuerunt nos ad vi-
ſitationem accedere, malè ſe circa Curſo-
rem habentes, eumque carceribus truden-
tes, & affigi edictum prohibentes. Aſſerti-
uè verò diximus. incidendo in Canonem,
& cætera quæ ſequuntur. Nec iniuria ſanè
Non quidem quòd non nouerimus. Sac.
Congreg. decretum Romæ datum X. Kal.
Iul. anni MDCXXIII. quo eos priuilegio
Canonis non gaudere declarauit. Et quidẽ
294 iuſtè: nam Clerici non ſunt. Neque per
295 dictũ Sac. Congreg. decretum ad habitũ
Clericalem ferendum, quemadmodũ Cle-
296 rici coniùgati, coguntur. *iuxtà text. in c.
vnic. de cler. coniug. in* 6. innouatum à *Sacra
Trid. Synodo ſeſſ.* 23. *cap.* 6. *in fin. de reformat.*
& perpendit *Ricc. Epiſcop. Vici Equen. in pra
xi par.* 4. *reſolut.* 224. *n.* 6. *in fin.*
297 Verùm quia cùm ſit dictus noſter Cle-
ricus perpetuò Eccleſiæ ſeruitio aſcriptus,
gratiſque inſeruiat, vt adnotauit *Barboſ. de
iure Eccleſ. lib.* 3. *cap.* 39. *n.* 16. *& ſequ.* §. 4. at-
que in habitu incedat, & Clericali tonſu-
ra; non leuis authoritatis DD. ſententia
eſt, gaudere eum etiam priuilegio *can. ſi
quis ſuadente,* atque incidere ſimiles percu-
tientes Clericos in excomunicationem di-
cto Canone contentam. ita *Arebid. in dicto
can. ſi quis ſuadente num.* 8. *Felin. in cap. cum
adeo. n.* 2. *de reſcript. Palat. Rauios de donat.
inter vir. & vxor. in cap. per veſtras. in repet.
rubr.* §. 38. *n.* 7. *verſ. quamuis autem. Duegna
in regul.* 99. *Clericũ percutiens. in* 2. *ampliat.
num.* 10. *Detian. tract. criminal. tom.* 2. *lib.* 6.
cap. 17. *num.* 14. *& cap.* 18. *n* 8. *Carol. de Graſſ.
de effectib. Cler. effect.* 9. *in* 17. *ampliat. n.* 74.
298 Nec incõgruè, ſi liceat arguere de con-
uerſis Religionum, quamuis non profeſſis,
cum tantummodo habitum mutauerint in
Religione viuentes, quos gaudere hoc Ca-
nonis priuilegio definitum eſt. *in cap. non
dubium.* 5. *& cap. Parochianos.* 9. *& cap. ſequ.
de ſent. excom. extrà. tex. in can. quiſquis in-
299 uentus.* 17. §. *ſacrilegium.* 17. *q.* 4. Vbi ſacri-
legium committere dicitur, qui iniuriam,
ſiuè ablationem intulerit Clericis arma
non deferentibus, vel Monachis, ſiuè Deo
deuotis, omnibuſque Eccleſiaſticis perſo-
nis. *vbi Gloſſ.* exemplificat dicens: Vt ſunt
Conuerſi, pænitentes, templarij, & hoſpita-
larij, qui gaudent priuilegio Clericali, idem
in can duo ſunt. 7 *vbi Gloſſ. verb. Conuerſi.* 12.
q. 1. vbi Hieronymus inter mancipatos di-
uino officio enumerat Clericos, & Deo de-
uotos, videlicet Conuerſos. *vbi Gloſſ.* Con-
300 uerſi omnes dicuntur Eccleſiaſticæ per-
ſonæ, & verberans talem incidit in Cano-
301 nonem, Conuerſos verò nedum Regu-
larium Eccleſiarum, verum, & ſecularium
exaudit *P. Iacob. Graſſ. deciſ. aur. p.* 2. *lib.* 3. *c.*
5. *n.* 21. *Syluestr. in ſum. verb. Eccleſia* 1. *n.* 6. *in*
5. *quæſit. & verſ.* 5. *de conuerſ. & in verb. ex-
comunicatio.* 6. *in* 2. *q. verſ. de conuerſis autem.
Tappia in auth. ingreſſi. verb. ſua. cap.* 10. *n.* 4.
C. de ſacroſ. Eccleſ. idque probat *Gloſſ. notab.
in d. cap. non dubium.* 5. *de ſent. excom.* quòd
non ſit maior ratio in Conuerſis Regula-
rium Eccleſiarum], quàm ſecularium, ex
quo ſe, & ſua diuino obſequio tradidere;
nec mirum ſit, ſi eorum gaudeant priuile-
gio, quorũ vitam, & religionem aſſumunt:
benigniorem que hanc ſententia, appellat,
atque ſequendam proinde. & hanc Gloſſ.
poſt alios ſequitur *Aufrer. tract. de poteſt. ſe-
cul. in Eccleſiaſt. reg.* 3. *in* 1. *declar. n.* 2. *fol. mi-
hi.* 310. *in minori impreſſ. Colon. anno* 1597.
Barboſ. in eod. cap. non dubium. 5. *n.* 4. Et pri-
uilegium non loci cauſa, ſed Dei, cui locus,
religioque ſacra eſt, effectum conſequitur.
Duo nempè Chriſtianorum ſunt genera, vt
302 Hieronym. in *d. can. duo ſunt genera.* 7. 12.
q. 1. docet; vnum eorum, qui diuino officio
mancipati ſunt, vt ſunt Clerici, & Deo de-
uoti, videlicèt Conuerſi; alterum verò lay-
corum. Eſt *Gloſſ. notab. in cap. nullus Iudi-
cum.* 2. *in verb. minores. de foro compet.* dicẽs:
Quos appellauit hic minores? Reſpondet: *Po-
teſt*

leſt dici, quòd ſcholares, ſiuè ſeruientes Eccleſiæ,
303 *deputatos ad eius obſequium; quia illi eodem priuilegio cenſentur*, allegat *text. in can. Eccleſiarum ſeruos.66.12.quæſt.2.* Gloſſam ſequitur *Belluca in ſpec. Princ. rub.11. §. videndum eſt num.6.* & pluribus etiam *Ricc. Epiſcop. Vici* ad
304 quæſtionem an percutiens Conuerſos Præsbyterorum ſecularium in communi viuentium, ſit excommunicatus? Affirmatiuè reſpondet ſi ijdem Conuerſi incedant in habitu Clericali, & actu ſeruiant. *part.2. in praxi reſol.*419. & eum ſequitur *Reu. Io. Maria Bellett. Epiſcop.* Hieracen. *diſquiſ. cler. part.1. tit. de fauor. cler. can.§.1.num.36. Carol. de Graſ. d. effect.9.num.70.in 14.ampliat.& nu.71. Barboſ. in collect. ad d. cap. non dubium, num.4. de ſent. excom. Detian. d. lib.6. cap.17. num.10. tract. crimin.*
305 Nec contra nos eſt Rotæ deciſio in antiquioribus per *Biſignettum deciſ.2. de probat.* quæ per aduerſæ ſententiæ aſſeclas, tanquã Herculeus clauus aſſertur; Si enim rectè perpendãtur deciſionis verba, & ratio; haud ad rem noſtram facere, neque applicari terminos, (vt ita dixerim,) perſpexerimus: ait
„ nempè deciſio: *Contra quendam obijcitur, quod*
„ *non valet prouiſio, ſeu collatio de beneficio ſibi*
„ *facta, ex eo quia erat excommunicatus tunc ra-*
„ *tione manus iniectionis violentæ in Clericum, vel*
„ *Præsbyterum. Quæritur, an ſufficiat probare ma-*
306 *manus iniectionem in eo, qui pro Clerico, vel*
„ *Præsbytero habebatur, & reputabatur, & erat in*
„ *poſſeſſione habitus, & tonſuræ Præsbyteratus, vel*
„ *Clericatus, vtrum concludenter probetur prædi-*
„ *ctus obiectus? Videtur quod non, quia in crimini-*
307 *bus obiectus debent eſſe luce clariores. C. de*
„ *prob. ſciant cuncti.* Hæc deciſio.

Ecce tibi ex verbis deciſionis, quàm diuerſa, & facti ſpecies, & ipſa decidendi ratio ſint ab his, quæ in noſtrã incidunt controuerſiam; neque enim nos loquimur de eo, qui æſtimatione dumtaxat Clericus habetur, quo in caſu præſumptio veritati cedere debet; ſed vtrum addictus perpetuò Eccleſię ſeruitio, & in habitu, & tonſura incedens Clericali, in ſignum vitæ, & ſtatus mutationis, ſicuti, vt Eccleſiaſtica perſona gaudet fori priuilegio (quòd in difficultatem non
308 vertitur, neque per dictum decretum Sac. Congreg. neque per noſtros Aduerſarios, ſatis ſciolos, & oculatos:) Ita quoque, & canonis? Et ex allatis rationibus gaudere dicimus. Quemadmodum, & Pœnitentes, tem-
309 plarij, & hoſpitalarii gaudent, *Gloſſ. in d. can. quiſquis.17. verbo, Eccleſiaſticis.17. quæſt.4. Gloſſ. in d. can. duo ſunt genera 7. in fin.12. qu.1. Detian. d. lib.6. cap.17. nu.11. Gloſſ. item in cap. ſciant cuncti.12. verb. Eccleſiaſticas. de elect. in 6. text. ſup. allatus d. can. quiſquis inuentus.17.§. ſacrilegium, 17. quæſt.4.* vbi ſacrilegium com-
310 mittere dicitur, qui iniuriam intulerit Clericis arma non deferentibus, vel Monachis, ſiuè Deo deuotis, omnibúſque Eccleſiaſticis perſonis. Diſtinctionem nempè habet hic ſacer canon, diuerſarum perſonarum, in quas ſacrilegium committitur, eaſque enumerat: Clericos, Monachos, Deo deuotos, & nouiſſimè omnes Eccleſiaſticas perſonas.
311 Nihil igitur excludit qui omnes dicit, *tex. in cap. ſolitæ.6.§. nos autem. de maior. & obed. & nos reſp. noſtra.10. nu.59. part.1.* in omnes igitur Eccleſiaſticas perſonas committi ſacrilegium per manuum iniectionem, docet ibi ſacer Canon. At non dubium eſt, etiam ex decreto Sacr. Congreg. hos Diacones inter Eccleſiaſticas numerari perſonas; Gaudebũt vtrique, & priuilegio Canonis, ſi ita vt diximus ſeruitio mancipati fuerint, in habitu, tonſuraque incedentes. Omnes autem, qui pro aduerſa nobis ſunt ſententia, non determinant caſum noſtrum, ſed dumtaxat in eo, qui ſe fundat in poſſeſſione, vel quaſi Clericatus loquuntur, vt plenè per *Carol. de Graſſ. de effect.9. num.75. & 76. Diana reſolut. mor. part.3. tract.1. reſolut.69.*
312 Verum obijciunt nobis Sacr. Congreg. decretum, quo Clericos, ſiuè Diaconos Saluaticos haud gaudere Canonis priuilegio apertè decretum eſt, vt ſit hoc argumentorum omnium Achilles: quod nos inficias minimè imus. Sed perpendendum dicimus; Eminentiſſ. Patres, & Dominos, non loqui in facti noſtri ſpecie; loquuntur enim ipſi in ſimplici caſu Diaconorum Saluaticorum, quos ad certum numerum pro ſeruitio Eccleſiẽrum creari per Epiſcopos poſſe decernunt, etiam mandato SS. D. Fœl. Memor. Gregor. XV. & eos priuilegio Canonis non gaudere declarant. Non verò determinat S. Congr. an in habitu Clericali incedere debeant, nec ne. Vnde (vt ſupra dixi-
313 mus) poſſe hos etiã laycali habitu vti, quia nullum ſuſcipiunt ordinẽ certum planè eſt; cùm id decretum præfatum minimè dicat, vt neque nos dicere debeamus, *ad tex. in can. conſuluiſti.18.§. & quod Sanctorum Patrum.2. quæſt.5. diximus nos reſpon. noſtra.30. num.7. part.1.*
314 Sub iuris communis itaque diſpoſitione permanebit caſus hic à decreto præfato obmiſſus, *ad tex. in l. commodiſſimè.10. ff. de lib. & poſthu. cap. cum venerabilis.7.§ quia igitur. de religioſ. domib. Flam. Carthar. dec. Genua.35. num.2. & 6. Rota part.1. tom.1. in recent. deciſ. 171. num.2. & part.4. diuerſ. deciſ.662. num.3. & deciſ.673. num.4. & apud Sanct. Memor. Gregor. XV. deciſ.90. num.15.*
315 Alioquin erit quæſtio de vocabulis. Et quatenus in dubium reuocetur negotium, erit ſanè ad ipſam S. Congreg. recurſus habendus, vt dubium in apertum deducat ſua
316 deciſione. Eius eſt nempè declarare, cuius eſt condere legem, *l. fin. C. de legib.* ſicuti eadem S. Congreg. in caſu controuerſo, illam

ſibi

ſibi retinuit; *Declarationem* (dicens) *in caſu
controuerſia,eadem Sacra Congregatio ſibi re-
ſeruat.*

Neq; quæ dicimus aliena à mente dicto-
rum Eminentiſſ. Patrum videntur, cùm ipſi
„ addiderint, *ſed ſi alicubi maioribus* (dicti Dia-
„ coni Saluatici) *vtantur priuilegijs , & immu-
„ nitatibus* (*ex legitima conſuetudine*)*illam debere
„ attendi.*

317 Neq; nos in ſola habitus delatione fun-
damentum noſtræ concluſionis ſtatuimus,
neque in ſola addictione ſeruitio Eccleſiæ,
ſed in vtroque , vt ſit perpetuò ſeruitio ad-
dictus Eccleſiæ, atque habitum, tonſuram-
que in ſignum mutationis vitæ, deferat, de
quibus in decreto præfato Eminentiſſ. Pa-
tres,cum non meminerint,ſed in caſu ſim-
plici Diaconorum Saluaticorum loquuti
fuerint , meritò illos Canonis priuilegio
haud gaudere dixerunt,quòd nullo alio ad-
minicu lo fulciantur,vt gaudere ipſo valeāt
Canonis priuilegio. Potiſſimùm,quòd & ſi-
318 quidem ſola habitus delatio , neque Cle-
ricum, neque Monachum faciat, ſed regu-
laris ipſa profeſſio, *cap. porrectum.13. & cap.
ex parte.22.de regular.Sacr.Trident.Concil.ſeſſ.
14.cap.6.de reformat.* Ita tamen in hoc neceſ
319 ſaria eſt, vt ſi quis in Clericum , verè aliàs
Clericali tonſura inſignitum,ſine tamen ha
bitu,ac ſine tonſura incedentem, & milita-
ria arma geſtantem violētas inijciat manus,
neque hic tamen in Canonem incidat *ſi quis
ſuadente*,quòd pro layco præſumatur,*tex.in
cap. in audientia.25. de ſentent. excomm. extrà.
Doctor Marta de iuriſdict par.2.cap.11.num.8.
& ſeq.Bellett.diſquiſ Cleric.d tit.de fauor.Cler.
canon.§.2.nu.24 Paul Fuſc. Epiſcop. Rauellen.
in ſingul.ſing.109. lit.C.* vbi in quocumque
Clerico loquitur non incedente in habitu,
ſi eū percutiēs ignorabat eſſe Clericū, & eū
ſequitur *Cened ad decretum collect.24.num.16*
potiſſimùm verò ſi per longa temporum
interſtitia (non ſemel,atque; iterum) habi-
tu dimiſſo Clericali, incedat, vt laycus ma-
gis,quàm Clericus habeatur. *Suar.tom.5. de
cenſur.diſput.22.ſect.1.nu.11.* quem ſequitur
*Aegid.de Conink.de cenſur.diſp.14 dub.15.num.
163.& Squillant de priuil. Cler. priuil.6. num.
10.in fin.Barboſ.de iure Eccleſiaſt.lib.1.cap.39.
§.1.num.11.*

320 Quo ſundamento ſic poſito , conſequi-
tur rectè, habuiſſe locū diſpoſitionem, *text.
in cap.ſi clericos.11.de ſent.excomm.lib.6.* cuius
ſenſum haud percepiſſe , Aduerſarij noſtri
ipſi palam faciunt : Eo nempè textu diſpo-
nit Bonifacius Octauus, eius conditor: Præ-
latum capi facientem ſuæ iuriſdictioni ſu-
biectos Clericos, etiam per laycos , eoſque
propter commiſſos exceſſus carceribus tru-
dentem , pœna debita poſtmodum ferien-
dos,nulla excomunicatione nodari . Quòd
ſi verò ex propoſito in hoc excedatur , te-
meritatem, vel iniuriam, vtique deprehen-
di. Vnde text.illum communis DD.omniū
concors ſententia ſenſu à contrario exau-
321 diendo,docet, ſi iniuſtè Clericus carcere-
tur, vel capiatur, nodari vtique Prælatum
excommunicatione, multóque magis ſi nō
proprius , ſed alienus Prælatus alienum
Clericum iniuſtè , vel capiat, vel detineat,
quod iniurioſè id facere videatur. *Ancharan.
in d cap.in 2.notab.Dominic.alijque omnes*, ita
quoque *Epiſcop. Montis Marani in ſua praxi
cap.mihi 34. num.3. Io. Segura in director. iud.
part.2.cap.13.num.12.* hoc autem eſt , quòd
Archipræsbyter Terlitien admiſit ; iniuſtè
hunc Clericum carcerando. In ſententiam
itaque incidit Canonis . Non ergo ſenſum
tenuere illius Aduerſarij . Perperam igitur
nota nos afficiunt textum attuliſſe ad rem
(vt ipſi autumauere) non facientem.

Perpendendum præterea hanc huius fa-
miliaris noſtri, noſtræque Curiæ, carceratio-
nem, & quòd malè quoque ſe habuerunt in
illum, non in ſui ipſius iniuriam proceſſiſ-
ſe, ſed noſtri, noſtræque Curiæ , quod edi-
ctum ſanctæ Viſitationis affigere voluit, in
quo erat in contumaces, ac contradictores,
& rebelles decreta ipſo iure excommuni-
catio, atque incidiſſe proinde ex hoc capite
in cenſuras , quamuis familiaris prædictus
merè laycus fuiſſet, ad doctrinam *Glo. in cap.
quoniam,4.in verb. propinquorum, de immunit.
Eccleſ. lib.6. argum. illius text. & in cap.ſciant
cuncti. 12. verb. conſanguineos de elect. eod.lib.
& in cap.quicunque 11.verb.ſuorum de ſentent.
excommun.eod.lib.* vbi ſuorùm nomine exau-
dit propinquos, & familiares. Rationemque
addit ſatis ad rem noſtram concinnam *Fon-
tana in Gloſſella marginali* : Quia (inquiens)
fit occaſione Clericorum iſta percuſſio, *&
Franch.* ſequitur hanc ipſam perpenſionem
*Io.Maria Bellett.Epiſcop.Hieracen. d.tract diſ-
quiſ.cleric.part.1.de fauor. Cleric. canonis. §.2.
num.21.in fin. Tiraq.in tract. de pœnis. temper.
cauſa 5.num.66. & 67.* vbi ex allatis textibus
„ concluſionem elicit ; Paria eſſe (inquiens)
„ aliquem vexare, opprimere, grauare, aut cō-
„ ſanguineos ipſius, & æquè puniri offenden-
„ tem conſanguineum Clerici , atque ipſum
„ Clericum offendiſſet : quod & voluit *Gloſſ.
in Clem.grauis,2.in verb. quomodolibet.de ſent.
excommun.& ibi Panorm. & Felin.in cap.litte-
ras.col.penult.de præſumpt.* Hæc Tiraq. *& nu.
74.ex Rom.in repet.rub.ff.de arbitr.col.18.verſ.
quid autem ſi permiſſum* . vbi expreſsè dicit:
„ Quòd vulnerans conſanguineum Clerici,
„ ob id , quod Clericus ei quidquam fecerit,
æquè eſt excommunicatus , ac ſi Clericum
vulneraſſet . Quod dictum ſingulare appel-
lat, & ſequitur *Felin.in cap.Eccleſia S. Mariæ,
col.42.num.99. de conſtit. & Hippol. ſing.204.
Percutiens Clericum num.1.* ſequitur *Cened.d.
collect.24. ad decretum nu.15. Addentes ad De-*

tium

Detium in l. in omnibus. 68. ff. de regul. iur. littera M. verb. Clericus, & Barboſa in collect. ad d. cap. quicumque de ſentent. excom in 6. num. 3. & in d. cap. ſciant cuncti. num. 4. de elect. in 6. Duegna d. reg. 99. Clericum percutiens, num. 11. in 11. ampliat. Gallett. in Margar. caſum conſcient. verb. Clericus §. Clerici conſanguineum, fol. mibi, 42. quem conſcripſit. *Nald. in ſua ſum. verbo, Clericus num. 18. Detian. lib. 6. cap. 17. num. 15. Carol. de Graſs. de effectibus Clericat. d. effect. 9. n. 115. Squillant. de priuil. Cler. priuil. 6. n. 21. & 22. Sanchez de matrim. to. 1. lib. 4. diſp. 4. n. 8.*

His itaq; ſatis diluiſſe nos putamus aduerſus nos obiecta per Aduerſarios: quòd nullas proclamauerint cenſuras ex confictis ſibi ipſis cauſis, vt hominum fortaſſe effugerẽt iudicium; ſed Dei viuentis, & videntis neq; viui, neq; defuncti effugiẽt iudiciũ iuxta S. Eleazaris (cordibus inſculpendum) dictum 2. *Macchab. 6. num. 26.* ſicuti neque nos, ſi perperam egimus. Vnde ſuo proprio iudicio cenſuris nodati interim ſacris ſe immiſcere voluerunt, vt irregulares fierent, (vt ſupra diximus) peſſimumque præberent laycis xemplum, cùm aduerſus eos cenſuris, iuſtis ex cauſis, agunt Eccleſiarum Præſules, vt eos ad obedientiam reuocent. ſimiliter, & ipſos ſe excuſandi, quin magis accuſandi, & *Exemplo monſtrante viam.* vt Manilius dixit.
324 Medicinalis eſt enim excommunicatio,
non mortalis, diſciplinans non eradicans,
ſecundùm verba Innocentij IV. in Concil.
Lugdunen. *in cap. 1. de ſent. excom. in 6.* Quæ
verò mali ſunt exempli graui pœna feriuntur,
quantumuis abſque dolo fiant, vt Paul.
325 loquitur Iureconſul. in *l. ſi quis aliquid 38.*
§. abortionis. ibi: Et ſi dolo non faciant, tamẽ
quia mali exempli res eſt, *ff. de pœn. l. 3. §. adiectio antem, ff. ad l. Cornel. de ſicar.* Vbi Martia-
„ nus ſequentibus fatur: *Sed ex Senatuſconſulto*
„ *relegare iuſſa eſt ea, quæ non quidem malo animo,*
„ *ſed malo exemplo, medicamentum ad conceptio-*
„ *nem dedit. text. in cap. niſi 3. de authorit. & vſu*
pally. Et ex ſacris litteris 1. *Reg.* 2. de filijs Heli propter eorum malum exemplum, *nu.* 17. dicit Scriptura: *Erat ergo peccatum puerorum grande nimis coram Domino; quia retrahebant homines à ſacrificio Dei:* vnde propterea in pœnam, vno die ambo mortui ſunt, *eod. 1. Reg. cap. 4. nu. 11.* Vbi Dionyſ. Carthuſ. *Erat enim peccatum puerorum grande nimis coram Domino,* ideſt diutno iudicio, quia ſacrilegi
„ erant in Deum, & violenti, ac ſcandaloſi in
„ proximum, & totam Comunitatem. Impe
„ diebant homines à legitima immolatione,
„ & propter abuſum eorum multi omiſerũt
„ ſacrificia debita præſtare. Hæc Dionyſius.
327 Peruadunt nempè exempla (maiorum
præſertim) aliorum animos:

Scilicet in vulgus manant exempla regentum

vt Claudianus dixit, & Ouid. 6. *Faſt.*

Sic agitur cenſura, & ſic exempla parantur,
Cum iudex in alios quod monet ipſe facit.

At magis (vt Princeps Apoſtolorum Petrus *epiſt. 1. cap. 2.* loquitur) *Sic eſt voluntas Dei, vt benefacientes, obmuteſcere faciatis imprudentium hominum ignorantiam.*
328 Namque, vt Auguſt. *lib. 1. de paſtor.* inquit:
Qui in conſpectu populi malè viuit, quantum in ipſo eſt, eum, à quo intenditur, occidit. Omnis, qui malè viuit in conſpectu eorum, quibus præpoſitus eſt, quantum in ipſo eſt, occidit; Et fortè qui imitatur, moritur, qui non imitatur, viuit; & tamen quantum ad illum pertinet, ambo occidunt. Hæc Auguſt. Rationemq; affert *Ariſtot. lib. 10. Ethic.*
319 Quoniam magis mouent exempla, quàm
verba. Et *Cicero 3. de Orat.* Duo illa nos maxi
mè mouent (inquiens) ſimilitudo, & exem-
330 pla. Etenim per exempla rem melius, &
oculata fide intelligimus, vt loquitur *Ioan. Neuizan. in ſylua nuptiali lib. 3. num. 5. & 6. in minor. impreſs. Lugdun. in 4. & 5. ratione, ex Galiaula in l. 1. col. 1. ff. de verb. oblig.*

Attendant igitur ipſi, & videant quantã
ſcandali cauſam præbuere. Væh autem eſt
331 homini illi, per quem ſcandalum venit,
vt Chriſtus Dominus noſter nos docuit
332 *Matth. 18. num. 7.* Væh verò damnationem
ſecum trahit æternam. *ſecundum S. Antonin. in 2. part. ſum. tit. 7. cap. 4. §. 4. verſ. ſimiliter cum quis,* & diximus *reſpon. noſtra. 24. n. 38. & 39. & reſp. 43. n. 84. p. 2.*
333 Quid ſit porrò damnatio æterna,

Non mihi ſi lingua centum ſint, oraque centum,
Omnia pœnarum percurrere nomina poſſem.

Audiant Epulonem illum diuitem, qui in-
„ duebatur purpura, & byſſo, & epulabatur
„ quotidiè ſplendidè: qui, eleuans oculos ſuos
„ cum eſſet in tormentis, vidit Abraham à
„ longe, & Lazarum in ſinu eius; & ipſe cla-
„ mans dixit: *Pater Abraham miſerere mei, &*
„ *mitte Lazarum, vt intingat extremum digiti ſui*
„ *in aquam, vt refrigeret linguam meam, quia cru*
„ *cior in hac flamma. Luc. 16. 19. & 23. & 24.* vbi
Dionyſ. Carthuſ. *art. 39.* in illis verbis: *Cum*
334 *eſſet in tormentis:* Damni, & ſenſus, (inquit)
„ videlicet in carentia Beatificæ fruitionis Dei
„ atque in ſenſibilibus ſupplicijs tartari. Eſt
„ quippè in illis æternaliter condemnatis val
„ dè multiplex dolor, vt puta ex dœmonum
„ horribili viſione, ex maioris mali pænalis fu
„ turi timore, ex remorſu conſcientiæ, ex cer
„ ta cognitione irrecuperabilis ſuæ dãnatio-
„ nis, & deſperatione omnis ſalutis, nec tan-
„ tum affliguntur ab igne tartareo, quãtum
„ puniuntur in mente ex eo, quod ſciunt nũ-
„ quam ſe liberandos, vt dicit Albertus. Hæc
Carthuſ.

Et obſeruat D. Io. Chriſoſt. *hom. in Euang. ſecundum Lucam in hunc locum tom. 2.* in illis verbis: *Cum eſſet in tormentis:* Euangeliſtam non dixiſſe, cùm eſſet in tormẽto; ſed cùm eſſet in tormentis. Quaſi non vnum, ſed di-

uerſa

nerſa tormentorum genera ſignificentur,
quibus miſer ;ille diues cruciaretur , vt lo-
quitur doctiſſimus *Maldonat.in hunc locum
n.23.in fin.* Multa enim tormenta tàm in
hac vita , quàm in alia ſibi aequiſiuit , vt P.
Corenus in hunc locum loquitur. totus nem-
pè in tormentis erat , oculos ſolos liberos
habebat, vt alterius lætitiam poſſet aſpice-
re,vt magis torqueretur ; quia non habet,
quod alius habet , aliorum diuitiæ eorum,
qui in paupertate ſunt tormenta ſunt , vt
etiam refert *S.Thom.in Cat.in Euang. in hũc
locum ex Chryſoſt.*

335 Et S.Iſid. *lib.1. de ſummo bono* de inferni
igne loquens. *Ignis gehennalis* (inquit) *lu-
cebit miſeris ad augmentum,vt videant vndè
doleant; & non ad conſolationem , ne videant
vnde gaudeant.*

336 Atque de meditatione gehennalis ſup-
,, plicij ſequentibus loquitur. *Intende nunc
,, quaſcunque ſeculi pœnas,quoſcunque tormen-
,, torum dolores , quaſcunque dolorum acerbi-
,, tates,& compara totum huic gehennæ,& leue
,, eſt omne , quod pateris. Duplex damnatorum
,, pœna eſt in gehenna ; nam & mentem vrit
,, triſtitia,& corpus flamma.*

337 Hugo verò *lib.4. de anima*: ſic infernũ
deſcribit : *Infernus locus eſt ſine menſura,
profundus ſine fundo , plenus ardore incom-
parabili, plenus fœtore, intolerabili,plenus do
lore innumerabili: ibi miſeria,ibi tenebræ,ibi
ordo nullus.ibi horror æternus , ibi nulla ſpes
bona,nulla deſperatio malitia.* Hæc Hugo
locus eſt denique omnium malorum ag-
gregatione refertus. Hæc cogita ſemper ne
pecces.Hoc pacto deſcendant in infernum
peccatores viuentes. iuxta *Pſal.* 54. *nu.* 16.

338 Gentilemque hominem Virgilium,& ſi
inſignem Poetam. auerſandum in hac re
haud putauimus.Audi illum 6. *Aen.* ita lo-
quentem; faciet enim ad rem noſtram,Ae-
gyptum ſpoliantes;atque obſtupeſces:

,, *Veſtibulum ante ipſum , primiſque in fauci-
bus Orci*
,, *Luctus,& vltrices poſuere cubilia curæ,*
,, *Pallenteſq.habitant morbi. triſtiſq. ſenectus,*
,, *Et metus,& malè ſuada fames , & turpis ege-
ſtas.*
,, *Terribiles viſu formæ , Letumque, laborque,*
,, *Tũ cõſanguineus Lethi ſopor , & mala mentis*
,, *Gaudia, mortiferũq. aduerſo in limine bellũ,*
,, *Ferreique Eumenidum thalami,& diſcordia
demens.*
,, *Vipireum crinem vittis innixa cruentis.*

Et Lucretius 3,

339 *Verbera Carnifices,robur,pix,lamina tædæ,*
,, *Quæ tamen,& ſi abſũt,& mẽs ſibi cõſcia factĩ*
,, *Præmetuẽs,adhibet ſtimulos, torretq.flagellis:*
,, *Nec videt interea cui terminus eſſe malorum*
,, *Poſſit,nec quæ ſit pœnarum,denique finis.*

Sic horribiliter Gentiles Poetæ de inferni
pœnis loquuti fuere. Sed horribilius, ve-
riuſque Reg.Pſaltes Dauid *Pſal.X.n.7.Pluet*
(inquit) *ſuper peccatores laqueos : ignis, &
ſulphur, & ſpiritus procellarum pars calicis
eorũ.* vbi L'onyſ.Carthuſ. *art.*20. In futuro
,, autem iudicio (dicens) pluit Deus laqueos
,, ſuper peccatores,quoniam tradet eos dam-
,, nationi æternæ , quam euadere non vale-
,, bunt : ſed & in inferno ligabuntur : proij-
,, cientur enim ligatis manibus,& pedibus in
,, tenebras exteriores . Et in inferno erunt,
,, ignis inextinguibilis , ſulphur , ideſt fœtor
,, horribililis, & ſpiritus procellarum , ideſt
,, intolerabilis ſtrepitus clamoris , & vlu-
,, latus miſerorum , aeris in tempeſtas, &
,, variorum tormentorum grauiſsimus ſtre-
,, pitus ; pars calicis , ideſt pœnæ eorum:
,, tanta enim eſt pæna ipſorum , quod tota
,, explicari non poteſt , nec plenè , ac inte-
,, grè cogitari : nam alia multa genera tor-
,, mentorum , quæ hic enumerata non ſunt,
,, imò quæ nulli hominum innoteſcunt , in
,, inferno erunt,& ſunt. Hæc Carthuſ.Et alter
,, alter Carthuſ.Frãc.de Puteo in Caten. aur.
,, ſuper Pſal. in hunc locum ex Gregor. *in
,, Iob. lib.*15. *moral.* Dicendo namq. laqueos,
,, ignis,ſulphur,ſpiritus procellarum, multos
,, nimirum dolores intulit , ſed quia ab his
,, doloribus peccator, qui non corrigitur ad
,, æterna ſupplicia vocatur , eoſdem dolores
,, non iam totum calicem,ſed partem calicis
,, dicit; quia videlicèt eorum paſsio hic qui-
,, dem per dolores incipitur , ſed in vltione
,, perpetua conſumatur.Hæc Greg.

Hoc eſt igitur vęh,quòd ijs , qui alios ſcan-
dalizauerint adueniet. Caueant ergò ſi ſa-
piunt;ne & ipſi veniant in hunc locum tor
mentorum (vt diues ille petierat à Patre
341 Abraham *Luc.*16.*n.*28.) Ni fortaſſis Ce-
leiæ Comitem ſubſequi voluerint, de quo
Panorm. in geſtis Regis Alphonſi memi-
nit; qui vxore necata propter concubinam,
quam domi habebat , reliquum vitæ tem-
pus ſceleſtiſſimè ad nonageſimum vſque
vitæ ſuæ annum vixit; moriens verò ſepul-
chro tale inſcripſit Epitaphium:

,, *Hæc mihi porta eſt ad inferos,*
,, *Quid illic reperiam,neſcio.*
,, *Scio quæ reliqui.*
,, *Abundaui bonis omnibus ,*
,, *Ex quibus nihil fero mecum,*
,, *Nec quod bibi,atque edi*
,, *Quodq.inexauſta voluptas exhauſit.*

Rfert *Iul.Caſ.* Capac. *de impreſſis lib.2. cap.*
342 15.*in fin.* ſic homo iſte diues , qui mor-
tuus ſepultus eſt in inferno.*Luc.*16.22. Hoc
eſt anima eius in profundo infernalium ſup
pliciorum eſt collocata,& infra terrã quaſi
in tumulo poſita, concluſa, ac relegata. vt
Dionyſ. Carthuſ. ibidem loquitur ; & Au-
guſt.in quæſt.Euangel.Sepultura autem in-
ferni (loquitur) pœnarum profunditas eſt,
quæ ſuperbos,& immiſericordes poſt hanc

vitam vorat.& eum refert S. *Thom. in Cat. in Euang in hunc locum.*

Quoniam autem ſatis perperam de Epi-
ſcopo loquuti aduerſarii in eorum mani-
feſto fuere; Admonendos eos, vt filios cha-
riſſimos (iuxtà S. Apoſtoli Pauli dictum *1. ad Cor.4.n.14.*) putauimus. Oſtendunt nē-
pè ſe in eo, quod errantes dixere, ignorare
qui nam ſunt Epiſcopi in Eccleſia Dei, &
343 quanta eorum dignitas. Omnis verò qui
peccat, & errat, in eo, quod errat ignorans
eſt, vt Ariſtoteles teſtatur. Ignorantia autem
344 mater cunctorum errorum vocatur, atq.
maximè Sacerdotibus Dei vitanda. *can.*
345 *ignorantia.1. diſt.*38. Sunt itaq. Epiſcopi,
quos Spiritus Sā̃ctus poſuit regere Eccleſiā
Dei, quā acquiſiuit ſanguine ſuo. vt Paul.
Apoſtol. *Act.20.n.28.* loquitur Epheſijs ver-
ba faciens. *Sac.Trident.Cōcil.ſeſſ.6. c.1.de reformat.& ſeſſ.23.c.4.de Sacram.ordin. Card. Robert Bellarm.* & ipſe Archiepiſcop. Ca-
puan. *Illuſtr. controuerſ. tom.1. lib.1. de Romano Pontifice.cap.6.col.4. lit. D.verſ. poſtremo ſi plebs & cap.7.col.4.lit.etiam D.verſ.primum regimen Eccleſiæ.*

346 Et ſunt verè Principes, & paſtores, vt
loquitur idem Cardin. *Bellarmin.d. lib.1. de Rom. Pontifice.cap.2.in fin. lit.G. verſ. de Eccleſia teſtamenti.& cap.9. col.16. lit. D. verſ. vtrum autem expediat.* vbi dicit: Summum
347 Pontificem ſub ſe habere Epiſcopos, vt
veros Principes, non vt Vicarios, & pro-
reges. Sanctus quoque *Hilarius* commen-
tariorum in *Matth.can.26.in fin.* ſuper ver-
„ bis illis *cap.24.45. Quis putas eſt fidelis ſer-*
„ *uus,& prudens quem conſtituit Dominus ſu-*
„ *per familiam ſuam, vt det illis cibum in tem-*
„ *pore?* Quis nam eſt (inquit) fidelis ſeruus,
„ & prudens, quem conſtituit Dominus ſu-
„ per familiam ſuam? Quamquam in comu-
„ ne nos ad indefeſſam vigilantię curam ad-
„ hortetur: ſpecialem tamen populi Princi-
„ pibus, ideſt Epiſcopis in expectatione, ad-
„ uentuque ſuo ſolicitudinem mandat. Sic il-
le. Populi itaque Principes ſunt Epiſcopi.
Epiſcopi nēpè Summi Sacerdotes, & Apo-
ſtolorum Vicarii nuncupantur. *cap.1.§. per frontis chriſmationem. de ſacra vnct. extra.*
vbi Innocent. III. de Epiſcopis loquens, ſe-
quentibus fatur: *Vnde* (inquiens) *cum cęteras vnctiones ſimplex Sacerdos, vel Præsbyter valeat exibere, hanc* (Chriſma ſcilicèt) *non niſi ſummus Sacerdos, ideſt Epiſcopus debet conferre. Quia de ſolis Apoſtolis legitur, quorum Vicarii ſunt Epiſcopi, quod per manuum impoſitionem Spiritum Sanctum da-*
348 *bant.* Hæc Innoc. In locum nempè ſuc-
ceſſerunt Apoſtolorum Epiſcopi *can.in nouo.2.§.ipſis quoque decedentibus. 21. diſt. & can.quorum vices. 6.68 diſt.* vbi Auguſt. ex-
plicat illud *Pſal.44. Pro patribus tuis nati ſunt tibi filii.* Patres miſſi ſunt Apoſtoli (in-
quiens) pro Apoſtolis filij nati ſunt, & cō-
ſtituti Epiſcopi. *Sac.Trid.Concil.d.cap.4.ſeſſ.23.de ſacram. ordinis.* Quinimò ipſius Chri-
ſti Vicarii ſunt,& Dei. Innocent.III. *d.c. vn. §.ad exibendum autem de ſacra vnct.* dicens.
Caput inungitur (ſcilicet Epiſcopo) vt oſtēdatur illius repræſentare perſonam, de quo dicitur per Prophetam: ſicut vnguentum in capite eius,&c. caput enim viri Chriſtus: caput autem Chriſti Deus. Sic ille. *Gigans de reſident.Epiſcop.cap.5.n.11.& ſeq.*

349 Inde porrò S. Romana Eccleſia Apo-
ſtolica dicitur, & appellatur, & eſt: quia in-
ter alias, retinet ſucceſſionem Epiſcoporū
ab Apoſtolis, vt poſt Tertul. *lib. de præſcript. aduerſus hæretic.cap.20. & duob. ſequent. ſequitur. P. Martin. Becanus tom.1.opuſc. opuſcul.6 de Eccleſia Chriſti. q.1. concluſ.2. n.6. & q.3.* dum agit de Eccleſia reformata. *concluſ. 4. num. 28. & 29.* inde ex Tertul. & S.
Auguſt. reprobans Eccleſiam reformatam,
quòd non eſt Apoſtolica per ſucceſsionē
Apoſtolorum per Epiſcopos. Et Clemens
V. in Concilio Viennenſi *in Clem.1. §. nec ſuper. de pœn.* Quanta pœna digni ſunt, qui
in Epiſcopos ſe temerarios exibent, oſten-
dens; & ſi rigorem quoque temperet; ſic ſe-
quitur. *Vt ex dignitate offenſi pœnam metiri*
„ *deceat offendentis: Epiſcopi enim dicuntur ſan-*
„ *ctiſſimi, Chriſti legati exiſtunt, ſpirituales*
„ *ſunt Patres, noſtrique fratres, & coepiſcopi, co-*
lumnæ comprobantur Eccleſiæ; quare grauē
„ *oportet eſſe pęnam culpæ violantis dignitatem*
„ *tanta præeminentia adæquandam.* Sic Sum-
mus Pontifex Clemens. eodem modo In-
nocent. III. in Concilio generali in *c.qualiter,& quando. 24.§. & ideo Sancti Patres de accuſat.* Epiſcopos columnas appellat Ec-
cleſiæ. Adeòque præeminent Epiſcopi, vt
350 Angeli appellentur: ita enim commu-
nis Sanctorum Patrum ſenſus eſt *in cap.1. Apocal. Beati Io. Euangeliſtæ num.20.* in illis
verbis Domini. *Septem ſtellæ Angeli ſunt ſeptem Eccleſiarum.* Angeli ideſt Epiſcopi.
Angelos *ibid. S.Thom. Doctor. Angelicus* di-
cit Epiſcopos propter eminentiam, quam
debet habere Prelatus: & rationes ſubne-
ctit quamplures, propter quas Epiſcopi An-
geli vocantur. Sed libet verba afferre Dio-
nyſii Carthuſ. viri doctiſſimi, pariter & ſan-
ctiſſimi in hunc locū *art.3.in fin.* Qui An-
gelos Epiſcopos exaudit: *Cum enim* (in-
351 quiens) *Angelus nuncius interpretetur;*
„ *Epiſcopi, qui à Deo ſunt deſtinati, ac ordinati*
„ *vt voluntatem, præceptaque Dei nuncient,*
„ *rectè Angeli ſunt vocati: Imò cum in Malach. 2. non tantum Epiſcopus, ſed & Sacer-*
„ *dos Angelus nuncupetur; conſtat Epiſcopos*
„ *qui Sacerdotum ſunt Principes, congruentius*
„ *Angelos dici: ſic enim ſcriptū eſt illic: Labia*
„ *Sacerdotis cuſtodiunt ſcientiā, & legē, requi-*
„ *rent de ore eius: quia Angelus Domini*
„ *exe-*

„ *exercitium eſt. Denique iuxta D. Dionyſium;*
352 *ſupremum ordinis inferioris cum infimo*
„ *ordinis ſuperioris præcipuam habet conue-*
nientiam, & interdum nomen vnius tranſit
353 *ad alium.* Cum ergo *Angelus propriè ſit no-*
„ *men cœleſtium ſpirituum infimi chori, ſeu or-*
„ *dinis, Epiſcopus verò ſupremum quid ſit in*
„ *Eccleſiaſtica Hierarchia, conuenientiam ma-*
„ *gnam ſortiti ſunt, & vnum nomen alterius*
deſignatur. Sic Carthuſ. quem etiam ſequitur P. Franc *Ribera* è Societate Ieſu *in eundem locum num.* 119. referens & illud Apoſt.
354 Paul. 1 *ad Corinth.* 11. Ideò debet mulier velamen habere ſupra caput ſuum *propter Angelos* (Propter Epiſcopos nulli expoſuerunt.) Inferens & eodem modo in dictum locum Pauli *Cornel. à Lapide num. 96. ex Ambroſ. Anſelm. & S. Thom.* Angelorum nomine, Sacerdotes, & Epiſcopos exaudiri docet qui *Apocal.* 2. vocantur Angeli; *Ne ſcilicet* (inferens) *eos mulieres non velata forma ſua ad libidinem prouocent.* & eundem ſenſum amplectitur *Carthuſ. in eundem locum art.* 11. Sic item *Martinus Becanus opuſculor. tom. 2. de primatu Regis Angliæ cap. 2. obiect. 8. in 6. titulo n.* 54.
354 Huc igitur ad dignitatem oſtendendā Epiſcoporum accedit, nec immeritò, quòd idem Apoſtolus, & Euangeliſta, ac Propheta Ioannes *Apoc.* 19. *num.* 19. de ſe dicit: Cùm enim ipſe Angelū adorare voluiſſet, qui læta cæleſtis gloriæ, & nuptiarum Agni nūciabat: Et *Cecidi* (inquit) *ante pedes eius, vt*
„ *adorarem eum. Et dicit mihi: Vide ne feceris: con-*
„ *ſeruus tuus ſum, & fratrum tuorum habentium*
„ *teſtimonium Ieſu. Deum adora.* Inde enim non permiſit ſe Angelus adorari à Ioan. propter dignitatē Epiſcopalē, vt optimè *P. Ribera in*
„ *eundem locum num* 18. *adnotat. Quoniam* (in-
„ quiens) *præter dignitatem, quæ hominibus ac-*
„ *ceſſit, aſſumente Filio Dei eorum naturam, hæc*
„ *quoque magna eſt miniſtros Chriſti eſſe eos, &*
„ *Prophetas, & Euangelicæ doctrinæ nuncios; tum*
„ *etiam propter hanc doctrinam vexari ab inimi-*
„ *cis Chriſti.* Conſeruus (inquit) tuus ſum, &
„ fratrum tuorum habentium teſtimonium
„ Ieſu. *Ac ſi dicat: Mihi honorificum eſt Chriſti mi-*
„ *niſtrum eſſe, & eius miniſteria tibi nūciare: Cum*
„ *tu igitur, & fratres tui mihi pares ſitis in eo, quod*
„ *mihi glorioſum eſt, ideſt in reddendo teſtimoniū*
„ *Ieſu Chriſti; nolo, vt me adores, Deum potius*
„ *adora, à quo, & ego, & vos tantum honorem ac-*
cepimus. Hæc Ribera.
Quid igitur, iurè ne homines, & Sacerdotes præſertim, Epiſcopum contemnant,
356 quem tanti fecerunt Angeli? At Summi Romani Pontificis eſt, curare, pro vt curat, ne Epiſcopalis dignitas vileſcat. *cap. accedentibus. 12. de exceſſib. Prælat.* An quia ipſi quaſi ſignum ad ſagittam poſiti ſunt, vt Innocen.
357 III. loquitur *d. cap. qualiter, & quando. 24. de excuſat.* idcircò ludibrio habendi erunt, vt noſtri Aduerſarij faciunt? Verùm meminerimus,
358 Chriſtum Dominum noſtrum hoc nomine Epiſcopi dignatum fuiſſe; ſic enim eū Apoſtolorū Princeps Petrus 1. *epiſt. cap. 2. num.* 25. appellat: *Eratis* (inquiens) *ſicut oues errantes. ſed conuerſi eſtis nunc ad Paſtorem, & Epiſcopum animarum. veſtrarum* Epiſcopus (inquit *Dionyſ. Carthuſ. ibid. art. 5. in fin.*) animarum vocatur, ideſt earum ſaluti intētus,
359 ſeu ſuperintentor ſalutis eorum. Epiſcopus quippè ſuperintendens interpretatur.
360 Chriſto itaque iniuriam facit, qui Epiſcopis iniuriam infert. Eius nempè ſermo eſt: Qui vos ſpernit, me ſpernit. *Luc.* 10. 16.
361 miniſtri enim Chriſti ſunt: ita Paulus: *Sic nos exiſtimet homo* (inquiens) *vt miniſtros Chriſti, & diſpenſatores myſteriorum Dei.* 1. *ad Cor. 4. num.* 10. quod ſequitur Anacletus Papa *d. can. In nouo. 2. §. ipſis quoq. 21. diſt.* Ipſis quoque loquens decedentibus (de Apo-
„ ſtolis dicens) in loco eorum ſurrexerunt E-
„ piſcopi, quorum ordinatio prętaxato debet
„ fieri ordine, & modo; quos, qui recipit; &
„ & verba eorum, Deum recipit; qui autem
„ ſpernit eos, eum, à quo miſſi ſunt, & cuius
„ legatione funguntur, ſpernit, & ipſe indubi-
„ tanter ſpernetur à Domino. Hæc Anaclet.
„ Sic nempè ſubſequitur idem Dominus noſter, *d. cap.* 10. *Luc. num.* 16. Qui autem me ſpernit, ſpernit eum qui miſit me. Deum, ergo præponentem vindicem habebit, qui Chriſtum, eiuſque Epiſcopos contemnit. *Gigans*
352 *de reſid. d. cap. 5. num.* 3. Horrendum autem eſt incidere in manus Dei viuentis, vt Paulus Apoſt. loquitur *ad Hebr.* 10. *nu.* 30.
Audi S. Ioannem Chryſoſtomum illum Conſtantinopolitanum Epiſcopum *Homi. 2. epiſt. 2. ad Timoth.* ſuper verbis illis: Qui vos
„ ſpernit. *An ignoras* (inquiens) *quid ſit Sacer-*
„ *dos? Angelus vtique Domini eſt. Si deſpicis; non*
„ *illum deſpicis, ſed Deum, qui illum ordinauit, di-*
„ *cens Dominus. Qui vos ſpernit, me ſpernit.* Sic ſanctus ille os verè aureum. Vide igitur qui ſpernis, ne tu ipſe ſpernaris, æternoque igni addicaris: ibi erit fletus, & ſtridor dentium, *Matth* 13. 50.
363 Epiſcopi quoque Patres ſunt, & Paſtores, atque proinde Regibus, aliiſque Principibus ſecularibus dignitate ſuperiores ſunt. Vnde tàm in Eccleſia, quam foris ſuum gradum, & ordinem præ oculis habere ſemper debent, vt Sacroſancta Tridentina Synodus *ſeſſ. 25. cap. 17. de reform.* præcipit. Namque præcellit Imperator in temporalibus, illos dumtaxat, qui ab eo ſuſcipiunt temporalia,
367 ſed Pontifex in ſpiritualibus antecellit, quæ tantò ſunt tēporalibus digniora, quantò anima præfertur corpori. vt Innocent. Papa III. Conſtatino fatur Imperatori *in cap. ſolitæ. 6. §. verum ſi de maior. & obed.*
368 Tantaque Epiſcopalis dignitatis præeminentia eſt, vt Clem V. *in clement. in pleriſ-*

Digitized by Google

que 5. de elect. Serenitatem Pontificalis di-
gnitatis appellauerit . vnde Sereniſſimos
nuncupari Epiſcopos arguit *Caſſan. in catalo.
glor. mundi. part. 4. conſid. 24.* Vbi etiam Epi-
ſcopum, Ducem, Marchionem, Comitem,
ac Regem dici, docet, cumque ſequitur poſt
369 alios *Gratian. forenſ. diſcept. part. 3. cap. 590.*
370 *nu. 15.* Eſt enim culmen dignitatum, Epi-
ſcopalis dignitatis; vt locis citatis *Caſſan. &*
371 *Grat.* referunt. Vt propterea Summus vni-
uerſalis Eccleſiæ Pontifex Romanus, Epi-
ſcopi nomen nec diffugiat, ſeq; Epiſcopum
nominet; quia ordinum, qui in Eccleſia sũt
Epiſcopalis eſt maior; nec vllũ ipſo eſt inue-
nire maiorem, vel parem, vt *Gloſſ. loquitur in
præmio 6. decret. verb. Epiſcopus,* & vt ſequitur
doctiſſimus Quintilian. Mandoſ. *in Gloſſ. fa-
cultatis. verb. Epiſcopus, fol. mihi. 6.* Nomen Epi
372 ſcoporum (inquiens) ad Antiſtites no-
,, ſtros translatum eſt , vt ſpeculatores, & in-
,, ſpectores ſint , & gregis ſibi commiſſi vitæ
,, exploratores, & cuſtodes. Summa ratione
,, Papa ſe Epiſcopum nuncupat , cui omnis
,, cura omnium Ciuitatum, omniũ magiſtra-
,, tuum, omnium Epiſcopotum, omnium ho-
,, minum, omnium animarum demanata eſt;
,, & cui dictum eſt: Paſce agnos meos. *Ioa. 21.*
,, Rurſus: Ecce conſtitui te ſuper gentes , &
regna, vt euellas, & deſtruas, & diſperdas, &
ædifices, & plantes. *Hierem. 1. & cap. ſolitæ. de
maior. & obed.* hæc Mandoſ.

373 Ob hanc igitur cauſam , ob dignitatis
præeminentiam , nedum Illuſtris perſona
Epiſcopus dicitur, *cap fin. de ſent. & re iud. in
6.* Verùm etiam & Illuſtriſsimi titulo deco-
ratur, vt poſt alios ſequitur *Maurit. de Alze-
do de præcellent. Epiſcop. dignit. ad praxim re-
dacta p. 1. cap. 10. n. 49. & 66.*

Cum tanti igitur ſint Epiſcopi, tantaque
eorum dignitas, honore, vtique afficiendi,
non vili habendi, vt Aduerſarij faciunt; mi-
nimè animaduertentes quod Dominus ait
Zacchar. 2. 8. Qui enim tetigerit vos, tangit pu-
374 *pillam oculi mei* . Quia vehementiſsimè
Deum offendit , qui Sacerdotes, ac præſer-
tim Epiſcopos, iniuria, ignominiaue afficit;
pupillæ enim ſimilitudine res vnicè dile-
cta ac ſumma cura ſeruanda, intelligitur, vt
Pſal. 16. Cuſtodi me vt pupillam oculi , &
Deuter. 32. Circunduxit me, & docuit, & cu-
ſtodiuit quaſi pupillam oculi ſui, vt ex Hie-
ronymo , Theodoreto , & plurium aliorum
dicto refert *P. Ribera in eundem locum, nu. 20.*
Addens: *Tangere eſt, vel minimum lædere.* Hie-
ronym. nempè tactum pro vexatione, & in-
iuria accipe (dixit) iuxtà illud, quod legi-
mus: Nolite tangere Chriſtos meos, & in
Prophetis meis nolite malignari. *Pſal.* 140.
Audiant (quæſo) quid Mellifluus ille Cla-
reuallis, Abbas Bernardus Sanctiſsimus *ſer.*
,, *12. in Cantic.* dicat: *Fratres reuereamur Epiſco-*
,, *pos, ſed vereamur labores eorum. Si labores pen*
,, *ſamus, non affectamus honores. Agnoſcamus im-*
,, *pares vires noſtras, nec delectet molles, & fœmi-*
,, *neos humeros , virorum ſupponere ſarcinis; nec*
,, *obſeruemus eos, ſed honoremus. Inhumanè nem-*
,, *pe redarguis opera, quorum onera refugis. Teme-*
,, *rariè obiurgat virum de prælio reuertentem mu-*
,, *lier ſedens in domo. Dico enim ſi is, qui de clauſtro*
,, *eſt, eum qui verſatur in populo interdum minus*
,, *diſtrictè, minuſue circumſpectè ſe ſe agere depra*
,, *henderit; verbi gratia, in verbo, in cibo, in ſõno, in*
,, *riſu, in iraiudicio nõ ad iudicãdũ confeſtim proſi*
,, *liat, ſed meminerit ſcriptũ: melior eſt iniquitas viri*
,, *quàm benefaciens mulier .* Eccleſ. 42. *Nam tu*
,, *quidem in tua cuſtodia vigilans benefacis; ſed qui*
,, *iuuat multos melius facit , & virilius . Quòd ſi*
,, *implere non ſufficit , abſque aliqua iniquitate,*
,, *ideſt, abſque aliqua inæqualitate vitæ, & conuer-*
,, *ſationis ſuæ, memento , quia charitas operit mul-*
,, *titudinem peccatorum .* Iacob. 5. *Hæc dicta ſint*
,, *contra geminam tentationem, qua ſæpè viri reli-*
,, *gioſi Epiſcoporum, vel ambire gloriam, vel exceſ-*
,, *ſus temerè iudicare diabolicis inſtigationibus in-*
,, *citantur.* Sic Sanctus Bernardus.

375 Cauſa in Sacr. Eminentiſs. Cardin. Con-
greg. Epiſcorum negotijs præfecta, accuratè
diſcuſſa, ponente Eminentiſ. Domino Car-
dinali S. Honufrij; Pro Epiſcopo , Emintiſs.
Patres decreuere ſemel , atque iterum in
hunc, qui ſequitur modum.

Iuuenacen.

*Cum Epiſcopus Iuuenacen vnum ſuæ Curiæ
Curſorem ad Terram Terlitij miſiſſet affigendi
cauſa edictum Paſtorale , in quo vniuerſo Clero,
alijſque de more ſignificabatur , ſe illuc certo die
pro ſacra viſitatione facienda acceſſurum . etiam
tanquam Sedis Apoſtolicæ Delegatum , citra ta-
men præiudicium iurium ſibi , ſuæque Eccleſiæ
quomodolibet competentium , inhærendo ſenten-
tiæ, atque decretis Sacræ Rotæ Romanæ, vbi an-
tiqua pendet lis ſuper iure viſitandi titulo Ordi-
narij Eccleſiam Collegiatã dictæ Terræ & à qua,
vltimo loco prouiſionale decretũ emanauit, quod
dictus Epiſcopus ſine iurium vtriuſque partis
præiudicio, tanquam Apoſtolicæ Sedis Delegatus
viſitare debere mandabatur. Archipræsbyter cũ
quibuſdam alijs dictæ Collegiatæ Præsbyteris exi
ſtimantes, Epiſcopi fuiſſe animum, vt dictam Ec-
cleſiam tanquam Ordinarius viſitaret , attenta
maximè natura illius dictionis, etiam, quam copu
latiuè appoſitam interpretabantur; non ſolum
præfati edicti affixioni obſtiterunt , verum Epi-
ſcopi mandatarium, licet Clericum; maletracta-
uerunt, & ab edicto appellauerunt. Quamobrem
ſententiam excommunicationis illos incurriſſe
Epiſcopus declarauit; totumq; Capitulũ, & Cle-
rum dictæ Collegiatæ Eccleſiæ ſuppoſuit interdi-
cto. Et licet illi obtinuerint à Tribunali A. C. cõ-
mitti abſolutionem dictæ excommunicationis
Epiſcopo Andrien, cum clauſula (dummodo ſe ſe
paratos exhibeant dictum Epiſcopum Iuuena-
cen ad ſanctam viſitationem recipere, edictumq;*

ad

Google

ad valuas præfata Eccleſiæ patiantur affigi, eiſq; ſalutari iuncta pęnitentia (nihilominus in excommunicationis contemptum (dicta clauſula non impleta) & miſſas celebrare, aliaque exercere diuina audacter continuauerunt; illam vti nulliter prolatam non afficere prætendentes; vnde cauſa in Sacr. Congregatione Eminentiß. Cardinalium conſultationibus Epiſcoporum præpoſita ab Eminentiß. Cardinali S. Honuphrij ſub die 20. Auguſti proximè præteriti relata, vtriuſque partis procuratoribus auditis, reque accurato ſtudio diſcuſſa. Cenſuerunt Eminentiſſ. Patres, præfatam excommunicationis, & interdicti ſententiam ritè, legitimèque fuiſſe promulgatam; prædictoſque Archipræsbyterum, & Præsbyteros ob miſſarum celebrationem, diuinorumque exercitium dicta excommunicatione durante irregulares effectos fuiſſe. Ideòque ſcribendum eidem Epiſcopo Iuuenacen, vt eoſdem ab excommunicatione, & irregularitate abſoluat, interdictumque auferat. Dummodo ſe paratos exhibeant eum tanquam Sedis Apoſtolicæ Delegatum ſine præiudicio, vt ſupra, iurium, iuxta decretum Rotale ad Sanctam viſitationem recipere, edictumque paſtorale affigi patiantur. Et cauſa iterum ad inſtantiam dicti Cleri Terlitien die 3. infraſcripti menſis propoſita. Eminentiſſ. D. D. in deciſis perſtiterunt. Romæ die 3. Septemb. 1628.

Fr. Anton. Card. S. Honuphrij.

† *Loco ſigilli.*
C. Facchenettus.

CAROLVS MARANTA

V.I.D. Comes Palatinus, Dei, & Apoſtolicæ Sedis gratia Epiſcopus Iuuenacen, Reg. Conſil.

VObis omnibus, & ſingulis Per Illuſtri Domino Archipræsbytero, & Reu. Capitulo, & Clero, nec non magnific. Gubernatori, Sindicis, Electis, Procuratoribus, Prioribus, hominibus, ac Vniuerſitati Eccleſiarum, Hoſpitalium, Confraternitatum, Montis Pietatis, ac cæterorum piorum locorum in iſta Terra Terlitii, ſiuè loco Deo Altiſſimo dicatorum ſalutem in Domino, & Saluatore noſtro Ieſu Chriſto, qui eſt omnium vera pax. Noueritis, quod nos, etiam tamquam Sedis Apoſtolicæ Delegati, citra præiudicium omnium iurium nobis, & noſtræ Eccleſiæ Iuuenacen, quomodolibet competentium, Sacræ Romanæ Rotæ ſententiæ, atque decretis inhærentes, atque decretis Sacroſanctæ Tridentinæ Synodus: inhærentes etiam noſtris edictis publicè emanatis, & affixis pro ſancta viſitatione, quam primò in noſtra Cathedrali incepimus, & proſequentes ſumus, die duodecima currentis menſis Iunij poſt meridiem (Deo adiuuante) iſtuc venire cogitamus ad viſitandam Eccleſiam Collegiatam dictæ Terræ Terlitij, omneſque alias Eccleſias, beneficia, ſiue cum cura, vel ſine ea, & loca omnia, Clerum, ac viros ipſius Terræ, vt nihil intactum relinquamus, quod non ſecundū ſacrorum Canonum ſtatuta, & Sacri Trid. Concil. decreta, etiam tamquam Sedis Apoſtolicæ Delegati, perluſtremus in Domino, & inquiramus, atque vt quæ emendatione digna ſunt, paternè corrigamus, & emendemus, & quæ approbatione digna, approbemus, & confirmemus. Quapropter hortamur vos omnes, & ſingulos, atque in virtute ſanctæ obedientiæ committimus, & mandamus: vt vos ad ſanctæ viſitationis officiū dignè, atque vt conuenit peragendum, præparetis (vt bonum Chriſti gregem, ac obſequentes, obedienteſque filios decet) inobedienteſque verò, ac rebelles omnes, & ſingulos excommunicationis pœna, (quam ex nunc, pro vt ex tunc in rebelles omnes, & ſingulos in ſcriptis proferimus, & promulgamus) multamus.

Exhortantes vos omnes & ſingulos, vt dignè vos præparetis ad lucrandam plenariam indulgentiam quam SS. D. N. & Pater D. Vrbanus diuina prouidentia Papa Octauus per Breue Sanctitatis ſuæ ſub datum Romæ apud S. Mariam Maiorem ſub annulo Piſcatoris di XXVII. Septemb. M. DC. XXXVII. Pontificatus ſui anno decimoquinto, nobis indulſit, & omnibus fidelibus vtriuſque ſexus vērè pœnitentibus, & confeſſis, ac ſacra communione refectis, qui primæ miſſæ Pontificali, quam in dicta Terra celebraturi ſumus in actu ſanctæ viſitationis, & benedictioni per Nos ſupra populum poſt miſſam ſollemnem largiendæ, deuotè interfuerint, ſeù Eccleſiam Collegiatam, in qua miſſam prædictam celebrabimus eodē die piè viſitauerint, & ibi pro Chriſtianorū Principum concordia, hæreſum extipatione, ac Sanctæ Matris Eccleſiæ exaltatione, pias ad Deum preces effunderint, plenariā omnium peccatorum ſuorum indulgentiam, & remiſſionem, miſericorditer in Domino conceſſit. Quapropter iterum, atque iterum eos omnes, & ſingulos in Domino monemus, vt tam largam Domini benedi-

ctionem

Digitized by Google

ctionem pio affectu recipiant,& proſequantur,ſeq; per diligentem peccatorum ſuorũ excuſſionem , & confeſſionem præparent. Scientes quod ſi ſecus egerint in tremendo Dei iudicio,& in hora mortis de eorum ſocordia,& negligentia ſtrictam rationem ei, qui ſine perſonarum acceptione iudicat, reddituri erunt.

Quoniam verò ſanctum Confirmationis Sacramentum erimus adminiſtraturi:ſignificamus vobis,quòd tantum eos, qui in ſeptennio conſtituti ſunt,confirmabimus,non minores, cum per ætatis imperfectionem non poſſint poſtmodum reminiſci,ſe Sacramento hoc munitos fuiſſe. Maiores verò curent,vt expiatione peccatorum in ſacramẽtali confeſſione, vel ſaltim eorundem contritione ſe cum eorum Domino,quem peccatis exacerbauere, in gratiam ponant,atq; ſacramentalis gratiæ in Sacramento huiuſmodi confirmationis conferendæ participes eſſe valeant.

Quiſquis verò aliquid habuerit,quod reformatione indigeat , vel ſcriptis, vel voce ad aures ad nos deferat : Prætendens inde Dei gloriam magis, quàm animi exulcerati depoſitionem;paternè namque illud excipiemus,& delatis (quantum in vobis erit) per Dei benigniſſimi gratiam proſpicere curabimus,vt ſanemus morboſam ouem,non vt perdamus.

Vt antem hoc vobis innoteſcat , has præſentes per infraſcriptum noſtrum, & Curiæ noſtræ Cancellarium,noſtraque manu ſubſcriptas,ſigillique noſtri , quo in ſimilibus vtimur impreſſione munitas,dedimus, fierique iuſſimus;mandandantes noſtris Curſoribus , quod eas vobis notificent ,& intiment etiam per affixionem ad valuas Collegiatæ Eccleſiæ veſtræ Terlitien , ne ignorantiæ cauſam quomodolibet obtundere valeatis. In quorum,&c. Datum Ianuarij in noſtro Epiſcopali Palato die 4. Iunij 1638.

Carolus Epiſcopus Iuuenacen,&c.

† Loco ſigilli.

Amouentes,lacerantes,aut quomodolibet deturpantes,ſeu id fieri mandantes,ſint ipſo facto excommunicati.

D.Io.Miſurellus Notarius,& Actuarius.

